del colg.º de la comp.ª de Jss de gran.ª

R-8385



DECISIONVM NOVISSIMARVM

Diuersorum Sacri Palatij Apostolici Auditorum,

VOLVMEN PRIMVM.

OPVS SANE PER QVAM VTILE, ET IN FORO versantibus summè necessarium.

HIS ACCESSIT PRACTICA QVÆDAM NOTABILIVM quorundam eiusdem Rotæ perpetuò quidem memoriæ commendanda.

CVM SVMMARIIS ET INDICE LOCVPLETISSIMIS.

Omnia nunc recens in lucem edita.

Ad R. P. D. SERAPHINVM Oliuarium Razzalium, Sacræ Rotę Romanę Vicedecanum.

CVM PRIVILEGIIS SVMMI PONTIFICIS, AC SENATVS VENETI.



VENETIIS, M. D. XC.

Apud Damianum Zenarium, & Hieronymum Francinum.

i11861903

del colg.º de la comp.ª de Jhs de Gran.ª

R-8385



DECISIONVM NOVISSIMARVM

Diuersorum Sacri Palatij Apostolici Auditorum,

VOLVMEN PRIMVM.

OPVS SANE PER QVAM VTILE, ET IN FORO versantibus summè necessarium.

HIS ACCESSIT PRACTICA QVÆDAM NOTABILIVM quorundam eiusdem Rotæ perpetuò quidem memoriæ commendanda.

CVM SVMMARIIS ET INDICE LOCVPLETISSIMIS.

Omnia nunc recens in lucem edita.

Ad R. P. D. SERAPHINVM Oliuarium Razzalium, Sacræ Rotę Romanę Vicedecanum.

CVM PRIVILEGIIS SVMMI PONTIFICIS, AC SENATVS VENETI.



VENETIIS, M. D. XC.

Apud Damianum Zenarium, & Hieronymum Francinum.

ILLVSTRI ET REVERENDISSIMO

P.D.SERAPHINO OLIVARIO RAZZALIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ VICEDECANO,

Hieronymus Francinus Bibliopola Romanus. S. P. D.

SI CNEVS FLAVIVS Libertini filius, Appij Claudij ſcriba ſubreptum librum ab eodem Appio Claudio de legum actionibus compoſitum Populo tadidit, & adeo gratum fuit id munus populo, vt Tribunus plebis fieret, & Senator, & Aedilis Curulis; indeque ius Flauianum id appellaretur: Certè ego, cui tot, tantisque indefeſſis laboribus, ac maximis impenſis, per tanta temporum ſpacia tui ſacri Collegij ordinisve Deciſiones (quas vocant) antea non ſolum diſperſas, verum etiam deperditas conquiſiui, collegi, ſummarijs repertorijsque & luculentiſſimo indice auxi, & impreſſi, haud exiſtimo me vniuerſis populis, qui legibus, & moribus reguntur, munus hoc non offerre gratiſſimum. Nemo eſt enim qui neſciat eas eſſe conſcriptas à duodecim quaſi micantibus inter omnes in firmamento ſtellis, ſelectis Patribus, ſuprema omnium Pontificia auctoritate Illuſtribus, & Reuerendiſſimis S. Pal. Apoſt. Auditoribus ex antiquis Iuriſconſultis, ac ſanctorum Patrum, Summorumque Pontificum dictis, eadem auctoritate Pontificia approbatis, ac pro legibus inuiolabiliter obſeruandis, vniuerſis populis traditis gubernandis, in iudicijs, & extra acutiſſimis virorum ingenijs, acerrimè interſe concertantibus, iterum atque iterum ſæpiſſimè ventilatas, ſummis vigilijs, immenſis laboribus, acrique ac maturo iudicio vniuſcuiuſque ipſorum duodecim Patrum compoſitas, ſibi omnibus atque vniuerſis Nationibus, vti ex fece aurum expurgatum tradi legendas cognoſcent. Quæ quò magis illa antecellere, ac eis illuſtriora, ac præclariora videbuntur, eò gratius hoc munus, ac iocundius, chariusque illis propterea fore non dubito; innumerabiles ſiquidem nodi, ac inextricabiles, ex Iuriſprudentia antiquorum, ob diuerſorum interpretum commentaria ſcaturientes, hiſce Deciſionibus diſſoluuntur, ac enodantur, adeo vt vnicuique eorundem

in tanta olim varietate, ac tenebris cęcutientibus, hodie iter tutum, certumq́ue eluceſcat, quo ad rectè, beateq́ue viuendum ſecundum leges, ac rationem facile peruenire poſſint. Quod omne, etſi à te, tuoq́ue ſacro Collegio me acceptum ferre non inficior, ſed lubenti animo vobis omnibus debere me confiteor, veſtræ enim ſunt vigiliæ, veſtri ſummi labores, vnanimiterq́ue acerrima iudicia, ac veluti lapillo aureo ſignandæ ſententiæ, & propterea vndequaque veſtrorum vnicuiuſque perfectiſſimi partus, quos nemo mortalium eſt qui non foueat, non protegat, ac vſque ad ſanguinem non defendat, tibi tamen eiuſdem ſacri Collegij, ordinisve Apoſtolici Auditorij Palatij Vicedecano, non magis dicandas, quàm reſtituendas fore ingenuè, atque liberaliter duxi, vt dum eas pro tuis, veſtrisq́ue huiuſmodi in qua vides per me conſtructione, iure quaſi poſtliminij redactas recognoueris, eaſdem penes totum terrarum orbem, quem peragrare contigerint, & foueas, & protegas, & pro viribus vndique defendas. Nam ego Mœcenatem meum præter te, hac in Vrbe cognoui neminem, tu enim familiariter atque humanè me ſemper vtens, tot, tantisq́ue in me beneficijs collatis decoraſti, vt tibi nedum quæ vti propria tua, verum etiam me, measq́ue, etſi humiles fortunas omnes debere intelligam. Accipe ergo hilari, qua ſoles fronte, hoc qualecunque ſit munus, quod tui deditiſſimus Francinus offert tuus. Et ſi quando eò, quo tui animi dotes, immenſiq́ue tendunt labores, quibus Sedes indies ſubleuatur, ſuſtentaturq́ue Apoſtolica, cœleſti annuente numine peruexerint, mei mearumq́ue huiuſmodi, qualeſcunque ſint, curæ, diligentiæ, amoris, atque ſtudij, in tui, ac vniuſcuiuſque operum concinnatione memor, nemo ſit hominum, quin intelligat, me non minus hodie tibi obtuliſſe, quàm Cneus Flauius olim munus gratum populo obtulerit Romano. Vale. Romæ xiiij. Kal. Februarij. M. D. LXXXIX.





ILLVSTRI ET REVERENDISSIMO

D. IOANNI BAPTISTAE DE RVBEIS

Sacri Palatij Apoſtolici Decano meritiſſimo, cæterisq́ue eiuſdem ſacri Subſellij Auditoribus, Dominis & fautoribus ſuis vnicè colendis,

Damianus Zenarius Bibliopola Venetus. S. P. D.





VM *celeberrima plurium relatione Doctorum, excellentis paſſim induſtriæ artifices qui ex rudi materia inciſorijs ſuis ſcalpellis, ac informi prorſus induratoq́ue marmore pulcherrimas, & oculis mirè adblandientes ſtatuas efformant, collaudati, ad omnem poſterorum memoriam æternis literarum monumentis tranſmittantur: Quanto magis eximijs commendationum veniunt titulis condecorandi ſacri iſtius veſtri ſubſellij (Illuſtres & Reuerendiſſimi Auditores) fœcundæ vbertatis immenſæq́ue vtilitatis fœtus, quorum inenarrabili beneficio, non ſolum audo lectori grata concitatur voluptas, ſed fructus etiam vberi cum fœnore ad ſummam ipſius vtilitatem indies magis ac magis redundant: Suis enim inexhauſtis laboribus, aſſiduoq́ue nixu toleratis vigilijs, nodoſas tam veterum quam recentis memoriæ Iuriſconſultorum, & plus quam Cymerijs inuolutas tenebris commentationes, tum clara etiam ſcriptorum ſuorum prolatione, tanquam fidiſſimi interpretes, ad publicæ vtilitatis emolumenta vnicè proroganda, cum immortali nominis ſui laude ac fama propalarunt. Huic ego tam excellenti, & auido Illuſtritatum veſtrarum communem iuuandi litterariam Rempublicam ſtudio, quantum per me fieri licet auctarium quaſi quoddam adijcere percupidus, eleganti ſatis & polita typorum forma pro inueterata euulgandi probatos auctores, & mihi vſitata iampridem in hoc vitæ meæ inſtituto conſuetudine, ea quamaximè fieri potuit cum diligentia, tot, tantorum, tanquàm ſelectorum fructus ingeniorum, Rotalis inquam iſtius veſtri tribunalis Deciſiones publica ſum facere conatus, quæ incuria ſcriptorum, & negligenti temeritate ita deformatæ, mutilæ, corruptæ, detruncataq́ue paſſim circumferebantur, nulla vt genuina ex ijs, vel mens ab ingenioſo quamuis lectore, & ſententia elici potuerit: Et licèt non ſuis careant etiam mendis typis euulgatæ Deciſiones, longè tamen impari diſcrimine ac minori malo prodiere, tum ſumptu longe differenti ab illis quæ manu ſcriptæ, vt plurimum*

circumferuntur, & in vulgus emanant, quemadmodum Illustritatibus vestris ex oblatis hisce per Hieronymum Francinum Decisionibus facilè patebit: quas indubitanter credo non dedignaturas Illustritates vestras hilari fronte suscipere, imo fœlicibus auspicijs, & obuijs, vt dici assolet vlnis amplexuras, benigniſsimi instar, & clementis maximè genitoris, qui regredientem natum diuerso licèt à priori quo à parente egressus fuerat amictu indutum, extensis clementer lacertis comprimens, auctiori quam priùs affectu solet complecti. Pari animo Illustritates vestras Reuerendissimas & non dissimili voluntatis propensione erga Decisiones suas fore indubiam spem concepi, quas fœliciſsimo ingenij excellentis & acutiſsimi partu procreatas, si non ita bene compto pro suis votis habitu, & perpolito quo emanarant primitus amictu nunc sese oculis parentum sisti re ipsa experiantur, eas tamen vt natiuam sobolem suam, neque ob id alienam vtpote quæ prima in vulgus editione non perfectam illam quæ requiri videbatur, & numeris omnibus absolutam symetriam potuit nancisci, tueri tamen, & tanquam postliminio reducem fouere, suscipere, & amplecti, pro innata sua humanitate paterno affectu neutiquam detrectabunt: quod vt ardentiori faciant voluntate Illustritates vestras omnes in vniuersum, tum particulari studio Reuerendiſsimum Dominum Ioannem Baptistam de Rubeis Sacri Collegij Decanum optime meritum vnicè rogatos, & officiosè etiam exoratos volo, simulq; precatos, vt quod per temporis opportunitatem à vacante grauiſsimarum indies causarum molestia otium aliquando subministratum fuerit, hisce vigilijs suis aliquando reuidendis elimandisq; benignè elargiri non detrectent: polliceor me omnem operam vt quam fidam ita & diligentem in secunda earundem euulgatione adhibiturum, vt nec Illustritates vestras Reuerendiſsimas susceptæ laboris, nec sumptuum impensorum me in futurum vnquam pœniteat: quod idem in alijs si quæ adhuc penes Illustritates vestras Reuerendiſsimas nunquam antea incudi Typographicæ subiecta aliarum sint Decisionum volumina, pari conatu sinceritateq; me facturum repromitto: ob id etiam vel maximè, quod præcipui mei sit instituti, Legum, Legalisq; studij opuscula prælo meo impressorio subijcere, in hoc neque sumptibus vllis, & impendio, nec labori pariter, & studio pro hac in qua iam quasi consenui vitæ consuetudine parcendo, constanter in ea vitæ exercitatione ad Illustritatum vestrarum Reuerendiſsimarum iussa, voluntates, & monita, tum communis Reipublicæ litterariæ commoda promptiſsimè semper paratus in posterum futurus. Precor Deum, vt diutina Illustritatibus vestris Reuerendiſsimis per suam bonitatem elargita sanitate, cum bonorum augmento, conatus omnes suos ad sui gloriam dirigat, earundem Illustritatum vestrarum Reuerendiſsimarum generosas manus per Hieronymum Francinum humili obsequio exosculans. Venetijs ipsis Calendis Ianuarij. Anno puerperij Virginis. M. D. LXXXIX.

CÆSAR VALENTINVS

I. C. ET EQVES ROMANVS,

Ac Primarius in patrio Gymnasio vespertinis horis Iuris ciuilis professor.

LECTORI.

ANIMADVERTERANT, candide Lector, Damianus Zenarius, & Hieronymus Francinus complures Iurisprudentiæ studioſos moleſtè ferre Reſponſa, ſententias, & vt vocant Deciſiones grauiſſimi Collegij Auditorum Rotæ Romanæ in tenebris deliteſcere, nec ad publicam vtilitatem euulgari. Nec enim paruus fructus eſt, quem ex earum lectione, atque cognitione, tùm illi quibus iuris dicendi poteſtas eſt conceſſa, tùm diſerti cauſarum patroni percipere poſſent, alijsque qui ingenia ſua in hoc ſtudio exercerent. Tanti enim ab omnibus fieri conſueuerunt, vt oracula quædam meritò exiſtimentur. Quamobrem vtilitati publicæ conſulentes, labore ſuo ſperarunt poſſe ſe multorum laborem imminuere, qui non parum incommodi in comparatione eiuſmodi Deciſionum ſuſcipere hactenus ſoliti ſunt. Nam cum hucuſque vel ſparſæ, vel in occulto, vel rarius haberentur, atque ita exaratæ vt vix legi poſſent, fiebat vt multos aut conquiſitionis, aut impenſæ, aut lectionis difficultas ab eis arceret, ac prohiberet. His igitur de cauſis permoti eas in tria volumina collectas, in publicum edere ſtatuerunt. Ex qua editione non modo illa ſequetur vtilitas, quòd multo minore pretio comparare ſibi eas ſtudioſi Iuriſprudentiæ poterunt, ſed & longè emendatiores quàm vmbratiles illæ manuſcriptæ eſſent, & ad facilitatem lectionis, oculorumque voluptatem accomodatiores. Quanquam non id tibi, candide Lector, perſuadeas velim, omnino opus hoc mendis forſitan vacaturum. Namque id exemplis non planè purgatis acceptis ægrè præſtari potuit. Si quod igitur erratum acciderit, vel irrepſerit, ſi quid minus diligenter excuſſum, non tam eis, qui boni publici cauſa exiſtimationem ſuam in diſcrimen vocauerunt, quàm rei ipſius difficultati attribuito. Accipe igitur, quas his voluminibus complexi Deciſiones typis commiſerunt, non ſine impenſis, ac cura ſingulari in tui vnius gratiam. Non enim dubito, quin quantum incommodi in his colligendis, edendisque illi ſuſtulerunt, tantum tu voluptatis, & commodi ex earum lectione ſis relaturus. Vale. Romæ M. D. XC.

AD LECTOREM IN OPERIS commendationem Hendecasyllabum.

QVAE fert officium Rota verendum,
Cauſis iudicia, hæc habet Senatus
Romanus ſapientiora cunctis,
Et ſummus rata Pontifex reſeruat:
Quin omnis quoque iure conſulentum,
Suffragatur eis vbique cœtus:
Vt namque inclita bellica reliquit
Virtutis documenta magna Roma,
Sic hos illa dedit modos quietis
Seruandæ in populis, volens tueri
Cuiq; iudicijs ſuum ferendis:
Qui cauſarum igitur forum petentum,
Vult diſcrimina ritè iudicare,
Et decidere iure ſcire lites,
Proponat ſibi comparetque libros
Plenos iudicijs Rotæ virorum,
Romanæ, genere hoc ſatis probatos,
Sic exempla fori iſta ſi applicabit
Cauſis, iuſtitiæ decus ſequetur.

SIXTVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilecto filio Hieronymo Francino Bibliopolę Vrbis, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Meritis tuæ deuotionis inducimur vt te ſpecialis gratię fauore proſequamur. Cum itaq; ſicut accepimus, tu qui in vico Peregrini ad inter ſignia fontis de dicta Vrbe commoraris, ad communem vſum vitæ & fori, ac collitigantium, atque adeo totius Reipublicæ Chriſtianæ vtilitatẽ & cõmoditatem vnum ſeu plura Volumina Deciſionum diuerſorum Palatij Apoſtolici cauſarum Auditorum, nondum impreſſarum, quæ de mandato Congregationis recognitæ, & nihil fidei Catholicæ, aut bonis moribus contrarium continere, iudicatæ fuerunt in ciuitate Venetiarum Typis mandari facere, ac in lucem edere intendas, ſed dubites ne huiuſmodi volumina, poſtmodum ab alijs ſine tui licentia imprimantur, in maximum fortunarum tuarum præiudicium. Nos igitur indemnitati tuę hac in parte conſulere, teque ſpecialis gratię fauore proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsque eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pęnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum harum ſerię abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, tibi, vt prędicta volumina Deciſionum, nondum impreſſarum per te, aut de tuo mandato excudendarum per viginti annos poſt cuiuſlibet ex huiuſmodi voluminibus impreſſionem, & editionem à quocunque, vel quibuſcunque, ſine tui, aut hæredum vel ſucceſſorum tuorum ſiue ius & cauſam à te vel eis habentium licentia imprimi, aut ab ipſis vel alijs vendi, ſeu in eorum Apothecis, & Officinis vel alibi, vbilibet venalia pręterquàm de tui voluntate impreſſa, vel imprimenda teneri, vel aliàs quomodolibet haberi poſſint, Apoſtolica auctoritate tenore pręſentium concedimus, & indulgemus, inhibentes omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, tam in Italia, quàm extra exiſtentibus, pręſertim Bibliopolis, & librorum impreſſoribus in virtute Sanctę obediętię, & ſub indignationis noſtrę, in terris vero Sãctę Romanę Eccleſię mediatè, vel immediatè ſubiectis, etiam quingentorum Ducatorum auri Camerę Apoſtolicę, pro vna & altera denunciatori ſeu Iudici exequenti, ac reliqua, tertijs illorum partibus, tibi & tuis prędictis applicandorum, & inſuper amiſſionis librorum pœnis toties ipſo facto abſque alia declaratione incurrendis, quoties contrauentum fuerit, ne intra viginti annos prædictos ab impreſſione voluminis, ſiue operum huiuſmodi computãdos, dicta volumina, aut eorum aliquot hactenus non impreſſa, & per te imprimenda, ſine tui, ſeu à te cauſam habentium voluntate, dictis viginti annis durantibus imprimere, ſeu ab ipſis, vel alijs, præterquàm de tui, ac tuorum huiuſmodi voluntate impreſſa, ſeu imprimenda vendere, & venalia habere, tenere, vel proponere, aut aliàs quomodolibet vt ſupra, habere per ſe, vel alium, ſeu alios, aut interpoſitas perſonas, audeant, ſeu pręſumant, mandantes propterea vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filijs Vicarijs in ſpiritualibus Generalibus, ſeu Officialibus illorum, & in ſtatu temporali Sanctæ Romanæ Eccleſiæ etiam Legatis, Vicelegatis, & eiuſdem ſtatus Gubernatoribus, vt quoties pro parte tua vel cauſam à te habentium fuerint requiſiti, vel eorum aliquis fuerit requiſitus, tibi efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, pręmiſſa ad omnem tui vel tuorum huiuſmodi requiſitionem contra inobedientes, & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas etiam ſæpius aggrauando, & per alia iuris remedia dicta auctoritate exequantur, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis, ac decernentes ſic ab omnibus cenſeri, & per quoſcunque Iudices ordinarios, & Delegatos ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate,

ctoritate, iudicari & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quomodocunque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac quibusuis clausulis, & decretis etiam Motu simili, ac aliàs quomodolibet in contrarium factis, concessis, & approbatis. Quibus omnibus etiam si de illis specialis, specifica, ac ad verbum expressa mentio habenda esset, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes hac vice duntaxat specialiter, & expresse etiam Motu simili derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem vt præsentium transumptis, vel exemplis etiam in ipsis operibus impressis eadem prorsus fides vbique tam in iudicio quàm extra illud habeatur, quę ipsis originalibus adhiberetur si essent exhibitę vel ostensę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę absolutionis, concessionis, indulti, inhibitionis, mandati, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominicę Millesimo quingentesimo octuagesimonono, Pridie Kalendas Februarij, Pontificatus nostri Anno Quinto.

A. Calorius.

M. D. LXXXIX. XX. OTTOBRE

IN PREGADI.

CHE sia concesso à Damian Zenaro supplicante, che altro, che egli, ò chi haurà causa da lui, non possa stampare nel Dominio nostro, ouero altroue stampato, in esso vendere, per lo spatio de anni vinti prossimi futuri, le Decisioni della Rota Romana, di D. Francesco Cantucci, & altri, contenuti in questi tre Volumi: sotto pena di perdere le opere stampate, & di pagare ducati trecento, da esser diuisi, vn terzo all'accusatore, vn'altro al Magistrato che farà l'esecutione, & l'altro all'Arsenale nostro, & sia tenuto esso supplicante ad osseruar quanto è disposto per le leggi nostre, in materia di stampe.

Gaspar Vidua Duc. Not.

IOSEPHI CASTALIONIS
IVRISCONSVLTI.

BISSENI gaudete viri, quos Roma per omnem
Diiudicandis præfecit litibus orbem.
Nam quæcumque olim per vos sententia lata est,
Nunc miris excusa notis in publica prodit
Commoda, perq; omnes terrarum diditur oras.
Vestra quidem potuere graues decidere lites
Verba semel; Seros sed vestra volumina in annos
Prospiciunt, ac res iterumq; iterumq; secabunt.
Quod nam concilium in terris augustius vllis
Esse potest? vos ipse pater Romanus in omnes
Mortales concessa à Deo est cui summa potestas,
Legit, & ingentes iussit cognoscere causas.
Ergo quæ regio, vel qui tam barbarus orbis
Angulus, ardenti non vestra oracula plausu
Excipiat, proprios & non conuertat in vsus,
Nec secet exemplo sexcenta negotia vestro.
Fœlices, quibus & viuis dat magna laborum
Præmia ferre liber, famamq; in sæcla sepultis
Postera protendit victurus, iura valebunt
Dum res Romanas, externaq; regna tueri.

IO. BAPTISTÆ TIRABOSCHI
I. V. D. In operis laudes Hexastichon.

CONSESSVS Decreta virum ter quattuor, audit
Quique graues summo, lites sub Præsule soluit
Ecce tibi nunc iura colens, legisq; minister.
Vtitur hisce velut Sanctis, iam dirrige vota
Hisq; tua, & culta hæc gaudens sic munera sume:
Aurea, nam veluti, gemmata & dogmata pandunt:

LOCI DECISIONVM
CVIVSQVE AVDITORIS,
IN PRIMA PARTE.

ORADINI, à fol. primo vsq; ad fol 6 item fol. 157. 168.
COTTÆ, fol 6. item à fol. 17. vsque ad 23. 173. 181. 211.
ALDOBRANDINI, fol. 7. à fol. 68. vsque ad 94. 124. 130. 131. 136. 137. 141. 142. 143. 145. 147. 149. 150. vsque ad 154. 159. 166. 167. 178. 179. 180. 191. 193. 202. 205. 206. 220. 221. 222. 225. 226. 228. 230. 231. 235. 236. 238. 239.
RVBEI DECANI, à fol 7. vsque ad 17. item 125. 126 127. 132. 133. 144. 160. 162. 163. 164. 185. 187. 207. 211 214. 221. 236 237.
ROBVSTERII, à fo. 24. vsque ad 49. item à fol. 119. vsque ad 122. 128. 129. 137. 140. 144. 146. 154. 155. 157 158. 162. 168. 169. 170. 174. 186. 187. 191. 192. 193. 194 195. 203. 206. 212. 217. 224.
SERAPHINI, à fol. 49. vsque ad 63. item fol. 122. 129 130. 131. 136. 138. 142. 145. 146. 147. 148. 149. 155. 161. 165. 166. 168. 172. 175. 176. 177. 182. 183. 184. 190 191. 196. 199. 201. 206. 207. 208. 219. 221. 225. 226. 232. 233. 234. 235. 240.
LANCELLOTTI, à fol. 63. vsque ad 68. item 118. 126. 127. 130. 139. 140. 160. 161. 173. 174. 190. 196. 199. 200. 202. 203. 204. 209. 212. 214. 215. 223. 224. 226. 227. 236.
BLANCHETTI, à fol. 94. vsque ad 104. item 124. 128 132. 137. 138. 139. 143. 144. 146. 153. 144. 160. 167 172. 180. 181. 184. 187. 188. 196. 203. 205. 206. 210. 214. 215. 224. 235. 236. 237.
GRASSI, à fol. 105. vsque ad 118. 132. 133. vsque ad 136. 139. 155. 169. 171. 188. 189. 201.
BVBALI, à fol. 123. 160. 173. 185. 205.
BRAVI, à fol. 146. 154. 156. 170. 171. 190. 192. 193. 194. 197. 204. 210. 211. 214. 225. 227. 240.
BINARINI, à fol 188. Decis. 1.
CAPVTAQVENSIS, à fol 210. Decis. 1.
VICECOMITIS, à fol. 210. 213. 215. 219. 222. 223. 224.
INNOMINATI, à fol. 172. 180. 182. 184 187. 195. 199. 211. item à fol. 241. vsque in finem Decis.

Inscriptiones seu Tituli, Decisionum Rotæ Romanæ, quæ in hac Prima Parte reperiuntur, Per ordinem Alphabeti distributæ.

A

Adiunctorum, Decisio. 743.
Administrationis, Dec. 339. 391. 447. 541.
Administrationis Capellæ, Dec. 784.
Administrationis Capellaniarum, Dec. 182.
Administratione Episcopatus, Dec. 81. 93.
Administrationis tutelæ, Dec. 678.
Afflictus, Decis. 729. 745.
Afflictus scripturarum, Dec. 276.
Alienationis bonor. Decis. 360. 720. 723.
Alimentorum, Dec. 127. 146. 485. 499. 585.
Anniuersariorum, Dec. 126. 329.
Apothecarum, Dec. 353. 354. 355.
Archidiaconatus, Dec. 137. 148. 198. 296. 299. 309. 319. 413. 414. 468. 530.
Archipresbyteratus, Dec. 91. 101.
Artis furnariæ, Dec. 105.
Attentatorum, Dec. 120. 764.

B

Baroniæ, Dec. 4. 5. 6. 30. 38. 39.
Beneficij, D. 70. 147. 166. 167. 283. 285. 406. 415. 417 418. 419. 435. 481. 482. 484. 514. 548. 574. 618. 674. 779.
Beneficiorum, Dec. 268. 650. 684. 531. 532. 802.
Bonorum, D. 40. 42. 63. 65. 66. 75. 86. 87. 109. 129. 130. 135 145. 151. 153. 154. 156. 157. 158. 159. 160. 177. 180. 181. 200. 201. 218. 225. 226. 227. 231. 304. 311. 312. 313. 314. 315. 332. 334. 365. 371. 379. 404. 439. 448. 449. 451. 463. 464. 474. 488. 489. 493. 494. 495. 496. 505. 506. 507. 510. 521. 523. 525. 526. 527. 563. 580. 583. 596. 614. 624. 625. 628 619. 633. 640. 642. 651. 652. 661. 666. 669. 681. 685. 690. 691. 693. 699. 704. 706. 708. 710. 712. 721.

C

Canonicatus, D. 68. 178. 267. 275. 405. 427. 519. 592.
Canonicatus, & præben. D. 77. 176. 205. 206. 343.

Cantoriæ,Dec.598.
Capellaniæ, Dec.62.141.183.204. 327.359.420.545.
Caſalis, Dec.106. 187. 188.517.520. 692.703.793.
Caſalis, ſeu Pedicæ, Dec. 103.
Caſalium,Dec.139. 174. 564.
Caſtri, Deciſ.52.54.55. 58. 263.340.346. 368.458. 476. 529. 579. 581. 582.601.664.766.
Caſtrorum, Deciſio 7.15. 136. 210. 211. 212. 322. 326. 443.547.617.
Cauſæ Partus, Dec.701.
Cenſus,Dec.99.375.444.586.587.
Cenſuum,Dec.356.
Ceſſionis,Dec.12.453.502.
Collationis dotis,dec.96.472.
Collegij,Dec.455.
Compenſationis,Dec.84.85.626.627.707.
Compromiſſo, Dec. 125.155.156.724.742.746.753.
Computorum,Dec.512.
Confinium, Dec.306.461.462.
Congruarum portionum, Dec.16.17.230.
Conſenſus,Dec.247.169.170.
Contrauentionis,Dec.473.
Coriorum,Dec.164.611.
Correſpectiuitatis,Dec.392.
Curſus aquarum,Dec.702.

D

Damnorum & intereſſe,Dec.67.467.
Decanatus, Deciſio 90.457.491.528.518.534.646. 647.676.677.695.
Decimarum, Deciſio 98.102.104.111.122.123.150. 197. 199.305.428.630.
Denegationis poſſeſſionis,Dec. 56.
Deuolutionis, Dec.466.
Deuolutionis bonorum,Dec.776.
Deuolutionis domorum,Dec.636.672.
Deuolutionis tenimenti,Dec.115.562.571.572.
Domorum,Dec.8.9.10.11.59.80.274.370.
Domorum,& apothecarum,Dec.426.
Domorum & Vineæ, Dec.566.
Domus, Deciſio 203. 219. 242. 261. 264. 280. 281. 282. 292.307.345.372.553.575. 576.608.631.645. 654. 655.675.700.
Donationis, Deciſio 124. 204. 244. 245. 246.248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260.269.270. 271.273. 384. 433.513.537.542.543. 544.762.
Dotis,Dec.37.588.589.590.737.741.
Dotium,Dec.771.

E

Electionis,Dec.486.
Emolumentorum,Dec.756.770.
Emphyteuſis,Dec.479.
Exactionis,Dec.546.
Excommunicationis,Dec.383.
Executionis,Dec.689.
Execution is teſtamenti,Dec.623.
Expenſarum,Dec.730.761.777.809.
Extinctionis cenſus, Deciſio 727.751. 781. 788. 797 806.813.

F

Facultatis teſtandi in ſpurios,Dec.487.
Fendi,Dec.41.
Fideicommiſſi, Deciſio 49. 51. 57.72. 118. 185. 279. 286.287. 294.308.374.648.649.556.568.694.697. 698.735.748.749.760.
Fideiuſſionis,Dec.663.
Fructuum,Dec.43.44.316.471.709.738.807.
Fundationis miſſæ,Dec.671.

H

Hereditatis, Deciſio 1.2. 3.83. 107.114.117.133. 220.234.235. 236. 237.238.239.241. 295.320. 366. 376. 432. 450.452. 469. 501. 551. 597. 620. 658.683.686.696.705.715.722.726.775.780.782. 783.790.808.812.
Hoſpitalis,Dec. 508.509.714.725.
Hypothecæ,Dec.32.

I

Illegitimitatis, Dec.207.357.470.477.
Immiſſio in poſſeſſio,Dec.565.
Incurſus Alexan.Dec.639.
Iuris arrenda,Dec.341.342.
Iuris conferen.Dec.503.
Iuris congrui,Dec.475.
Iuriſdictionis,Deciſio.78.142.165.171.179.186.213.594. 595.600.615.740.796. 378.549.612.613.
Iuris ingrediendi,Dec.514.
Iuris patronatus,Deciſio 208.228.229.381.385.387.407 408.409.599.792.
Iuris præſentandi,Dec.789.798.
Iuris ſedendi in choro, Dec 785.
Iuris ſepellien.Dec.333.358.364.550.
Iuris viſitandi,Dec.736.744.
Iuſtificatio ſenten.Dec.386.445.

L

Legati,Dec.94.490.609.755.795.800.801.
Legatorum, Dec.662.667.
Legitime.Dec 60.61.538.539.540.
Legitimationis,Dec.569.
Limitum,Dec.511.
Liquidationis,Dec. 278.
Liquidationis fructuum, Dec. 13.14.
Literarum Cambij, Dec.811.
Littoris Maris,Dec.27.28.29.33.34.35.36.
Locationis,Dec.377.

M

Matrimonij, Deciſio 26. 50.116.121. 209.317.336. 337.338.429.430.431.460.497.570. 605.606. 643.656.657.750.
Melioramenti,Dec 398.554.607.
Mercedis,Dec.559.584.602.603.774.
Militiæ ſiue pecun.Dec.728.
Molendini,Dec.717.
Monaſterij,Dec.214.215.216.367.
Montium,Dec. 262.272.

N

Notariatus,Dec.754.769.812.
Nullitatis cenſus,Dec.757.
Nullitatis legitimationis,Dec.610.
Nullitatis ſubhaſtationis,Dec.599.

Obſerua-

O

Obſeruationis beneficiorum,Dec.759.
Officij curiæ de Sabell. Dec.682.
Optionis,Dec.411.

P

Palatij,Dec.131.132.168.
Parochialis,dec.410.421.427.442.465.483.516.786.
Pecuniaria,De.71.92.95.119.149.291.622.629.635.653.
Penſionis,Dec.25.69. 128. 184. 191.196.217.233.240. 277.297.298.301.302.305.318.330.331.348. 349. 350.351.380.389. 396.397.399.400.401.402. 412. 425.436.454. 504. 533. 591.670. 699. 731. 765. 767.791.
Perceptoriarum,Dec.422.423.
Pontis Arrigi,Dec.390.632.
Portionis,Dec.335.713.
Poſſeſſionis,Dec.324.325.
Præcedentiæ,Dec.172.173.175.438.522.733.
Precij Domus,Dec.456.
Prædij,Dec.88.747.
Præeminentiarum,Dec.194.758.799.
Prælationis,Dec.140.
Præſentationis,Dec.687.
Præſtimoniorum,Dec. 535.
Prætenſionum,Dec.441.
Primitiarum,Dec. 516.688.
Prioratus,Dec.478.739.772.778.
Probationis,Dec.73.100.
Profeſſionis,Dec.289.290.

Q

Quartæ,Dec.732.768.805.805.
Quintæ partis fructuum,Dec.801.

R

Reuocatio indemnitat.Dec. 113.679.
Remiſſoriæ,Dec.573.
Repetitionis indebiti,Dec.112.
Reſciſſionis concordiæ,Dec.440
Reſciſſionis contractus,Dec.152.
Reſciſſionis inſtrumenti,Dec.74.82.
Reſignationis,Dec.578.
Reſtitutio in integrum,Dec.719.

S

Sacriſtiæ,Dec.48.773.
Sententiæ,Dec.89.
Sepulturæ,Dec.221.222.223.224.492.787.
Societatis, Deciſio 134. 192. 193.280.300.321.553.567. 660.763.
Solutionis debitorum,aliàs donationis,Dec.437.
Spolij, Dec.323.328.344.352.718.
Status, Dec.76.79.97.108.110.593.604.
Statuti de ſucceſ.Dec.232.265.266.393.
Statutorum,Dec.644.
Supplemẽti legitimę,Dec.347.362.515.536.668.673.804.
Suſceptionis ordinis,Dec.560.561.
Sylue,Dec.64.

T

Tenimenti,Dec.716.
Teſtamenti,Dec.369.637.638.621.680.734.752.
Teſtamenti epiſcopi,Dec.47.
Teſtamenti in ſcriptis,Dec.434.
Theſaurariæ,Dec.363.
Tranſlationis,Dec.243.274.
Translationis penſionis,Dec.446.
Territorij,Dec.388.
Tranſactionis,Dec.161.
Tutelæ,Dec.634.

V

Venditionis,Dec.143.
Vinearum,Dec.18.19.20.21.22.23.24.31.45.46. 480.659.
Vineæ,Dec.190.552.558.577.641.711.
Vnionis,Dec.189.
Vſurarum,Dec.195.
Vſusfructus,Dec.138.

Errata quæ occurrent in hac Prima Parte Deciſionum, ita corrigito.

Deciſione prima,num.1.ibi,Cardinalem illum feciſſe.lege,illud.

D.3.num.1. ibi, de tractatu,& probatu.lege, probatur.

D.5.nu. 1. ibi, qui videtur, lege, videntur, & nu.4.ibi,pluralitas actum. lege,actuum.& nu.5.ibi, facit Ioannes.lege fecit.

D.8.nu.3.ibi ſequens clauſula cum hoc quia cenſetur. lege, quia ſequens clauſula cum hoc pacto cenſetur.

D.11.in principio ibi quia intellexit d.clauſulam concedere.lege,per d.clauſulam.

D.12.nu.2.ibi de re iud.lege,de iudic.& nu.5.ibi, non eſſe ſtatum huic ſententiæ.lege,ſtandum.

D.17.num. 2. prope medium ibi,ergo aperti fatetur.lege, aperte.

D.20.nu.1.ibi,Nec obſtant ad deducta.lege,adducta.

D.22.nu.4.ibi,tamen propter ignorantẽ.lege,ignorantiã.

D.23.in princ.ibi,propter contrauentionem factam Iacobo.lege,à Iacobo.

D.26.nu.1.ibi,ff.ſi cer.peta.lege,ff.de iureiu.& nu.5. ante medium,ibi,vna detentata à ſubornatione. lege, tentata ſubornatione.

D.27.nu.9.circa finem.ibi,anteriori titulo quæ operatur. lege,qui operatur.& nu.12. circa finem ibi, nempe ille de 70.annis.lege,illi.& nu.20.circa medium,ibi,reſiſteruntlege,reſtiterunt.

D.28.nu.7.in ſummario.ibi,tollitur.lege,inducitur.

D.31.in principio.ibi,ter fuit monitum. lege,monita.

D.37.in princ.circa medium, ibi, nupſit eadem Hieronymo.lege, eidem.

D.38.nu. 1.circa finem.ibi,Mandel Abb.lege, Alben.

D.41.nu.6.ibi,aut ſumus in feudo non abſoluto. lege, abſolute.

D.43.in princ.circa finem.ibi,ſecus ſi velle.lege,vellet.

D.44.nu.4.circa medium.ibi,Domina Biſcia,lege,Dominus,& nu. 5.ibi,Dominam Biſciam.lege, Dominum.
D.47.nu.3.circa medium.ibi,diſpoſitiones morienti.lege, morientium & nu.8.ibi, Tertia regula.lege,Tertio,regula; & ibidem inferius, Quarta regula.lege,Quartò,& nu.12.ibi,illud deſtruere lege,illum.
D.48.nu. 1.circa finem.ibi,l.3.§.generaliter.lege,l.1.& nu. 6 ibi,cuius cura per votum.lege, per vnum.
D. 51.nu. 2.ibi,de leg.1.lege,de leg.3.& ibidem paulo inferius.ibi,& rurſus filijs deſcẽdẽtibus.lege, decedentibus.
D.53.nu.4 circa medium.ibi,poſſent conſignari.60. ſcuti. lege,ſcuta.
D. 56.nu.3.in fine.ibi,de qua hic non obſtat.lege, conſtat.
D. 59.nu. 1.ibi,pro ſe, & nouæ.lege,& nomine.
D.61.n.1.ibi, in 3000 ſcutis dotauerit.lege,dotatæ fuerint.
D.64.nu.8.circa finem.ibi, quinimo quod. lege, quinimo etiam quod.
D.67.nu.4.in fine.ibi,Molidan.lege, Mohædan.
D.70 in prin.ibi,ſummi Pontificis lege, Pontifices.& n.5. ibi,§ ſi duobus vehiculum, adde,ff.commoda.& nu.12. ibi,ſufficit ſolus habitus.lege,non ſufficit.
D.77.nu 5.ibi,vt valeat reuocabiliter.lege,irreuocabiliter.
D.78.nu.2.circa finem.ibi,tollere exceptiones. lege,exemptiones.
D.79.in prin.ibi,& mouentur ex diſpoſitione. lege, depoſitione.
D.81.nu. 1. ibi,l.athletas.l. fi.lege,§.fi. & nu.2. ibi,vbi alia adminicula vel coniectura concurrunt. lege, non concurrunt.
D.86.numero 2. in fi. ibi, an conſtet de bino iure. lege,bono iure.
D.91.num.1.circa fi.ibi,non ob. quando ſupplicatio.lege, quod ſupplicatio.
D.92.nu.4.vltra med.ibi,l.ſecũda. §.primo, lege, §.primo.
D.94.nu.1.ibi, quæ ſibi ſola.lege,ſi ſola.
D.96.nu. 1.ibi,quoad diſpoſitionem iuris.lege,ad diſpoſitionem iuris.
D.97.nu.2. ibi, præſumitur vſui receptum. lege, vſu receptum.
D.98.nu.1.ibi,ita in inſertis. lege,ita inſertis.
D.99.nu.12.ibi,quoniam interdum iſti. lege, interim iſti.
D. 100.nu.8.ibi, Clau.de Seiſel.in l.naturaliter.§.nihil commune. Adde ff.de acqui.poſſeſ.& nu.10.ibi,cum lex. lege,cui lex.& ibidem inferius.ibi,quĩ vbi ſuſpicat calumniam.lege,ſuſpicatus.
D.102.nu. 10 in fine.ibi inuoluero.lege, inuolucrò.
D.105.nu. 1.ibi,Gabrielis latam.lege,Gubernatoris.& n.6. in fi.ibi,tunc non poſſe.lege,non poſſet.
D. 106.in ſummario nu. 1.ibi, Denegatio.lege, Derogatio.
D.107.nu.4.ibi,Saly.d conſ.40.lege,Syluan.& eod.n.in fi. ibi,non diſcendente ab illo.lege,diſcedente.
D.108. nu.3.in fi.ibi, per Parenteum.l.Parentium.
D. 111.in ſummario.nu. 1.ibi, concordij. lege, concordiæ. & inferius.ibi,concordio.lege,concordia.& nu.3.ſummarij.ibi, probata leſione ſunt nulla.lege,eſt nulla,& in prin.deciſionis ibi concordij,lege cõcordiæ. & inferius. ibi,concordio.lege,concordia.& num.3.ibi, concordia ſint nulla.lege,ſit nulla.
D.114.nu. 1.ibi,hypothecam vti quis.lege, vbi quis.
D.115. in princ. in fi.ibi, factum pactum de affrancando expreſſum.lege,expreſſim.
D.119.n.2.circa medium.ibi, vt ſi poſſet vigere.lege, vigore.& ibidem,inferius ibi,ſuſcitentur litis lege,lites.
D.121 nu. 15.circa medium.ibi, quod procedet.lege, procedit.& ibid.inferius.ibi,à ſubie&.matrim.lege, maret. & num.21.circa medium.ibi,ſicut de iure lege,ſic vt de iure.& nu.22.ibi, Angelum volentem. lege, nolentem, & paulo inferius.ibi, infinitum comprehendit.lege, cõprehendat.& nu.23. ibi, nolo accipere. lege volo.
D.122.nu.3.circa medium.ibi, non obſtat quod c. nuper. Adde de decim.
D.123.nu. 1.in ſummario.ibi, de primile.lege, de decim.& nu.1.deciſ.ibi,c.nuper. Adde, de decim.
D.124.nu.2.ibi,cogitatio de libris lege, de liberis.& nu.4. ibi, ſuſceperit libros.lege, liberos. & num.8. circa medium.ibi, inofficioſis donationis. lege, donationibus.
D.125.nu.1.circa finem.ibi,vere noluiſſe.lege, voluiſſe.& nu.13.ibi,valuiſſe ſtatutum.lege,ob ſtatutum. & nu.15. circa fin.ibi,Nec obſt.ſe forte.lege,ſi forte.& nu.16.ibi, ſuſtineri non poteſt.lege, ſuſtineri poteſt.
D.126.nu.2.ibi,dictorum aduerſariorum. lege, anniuerſariorum.
D.127.nu.2.ibi,l.ſi vnquam.nu.1.67.& nu.14. Addendũ, Nata conſi.525.nu.16. lib.3. quicquid dixerit Alciat. relatus à Pedemont.deciſ.91. nu.14. dein ſequi debet. qui tamen non figunt rc.& nu.5.ibi, effecta eſſet ſufficiens.lege inſufficiens.
D.137.nu.7.ibi,prioris teſtamentaria.lege,teſtamenti.
D.238.nu.4.ibi,Tiraquel in l.ſi vnquam, in præfat. nu. 7. Adde,C.de reuocand.dona.
D.330.nu.2.ibi,Fely.in c.ad aures.col.8. nu. 14. Adde, de reſcrip.
In Epiſtola Hieronymi Francini circa principium, ibi, tadidit.lege,tradidi.
In verſibus Ioſephi Caſtalionis 4. verſu, ibi, excuſa, lege, excuſſa.
In verſibus Ioan.Baptiſtæ Tiraboſchi, verſu 4. ibi, vtitur, lege,vtitor.

DECISIONVM DIVERSORVM ROTAE ROMANAE. PARS PRIMA.

ORADINI.

Romanenſis hæreditatis à Bordeſia. Die prima Martij. 1572.

SVMMARIVM.

1 *Tractatus filiationis probatur ex actibus erga filios fieri ſolitis.*
2 *Filiationis quaſi poſſeſſio quæſita dicitur ex probatione tractatus.*
3 *Actus communes etiam nepotibus præſumuntur facti filijs,& non nepotibus.*
4 *Filiationis quaſi poſſeſſio an habeat effectum contra matrem venientem ab inteſtato.*

DECISIO PRIMA.

PRIMA difficultas eſt,an probetur tractatus per aliquos actus. Et in hac fuit tentum, probari, quòd Cardinalis tũc Epiſcopus accepit puerum cũ contraſigno. Secundò, aluit in ſua Abbatia. Tertiò, retinuit eum Pariſijs in domo cuiuſdã Amici. Quartò, tranſmiſit ad ſcholam in ciuitate Lugduni, & in oppido Tornoni. Quintò, perſonaliter accepit puerũ ex Tornone,& duxit ſecum Romam. qui actus videntur inducere à communiter accidentibus,& à veriſimili, † ℘ Cardinalis tractauerit vt filium, attenta qualitate ipſius.Et licèt hæc poſſent fieri erga alios, præſertim nepotes, tñ veriſimilius eſt fieri erga filios. Nec ob.contrarietas teſtiũ, quia dum vnus dicit,℘ dedit nutrici puerum, poteſt intelligi,Cardinalem illum feciſſe per interpoſitam perſonam,ſeu famulam. Minus ob.ſingularitas teſtium,quia cùm aliqui dicant audiuiſſe pluries à Cardinali, poſſunt præſumi conteſtes.

Secunda difficultas eſt, an ex iſtis actibus & tractatu probetur quaſi poſſeſſio filiationis Alphonſi, & fuit tentum, ℘ ſic, † quia cum fuerit tractatus vt filius, fuit ſibi quæſita poſſeſſio, & hæc probantur per Bal.& cæteros, in c.per tuas, de probat. & in alijs locis cum cõcor.vbi non ſolum conſideratur actus qui ſoli filio cõueniunt. iuxta l.quidam, de verb.obl.ſed alij actus qui licèt poſſint conuenire alijs quàm filijs,†tñ à communiter accidentib.vt plurimum fiunt erga filios, vt alere in domo, mittere ad ſcholas, veſtire cõdecenter & ſimiles. Et multum mouet Dominos,quòd Cardinalis exiſtens Epiſcopus & forſan de conſilio Pariſienſi de nocte ſolus certa hora venit ad accipiẽdum puerum, cùm omnia potuiſſet explicare per interpoſitas perſonas etiam erga nepotem.

Tertia difficultas eſt, † an hmõi tractatus, ſiue quaſi poſſeſſio filiationis probet, Alphonſum fuiſſe filium ad effectum, vt obtineat in hoc iudicio bona exiſtẽtia in vrbe contra matrem venientem ab inteſtato.Et Dñi noluerunt ſuper hoc aliquid determinare: ſed illud reſeruarũt, videndum viſis alijs probationib. D. Alphonſi. & dubitationem facit pro nunc, quod tradit poſt alios Alciat.nouiſſime de præſump. præſump.28.nu.7. in quarto caſu.

ORADINI.

In eadem Roman. à Bord. Die 28. Aprilis. 1572.

SVMMARIVM.

1 *Affectio vehemens,eſt magna præſumptio ad probationem filiationis.*
2 *Actus vt præſumptiuè concludant, ſufficit ad tractatum filiationis.*

DECISIO II.

DOmini, ſtante reſolutione facta in præcedenti poſitione, ℘ probetur tractatus, prout in ea tenuerunt, ex his, quę modò præſupponuntur colligi, adminiculis pro illo tractatu, quia teſtes deponunt de veheméti affectione Cardinalis erga Alphonſum † q̃ multum operatur. Anch.conſ.125. & probãt plures circunſtantias, quę licèt poſſent accõmodari alijs quàm filijs, tñ à communiter accidentibus magis communiter exercẽtur per patres erga filios, quàm erga alios.Et quia † in hac materia videtur ſufficere, ℘ actus præſumptiuè concludant ad tractatũ filiationis. Ruin.conſ.289.lib.2. Nec obſt. quæ adducuntur ad excludendum hanc probationem tractatus. Quia credendum eſt, Cardinalem virum prudẽtem, & in negotijs practicum, oia feciſſe pro maiori cautela, vt eſt illud de emptione officiorũ, ne vacaret per obitũ Alphonſi: & ſimiliter ℘ circa emptiones

bonorum extra districtum Vrbis & circa testamenta facienda procurasset hęc fieri per legitimos modos, vt impetrando dispensationem & facultatem testandi, prout & alij faciunt.

ORADINI.

In eadem Roman. Die 6. Octobris. 1572.

SVMMARIVM.

1 *Testes deponentes de magna affectione & alijs actibus requisitis ad filiationem, probant tractatum.*
2 *Testes deponentes de nominatione filij facta ab alijs repręsentantibus personas parentum, probant filiationem.*
3 *Nominatio filij ex qualitate patris, probatur per testes singulares.*

DECISIO III.

1 COncluſum fuit, quòd, aut loquimur de tractatu, & probatu, quia † testes deponunt de magna affectione & dilectione & multis alijs proportionabilibus ad filiationem, & fuit decisum in alijs positio-
2 nibus, reseruato vt videatur quid operetur. Aut † loquimur de nominatione facta ab alijs, & de eorũ repręsentatione, & fuit cõcluſum eas probare, quia testes clare hoc dicunt: imò sunt duo qui deponunt de communi, & concluſum fuit, nominationem & confeſſionem Cardinalis probari, ſed testes esse ſingulares. Et ideo fuit dubitatũ, an probent: quia regulariter testes ſingulares non probant: nec placuit illa reſponſio, ꝙ agimus de probatione in genere, quia vt tractari in ſpecie de nominatione & confeſſione Cardinalis. Idcirco ſuper hoc ſi opus fuerit, ſpecialiter poterit dubitari. Itẽ ſenſerũt pro maiori parte de confeſſione tacita, ſed aliqui contradicebant, ideo ea fuit omiſſa. Et quoad nominationẽ, ꝙ non probetur per teſtes ſingulares, allegabatur Rui. lib. 2. conſ. 2. nu. 87. Et
3 † in hac materia propter qualitatem Cardinalis fuit dictum valde esse ad propoſitum Doct. Hoſtien. alleg. in c. tranſmiſſæ, qui fil. ſin legit.

ORADINI.

Caullicen. Baroniæ de Thoro. Die Lunæ 11. Februarij. 1572.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum nullum ſubſtinetur in vim codicillorum, ex clauſula codicillari.*
2 *Testamentum, & codicilli non probantur per priuatam ſcripturam, niſi poſt publicationem.*
3 *Scriptura non videtur esse in forma probante quoad publicationem circa testamentum.*
4 *Publicatio testamenti facta præſumitur ex antiquitate temporis. & infra deciſ. prox. num. 1.*

DECISIO IIII.

FVit determinatum, tres esse difficultates. Prima, an dictum testm̃ Petri Cadordi ſubſtineat in vim codicillorũ ex clauſula codicillari, & alijs in eo ad-
1 ductis. & † in hac fuiſſe concluſum, testm̃ ſubſtineri. l. fin. C. de codicil. & tenẽt plures ab informantibus allegati, qui pro vtraque parte idem ſentiunt. Secunda difficultas eſt, an conſtet in hoc caſu de clauſula codicillari & alijs,
2 & fuit tentum, quod † ſicut testm̃ conditum in ſcriptis per priuatam ſcripturã non probatur, niſi facta publicatione. l. publicati. C. de teſtam. ita etiam testm̃ nuncupatiuum, & codicilli, priuata ſcriptura confecti, non probantur per eam, niſi facta publicatione, iuxta trad. per Iaſ. in
3 d. l. publicati, in fi. quia eadem ratio eſt. Nec † obſt. deciſio alias facta, ꝙ ſcriptura videatur esse in forma probante ſi ſubſtinetur in vim codicillorũ, quia Dñi dixerunt, tũc non fuiſſe habitam rationem iſtius publicationis facien dæ circa teſtamentum nuncupatiuum, vel codicillos. Tertia difficultas eſt, an hmõi ſcriptura probet clauſulã
4 codicillarem, quia † ex antiquitate temporis videtur pręſumi publicatio, vt tenet Aret. conſ. 36. ſequitur Iaſ. in d. l. publicati, nu. 5. ſed reſponderi poteſt, quòd hoc procederet, niſi cõſtaret quomodo exemplatio facta fuerit, & ſic ſine publicatione, per allegata pro parte Ludouici. Et hoc vltimum ſpecialiter videndum esse Domini cenſuerunt data copia decreti iudicis.

ORADINI.

In eadem Caullicen. Veneris 30. Maij. 1572.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio teſtamenti præſumitur facta ex concurſu plurium circumſtantiarum. & num. 3.*
2 *Intentio ex quibus colligatur.*
3 *Inſinuatio, recognitio, & alia huiuſmodi præſumuntur ex auctoritate iudicis, & lapſu temporis.*
4 *Publicatio teſtamenti eſt de ſolemnitate ipſius neceſſaria.*
5 *Teſtamentum non publicatum probat contra illum, qui tenebatur publicare.*

DECISIO V.

CONcluſum fuit, dictam ſcripturam esse tranſumptum, vt apparet ex verbis ipſius, & facere fidem pro Roſtano. Nec obſt. defectus publicationis
1 originalis, quia † ea præſumitur in hoc caſu propter concurſum pluriũ circumſtantiarum, iuxta conſ. Aret. 36. cũ concord. vt eſt tempus, enunciatio Iudicis, effectus ſubſecutus, & quod ſumus contra hæredem tranſumptantis, vt confirmarunt Domini hoc ex his, quæ in facto in hac materia tradiderunt Iaſ. & Bertran. in conſilijs allegatis, qui videtur omnino præſupponere, originale fuiſſe publicatum, & hoc pręſupponendo dubitãt ex alijs cauſis, vt apparet in dictis conſilijs.

Prima eſt difficultas, an iſta ſcriptura, quæ pręſupponitur, contineat publicationem teſtamenti & exemplationem, vel tantùm exemplationem. Secunda, an publicatio ſit præſumenda. Tertia eſt, ſi non præſumitur publicatio, an ſcriptura ſaltem probet contra Ludouicum venientem ex teſtamento Ioannis de Moncis.

Et reſpondendo ad primam dicitur, ꝙ iſta ſcriptura ſolum contineat exemplationem d. teſtamenti, ex verbis
2 expreſſis in ea, vt in toto proœmio, ex † quo colligitur intentio. l. j. ff. ad Maced. Itẽ ex parte diſpoſitiua ex qua apparet, ꝙ iam testamẽtum erat apertum, ibi, vidimus, &c. &, non cancellatum, &c. & quia inſerit tenorem, & quia dicit, poſt lecturam. & ex peritione d. Ioãnis ibi, fuit nobis, &c. & ex diſpoſitiua ipſius Iudicis ibi, hmõi exemplationi, faciunt not. per Doc. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. vbi tractant de materia trãſumptionis inſtrorum.

Ad ſecũdam difficultatem reſponſum fuit, quòd publicatio ſit præſumenda ex auctoritate Iudicis & lapſu
3 temporis 80. annorum & amplius. Nam † iſtis ſtantibus præſumitur

præſumitur publicatio. Aret. conſ. 36. cum alijs allegatis, & idem videmus in inſinuatione, recognitione, & alijs, vt in deciſ. Put. allegatis. Et tantò magis intrat iſta præſumptio, cùm ex conſilijs Iaſ. & Bertran. decurrimus, ꝙ iſta publicatio vera interuenerit. item cùm agatur contra ſucceſſorem Ioannis, qui tenebatur facere iſtam publicationem. faciunt trad. per Rot. in nou. de fide inſtru. deciſ. j. in j. addit. cum alijs quæ tradunt Doct. in d. auth. ſi quis in aliquo. vbi nouiſſime Purpurat. num.... C. de eden. item cum detur obſeruãtia & effectus illius exẽpli.

Non obſt. quòd ſubſtantia actus qui ſubſiſtit in publi
4 cationem non præſumitur. Quia † reſp. quòd ſubſtantia eſt ipſum teſtamentum, & publicatio eſt ſolemnitas, ſeu qualitas illius, licèt ſubſtantialis vel neceſſaria. & ita Aretin. & Doct. communiter tenent, quòd præſumitur talis publicatio. Non obſt. quòd non eſt præſumenda pluralitas actum, & ſic actuũ publicationis diuerſus. Quia reſponſum fuit, quòd exemplatio & publicatio ſunt diuerſa, & præſumendum eſt, publicationem præceſſiſſe, vt in ſimilibus alijs, & nihil impedit multiplicatio, quæ videtur habere locum in eodem actu. Non obſt. quòd citatio, inſinuatio, & ſimilia, ſint extrinſeca, quia etiam publicatio eſt extrinſeca, præſertim ab exemplatione. Non obſt. quòd vbi ſcriptura caret fide, antiquitas non operatur, quia hoc eſt de quo agimus: nam cum adſit decretũ & aſſertio Iudicis cum antiquitate temporis, præſertim cum alijs ſupra conſideratis, præſumitur, quòd ſcriptura exemplata faciebat fidem. Non obſt. quòd ex inſpectione apparet de mala publicatione, quia negatur hoc, nam nõ conſtat quod fuerit male publicata, & ideo præſumitur quod rectè fuerit publicata, quia Iudex alias nõ proceſſiſſet ad exemplationem, ſed præſuppoſuit Iudex & aſſeruit virtualiter, quòd eſſet publicata, cùm dixerit ea quæ dixit, ideo ceſſant iſta. Corn. conſ. 348. num. 31. cum ſeq. lib. j. dicit ad propoſitum, quòd iſta negatiua non probat, quando ibi neceſſaria non erat ſcribenda.

Ad tertiam difficultatem, ꝙ hæc ſcriptura probet contra Ludouicum, reſponſum fuit, eam facere fidem: nam
5 † licet teſtamentum non probet quando non eſt publicatum, dicitur hoc verum eſse contra illum qui non eſt in culpa, ſed contra illum qui tenebatur publicare, probat, vt dolus aut culpa ſibi proſit, & ne aperiatur via fraudib. ſicut dicimus ꝙ copia probat, quando culpa aduerſarij non poteſt haberi originale.

Secundò, ex obſeruantia tam longæua & ampla, quæ facit vt adhibeatur fides exemplo, aut ſaltem præſumantur ſolemnitates, nec ex eo quod fuerit vocatus in teſtamento Ioannis ſecundo genitus, tollitur iſta obſeruãtia, quia poteſt dici quòd hoc prouenerit ex mala ſua intelligentia dicti teſtamenti Petri. Item obſeruantia prima eſt attendenda, quia agebatur de præiudicio primorum hæredum in primo teſtamento, & quod poſtea de facto facit Ioannes, non eſt attendendum, ex quo Ioãnes ſemel & pluries antea agnouit d. primum teſtamentum. quæ poſſunt confirmari, ex multis quæ tradunt Doct. in d. auth. ſi quis in aliquo. in pluribus limitationibus ad regulam, quòd exemplum inſtrumenti non probet.

ORADINI.

Caullicen. baroniæ de Thoro. Lunæ 28. Ianuarij. 1572.

SVMMARIVM.

1 *Filij maſculi deſcendentes ex feminis, quando veniant appellatione liberorum maſculorum.*
2 *Teſtator vocando liberos maſculos, intelligitur etiam vocare maſculos ex fœmina, ſi mens aliter non repugnet.*

DECISIO VI.

1 DOmini concluſerunt, ꝙ prędicta limitatio, quòd † vbi teſtator non habuit rationem agnationis, filij maſculi deſcendentes ex feminis veniũt appellatione liberorum maſculorum. aplicetur præſenti caſui, & ꝙ ideo liberi maſculi Nicolæ filiæ D. Ioannis de Moncis admittãtur tanquàm comprehenſi in d. teſtõ Petri Cadordi. Et moti ſunt tam ex proprietate verborum, quia appellatione liberorũ maſculorum veniunt maſculi deſcendentes ex fœminis. l. liberorũ. ff. de verb. ſignif. l. j. C. de cond. inſer. & ibi Doct. cum concord. allegatis per Franc. Iaſ. & Neuiz. in locis allegatis ab informantibus.

Nec obſt. concluſio firmata ex intentione Io. And. & ſequacium communiter recepta, quam late deduxerunt informãtes pro Dño Ludouico. Quia illa prędit tã ex interpretatione, vt in dictis locis tradunt Doct. quã etiam ex mente Petri teſtantis, qui vocando Ioannẽ de Moncis filium ſuę ſororis vterinę, qui nõ erat de eius agnatione, & eius liberos maſculos, ac D. Magdalenam eius priuignam in extranea agnatione exiſtentem, oſtendit ꝙ nõ curauit conſeruare ſuam agnationem, vel bona in ſua agnatione: nec refert ꝙ Soci. & alij tenentes hanc limitationem, ſiue concluſionem in l. Gallus. §. nunc de lege, in fi. de libe. & poſthum. cum concordantib. loquantur, qñ filia vel alia mulier eſt inſtituta, & vocantur eius deſcendentes maſculi, quaſi tunc clarè appareat quòd teſtator non ſtuduit conſeruationi agnationis ſuæ: quia dictum fuit quod idem cenſetur esse, quando inſtituerit aliam perſonam etiam quod ſit de genere maſculorum, & eius deſcendentes maſculos, quæ non erat de ſua agnatione, vt fecit teſtator in caſu præſenti, quia iſto caſu ſimiliter non procurauit conſeruationem agnationis.

Confirmatur hoc, quia quatenus pro parte Ludouici dicitur, ꝙ Petrus teſtator *voluit conſeruare ſuam agnationem*, diſponendo quod Ioannes de Moncis & liberi deberẽt ferre cognomen & arma ipſius teſtatoris, & ſic curauit, agnationem ſuam cõſeruari ciuili quodam modo. Quia reſp. quòd mens & intentio teſtatoris fuit conſeruare hoc pacto, agnationẽ per maſculos qui apti erãt hoc facere, tenendo cognomen & arma. Vnde ſicut maſculi deſcendentes ex maſculis Ioannis de Moncis poterant hoc adimplere, eo modo maſculi deſcendentes ex filia D. Ioannis potuerunt conſeruare voluntatem teſtatoris ferendo cognomen & arma, & hoc videtur aperte procedere. Et ideo tollitur illa ratio in qua dicitur, quòd in hoc caſu teſtator tractauit de conſeruanda ſua agnatione. Quia huiuſmodi conſeruatio qualiſcunque eſt, æquè poteſt fieri per maſculos deſcendentes ex filiabus, ſicut per maſculos deſcendentes ex filijs maſculis. Quod apertius probatur, quia teſtator vocauit maſculos deſcẽdentes ex Dña Magdalena eius priuigna. Nec placuit Dominis illa conſideratio, quod vocauit teſtator Ioannem de Moncis, & D. Magdalenam, vt perſonas ſibi cognitas & gratas, per quas volebat conſeruari ſuam agnationem ferẽdo nomen & arma ipſius. Quia huiuſmodi dilectio non excludit quod noluit idem fieri per maſculos deſcendentes ex filia, cum generaliter liberos maſculos Ioannis vocauerit. Nec illa alia conſideratio quòd hoc pacto poſſet hæc materia deuenire ad perſonas minus ipſi teſtatori gratas, & forte odioſas, & inimicas. Quia hoc eſt diuinare, & ſi hoc attenderetur, diſpoſitio concepta per verba generalia non operaretur ſuos effectus, cum ſemper poſſet dici, quòd ſe-

2 queretur huiusmodi euentus. Vnde† cum vocauerit liberos masculos Ioannis, & masculi ex eius filia nasciturí sint comprehensí in illis verbis . d.l.liberorum , & mens non repugnet, consequens est, vt & ipsí in hoc testamento admittantur.

O R A D I N I.

Nullius Castrorum. Die Lunæ 12.Maij. 1567.

S V M M A R I V M.

1 *Tertius comparens & docens de iure suo, impedit fieri restitutionem vltimi spolij.limita,vt num.3.*
2 *Restituendus est primo spoliatus contra vltimum spoliantẽ.*
3 *Dolus tertij comparentis non impedit fieri restitutionem vltimi spolij .*

DECISIO VII.

FVit conclusum, dominos Cęsarẽ & fratres in hoc iudicio posse obtinere & consequi restitutionem contra Vbertinos & Malatestas,& hoc duplici via. Vna, quia licèt vltimum spolium debeat purgari, iuxta
1 not.in c.fin.de ord.cognit.cum concordan. Tamen,†qñ tertius comparet & docet de iure suo, impedire facit restitutionem, vt tenuit Abb.& alij,quos collegerunt Moder.in tract. de acquir. possˇ. remed.j num.326. & 335. vbi etiam ampliat secundum opin.Inno. Cùm ergo Cęsar & fratres præsupponantur docuisse de iure suo & de antiquo spolio, impediunt fieri restitutionem Malatestis.Alrera via est & proprior ad præsentem casum,quòd
2 † qñ sunt primò spoliatus, & secundò spoliatus possessione earumdem rerum, & agamus cõtra vltimũ spoliãtẽ,primò spoliatus est restituendus, vt tenent Imo.Alex. & alij.quos refert Crescen.decis.157. & per Dec.cõs.100.
Dixerunt tamen Domini videndum esse, an constet
3 de aliquo dolo, † participatione, vel collusione dictorũ Cęsaris & fratrum in vltimo spolio commisso per Vbertinum, vt ex hoc recedẽdum sit à dictis conclusionibus ob aliquod prædictorum, vel quia dictum vltimum spolium sit violentum vel attentatum,& sic qualificatus,pp quas qualitates præfatæ conclusiones veniãt euitandæ.

O R A D I N I.

Camerinen. domorum. Veneris 9.Maij. 1571.

S V M M A R I V M.

1 *Natura emphyteosis est, quòd vna generatio non præiudicet alij.*
2 *Pactum quòd prima generatio possit præiudicare secundæ, & secunda tertiæ, quomodo intelligatur.*
3 *Masculi existentes in vna generatione non præferuntur fœminis existentibus in præcedenti generatione. Contrarium vide supra in seq.decis.*

DECISIO VIII.

MAior pars Dominorum, omissis duabus primis difficultatibus,An res sit disponibilis, & an Io. Paulus voluerit disponere, quia tota vis consistit in tertia difficultate, An Io. Paulus potuit præiudicare D.Fęlici, tenuit, ipsum non potuisse præiudicare, quia
1 †natura emphyteosis est, quod vna generatio non præiudicet alij.iuxta not.in l.quod dicitur, de verb.oblig. cum concord. Et non obst. quatenus in hoc casu est adiectũ pactum expressum, quòd prima generatio possit præiudicare secundæ,& secunda tertiæ.Nam † respondẽt Do-
2 mini, quòd hoc intelligitur quoad existentes in sequenti generatione, prout verba expressim dicunt,non autẽ, vt Io. Paulus existens in prima generatione possit præiudicare D.Fęlici existenti in ea.prima generatione,iux. no.in l.quicquid astringendæ.de verb. oblig.& l.veteribus.ff.de pact.Nec ob.quatenus dicitur,quòd si Io. Paulus potuit præiudicare filijs masculis in secunda generatione existentibus, qui præferũtur fœminis, ergo multò magis potuit præiudicare fœminis existentib. in ea-
3 generatione. Quia † tenentes hanc opinionem intelligebant hunc contractum , quòd masculi existentes in vna generatione præferri deberent fœminis existentibus in ead.generatione,non autem, quòd masculi existentes in secunda generatione possint præferri fœminæ existenti in præcedenti generatione,per notata per And.de Isern. & rursus non ob.quatenus aliqui ex Dominis dicebant, q̃ Io. Paulus potuit præiudicare Fœlici ex illa generali clausula,ad habendum, &c. sequens clausula, cum hoc, quia censetur restringere clausulam præcedentem generalem, ex not.per Salyc.in l.fin.versic.si quidem . C.de pact.dotal. Accedit quòd si Io.Paulus voluisset disponere vigore clausulę generalis,videbatur requiri auctoritas Prioris,quæ non præsupponitur interuenisse.
Dixerunt tñ Domini, q̃ si pars vult audiri super duobus prædictis, videlicet quod dicta clausula, cum hoc pacto,non stet restrictiue, sed potius ampliatiue , & q̃ masculi existentes in sequenti generatione sint præferendi fœminis existentib.in antecedẽti generatione,audiatur.

O R A D I N I.

In eadem Camerinensium domorum. Veneris 11.Maij. 1571.

S V M M A R I V M.

1 *Masculi existentes in secunda generatione præferuntur fœminis in prima generatione existentibus .*
2 *Inuestituram recipiens censetur se conformare cum dispositione statuti.*

DECISIO IX.

STante reseruatione super hac difficultate in præcedenti positione, & stricte quoad præsens dubium, Domini tenuerunt, q̃ masculi existentes in secunda generatione præferantur fœminis existentib.in prima
1 † generatione, & sic deinceps. & moti sunt ex verbis instrumenti inuestituræ ibi, præferẽdos semper masculos, & per cons.Corn.allegat.cũ concor.quę placuerũt Dñis, & nõ curarunt de illis verbis,legitime finitã. quia secundum aliquos continent expressionem eius quod tacitè inest, vel quia existentibus masculis generatio videtur finita quoad fœminas quæ excludũtur à successione, nam masculis non existentibus veniunt fœminæ existentes in præcedenti generatione: & sic res in effectu non reuerteretur ad ecclesiam, nisi finita generatione. & confirmarunt hoc ex allegato statuto si extabat ante inuestiturã,
2 quia † recipiẽs censetur se conformare cum eo. ex not.in l.cũ hęredes.§.cũ ita, ad Treb.sed quid inde sequatur,qa loquimur in masculis existentib.in scda generatione descendentibus ex masculis primæ, & casus præsens loquitur in masculis ex fœminis: videantur præterea ea quæ fuerunt dicta in prima positione.

ORA-

O R A D I N I.

In eadem Camerinensium domorum. Lunæ 3.Decembris. 1571.

S V M M A R I V M.

1 *Fœminæ positæ in prima generatione non intelliguntur vocatę sub conditione, si masculi non disponerent.*

DECISIO X.

DOmini cũ duobus presuppositis. Primò, quòd clausula,& quod prima generatione, stet restrictiue ad potestatem alienandi. Altero, quòd filij masculi nati ex fœminis excludantur ab ista emphyteusi,tenuerunt, Io.Paulum non potuisse præiudicare Fęlici, per ea quæ dicta fuerunt in prima resolutione, & ex primo præsuppositio tollitur fundamẽtum Dñorum
1 de Matheutijs, quòd † fœminæ sunt vocatæ sub conditione, si masculi non disponerent,quia hoc non videbatur procedere in D.Felice, quæ erat in prima generatione,& per ea quæ fuerunt dicta in alijs decisionibus.sed posset illud procedere in fœminis existentibus in alijs generationibus. Nec secundum Dominos oportet ingredi illam difficultatem ad excludendum argumentũ à contrario sensu, quia procedit in sensu directo. Responderunt etiam aliqui ad illud de clausula generali quòd illa proderat Francisco primo acquirenti, non autem descendentibus eius propter verba instrumenti. Qui etiam dixerunt, quòd si pars vult audiri, quòd poterit dubitari.

O R A D I N I.

In eadem Camerinensium domorum. Die 18.Aprilis. 1572.

S V M M A R I V M.

1 *Contrahentes in dubio censentur velle contrahere secundum naturam contractus, & dispositionem iuris communis .*
2 *Dispositio specialis in dubio non restringit præcedentem generalem.*
3 *Clausula specialis magis attendenda est quàm generalis.*

DECISIO XI.

QVoad primam partẽ maior pars tenuit, quòd clausula,ad habẽdum, non det facultatem disponendi Io. Paulo existenti in secunda generatione, sed Francisco tantum primo acquirenti, quia intellexit d.clausulã concedere facultatem ipsi Francisco. Primò, per illa verba, quicquid d.Francisco placuerit &c. quæ personalia sunt per allegata per Aym.cons.
1 98.nu.8.Secundò, quia † in dubio contrahentes censentur velle contrahere & disponere sm naturam contractus & dispositionẽ iuris cõis de eo loquentis.iuxta not. in l.si duo,de acq.hæred.in l.hæredes mei.§.cum, ita ad Trebel.sed huiusmodi facultas sm prædictos terminos datur primo acquirenti tãtum & non alijs, vt tradunt Doct.in l.quod dicitur,de verb.oblig.Tertiò,quia cùm in d.instrumento in principali parte dispositiua detur ius alijs personis quàm Francisco, non est verisimile qđ contrahentes per hmõi clausulam positam accessorie voluerint præiudicare illis. Quæ duo confirmantur exijs quæ tradit Dec.cons.521.col.4.sub nu.11.versˇ.vltˇ. non obstant illa verba, & nu.15. Quartò, quia si hmõi clausula intelligeretur generaliter, quòd oibus esset data facultas disponendi,sequẽs clausula,cum pacto,esset superflua & nihil operaretur contra doctrinam Bal. in rub.C.de contrahen.emp.q.9.
Non obstant illa verba,& vsque ind. tertiam generationem, ex quib. minor pars sentiebat contrariũ. Quia fuit responsum intelligi debere,quòd Franc.posset alienare in præiudiciũ sequentium generationum & non vltra.qui intellectus probabilior esse vˇ,quia est conformis naturæ contractus & iuri cõi, & minus præiudicat cęteris.Quintò accedit, quia cũ Dñi de Matheutijs fuerẽt seˇ verbis instrˇi, cõtra eos fieri debet interpretatio, l.veterib.ff.de pac. & in emphyteosi Alex.cons.....lib. ....
In secunda parte Dñi omnes tenuerunt, quod versˇ. & cum hoc pacto, stet declaratiue & in effectu restricti ue,ẽt dato q̃ præcedens clausula ad habendum &c. staret generaliter.& moti sunt pp illa verba, cũ hoc pacto, quæ ex propria vi restringuntur, & quia alias hic versˇ. esset superfluus.Nec obst.q̃ dispositio specialis non restringat præcedentẽ generalẽ, ex reg.l.regula.§. & licet. ff.de iur.& fac.igno.Dec.cons.69.col.antepen.in j.dub.
2 & 115.col.3.versˇ.vlt.non obstat.Quia † hoc procedit in dubio: sed hic res est clara pp contextũ verborum, quia si erat concessa facultas vnicuique disponendi, ad quid opus erat addere pactum,q̃ vna generatio posset præiu-
3 dicare alteri? Confirmabant † aliqui prędicta ex doctrina Salyc.in l.fi.§.& si quidem.C. de pact.conuen.qui potius attendit clausulas speciales quàm generales.

O R A D I N I.

Romanensis beneficatus Sancti Petri. Die 16.Iunij. 1561.

S V M M A R I V M.

1 *Cessio regressus facta ab eo qui est priuatus omnibus beneficijs,est nulla.*
2 *Papa in atrocibus potest concedere facultatem procedendi sine ordine iuris seruato.*
3 *Citatus ad domum non debet amplius citari.*
4 *Facultas procedendi sine ordine iuris seruato, tollit testium repetitionem.*
5 *Condemnatio facta ex contumacia probat priuationem,licet non probet delictum.*

DECISIO XII.

COnclusum fuit pro validitate sñię ex facultatib.
1 quæ sunt amplissimæ,in qua † sñia cum fuerit ille priuatus oĩbus beneficijs, sequitur q̃ cessio regressus deinde ab eo facta nulla fuerit, cũ esset iã priuatus.Non obst.quæ in contrariũ adducuntur. Primò,
2 quòd † Papa non possit concedere facultatem ita procedendi.Castr.in l.ad peremptorium,nu. 5.& 6.de re iud. Nam superflua est hæc dubitatio præsertim in atrocibus,prout est hoc crimen. Afflict.decis.391. & deinde non tollitur hic citatio & defensio , vt patet ex facultatibus.Secũdò,qđ dicitur, † citationem nõ recte factam, quia nõ fuit perquisitus in vrbe anteq̃ citaretur domi, vt per Tiraq.de retrac.§.9.gl. 11.nu.10. Resp.imò contrarium à multis affirmari, vt nõ sit necessaria alia perquisitio. Soci.fallent.53.in vltˇ.fallent. Tiraquel.vbi supra, pag.486. numero 56. Deinde in casu nostro verba facultatũ sunt clara,& tollunt hanc dubitationem,

dum dicunt prima vice ad domum cum alijs verbis similibus.

De alio quod dicitur, non esse recte condemnatum,
4 quia non fuerunt repetiti testes: resp. † & hoc tolli ex verbis facultatum, dum dicunt, nullo iuris ordine, nul laque præcedente infamia, nulloque processu inquirē te. Quartò quod dicitur, licet esset condemnatus, tamē non ideo probati delictum, cùm sit ex contumacia nec nocere inter alios, Ruin. cons. 19. num. 7. lib. 3. Alciat.
5 reg. 3. præsump. 22. resp. licet † non probetur delictum, tamen probare priuationem quod sufficit. Alex. in l. sæpe, nu. 64. de re iud. Quintò quod dicitur, non esse statum huic sententiæ, nisi constito de eius iustitia: resp. ex facultatibus hoc tolli, quæ nimis sunt amplæ. Vnde ab eis non possumus recedere.

O R A D I N I.

Pisanensis liquidationis fructuum. Die Mercurij 13. Iunij. 1571.

S V M M A R I V M.

1 *Tenens bona tanquam affrancata contra iuris dispositionem, dicitur esse in mala fide.*
2 *Affrancatio facta contra iuris dispositionem an saltem substineatur in vita illius, cuius erant bona affrancata.*

D E C I S I O XIII.

DOmini dixerunt in proposito, duas esse difficultates. Prima, an Zenobius fuerit in bona fide. Et in hoc concluserunt, quòd excepto primo anno, in reliquis non fuit in bona fide, quia debebat petere post annum ab Archiepiscopo beneplacitū Papæ.
1 Vnde cum hoc non fecerit, & tenuerit bona † tanquam affrancata cōtra iuris dispositionem, dicitur esse in mala fide: & ideo non potest lucrari fructus ex hoc capite, in primo autem anno propter conuentionem, & promissionem Archiepiscopi caussatur in eo bona fides.
2 Altera difficultas est, an affrancatio † substineatur saltem in vita Archiepiscopi. & Dñi dixerunt, materiam esse difficilem propter contradictionem Doct. & dato quod cōis opin. teneat valere, iuxta tradita per Doct. in auth. qui rem. C. de sacrosanc. eccles. Tamen possent accommodari limitationes, de quibus per Dec. ibi, & per Soci. & Alciat. in l. j. §. sed si, de verb. oblig. sed vtrunque sic Dñi volunt videre stricte, an Archiepiscopus patiendo Zenobium percipere fructus, sibi præiudicauerit, ita quòd Zenobius eos lucratus fuerit, iuxta illud quod dicitur, quòd Prelatus potest disponere de fructibus in vita sua, maximè quia Archiepiscopus accepit scuta mille, & eis fuit cōtentus & non petijt fructus à Zenobio.

O R A D I N I.

Pisanensis liquidationis fructuum. Lunæ 15. Octobris. 1571.

S V M M A R I V M.

1 *Contractus affrancationis factus contra iuris dispositionem, dicitur esse nullus.*
2 *Emens bona ecclesiæ sine solemnitatibus, & propria licentia dicitur, esse in mala fide.*
3 *Bona ecclesiæ nulliter alienata possunt repeti vnà cum fructibus.*
4 *Prælatus quando dicatur non esse dominus fructuum.*
5 *Alienans rem ecclesiasticam licèt consentiat, repetit rem cum fructibus, etiam quod alleget turpitudinem suam.*
6 *Emens bona ecclesiastica, ex quo emptio sit nulla, potest repetere pretium ab hæredibus alienantis.*

D E C I S I O XIIII.

COnclusum fuit, Archiepiscopū nec sibi nec ecclesię præiudicasse, patiēdo, Zenobium per 12. annos in circa percipere fructus, de quibus agi
1 tur. pro qua resolutione Domini premiserunt, † huiusmodi contractum affrancationis esse nullum. c. nulli liceat. 12. q. 2. c. si quis presbyter, & ibi Abb. in 4. not. de reb. eccles. non alien. & maxime hodie, stante extrauag. Pauli Secundi. & hoc fuit determinatum per sententiā diffinitiuam quæ transiuit in rem iudicatam, & facta executio, quia bona sunt restituta ecclesiæ. Nec substinetur hic cōtractus, quia factus fuit, saluo beneplacito sedis Apostolicæ, quia de eo nō constat, nec præsumitur
2 impetratum ex hoc breui tempore. Secundò, quia † Zenobius videtur esse in mala fide emendo bona ecclesiæ sine solemnitatibus & propria licētia. c. qui cōtra iura, de reg. iur. in 6. cū concord. & not. in d. c. si quis presbyterorum, in fi. per Glos. Abb. & alios. Nec excusatur ex eo quod Archiepiscopus promisit impetrare beneplacitum, & quod dictum magni viri præstet bonā fidem, & quod potuerit credere, Archiepiscopum fratrē suum impetrasse. Quia hoc posset procedere, si verè Archiepis attestatus fuisset, se impetrasse beneplacitum, quod nō apparet: & imputandum est Zenobio, si post annum da tum Archiepiscopo ad impetrandum beneplacitū, non perquisiuerit ab eo, an impetrasset illud. Cùm igitur hu iusmodi cōtractus sit nullus, & Zenobius in mala fide,
3 succedunt iura quæ volunt, † rem ecclesiæ nulliter alienatam posse repeti vnà cum fructib. d. c. nulli liceat, & d. c. si quis presbyterorum, cum concord. quod habet locum etiam in ipso alienante, vt in d. c. si quis presbyterorum. quæ iura cùm indistinctè loquantur, excludunt illud quod allegatur, quòd patientia alienantis sibi præiudicet in fructibus, quia si hoc esset verum, alienator non repeteret eos. Et prædictis non obst. quod Archiepiscopus sit dominus fructuū, & possit de eis disponere. Glos. & Doc. in c. presenti, de offic. ordin. in 6. Rot. in antiq. de testam. decis. 3. cum pluribus quæ allegantur.
4 Quia resp. Primò, quòd † hoc procedit, quando prælatus simpliciter disponit de fructibus: secus, quando cōsecutiuè, alienādo nulliter bona ecclesię. Secūdò, quòd hoc procederet, quando constaret clare de cōsensu Archiepiscopi donantis, qui non interuenit in hoc, nā consensit quod Zenobius perciperet fructus sub conditione, saluo beneplacito. Vnde cùm illud non fuerit impetratum, cessat eius cōsensus. Nec releuat, quòd ipse debebat illud impetrare, & imputandum sit ei quòd nō
5 impetrauerit. Quia † hoc non sufficit. Ideo videmus, ꝙ alienans licèt consentiat, repetit rem cum fructibus, etiam quod alleget turpitudinem suam, vt notabiliter declarat Abb. in d. c. si quis presbyterorum, in notab. Minus obst. ꝙ Archiepiscopus acceperit mille scuta.
6 Quia Zenobius † potest repetere ab hæredib. iuxta trad. per Canonistas in d. c. si quis presbyterorū. Et ex his & notatis in supra allegatis iurib. tolluntur, multa quę allegantur & de cōsensu & de patiētia Archiepi, & de bona fide Zenobij. Et si diceretur quòd dato pro nullo hu iusmodi cōtractu, Zenobius nō teneatur restituere fructus, quia remanet instrumētū emphyteosis, quod sibi patrocinatur.

patrocinatur. Responderunt Domini, quod hoc est videndum particulariter, an sit talis concessio, vt excusetur eum à restitutione fructuum, & si nō in totum, saltem in eo, quòd liquidatio pretij fructuum excederet valorem frumenti, quod ex d. concessione præstare Zenobius tenebatur.

O R A D I N I.

Vrbeuetan. Castrorum. Veneris 11. Ianuarij. 1572.

S V M M A R I V M.

1 *Contraueniens contractui non potest se ex eo iuuare.*
2 *Clausula, rato manente contractu, non prodest facienti contra contractum.*
3 *Clausula, toties quoties, non prodest contrauenienti: sed benè nocet quoad pœnam committendam.*
4 *Clausula, qua pœna soluta, intelligitur in fauorem obseruantis.*
5 *Dictio, semper, operatur in fauorem obseruantis.*
6 *Pœna si loco contractus succedit, habetur pro obseruatione contractus.*

D E C I S I O XV.

FVit determinatum, quod D. Lucas non posset se iu
1 uare † conuentione prædicta, agendo ex ea, quia ipse contrauenit, & hoc probatur ex pluribus regulis iuris cōmunis, iux. no. in l. cùm proponas, la 2. C. de pact. & in l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. & in l. qui fidem. ff. de transact. Neq; ob. primò clausula præ-
2 fata, rato manente contractu, quia † non prodest venienti & facienti contra contractum, sed obseruanti illum. gl. vlt. communiter approbata in d. l. qui fidem & in d. l. cùm proponas. cum concordant.
3 Secundò non ob. clausula, toties † quoties, iuxta opinionem Salyc. in l. quoties. la prima, num. 6. C. de fideicommiss. quia eius opinio videtur reprobata, vt per Alex. in l. semel mora, nu. 4. & 5. ff. solu. matrim. & notabiliter tradit Rimin. in d. l. cùm proponas, & lib. 1. consil. 22. vbi dicit ita iudicatum. Corne. consil. 51. lib. 1. quia illa clausula operatur, vt pœna pluries committatur, & peti posset, & sic vt noceat contrauenienti, non vt ei prosit.
4 Tertiò non ob. clausula, † qua pœna soluta, quia illa similiter intelligitur in fauorem obseruantis, non contrauenientis, Alex. consi. 132. col. 1. ver. circa secundum dubium, lib. 4.

Nec ob. dictio, semper, quia intelligitur omni casu in
5 fauorem † obseruantis. Minus ob. quod pœna habeatur
6 pro obseruatione cōtractus, † quia hoc procederet, quā do pœna loco contractus succederet, & hæc opinio visa fuit Dominis magis recepta, & humanior. Accedit quod Salyc. in d. l. quoties, loquitur per verbum, forsan, & in d. l. cùm proponas. in fine, non videtur simpliciter transire cum eo, quod dicit in d. l. quoties.

O R A D I N I.

Callaguritan. congruarum portionum. Lunæ 21. Maij. 1571.

S V M M A R I V M.

1 *Curam animarum de ordinaria potestate exercentes, si beneficia simplicia, quæ habent, non sufficiunt ad eorum sustentationem, debent habere congruam portionem.*
Fallit, nisi ad nutum Abbatis exerceant, vt nu. 2.
3 *Facultas apponendi capellanos perpetuos non releuat, vt debeat congrua portio assignari.*

D E C I S I O XVI.

DOmini, omissis multis, quæ in facto, & in iure
1 adducuntur, concluserunt, † quòd aut obtinentes hęc beneficia simplicia exercent curam animarum, quę non potest auferri ab eisdem, & emolumēta quæ percipiunt, non sufficiunt ad congruam substentationem, & tunc debēt habere congruam portionem, cùm substineant onus curæ, ex his quæ tradit Rebuff. de congrua portione, nume. 68. & quia videntur quodammodo esse Vicarij perpetui. Rot. in antiq. decis. ... faciunt tradita per Rebuf. de Vicarijs perpetuis. num. 5. cum pluribus seq. & hoc tantò magis procedit, quantò beneficia hęc sunt perpetua & beneficiati appo
2 nūt Capellanos. At † prædicta cessant, quādo beneficiati talem non exercent curam animarum, vel si exercēt, hoc faciunt ad nutum Abbatis, qui, vt sibi videtur committit & aufert eis curam, & tunc non possunt petere congruam portionem, quia in eis cessat fundamentum oneris curæ, quæ est causa, vt assignetur congrua por-
3 tio, per ea quæ allegantur pro Abbate. Nec † perpetuitas, vt facultas apponendi Capellanos hoc casu releuat, quia ea non sunt in causa præcipua, vt debeatur congrua portio.

O R A D I N I.

In eadem Callaguritan. congruarum. Veneris 16. Nouembris. 1571.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficia præsumuntur esse sine cura ex multis.*
2 *Beneficia curata non diuiduntur per medias, tertias, & quartas.*
3 *Beneficia secularia perpetua ac etiam patrimonialia non præsumuntur habere curam animarum.*
4 *Beneficia curata non dicuntur ex eo quòd quis possit apponere capellanos: immo totum è contra.*
5 *Oratio indefinita prolata à testibus non equipollet vniuersali.*

D E C I S I O XVII.

FVit conclusum per omnes Dominos, quòd non constat, quòd omnes beneficiati in dictis ecclesijs exerceant simul curam, ita vt intret prò eis su pradicta decisio ad effectum, de quo agitur, scilicet, vt dictis beneficiatis debeatur congrua portio de iure cōmuni, sed quòd cura committatur ab Abbate vni ex dictis beneficiatis, & quòd ille dicitur parochus, siue curatus. Et moti sunt Domini, quia in hoc casu plura con
1 currunt, primò, † conclusio iuris, quod beneficia præsumantur esse sine cura. Ægid. decis. 676. incip. si impetrans. Staphil. in 2. par. in ti. de quali. & stat. benefic. in prin. Secundò, quia omnes testes etiam ipsorum beneficiatorum deponunt, quòd beneficia in dictis locis sunt simplicia, ergo sequitur, quod sunt sine cura. Staphil. in d. loco. Rebuff. in pract. benef. in prima par. in tit. quòd duplex sit beneficium. Tertiò, quia notorium est tam in regno Hispaniarum, quàm in curia, & ita attestātur practici

practici in diuersis locis, & dicunt testes examinati, quod in dioces. Callaguritan. beneficia non sunt curata duobus exceptis, videlicet, Ecclesia de sancta pia, sed cura est ap.d episcopum,& apud clericum cui episcopus curam demandat. Cum ergo hæc beneficia sint in dioceſi Callaguritan. dicuntur esse sine cura, & in eis videtur Abbas esse loco episcopi,& ideo ipse demandat curam, vt dicunt pleriq; testes. Quartò, quia multi testes deponunt, quod Abbas mandat curam vni ex dictis beneficiatis, qui eam exercet, & ille appellatur curans, & modo rector, & modo parochus, vt de vltima deponunt aliqui testes beneficiatorum, præsertim 26. 27. 28. de quibus in quarto præsupposito, & de alijs alij testes. Vnde sequitur, quod non omnes dicti beneficiati exercent curam, & iste status est attendendus per allegata in principio duobus fundamentis, & no. in cacum non ignores, de prębē. Quintò, faciunt verba posita in instrumento compromissi de quibus in præsupposito 18. in quo clare hæc omnia ab ipsis partib. s. Abbate & beneficiatis narrantur, & hoc intellexerunt Domini, præsupposito, quod instrumentum sit in forma
2 probāte. Sextò, quia† bñficiati in articulis vt in 19. præsupposito, ponunt, quod hæc beneficia sint simplicia, & quod diuiduntur per medias, tertias, & quartas, quòd est argumentum, quòd beneficia non sunt curata, cum ea non soleant diuidi, vt in tit. vt ecclesiastica benefic. no. in d.c. de maiorib. de præbēdis. Septimò accedit, qđ vnus ex dictis beneficiatis posuit in articulis remissiua, quod in dictis ecclesijs consueuit cura animarum vni committi, cui vltra ordinarios fructus sui beneficij datur alia portio ꝓ cura, vt in præsupposito. 20. Ergo aperti fatetur, quòd omnes beneficiati nō exercent curam, sed ille cui Abbas illam committit. Nec ob. reuocatio confessionum per Garziam Michaelem, tum quia fuit facta post supra dictam resolutionem, & sic intempestiue, & eò magis, quia idem probatur per testes, tū quia non allegatur ista confessio pro fundamēto pręcipuo, sed pro cōfirmatione. Octauò, ꝑdicta oīa confirmātur, quia testes beneficiatorum de quibus in præsupposito 12. & multi alij, dicunt, quod Abbas & Monaci percipiunt omnes decimas: ergo consequens est, quod beneficia non sint curata, nec in eis exerceat cura principaliter, & naturaliter, quia obtinētes ipsi perciperent decimas, cum decimæ de iure debeantur obtinentib. beneficia curata, tot. ti. de decimis. Nonò, accedit qđ Domini in d. deci. considerarunt exercitiū curæ, quod nō possit conferre, & tamē in pluribus præsuppositis expresse constat, quòd Abbas committit, & aufert curam vni, vel alijs beneficiatis. Decimò, quia in literis collationis, de qua in 15. præsupposito, apparet, quod Abbas confert beneficium, & forsan cōfert curam, & sic iniū gitur cura & eius exercitium connexè ipsi beneficio, quia sufficeret illud contulisse. Ex quibus firma remanet conclusio cōtra beneficiatos. Et non ob. qđ dicta beneficia sint sęcularia perpetua, ac etiam secūdū multos testes patrimonialia, vt in secundo præsupposito, &
3 alijs. Quia† ex istis non infertur, quòd beneficia habeant curam animarum, & quod ea obtinentes curam exerceant, maxime, cū constet, quòd ea sint simplicia, vt apparet ex deductis in principio. Secundò non ob. quòd aliqui testes dicant, beneficiatos posse apponere
4 in dictis locis Capellanos, quia† non sequitur, quod ꝓ hoc sint curata, vel quod ponentes exerceant curā, immo ex hoc sumitur argumentum, quod non incumbat eis cura, quia regulariter curati non possunt recedere à beneficio, & ponere in eo Capellanos, vt in toto tit. de cleric. non residen. & præsertim in ca. extirpandæ. §. qui vero. Abb. nu. 12. de præben. Tertiò non ob. quod Abbas posuit in 26. interrogatorio, vt in præsupposito 18. quod Abbates consueuerunt dare congruas portiones, quasi ex hoc colligatur, quod ex hoc exerceant curam: quia respon. quod in hoc puncto disputatur de cōgrua portione debita de iure communi, vt in alia decisione fuit tractatum, non autem de ea quam ex consuetudine Abbates præstare solent, quia eam volunt tradere, sed beneficiati recusant accipere ipsam, ideo cepta fuit ista quæstio, & disputatio. Postremò non ob. illud præcipuum fundamentum quo nituntur beneficiati, quod quàmplures testes eorum deponunt, quòd beneficiati exercent curā, seu administrāt sacramenta, & sic inferē exercitium curæ esse apud omnes. Quia respon. Primò, quòd non sequitur, quòd omnes beneficiati curā exer
5 ceant, quia† oratio indefinita prolata à testibus non æquipollet vniuersali, vt tradunt Innocen. Abb. & Fely. in c. auditis. de præscrip. Alex. consil. 7. lib. .. & consilio 210. lib. 2. Dec. consil. 100. Curt. iun. consi. 17. num. 14. Secundò respō. quod testes possunt intelligi, quod omnes exercent, non insimul, vt dubium requirit, sed successiue prout Abbas curam committit, quæ interpretatio potest admitti, quia in rei veritate constat, quòd nō omnes simul exercent, sed illi quibus Abbas committit. Tertiò respon. quòd testes non omnino simpliciter dicunt, quòd beneficiati exerceant curam, & administrent sacramenta, & deseruiant dictis ecclesijs, & sic vere sentiunt, quòd vnus sit curatus. Quæ omnia confirmantur, quia aliqui testes beneficiatorum specificelo quuntur de parocho, vt fuit dictum in 4. fundamento. Et aduertatur, quod pro parte Abbatis in facto fuit dictum, quod isti testes loquuntur sub numero plurali continente plures beneficiatos confuse de prædictis ecclesijs, & tamen sunt aliquæ in quibus pauciores vicini existunt, ita vt vnus curatus superabundet.

O R A D I N I.

Roman. vinearum de Maximis. Veneris 30. Maij. 1567.

S V M M A R I V M.

1 *Testamenti occultatio probari potest per vnum testem deponentem de certa scientia.*
2 *Inditia, & coniecturæ sufficiunt in probatione occultationis testamenti.*
3 *Generalis direptio alicuius loci probat casum amissionis.*

DECISIO XVIII.

FVit resolutum, tres causas exprimi in protestatione. Prima, quod Lucas non retinebat testamentum apud se. Secunda, quod nolebat illud restituere, nisi fieret ratificatio venditionis vineæ. Tertia, qđ originale erat deperditum propter saccum vrbis, &
1 quod duæ primæ probantur concludenter, quia† occultatio testamenti probari potest per vnum testem deponentem de certa scientia, & alium de confessione, vt in proposito tradit Paris post eos quos citat consil. 57. lib. 2. q duo testes adsunt in hoc casu videlicet, Alexander Maroncellus, & D. Magdalena, & quia occultatio scripturæ est difficilis probationis, vt de se patet, & per
2 Paris. ibi, & † ideo sufficiunt inditia, & coniecturæ. Alexan. consil. 69. lib. 2. & secundum aliquos etiam testes singulares. Curt. iun. consil. 64. nume. 8. In hoc autem casu

casu sunt prędicti duo testes. confirmantur prædicta, quia in instrumento ratificationis acceptatæ per Lucā D. Margarita renunciat omnibus protestationibus, quæ res multum mouebat Dominos. Accedit publicatio excommunicationis, & magna verisimilitudo cum rei euentu. Et quia non est credendum, Margaritam potuisse adduci ad ratificandum, si testamentum aliunde consequi potuisset. Quoad tertiā causam de amissione originalis, fuit dictum constare de ea, quia direptio vrbis
3 est res notoria, & †cum fuerit generalis, satis videtur probare casum amissionis, per ea quæ trad. Ange. in l. si quis ex argentarijs. §. prætor. ff. de eden. licèt in particulari casu aliud esset.

O R A D I N I.

Roman. Vineæ de Maximis. Lunæ 22. Martij. 1568.

S V M M A R I V M.

1 *Obreptio non cadit in narratione concernente ius.*
2 *Ratificatio non impedit absolutionem.*
3 *Occultans testamentum originale potest puniri de dolo.*
4 *Rescriptum quando continet plura, sufficit ratificare aliqua ex eis.*
5 *Periurium quod concernit fauorem, & interesse partis, potest remitti.*

DECISIO XIX.

FVit concluſum, D. Margaritam vigore vltimæ cōmissionis posse absolui, quia licèt plura narrentur
1 in commissione, & ea signata, fuerit cōstitum de assertis, tamen considerandum est, quòd† aliqua narrata concernunt ius, & in his non cadit obreptio, cum signatura, q̄ sunt iuris intelligat. aliqua ex narratis sunt facti, & ista videntur de facto verificari, & primo loco aduertatur, quòd iuramentum adhibitum in instrumēto ratificationis, quatenus concernit, quòd Margarita non fecerit protestationem, non videtur multum attendendum ex his, quæ aliàs dicta fuerunt: & eò magis, ꝙ ipsa non asseruit simpliciter se non fecisse protestationem: sed subdit, quòd quatenus fecerit, renunciabat eidem. Secundò, quòd gesta in capitolio non omnino clare inducunt litem: & non obstat ratificatio Margaritæ, quia ante eam impetrauerat absolutionem, & ratificando dat mandatum. Vnde† ratificatio non impedit abso
2 lutionem. Imo. consil. 132. nume. 8. Tertiò, verum est, ꝙ aduersarij non appellarunt ab absolutione. Nec obstat, quatenus dicitur hoc de iure non releuare, quia signatura potuit hoc intelligere. Quartò, quatenus fuit narratum, quòd Lucas per fraudem, & fallaciam induxerit oratricem ad ratificandum, fuit responsum plurib. modis. Primò, quod non fuit narratum simpliciter de fallacia, & fraude, sed vlterius fuit processum, quòd hoc con
3 stitebat in occultando testamento quodam originale, quod† factum habet in se fraudem, & fallaciam in tantum, quòd faciens puniri possit. Rebuf. de pacif. poss. nume. 90. Secundò, quòd in ista occultatione facta ad impediendum, ne Margarita posset agere, ineſt aliquis dolus saltem re ipsa, quo casu absolutio non videtur necessaria, secundum magis communem opinionem. Confirmantur prædicta, quia in supplicatione adjcitur illa clausula, constito summarie, & quantum sibi sufficere vi debitur. Et quia iam fuit resolutum, Lucam induxisse Margaritam ad ratificandum occultando testamentum
4 originale. Addebant aliqui, quod† quando rescriptum continet plura, sufficit ratificare aliqua ex eis si rescribēs ex eis motus fuisset, vt in nou. decis. 7. de rescrip. Et ideo sufficit in hoc rescripto verificare illam clausulam occultationis scripturarum, quæ est magna, faciunt no. per Bar. in l. Paulus. de falsis. Et ex his respondetur, quatenus fuit narratum, Margaritam fuisse absolutam, quia hoc apparet ex supra dictis. Et illud de remissione periurij
5 respondetur posse remitti, quia† concernit fauorem, & interesse partis. Soc. in l. prima, colum. pen. ff. solu. matrimo. Gozadi. consil. 28. colum. 4. Aym. consi. 151. nu. 9.

O R A D I N I.

Roman. Vinearum de Maximis. Lunæ 23. Ianuarij. 1570.

S V M M A R I V M.

1 *Prohibitus alienare non incidit in pœnam fideicommissi, nisi sciens prohibitionem alienauerit.*
2 *Scientia prohibitionis alienationis, quando non requiratur.*

DECISIO XX.

DOmini restrinxerunt difficultates ad duos articulos principales.

Primus est, an intret fideicommissum in fauorem D. Margaritæ ex venditione facta per Iacobum in Lucam. & in hoc tenuerunt non intrare, quia non constat de sciētia ipsius Iacobi, ꝙ testator prohibuerit alienationem; quia circunstantiæ, quæ allegantur, non contendunt ad scientiam, immo potius suadent ignorantiā propter ætatem. Et quia ex protestatione hoc colligitur, & quia erat locus successioni ab intestato nō extante te-
1 stamento, iux. no. in §. duo fratres. Prohibitus† autē alienare non incidit in pœnam grauaminis fideicommissi, nisi sciens prohibitionem alienauerit, per allegata ꝓ dominis de Maximis. Nec obstant ad deducta pro Margarita, per ea, quæ notat Pau. de Cast. in l. vlt. §. fi. de lega. 2. cum concord. quod non requiratur scientia, quādo concurrunt fideicommissum, & expressa prohibitio alienationis, quia† Domini responderunt hoc procedere quo
2 ad terminos d. §. vlt. Et quoad validitatem contractus, & repetitionem pretij: secus verò quoad fideicommissum inducendum, & dixerunt, quòd ita loquuntur allegatę auctoritates.

Secundus articulus est, an intret fideicommissum ex eo quòd dicitur, Iacobum effectum maiorem habuisse notitiam prohibitionis, & nihilominus vēditionem ratā habuisse. Et in hoc aliqui inclinabant pro sufficiēti ratificatione per allegata pro Margarita, sed ga aliqui subridebant propter multas circunstantias facti, fuit ordinatum, quòd super hoc secundo detur dubium particulare distinctis temporibus cum copia testium, & articulorum ad propositum facientium.

O R A D I N I.

Roman. Vinearum de Maximis. Lunæ 5. Martij. 1571.

S V M M A R I V M.

1 *Dispositio §. fi. l. vlt. ff. de lega. 2. non habet locum in prohibitione expressa facta à testatore.*
2 *Alienatio à principio valet in tacita prohibitione.*

Dispositio

3 *Dispositio dicti §.fi. videtur exorbitans à regulis iuris communis.*
4 *Pœna regulariter non imponitur ignoranti.*

DECISIO XXI.

FVit conclusum, quòd magis communis, & verior opinio sit, quòd † dispositio d.§.fi.l.vlt.ff.de leg.2. non habeat locum in prohibitione expressa facta à testatore, vt apparet ex auctoritatibus allegatis per informantes. Nec obstat quatenus dicitur, quòd Alexand. dixit cõtrariam opinionem esse communem, quia ipse loquitur, *non in hoc casu*, sed contra opinionem Bal. qui dicebat, d.§. loqui in ignorantia procedente à facto testatoris tantùm. Et similiter Corne. qui loquitur, quòd d.§.fi. limitat auth. res quæ. & §. sed quia, l.fi. C. com. de lega. quę iura loquũtur in prohibitione tacita de nõ alienando, facta à lege, non à testatore. Et hæc opinio probabilior est, quia † in prohibitione tacita alienatio à principio valet: & ideo si eueniente conditione lex tolleret alienationem propter iustam ignorantiam, non est facienda extensio ad casum, quando facta est expressa prohibitio: quo casu ab initio alienatio non valet: & ideo non facile lex substinet alienationem propter ignorantiam, quia in prohibitis fieri ignorantia nõ operatur ad validitatem actus. Bald. in c. 1. de interd. matrim. cum concordant.

Nec ob. illud, quòd ratio iustæ ignorantiæ habet etiã locum in prohibitione expressa. Quia potest responderi, hæc inter se diuersa esse præsupposita, quibus † accedit, quòd dispositio d.§. vlt. videtur exorbitans à regulis iuris communis, quòd ignorantia operetur, vt alienatio prohibita valeat. Vnde dispositio facta ex ratione iustæ ignorantiæ non debet extẽdi ad prohibitionem expressam, quę potentior videtur, & habet fomentum iuris cõmunis. Sed quoniam ex Doct. tenentibus dictam communem opinionem, *aliqui videtur simpliciter loqui ad* effectũ, quòd alienatio facta per ignorantes contra prohibitionem expressam non valeat, & vlterius nõ progrediuntur. Et aliqui idem tenentes vlterius procedunt, & subijciunt, quòd in dicto casu intrat fideicõmissum. Dominis opportunum esse videtur, vt alterutrum ex duob. videatur, an in d. casu fideicommissum intret: & occasiõ dubitandi est, quia fideicommissum videtur induci in
4 pœnam alienantis: †& regulariter pœna non imponitur ignoranti, vt dicebat Bal. in vsib. feud. Vel an intret fideicommissum in præsenti casu, quia Iacobus non curanit recuperare.

O R A D I N I.

Romanensis Vinearum de Maximis. Lunæ. 12. Nouembris. 1571.

S V M M A R I V M.

1 *Dispositio l. fina. §. fi. ff. de leg. 2. non habet locum in fideicommisso inducto propter contrauentionem factam.*
2 *Dispositio testatoris redditur elusoria in casu quo alienatio sit nulla, si non intraret fideicommissum.*
3 *Ignorans alienando rem prohibitam alienari non dicitur incurrere pœnam, sed perdere lucrum.*
4 *Restitutio, quę conceditur ignoranti ad rem in qua contrauenit, non prodest emptori, nec eius contemplatione datur alienanti.*
5 *Dispositio dicti §.fi. loquitur in fideicommisso conditionali, & in prohibitione tacita à lege inducta.*

DECISIO XXII.

HOc dubium fuit iterum propositum cum istis informationibus, & alijs tunc datis. & conclusum fuit, stante præfata alienatione, præfatũ fi-
1 deicommissum locum habere, quia † dispositio l.fi.§.fi. de leg. 2. non habet locum in prohibitione expressa, & in fideicommisso inducto propter contrauentionem factam, alienando ẽt ab ignorãte ignoranti. Et quia in præcedenti positione aliqui ex Dominis quærebant auctoritates alicuius Doctoris, q hoc explicite diceret, in hac positione dixerunt, hanc conclusionem tradere Paul. de Cast. And. Sicul. & Corn. in consilijs pro Margarita allegatis. Quæ conclusio cõprobatur ex plurib. ex quibus etiam respondetur ad difficultates in contrarium mo-
2 tas. Et Primò, quia † stãte resolutione, q alienatio sit nulla, si non intraret fideicommissum, dispositio testatoris prohibentis alienationem, & inducentis fideicõmissum in casum contrauentionis, & legis infringentis alienationem, fieret quodãmodo illusoria, quia cum alienans non vendicaret rem, & fideicõmissarius non posset age-
3 re, emptor retineret rem. Secundò, quia † licèt regulariter ignorans excusetur à pœna, tamen hoc intelligitur, quando vere est pœna: sed in hoc casu alienans non incurrit pœnam, sed perdit lucrum sibi delatum cum ista qualitate, quòd non alienet rem sibi datam, & si alienauerit, quod deuoluatur ad alium, faciunt trad. per Dec. in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. cũ alijs allegatis in vtra-
4 que positione. Tertiò, † ignorans contraueniens cadit à re in qua contrauenit, vt dicimus in emphyteuta vt in locis allegatis: tamen propter ignorantem restituitur, vt ibi: hoc non debebat prodesse emptori, cui non datur restitutio, nec eius contemplatione datur alienanti. Ideo cum in hoc casu Iacobus qui alienauit, decesserit, nec ipse, nec aliquis eius nomine alleget ignorantiam, nec petat restitutionem, non est conueniens, quòd tertius det de hoc iure alienantis, quod pendet à conditione, si ille voluerit allegare ignorantiam, & petere restitutionem, iux. trad. per Barto. in l. 2. de excep. rei iudic. & facit
5 simile de emphyteuta si tertius domino tacente allegaret eum cecidisse. Nec ob. d.§.fin. †quia loquitur in fideicommisso conditionali, & in prohibitione tacita à lege inducta, quia cum alienatio à principio valeat, l.fi.§.pen. C. commun. de legat. non mirum si propter iustam ignorantiam datur emptori retentio: sed quando prohibet alienationem, & vult eam esse nullam, & inducit fideicõmissum, non conuenit, quòd propter ignorantiam detur retentio, quia sequeretur, quòd consequitur rem sine titulo, quod repugnat regulis iuris, quæ volunt, iustis titulis res ad alios transire.

O R A D I N I.

Romanensis Vinearum de Maximis. Lunæ 27. Octobris. 1572.

S V M M A R I V M.

1 *Verbum, accrescat, inducit fideicommissum.*
2 *Substitutus consentiens alienationi factæ ab instituto de re prohibita alienari, excluditur vnà cum eo.*

DECISIO XXIII.

OMissis multis, quæ non faciunt ad propositum dubij, conclusum fuit, quòd Iacobo alienante dictas vineas,

vineas, Margarita agens tanquàm substituta censetur vocata, & admittatur propter cõtrauentionem factam Iacobo, quia licèt ipsa nõ fuerit nominatim substituta, nec in casum contrauentionis vocata, tamen censetur substituta, & vocata in illa particula in qua testator substituit, & vocauit Catherinã & eius sorores, filias Siluiæ & Gasparis, vt apparet in præcedentibus particulis testamenti, & certum est Margaritam agentem fuisse sororẽ Catherinæ, & filiam Siluiæ & Gasparis: vnde sequitur, quòd ipsa Margarita dicit esse vna ex substitutis, & ideo comprehenditur sub illis verbis, accrescat alijs, idest institutis, vel substitutis, de quibus testator proximè fecerat mentionem ponderando omnia prædicta verba, vt late deducitur in informatione, & memoriali D. Margaritæ. Et ita tenendo non obstant ea quæ allegantur in cõtrarium. Et primò, quòd in casu contrauentionis censeantur vocati illi, qui erũt cum effectu hæredes, vt substituti, quasi huiusmodi substitutio reguletur à prima substitutione, & quòd Margarita non sit talis, quia nõ successit, vt substituta Iacobi, qui decessit post 25. annũ testatus, per Conf. Dec. 636. cum similib. Quia respondetur, q in casu Dec. prohibitio alienationis erat facta statim post fideicommissum, & sic erat fideicommisso connexa, & coniũcta, & ideo poterat recipere declarationẽ, & restrictionẽ, vt alias consideratũ fuit in cã Bonon. bonorum de Pepulis: sed in præsenti casu prohibitio alienationis, & in casum contrauentionis facta substitutio, sunt posita in ver. cæterum, qui ponitur interpositis pluribus dispositionibus inter eum, & particulam cõtinentem substitutionem primam, vt apparet ex contextu testamenti, & ideo illa verba, accrescant alijs, sunt intelligenda secundò institutis, vel substitutis. Secundò, non obstat illud verbum, accrescat, & q Margaritæ non posset accrescere: quia cùm ipsa non successerit, vt substitu-
1 ta, ei non accrescit. Quia respondetur † quòd verbũ, accrescat, inducit fideicommissum. l. codicillis. ff. de vsufruct. legat. Rip. in l. centurio. nu.... de vulgar. & pupilla. Et testator non dixit, simpliciter, accrescat, quasi intellexerit de portione, sed dixit alijs, & sic locutus fuit de augumento faciendo personis, & non portioni. & optime facit, quia idem testator eodem modo loquẽdi vsus fuit in alia superiori particula ibi, & accrescat d. Margaritæ sorori meæ. Et ex his tollitur ponderatio, quæ fit de iure accrescendi, quia testator non loquitur simpliciter de eo, sed de tali iure accrescendi, quod fit personæ. Tertiò, non obstant illa verba (qui meæ voluntati paruerit) quia Domini intellexerunt generaliter tam de præterito, quàm de futuro, & de personis vocatis, quæ non alienassent, & ideo &c. Quartò, non ob. quod tempore alie-
2 nationis † viueret D. Siluia, quæ vt substituta posset venire in casu contrauentionis. Quia respondetur, quòd ipsa excluditur ex eo, quòd ipsa simul cum Iacobo alienauit. Nec obstat, quòd ipsa potuerat alienare ex permissione testatoris de qua in superioribus particulis testamenti, quia non euenit casus in eis comprehensus, cùm ipsa decesserit ante Iacobum, & ipsa poterat disponere si non extitissent filij masculi ipsius, & Gasparis, quæ omnia comprobantur ex late deductis in longo Memoriali D. Margaritæ.

O R A D I N I.

Roman. Vineæ de Maximis. Veneris. 10. Decembris. 1572.

S V M M A R I V M.

1 *Clausula, salua gradus prærogatiua, non habet locum in iure accrescendi.*
2 *Ius accrescendi procedit etiam ex tacita voluntate testatoris.*
3 *Ius accrescendi non admittitur post aditam hæreditatem.*
4 *Iuri accrescendi non est locus inter succedentes diuerso iure.*
5 *Verbum, accrescat, non est directum verbum ciuile.*
6 *Iuri accrescendi propriè locus non est inter plures hæredes, & legatarios re, & verbis distinctos.*
7 *Testator disponens, quòd habeat locum ius accrescendi, potest etiam disponere, quòd accrescat personis, quæ nullam habeant partem.*

DECISIO XXIIII.

COnclusum fuit, quòd ex clausula prædicta accrescat etiam illis personis, quæ nullam partem hæreditatis prius habuerunt, quia hic colligitur ex mente, & verbis ipsius testatoris. Primò, quia testator vsus fuit verbo, accrescat, in superiori particula, dum dicit, quòd recusante Siluia vsumfructum vinearum, & aliarum rerum, accrescat Margaritæ seniori: & tamen inter Siluiam, & Margaritam non poterat habere locũ ius accrescendi, cùm non essent coniunctæ re, & verbis, cùm vtraque fuerit instituta hæres in vsufructu diuersarum rerum, & in diuersis orationibus, iux. communiter trad. in l. vnica. C. quando non peten. part. & in l. re coniuncti. de leg. 3. arg. l. si seruus plurium §. fina. ff. de lega. primo, cum similibus. Secundò, ex illis verbis, si aliquis ex institutis, & substitutis prædictis, iunctis sequentibus verbis, alijs accrescat, ex quibus ostenditur, quòd testator in hoc versiculo voluit omnes supradictas personas institutas, & substitutas grauare prohibendo, ne tentent alienare, & si aliqua alienauerint, quòd accrescat res alienata alijs: & sic non se restrinxit, quòd accrescere deberet solùm illis personis, quæ habeãt portionem, sed vocauit illas, quæ essent substitutæ, vel institutæ, quæ qualitas sufficit propter vim dictorum verborum. l. non aliter. in prin. ff. de leg. 3. l. in conditionibus. in prin. ff. de cond. & demonstra. Tertiò, quia testator dicit, quòd in
1 tali iure accrescẽdi, salua esset gradus prærogatiua, †quę non potest accommodari iuri accrescendi, cùm ius accrescendi non muret gradum. l. Męuius. C. de legit. hęre. Bal. & alij in d. l. vnica, vbi Dec. nume. 11. Quartò, quia secundum aliquos sequeretur illud absurdum, quia si vnus tantùm hæres fuisset, prout accidit in isto casu, & ille alienaret, quòd non supereſſet persona cui accrescere: quod videtur contra mentem testatoris prohibentis indistincte alienationem, & vocantis indistincte alios: &
2 † tamen ius accrescendi, licèt proueniat ex dispositione legis, tamen procedit ex tacita voluntate testatoris, vt tradunt Doct. in pluribus locis, & refert Dec. in rub. C. quando non peten. par. Quintò, quia velle intelligere d. versiculum in iure accrescendi ciuiliter, & formaliter cõsiderato, hoc videtur difficile, quia videntur repugnare aliquæ regulæ, siue conclusiones communiter receptæ in huiusmodi iure accrescẽdi. Nam si requiritur, q persona vocata in euentum alienationis habeat portionẽ, sequitur, quod erit locus iuri accrescendi post aditã hæreditatem, & acquisitionem factam. l. 1. §. interdum. de
3 vsufruc. accresc. quod nõ admittitur, † vt post alios Rip. in d. l. re coniuncti. numero 172. Et rursus propriè ius accrescendi habet locum, quando portio vnius deficit. d. l. vnica. Sed in hoc casu non deficit portio, sed vna res particularis, quam aliquis tentauit alienare, & quod erat in sua portione, & deuoluitur institutis, vel substitutis. & rursus in dicto iure accrescendi fit locus inter plures coniunctos re, & verbis, iuxta no. in d. l. re coniuncti. hic

autem

autem vocantur alij instituti, vel substituti, inter quos,& alienantem nulla est coniunctio, vt apparet ex superioribus particulis testamenti. Accedit ad prædicta, quòd
4 non est locus iuri accrescendi inter succedentes diuerso iure.l.sed cum patrono.in prin.ff.de bon.poss. cum concord. Et ex his respondetur ad rationem Dominorū de Maximis,quatenus totam vim faciunt in illis verbis, iure accrescendi, quia testator non intellexit de formali iure:& ideo ipse, qui iuris peritissimus erat, nō locutus est simpliciter de iure accrescendi, sed cum misterio addidit in tali iure accrescendi. Et similiter respondetur ad verbum,accrescat, quia testator illud large accepit, quia ipse superius modo dixit, accrescat,modo acquirat,deinde,accrescat,& sic respexit effectum potius quam rigorē
5 verborum. † Et quatenus dicitur quòd hoc est verbum directum,Rip.in l.centurio.nume.195. fuit respōsum, ꝙ non est verbum directum ciuile, vt ibidem traditur, quo casu potest importare fideicōmissum, vt tradit Galliau.in eadem l.Centurio.nume.521.Alc.ibid.nu.36. Et similiter non obstant illa verba, ipso facto, quia sunt referenda ad caducitatem, quę respicit alienantem magis, quàm ad personam, cui ex alienatione acquiritur: & licèt respicerent personam acquirentem,hoc non videtur esse tanti momenti,vt impediat acquisitionem.Nec alia subsequentia,qui meæ voluntati paruerit, quia hæc possunt verificari etiam, ꝙ persona vocata non habeat portionem,quæ si cōsenserit alienationi, iuxta no.in l.quoties,la seconda, C.de fideic.nō dicitur à testatore admissa, quia in hoc non paruit eius voluntati. Nec obstat, quatenus dicitur,ꝙ in l.codicillis.in prin.de vsufr.leg.loquitur in vsufructu:quia si recte inspiciatur, loquitur in relicto fundi,nec potest fieri vis in §. si quis autem.in authen.de hæred.& falcid. quia ibi fit à lege particularis dispositio,vt vltima voluntas sortiatur effectum.

Et dum pro parte Dominorum de Maximis dicitur, ꝙ testator potest disponere,ꝙ habeat locum ius accrescē
6 di post acquisitum legatum,respondetur,† quòd hoc nō stringit, quia negatur,ꝙ inter hæredes,& legatarios te, & verbis disiunctos, sit locus propriè iuri accrescendi, quod habeat locum inter plures legatarios.§.si ead. Inst.
7 de legat. præstan. † Præterea, si concedimus, testatorem hoc posse facere, non est dubitandum posse etiam ordinare, quòd accrescat personis,licèt nullam habeant partem.

Omittuntur autem multa, quæ ab vtraque parte tam in informationibus, quàm in responsionibus adducuntur, quia aliqua non videntur multum pertinentia, aliqua non applaudunt Dominis,

COTTÆ.

Toletan. pensionis. Lunæ. 11.Martij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Translatio non valet, vbi periculum est in mora.*
2 *Veritas concurrens cum opinione facit acquirere hæreditatem ab eo qui pro hærede se gerit.*
3 *Credens viro graui, & eximio excusatur, & præscribit.*
4 *Ignorantia rescripti nocet quo ad fundamentum iurisdictionis.*
5 *Iurisdictio pendet à præsentatione rescripti.*
6 *Forma proxima omitti non potest: secus in extranea.*
7 *Notorium allegans non tenetur probare.*
8 *Notorium, quod oculis iudicis non subijcitur, probandum est.*

DECISIO XXV.

IN præsenti difficultate nulla fuit capta resolutio, qā
1 domini erant varij: nam † aliqui tenebant, ꝙ stante periculo moræ, quod in casu illo negari non potest, cū effectus hoc cōprobauerit, vt p Corn. consi. 53. nu. 4. lib. 4. translatio de qua agitur substineri potest. & tenentes hanc opinionem mouebantur, ꝙ licèt translatio litteris non præsentatis non valeat, vt per Cressen. decis. 198. Roma. Mill. & alios allegatos. & late tradit Gabriel. de execut. rei iud. conclus. 3. tamen placebat fallentia quā idem Gabriel. ibi tradit. nu. 22. qui allegat Soc. consi. 39. col. fi. & alios, vt ibi per eum.

Quod corroborari videtur alia limitatione, coniungendo eam cum superiori, quam tradit idem Gabriel. nume. 26. nempe, quando adsunt probabiles coniecturę, ꝙ sibi iurisdictio competat, ad Bald. in l. falsus. nu. 19. C. de furt. Fran. & Fely. per eum alleg. Quæ limitatio comprobari potest ex eo, quod licèt, vt quis pro hærede gerendo obstringat se hæreditati, scire debeat qua ex causa hæreditas ad eum pertineat, aliàs administrando pro hærede hæreditatem non acquirit. l. is ad quem. ff. de acqui. hære
2 dita. tamen † si cum vehementi opinione concurrat veritas, acquirit hæreditatem. l. cùm quidam. §. quod dicitur. eo. ti. & hoc idem no. Bal. in l. cum in antiquioribus. nu. 3. C. de iure delib. applicando ad ius transmittendi.

Confirmantur prædicta ex diuersis similibus per informantes adductis,quæ satis probabilem faciunt istam opinionem. Nec quæ supra dicuntur, loquuntur in his terminis periculi, in quibus solet recedi à regulis iuris communis.

Vehemens opinio executoris oriri potuit tam ex assertione episcopi personæ grauis, quàm ex testium depositione, & ferè notoria forma literarum translationum.
3 Nam † & aliàs credens viro graui, & eximio excusatur, & præscribit, vt per Bal. in l. iudicia. C. de rei vend. Doct. in l. 1. C. de eo per quem fact. erit. Glo. in l. Titius fundus. ff. de cond. & demonstra.

Aliqui verò dicebant, non esse recedendum à resolutione iam facta, ea quippe ratione, quia Illust. D. Ioannes fundatam habet intentionem, ꝙ fuit necessaria præsentatio literarum, ex decisione, & alijs multis auctoritatibus in alia positione huius causæ allegatis.

Ad quod non obstat limitatio tradita à Soci. consi. 39. nu. 10. lib. 4. quam etiam vltra allegatos ponit Marsi. in
4 l. patri, vel marito, nu. 43. ff. de quæst. Quia † fuit responsum, ꝙ omnia allegata pro hac parte procedunt, quādo illud, quod ignoratur, non percutit fundamentum iurisdictionis: sed quando percutit fundamentum iurisdictionis, tunc secus, quia ita loquitur Bal. in d. l. falsus. super cuius dictis fundat se Soc. omnesque alij relati à Gabr. d. conclus. 3. numero 17. & ita loquitur Marsil. vbi supra.

5 Vt enim dicit Bal. in d. l. falsus. nu. 17. iurisdictio † pendet à præsentatione rescripti: vnde si nullum præsentetur, nullam habet iurisdictionem.

Nec obstant illa quæ deducūtur de necessitate, quòd videlicet tempore necessitatis, & vbi periculum est in
6 mora, semper recedimus à regulis iuris: quia † id est verum in forma extranea: secus quando agitur de forma proxima, vt declarat Brun. de form. fol. 63. col. 4. versi. & non procedit, vbi etiam dicitur, ꝙ non potest omitti forma in totum, sed adimpletur saltem per æquipollēs, quia id fieri potest: sic itaque in casu nostro debuissent examinari testes super eo, quòd quilibet in dignitate ecclasiastica constitutus id facere posset.

Præterea Doct. oēs pro altera parte allegati loquunē, quando

quando iudex est aliquo modo iudex: hic autem nullo modo est iudex, cùm literæ sibi præsentatæ non fuerint. Nec facit dum dicitur, quòd notorium sit, quòd ita om-
7 nes deputantur. Quia † fuit responsum, quòd hoc debuit saltem allegari ad hoc, vt dici posset, quòd illud sciebat, vt iudex, non vt priuata persona, bene Bero. in cap. si duobus, numero 23. de appella. Notorium † enim quod oculis iudicis non subijcitur, probandum est. Castren. consilio 221. col. penul. numero 3. prope fin. lib. primo. Quia, vt inquit Abb. in capitu. bonæ. el primo, num. 12. de electio. potest esse notorium alijs, & non iudici, bene facit Ferret. consilio 31. numero 35. & quod notorium non excuset ab onere probandi, tradit Ias. in l. si verò. §. qui pro rei. col. secunda, numero duodecimo, ff. qui satisd. cogan.

In hac igitur varietate opinionum Dominis visum fuit, vt causa concordetur.

ALDOBRANDINI.

Tullen. matrimonij. Lunæ 14. Nouembris. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Probatio plena tolli non potest, nisi per aliam magis plenam.*
2 *Suspicio dicitur esse minor gradus probationis.*
3 *Suspicio tollitur per plenam probationem.*
4 *Sententiæ fauenti matrimonio statur in dubio.*
5 *Probationi statur, quæ matrimonio fauet.*

DECISIO XXVI.

DOmini pro maiori parte tenuerūt, matrimoniū inter Ghilbertā, & D. Carolū esse probatū. Nec ex adductis pro parte D. Caroli oriri tales coniecturas, vel præsumptiones, vt dicendum sit, testes de qbus agitur, non fuisse præsentes, quādo vt ipsi deponūt, fuit contractum tale matrimonium. Moti fuerunt Dñi, quia cū habeamus tres testes deponentes se fuisse pñtes, & mrimonium contractum fuisse, habemus cōsequēter
1 plenā probationem, quę † tolli non pōt, nisi per aliā non solum plenam, sed magis plenam, ad no. in l. admonendi. ff. si cer. pet. Ex deductis aūt pro parte Caroli secūdū Dominos non oritur plena probatio, ꝙ dicti testes non fuerint præsentes. sed ad plus ex illis circa hoc generari
2 forte posset aliqua suspicio, quæ † est minor gradus ꝓbationis, & modicum in iudicando attendēdū. Bar. in d. l. admonendi. nu. 20. & 21. Dec. consi. 175. nu. 5. in fi. quæ suspicio tantum abest, vt possit plenam probationem eli-
3 dere, vt immo † ipsa per plenam probationem tollatur, & confundatur, quia ad inuicem non se compatiuntur. Ias. post Barto. in d. l. admonendi. col. 96. nu. 226. & ibi Ripa nume. 210.

Quò verò ad tentatam subornationem Dñi 20. Nouembris, 1573. dixerunt cōstare de suspicione tentatæ subornationis in gñe, vñ cum hæc sit suspitio sola, & nō ꝓbatio, & nō percutiat immediate hos testes, visa fuit Dñis nō multum considerabilis. Quòd verò Ghiliberta in suis rñsionib. factis Consiliarijs Ducis, & Ducisse nominauerit hos testes, nō mouebat Dños, cū id ab ea dedita opera fieri potuerit, ne interim vel subornarenē, vel declarārētur à Carolo, & eius cōsanguineis: ipsi. n. erant vilis cōditionis, Ghiliberta verò, & Carolus, & eius cōsanguinei potentes in illis partib. Quòd aūt negauerit Duci, & Ducisse se prægnātem, & mrimonium contraxisse, nō bene est probatū, quemadmodū ēt nō bene probatur, ꝙ ipsa
rentauerit abortū: & magnum inditium est, quòd id verū non fuerit, ex quo peperit. Ex istis igitur impfectis ꝓbationib. non percutientib. immediatè hoc factū presentiæ, vel absentiæ horum testiū, nō visum fuit Dñis posse reprobari tres testes plene, & clare deponētes se fuisse pñtes. Quòd non examinauerit illā Damicellā appellatā Richibourg. nihil facit, vt fuit dictū 28. Ianuarij. 1569. Idq; tantò magis, quia nec Carolus eā examinauit. Si. n. id verū non fuisset, potuisset Carolus ipse eā examinare. Sicut nihil facit, ꝙ in 12. articulo Ghiliberte articulet, ꝙ Carolus sibi promiserit in euentum, ꝙ esset prægnans, eam ducturum in vxorem, & desponsaturū, quia cum in quinto artic. articulauerit, matrimoniū contractū antea in d. 12. artic. intelligebat de publicatione d. mrimonij. Non ēt mouit Dños, quòd nō videatur verisimile, quòd cum noluerit Carolus facere apocam, protulerit illa verba mrimonialia corā Martina, tum quia non constat, ꝙ ipsa Martina viderit, tum quia illa erat vnica. Et in omnem euētum sciebat, ꝙ eius dictum non probasset. Idq; tantò minus est habitum in consideratione, quantò probatur per duos testes contestes, ꝙ Carolus deprehensus cū Ghiliberta fassus fuit mrimoniū. Sibi nihil facit, ꝙ eadem Ghiliberta postea petierit à Carolo apocā, qa volebat adhuc magis corroborare suā ꝓbationē, suspicās fortasse ne testes memoria retinerent verba mrimonialia, vel ne morerētur, aut se absentarēt. Volebat n. sibi cauere in omnib. casib. nec obstabat, quòd consiliarijs dicat de promissionib. mrimonialib. & nō de mrimonio, quia intelligebat de mrimonio, quòd aperte constat in prima mrsione prope finē, dum dicit se velle substinere, ꝙ adest mrimoniū inter ipsam, & D. Lenoncort. & propterea in hac parte petebat iustitiā. Quòd verò Ghiliberta non potuerit præscire nocte præcedente, q̄ verba esset dicturus Carolus, & ita pparare testes, nō facit, quia sciebat fortè ipsum solitū esse, dū essent soli, vel confiteri mrimoniū, vel reiterare verba mrimonialia. Et ideo potuit pparare illos testes, vt audirent, q̄ ipse dicturus erat. Et in summa varietates cōsideratæ, & inuerisimilitudines nō inferūt, nisi ad quasdā suspitiones hominis, & nō iuris, ex qb. periculosum visum fuit Dñis velle elidere plenā ꝓbationē, præsertim in cā mrimoniali, pro qua in dubio vī
4 pronunciandū: sicut † enim in dubio statur sniæ fauenti mrimonio. c. fi. de re iud. Host. in c. sicut. de cogni. sponsa.
5 Fel. in rub. de sponsal. nu. 6. ita † in dubio statur probationi, quę matrimonio fauet. And. Sic. consi. 6. col. 2. versi. & sic ex istis, lib. 1. per tex. in l. Iulia. ff. de manumiss.

Non ob. quòd mrimonium sit clandestinū, quia vt iā in hac cā 14. Ian. 1568. fuit resolutum, q̄n non agitur de ꝓiudicio alterius mrimonij, vel de dirimēdo ptenso matrimonio, nō requirūtur testes omni exceptione maiores, vel magis idonei. Et insuper 28. Ian. 1569. Dñi ēt resoluerunt, materiam pñtis mrimonij non esse adeo suspectā, vt requirantur testes omni exceptione maiores, vel magis idonei, ex qua resolutione tollūtur oēs inuerisimilitudines, & suspiciones adductæ ꝓ parte D. Caroli. Et quāuis fuerint reseruatæ duæ qualitates, vel circūstantiæ, vna de tentata à subornatione, altera de confessione Ghilibertæ corā Duce, & Ducissa, quòd nō erat pgnās, & non contraxerat mrimonium cum Carolo, tñ fuit postea super eis particulariter dubitatum, & visum quòd illæ non bene probantur, nisi respectu subornationis in genere. Quò verò ad negationem illam etiam non videtur probari, & in omnem euentum, quando esset probata, fuit dictum, quòd esset hæc qualitas habenda in considerationē arbitrio Dominorum visis alijs qualitatibus. Vnde cum visum fuerit, ꝙ adsint tres testes nullas patiētes considerabiles exceptiones, bis examinati: & insuper

vice versa probetur amor mutuus inter Carolum, & Ghilibertam, cõfessio ipsiusmet Caroli, ꝙ erat sua vxor, fama in curia Ducis, quòd essent contracturi matrimonium, honestas Ghilibertæ, & insuper libera concertatio inter Ghilibertam, & Carolum illo tempore, parum conueniens personæ tam propinquæ seruitio tantę Principissæ, nisi adfuisset matrimonium. Hę qualitates iunctis dictis testium visæ fuerunt Dominis valde præponderare omnibus alijs suspicionibus adductis pro parte Domini Carol. & quamuis Carolus matrimonium negaret ipsum de eo interrogantibus, hoc ipsum arguit matrimonium, cum sui affines, & consanguinei suspicarentur illud esse, vel contractum, vel contrahi debere. quòd autem ipse negaret, nihil est, quia contractus ab initio sunt voluntatis, & poterat negare volens, quòd publicaretur, vel quia forte ipsum serò pęnituerat, & putabat non adfuisse testes, quibus tale matrimonium probari posset.

RVBEI.

Hostien. Littoris maris coram D. de Rubeis die 12. Nouembris 1574.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probata censetur per testes deponentes de actibus singularibus.*
2 *Testes in interrogatorijs debent explicitè deponere secundum requisita per gl. in c. 1. de præscrip. lib. 6.*
3 *Titulum allegare licet in possessorio retinendæ, ad effectum videndi quis melius probet.*
4 *Titulus coniungi potest cum possessione, dum præfixus esset terminus, vel seruati termini substantiales.*
5 *Interdictum adipiscendæ etiam summarijssimum ijsdem rationibus regulatur, quibus interdicta retinendæ.*
6 *Testes illi præualere debent etiam si numero pauciores, quorum dictis coniunctus est titulus. & num. 8. fallit numero 16.*
7 *Possessio recentior præsumetur clandestina, quando constat de antiquiori. fallit, vt nu. 13.*
8 *Numerus testium præualere non debet, quando cum paucioribus concurrunt adminicula, & coniecturæ.*
9 *Titulus posterior possessione non attenditur stante antiquiori possessione.*
10 *Possessio per decennium censetur amissa.*
11 *Possessio etiam iniusta quòd debeat manuteneri, fallit duobus modis.*
12 *Titulus in interdicto adipiscendæ non inspicitur, nisi probationes sint pares.*
13 *Possessio antiquior debet esse continuata, vt prosit successoribus ad effectum mandati de manutenendo: aliàs iunior præfertur, & supra decis. proxima, nu. 2.*
14 *Possessio apprehensa per hæredem dicitur noua possessio, non autem, quæ erat penes defunctum.*
15 *Temporis momentum in interdicto vti possidetis facit præualere possessionem.*
16 *Depositio specifica minoris numeri testium nõ attenditur, quando species continetur sub illo genere de quo deponunt plures testes.*
17 *Probatio scientiæ, & patientiæ dicitur esse facta per testem dicentem, scientibus, & patientibus.*
18 *Decennalis quasi possessio ad effectum mandati de manutenendo attenditur etiam in regalibus.*
19 *Possessio diuturna, & continuata probata per testes, non potest dici clandestina.*
20 *Clandestinitas, quæ dicatur.*
21 *Tempus litis motæ debet attendi, in interdicto retinendæ.*

DECISIO XXVII.

CVm post multas propositiones fuissent per Dominos firmatæ conclusiones in fauorẽ vtriusq; partis sub die Lunę proxime ꝓterito, quę fuit 8. huius mensis Nouembris, deuentum fuit ad concursum probationum ad effectũ, vt videretur cui esset dandum mandatũ de manutenendo, an Illust. D. Marco Antonio Colũna, an Illust. Dominis Caetanis. Et in ista discussione fuerunt excitatæ per Dños quamplures, & plures difficultates, & tandẽ fuit ordinatũ, ꝙ in sequẽti Rota discuterentur super duab. difficultatib. principalib. Quarũ prima erat, an instra producta pro parte Dominorũ de Caetanis possint coniungi cũ dictis testium pro parte ipsorũ examinatorum de anno 1551. non obstante depositi. testium examinatorum pro parte Dominorum de Colũna, ex quibus videbatur offuscari pręsumptio continuationis possessionis, cùm deponãt de antiquiori possessione per ea, quæ tradit Alc. de præsump. reg. 2. ꝓsumpt. 21. in secunda limit. Sed in contrarium, ad effectum, vt videatur quis melius probet, allegabatur cõs. Curt. sen. 24. nu. 3. 4. & 5. Secunda fuit difficultas, an sit inspiciendum tempus motæ litis, vel potius præsens.

Super quib. quidem difficultatib. fuit per me proposita causa die Ven. 12. eiusdem. Et qm̃ informantes ꝓ parte Dñorum de Caetanis prætendebant, ꝙ testes examinati pro parte Dñorũ de Columna non probabãt de antiquiori possessione concludenter tanq̃ non reddẽtes bonam causam scientiæ, & tanq̃ singulares, Domini circa hoc non videbantur dubitare, ex quo testes bene depo-
1 nũt, & in tempore sunt contestes, & † licèt quoad actus essent singulares, nihilominus possessio censetur probata per testes deponentes de actibus singularibus. Aret. consil. 42. nu. 3. ver. secundo principaliter.

Dum verò informantes pro parte D. Marci Antonij prætendebant per supradictos testes probare possessionem immemorabilẽ, plures ex Dñis dubitabant de hoc,
2 ex † quo testes in interrogatorijs non ita explicitè deponunt secundũ requisita per Glo. in c. 1. de præscr. lib. 6. & quia ẽt idem dicendum esset de testibus examinatis pro parte Dominorũ de Caetanis, sed hoc nõ fuit firmatum. Circa verò difficultatem de cõiunctione probationũ, ali
3 qui ex Dominis considerabant, ꝙ † in iudicio retinẽdæ, ad effectũ videndi quis melius probet, licet allegare titulum. Alberi. in l. 1. nu. 12. C. vti possid. & bene ibi p Bald. col. fi. in prin. vbi dicit, ꝙ articuli continentes titulũ, nõ sunt impertinentes. & Ang. ibi nu. 7. & Sal. nu. 22. & Pau. de Cast. in l. si de eo. §. fi. in fi. de acq. pos. & omnes Doc. in c. licèt causam. de prob. Et quamuis exceptio dominij nõ admittatur in isto interdicto retinendæ, vt per Doc. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. de acquir. pos. Nihilominus titulus coniungi potest cum possessione ad effectum obtinendi victoriã, per Doc. supra allegatos, pręsertim † vbi
4 præfixus esset terminus, vel seruati termini substãtiales in causa, qui deseruire possunt loco præfixionis termini,
5 prout in casu isto præsupponuntur seruati. Nam † quibus rationibus quis obtinere deberet in hoc interdicto vti possidetis ordinario, eisdem rationib. obtinere debet in huiusmodi interdicto etiã summarijssimo, vt post Paul. de Cast. per eũ alleg. concludit Neuizan. cons. 81. nu. 27.

Neq; ob. ꝙ possessio D. M. Antonij sit probata per plures, & plures testes magis informatos qui deponũt de fa
6 cto proprio, & sunt Nautæ, & piscatores, quia † nihilominus prævalere debet probatio facta per testes Dominorum de Caetanis etiam numero pauciores, ex quo cum eorum dictis coniunctus est titulus Dominorum de Caetanis, vt in bulla Bonifacij octaui de qua in actis,

vt per Curt. sen. cons. 24. nu. 3. 4. & 5. Ad cuius opin. confirmandam allegabatur Dec. consil. 302. nu. 8. Curt. iun. consi. 108. nu. 25. Paris. consi. 107. nu. 77. lib. 1. Rolan. à Vall. consi. 9. nu. 36. in 3. & Ferret. consil. hic allegato per inform. & Bero. in c. licèt causam. nu. 56. de probat. & Rimin. consi. 341. num. 7. lib. 2. & aliquid videntur innuere Innocen. & Host. in cap. licèt causam. vbi Anto. de Butr. numero 56.

Et ad probationem factam per plures testes respõdebant non obstare, quia poterat reduci ad concordiam cum probatione facta de possessione antiquiori, ex quo
7 † ista recentior possessio præsumitur clandestina, vel iniusta, vt per Alex. cons. 77. col. 3. in 2. vol. & in consil. 88. nu. 4. in 5. & per Ang. in d. l. 1. C. vti possid. & tradunt Docto. in d. l. si de eo. §. fi. de acquir. possess. Neuizan. d. consilio 81. nu. 26. Doct. in d. c. licèt causam. de probat. Rolan. d. consi. 9. nu. 30.

Præterea præualere posset numerus testium, & qualitas ipsorum, nisi † cum paucioribus concurrant admini-
8 cula, & cõiecturæ, prout in casu nostro, prout est titulus supradictus, & alia instrumenta de quibus in actis, nec non prohibitio de qua in concluſ. item etiam quasi possessio aperitionis Faucis Fogliani, nec non confectio capanarum in tumuleto Terracinæ. & vltimo, quia proba tio Dominorum de Caetanis est magis in specie respectu splagiarum, de quibus agitur.

Accedat ꝙ in depositionibus testium Dominorum de Caetanis concurrit assistentia iuris communis, cùm ipsi sint domini territorij, & habeant titulum à Papa, quo casu tanquàm deponentes verosimiliora præferri debent alijs numero pluribus, vt per Doct. in d. cap. licèt causam, cum allegatis hic.

Et ad doctr. Bar. in l. si duo col. 2. ad fi. ff. vti possi. respõ-
9 debant esse intelligendam, vbi † titulus esset posterior possessione, quia tunc titulus non attenditur stante possessione antiquiori alterius partis, Dec. in cons. supra alleg. 302. nu. 8. congerit Rolan. à Val. d. consi. 9. num. 36. & Mod. in tract. de retin. possess. in 3. remed. nu. 728. & per Alexan. consilio 88. colum. 3. numero 21. versic. plus dicit Bal. vol. 5.

Præterea dicebant aliqui ex Dominis tenentes istam partem, quòd in casu isto non est opus disputare sup illa difficultate, an hæres posset allegare continuationẽ possessionis sui auctoris, quia in casu isto probãtur duo extrema, quib. probatis media præsumuntur. Alc. de præsump. reg. 2. præsump. 22. stante maxime anteriori titulo, quæ operatur, ꝙ præsumatur continuata possessio. circa quam tamen continuationem dubitabant, quia inter cedit tempus 20. annorum inter vnũ extremũ, & aliud, vt probant testes D. M. Antonij deponentes de possessione 70. annorum. Vnde prædicta præsumptio cedit veritati. vulg. l. continuus. §. cum ita. de verb. ob. & videtur in-
10 trare conclusio Doc. quòd † per decenniũ possessio cẽsetur amissa, vt congerit Curt. sen. in alle. cons. 24. Rip. in c. cũ ecclesia sutrina, nu. 23. de caus. pos. & propr. post Bar. Innocen. & Curt. iun. quos allegat. nisi diceretur, ꝙ ista possi. intermedia non censeatur probata, vel saltẽ auferẽ ex probatione facta in contrarium pro parte Dñorũ de Caetanis, vel quòd saltem censenda sit clãdestina, vel iniusta, vt patet ex supra allegatis, cùm non probeẽ sciẽtia Dominorum de Caetanis prout requiritur in iurib. huiusmodi incorporalibus, vt hic per informantes.

Neque suffragari videtur illud fundamentum, quod sit super depositionibus testium Dominorum de Colũna super scientia, & patientia Dominorum de Caetanis. Quia obstant ea, quæ tradit Bero. in ca. licèt causam. nume. 55. cum seq. de probatio. Vnde licèt regula sit, quòd

etiam iniusta possessio sit manutenibilis, tamen fallit,
11 † quando est iniusta, vel clandestina ab aduersario, vt sunt iura clarissima, vel quando constat notorie de iniustitia possessionis. Neuizan. d. cons. 81. num. 27. 28. 29. & seq. Instrumenta autem, seu iura Dominorum de Caetanis in actis producta videntur facere notorium, Fely. in c. significauerunt. nu. 4. de testib. Claud. de Seisell. in l. 1. nu. 29. de oper. noui nunc. faciunt tradita per Aym. consil. 299. nu. 8. & hoc saltem, quando non opponitur aliquid coloratum. Vnde videndum est, an iura vltimo loco producta pro parte domini M. Antonij lite pendente transumpta faciant aliquem colorem.

Contrariam verò sentẽtiam, quòd in hoc iudicio adipiscendæ inspiciendum sit primò quis melius probet
12 possessionem, & † quòd non inspiciatur titulus, nisi qñ probationes sunt pares, tenuit alia pars Dominorum ꝑ doctr. Barto. in d. l. si duo, col. 7. vti possid. quam sequitur Imo. in d. cap. licèt causam, nume. 25. & 28. & Anto. de But. numero 43. & Ægid. numero 75. Felyn. col. 7. ver sic. quarta causa. Dec. numero 9. versicu. quarto, cæteris paribus. Bero. numero 55. Et in effectu omnes Docto. in d. cap. licèt causam. ita sentire videntur, & in locis ordinarijs prout de communi attestatur Ferret. consil. 1. numero 13. & vltra consulentes allegatos per Biscíam idẽ concludit Rimin. consil. 219. num. 36. Natt. consil. 572. & idem Dec. consil. 382. nume. 2. Et propterea Bal. in l. 1. C. vti possid. col. fina. in princ. dicit, quòd paritas probationum reducitur ad imparitatem propter potiora iura possidentis. qua quidem opinione stante, dicebant Domini, non esse attendendam opin. Curt. sen. cum titulus antiquior non attendatur, nisi data paritate probationis: vbi enim quis melius probat suam possessionem, ex titulo non potest infringi ista probatio, quia hoc interdictum non admittit probationem dominij, vt per Doct. in l. naturaliter. §. nihil commune. de acquir. possess. titulus enim causat quandam qualitatem maioris iustificationis, quæ, cùm alia æqualia sunt, præponderare debet, vt dicit Ægid. in d. cap. licèt causam. in 9. quæst. prope fi. sub numero 75.

Et hoc maxime, cùm testes D. Marci Anto. deponant de possessione antiquiori, quàm deponant testes Dñorũ de Caetanis, nempe ille de 70. annis, & illi de 50. vnde apparet, ꝙ probationes non possent esse pares respectu temporis: & difficile satis est, intercedente spatio tot annorum, quòd testes possint iungi cum instrumentis, per ea quæ supra allegata sunt. Et dato etiam, quòd possessio antecessoris prosit successoribus etiam ad illum effectũ mandati de manutenendo, vt dicit Rimin. consil. 370.
13 numero 2. libro 2. est † tamen necessarium, quòd probetur continuata, quia si antiquior possessio non est cõtinuata, iunior vincit. Bero. in d. capitu. licèt causam, numero 56. versicu. tertiò limita. Alexan. consil. 23. ad fi. libro 6. Plot. in l. si quando, numero 99. C. vnde vi. Quod comprobatur, quia possessio non transfertur de defuncto in hæredem etiam suum, nisi apprehendatur. Et licèt posset apprehendere propria auctoritate, hoc est verum, nisi alius occupauerit. l. cum hæredes. in princip. ff. de acquirenda possessio. & per Tiraq. in tracta. le mort saisi. le viff. in 8. declarat. præfat. Adeò, quòd filius non potest docere se hoc casu turbari in possessione. Alexan. in l. in suis, numero 9. de liber. & posthum. & ex recentioribus Roland. à Val. consilio 46. numero 34. in 2. Non enim possessio defuncti prodest ante apprehensionem quoad vsucapionẽ. l. Pomponius. §. quæritũ. de acq. possessio. & ibi Docto. & Bart. in l. 1. quibus ex caus. maior. &c. numero 36. dicit, quòd possessio defuncti non suffragatur hæredi, nisi iuncta, idest apprehensa sit.

14 Vnde† Doct. concludunt, possessionem apprehensam per hæredem dici nouam possessionem, non autem quæ erat apud defunctum. Pau. de Cast. in l. si quis vi. §. differentia. in prin. ff. de acquir. possess. Sarnen. in reg. de triennal. q. 14. nu. 71. Si igitur inter possessionem defuncti, & possessionem successoris est inter media possessio Colū-
15 nensium, non momento temporis, quod † quidem momentum facit in interdicto vti possidetis prævalere pro bationem, per ea quæ scribit Nat. in d. consil. 172. nu. 7. & 19. sed etiam plurium, & plurium annorum, non videtur quomodo possit fieri hæc continuatio. Immo potius vī intrādū doctr. Doct. de qua per Rip. in c. cum ecclesia sutrina, allegatū per informantes pro parte dominorum de Caetanis. Nam siue ipsi prætēdant, quòd possessio præsumatur continuata de defuncto in hæredem, siue quòd probatis extremis media præsumantur, talis præsumptio cedit veritati probatæ, vt supra dixi.

Non ob. ea quæ dicuntur de maiori verisimilitudine stante assistentia iuris communis pro Dominis de Caetanis. Quia dici posset, quòd est maior verisimilitudo in specie, quæ præfertur, Dec. in d. c. licet causam. in 2. not. In fauorem D. M. Antonij, quia possidet in alijs locis etiam subiectis ecclesiæ, & publice in vrbe pro hoc re tinet officialem. item in quantitate pro qua isti Domini de Caetanis locant, item ex nimia eorum diligentia in conficiendis instrumētis, & ille à nobis examinatus pro parte D. Marci Antonij, qui declarat quomodo fecit vnū ex illis instrumentis, non videtur paruę considerationis, præsertim cum testes excedant in tanto numero, & sint melius informati, & deponant de facto proprio, quæ qualitates singulę solent facere, quòd testes etiam numero minores præferantur, quantò magis debent præferri, quando sunt numero plures. Grat. consil. 82. num. 36. & consi. 81. nu. 61. & 62. lib. 2. Fely. in ca. in nostra. col. 3. num. 2. ver. & referunt melius informati, de testib. prout & non ob. quòd deponentes pro habente titulum deponant verisimiliora, quia magis proxima videtur hæc verisimilitudo: præterea falsa esset illa communis conclusio de qua supradictum est, quòd probans per plures testes præferatur, quia pauciores præsumuntur semper deponere verisimiliora, quando adesset titulus.

Minus ob. quòd testes Dominorum de Caetanis de-
16 ponant magis in specie, Quia hoc non attēditur, † quando species continetur sub illo genere, de quo deponunt plures testes, vt per Innocent. Hostien. Butr. & alios omnes in d. c. licèt causam, vbi volunt, quòd præferantur testes ecclesię Rauennatensis deponentes, quòd omnis honor præstabatur d. ecclesiæ, quamuis testes Fauentinorū deponerent de quibusdam particularibus seruitijs, maximeque in casu isto cessat illa difficultas de negatiua super qua Doct. ibi laborant.

Quò verò ad probationem scientiæ, & patientiæ fuit
17 allegatus Rimin. consi. 391. nu. 2. qui † videtur tenere, quòd sufficiat, testem dicere, scientibus & patientibus, licèt in casu isto dicant, videntibus.

Minus ob. quòd hic tractetur de quasi possessione
18 eorum, quæ sunt de regalibus, quia † quasi possessio decennalis ad effectum de quo agitur, attenditur etiam in regalibus, vt fuit dictum in causa Bononien. de Pepulis coram R. P. d. Lancellotto, per ea quæ scribit Couar. practi. quæst. c. 13. Non ob. etiam pignorationes, & prohibitiones. Quia propterea Columnenses non amiserūt possessionem. Rimi. consi. 314. nu. 30. cum seq. lib. 2.

Nō ob. quod possessio d. Marci Antonij sit improbaquæ non impedit continuationem, nam hoc procedit in cōtinuatione inducta à statuto, quia lex citius operatur effectum suum, q̄ homo, & declarat Tiraq. in trac. supra citato in 3. declarat. 5. par. n. 15. sed iste nō est casus nr.

Similiter non ob. doct. Bar. in l. si de eo. §. fi. de acqui. pos. Quia potius facit in contrarium, ex quo datur clandestinitas respectu possessionis, & ꝓprietatis, & nō sufficit clandestinitas respectu proprietatis, nisi sit respectu
19 possessionis. Cùm † igitur hæc possessio sit tā diuturna tam continuata, probata per tot testes, non videt quomodo possit dici clandestina. Bal. consi. 20. num. 6. lib. 5.
20 maximè † quia clandestinitas dicitur, quando quis suspicat, vel de iure, vel de facto se posse repelli. Bart. in l. si de eo. §. fi. nu. 2. de acquir. pos. Quòd autem Columnenses non timerent deijci de facto, apparet ex eo, quòd quando fuerunt turbati de facto, resisterunt. de iure verò non videtur, quòd timere debeant stante tam longa possessione. Immo si ꝑsupponeret, quod possessio antiquior Dominorum de Caetanis nō posset coniungi cum possessione de qua deponunt testes pro eorum parte examinati, argumentum hoc de clandestinitate retorquetur contra ipsos, ex quo possessio ꝓbata per 50. annos respectu possessionis probatæ per 70. annos dicetur iunior & per consequens præsumeretur clandestina.

Quò verò ad secūdam principalem difficultatem in-
21 formantes fuerunt concordes, quòd † debeat attendi tempus litis motæ in hoc interdicto retinendæ, vt sunt iura clara per informantes citata cum infinitis auctoritatibus per eosdem cumulatis: non tamen hoc intelligēdum est exclusiue ad tempus turbationis, quia requiritur, quod quis possideat duobus temporibus, & litis contestatæ, & tempore turbationis. Ægid. in d. ca. licèt causam. nu. 67. Plot. in d. l. si quando, nu. 99. C. vnde vi. Bellē. cons. ... nu. 3. Neuizan. consi. 81. nu. 16.

Et propterea stante diuersitate opinionum, Domini ordinarunt, quòd particulariter dubitetur, quæ qualitas præponderet in casu & ad effectum de quo agitur, an prætēsus titulus Dominorum de Caetanis, & prę tensa quantitas, & qualitas testium Dominorum de Columna. &c.

R V B E I.

Hostien. Littoris maris. Veneris 10. Decembris. 1574.

S V M M A R I V M.

1 *Numerus testium, & qualitas illorum præponderat.*
2 *Possessio antiquior non valet, nisi sit continuata tempore litis motæ, & tēpore petitionis mandati de manutenēdo.*
3 *Possessio antiquior, quæ non est cōtinuata, interrupta cēseē.*
4 *Exceptiones testium non admittuntur in iudicio summarijssimo, vt est retinendæ, & nu. 9.*
5 *Gl. in c. 1. de præsc. in 6. est sępius canonizata in Rota.*
6 *Incorporalia nō possunt vno & eodē mō possideri à duob.*
7 *Præsumptio scientiæ tollitur ex lapsu tanti temporis.*
8 *Præsumptio malæfidei tollitur etiam ex lapsu tanti temporis ex fama dominij.*
9 *Testes duo satis probant in iudicio summarijssimo.*
10 *Præscriptio 40. annorum regulariter habet locum contra priuatum cum fama dominij.*

DECISIO XXVIII.

1 IN hac causa postquàm fuit firmata regula in fauorē Illustr. D. M. Antonij, quòd † numerus testiū, & qualitas illorum præponderet, per ea quæ latissime fuerunt deducta per informantes pro parte eiusdem D. M. Antonij sub die Ven. 19. Nouembris proxime ꝑteriti, ordinatum fuit, quòd videretur, an intrarent limitationes deducendæ pro parte Illustris. Dominorum de Caetanis ad

ad effectum, vt sit dandum mādatū vni, vel alteri de manutenēdo, & quomodo, & sub die Ven. 10. præsentis mē sis Decembris 1574. quoad primam partem pūcti fuit resolutum limitationes Dnorū de Caetanis nō intrare.

Prima enim limitatio, quòd Domini de Caetanis habeāt anteriorem possessionem, vt patet ex instrumentis
2 in actis productis, non pōt eis sustragari, quoniā † requiritur, vt antiquior possessio sit continuata non solū tempore motæ litis, sed ēt tempore petitionis mādati de manutenēdo, vt fuit dictum sub die 12. mensis Nouembris proxime præteriti, vt per Ægid. in c. licet cām. nu. 62. de prob. Bella. consi. 11. nu. 13. Neuizan. consil. 81. num. 16. Plot. in l. si quando, nu. 99. C. vnde vi. aliàs enim possessio iunior vincit, Alex. consil. 23. ad fi. lib. 6. Bero. d. cap. licèt causam. nu. 56. versicu. 3. limita. & Plot. in loco supra allegato. Quòd autem huiusmodi possessio Dominorū de Caetanis non sit conseruata, probatur ex depositionib. tēstium examinatorum pro parte Dominorum de Columna de anno 1551. vt etiam dictum fuit sub die 12. Nouembris, quorū depositionibus attentis non possunt cōiūgi duo illa extrema possessionis Dnorū de Caetanis, cum intercedat tantum spatium temporis etiam vltra
3 10. annorum, de † quo quidem tempore cum Domini de Columna possederint, & non constet, quod Domini de Caetanis aliquid fecerint, prior illa & antiquior possessio censetur interrupta, seu amissa. Curt. sen. consi. 24. nu. 4. post Bar. Bal. & Innocen. per eos alleg. Rip. in c. ecclesia sutrina, nume. 23. de caus. posses. & proprie. Præsertim cum possessio Dominorum de Columna potuerit esse applicensa de tēpore quo possessio Dnorū de Caetanis poterat esse vacua per obitum D. Honorati senioris, quod quidem in dubio præsumendum est, vt ꝑ Barto. in l. non solum. §. sed vt proban. de oper. nou. nuncia. Sarnen. super regu. de verisimil. q. 6. Cassād. decis. 21. de præben. Non obstant instrumenta nouissimè producta, & primo illud de anno 1468. quoniam respicit D. Honoratum seniorem, cuius possessio non potest durare vsque ad eius obitum. præterea instrumentum dicit, quicquid iuris habet, vt bene considerant hic informantes pro Domino M. Antonio.

Instrumentum verò de anno 1475. de alio instrumēto del 1483. loquitur etiam de prædicto Honorato, & quoad Nicolaum filium non est habenda in consideratione, quia duo insolidum non possunt possidere, & in omnem euentum instrumenta non loquuntur de piscatione in mari. Vnde possunt verificari in piscationibus respectu lacus tam Fogliani, quàm Corapolacis, & dum ponderabatur illud verbum, Plagis, fuit responsum, hoc verbum non importare splagias de quibus agitur, ad tex. in l. vxori. §. agri plagam. de leg. 3.

Dum verò per informantes pro parte Dominorum de Caetanis prætendebatur, istis testibus propter exceptiones, quas eis obijciebant, non esse fidem adhibendā,
4 fuit per Dominos responsum, in hoc † iudicio summarijssimo non esse tractandum de exceptionib. vt per Capyc. decis. 15. cum alijs allegatis.

Præterea, dum per informātes pro Dominis de Caetanis ponderabantur de nouo depositiones non nullorum testium, & præcipue Francisci Cifra de Sermoneta, fuit responsum, ex eorum dictis non tolli fundamentum supradictum de amissione, seu interruptione possessionis, cum nō possit percutere illud vltra tempus, quod percutiunt testes habentes ætatem 80. annorum, seu 75. cum ipse dicat se esse annorum 60. Præterea, non satis clare deponit respectu splagiarū de quibus agitur, & de piscatione maris, & in omnem euentum ratione suæ ætatis tollitur difficultas.

Tertiò, considerabatur ꝑ informantes Dnorū de Caetanis, quòd testes dictorum Dominorum de Caetanis probant immemorabile: sed nec istud fundamentum placuit Dominis, vt aliàs in hac causa fuit consideratum sub die Ven. 12. Nouembris proximè præteriti, per Glo.
5 in ca. 1. de præscript. in 6. quæ † sępius canonizata fuit in Rota.

Secunda limitatio, quòd in incorporalibus vna possessio non excludit aliam, non placuit Dominis, quia cō tra tex. in c. licèt causam, de probat. neque datur ista compatibilitas stante probatione, quod domini Columnenses possederunt plagias articulatas, vt bene declarat post alios Anchar. in d. c. licèt causam. nume. 19. versic. tertiò
6 oppono. Et † licèt incorporalia possint à duobus possideri, hoc debet intelligi diuersimode, non autem eodem modo, seu eodem genere possidendi, vt per Docto. in d. c. licèt causam, & ibi Ægid. nu. 73. & seq.

Tertia autem limitatio, quòd esset probanda scientia & patientia Dominorum de Caetanis, similiter nō placuit: Quia † ex lapsu tanti temporis inducitur præsumptio scientiæ, vt per Doct. in c. cum venissent. de institut.
7 in c. illud. de præsump. & bene per Capyc. decis. 69. nume. 15. & seq. & præsertim in casu isto, in quo testes Dominorum de Columna dicunt articulum verum, in quo dicitur videntib. dominis Caetanis, vt hic per informātes, in quibus terminis non intrant allegationes exēplo.

8 Quarta † limitatio de mala fide Columnensium tollitur ex lapsu tanti temporis ex fama dominij, Molod. decis. 340. Aug. lib. 3. decis. 78.

Quinta limitatio, quòd Dominis de Columna resistit ius commune, & assistit Dominis de Caetanis, ex notatis in c. ad decimam. de restī. spol. in 6. vbi Franc. nu. 8. ver. quarto limita.

Sexta limitatio, q̄ testes Dnorū de Columna deponētes de antiquiori possessione sint pauci numero, non vrget, ex quo non haberet concursum testium contrarium
9 deponentium *respectu antiquitatis istius possess.* & † in isto summarijssimo possessorio, in quo vt supradictum est, exceptiones testium non admittuntur, duo testes satis superque probant.

Vltima verò limitatio & sic septima, in ordine, quæ fundatur super eo, quod notorie cōstat de dominio Dominorum de Caetanis, ex bulla fe. rec. Bonifacij octaui, de qua in actis, non concludit secundum Dominos. & licèt super ista difficultate multa fuerint considerata, an in isto summarijssimo possessorio sit admittenda exceptio dominij incontinenti probandi seu iam probati, & an simus in istis terminis, cum in casu isto dici possit, Dnos de Caetanis qui à principio causæ vsq; hodie dixerunt se esse in quasi possessione, & sibi deberi mandatum de manutenendo, dominium eorum deduxisse ad adiuuandam, seu iustificandam eorum quasi possessionem, vt per Bero. in capitu. in literis. nume. decimoquinto, de restitutio. spoliato. Nihilominus his omnibus omissis concluserunt Domini in casu isto, etiam quod titulus Dominorum de Caetanis comprehenderet regalia de quibus agitur, non constare ita notoriè de eorum dominio, vt in isto summario possessorio nō sit habenda rō possessionis alterius partis. Multa enim sunt quæ offuscant illud notoriū, fama publica de dominio Dnorū Columnē. tā lōga & antiqua possessio cōtinuata, tertiò, quia adhuc possunt docere de eorum dominio, vt per Ægid. decis. 103. Sarnen. super reg. de annal. q. 82. ad fi. quam Rot. sępius tenuit, bene faciunt tradita per Felyn. in cap. significauerunt. nume. 3. de testibus, & ad decis. Put. 29. quæ adducebatur in contrarium, fuit responsum, in primis, quòd rationes per eum adductæ

non videntur fuisse firmatæ per Dominos, ex quo Rota tenet, quod notorium in istis terminis non resultet, nisi ex confessione partis, vel ex re iud.

Secundò, q̃ negari non potest, q̃ ista notorietas non reddatur turbida ex probationibus factis pro parte dominorum de columna, cũ † regulariter contra priuatũ præscribatur spatio 40. annorum, præsertim cum fama dominij. Afflic. decis. 254. Dec. Paris. Soc. iun. & alij per Infor. allegat. Maxime si deducta, p̃ parte Dñorũ de Caietanis dicerentur deducta ad adminiculandum possessionẽ: quia sufficeret, quòd pars dixisset generaliter cõtra.

Quo verò ad secundam partem dub. fuit conclusum, dandum esse mandatum de manutenendo domino M. Antonio, quia ipse habet regulam pro se, & limitationes supradictæ non intrant.

Quo verò ad tertiã partẽ fuit conclusum, dãdum esse mandatum de manutenendo in tota ista splagia, siue loco differentiæ, præterquàm quoad aperitionem faucis lacus Fogliani, in qua quidem aperitione fuit conclusum, vt detur mandatum de manutenẽdo dominos de Caietanis aperiendi dictam faucem temporibus consuetis cum prohibitione, ne domini de Columna impediant ipsos, & ne piscari faciant in d. fauce vsque ad signa ponenda per dominos de Caietanis, ita tamẽ quòd signa vulgariter dicta, li maschi, non excedant loca consueta.

RVBEI.

Hostien. Littoris maris. Ven. 21. Nouemb. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Concessio generaliter facta de regalijs non comprehendit ius imponendi nouum vectigal.*

DECISIO XXIX.

DVbium fuit ſtãtib. literis Bonifacij Octaui, & relutionibus desuper factis, an dictæ literæ comprehendãt vectigal, siue redditus piscationum, de quibus agitur, etiam q̃ non probaretur, quòd tempore concessionis prædictæ actualiter exigerentur, siue essent impositi. quod dub. fuit propositũ die Lunæ 21. præsentis mensis Nouembris 1575. & cũ informantes hinc inde latissime scripsissent deducẽdo plures difficultates, quarum multæ videbantur esse contra punctũ, Domini omissis multis firmarunt hanc conclusionem, siue regulã in fauorem Illust. D. Marci Antonij, q̃ licèt in concessione generali facta de regalijs veniant omnia, quæ continentur in c. 1. quæ sint regalia, vt per Bosſ. in trac. de regal. nu. 23. cum multis alijs, quæ possunt allegari, regulariter † tamen non venit ius imponendi nouum vectigal. Luc. de Pen. in l. contra publicã col. 5. ver. & finaliter quæritur. de re mil. lib. 10. Cuman. conſ. 161. in fin. cum multis allegatis hic per informantes pro parte Illust. Do. M. Antonij. Imol. consi. 121. & pro regula fuerunt allegati Cyn. & alij in l. 1. C. nou. vectig. impon. non poſſ. Hostien. in cap. si te quibusdam. §. præterea, post princip. de verborum significatio. quem Docto. ibi sequitur Iul. de Geld. num. 79. An autem sit recedendum ab ista regula, quia Docto. prædicti loqui videntur in generali concessione, non autem in vniuersali, & an prædicta concessio Bonif. sit generalis, vel vniuersalis, & ex coniecturis sit à dicta regula, recedendum, vel ex eo, quòd mare sit proprium ipsorum Illustrissimorum Dominorum de Caietanis, qui prætendunt posse ex hoc prohibere, ne quis in mari piscari debeat, vel ex alijs limitationibus si quæ adaptari possunt, poterit videri particulariter. Reseruarunt insuper Domini facultatem Illustris. Dominis de Caietanis, vt possent de nouo audiri, si voluerint, super resolutione aliàs facta, quòd ad ipsos pertineret onus probandi, quòd huiusmodi vectigal, siue redditus, de quibus agitur, fuissent impositi vigore prædictæ concessionis.

RVBEI.

Caullicen. Baroniæ de Thoro Lunæ 25. Octobris 1574.

SVMMARIVM.

1 *Sigillum testatoris non est de substantia testamenti.*
2 *Sigillum testium, & sigillum testantis differunt in iuris effectu.*
3 *Sigilli appositio est leuis solemnitas.*
4 *Antiquitas temporis facit præsumi omnia solemniter gesta.*
5 *Euidentia rei non tollit præsumptionem quæ oritur ex antiquitate temporis positi inter duo extrema.*
6 *Subscriptio testium satis est, quòd exprimat cuius sit testamentum.*
7 *Publicatio testamenti ex antiquitate temporis facta præsumitur.*

DECISIO XXX.

IN causa Caullicen. Baroniæ de Thoro fuit dubitatum, an prætensi defectus tam sigilli, quàm subscriptionis testium, cuius copia detur, sint attendendi, & considerabiles in casu de quo agitur. Et die Lunæ 25. Octobris 1574. fuit cõclusum, huiusmodi defectus non esse attendendos. & omisso illo fundamento, quòd adducebatur per informantes pro parte Rostani super obseruantia subsecuta, & super assertione illius iudicis qui testamentum exemplauerat tãquàm fundamento non necessariò, quoad primum prætensum defectum, q̃ in huiusmodi exemplo non fuerit repertum sigillum testatoris, & sic non apposuerit, quod tamẽ secundum opinionem aliquorum videtur esse de forma, & substantia ipsius testamenti, vt per informantes pro parte Ludouici, fuit per Dominos responsum. Primò q̃ ista opinio iure non probatur, quia tex. in l. hac consultissima. C. de testamen. hoc non probat, neque Doct. antiqui, pro vt Azo in sum. C. eodem, nu. 5. & Io. Fabr. in §.
1 possunt. Inst. eo. & Spe. in loco allegato, † non requirunt pro substantia testamenti sigillum testatoris. Imò Ægid. in conſ. 1. col. 6. in 9. col. tenet contrarium. Et insuper, ra
2 tio † quæ militat in sigillo testium propter recognitionem per eos faciendam, nõ conuenit respectu sigilli ipsius testatoris. Præterea † ista appositio sigilli non potest dici, nisi quædam leuis solemnitas, cuius omissio non vitiat actum, Doct. in l. fi. C. de iur. deliber. & ex recentioribus per Rolan. à Val. consi. 82. nu. 12. & seq. volum. 1. & maxime in casu isto in quo testator totum testamentum manu sua scripsit, ita quòd eius subscriptio non erat necessaria. l. cum antiquitus. C. de testam.

Sed in omnem euentum etiam quòd esset de substan
4 tia ista appositio sigilli testatoris, nihilominus † stante antiquitate temporis tot annorum debent præsumi omnia solemniter gesta, & publicationem solemniter fuisse factam, per ea quæ fuerunt allegata coram bo. me. Oradino tunc Rotæ Decano die 30. Maij. 1575.

Non ob. quòd ex inspectione ipsius testamẽti, quasi ex ipsa

ipsa rei euidentia, constet de cõtratio, hoc est q̃ sigillum testatoris non fuerit appositum, & per consequens tollitur præsumptio resultans ex antiquitate temporis. Nam
5 † hoc fundamẽtum posset procedere, nisi in casu isto intercederet tantum temporis interuallum inter confectionem testamenti, & ipsam inspectionem, cùm satis sit, testatorem posuisse in aliqua parte huius testamenti sigillum suum, licet nunc non appareat, cùm cõtrarium de necessitate non probetur. Allegata enim in contrariũ procedunt, quando ipsa scriptura cantat eius ineptitudinem, ex his quæ cumulat Fely. in c. sicut, num. 33. vers. septimo & vltimo declarat, de re iud.

Quo verò ad alium prætensum defectum subscriptionis testium, Domini nullam habuerunt difficultatem,
6 quia † satis est, quòd in subscriptione exprimant cuius sit testamentum, & quis sit qui subscribit, vt per Io. Fab. in loco allegato, num. 5. circa med. & Bellam. in conſ. allegato, col. 13. in fi. & illud verbum, infrascriptis, potest intelligi respectu testamenti: & insuper, cùm subscriptio testium requiratur ad effectum, vt omnes interueniant vnico contextu, quando testator subscribit testamẽtum, satis est quòd testes dicant se interfuisse omnibus & singulis & per consequens subscriptioni testantis. Fulgos. in l. publicati, num. 2. ad med. vers. & ne forsitam cogetur. C. de testam.

Quicquid tamen sit, tollitur omnis difficultas ex an-
7 tiquitate temporis, cuius † vigore præsumitur facta publicatio ipsius testamenti solemnis, vt dixi, & hoc præsertim ad effectum, vt testamentum valeat. l. si pars, de inoff. testam. c. fuit, de re iudic.

RVBEI.

Roman. Vineæ. Veneris 14. Maij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Iuuare nemo se potest ex eo, quod ipse impugnauit.*
2 *Protestatio contraria facto, quæ dicatur.*

DECISIO XXXI.

PRoposui dubia, informante Bonamico tantũ, quia altera pars habuit ferè mensem ad informandum post factam illi intimationem dubij, & postea ter fuit monitum ad informandum, & Domini resoluerũt Bonamicum sibi non præiudicasse. Non obst. petitio de qua in 7. præsuppo. Quia præter id quòd Bonamicus nõ obtinuit, prout petijt, vt per informantes pro eo, huic petitioni contradixerunt procuratores D. Andreæ. Vnde
1 † non potest ipse D. Andreas se iuuare ex eo quod impugnauit. iuxta reg. ex eo. de reg. iur. in 6. Nec obst. etiam præstatio cautionis facta per Bonamicum, quia fuit præstita eodem tempore, loco & coram eisdem testibus & Notario, quibus facta fuit protestatio, & receptio, de qua in 9. præsuppo. & propterea censetur præstita sub eadem protestatione. At in protestatione dicitur, quòd dictam obligationem facit, vt satisfaciat menti Iudicis, prout in ea dicitur, & sic de mandato Iudicis, cùm sit facta generaliter & cum clausulis prorogãtibus, videlicet, cum reseruatione omnium & quorumcunq; iurium, & quarumcunque suarum prætensionum, quæ sint salua & illesa in omnibus & per omnia prout erant ante præsens instrumentum, & præseruat quodcunq; ius suum.

Non obst. quod d. protestatio sit contraria facto. s. re-
2 ceptioni. Quia fuit dictum, quòd protestatio dicitur cõtraria facto, non quando fit eodem tempore & loco, quo fit pactum siue receptum, prout hic, sed bene quando præcedit factum, iuxta doctrinã Abb. in c. cum M. nu. 15. vers. quandoque, de constitut. & plana erant dicta tradita per Doct. præsertim Fulgos. in l. ad solutionem. C. de re iud. Præterea non dicitur protestatio contraria facto, quando factum non fit ex libera voluntate protestantis. Felyn. in d. c. cum M. num. 79. versic. sed principaliter, & versic. fallit tertio. At hic receptio fuit facta metu intimationis sibi factæ, de qua in 5. præsuppo. & pecuniæ fuerunt depositæ penes alium mercatorem, vt hic per informantes. Nec fuerunt conuersæ ad vsum Bonamici.

Die Merc. 2. Iunij vtraque parte informante fuit supra dicta decis. confirmata.

RVBEI.

Roman. de Magdalenis. Die 10. Maij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria in tantum competit, in quantum, & pro qua parte competit actio personalis.*
2 *Ius accrescendi non habet locum post agnitionem legati.*

DECISIO XXXII.

FVit conclusum, nõ competijsse hypothecariam in solidum ad auocandam possessionem casalis. & fundamentum decis. fuit super l. j. in fi. C. commu.
1 de leg. vbi † clare disponitur, hypothecariam in tantum competere, in quãtum, & pro qua parte competit actio personalis. & ibi clare Salyc. num. 8. cum alijs allegatis per Informantes pro parte d. Antoniæ. Vnde cùm isti fratres de Magdalenis non possint petere legatum postquam illud agnouerũt, nisi vnusquisque portionẽ suam, ex quo per talem agnitionem legatum inter eos scinditur, & faciunt sibi partes per concursum. vt in §. si eadẽ, Instit. de leg. cum alijs allegatis per Rip. in l. re coniuncti, num. 74. de leg. 3. sequitur, quòd actio hypothecaria non competierit, nisi pro parte cuiuslibet ipsorum, vt probatur ex ex supra allegatis.

Non obst. quòd dicti de Magdalenis sint coniuncti
2 re & verbis, quoniam † istud fundamentum non intrat, postquam legatum fuit agnitum, in quibus terminis non habet locum ius accrescendi, vt per Rip. in loco supra citato.

Pariter non obst. tex. in l. j. C. si vni ex pluribus. Quoniam in materia legatorum respectu hypothecariæ, secus est in d. l. j. superius allegata, & pro ista parte fuit adducta doctrina Bart. in l. si fundus. §. si duo, de pignor.

Neque possunt dicti de Magdalenis negare agnitionem legati respectu Horatij eorum fratris, cùm constituerit procuratorem ad hanc causam simul cum fratribus pro consecutione huiusmodi legati. argum. tex. in l. Paulus. ff. de acquir. hæred. & faciunt trad. per Ruin. in conſ. 76. num. 5.

Reseruarunt tamen Domini illi de Magdalenis facultatem, si voluerint, audiri super intellectu d. l. j.

RVBEI.

Hostien. littoris maris. Die 20. Decembris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio piscandi in mari nõ acquiritur, nisi quis prohibeat alium piscari.*

Ius

Ius piscandi præscribitur ex immemorabili tempore, nisi prohibitio adsit.
2 *Iurisdictio potest duobus cumulatiue competere.*
3 *Actus exercens, qui non solent fieri citra nomen possessoris, inducunt possessionem.*
Piscatio quando reducitur ad vectigal, transit in aliam speciem.
4 *Possessio splagiarum seu piscandi, non potest esse apud duos insolidum.*
5 *Possessio littoris maris, duobus insolidum competere non potest.*
6 *Actus negatiui præsumuntur fieri iure facultatis.*

DECISIO XXXIII.

IN eadem causa Hostien. littoris maris, licèt die Ven. 10. præsentis mensis Decembris. 1574. fuisset resolutum, non intrare limitationes datas per informantes pro parte Illustrissimorum Dominorum de Caetanis, & dandum esse mandatum de manutenendo in favorem Illustrissimi D.M. Antonij, prout latius in copia decisionis partibus tradita cõtinetur: nihilominus informantes pro parte eorumdem Dominorum de Caetanis adhuc insistendo super nonnullis ex limitationibus alias resolutis, tria opponebant.

Primum erat, quòd testes pro parte eorumdem examinati, cùm excederent ætatem 54. annorum, quod tempus satis superque est ad probandum immemorabile, dummodo deponant per 40. annos de visu, concludenter probare videbantur.

Secundum erat de clandestinitate possessionis Dominorum de Columna.

Tertium, quòd in omnem euentum quatenus esset dandum mandatum de manutenendo D. Marco Antonio, dandum non erat priuatiuè ad ipsos Dominos Caetanos, sed cumulatiuè cum eis, & sub die Mercurij, 15. eiusdem mensis Decembris. Primum illud obiectum de immemorabile, & secundum de clandestinitate fuerunt sublata. Tertium, in quo intrat maior difficultas, super qua Domini ordinarunt, quòd deberet informari ab vtraque parte in sequenti Rota, & sub die Ven. 17. eiusdem mensis Decembris, propter diuersitatem opinionum nil fuit firmatum, præcipue quia aliqui ex Dominis non potuerant videre informationes datas pro parte dominorum de Caetanis. Propterea fuit ordinatum, quòd in subsequenti Rota causa proponeretur super eadem difficultate, prout proposita fuit sub die Lunę, 20. eiusdem mensis Decembris. Et quamuis aliqui ex Dominis tenerent, quòd huiusmodi mandatum de manutenendo non esset dandum priuatiue, sed cumulatiue. Moti † ex eo, quòd ista quasi possessio piscandi in mari non acquiritur, nisi quis prohibeat alium piscari, vt in l. iniuriarum. §. fin. cum l. seq. ff. de iniurijs. l. fin. ff. de vsucap. & ibi Doct. & in §. flumina, Instit. de rer. diuis. vbi etiam omnes Doct. tradunt. Vnicuique enim licitum est piscari in mari, vt sunt iura clarissima. Neque facit, quòd Domini Columnenses per tam longum tempus, vt testes dicunt, soli fuerunt piscati. Quoniam ex hoc non dicuntur esse in quasi possessione prohibẽdi Dominos de Caetanis, nepossint piscari, cum illos nunquam prohibuerint, & non data prohibitione requiritur tempus immemorabile ad præscribendum ius, ne alij piscari possint in mari, vt post Ang. & alios tradit Imo. in d. l. fin. ff. de vsucap. cum alijs, de quibus per Rip. in l. j. nu. 12. ff. de interdict. Curt. conf. 32. num. 37. post alios quos allegat, & Ruin. conf. 28. vol. j. qui consuluerunt contra Dec. in conf. 271. Mouebantur etiam tenẽtes istam opinionem, per ea quæ dicunt Doct. de iurisdictione, quæ † potest duobus competere cumulatiue, vt per Abb. in c. auditis, nu. 14. & Paris. conf. 12. tradit Couar. in c. alma mater. §. 12. num. 3. de sent. excom. lib. 6.

Maior tamen pars Dominorum tenuit contrariam opinionem, quòd mandatum de manutenendo sit dandum in fauorem D. Marci Antonij priuatiue ad Dominos Caetanos, non autem cumulatiue. Et in primis dicebant, quòd in casu isto clarum est, Dominos de Columna non vsos fuisse commodo piscandi in mari, quòd iure naturæ, vel gentium vnicuique piscari licet, ex quo exegerunt decimam piscium à piscatoribus vel mercedem conuentam. Item † affidarunt, dederunt licentiam, vt alij piscarentur, vt domini maris & splagiarum, prout in conclusionibus alijs firmatis in fauorem Dominorũ Columnensium, quæ omnia ad priuatam causam pertinent, non autem ad publicam, voluit tex. in l. sane si maris. ff. de minor. Et propterea vidimus esse proprie in terminis. l. si quisquam, de diuers. rescript. Isti enim dicuntur actus appropriati, quæ non solent fieri citra ius & nomen possessoris. vt per Bal. in l. 2. num. 14. C. de seruit. & aqua. Neque possunt dici facti iure facultatis. Nam quando piscatio reducitur ad vectigal, transit in aliam speciem. vt per Aluarot. in tit. quæ sint reg. num. 7. faciũt tradita per Felyn. in c. inter cęteras, num. 11. versic. præterea, prope fin. de rescript. Et vlterius secundum aliquos ex Dominis tenẽtibus istam partem ex facto tollitur difficultas: nam 33. testis super 3. deponit, *& di più disse hauer inteso li banni fatti in Nettuno sopra il prohibir di pescar la sopradditta spiaggia, li quali sono stati osseruati, & hoggi si osseruano*, & 49. testis super 3. *che esso per il tempo che ha pratticato in ditta spiaggia, ha visto che li Signori di casa Colonna & suoi ministri da Nettuno insino all'acqua di Paola hauer prohibito le peschę in ditta spiaggia, riscosso le decime del pescare, tanto di verole, ciabbachi, & ciabbachelle*. Quicquid tamen sit, licèt prohibitio sit vnus modus acquirendi quasi possessionem piscãdi, per ea quæ supra dicta sunt, non tamen alij modi excludũtur, vt vidimus in eo qui in loco publico, vel in littore maris ædificat. d. l. fin. ff. de vsucap. Vnde dato quòd prohibitio non probaretur, actus tamen ipsi per se eo modo quo supra dictum est, gesti, habent implicitam prohibitionẽ, & ita acquiritur quasi possessio. Allegata enim superius in contrarium procedunt, quando quis vtitur re modo quo licet vti per modum facultatis, secus quando vtitur alio modo quo non solent vti nisi domini, quia causatur dominium quod non deducitur cumulatiuè, sed insolidum: & ideo magis intentio & causa inspicitur quam exercitium. vt per Felyn. in c. auditis, nu. 20. col. 19. in fi. & col. seq. in prin. de præscript. post Bal. ibi per eum allegatum. Et pro præmissorum corroboratione ponderabatur tex. in c. auditis, de rescript. & ibi per Abb. nu. 7. & fuit alleg. conf. Calder. 2. de præscript. & Feder. de Sen. conf. 102. & 147. & † vltimò, quicquid sit in alijs iuribus, in splagijs tamen duo in solidum possidere non possunt, vt per Bart. in l. fin. num. 6. ff. vti possid. Et dicebant Domini pro ista parte facere tex. sępius allegatum in ista causa. in c. licet causam, de probat.

Neque hic intrant quæ dicta fuerunt de præscriptione iurisdictionis cumulatiuè. Quia in illis casibus Episcopus erat in possessione, & erat dominus. Vnde si ipse etiam facit aliquos actus, continuat suam iurisdictionẽ & possessionem, & propterea ea operantur præseruationem, non acquisitionem. At in casu isto Domini Caetani indigent acquisitione, quia eorum possessio ex cursu temporis, vt alias fuit dictum interrupta seu amissa censetur, vt in decis. facta die 10. huius. Nec dici põt, quòd Columnenses ipsi possederint aĩo acquirendi possessionem cumulatiuè, quia non præsumitur quis velle creare nouum ius, sed possidere & præscribere illud quòd erat prius, vt dicit Imo. in d. c. auditis, prope fin. de præscript. Et stantibus supradictis actibus factis ratione dominij, bene faciunt tradita per Abb. ibi, num. 17.

Non obst. quòd Domini de Caetanis habeant intentionem fundatam in eorum dominio, & propterea possessio Dominorum Columnensium debeat censeri cumulatiua, per ea quę supra allegata sunt. Quia motiuum procederet vbicunque Domini Columnenses hoc admitterent: sed cùm pro parte ipsorum hoc negetur in summarijssimo possessorio, satis est quòd huiusmodi dominium Dominorum de Caetanis sit offuscatum, ex his quæ habentur in prædicta decisione.

Præterea in casu isto non agitur solum de quasi possessione rerum incorporalium, sed etiam de possessione littoris maris, quæ † sine dubio duobus in solidum competere non potest. l. 3. §. contrario. ff. de acquiren. possess. & ibi Doct.

Neque placuit Dominis illud fundamentum adductum per informantes pro Dominis Caetanis, quòd in † casu isto versemur circa actus negatiuos, in quibus præsumptio est, quòd actus gesti fiant iure facultatis, vt congerit Rolan. à Val. conf. 9. num. 14. & seq. in 2. Quia imò secundum Dominos tenentes istam partem, sumus in actibus affirmatiuis, & per consequens omnia ad hoc probandum deducta non vrgent.

Minus etiam obst. quòd non sit probata possessio Domini Marci Antonij propter exceptiones quas patiuntur illi duo testes, quæ cum sint probatæ in actis, debent haberi in consideratione etiam in isto summarijssimo possessorio. Nam responderunt Domini, fidem dictorum testium coadiuuari ex dictis aliorum. Vnde sicut eorum dispositio verificatur in parte respectu temporis, ita debet præsumi vera in totum.

Hanc decisionem aũt fecerũt Dñi cum infrascriptis reseruationibus, videlicet, quòd detur mandatum in favorem D. Marci Antonij priuatiuè quoad Dominos de Caetanis, firma tamen remanẽte reseruatione iam facta contra ipsum D. M. Antonium, circa aperitionem faucis Fogliani & vsque maschi, in locis consuetis apponi.

An autem sit dandum mandatum de manutenendo in fauorem Dominorum de Caetanis in illa aperitione faucis Fogliani *insino nelli maschi* in locis consuetis, videbitur postquam fuerint liquidata loca consueta de quibus adhuc non liquet.

Post Reges etiam videbitur, an testes Dominorum de Caetanis cum eorum adminiculis, ita sint habendi in consideratione, vt mandatum de manutenendo, quod nunc datur priuatiuè, debeat stare cumulatiuè, & dandum sit etiam in fauorem Dominorum de Caetanis, vt ipsi probabunt.

RVBEI.

Hostien. littoris maris. Die 22. Aprilis. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Regalia in generali concessione non veniunt. Etiam, quòd concessio esset facta per verba vniuersalia. num. 2.*
3 *Vectigal de nouo imponere, est de reseruatis in signum supremæ potestatis.*

DECISIO XXXIIII.

IN causa Hostien. littoris maris, quæ vertitur inter Illustrissimos Dominos Caetanos, & Illustrissimum & Eccellentissimum D.M. Antonium Columnam, post multas disputationes factas in iudicio possessorio manutentionis, cùm fuisset ordinatum per Dominos, q̃ omisso possessorio causa deberet terminari in petitorio, & propterea cùm informantes pro parte Dominorum de Caetanis obtinuissent dari dub. An bullæ Bonifacij Octaui, cuius copia detur, comprehendat regalia siue piscationes, de quibus agitur, fuit per me propositum dubium die Ven. 22. præsentis mensis Aprilis, 1575. Et Domini primo loco firmarunt regulam in favorem Illustrissimi D.M. Antonij, † videlicet, quòd in generali concessione non comprehendantur regalia. vt in c. j. quę sint reg. & in c. j. de cap. qui cur. vend. & ibi per doct. Alber. in l. fin. C. de iurisd. omn. iudic. & in l. j. num. 34. ff. de offic. eius. & ibi Claud. de Seisel. nu. 3. Ruin. conf. 271. in princ. Afflict. decis. 122. num. 2. & 3. Dec. conf. 197. in prin. Calcan. conf. 102. num. 1. Imo. in conf. 171. in fi. & de communi testatur Rolan. cõs. 42. nu. 7. & seq. vol. 2. Imò † etiam quòd concessio esset facta per verba indefinita, siue vniuersalia, non venirent regalia. Bal. in conf. 243. in primo. Claud. de Seisel. in l. Imperium, num. 21. de iurisd. omn. iud. cum quo transit ibi Bolognet. num. 42. ad fin. versic. limitatur primo.

Quæ quidem regula siue cõclusio, comprobatur per tex. in c. quòd trãslationem, de off. leg. Rot. eo. tit. in nou. decis. j. in fi. & latè deducit Felyn. in c. quæ in ecclesiarũ, col. 11. num. 32. & seq. de constit. vbi impugnat opin. Pau. de Cast. nisi in tribus casibus, vt ibi per eum. & eandem conclusionem tenet Cagnol. in l. Imperium, num. 272. & seq. de iurisd. om. iud. & dictum Alber. supra allegatũ refert & sequitur Iaco. de sancto Georg. de feud. in verb. de castro Ruben. in 6. & istam regulam firmat etiam Claud. de Seisel. in specul. feud. tit. qui feud. dare poss. pag. 108. secũdum primam impressionem, & Boe. in tit. de regal. numero 29. vt refert & sequitur Felyn. supra allegatus.

Ex quibus patet, non esse tenendam opinionem nonnullorum qui tenuerunt contrarium, vt tenuit Iaſ. in cõsil. 45. in j. post Pau. de Cast. in conſ. 63. in j, Soc. iun. consil. 80. num. 36. cum seq. in 3. & per Aym. conſ. 294. col. 4. vbi allegat Iaſ. in d. conſ. 45. Quoniam iura repugnant, & communis opinio est in contrarium, & ipsemet Soci. iun. variauit, & tenuit aliam opinionem in conſi. 80. numero 24. in 3.

Istam tamen regulam circumscriptis nonnullis alijs limitationibus, quas informantes pro Illustrissimis Dominis Caetanis adducebant, limitarunt Domini non procedere in casu isto inspecto tenore Bullæ, & concurrentibus alijs circumstantijs. Nam in Bulla apparet de prægnantia verborum cum geminatione, & adest clausula de plenitudine potestatis, & concurrit qualitas personæ concedentis, nempe Papæ supremi Principis, & cõcessio fit Petro eius nepoti, & præsupponendo, quòd nõ agatur de vectigalibus de nouo imponendis, sed de eis iam impositis in perpetuum tempore concessionis. Et moti sunt Domini, ex his quæ habentur per Cuman. in conſ. 162. in fi. Alciat. in c. quod sedem, num. 45. & 47. de offi. ordin. & in istis terminis potest procedere conſ. Pau. de Cast. 63. in j. & bene facit Pau. de Cast. conſ. 187. nu. 1. post princ. in 2. vbi ipse considerat qualitatem personæ, cui fit donatio, prout latius deducit Claud. de Seisel. in specul. feud. in loco supra allegato, in 9. limit. & per Goffred. conſ. 24. num. 10.

Quòd

Quòd si ageretur de vectigali de nouo post concessionem imponendo, tunc Domini non firmarunt istam limitationem, cùm † imponere de nouo vectigal sit de reseruatis in signum supremæ potestatis. vt C. nou. vect. imp. non posl & per Alciat. in d.c. quod sedem, num. 47. de offic. ordin.

Cui autē incumbat onus probandi quòd agatur de vectigalibus ante Bullam impositis vel imponendis, postea erit videndum.

RVBEI.

Hostien. littoris maris. Ven. 10. Iunij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Regalium plures species.*
2 *Concessio sapit naturam renunciationis.*
3 *Beneficium Principis in regalibus, strictè est interpretandum.*

DECISIO XXXV.

CVm sub die Ven. 22. Aprilis proximè præteriti, fuisset dubitatum, an Bulla Bonifacij Octaui, cuius copia detur, comprehendat regalia & piscationes, de quibus agitur, & fuisset per Dominos firmata regula in fauorem Illustriss. D. M. Antonij, cum limitatione tamen in fauorem Illustriss. Dominorum de Caetanis, vt in decis. cuius copia tunc partibus data fuit, de cuius quidem limitationis veritate voluerunt Domini, quòd iterum particulariter dubitare deberem. Propterea die Veneris, 10. Iunij, 1575. proposui dub. An limitatio, de qua in decis. facta die 22. Aprilis præteriti, de iure subsistat, & an intret in casu de quo agitur. Et quoad primam partem puncti fuit resolutum, limitationem de iure subsistere, concurrentibus tamen coniecturis quæ hic concurrunt.

Et pro fundamento considerabant Domini, distinguendum esse inter plures species regaliarum, siue regalium. Nam quędam regalia sunt, quæ non veniunt etiam
1 si sit dictum de regalijs: †quædam sunt quæ solent alijs concedi, tamen non subsunt, seu non adhærent territorio, & de istis duabus speciebus nunc non agitur, sed de illis loquitur Luc. de Pen. in l. contra publicam, col. 4. in prin. cum seq. de re milit. lib. 12. Goffred. cons. 24. Pedemont. decis. 29. num. 5. & decis. 101. num. 12. & bene distinguit Io. Igne. in repet. l. necessarios. §. inter alios, in 4. par. num. 132 & seq. ff. ad Syllan. Quædam verò sunt regalia, quæ continentē seu subsunt territorio, vt piscationes maris, & similia. & in istis procedit limitatio ex allegatis, & bene tradit Barthol. Benevent. in repet. c. Imperialem, de prohib. feud. alie. car. 71. post Barbat. in c. quòd translationem, de offic. leg.

Et licèt, inspecta tantum prægnantia verborum, res possit habere difficultatem, tamen vbi concurrunt coniecturæ, res videtur de plano procedere, vt per Cuman. cons. 162. Pau. de Cast. cons. 63. in j. quos sequitur Alciat. in c. quòd sedes, num. 28. & 29. de offic. ordin. Seisel. in specul. feud. tit. qui feud. dare posl. in 6. limit. Goffred. cōsil. 24. num. 11. versic. & per hoc. Soc. iun. cons. 80. nu. 39. in 3. Roland. cons. 42. nume. 32. in secundo. Nat. consil. 43. numero 8.

Prima igitur coniectura est, quia sumus in solitis concedi secundum distinctionem supradictam. Secūda, quia sumus in beneficio Principis, quod debet latissimè interpretari. Bal. cons. 419. in 4. Paris. cons. 9. num. 12. in primo & est tex. in l. fin. de constit. Princ. Tertia, quia concessio fuit facta Nepoti ipsius Papæ, per ea quæ alias fuerunt allegata in decis. alias tradita, præsertim, quia con-
2 cessio † sapit naturam renunciationis. & ista erit quarta coniectura. Ias. cons. 227. col. 6. versic. octauo facit, in secundo. Quinta, quia est facta Consistorialiter. Sexta, quia Bonifacius nihil aliud habebat, nisi regalia, licet plures ex Dominis de ista coniectura dubitarent. Septima, propter illa verba, pertinentijs, &c. vt per Soc. iun. cons. 8. in tertio. Paris. d. cons. 9. nu. 20. in primo. Octaua ibi, quicquid proprietatis possessionis vel iuris habemus & obtinemus, nos & ecclesia prælibata, & ibi, vel ad nos & cā spectat & pertinet, seu spectare & pertinere potest & debet. Nona ibi, redditus & prouentus. Ruin. cons. 33. num. 6. vol. ... Decima ibi, ac in ipsius territorio. Pau. de Cast. & Nat. allegati. Vndecima ibi, mero & mixto imperio, &c. quæ quidē sunt de regalijs. Vnde videtur intrare tex. in c. qui ad agendum, de procur. in 6. vt hic per informantes pro parte Dominorum de Caetanis. Duodecima, quia inuestitura seu concessio fuit perpetua: vnde intrant allegata per Curt. iun. cons. 188. num. 21. in fi. & seq. Decimatertia, quia intētio Bonifacij fuit, vt ex prœmio Bullæ colligitur, tollere occasionem discordiarum quæ oriri potuissent inter officiales Cameræ, & Petrum in d. castro, qui Petrus plura emerat in eo: quæ occasio remanebat, si ius colligendi hoc pedagium remansisset cameræ, ita quòd videtur omnino inuerisimile, q̄ pro re tam modica voluerit Papa relinquere occasionem scandalorum, & Nepotem eo periculo subijcere, cuius occasionem se velle omnino tollere expressis verbis profitetur.

Quibus coniecturis attentis & potissimum illa de qualitate personæ concedentis & eius Nepotis, cui facta
3 est concessio, Domini † concluserunt, limitationem de iure subsistere, & insuper pro limitatione fuit allegatum Paris. cons. 9. num. 8. in j. Ias. cons. 227. col. 8. nu. 12. in 2. Bal. cons. 419. in 4. Curt. iun. cons. 188. nu. 39. & 40. Pur. decis. 514. lib. 2.

Quò verò ad secundam partem puncti cum præsupposito quòd exactiones piscationum de quibus agitur, essent solitæ fieri ante concessionem Bonifacij, fuit conclusum quòd limitatio intret in casu isto, vt patet ex supradictis.

RVBEI.

Hostien. littoris maris. Die prima Iulij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Reus ille dicitur in possessorio retinēdę, qui est in possessione.*
2 *Onus probandi in possessorio retinendæ pertinet ad actorē.*
3 *Tempus ille tenetur probare, qui in eo se fundat.*
4 *Onus probandi incumbit ei, qui asserit esse nouum vectigal.*
5 *Consuetudo debet probari ab eo, qui in ea se fundat.*
6 *Beneficium cadere sub expectatiua, cui incumbat onus probandi.*
7 *Regulam habens pro se transfert onus probandi in aduersarium.*
8 *Status præsens facit præsumi in præteritum ad exclusionem delicti, vel vbi est probabilis causa.*

DECISIO XXXVI.

IN causa Hostiensis littoris maris, fuit dubitatū, stante resolutione vltimo loco facta, cuius copia detur, cui incumbat onus probandi, quòd vectigal piscationum,

tionum, de quibus agitur, exigeretur ante cōcessionem Bonifacij. Et an Domini Caetani dicantur id probasse. Et die Ven. prima præsentis mensis Iulij, 1575. fuit tentum, quòd onus probandi incumbat Illustriss. Dominis Caetanis. Et pro fundamento præsupponendum est, q̄ tam in decisione de qua in puncto, quàm in alijs hactenus factis, Domini nūquam firmarunt, quòd concessio Bonifacij comprehenderet vectigalia siue exactiones piscationum, de quibus agitur, nisi cum præsupposito q̄ ante dictam concessionem exigerentur, seu essent solita exigi. Quo stante cùm D. Caetani sint actores, propterea
1 † quòd Illustriss. D. Marcus Antonius est in possessione, & sic dicitur reus. §. retinendæ, versic. commodum, Inst. de interdict. Dec. in c. ex literis, num. 4. de probat. Rip. in
2 c. sæpe, num. 2. de restit. spoliat. Ad † ipsos onus probandi pertineat, vt sunt iura vulgaria, in l. 2. ff. de probat. in l. actor. C. eo. tit. Bal. in l. j. num. 5. C. si aduers. credit. Dec. cons. 321. num. 2. cum simil.

3 Accedit pro ista parte alia regula, quòd † ille qui se fundat in tempore, tenetur illud probare. l. matrem. C. de probat. vbi Pau. de Cast. & alij. l. cum actum, de negot. gest. Alex. cons. 24. col. j. post prin. Bart. & alij in l. non solum. §. sed vt probari, de oper. noui nunc. Card. Imol. & alij in clem. fin. de rescript. cum alijs adductis per informantes pro parte Illustriss. D. M. Antonij.

Cùm igitur Illustriss. D. Caetani, ad hoc vt concessio Bonifacij eis suffragetur, debent verificare præsuppositū illud de tempore, in quo est fundata limitatio firmata per Dominos in eorum fauorem, sequitur vt onus probandi spectet ad ipsos, vt patet ex supradictis & faciunt, cumulata per Tiraq. de retract. §. 32. num. 93. & seq.

Neque obst. quòd informantes pro parte dictorum Dominorum de Caetanis ponderantes nonnulla verba apposita in d. Bulla Bonifacij, prætēdebant, quòd huiusmodi vectigalia essent comprehensa in d. Bulla, absque eo quòd probaretur, quòd solita essent exigi ante dictam concessionem. Quia dixerunt Domini, istud fundamentum esse extra punctum, & de eo quatenus opus sit, particulariter esse agendum.

4 Prout etiam non obst. quòd † asserenti vectigal esse nouum incumbit onus probandi, per tex. in l. vlt. C. nou. vectig. instit. non posl. & per Curt. iun. cons. 124. cū alijs allegatis. Quia hoc procederet si Illustr. D. M. Antonius in hoc se fundaret: sed cum ipse, vt supra dictum est, sit reus & possessor, Illustr. Domini Caetani tanquam actores & fundantes se in Bulla, tenentur hoc probare, vt bene congerit Tiraq. in loco supra citato, num. 93. & probatur ex his quæ habentur per Doct. in d. clem. fin. de rescript. Quia ibi intentio agentis erat fundata in literis suæ gratię. Vnde ille qui excipiebat, quòd beneficium esset nouiter erectū, debebat hoc probare, vt ibi per Card. num. 7. & Imo. num. 15. & seq. bene Bal. in l. fin. §. fin. C. de appel. At in casu isto non potest dici, quòd intentio Dominorum de Caetanis sit hactenus fundata, nisi veri ficetur præsuppositum de quo supra: quod quidem præsuppositum cum sit quid facti, nō præsumitur, nisi probetur. l. in bello. §. factæ, de capt. & postlim. reuers. sicut
5 † dicimus de cōsuetudine, quæ debet probari ab eo, qui in ea se fundat. Dec. cons. 8. nu. 4. cū simil. quæ nota sunt. Vnde cum redditus piscationum, de quibus agitur, proueniant ex consuetudine, vt per Isern. Alciat. Præpositt. & Aflict. in c. j. in verb. piscationum. quæ sint regal. Iacob. in sua inuestit. in verb. cum piscat. Veronen. & Alciat. in l. inter publica, de verb. signif. Suar. alleg. 17. nu. 11. Man dell. cons. 16. num. 11. Meritò Illustr. Domini Caetani tenentur probare.

Neque obst. secundum aliquos ex Dominis dum decebant, quòd Domini Caetani habebant fundatam intentionem in literis suæ gratiæ, in quibus conceduntur omnes redditus & prouentus, & quorum appellatione veniunt etiam isti prouentus regales, vt late per Cuma. cons. 162. in prin. & in fi. cum multis alijs adductis, & in eo quòd tempore petitionis, & multò antea iam reperiuntur deducti dicti redditus, iuxta glos. in verb. creatum, in clem. fin. de rescrip. quæ adducit bonas rationes. & licet Butr. ibi teneat contra illam, cum quo videtur transire Imo. tamen fatentur quòd in pract. opin. Glos. seruaretur, quia illam tenet Seisel. Paul. Steph. Card. & Bar. & Bal. in l. fin. §. fin. C. de appel. vbi etiam bene loquitur in proposito. & quamuis Rot. in vna Legionensis Can. de mense Decembris, 1565. & de mense Martij, 1566. coram bo. me. D. Oradino, in eo qui opponebat
6 de consumptione, an † incumberet sibi onus probandi, quòd beneficium cadebat sub expectatiua, vel aduersauersario suo, considerauit quis esset reus & possessor. Tamen ibi plura concurrebant. Et in Tiburtin. bonorum, corā Robuster. causa pluries proposita del 1572. & 73. & de mense Nouembris, 1574. Rota in eo cui incumberet onus probandi, terras illas esse infra legitimam vel supra legitimam, considerauit, an actor haberet fundatam intentionem vel non. sic in casu isto est attendendum, an ex literis apostolicis habentibus amplissimas clausulas de redditibus & prouentibus, & ex eo quòd iam reperiuntur in esse deducti isti redditus, & quidem à multo tempore, Caetani habeant fundatam intentionē propter ius antiquum prout declarat Bart. & Imo. ibi, licet alij Doct. videantur transire simpliciter cum omnibus rationibus, de quibus supra, nō autem cum sola vltima ratione. Domini tamen tenuerunt, vt supra & placebant notat per Felyn. in c. auditis, num. 38. de præscript.

Similiter ad glos. in l. 2. C. de pet. hæred. fuit responsum non obstare. Quia Illustriss. D. M. Antonius habet
7 † regulam pro se, & per consequens intentionem suam fundatam, Dec. in l. j. num. 8. de reg. iur.

Postremò, dum informantes pro parte Dominorum de Caetanis multum insistebant super illo fundamen-
8 to, quòd † ex præsenti statu præsumitur in præteritum, præsertim ad exclusionem debiti, vel vbi adest probabilis causa ita præsumendi, vt per Doct. in l. ex persona. C. de probat. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 26. Rui. cons. 143. num. 20. & seq. vol. 5. cum alijs adductis, Dixerunt Domini, hoc fundamentum respicere secundā partem pūcti, super qua cum materia sit satis difficilis non fuit facta resolutio, sed Deo dante disputabitur in primis audientijs post Calendas Octobris.

RVBEI.

Roman. dotis. Mercurij 9. Iunij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Mulier contra bona mariti soluto matrimonio agere potest ad dotem, & donationem propter nuptias, non obstante fideicommisso.*
2 *Dispositio auth. res quæ, habet locum in descendentibus, ex communi. limita, vt num. 5.*
3 *Dispositio dictæ auth. dicitur esse fauorabilis.*
4 *Dos vt exigatur ex bonis fideicommissi, sufficit, quòd tempore dotis restituendæ non sint alia bona, licèt fideicommissum præcedat. ex communi.*
5 *Dispositio auth. res quæ, non habet locum, quando nepos fuisset conceptus post mortem aui, secundum aliquos. Sed in contrarium est communis. num. 6. & 7.*

DECI-

DECISIO XXXVII.

PEndente causa coram Illustrissimo & Reuerendissimo Cardinali Matteo, inter D. Tarquiniam Buccapuduliam agentem ad petitionem dotis soluto matrimonio & donationis propter nuptias, & Dominum Paulum Benzonum reum conuentum, ortum fuit dub. videlicet. Præsupposito, sine veri præiudicio, ꝙ in casu de quo agitur, extet fideicommissum factum per Hieronymum Benzonum seniorem. An ex eo quòd Hieronymus iunior erat nepos, cum fuisset conceptus tempore prætensi fideicommissi, D. Tarquinia Buccapudulia quæ nupsit eodem Hieronymo iuniori, impediatur recuperare dotem, & donationẽ propter nuptias ex bonis sibi specialiter pro dote & donatione prædictis hypothecatis, prætenso fideicommisso, vt asseritur, subiectis. iuxta auth. res quæ.

Quod quidem dubium visum fuit Illustrissimę & Reuerendissimæ Dominationi suæ, vt per me in Rota proponi deberet, prout proposuit die Mercurij. 9. Iunij. 74.

1 Et Domini fuerunt in voto, quòd † Domina Tarquinia non impediatur agere ad dotem & donationẽ propter nuptias ratione istius fideicommissi. Sed quoniam fuit allegata in contrarium quædam decisio facta in ciuitate Florentiæ, non fuit facta resolutio in ista propositione, sed difficultas fuit delata ad aliam Rotam, quã cùm iterum die Lunę 21. eiusdem mensis proposuissem, fuit conclusum, fideicommissum non obstare D. Tarquiniæ. Et fundamenta Dominorum fuerunt infrascripta.

Et primò, quia non est dubium, quòd tex. in d. auth.
2 res quæ. habeat † locum in descendentibus. Bart. ibi nume. 4. Ias. num. 12. & de communi opin. testatur Curt. ibi num. 18. cum alijs adductis per Couar. lib. 3. var. resolut. cap. 6. num. 10. versic. propter illud. Constat autem, Hieronymum iuniorem maritum D. Tarquiniæ fuisse nepotem ex filio Hieronymi senioris, qui fecit fideicommissum, & per consequens sumus in descendentibus.

3 Secundò, quia † dispositio ista est fauorabilis. Bal. consil. 327. nu. 3. lib. 4. Curt. sen. conf. 27. num. 14. bene Cyn. in d. auth. in prin. & probat tex. in l. j. fol. matrim. in l. hoc modo, de condit. & demonst.

Tertiò, quia non requiritur, quòd obligatio & hypotheca nomine dotis & donationis propter nuptias præ-
4 cedat fideicommissum, sed † sufficit, quòd tempore dotis restituendæ non sint alia bona, licèt fideicommissum præcedat, & ista est communis opin. vt per Ana. conf. 61. in 3. dub. & ibi in addit. Alex. conf. 67. num. 4. in 4. vol. conf. 23. in 3. & latè conf. 376. & seq. Ias. conf. 117. in 2. vol. vbi etiam attestatur de communi, & ex recentioribus, Nat. conf. 61. Rolan. à Val. conf. 85. num. 29. & seq. Couar. in loco supra citato, num. 10. versic. quapropter, vbi latè Crot. in l. filiusfamilias. §. diui, num. 165. cum multis seq. de leg. j.

Verum quia pro parte D. Pauli dicebatur, quòd præ-
5 dicta omnia de plano procedere possent, nisi † Hieronymus iunior fuisset conceptus & natus post obitum Hieronymi senioris aui fideicommissum, faciẽtis in quibus terminis nõ procedit dispositio auth. res quę. vt post Bal. in lectura antiqua ibi relatum per Corn. tradit Parisi. consil. 52. num. 34. & conf. 63. nu. 46. vol. 2. Alciat. conf. 164. lib. 9. quem refert & sequitur Menoch. & Marzar. in locis hic allegatis. Sed huic fundamento fuit responsum.

Primò, quòd ista lectura Bal. non reperitur, & Corn. ibi potius facit in contrarium, dum ponderat, rationem positam in illo tex. esse generalem.

6 Rationes autem, † quibus mouetur Alciat. in d. consil. non subsistũt de iure, & bene tolluntur hic per informantes, & contra istam opi. tenet Cur. iun. in d. auth. numero 18. Ruin. conf. 89. num. 41. vol. 2. Vnde sequitur, quòd fauore dotis tenenda est ista pars. l. in ambiguis, de reg. iur.

Rursus contra istam opinionẽ vrget illud fundamentum, quod est communiter receptum à Doct. de quibus in tertio fundamento. Nam Doct. communiter considerant in ista materia, quid esset facturus auus babens neptem vel nepotem si viueret, vt per Pau. de Cast. in l. mulier. §. cum proponeretur, ad Trebel. nu. 2. per tex. in l. cũ seruus, de condit. & demonst. sequuntur omnes Doct. de quibus in tertio fundamento. facit l. in l. dotem dedit, de collat. bon. præsertim si simul cũ hoc fundamento iungatur ratio considerata ob fauorem dotis, iux. d. auth. res quæ, cum alijs supra allegatis.

Accedit, quòd vt dictum fuit in primo fundamento, ista dispositio habet locum in descendentibus, in tantũ quòd etiam aliqui voluerint, vt procedat etiam in extraneis, vt per recentiores in d. §. Diui, & bene per Ferd.
7 Loaz. ibi, num. 138. Restringeretur † autem nimis ista conclusio, si teneretur prędicta limitatio de conceptis in vita fideicommittentis.

Postremò non fuit habita ratio illius decisionis, vt dicebatur facta in ciuitate Florentiæ, cùm nihil in ea allegaretur, quòd vrgeret. Immo, vt ego à fide dignis audiui, Rota Florentina contrarium determinauit existente ibi Auditore inter alios D. Curtio Petrucio.

Ex quibus fuit conclusum in fauorem Dominæ Tarquiniæ Buccapuduliæ.

RVBEI.

Cauallicen. Baroniæ de Thoro. Die Lunæ 14. Nouemb. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Nati vel concepti in fideicommissis conditionalibus tempore euenientis conditionis admittuntur, & non nati excluduntur.*

DECISIO XXXVIII.

DVbitaui, an regula alias per Dominos firmata sub die 11. Maij proximè præteriti, vendicaret sibi locum etiam quòd absque veri præiudicio tam Ludouicus quàm Rostagonus testamento Petri Cadardi per substitutionem fideicommissariam sint vocati? Et Domini resoluerunt, regulam procedere, præsupponendo tamen sine veri præiudicio, quòd esset inductum simplex & absolutum fideicommissum ob non delationem armorum & assumptionis cognominis ipsius testatoris, ita quòd ipse Ludouicus posset venire vigore istius fideicommissi, absque eo quòd non esset verificata conditio alterius fideicommissi, videlicet si Ioannes decessisset sine liberis, cum ei superstes fuerit Rostagnus filius. l. non est sine liberis, de verborum signific. l. ex facto. §. pen. & fin. ad Trebel. de quo tamen erit quatenus opus sit, particulariter dubitandum.

1 Fundamentum autem Dominorum fuit, quia † in fideicommissis conditionalibus admittuntur illi, qui reperiuntur nati vel concepti tempore euenientis conditionis, & non nati excluduntur, etiam quòd si tempore purificati fideicommissi nati fuissent, proximiores essent: etiam quòd postea nascantur, & tanquam vocati velint venire ad fideicommissum, vt per Paul. de Cast. consil. 16. in quarto dubio, numero 5. in secundo. Alex.

Alex. consil. 13. numero 4. & sequen. in quarto, Soci. consil. 113. numero 5. in primo. Dec. consil. 233. colum. fin. versic. postremo. Ias. consil. 206. numero primo, in secundo. Parisi. consil. 66. numero 56. & sequen. in tertio. Alciat. in l. pronunciatio, in verbo, agnatorum, de verborum signific. Tiraquel. de retract. §. primo, glos. 9. numero 97. & sequen. post Crot. in l. filiusfamilias. §. diui, numero 164. in septima quæstione, versic. considera. & ibi Ferdinand. Loaz. numero 197. & late post istos Iaco. Mandel. Abb. consil. 106. qui respondet omnibus quæ in contrarium adduci possent.

Cùm autem tempore contrauentionis factæ per Ioannem non esset natus Rostagnus, merito succedit Ludouicus, qui tunc temporis erat in rerum natura, vt patet ex supradictis. l. interuenit, de legat. præstan.

Neque informantes pro Rostagno stantibus præsuppositis terminis hoc negabant, sed instabant super eo quòd non adesset tale fideicommissum, & ita Domini concluserunt.

RVBEI.

Cauallicen. Baroniæ de Thoro. Die Lunæ, 27. Februarij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Modus inductus censetur, vbi aliquid venit implendum ex post facto, non autem conditio.*
Etiam si dictum fuisset, sub hac conditione. num. 2.
3 *Verba attendenda sunt, vbi mens non repugnat.*
4 *Onus adiectum circa delationem armorum, & assumptionem nominis & cognominis potest adimpleri post aditam hæreditatem.*
5 *Verba quando sunt dubia, sunt potius interpretanda, vt importent modum quàm conditionem.*
6 *Verba, casso, reuoco, & annullo, debent ex præcedentibus interpretari.*
7 *Verba vbi sunt clara, & aperta, attendenda sunt.*
8 *Ademptum sub conditione non censetur sub contraria conditione relictum, vbi adimitur in pœnam. & numero 10.*
9 *Onus impositum à testatore habere debet tractum successiuum.*
10 *Ademptio, quando dicatur facta in pœnam.*

DECISIO XXXIX.

PRoposui dubium in causa Cauallicen. Baroniæ de Thoro. An institutio & substitutio, de quibus in testamento Petri Cadordi, fuerit facta sub conditione, vel sub modo ad effectum de quo agitur, & die Lunæ, 27. Februarij, 1576. fuit resolutum quod huiusmodi institutio & substitutio fuit facta sub modo, & non sub conditione ad effectum de quo agitur. Et pro fundamento firmarunt Domini vnam conclusionem, in qua Aduocati vtriusque partis erant concordes, vi-
1 delicet, quòd † vbi aliquid venit implendum ex post facto, vel post perfectionem actus, vel post emolumentum quæsitum, vel post aditam hæreditatem, tunc censetur inductus modus, & non conditio. Bart. in l. quibus diebus. §. Termilius, numero 5. & sequen. de condit. & demonstrat. Butr. in consil. 48. in principio. Alex. consi. 102. numero 2. post medium, versic. comprobatur etiam, & versic. in propositonot. Salyc. & consil. 119. numero primo, versic. & licet in dictis locis habeatur, volum. j. Dec. in l. cum mota, numero 6. ad fin. C. de transact. Parisi. consil. 19. numero 254. & sequen. volum. 2. Bero. consil. 153. num. 2. & 3. & per Aym. in consil. 19. numero primo, & bene per Bald. consil. 219. colum. fin. versic. de illis verbis, libro secundo.

2 Quæ † conclusio procedit, etiam si fuisset dictum, cum hac conditione, vt post Bart. in dicto §. Termilius, num. 5. tradunt omnes supra allegati, & tradit Pau. de Cast. consi. 5. vol. j. Felyn. in c. cum Ioannes, col. j. num. 2. de fide instrum.

3 Et licèt prædicta conclusio †, quo ad vim & efficaciam verborum non procederet, vbi apparet de contraria mente testatoris, nihilominus in casu isto, in quo de huiusmodi intentione non apparet, firma remanet conclusio.

4 Quòd † autem onus adiectum circa delationem armorum & assumptionem nominis & cognominis ipsius testatoris, possit adimpleri post aditam hæreditatem, patet primo ex ordine scripturæ, & ex contextu ipsius testamenti. Secundò, ex illis verbis, & si dictus Ioannes vel eius dicti liberi, &c. ponderando illud adiectiuum, dictus Ioannes, quod est qualitatis, & sic Ioannem vti hæredem antea institutũ. vulg. l. asse toto, de hæred. instituen. Tertiò, quia etiam, † quatenus verba essent dubia,
5 potius sint interpretanda, vt importent modum quàm conditionem, vt post Bart. in l. cum mota. C. de transact. concludunt ibi Doctores communiter, vt ibi de communi Dec. numero 6. Alex. in consi. 102. num. 2. lib. j. testatur etiam Ruin. consil. 26. num. 9. volum. 2. Bero. consil. 153. libro tertio.

Et pro decisione dixerunt Domini bene facere tex. in l. Męuia decedens, de manumiss. testam. Pau. de Cast. in dicto consil. 5. in primo volum. & consilio 292. in principio, volum. secundo. Aretin. in dicta l. Titia, col. 3. versic. sed ista ratio, de verborum obligatio. & Angel. Aret. Instit. quibus modis testamen. infirmen. in princ. versic. quid si conferatur, & Soci. in dicto §. Termilius, numero decimo. & Bart. in consil. quarto, factum tale est. Aymon consil. primo, numero 6. cum alijs allegatis per informantes.

6 Non obstant adducta in contrarium. Et † primò, illa verba, casso, reuoco, & annullo, quia debent interpretari ex præcedentibus, ex quibus patet quòd testator processit per viam modi, non autem conditionis, vt supra probatum est, & facit doctrina Bart. cum quo alij transeunt, in l. paterfamilias, ad finem, de hæredib. instituen.

7 Non obstat cons. Parisi. 19. volum. 2. quia † ibi verba erant clara, ita vt ex eis clare pateat, testatorem ibi processisse per viam conditionis, & non modi, vt bene deducunt hic informantes.

Prout etiam non vrget, ademptum sub conditione censetur sub contraria conditione relictum. l. alioquin,
8 de condit. & demonstrat. cum alijs allegatis. Quia † hoc non procedit. quando illud quod adimitur, adimitur in pœnam, vt per Ruin. in consil. 101. numero 8. volum. primo, & in consi. 48. sub num. 4. versic. sed quamuis, lib. 2. & ex recentioribus Cephal. in consil. 52. numero 13. & sequen. volum. j.

Postremò, quod dicebatur prædicta non procedere, quando constat de voluntate disponentis, & clausula annullatiua importat formam, non subsistunt. Quoniam ex præcedentibus rationibus & auctoritatibus cẽsentur sublata. Quia primum de voluntate testatoris potius verba innuunt contrarium, vt supra probatum
9 est. Item † subiecta materia oneris impositi hoc idem suadere videtur, cum recipiat tractum successiuum, & verisimile non est, testatorem voluisse hæreditatem

suam stare in suspenso vsque ad extremum ipsius Ioānis & suorum liberorum spiritum. Quò verò ad fundamentum de forma est etiam sublatum, quia ademptio fuit facta in pœnam, & ita intrant superius allegata.
10 Quòd † autem ademptio fuerit facta in pœnam, est tex.in §.fin. Instit.de legat. & tradunt Doct. supra citati. Et ita Domini concluserunt.

Ista decis.fuit confirmata die Veneris, 4.Maij. 1576.

R V B E I.

Bononien. bonorum de Solimeis. Lunæ 5.Nouembris. 1576.

S V M M A R I V M.

1 *Curator bonis defuncti, seu hæreditati iacenti, quando detur. & supra decis.42.num.1.*
2 *Curator bonis defuncti debet dari pater magis quam alia persona.*
3 *Libellus potest substineri ex vno tantum capite valido, ex clausula, omni meliori modo.*

DECISIO XL.

IN causa Bononiensi bonorum de Solimeis, fuit dubitatum, an Bernardinus pater potuit eo modo, quo egit, agere, præsupposito sine veri præiudicio, quòd institutio non sit captatoria.

Et die Lunæ, 5. Nouembris præsentis anni, 1576. fuit tentum Bernardinum potuisse valide agere, ex vno saltem capite, in quo inter cętera petijt se deputari in curatorem hæreditatis & bonorum, de quibus agitur, ad commodum & vtilitatem hæredis tenendorum & conseruandorum, prout habetur in sua petitione.

1 Fundamentum Dominorum fuit, quia † de iure hæreditati iacenti, quando est institutus hæres sub conditione casuali, cuius purificatio ab eius potestate nō pendet, datur curator bonis.l.si quis instituatur hæres, præsertim in §. item si conditio, de hæred. instituen. Ange. in cons.193. ad med. versic. restat igitur videre, quando bonis defuncti sit dandus curator. & in versic. sed si causatur aliunde. refert & sequitur Dec. in cons.509.num.1. in princ. vbi dicit quòd Ang. in illo consil. magistraliter prosequitur istam materiam. Et cum curator huiusmodi detur arbitrio iudicis, vt per Ang. in cons.103.num.2. Dec. in dicto cons. 509. post alios quos allegat. Meritò Bernardinus valide obtinuit deputari in curatorem, præ
2 sertim † cùm esset pater, cuius magis quam aliorum intererat bona huiusmodi conseruari in hæreditate, saltem propter spem successionis, vt per Ang. in dicto consil. 103. post principium. quæ omnia latissime cumulantur per Menoch. in tract. de arbit. iud. quæst. 9. libro secundo, casu 150.

Non obstant allegata in contrarium. Et primò, quòd omnia alia capita in petitione ipsius Bernardini sunt inepta & inualida. Quoniam satis est, substineri petitionem † ex vno tantum capite valido, de quo supra,
3 stante illa clausula, & omni meliori modo, vt per Doct. in l.scire debemus, vbi Ias.num.5.in fine, de verb.oblig. & in §.omnium, numero 151. Instit. de actio. Achil. de Clausul.decis.j.

Reliqua quæ dicuntur, quòd pater non potuit agere, quia hereditas non erat adita, quòd Bernardinus non erat executor vniuersalis, quòd filius nondum est conceptus, respiciunt ineptitudinem & inualiditatem aliorum capitum, ex quibus Bernardinus non poterat obtinere, vt hic per informantes pro Domino Iuliano, si se ad illa restrinxisset: quod cùm non fecerit, remanet processus validus ex capite supradicto.

R V B E I.

Asten. feudi. Die 5. Decembris. 1576.

S V M M A R I V M.

1 *Fœminæ admittuntur in feudo franco.*
2 *Feudum francum non continetur in iuramento fidelitatis.*
3 *Iuramentum fidelitatis non debet alterare naturam feudi franchi.*
4 *Iuramentum intelligitur secundum naturam actus super quo interponitur.*
5 *Abbatissa ratione feudi præstat iuramentum fidelitatis.*
6 *Feudum francum duplex.*

DECISIO XLI.

PRoposui dubium, præsupposito sine veri præiudicio, quòd circumscripta clausula illa, volumus tamen, &c. feudum posset dici francum absque eo quòd sit dictum, an clausula illa, volumus tamen, &c. stantibus inuestituris & iuramentis subsecutis, quæ pręsupponuntur in forma probante, sine veri præiudicio, & quorum copia detur in necessarijs, restringat taliter præcedentem dispositionem, vt posset dici, quòd feudum non sit ita francum, vt fœminæ excludantur, vel potius admittantur. Et die quinta Decembris proxime præteriti, maior pars Dominorum tenuit, quòd stante præsupposito, de quo in puncto, fœminæ admittantur.

1 †Nam in primis clarum est, quòd in feudo franco fęminæ admittantur. Curt.iun.de feud. in tertia parte, in principio, in tertia limit. numero 5. & in consilio 322. numero 18. cum multis alijs qui infra allegabuntur. Quod feudum sit francum, præsupponitur in hoc dubio, quo quidem pręsuppositio, stante dixerunt Domini, tenentes istam partem, intrare consil.Oldrad.254.Ioan. And.in addit.ad Specul. in rubrica de præscript.colum. penult. Bald. in cap.primo, in fine, numero 17. de cap. qui cur. vend. de feud. Paul.de Cast. consil.179. colum. secunda, volum.primo, Corn.consil.16.numero 2.in primo, Iacob.de sancto Ceorg.in tracta.de feud. in verbo, feudo, numero 27. Cephal.consil.151.numero 24. Burs.at.consi.4.numero 4.Decis.Pedemon.162.numero primo, & num.9.

Non obst.supradicta clausula, volumus tamen, &c. cuius vigore requiritur, quòd præstetur iuramentum fidelitatis, quod quidem dicitur continere, omnia ea, de quibus in cap. de forma fidelitatis, & in cap. de noua forma fidelitatis. quibus attentis non videtur, quòd admittatur, vt ex allegatis hic per informantes pro Domino Lælio, & deducit Roland.à Valle consilio 23. numero 35. & sequen.in primo. Port.Imol.in consil.j. numero 35. & sequen. præsertim numero 40. decis.Pedemon.23.num.48. & sequen.

Quoniam huic fundamento fuit responsum, quòd
2 † ex eo, quòd feudum est francum, & sic ex natura feudi feudatarius non tenetur ire ad pugnam, quia hoc non continetur in iuramento fidelitatis: & licet reliqua contenta in cap. fidelitatis, videantur excludere fœminas

nas tanquam non habiles ad illa, nihilominus fœmina propterea non excluditur, cùm solum vnica ratio sit finalis, quia non potest esse in pugna cum Domino suo. Soci.cons.157.num.2.Paris.cons.12.num.29. & sequen. volum.j. Ruin.cons.18.num.13. & sequen.volum.j. Cephal.d.cons.151.num.27.vol.2.Iuramentum † autem fi-
3 delitatis non debet alterare naturam ipsius feudi frāchi, in quo omnia censentur remissa, nisi specialiter reperiantur reseruata, vt patet ex Oldr.Io.And.Bal.& alijs omnibus supra allegatis, & expresse in feudo emptitio, hoc tenet Curt.iun.in d.cons.322.num.22. & seq. alioquin sequeretur, quòd ecclesia succedere nō posset, & tamen in feudo franco ecclesia succedit, vt per Curt. de feud. in j.par. q.8. num.29. Ruin.d.cons.18. num.13. vol.j. & in clerico, & fœmina, Cephal.d.cons.151.num.34. cū alijs supra allegatis. Et videmus, quòd licet in dubio fidelitas & homagium videantur designate feudum, hoc tamen nō procedit, vbi adest verbum, donamus. Dec.cons.413. col.fin.in prin. Rolan.cons.50.nu.49. & seq.vol.3. Tum
4 † etiam, quia regula est, vt iuramentum intelligatur secū dum naturam actus, super quo interponitur. c. quemadmodum, de iureiur. l.fin. C. de non num.pecun. Et pro decisione fuit allegatus tex.in c.vnico. §. verum, de stat.
5 regul.lib.6. vbi † apparet, quòd Abbatissa ratione feudi præstat iuramentum fidelitatis.

Non obst. inuestituræ subsequentes, tametsi præsupponantur in forma probante, ex quo prior inuestitura est attendenda, nam reliquæ subsequentes non possunt præiudicare vocatis in prima inuestitura.

Aliqui tamen ex Dominis tenuerunt contrariam opinionem, q̄ fęminę excludantur, & mouebantur propter clausulam, volumus tamen, quæ limitat & restringit præcedentem dispositionem, & per consequens fęminæ cēsentur excluſæ, cùm requiratur iuramentum fidelitatis, vt hic per informantes pro Domino Lęlio. Et considera-
6 bant, quòd † aut fumus in feudo franco proprie & absolutè, & tunc possent procedere allegata pro parte mulierum. Sed iste non est casus de quo agitur. Aut verò fumus in feudo non absoluto & simpliciter franco, sed q̄ possit dici francum, prout cantat præsuppositum dubij: & in isto casu si videatur casus noster, iuramentum fidelitatis excludit fęminas, per ea quæ supra deducta sunt. Neque adest aliqua repugnantia inter naturam huius feudi, & ea quę continētur in iuramēto fidelitatis, prout adest quando feudum esset francum simpliciter, & absolute. Vnde non militant auctoritates supra in contrarium allegatæ.

Maior tamen pars Dominorum, vt dixi, tenuit, quòd fœminæ admitterentur stante præsupposito, de cuius tamen veritate dixerunt esse videndum.

R V B E I.

Bononien. de Solimeis. Lunæ, 10. Decembris. 1575.

S V M M A R I V M.

1 *Curator hæreditati iacenti dari potest.*
2 *Hæreditas quando dicatur iacens.*
3 *Hæreditas non potest dici iacens, si bona à venientibus ab intestato occupata, non possent recuperari à curatore.*
4 *Curator hæreditati iacenti si non habeat maiorem facultatem à iudice, non potest intentare nisi actiones tempore perituras.*
5 *Hæreditas dicitur iacere propter conditionem adiectam in hæredis institutione.*
6 *Iudex non potest dare id quod prohibet.*

DECISIO XLII.

LIcèt in ista causa fuisset resolutum, quòd D. Bernardinus potuerit valide agere petēdo se deputari in curatorem, prout in decisione facta sub die Lunæ, 5. Nouembris proximè præteriti, cuius copia fuit data partibus, quia tamen agentes pro Domino Iuliano Lucatello & litis consortibus maximè insteterunt, vt denuò eadem difficultas proponeretur, placuit Dominis illis de nouo audire.

Propterea iterum dubitaui, an esset recedendum à dicta resolutione. Et die Lunæ, 10. huius mensis Decem-
1 bris, Domini fuerunt in decisio. Primum † fundamēntum fuit clarissimum in iure, quòd hæreditati iacenti potest dari curator, per ea, quæ fuerunt allegata in alia decisione, & per Ruin.in l.Gallus. §. instituens, num.2. & 5. de li-
2 ber. & posthum. Secundum † fundamentum fuit, quia in casu isto hæreditas dicitur iacens, ex quo hæres fuit institutus sub conditione, cuius adimplementum non pendet ab eius potestate, vt in d.decisione.

Neque obst. quòd bona, de quibus agitur, sint occupata à venientibus ab intestato, & per consequens non po-
3 test dici, quòd † hæreditas dicatur iacere, vt in l.sequitur. §. idem si occupaueris, de vsucap. Paul.de Cast. consil.143.in princ. volum.j. Quia motiuum posset procedere, si Bernardino curatori deputato non potuisset dari facultas recuperandi bona ab alijs occupata, prout data fuit.

4 Secundò non obst. quòd † curator datus hæreditati iacenti, nisi detur ad instātiam creditorum, non possit intentare nisi actiones tempore perituras, vt per Ang.in cons.193. Soci.cons.234.num.4. in 2. cum multis alijs adductis per D.Biscium, & ita loquitur Alexan. cons.4. in 2. Iacob.de sancto Georg.in l.fin.num.14. C.de edict. diui Adria.tollen. Quia fuit responsum, quòd ista conclusio procedit generaliter loquendo: debet tamen limitari, vbicunque Iudex ex causa tribuit maiorem potestatem ipsi curatori hæreditatis iacentis, prout fecit in casu isto.

Et hanc limitationem dixerunt Domini esse veram
5 in iure & applicari ad casum nostrum, in quo † hæreditas potest dici iacere propter conditionem adiectam in hæredis institutione, ex allegatis hic per informantes pro Bernardino, & maxime ex doctrina Cuma. in l.creditore, de bon.auct.iud.possid. iuncta doctrina Ang.in l.si quis instituatur hæres. §. si sub conditione, de hæred.instituen.

Neque dici potest, quòd iudex non potest dare id
6 quod prohibet. Quia † si limitatio est vera, prout est, lex non dicitur prohibere. Si tamen pars super huiusmodi limitatione voluerit audiri, Domini dixerunt, quòd audiatur.

R V B E I.

Roman. fructuum. 50000. Die Mercurij, 13. Iunij. 1576.

S V M M A R I V M.

1 *Damna & interesse propter moram, etiam vltra sortem principalem, veniunt in Saluiano interdicto.*
2 *Fructus computantur in sortem creditori, qui imissus esset in possessionem bonorum ex Saluiano interdicto. fallit vt in decis.seq.num.7.*
3 *Interdictum Saluianum, & actio hypothecaria differunt.*
4 *Bona in actione hypothecaria dātur retinēda loco pignoris.*

5 *Saluianum interdictum est introductum in fauorem creditoris, vt possit statim agere in petitorio, auocata possessione bonorum à debitore.*

DECISIO XLIII.

IN causa Roman. fructuum 50000. inter Illust. Dominas Magdalenam de Vrsinis actricem ex vna, & Portiam etiam Vrsinam de Cesis, ream conuentam, ex altera, post multas disputationes in prima instantia factas, fuit pro parte prædictæ Illust. Dominæ Magdalenæ suspensum petitorium, & post huiusmodi suspensionem fuit lata sententia in Saluiano interdicto, in fauorem eiusdem Dominæ Magdalenæ, in qua condemnatur dicta Domina Portia ad damna & interesse. A qua sententia fuit pro parte Dominæ Portiæ appellatum, & causa huiusmodi appellationis fuit ad instantiam dictæ Dominæ Magdalenæ mihi commissa super articulo condemnationis damnorum & interesse, sub die 3. Decembris, 1575. Et ita causa huius articuli coram me introducta, fuerunt pro parte dictæ Dominæ Magdalenæ dati articuli, & examinati testes pro liquidatione dictorum damnorum & interesse, post quorum examinationem duo petebat Illust. Domina Magdalena. Primum, quòd confirmaretur sententia in eius fauorem lata. Secundum, quòd damna & interesse ad certam summam seu quantitatem liquidarentur in eadem sententia confirmatoria. Ex quo autem Illust. Domina Portia prætendebat, huiusmodi sententiam respectu istius articuli condemnationis damnorum & interesse nõ esse confirmandam in Saluiano interdicto, & propterea non esse deueniendum ad aliquam liquidationem. Vnde agentes vtriusq; partis vnà cum aduocatis voluerunt informare Rotam super ista difficultate & datis informationibus & memorialibus hinc inde die Veneris prima Iunij præsentis anni 1576. Domini ordinarunt, quòd si Domina Magdalena volebat consequi ista damna & interesse vltra sortem principalem, tunc dandum erat dubium, secus si velle computare in sortem principalem. Sed cum Domina Magdalena prætenderet sibi deberi damna & interesse vltra sortem principalem, ideo secundum ordinem
1 Dominorum dubitaui, an † in Saluiano interdicto propter moram veniant damna & interesse vltra sortẽ principalem, stante suspensione petitorij postea subsecuta, & die Mercurij 13. eiusdem mensis fuit conclusum, quòd in Saluiano interdicto veniant damna & interesse ratione moræ etiam vltra sortem principalem, ex quo regulariter in quocunque iudicio propter moram debentis soluere, veniant damna & interesse, vt per Anch. consil. 150. num. 3. cum alijs, quæ tunc per Aduocatos deducta fuerunt. qua resolutione facta dubitatum fuit stantibus articulis datis & testibus examinatis pro parte Illust. Dominæ Magdalenæ, & quòd Illust. Domina Portia dederit in solutum in possessorio tenutas, de quibus agitur, ad quam summam sint liquidanda damna & interesse ipsius D. Magdalenæ. Et die Lunæ, 25. eiusdem mensis Iunij, causa proposita, non fuit facta resolutio, quia vota Dñorum fuerunt varia. Nam aliqui dicebant, non posse fieri liquidationem ad aliquam summam ratione damnorum & interesse, quia sumus in Saluiano interdicto, nisi de iure probaretur, quòd in hoc iudicio debitor teneatur soluere, & in euentum non solutionis possit creditor obtinere, vt pignus distrahatur & sibi adiudicetur, quoniam si hoc fieri posset, tunc bene possunt liquidari damna & interesse, alioquin secus, ex quo fructus computantur in sortem: & decisionem vltimo loco factam, vt ratione morę veniant damna & interesse, intelligebant secundum naturam cuiuslibet iudicij. Alij qui verò contrarium tenuerunt, moti ex eo, quia nisi Domina Portia fuisset in mora, vtique Domina Magdalena percipisset fructus illorum annorum, in quibus Domina Portia à die motæ litis retinuit tenutas, de quibus agitur, vsque ad consignationem. Sed respondebatur, quòd in omnem euentum Domina Magdalena debuisset istos fructus computare in sortem principalem, & per consequens istud non erat interesse considerabile, & ideo Domini ordinarunt, quòd causa iterum proponatur, & præsertim super illa difficultate, an †
2 in Saluiano interdicto, stante præsertim suspensione petitorij, prout in casu isto, teneatur debitor soluere, & si non soluerit, possit creditor vendere bona, in quorum possessionem fuit immissus ex Saluiano interdicto, & die Mercurij 4. huius mensis Iulij, causa iterum proposita, etiam cum nouis informationibus, fuit conclusum, non posse fieri aliquam liquidationem damnorum & interesse, prout prætendit Domina Magdalena, quia fructus computantur in sortem, vnde Domina Magdalena non poterat facere fructus suos. l. prima. C. de distract. pignor. c. conquestus, de vsur. Negus. de pignor. in 5. membro, 5. part. princ.

Neque de iure subsistit fundamentum illud, quòd debitor in Saluiano interdicto possit cogi ad soluendũ, alioquin quòd pignus distrahatur. vt per Couar. varia. resolutio. lib. 3. cap. 18. num. 4. & pract. quæst. in tit. de libello in hypotheca cum fructibus. Nam fuit responsum per Dominos, quòd fundamentum procedit in actione hypothecaria, non in Saluiano interdicto, quod
3 multum differt ab actione hypothecaria, cùm † iudiciũ hypothecariæ sit petitorium: Saluianum verò possessorium: in primo datur appellatio, in secũdo denegatur: in primo admittitur exceptio nullitatis hypothecę, in secũdo excluditur saltem quando requirit altiorem indaginem. In primo præsupponitur pignus: in secundo minime, quæ omnia sunt clarissima in iure, vt per Negus. de pignor. in j. memb. primæ part. princ. num. 1. cum pluribus seq. Corn. in cons. 190. num. 3. & 7. vol. j. Ang. Iaf. & alij in §. item Seruiana, Instit. de actio. Rip. in rub. de pignor. num. 19. & recentiores de adipiscen. possess. remed. 10. præsertim num. 7. vbi alios recensет & nu. 180.

Nec virget, quòd vigore actionis hypothecariæ auocetur possessio sicut vigore Saluiani interdicti, quia non propterea iudicium desinit esse petitorium, prout in rei vendicatione, qua mediante quis consequitur possessionem, & tamen iudicium est petitorium. l. is qui destinauit, & ibi Bar. de rei vendic.

Neque obst. quòd etiam in actione hypothecaria cõsequatur quis possessionem retinendam, donec sibi fuerit satisfactum. Quia †
4 in actione hypothecaria bona dãtur retinenda loco pignoris, ideo nõ mirum si creditor posset obtinere, vt pignus distrahatur. In Saluiano autẽ interdicto secus, vt per Corn. & Negus. supra citatos. Et ratio est, quia in Saluiano interdicto, præsertim stante suspensione petitorij, non est discussum de validitate crediti, cuius discussio reseruatur in ipso petitorio, postquam creditor est consequutus possessionem bonorum: ideo non mirum, si non potest petere creditor, vt pignus vendatur, quia debitor potest opponere, quòd non constat de eius credito: & sic de necessitate deueniendũ est ad petitorium, in quo de crediti validitate discutiatur, vt pater ex prædictis, & inter recentiores bene per Nattam in cons. 132. col. j. & 2.

Ad illud autem, quod dicebant informantes pro Domina Magdalena q̃ secũdum istam lecturã, Saluianum
5 interdictũ, quod † est introductum in fauorẽ creditoris, retorqueretur in odium, quia debitor nunquam solueret, cõtra reg. iuris. l. quod fauore. C. de legib. cum vulgar. fuit responsum bene verum esse, Saluianum interdictum introductum fuisse in fauorem creditoris, cùm sit iudicium summarium & possessorium, non admittens exceptionem discussionis, neque appellationem, vt supra dictum est. Sed non propterea redundare in odiũ ipsius creditoris, si pignus vendere non possit, ex quo est in facultate ipsius auocata possessione bonorum à debitore, statim agere in petitorio, quod in sui fauorem suspenditur, & docere de validitate sui crediti, & obtenta victoria in petitorio, postea agere ad distractionem pignoris, vt sibi soluatur: alioquin debitor ipse multum grauaretur: nam vltra quòd in Saluiano de viribus & validitate crediti opponere non posset, in distractionem etiam pignoris, secundum istam lecturam, ab ista exceptione nullitatis seu inualiditatis crediti excluderetur: quod non est dicendum, vt patet ex supra allegatis, ex quibus Dñis visa est res satis clara. Et ita concluserunt, circumscripta tamen, secundum aliquos, obseruantia, si qua in contrarium probaretur.

Postremò non obst. illud fundamentum, quòd si creditor potest immitti in possessionem omnium bonorum, vt debitor hoc tedio effectus soluat, ex hoc infertur, quòd debitor teneatur soluere. Nam argumentum hoc non concludit, quia si debitor præcisè tenetur soluere, non est opus vti hoc remedio, vt tedio affectus solueret, quia præcisè posset cogi ad soluendum, & contra hoc argumentum militant omnia supra allegata.

RVBEI.

Roman. fructuum. 50000. Lunæ 4. Martij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria non competit in hypotheca legali pro re donata.*
2 *Fallit in hypotheca donantis, vel tacita vel expressa. numero 2.*
3 *Hypothecaria non datur, vbi non est translatum dominium.*
4 *Saluianum interdictum saltem vtile competit, cuicunque competit hypothecaria.*
5 *Saluianum vt habeat locum, creditor ex parte sua debet iustificare suum creditum.*
6 *Interpretatio debet fieri pro validitate actus.*
7 *Fructus non computantur in sortem in Saluiano interdicto, vbi bona reperiuntur obligata.*
8 *Fructus debentur à die litis contestatæ, licèt non sit translatum dominium.*
9 *Fructuum condemnatio fit in possessorio, etiam suspenso petitorio ex communi practica.*
10 *Fructus veniunt in Saluiano interdicto respectu creditoris bonorum, non autem pecuniarum.*

DECISIO XLIIII.

IN causa Roman. fructuum. 50000. proposui dubium die Lunæ 4. Martij, 1577. quod fuit resolutum secundum maiorem partem Dominorum in fauorem Illustr. D. Magdalenæ. Verum quia dubium cõtinebat plures partes, Domini considerarunt plures difficultates. Quarum prima fuit, an in casu isto competat hypothecaria ad ista bona valoris 50000. tanquam debita. & in ista difficultate fuit tentum pro affirmatiua, attentis verbis donationis ibi, *sopra il mio stato*. ex quibus resultat hypotheca. Bart. in l. codicillis. §. institutus. de leg. 2. cum multis alijs, de quibus hic per informan-
1 res, & fuit alias resolutum in ista causa. Neque † obst. quòd pro re donata non competit hypothecaria. Quia hoc est verum in hypotheca legali: sed in casu isto resultat hypotheca ex verbis ipsius donationis, vt supra dixi. Non obstat resolutio facta sub die 28. Ianuarij proxime præteriti, in qua fuit resolutum, quòd bona sunt in obligatione, sed quòd videretur, an competeret hypotheca-
2 ria. Quoniam † fuit responsum, quòd bona sunt in obligatione, & nihilominus competit hypothecaria in casu isto, quoniam bona sunt hypothecata, propter dictam clausulam, *sopra il mio stato*, & sunt in obligatione propter alia verba ibi, *da cauarseli done più li piacerà*. & ibi, *che tornino al mio herede*. Non obst. quòd cum bona sint donata, non possunt esse hypothecata, quia hęc non repugnant neq; in hypotheca legis, neq; in hypotheca hominis, vt bene deducunt Aduocati Illust. D. Magdalenæ.
3 Postremò non obst. quòd † hypothecaria non datur, vbi est translatum dominium. l. neque pignus, de regul. iur. Quoniam in casu isto non potest dici translatum dominium ante traditionem. l. traditionibus. C. de pact. neque Illustr. D. Magdalena egit ad bona vt infra dicetur.

Secunda fuit difficultas, an Illustr. D. Magdalena potuerit agere Saluiano interdicto in casu isto, & fuit pa-
4 riter tentum pro affirmatiua, quòd potuerit, cùm † fæpius Rota resoluerit competere Saluianum interdictũ, saltem vtile, cuicunque competit hypothecaria: neque seruata fuit opinio eorum, qui cõtrarium tenent, quòd hoc Saluianum non competat, nisi creditori pro pecuniario debito.

Tertia fuit difficultas, an Illustr. Domina Magdalena egerit Saluiano interdicto, non tanquam creditrix pecuniarum, sed tanquam creditrix bonorum, & ad ipsa bona. & fuit tentum etiam pro affirmatiua. Nam vt pluries fuit, dictum in ista causa ipsa Domina Magdalena deduxit omne ius & egit omni meliori modo, vt apparet ex interpellatione sua, de qua in actis, in qua egit quoad ipsa bona specificando, super quibus volebat sibi satisfieri. Item quia vt est resolutum, bona erant in obligatione, & pecunia in facultate soluendi. Vnde non præsumitur quòd voluerit agere ad id quod agere non poterat, vt deducit Domina Biscia, & quia etiam fit interpretatio in fauorem libellantis. l. si quis intẽtione ambigua, de iudic. Neque refert, quòd petierit etiam summam, quia immo petijt bona, & protestata fuit quod Illustris Domina Portia, in cuius facultate erat soluere pecunias, solueret si vellet, quia habebat loca montium, & ipsa Domina Magdalena potuisset emere, si pecuniæ fuissent solutæ, & sic protestata est de interesse, iuxta doctrinam Pau. de Cast. in l. 3. de eo quod certo loco.

Non obstat suspensio petitorij, quia non ideo minus potest dici, quòd egerit Saluiano ad ista bona vti si-
5 bi debita, cùm † creditor ex parte sua debeat iustificare suum creditum ad effectum, vt intret Saluianum, & licèt suspendat petitorium, hoc fit, vt exceptiones rei, quæ requirerent altiorem indaginem, reijciantur in illo iudicio, & reseruentur in iudicio petitorio. Speculat. Aretin. Alexan. & alij allegati per Dominam Biscìam. Et fuit dictum, quòd ita resolutum fuit coram bo. me. Oradino, in causa Bononien. dotis de anno 1563.

Quarta fuit difficultas, an Domina Magdalena obtinuerit in hoc Saluiano interdicto, & pariter fuit tentum quod sic. Primò, quia fuit suspensum petitorium, qua suspensione stante, etiam quòd verba sentẽtiæ essent dubia, debẽt declarari ex ista suspẽsione. Pau. de Cast. Aym.

Crescent.& alij allegati. Secundò,attentis verbis sententiæ ibi,in corporalem dictarum tenutarum possessionē. Tertiò, ex euentu & obseruantia subsecuta, quia eo ipso,quòd D.Portia soluit bona, cessauit quæstio, & fuit deuentum ad executionem & traditionem & mensurationem,& non ad numerationem pecuniarum.Quartò,
6 quia ita interpretando sententia lata est iusta, & † interpretatio debet fieri pro validitate actus. l.quotiens, de verb. obligat. cum vulgar. Non obstant verba sententiæ ibi, de & super summa,& ibi, donec & quousq; fuerit dicta summa satisfactum. Nam dicta verba debēt interpretari eo modo quo ius disponit, idest eo modo, quo dicta summa debebatur, cùm bona essent debita,& summa esset in facultate soluendi secundum resolutionem alias factam, & supra fuit dictum. & quia etiam verba sententiæ sunt interpretanda, prout conueniunt subiectæ materiæ & prout colligitur ex actis, vt deducit Dominus Horatius. Non obst. quòd petierit etiam pecunias, quia vt supra dictum est, petijt, quatenus Domina Portia vellit soluere, cum haberet facultatem illas soluendi: sed antequam D.Portia soluat, intrat petitio super bonis, prout sunt in obligatione, non attento illo euentu, quòd Domina Portia posset soluere, prout de conditione resolutiua actus, non autem suspensiua, tradunt Soc.& Dec.in l.si pecuniam, si cer. pet.

Vltima fuit difficultas, an prædicta Domina Magdalena fecisset fructus suos. In qua etiam fuit tentum pro affirmatiua inhærendo decisioni factæ sub die 21.Nouembris proxime præteriti, per tex.in l.tertia, de interdictis. vbi Petr.de Bellapert. & Iacob.de Arena, Bart.Alberic.& alij.

7 Non obst.quòd in Saluiano interdicto † fructus computantur in sortem, prout fuit resolutum in fauorem Dominæ Portiæ, sub die 4.Iulij proxime præteriti, vt in resolutione, cuius copia datur. Quoniam fuit responsum, quòd illa decisio fuit facta de tempore, quo non erat adhuc bene firmatum, quòd bona essent in obligatione, & pecuniæ in solutione, prout postea fuit resolutum: & propterea decisio illa facta procederet si præsupponeretur quòd Domina Magdalena esset creditrix pecuniarum, & non bonorum, quia tunc fructus computarentur in sortem, quia alias esset vsura: sed quando quis est creditor, non pecuniæ, sed bonorum, & ad illa tanquam creditor agit, prout in casu isto, tunc non cadit vsura, cum ex bonis ipsis fructus percipiantur, vt deducit hic D.Horatius.

Non obst. quòd ex ista donatione non est translatum dominium,& per consequens Domina Magdalena non potuit agere tanquam Domina, & sic facere fructus
8 suos, quia † nihilominus fructus debentur à die litis contestatæ.d.l.3. de interdict. Alex.in l.Nesennius. §.fundū, numero quarto, de re iudic. Non obst.tex.in l.fundi, de exceptio. quia procedit quando fructus petuntur æque principaliter, secus si accessoriè ad ipsam possessionem, vt ibi per glos. & bene deducūt informantes hic pro Domina Magdalena.Non obst.quòd in possessorio non fiat
9 † condemnatio fructuum, quia immo contrarium est verius, dicta l.tertia, de interdict. & quotidie ita practicatur etiam suspenso petitorio. Similiter non obstat illud fundamentum quod fit super incertitudine. Quia procederet si Domina Magdalena vellet consequi istos fructus tanquam Domina, non autem ex Saluiano interdicto.

10 Vltimò non obst. quòd † Saluianum interdictum reuocet solam possessionem, & per consequens non videtur, quòd auocet ipsos fructus. Quia immo etiam fructus saltem accessoriè veniunt respectu creditoris bonorum, non pecuniarum,vt supra dictum fuit, & ita respondetur ad doctrinam Neguſ. allegatā pro D.Portia, vt procedat in creditore pecuniarum,non autem bonorum. Et ita quoad omnes supradictas difficultates maior pars Dominorum tenuit pro Illustrissima Domina Magdalena.

RVBEI.

Roman. Vineæ de Maximis. Veneris 28.Maij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio permissa in certis casibus, in alijs censetur prohibita, vbi sequitur generalis prohibitio.*
2 *Distinctio semper quoad fieri potest, est facienda, vt euitetur contrarietas.*
3 *Prohibitio de non alienando non dicitur regulari à fideicommisso, sed est simplex & absoluta.*
4 *Vulgaris comprehensa sub comēpdiosa intrat statim, quòd est factus locus propter incapacitatem.*

DECISIO XLV.

LIcèt difficultas indefinitè loquatur de substitutione D.Margaritæ, quia tamen lis est super vineis tantum, fuit restricta per Dominos, an, & quando Margarita sit substituta in huiusmodi vineis.Et resoluerunt,quòd Domina Margarita soror Catherinæ est substituta in proprietate vinearum, non solum in euentum in quem filij masculi Siluiæ decederent sine filijs masculis ante 25.annum testati aut intestati, sed etiam post 25.annum intestati, vt in dicto testamento ibi, Item volo quod si omnes filij masculi,&c. & in versic. volo etiam quòd in his substitutionibus, &c. Item etiam est substituta in euentū contrauentionis propter alienationem extra casus à testatore Siluiæ permissos. quia versic.cęterum si quis ex dictis hæredibus,&c.refertur etiam ad Siluiam, si alienaret aut alienationi consentiret extra casus à testatore illi promissos: nam verba sunt vniuersalia geminata & multum prægnantia, vt ibi, si quis ex dictis hæredibus institutis & substitutis: & rursus ibi, rem aliquam alienare tentauerit, & illa dictio, dictis,repetit omnes supra nominatos, vt hic bene deducunt informantes.

Non obst.quòd generalis prohibitio de non alienan-
1 do † non comprehendat casus specialiter permissos. Quia verum est, quòd dicta prohibitio cōtra Siluiā non vitiat in casibus per testatorem illi permissis, vt supra dictum est, sed nō in alijs casibus Siluię per testatorē prohibitis, quia vt bene aduertunt ijdem informantes Margaritæ,potius sumus illa regula, quòd permissum in certis casibus,est in alijs prohibitum, præsertim vbi subsequitur postea generalis prohibitio.

Non obst.quòd supra in versic. volo etiam. Testator refert se ad infra dicenda vt ibi, vt paulò post dicetur. Quare verum est,quòd testator intellexit substituere Siluiam secundum distinctionem inferius positam,& secundum illam etiam censetur illi prohibuisse alienationem, hoc est extra casus ibi dictos.

Non obstant quæ dicuntur per alios informantes de
2 contrarietate & incompatibilitate. Quia † immo per istam distinctionem omnis contrarietas est sublata,quia prout semper fieri potest, est adhibenda distinctio, vt euitetur contrarietas. Alex.& alij per Dec.cons.602.numero 5. cum sequen.

An

An autem dicta prohibitio sit simplex, & absoluta, vel reguletur à fideicommisso præcedente, & intelligatur sub eadem conditione,si filij masculi decesserint testati,vel intestati infra 25.annum, aut post intestati iuxta cons.Dec.636. per Gozadin.consil.30.num.16.Rim. 224.num.6.& consil.521. nu.25.cum sequen.cum alijs adductis coram Robusterio in Bononien. de Pepulis de mense Martij,Maij, & Iunij 1569. & iterum coram eodem in eadem del 1574.inclinabant aliqui,quòd nō re-
3 guletur à fideicommisso præcedenti,sed sit absoluta,† & simplex lex, continens in se suam causam, & conditionē particularem,ac diuersam,& separatam substitutionem à prima : nam non venit consecutiue post fideicommissum,sed separatim, & per verba multum prægnantia, & absoluta, quo casu non recipit conditionem fideicommissi præcedentis,vt est de mente dictorū Doct. & Rui. cons.89.num.18.22.& in plurib.alijs.lib.2.Ideo cum sit diuersa, & separata substitutio, statim, quòd est contrauentum, est factus illi locus,& non expectatur euentus aliarum substitutionum.Bart.Aretin.& alij in l.quādiu.la 3.de acquir.hæred.& in fortioribus terminis fuit resolutum in Sabinen. Castrorum 30. Martij 1565.&
4 27.Martij 1566.coram bo.me.Card.Aldobrandino,† ꝙ vulgaris comprehensa sub compendiosa, intrat statim, quòd factus sit locus propter incapacitatem: nec attenditur defectus conditionis, si sine liberis decesserit, posita in compendiosa. Nec obstant reg.l.quoties.& l. seruo legato,de quibus per Doct. Quia procedunt in simplici prohibitione, quæ regulatur à fideicommisso præcedenti,non simplici, & absoluta prohibitione,prout dicebāt isti Domini esse ista de qua agimus. Item procedunt si omnes etiam fœminæ sorores Iacobi substitutæ consentissent: nā eo tempore quo fuit facta alienatio del 1554. Iacobus erat minor 25.annorum,& fœminæ tunc principaliter erant illi substitutæ.

Hæc tamen licèt fuerint dicta per aliquos ex Dominis, non tamen ea intentione, vt super illis resolutio daretur, nisi in his, quæ supra de intentione omnium firmaui. Hæc alia dicta sunt ad excitandum partes, & super illis dubitetur.

RVBEI.

Roman.seu Nepesin.Vineæ de Formillo die Lunæ 24.Octobris.1575.

SVMMARIVM.

1 *Possessio amissa censetur per sequestrum voluntarium.*
2 *Actus,an dicatur necessarius,vel voluntarius,debet inspici origo ipsius.*
3 *Possessio, vt dicatur amissa, debet inspici qua mente fuit factum depositum.*
4 *Sequestrum differt à deposito: & in quo differat.nu.5.*

DECISIO XLVI.

IN causa Nepesin. Vineæ del Formillo prætendebat D.Nerua, hęredesque Bonifacij de Grangia, nō posse agere, seu obtinere contra ipsum actione spolij sub prætextu, quòd non constaret de primo extremo. Ideo sub die Lunæ, 24. Octobris, 1575. proposui dub. An constaret de primo extremo.& ratio dubitandi fuit, quia prædictus D. Nerua asserebat non constare de primo extremo ex eo, quòd hæredes de Grangia aduersarij de anno 1554. deposuerunt in sequestrum vineam, de qua agitur, prout in cedula Ioannis Bargini,cuius copia data fuit.Ex quo inferebant informantes pro parte dicti
1 Neruæ, quòd † per sequestrum voluntarium censetur amissa possessio,vt per Doct.in ca.examinata, de iud.vbi Abb.nu.14.testatur de communi,Bart.in l.licèt.ff. depositi.Doct.in l.interesse puto. de acquir.poss.cum alijs adductis per informantes.

Quòd autem sequestrum huiusmodi fuerit voluntarium, dicebant informantes pro ista parte apparere ex eo, quia erat in facultate istorum hæredum de Grangia,
2 appellare, vel non appellare.Prætereа † ad cognoscendū, an actus dicatur necessarius, vel voluntarius, debet inspici origo siue initium ipsius actus, vt per Tiraq. de retract.§.1.gl.14.nu.15.& late per Corn.cons.292. nu.5. libro 1. cum alijs cumulatis per Menoch. de arbitr.cas. 182.nu.52.& seq.

Sed his non obstantibus fuit conclusum per Dominos constare de primo extremo. Nam actus iste depositionis Vineæ de qua in cedula, siue fuerit voluntarius, siue necessarius, non operatur amissionem possessionis. l.licèt.ff.depositi.l.officium.ff.de rei vend.l.3.§. si rem. de acquir. possessicèt enim admittatur, quòd istud depositum fuerit voluntarium, tamen ad effectum cognoscen-
3 di, an possessio censeatur amissa, debet inspici qua mente fuit factum depositum, vt est text.in d.l. interesse puto, de acquiren. possess. In casu autem isto constat de mēte deponentis ex cedula ipsius depositi, ibi pro obseruatione statutorum Vrbis : non autem constat, ꝙ voluerit amittere possessionem,vt est gl.communiter approbata, in verb.approbatum.in d.l.interesse, vbi Aretin,dicit, ꝙ illa gl. communiter tenetur ab omnibus. Et differentia est inter sequestrum voluntarium, & depositum voluntarium,vt in primo casu in dubio censeatur amissa possessio, in secundo verò minime, nisi aliud ostendatur. Neq; dubitandum est differre sequestrum à depositō. Pau. de
4 Cast.in d.l.licèt.ff. depositi.& sunt iura clara in l.proprie. ff.eo.ti.in l.sequestrum.de verb.signifi. Aretin. in d.l. interesse.in prin.Abb.in d.c.examinata. nu.13. Io. And. in c.locupletari.de reg. iur. in 6. Quòd autem hic simus in depositō, non autem in sequestro voluntario, apparet ex
5 verbis cedulæ,† quæ loquuntur de depositō.Item apparet ex verbis statuti, lib.1.ca.166.vbi.n. est controuersia de re mobili,debet fieri depositum: sed si est controuersia de re immobili,tunc fit sequestrum. Vnde cum in casu nostro non esset controuersia super vinea, sed ageretur de pœna pecuniaria, meritò non cadit sequestrum voluntarium ex prælegatis iuribus, & auctoritatibus, Ex quibus patet, quòd allegata in contrarium non obstant.

RVBEI.

Pientin. 24. Ian. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus ex facultate testandi concessa potest primum testamentum reuocare, & facere secundum, & numero 11.*
2 *Princeps si confirmat testamentum alicuius, censetur id facere secundum naturam testamenti, ita quòd potest illud reuocari, & aliud fieri.*
3 *Facultas testandi concessa per Principem, censetur concessa secundum naturam testamenti, vt sit reuocabile.*
4 *Dispositio quælibet recipit interpretationem à subiecta materia,etiam verba impropriando.*
5 *Dispensatio facultatis testandi debet recipere interpretationem à iure communi. & nu.6.*

Facultas

6 *Facultas testandi concessa debet intelligi de testamento valido.*
7 *Conditio tacita ita suspendit, sicut expressa.*
8 *Dispositio quælibet in actu hominis in materia odiosa, intelligitur de primo actu.*
9 *Verba etiam in materia odiosa retinent eorum proprietatem.*
10 *Miles potest testari de iure speciali de rebus Castrensibus tantum.*
11 *Testamentum secundum inualidum non sufficit pro reuocatione primi. & nu. 14.*
12 *Actum qui non potest facere de nouo, non potest illud destruere, vel reuocare.*
13 *Testamentum factum ante ingressum religionis, non potest reuocari ab ingresso post professionem.*
15 *Facultas testandi durat etiam post obitum concedentis.*

DECISIO XLVII.

IN quadam causa Pientin. quæ pendebat extra Rotã, præsupponebatur in facto, quòd Pius quartus sęl. recor. concesserat facultatem testandi episcopo Pietino, prout in copia, quæ data fuit, qui illius vigore condidit primum testamentum, deinde illo reuocato condidit secundum, postquàm præfatus Pius quartus obierat. Ex quo quidem facto duæ difficultates propositæ fuerunt. Prima, an episcopus potuerit vigore dictæ facultatis secundum testamentum condere, & quatenus nõ potuit, an saltem illud sufficiat ad reuocationem primi, ita vt neutrum valeat. Secunda posito, quòd vigore huiusmodi facultatis potuerit toties quoties testamenta facta reuocare, & denuo testari, an hoc procedat solũmodo in vita Pij Quarti concedentis, an verò successorum. Quas quidem difficultates proposui in Rota die 24. Ianu. 1578. Et incipiendo à prima difficultate fuit conclusum per omnes Dominos, Episcopum in vim huiusmodi facultatis potuisse primum testamentum reuocare, & facere secundum, dummodo alię solemnitates requisitę intetuenerint, reprobata opin. Dec. qui contrarium consuluit in consil. 512. quam sequuti videntur Socin. iun. consi. 89. lib. primo, Curt. iun. consil. 178. Couar. in capi. cum in officijs, nume. 8. de testamen. Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone, nume. 128. de verborum signific. & Prob. in cap. non potest, nume. 10. de præben. in 6. & Modern. Mantu. in consil. 30. nu. 56. & alij Moder. Ianuenses de spol. eccles. q. 7. nu. 18.

Moti sunt Domini iuribus, rationibus, & auctoritatibus. Et primo ex tex. in l. si quando. C. de inof. testamen. ibi, nisi vt habeat legitimam, & consuetam testamenti factionem. & in l. omnium. C. de testamen. ibi, si vltimum comprobetur, & ibi, vt libero arbit. cui testandi facultas
2 suppetit &c. Nam † sicut quando Princeps confirmat testamentum alicuius, censetur confirmare secundum naturam testamẽti, ita quòd potest illud reuocari, & aliud fieri per testatorem, quia id prouenit à natura testamenti, vt per Paul. de Cast. in d. l. omnium. numero 6. Salyce. numero 2. & Fulgos. ét numero 2. post princ. vers. in textu ibi, detegant, & est communis opinio, vt testatur ibi
3 Ias. numero 5. pariter †. quando Princeps concedit facultatem testandi, censetur illam concedere secundum naturam testamenti, quæ est, vt sit reuocabile, & ad idem fuit allegatus tex. in l. secunda, §. testamentum, ibi, supremam voluntatem, quemad. testamen. aper. Meritò facultas faciendi testamentum debet intelligi respectu suprema voluntatis, quàm primum testamentum reuocatum non constet. Facit tex. in l. 1. C. de sacr. sanct. eccles. cuius verba sunt clara ibi, vt supremæ voluntatis &c. & comprobatur per tex. in auth. de iureiuran. à moriente præstito. in prin. ibi, dispositiones morienti esse firmas. sed dispositio, quæ est in primo testamento reuocato, non est talis, quia per secundum testamentum ab ea censetur recessum, & tamen attendenda est vltima voluntas, facit tex. in l. furiosum. & in l. eunuchis. C. qui testamen. facere pos. Ex quibus secundum Dominos apparet manifeste opinionẽ Dec. & sequacium de iure non posse substineri.

Quòd verò ad rationes omissis his, quæ satis accurate adducuntur per R.P. Dominum Franciscum Sarmiẽ. de reddit. eccles. par. 4. cap. 4. & per D. Martin. Ayrilque. Doctorem Nauarrum in sua apologia, facit illa ratio, q
4 † quælibet dispositio recipit interpretationem à subiecta materia, etiam verba impropriando. l. si vno, loca. l. insulam. de præscrip. verb. cum vulgar. & multa exempla ad hoc adducit Neuizan. consi. 92. numero 14. & sequen. Aym. consi. 245. num. 5. & 6. Secundò facit, quia huiusmodi facultas sicut quælibet alia dispositio, recipit interpretationem passiuam à iure communi, vt per Ale. &
5 alios in l. prima. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falcid. cùm † aũt de iure communi admittatur reuocatio primi testamenti ex alio posteriore, ita debet admitti stante huiusmodi facultate, præsertim, quia potestas faciendi testamentum competit nobis ex dispensatione potius, vel ex gratia, q̃ mero iure, vt per Abb. in rub. de testamen. nume. secundo, Guliel. de Benedic. in cap. Raynutius, eodem titu. in verb. condidit, il primo, in princ. & latius in verb. testamentum, il primo, num. 5. Soc. in rub. ad l. Falc. nume. 1. & seq. Vnde ista particularis dispensatio respectu facultatis testandi debet recipere interpretationem ab ista dispensatione competenti de iure communi. Accedit, †
6 sicut facultas testandi recipit interpretationem à iure communi, quòd testamentum habeat omnes solemnitates à iure requisitas, vt in d. l. si quando C. de inoffi. testamen. ita non videtur posse dari ratio diuersitatis, cur nõ debeat recipere hanc passiuam interpretationem respectu reuocabilitatis, seu mutationis voluntatis, quia verba facultatis debent intelligi de testamento valido. l. 4. §. condemnatum. de re iud. l. non putauit. §. non quæuis. de bon. poss. contra tabul. Vnde necesse est intelligere de eo testamento, quod morte fuerit confirmatum, vt in capi. cum morte. de celebra. missar. tunc enim testamentum sortitur naturam irreuocabilem, cùm moritur testator, vt inquit Apostol. ad Hebręos.

Confirmantur prædicta, quia testamentum habet tacitam conditionem, nisi fiat secundum, vt dicit ipsemet Dec. in consil. 489. numero 3. Soc. iun. consi. 114. nu. 15.
7 lib. 3. Cùm † itaque tacita conditio ita suspendat sicut expressa, secundum glo. in l. item quia. §. primo, in verb. male agitur. de pact. quæ est communiter approbata, vt testatur Dec. in consi. secundo, numero 4. sequitur, quòd is qui facit testamentum, dicitur facere actum non pure, sed conditionaliter. Cùm autem ista cõditio deficiat, ex quo secundum facit testamentum, infertur necessariò, quòd perinde sit ac si ab initio nullum fuisset factũ testamentum. l. vnica, §. finautem aliquid sub cõditione. C. de caduc. tollen. l. pecuniam. si cer. peta. & ibi Alexan. numero 4. & Iacob. de sancto Georg. numero 3. Rimin. consi. 119. numero 15. si igitur quis testatus fuit conditionaliter, & conditio deficit, ex quo aliud fecit testamẽtum, non potest dici, quòd per primum testamentum sit consumpta facultas testandi, quia paria sunt nil fieri, vel fieri sub cõditione, quæ deficiat, vt in d. l. pecuniam. Rip. lib. primo, respons. cap. 2. nume. 22. & seq. quæ omnia eo facilius procedunt, si inspicere velemus mentem, & intentionem tam impetrantis, quàm concedentis, ex quo respectu Papæ concedentis hanc facultatem, nulla ratio

ratio suadet, cur magis intellexerit de primo, quàm de secundo testamento, quia nihil sua interesse videtur à principio, an primum potius valeat, quàm secundum: & propterea, cùm sit eadem voluntas quoad vtrumq;, non debet ista facultas restringi ad primum. Anto. de Butr. consil. 30. numero primo, cum alijs de quibus per Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone, in 10. limit. de verb. significa. Similiter ex parte impetrantis hoc idem dicendum est, quia aliter sibi imponeret legem à qua recedere non posset, contra tex. in l. si quis in prin. de leg. 3. & in l. si fratres. §. idem respondit. pro soc. Maximè, quia huic primo testamento non solum ipsa definitio de qua in l. prima, de testament. sed ne verbum quidem ipsius conuenit: nam dum dicitur, voluntatis nostræ, non conuenit, quia est reuocata: dum dicitur, iusta sententia, minus etiam, quia est contra naturam testamentorum, vt patet ex prædictis: dum verò dicitur, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit, pariter non conuenit, quia cùm primum testamentum sit reuocatum, est potius de eo, quod quis fieri nolit. Tum etiam, quia absurdum esset, quòd quis cogeretur relinquere ei, cui nihil relinquere velet nouis superuenientibus causis post primum testamentum conditum. vt de adim. leg. per tot.

Non obstant modo rationes, quibus mouentur Dec.
8 d. consi. 512. & alij supra citati, videlicet, quòd in † materia odiosa in actu hominis dispositio quælibet intelligitur de primo actu, vt in d. l. boues. §. hoc sermone.

Quoniam prædicta regula non procedit, vbi subiecta materia aliud suadet, vt quia actus sui natura sit multiplicabilis prout in hoc casu, vt per But. in d. consi. 30. sub nume. primo, Tiraq. d. §. hoc sermone. in secunda limi. & etiam in 18. limit. prout etiam prædicta regula nõ procedit, vbi secundus actus est reuocatorius primi sui natura reuocabilis, vt per Tiraq. in 17. limi. post alios quos allegat. Tertia regula non procedit, vbicunque constat ad quem effectum fuerit facta concessio, seu dispositio, nisi effectus sequatur, vt per Bal. in l. inuitus. nume. 8. C. de procur. cum alijs multis cumulatis per Tiraq. in 6. limit. Quarta regula non procedit, vbi durat post primũ actum, & manet eadem ratio dispositionis, vt procedatur ad secundum actum, vt per Tiraq. in 10. limit.

9 Non ob. quòd materia sit odiosa, quoniam † præter id, quòd etiam in materia odiosa verba retinent eorum proprietatem, vt per Aretin. in l. cum lege. de testament. Calder. consil. 1. de consanguinita. & affin. Dec. consi. 76. nume. secundo, post princip. & in consil. 113. nume. 6. & in consi. 114. nume. 3. in fi. & consi. 128. ad fin. cum multis alijs, quæ ad hoc propositum possent cumulari, hoc odium, vt supra dictum fuit, nõ magis influit in primũ testamentum, quàm in secundum, quoniam non potest considerari odium, nisi propter præiudicium ecclesię: & tamen est absolutum, quòd saltem vigore huiusmodi facultatis potest episcopus validè facere primũ testamentum, & etiam secundum, secundum Doct. & alios sequaces, & per consequens consideratio respectu odij nihil vrget. Præterea si verum est, vt dicunt Docto. sequentes opinionem Dec. quòd in materia odiosa verba sunt intelligenda, vt minus recedatur à iure communi, quàm fieri possit, ex quo recessus à iure communi continet odiũ: receditur autem à iure communi ex eo, quia episcopus vigore facultatis potest de redditibus ecclesiæ post obitum disponere. Disponit autem de huius redditibus per primum testamentum, non obstante isto recessu à iure communi, in quo inest odium, & per consequens debet posse disponere per secundum testamentum, in quo non militat maius odium, quàm in primo. Immo maius odium militaret, si non posset primum testamentum reuocare, ex quo magis recederemus à iure communi disponente, quòd ambulatoria sit voluntas vsque ad vitæ supremum exitum. l. 4. de adim. lega. & insuper violarentur omnes regulæ vltimarum voluntatum, vt in iuribus supra citatis. Item sequeretur, quòd licentia testandi trã firet in licentiam contrahendi, si primum testamentum non posset reuocari. l. sicut. C. de action. & obligat. ex quibus apparet, quòd ista consideratio odij propter recessum à iure communi potius facit pro ista parte contra Dec. & sequaces.

Tertiò, non obstat ratio Soc. iun. quòd ista facultas testandi consumitur in primo actu, ex quo episcopus dicitur hoc facere de iure speciali. Quia fuit responsum, q̃ ista consideratio posset procedere si essemus in iudicialibus, vt per Tiraq. in prima limit. nume. 47. & seq. Præterea illa consideratio non procedit, vbi materia sui natura est reuocabilis, & etiam vbi consideratur effectus, vt in limitationibus supra deductis, & per Tiraq. in 6. li-
10 mit. num. 10. Et † prædicta possunt confirmari exemplo militis damnati, qui iure speciali testatur de rebus castrensibus tantum, vt in l. & militibus. C. de testam. mili. & in l. ex militari. de testamen. & tamen dubium non est plura posse condere testamenta. l. quærebatur. de militari. testamen.

Rursus considerabant Domini in casu isto, materiam habere multo minorem difficultatem attentis verbis amplissimis, & generalibus ipsius facultatis testãdi, quatenus in ea dicitur, pro libito tuæ facultatis libere, & licite valeas, plenam liberam, & omnimodam licentiam, & facultatem concedimus &c. ex quibus verbis manifeste constare videtur, datam esse licentiam non solum semel, sed & pluries testandi, aliàs episcopus non diceretur posse libere disponere, nec illa verba, plenam & omnimodam, operarentur suum effectum prout cõsiderat Thob. Non. consi. 18. num. 8. 9. & 10.

Quòd verò ad auctoritates, istam partem tenet Ioan. And. in c. non potest. in vltimis verbis. de præben. in 6. &
11 ibi Gemi. † & in §. illud. in fi. Bal. etiam hoc idem velle videtur in c. primo, §. primo, num. 21. de pace constan. quę refert, & sequitur Alexan. in add. ad Barto. in l. omnes populi. nu. 29. in ver. non potest. de iust. & iur. sequitur Tiraq. in 17. limit. Card. Alban. in tract. de Card. q. 48. Nauar. & Sarmient. supra citati. Vasq. in l. si quando, numero 8. C. de inoffi. testamen. Till. Fern. in l. 4. tau. nu. 6. cum seq. Molli. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 12. num. 45. Camera. in c. imperialem. de prohibit. feud. alien. fol. 62. col. 2. à tergo ver. sed pulchrum erit hic quærere, per plures col. vbi asserit, q̃ iuraret de credulitate, quòd illud resupinum, vt ipse inquit, responsum non fuit Dec. & eandem opinionem sequuntur Moder. Eugubię. in consil. 83. nu. 26. in fi. & seq.

Ex quibus patet, istam partem munitam esse non solum iuribus, & rationibus, sed etiam maioribus auctoritatibus. quibus stantibus non est opus insistere super secunda parte primæ difficultatis, an secundum testamentum liceat inualidum, sufficiat pro reuocatione primi, quia vt conclusum est, secundum testamentum est validum, tametsi vbi daretur primum testamentum validum, & secũdum inualidum, tenebant aliqui ex Dominis non sufficere pro reuocatione primi, ex regula,
12 † quæ habet, quòd ille qui non potest actum facere de
13 nouo, non potest illud destruere, vel reuocare. Ideo † testamentum factum ante ingressum religionis non potest reuocari ab ingresso post annum professionis, quia cum non posset amplius testari, ideo non debet posse testamentum iam factum reuocare, vt per Imol. in l. 1. sub nume. 13. de testamen. Dec. post alios in ca. in præsentia, nume.

nume.68.de proba.Gozadin.in consi.41.nume.16. cum
14 pluribus seq. Præterea † clarum videtur, quòd secundum testamentum non reuocat primum, nisi sit solemne,& validum.§. posteriore.& §. ex eo autem.Insti.quib. mod.testam.infirm. Couar.in rub.de testam.in 2.par.numero 21.& in ver.septima cõclusio. Sed Domini, vt plurimum istam disputationem omiserunt tanquàm non necessariam stante prædicta opinione.

Quantum verò attinet ad secundam principalem dif
15 ficultatem,fuit pariter conclusum,huiusmodi † facultatem testandi durare etiam post obitum Pij 4. concedentis:regulariter enim gratia Papæ non expirat eo mortuo etiam re integra, vt in cap.si super gratia.de offi. delega. in 6.Rot.decis.12.eodem ti.in nou.& decis.86.de rescr. in antiq.Dec.consil.407.numero 17.Rebuf. in pract.benefic.ver. de gratia rationi congruit.nume. 2.& 3.multos cumulat Gabriel. in ti.de præben.conclus.prima, & hanc opinionem in terminis nostris renuerunt Docto. Nauarr. & Sarmient. in locis supra citatis, vbi bene respondent omnibus rationibus quas adducit Soc. iun.d. consilio 89. & ex recentioribus ita consuluit Borsat. in consi.29.Natt.647.& Moder.Eugubien.in allegato.consil.83.num.19.

COTTÆ.

Gerunden.Sacristiæ. Lunæ 26.Maij.1567.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio facta à Papa,nulla facta mentione Decreti, cui derogandum esset,nullius est momenti.*
2 *Prouisio Papæ intelligitur comprehensa in concilij Trid. decreto sess.24.c.18.& nu.3.*
4 *Forma adhibenda actui ex concilij decreto,etiam prouisionem Papæ comprehendere dicitur, nisi derogatum reperiatur.*
5 *Beneficium curatum non dici, cuius cura non incumbat ecclesiæ, vel episcopo,sed ea exercenda per accidens pluribus promiscuè datur.& nu.6.& 7.*
6 *Beneficium curatum illud dicitur, cuius cura per votum, vel plures administratur,& ecclesiæ, vel episcopo incumbat.*
7 *Oldradi opinio quomodo saluetur propter decretum concilij Tridentini in contrarium statuentis,& nu.8.*
9 *Forma examinis decreta in concilio Trid. nunquàm prætermittenda,etiam si cura beneficij ecclesiæ, vel episcopo incumberet,& per plures administraretur.*
10 *Papa præsumitur scire omnia cõcilij Decreta,& ea subijci eius voluntati.*
11 *Notitia decreti non sufficit haberi à Papa,nisi etiam adsit clausula derogatiua.*

DECISIO XLVIII.

PRoposita causa,pàtres in eam plane sententiã deue
1 nerunt,locum esse sacri Conc.decreto, in sess.24. ca.18.ita† vt prouisio Papæ,nulla decreti ipsius factæ mentione neque adscripta decreti derogatione, nihil prorsus ad beneficium obtinendum momenti habere censeatur.

Primò, quidem perpensis conc. verbis initio decreti insertis,illius.s.Quos omnino ad infrascriptum examen teneri mandat per obitum, vel resignationem, etiam in curia, seu aliter quomodocunque contigerit,etiam si parochialis ecclesia reseruata,vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter etiam vigore indulti, seu priuilegij in fauorem sanctæ Rom. ecclesiæ Cardinalium &c. Nam ijs verbis certo certius est,comprehensas etiam apostolicas Papæ prouisiones intelligi concilium voluisse, quoniam constat Papã sublata in vniuersum ordinarijs potestate, posse beneficia,quæ vel de facto, vel renunciante possessore vacent in curia, aut reseruata, vel quoquomodo affecta inueniantur, suo arbitrio conferre. De vacantibus quidem,siue mortuo, siue cedẽte in curia, vel intra duas dietas eo qui beneficia obtinebat,est rex.in cap.præsenti.de præben.in 6.in cap. secundo, de concess.præben.eo. lib.in extrauag.ex debito. de elec. & extrauag. prima, de præben.in communibus,& alibi sæpe,de affectis,& quacunque alia ratione reseruatis,in extrauag.ad reprimen. & extrauagan.execrabilis. de præbẽ. in communibus,& alijs similibus decretis,& constitutionibus ab Ænea de Falconibus in tracta. de reseruat. q.2. & à Simonetta in eiusdem tituli de reseruationibus inscripto opera,q.10, & 11.& in reg.cancell.3.

Hac animaduersione excitata Domini eo facilius ęsti marunt intelligi, apostolicã Papæ prouisionem illo concilij decreto contineri,vtpote in quo scriptum sit,etiam beneficia in curia vacantia debere ea forma adhibendi examinis obseruanda conferri: cùm præsertim in curia ex renũciatione in personam nominatim expressam coram Papa duntaxat necessario facienda, exclusa omnino ordinariorum potestate, vacantia non possent ab ordinarijs dari,sed ab ipso Papa tantum concedantur.c. ex parte.de offi.deleg Rebuf.in prax. beneficior.sub rub.de resign. cond.in princ.

Putarunt enim Domini istis verbis decreti iam notatis dilucidius mentem perspici, cùm omnes vacandi in curia modos omnia affectionis, seu reseruationis genera apertè concilium declarauerit voluisse examinis formæ veluti vinculis, & cathenis constringi generaliter loquendo, & propterea nihil pẽnitus excipiendo.l.3.§. generaliter, de leg.præstan. neq; distinguendo.l.de pretio, de publ.in rem act.& simil.

Considerarunt etiam patres alia verba principio Decreti adiecta, illa videlicet,etiam si cura ecclesia, vel episcopo incumbere dicatur, & per vnum, vel plures administretur.Quibus † sanè verbis etiam adducti sunt,vt crediderint id beneficium de quo agitur, decreto ipsius Cõcilij aperte comprehendi, cùm exploratũ sit ipsius quoque Antonij confessione narrantis in prouisione apostolica,obtinentes tale beneficium exercere curam alterius hebdomadis,beneficium huiusmodi curam habere,quoniam satis liquet non externam neque aduentitiam administrationẽ solumve ministerium impositum, confuse promiscue communiter ad tempus pluribus exercendum inuicem narrari, sed plane exprimi curam vicissim singulis hebdomadis inhærentem natura sua, proprie, electę, discretę, perpetuo à pluribus administrari: & propterea negari non potest episcopo, vel ecclesiæ curam istius beneficij incumbere, illudque curatum iudicari, etiam si pluribus alternis hebdomadis exercendam curam ecclesia,vel episcopus distribuerit,vt post Archid.in cap.sicut in vno.26.q.2. & in cap. cum non ignores, vbi Hostien.de præben.consuluit Oldra. consil. 67. cuius initium est,si duo,vel plures,numero primo,in fi.& numero secundo, versic.secus si perpetuo,& num.3.Atque idcirco Domini tenuerunt hanc sententiam, tanto magis decreto Concilij contineri hanc Papæ prouisionem, qa in eo decretum fuit, omnes prouisiones fieri oportere,adhibita illa examinis forma, etiam si cura ecclesię, vel episcopo incumbat, vt per vnum pluresve inuicem administrentur: tritum est enim dictum, si non cessant verba legis,non cessare legis dispositionem, vt no.in l.4.

§.totius

§.toties.vbi Castren. & alij de damno infecto.

Præterea addidere Patres,ponderanda etiam illa sacri Concilij decreti verba in eo cap.18. adscripta,prope fin. aliàs prouisiones omnes, seu institutiones præter supra-
3 dictam formam factæ, † subreptitiæ esse censeantur,nõ obstantib.huic decreto exemptionibus,indultis,priuilegijs, præuentionibus, affectionibus, nouis prouisionibus &c. Quibus probarunt Domini, quòd antea notaui generaliter loquendo Concilium, & adijciendo verbũ, omnes, nullam voluisse omnino exclusam esse prouisionem, cùm non solum ordinariorum prouisiones secutũ esse concilium, sed omnes dixisse patent,neque enim facile recedendum est à verborum, vt dicitur generalitate.l.prima,§.si is qui nauem.de exercit.not.gl.in c. humanæ aures,22.q.1.Roman.consi.389.circa primum quæstionis articulum.

Idque eo magis,quia eo ipso loci vbi conc.clausulam adiecit,qua irritas omnes præter formam adscriptam facta§ prouisiones declarauit, nominatim etiam de nouis prouisionibus mentionem fecit: nouas autem prouisiones nemo vnquam inficiabitur, à Papa duntaxat posse concedi, vt no.in ca.post electionem, de concess.præben. gl.in reg. cancel.62.Rebuf.in prax.benef.sub tit.de nou. prouis.& simpl.in prin.

Comprobauit hanc sententiam ex decreto, aliter gestum factumq; omnino irritum declarante ibidem inserto, quia forma adhibenda actui ex legis, seu concilij
4 decreto,si prętermittatur, † etiã ipsius Papæ prouisionẽ, in qua minime eum decreto derogatum constet, vacuã & inanem reddit.c.pen. vbi Lap. & Gemin.in fin.de præben.in 6.clem. prima,de concess.præben. & ibi no.

Ex quibus dixerunt Patres nihil obstare, quæ Antonij Aduocati scripserunt. Quod enim attinet ad argumen-
5 tũ illud.s.nõ dici curatũ bñficiũ,† cuius cura inuicẽ exercenda pluribus datur ex eo Oldr.consi.67. Ideoq; prouisionem illius beneficij non elidi decreto Concilij, Responderunt Domini, quòd supra annotaui,consil.illud Oldradi intelligendum, vt plane loquitur, si aduentitia esset administratio externave annexa,ex cura promiscue pluribus exercenda,non autem, vt in casu proposito vbi beneficio p se inhæreret cura, ecclesiæ vel Episcopo incũbens, & ab ipso superiore Ecclesiæ pluribus vicissim in perpetuum discreto,quàm à singulis, & proprie singulis hebdomadis administranda cõmitti soleret.cap.sicut in vna, 20.q.2.& ibi Archidiac.& alij antea citati.

Immo † duo subiecerunt Patres, & supposuerunt ra-
6 tionem, cur sic opinarentur,quoniam expressum verbis concilij inuenerunt, curatum censeri beneficium,cuius cura per votum,vel plures administretur,& Ecclesię,vel Episcopo incumbat. in quibus verbis cũ nulla sit ambiguitas, non potest esse voluntatis quæstio. l. ille aut il-
7 le.§.sed cum in verbis.de leg.3.idcirco † vel ita accipiendam,vt dixi Oldr.in eius consi.67.opinionem atque interpretandam vti recte significatam ibidem constat, si promiscue scilicet, & vt ibi scriptum est, indeterminate administratio & ministerium beneficij exercẽdum pluribus commissum sit, neque episcopo vel ecclesiæ cura incumbat,non autem vbi cura inhærens beneficio incũbit Ecclesiæ, vel Episcopo, & pluribus inuicem proprie, & discrete administranda, vt hoc casu demandata inueniat: tunc enim & Oldr. in eo consi.67. probatũ, & decretum concilij nominatim cautum voluit, eiusmodi beneficium quasi cura per se inhærente affectum examinis formæ subiectum intelligi.

Vel certe affirmarunt Domini,censendum esse de industria concilium adiecisse ea verba, per vnum, vel plures, &c. & cura ecclesiæ, vel episcopo incumbat &c. vt
8 † Oldra. opinionem euelleret, & disputationes tolleret, cauendo palam verbis oportere, præponendos beneficijs,quorum cura etiam per plures administretur,ecclesiæ,vel episcopo incumbens,subijci examini, quia si locus esset simpliciter consilio illi 67.& nõ intelligeretur, vt dictum est, proculdubio pugnarent inter se cõsilium Oldr. & sancti Trident. concilij decretum, & non esset admittendum, vt neutrum ratum haberetur: sed illud consi.Oldr. quatenus pugnans decreto concilij, pẽnitus abrogatum, cum consistere non posset,posteriori sancti concilij constitutioni contrariari: scitum est enim illud, priores leges, & decreta ne dum opiniones contrarijs posterioribus emẽdanda corrigi atque omnino tolli.l.sed & posteriores, vbi gl. de legib. meritò igitur Patres censere se dixerunt, aut cons. Oldr. vt sane locutum esse constat, & supra fuit declaratum, debere intelligi: aut abrogatum pẽnitus fateri necesse esse concilij decreto, in quo, cum sit casus legis, nihil amplius est quærendum.l.ancillę. C.de furtis.

Eiusmodi fere etiam ratione responderunt Domini reliquis omnibus, quæ in contrariam partem fuerũt allata, & Sarnen.reg. de idiomat.q.111. numero 6. annotata. & in causa Barchinen. hebdomadar. maioris S. Stephani de Pahusde mense Nouembris, 1556. & mense Martij, 1557. ab Ant. Augu. in Rotæ auditorio animaduersa.

9 Dixerunt enim Patres,ea † omnia posse locum habere,circunscripto decreto cõcilij tã ex parte loquente, & ideo obtinuisse in regula de idiomate,in qua nõ legũtur tam ampla tam late patentia verba, quæ concilij decretum expresse volũt,vt dilucide demonstrat,formam examinis non prætermittendam etiam si cura beneficij ecclesiæ, vel episcopo incumberet, & per plures administraretur. quibus verbis ita perspicuis mentem concilij aperte significantibus,& si alicui duris aliquãdo visis statum est,quoniam ita lex scripta est.l.prospexit,versic.sed ita lex ff.qui & à quibus manu. Et idcirco ex diuersis nõ esse ducendum argumentum. l. Papinianus exul, de minor.

10 Neque verò quicquam mouit Patres, quòd † Papæ nota erant omnia concilij decreta, idq; in primis notissimum, & in prouisione Antonij narratum inueniretur, obtinentes illius beneficij curam exercere alternis hebdomadis vna cum hebdomadario.ex quibus verbis Antonij aduocati conabãtur Dominis persuadere, credendum saltem esse,Papam cuius præsertim arbitrio, & voluntati ac iudicio omnia sunt decreta concilij subiecta, vt in sess.25.c.21. in hac Antonij prouisione noluisse locum habere decretum concilij,prouidendo non adhibito examine.

11 Quoniam dixerunt Domini, non sufficere † notitiã decretorum, in quibus adscriptæ sunt clausulæ, irritum aliter actum gestumve reddentes, nullumq; declarãtes, nisi in ipso actu à Papa etiam gesto adsit decreti derogatio,quam necessario à Papa quoque dignoscente se contra decretum facere,adijciendam literis gratię,alioquin ea cessante decretũ omnino ratum esse cẽsendũ traditur in c.ex parte,de capp.monach.vbi Hostien. idem in sua summa in ti.de rescri.§.quos,ver.51. & ver.sed & verò,& ver.sed sunt casus.ẽt probatur in c.eam te,de æta. & qualita.& in c.porrecta,de confirmat. vtil. vel inutil. & apte prosequutus Oldra.consi.326. in prin.ver.& in primis.

Neque aliud illo c.21.sess.25. statutũ reperitur, quo sane, vt pareret atque etiam necesse voluit consiliũ omnia, & singula in eo sacro conuentu Eucomenico statuta,ita decreta fuisse, vt in illis salua semper sedis apostolicæ auctoritas, & sit, & esse intelligatur.Et propterea re-

sponderunt

ſponderunt Patres potuiſſe quidem Papam ſi voluiſſet decreto examinis derogare, ſed noluiſſe, ex quo patet nullam penitus adieciſſe derogationem dicto conſil. Oldra. 326.

Præterquam, quòd nonnulli ex Dominis conſiderabant illud cap. 21. ſeſſ. 25. intelligi de approbatione, & confirmatione concilij, quæ à Papa erat adhibenda, & iam ſua ipſius ſummi Pontificat. authoritate durata concilij fuerant comprobata die Mercurij 16. 1564. vt in bulla confirmationis.

Illicò autem Domini reſeruatum voluerunt conſenſum, & hac de re colloquium noſtrum habendum. An ſcilicet Antonio facta prouiſio apoſtolica appareat eo tempore quo nondum in prouincia Gerunden. fuiſſet promulgatum concilium, aut fortaſſe cum adhuc ipſius concilij obſeruandi præſtituta, aut prorogata dies lapſa non eſſet.

COTTÆ.

Albanen. fideicommiſſi. Lunæ 14. Iunij 1574.

SVMMARIVM.

1 *Verbum poſitum inter duas orationes, æqualiter vtraſque determinat.*
2 *Copula, &, vtrunque ex copulatis æqualiter determinat.*
3 *Dicto, dicta, habet relationem ad præcedentia.*
4 *Subſtitutio facta poſt mortem plurium ſemper fit ab vltimo moriente.*
5 *Conditionis euentus ſpecificus attendi debet in fideicommiſſo conditionali.*

DECISIO XLIX.

1 MAior pars Dominorum tenebat, clauſulam, & quòd ſemper, ſtare conſecutiue, tum quia regitur ab eodem verbo, voluit, poſitum † in proxima oratione præcedenti. Bar. in l. prætor §. eritque differentia. ff. vi bon. rap. idem Bar. in l. Seio. §. Caio. de fun. inſtruct. Soc. in conſi. 27. nu. 18. vol. 4. Ant. & Imo. in clemen. prima, de ſupplen. neglig. præla. Gl. in §. idem lapilli, in ver. inuentoris, Inſtitu. de rer. diuiſ. Gem. in capitu. vbi periculum. §. nulli. de elect. in 6. Dec. in conſil. 92. Iaſ. in conſi. 134. ver. nam aduertendum eſt, lib. 1. Tum pro-
2 pter copulam, &, cuius † natura eſt vnum ex copulatis cũ altero implicare, & omnia inſimul coniungere, & reducere ad æqualem determinationem. Bar. in l. 3. §. ſi duo. ff. ad Carbon. Aretin. in l. ſi pater. §. ſi nemo. ff. de vulg. & pupil. Iaſ. in conſi. 228. col. pe. lib. 2. Tum etiam ſtante di-
3 ctione, dicta, quæ † habet relationem ad præcedentia, ad eo quòd illa repetit cum omnibus ſuis qualitatib. Dec. in conſi. 291. col. 4. ver. venio ad ſextum. & in conſi. 465. nume. 8. Rui. in conſi. 118. nu. 8. vol. 1. Pariſ. in conſi. 86. nume. 36. cum ſeq. vol. 2. Tum & vltimo ſtante conſuetudine ipſius teſtatoris, qui cùm vult aliquid principaliter facere, incipit, per dictionem, item, vel ſimilem, à qua conſuetudine licèt arguere. l. vel vniuerſorum. ff. de pig. act. l. ſi ſeruus plurium. §. ſi. de lega. 1. Vnde ſi d. clauſula ſtat conſecutiue, igitur nõ continet fideicommiſſariam inter deſcendentes, ſed tantum vulgar. vt per Soc. Alex. Iaſ. Rui. Rimin. & alios pro parte pupillorum allegatos: potuit enim poni dicta clauſula ad tollendam dubitationem, quæ poterat eſſe, an appellatione filiorum venirẽt nepotes, quando agitur de inducẽdo fideicommiſſum, vt fuit dictũ in reſolutione facta ſub die 24. Ian. 1567. Coram bon. men. Grato.

Præterea etiam vnus ex Dominis addebat, quòd clauſula illa, ſi ſine liberis, cenſetur repetita in ver. & quod licet conditio fuerit purificata, quia tres ex filijs Antemi obierunt ſine filijs, hoc non ſufficere, niſi omnes moriã-
4 tur, ea ſane ratione, quia † ſubſtitutio facta poſt mortem plurium ſemper fit ab vltimo moriẽte, vt per Curt. iun. conſi. 261. nu. 7. lib. 3. ſed cum vnus filius deceſſerit cum
5 filijs, conditio fideicommiſſi non fuit purificata, qa † in fideicommiſſo conditionali ſemper euentus conditionis ſpecificus attendi debet. Anan. conſi. 66. vbi Bologn. Dec. conſi. 89. col. 3. Curt. iun. conſi. 88. nu. 8.

Pro quorum comprobatione plura etiam fuerũt ponderata, & inter cętera.

Primò, quia ſi conſiderantur perſonæ, quibus fit ſubſtitutio, in iſtis non reperiuntur, niſi filij, ſi decederent ſint filijs: ſi verò perſonæ ſubſtitutæ, in iſtis infinitus eſt numerus. Ideo cùm ſubſtitutio ſit facta tantum filijs inſtitutis, non attenditur vlterius, tantò magis, quia agimus de inducenda ſubſtitutione ſub diuerſa conditione à teſtatore non expreſſa, quòd valde durum Dominis videbatur.

Secundò, quòd in prohibitione diuiſionis ſolum ponuntur filij inſtituti.

Tertiò, quòd in ver. quòd ſi non contingat, ſolum dicitur de filijs inſtitutis.

Quartò, quòd fœminæ maritatæ in domo de Sabellis ſolum vocantur, quando omnes filij inſtituti decederent ſine filijs, & non quando illi deſcendentes ab illis decedant ſine filijs, quod fuit habitum pro maximo argumento.

Quintò, quòd in ver. quas omnes, vbi teſtator repilogat omnes ſubſtitutiones, omnes nominat, & ſolum ſubſtituit dictis ſuis hęredibus vniuerſalibus inſtitutis.

Sextò, quòd in ver. item non ignorans, teſtator non ſolum prohibet Trebellianicam, ſed etiam repetit verba, per quæ denotatur, quod fideicommiſſum ſit iniunctũ primis hæredibus inſtitutis, & dicit hanc eſſe ſuam voluntatem.

Septimò, quòd vocat in ſtirpes, non in capita.

Octauò, quòd datur facultas diſponendi, quando decedunt cum filijs, ex quib. demonſtratur teſtatorem minime voluiſſe grauare ipſos deſcendentes ab hæredibus inſtitutis, ex allegatis per informantes pro parte pupillarum. Cæterum, quia cauſa eſt grauis, ex dictis rationibus viſum fuit Dominis remittere cauſam ad Calendas.

COTTÆ.

Mediolanen. Matrimonij. Veneris 18. Decembris 1573.

SVMMARIVM.

1 *Fides, vt adhibeatur atteſtationi, quæ requirantur.*
2 *Habitus geſtatio non probat profeſſionem, dum is, qui geſtat, ſit extra monaſterium.*

DECISIO L.

FVit tentum, profeſſionem ad effectum, de quo agitur, ſufficienter non probari, cùm ea deducatur per viam obiectus, quo caſu plene eſt probanda ex allegatis.

Nec obſtare licentiam diſcedendi e religione, atteſtationem magni magiſtri, depoſitiones teſtium, priuilegium religionis etiam à Pio quarto approbatum, geſtationem habitus, confeſſionem factam in literis ſacræ pœnitentiariæ, ac bannimenta. Quoniam iſta omnia fuerũt ſublata,

ſublata, ex reſponſionibus datis p informantes pro Lampugnano, quæ Dominis placuerunt. Vltra quod quoad
1 d. priuilegium reſponderunt etiam non obſtare, ex † quo iuxta illius tenorem ad effectum, vt atteſtationi adhibeatur fides, requiritur vt dicta atteſtatio fiat non ſolum à
2 magno magiſtro, ſed ét à Conuentu. & ad † geſtationem habitus dixerunt illam non probare profeſſionem, cum fuerit extra monaſterium. ad Io. Fabr. in authen. ingreſſi. nume. 17. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. Felyn. in conſil. 29. numero 3. & 4.

COTTÆ.

Albanen. fideicommiſſi. Die 4. Octobris. 1571.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum etiam vniuerſale inducitur ex verbis, & mente teſtatoris, vel ex coniecturis collectis ex verbis teſtamenti.*
2 *Verba enunciatiua inducunt fideicommiſſum.*
3 *Nepotes in capite quo filij vocantur ad fideicommiſſum, veniunt appellatione filiorum.*
4 *Fideicommiſſum inter deſcendentes inductum cenſetur per verba, quòd hæreditas tranſeat ad filios filiorum.*
5 *Tranſitus hæreditatis commodè fieri non poteſt, niſi præcedens gradus ſit grauatus reſtituere ſequentibus.*
6 *Filij quando cenſeantur vocati per vulgarem, & quando deſcendentes.*
7 *Fideicommiſſum inductum cenſetur inter deſcendentes maſculos per verba habentia tractum ſucceſſiuum.*

DECISIO LI.

PRæmittendum eſt, quòd effectus huius dubij eſt, an Ludouicus qui deceſſit ſine filijs maſculis, ceſſauit grauatus reſtituere Chriſtoforo ſuo fratri ſuperſtiti portiones, quæ eis obuenerunt in effectu per mortem patruorum eorundem, & hoc ſignificant illa verba in caſu de quo agitur. Secundò præmittẽdum eſt, quòd deciſio de qua in tertio præſuppoſito, quòd verba verſic. & quòd ſemper, ſint apta inducere fideicommiſſum. Quibus ſtantibus concluſum fuit, quòd per verba, de quibus in verſic. & quod ſemper, ſit inductum fidei-
1 commiſſum. Quia † certi iuris eſt, quòd fideicommiſſum etiam vniuerſale inducitur ex mente, & verbis teſtatoris, vel ex coniecturis collectis ex verbis teſtamenti. I. cum proponebatur, de lega. 2. & hoc recipitur communiter à Doc. tam in lecturis, quàm in conſilijs. Vnde ſtante prædicta reſolutione, quod verba prædicti verſicu. & quod ſemper, ſint apta inducere fideicommiſſum, conſequẽter ſequitur, fideicommiſſum fuiſſe à teſtatore inductum, nam quorſum inducta ſint verba, niſi vt demõſtrent voluntatem dicentis, nec aliquis dicit, quod non
2 ſentit. l. Labeo. de ſupellect. leg. & † ſi verba enunciatiua inducunt fideicommiſſum. d. l. cũ proponebatur, multo magis verba diſpoſitiua. l. 1. C. de ſacr. ſan. eccleſ. cum ſimil. & cum in verbis nulla eſt ambiguitas, nõ eſt admittenda voluntatis quæſtio. l. ille, aut ille. §. 1. de leg. 1. & in vltimis voluntatib. non eſt recedendum à verborum ſignificatione. l. non aliter. in prin. eo. titu. Et hoc, quod in huiuſmodi verſi. ſit inductum fideicommiſſum in caſu, de quo agitur, comprobatur ſequentibus rationibus.

Et prima eſt, qa teſtator ortus ex antiqua, & nobili familia de Sabellis, habens ampliſſimum patrimonium, & ciuitatem Albani cum omnimoda iuriſdictione, oſtẽdit enixam voluntatem, quod hæreditas ſua conſeruaretur inter deſcendentes maſculos: quod oſtẽditur, qa excluſit filias, & inſtituit filios, & rurſus filijs deſcendẽtibus ſine filijs maſculis ſubſtituit alios filios inſtitutos, & eorum filios, excludẽdo ab iſta ſucceſſione fœminas: & rurſus in ſequentib. gradib. vocauit maſculos excludẽdo fœminas, ergo credendũ eſt, quod voluerit inducere inter deſcendentes maſculos filiorum inſtitutorum fideicõmiſſum, ne eo omiſſo contingeret prout in pñti caſu occurrit, qd fœminæ deſcendentes ſuccederent in d. hæreditate. Accedit, quod in d. ver. quando vocauit filios filiorum, ſubiecit illa verba, excluſis ſemper filiabus fœminis.

Secũda eſt, quia teſtator induxit fideicommiſſum in duob. caſib. Primus eſt, ſi quis ex filijs inſtitutis decederet ſine filijs, in ver. & voluit, & mandauit, quod ſi cõtingat, & vocauit alios maſculos. Secundus caſus eſt, ſi oẽs filij inſtituti decederent ſine filijs maſculis. in verſ. itẽ voluit, & mandauit, vocando filios maſculos, ex filiabus nuptis in domo de Sabellis, veriſimile eſt ſi volebat conſeruate hæreditatem inter maſculos deſcendẽtes, & excludere fœminas, quod induxerit fideicommiſſum in tertio caſu, videlicet inter ipſos deſcendentes maſculos, & hoc diſponit in d. verſic. & quod d. hæreditas. Confirmatur hoc, quia ſi teſtator prouidit in caſib. magis ſeparatis ad finem, vt hæreditas conſeruaretur in maſculos, vt in ſecundo caſu, probabile eſt, quod non voluerit prouidere in primo & tertio caſu, quia veriſimiliter facilius occurrere debebat, quàm ſecundus: & rurſus, quia cũ teſtator proſpexerit, vt hæreditas conſeruaretur inter maſculos, non eſt credendum, quod omiſerit hunc caſum frequentiorem.

Tertia eſt, quia ſi teſtator grauauit onere fideicõmiſſi filios maſculos inſtitutos ad effectum, vt inter eos cõſeruaretur hęreditas, multo magis dicendũ eſt, quod voluerit grauare fideicõmiſſum deſcendentiũ, vt inter eos cõſeruaretur hæreditas. Nec relenas, quod dicatur, q teſtator confidit de deſcendentib. vt inter ſe hereditate relinquerent, quia ſicut nõ confidit de filijs inſtitutis de qb. magis confidere poterat, quia prætulit illos filiabus relinquendo eis hæreditatem, multo minus confidere debebat de alijs deſcendentibus, quibus nihil reliquiſſet. Accedit, quia cum teſtator voluerit conſeruare hereditatem inter maſculos, intexuit viã iniungendo eis fideicõmiſſum potius, quàm dimittendo in ſua libertate. Ideo credendum voluiſſe fideicõmiſſum inter eos inducere.

Quarta eſt, quia in verſi. & voluit, induxit fideicõmiſſum in d. primũ caſum ſi aliquis ex filijs deceſſerit ſine filijs maſculis, qa ſuccederẽt alij ſuperſtites hæredes, ſeu ab eis deſcẽdentes filij legitimi. Vñ & in prædicto ver. & quod ſemp d. hæreditas, nõ induceretur fideicõmiſſum inter deſcendentes paſſiue, ſed actiue, vt in d. primo caſu d. ver. nihil operaretur, quia non eſt dicendum, & præſertim ex eo, quia verba ſonant potius in augmentũ præcedentium, & quod d. hæreditas, quàm ad declarationẽ. Nec probabilis eſt illa reſponſio, quòd hunc ver. ſubiecerit, vt comprehenderet nepotes, & alios deſcendentes, tum quia in illo caſu deſcendentes erant comprehenſi,
3 quia † in capite quo filij vocantur ad fideicommiſſum appellatione filiorum veniunt nepotes, ſecundum Bart. communiter receptum in l. liberorum. de verb. ſig. tum quia facile erat hoc per verba clara exprimere abſq; illa circumlocutione.

Quinta eſt, quia ſi in prædicto verſ. & quod ſp d. hæreditas, verba intelligerentur, quod deſcendẽtes maſculi ſint vocati in prædicto primo caſu, ſi filij hæredes inſtituti hęredes non eſſent, & ſic in illum caſum tantum quod repugnat eius ſignificationi: intelligendo autem, quod inducat fideicommiſſum inter deſcendentes, tunc in

pluribus casibus disiunctio verificatur: ergo cum testator voluit plures casus comprehendere, non conuenit restringendo eius dispositionē ad vnum tm̄ referri, & minus apta est illa ex positio, quod semp, ideſt in dicto casu.

Sexta, quia hic intellectus, quod ibi inducat fideicommissum in prædicto casu, si filij instituti decesserint sine filijs masculis, repugnat illis verbis, & quod d. hæreditas, quia testator in eodem testamento tam in præcedentibus particulis, quàm in subsequentibus, quando vsus fuit verbo, hæreditas, vel successio, non potest intelligi de tota hæreditate, sed de aliqua portione. Nec placet responsio, quod posset verificari in omnibus portionibus, quia hic casus non est comprehensus in d. versi. & voluit, sed in prędicto casu secūdo, in ver. item voluit, ibi, si omnes filij masculi, tenendo autem intellectum, quod accipiatur, vt inducat fideicommissum inter descendentes, tota dicta hæreditas est sub fideicommisso inter descendentes masculos.

Septima, quia testator in eod. ver. disposuit, quòd sem
4 per dicta hæreditas transeat ad filios filiorum, &† certe iste trāsitus non potest accommodari, nisi inducatur fideicommissum inter descendentes, nam intelligēdo aliter, oportet restringere d. verba ad vnum euentum tantum, si aliquis ex filijs instituris decederet sine filijs masculis, quo casu non diceretur hæreditas transire per descendentes, sed quod illa portio sola perueniret ad substitutos.

Octaua, quia in d. versi. testator, vltimo loco excludit omnes alios, nisi in casibus infrascriptis, ergo voluit descendentes vocare, ergo per fideicommissum, quia si intellexisset aliter, non occurrebat excludere alios, nisi in casibus infrascriptis, quia substituendo filios in d. primo casu alij erant exclusi, ergo aperta est mēs testatoris, quod voluerit omni casu, quod sua hæreditas perueniret à filijs instituris hæredibus ad eorum filios, & filios filiorum, quod non potest contingere, nisi interpretando, quod sit inductū fideicommissum inter descendētes.

Et ex his respondetur ad plura fundamenta adducta pro parte filiarum Ludouici, & præsertim ad primum, & secundum, quod non debet induci fideicommissum, & quod verba sunt intelligenda, vt inducant directa, & non obliquam substitutionem, quia hæc procedunt in dubio vbi verba sunt ambigua, sed in hoc casu sumus in aperta dispositione testatoris, siue intueamur verba, siue mentem. & ad tertium, quod hic ver. dependeat à præcedentib. & ſtet coniunctim, & disponat retento eodē themate, respondetur, quòd non dependet, quia repetenda sunt illa verba, & voluit, & mandauit, & procedit augendo dispositionem de ipsa hæreditate in fauorem descendentium à filijs hæredib. institutis exclusis fœminis, quæ omnia non possunt contingere, nisi censeatur inductum fideicommissum inter eos per supradicta. Et ex hoc etiā excluditur quartum fundamentum, quod hic versic. debeat intelligi de vulgari substitutione tantum, sicut intelligitur præcedens versi. quod si contingat, tum, quia hic intellectus repugnat penitus verbis. Et ideo locū habet dicta l. ille aut ille. §. 1. Quia fuit resolutum, ꝙ ibi sit inductum fideicommissum in personam filiorum institutorum. Ideo non est incongruum, ꝙ in hoc vers. inducat fideicommissum inter descendentes, cū testator alterius processerit vocando descendentes masculos exclusis fœminis. Similiter non ob. quintum, quod sicut testator in præcedentib. & sequentib. versiculis, seu particulis sic voluerit substituere filijs tantum in hoc ver. Quia respōdetur, quod hoc procederet si verba essent simpliciter cōcepta, non generaliter dicendo, & ꝙ semper d. hæreditas
5 transeat, qui † transitus non potest cōmode fieri, nisi pce dens gradus masculorum censeatur gratiatus restituere sequentib. gradib. masculorum. l. facta. in prin. & per tot. ff. ad Treb. Et dum confirmando hoc dicebatur, qđ in se
quen. ver. Nam voluit, quod si testator voluisset inducere fideicommissum inter descendentes masculos, vocasset non solum si omnes filij decederent sine filijs. Quia respondetur, quod posset tentari adhuc in isto casu testatorem induxisse fideicommissum. Et rursus nō sequitur, testator non substituit in d. ver. ergo non in alijs particulis fuit inducta substitutio. d. l. cū proponebatur, de le. 2.

Et quatenus sexto loco dicebatur, ꝙ in ver. quos omnes, testator vltimo loco faciendo quodammodo epilogum suæ dispositionis ad omnia præcedentia se restrinxit ad. substituendum filijs institutis, & non comprehendere descendētes eis minime substituendo. Respōdetur prout aliàs fuit tentatum, ꝙ verba d. versiculi possent cō prehendere descendentes, vt ex eis censeatur facta substitutio, vel si hoc negamus, non sequitur, quod si testator omisit substituere inter descendentes in illo ver. ergo in cæteris non disponit. Et maxime, quia expressit casus filiorum, quia eis superius plures fecerat substitutiones quas generaliter repetere voluit.

Septimò, non ob. doctr. Cum. in l. Gallus. §. quidā recte, nu. 6. de lib. & posthu. quam alij communiter sequūntur. Quia† ipse loquitur in simplici dispositione, quādo
6 testator instituit, vel substituit fratrem, & eius filios, ꝙ tunc filij censeantur vocati per vulgarem. Sed in casu nostro non solum sunt vocati descendentes, vt in præsenti ver. si aliqui filij decedant sine filijs masculis. Sed postea in ver. & quod semper, sint vocati descendentes masculi inter se ipsos, vt hæreditas ad eos transeat, quod non fuit factum in casu Cumani.

Postremò non obstant allegata cons. Soc. Ruin. Ias. & Rimin. qui cum plurib. alijs in eadem causa cōsuluerūt. Quia in facto ab eo proposito nō euenerat conditio in persona primi cui fuit facta substitutio, sicut hic, qā ponimus omnes filios excepto Antonello decessisse sine filijs masculis. & ideo ab initio sine dubio habuisse locum fideicommissum, quod postea habet etiam locū inter descendentes masculos, vt sunt termini præsentis dubij. Et nō ob. similiter cons. Ruin. Quia in casu ipsius verba erant posita illatiue, & si sic vt ipse lare prosequitur.

7 Confirmantur prædicta omnia, quia † Doct. in d. §. quidam recte, & in supradictis sexcentis locis admittūt esse inductum fideicommissum inter descendentes masculos, quādo verba habent tractum successiuum, cum sint huiusmodi, & quòd semper dicta hæreditas trāseat ad filios &c. quæ non possunt esse magis aperta, & denotatia tractum inducentem fideicommissum, & comprehendere hunc, & sic non fit aliqua extensio, nec verborum, nec alia irregularitatis argumentatio, sed hic intellectus verbis, & menti testatoris conuenit.

C O T T Æ.

Roman. Castri Orciani. Veneris, 4. Februarij. 1575.

S V M M A R I V M.

1 *Recognitio instrumenti in antiquissimis non requiritur, & in decis. 54. nu. 1.*

DECISIO LII.

COncluſum instrumētum anni 1286. habere oīa requisita ad validitatem instrumenti, & quia sumus in antiquissimis, Dñi cōiter tenent, ꝙ non requiratur

1 requiratur recognitio. Obseruantiam† Rotæ visum fuit Dominis habere locum in instrumentis antiquis, sed nō in antiquissimis. Bal. in auth. quas actiones. C. de sac. san. eccles. Aym. de antiq. tempor. tertia par. numero 19. sequitur Couar. pract. quæst. cap. 21. numero 6. versicu. secundus casus. Et maxime Domini fuerunt pro validitate instrumenti, & quòd sit in forma probante, quia non adest aliqua suspicio doli, vel fraudis, vel quantitatis, ex inspectione quam fecerunt Domini de instrumento, & Bulla Calisti, seu Benedicti, & quia ex enunciatis patet castrū istud Orciani esse sanctæ Mariæ in Transtiberim, quæ narratiua saltem facit adminiculum pro veritate facti, & probatione antiquitatis.

C O T T Æ.

Roman. Vineæ. Lunæ, 21. Iunij. 1574.

S V M M A R I V M.

1 *Prouentus hæreditatis accepti faciunt inducere compensationem ad liberandum hypothecam, vel cursum vsurarum.*
2 *Compensatio regulariter non fit, quando species durat in manibus hæredis cum beneficio legis, & inuentarij.*
3 *Species quando desinit extare, tunc reducitur ad æstimationem, & fit compensatio.*
4 *Fructus vineæ post triennium præsumuntur consumpti, & non extare.*
5 *Compensatio fit ipso iure in quantitate integra: aliàs secus.*

DECISIO LIII.

DOmini erant concordes in conclusionibus iuris.
1 Prima, quòd † cùm primum Iulia habuerit in manibus prouentus hereditarias, statim ipso iure fuit inducta compensatio ad liberandum hypothecam, vel cursum vsurarum.

2 Secunda, quòd † quando species durat in manib. hæredis cum beneficio legis, & inuentarij, regulariter non fit compensatio.

3 Tertia, quòd † quando species desinit extare, tunc reducitur ad extimationem, & fit compensatio.

4 Quarta, quòd † post triennium fructus vineæ præsumuntur consumpti, & non extare, vt dicunt Docto. in l. diuortio. §. ob donationes. ff. sol. matri. His stantibus aliqui credebant constare de satisfactione Iuliæ ante deliberationem. Nam saltem del 1554. quo ipsa dedit in dotē pecunias montiū. 1110. scuta ex quo nulla tūc fuit apposita conditio, & ipsa volens recepit illas, sine dubio est facta compensatio dotis pro ista tata, & parum post præsumuntur consumpta. 260. barilia vini. Quæ reducuntur ad æstimationem. 260. scutorū, & sic fuit iā satisfacta ab initio del 1554. vel 55. de 1370. scutis, & remanebāt 700. vel 800. scuti, & pro vsuris istarum possent consignari 60. scuti ex fructib. vineæ. Reliqua verò 140. quolibet anno extinguebant dotem. Et si de mobilibus non est reddita ratio, etiam extinguunt partem dotis, & idē si non extant. Et aliqui etiam credebant, quod fructus dotis non debebantur Iuliæ medio tempore, ex quo maritus non petijt, sed plures in hoc credebant cōtrarium ex verbis statuti. Aliqui verò tenebant non constare de satisfactione tempore deliberationis, quia in 50. vel amplius remanebat creditrix Iulia tempore deliberationis, quòd sufficit, quòd illi potuerit fieri deliberatio.
5 Addebant † etiam aliqui, quòd licet in quantitate ipso iure fiat compensatio, tamen esset verum, si integra quātitas eodem tempore fuisset in manibus Iuliæ, sed non quando hodie venit ad manus Iuliæ vna pars pecuniarum, de anno sequenti alia, & sic in singulis annis. Nam quemadmodum aliud pro alio inuito creditore, solui non potest, ita partem debiti, vel pretij creditor non cogitur recipere. Tamen Domini in alia positione, 30. Aprilis facta, respondebant non procedere in compensatione. l. etiam. C. de compensat. declarat Ias. in l. mutuū damus. §. mutui datio. in secunda limit. cum duabus seq. si cer. peta. & in l. quidam existimauerunt. col. pen. in 6. & 9. limit. eod. titu. Negus. de pignor. in 5. par. princip. memb. 3. in secunda parte, numero 17. cum. sequen. numero 24. in 8. limit. Poterunt partes iterum informare super eo, an deberentur fructus dotis secundo viro non petenti, & an tempore deliberationis remaneret aliquid pro dote Iuliæ etiam minimum, & concordent partes de quantitate dotis, & an bona mobilia extarent tempore deliberationis vineæ.

C O T T Æ.

Roman. Castri Orciani. Veneris, 4. Febru. 1575.

S V M M A R I V M.

1 *Rotę obseruantia circa recognitionem instrumentorum non habet locum in antiquissimis.*

Decisio 54. & est eadem cum Decisio. 52. præter aliqua hic addita.

COncluſum instrumētum anni 1286. habere omnia requisita ad validitatem instrumenti, & qa sumus in antiquissimis, Domini communiter
1 tenent, ꝙ non requiratur recognitio. Obseruantiā † Rotæ visam fuit Dominis habere locum in instrumentis antiquis, sed non antiquissimis. Bal. in auth. quas actiones. C. de sacr. san. eccles. idem Bald. in l. comparationes. nu. 14. de fide instru. Alex. consi. 111. col. 2. in fi. vers. non ob. lib. 7. Soc. consi. 187. nu. 10. lib. 2. Dec. consi. 42. nu. 2. Rub. Ale. cōsi. 10. nu. 9. Corn. consi. 35. nu. 7. lib. 1. Guid. Pap. decis. 357. nu. 2. Afflic. 251. sub nu. 5. circa fi. cū seq. Adde ad Capell. Thol. decis. 330. ad fi. Put. decis. 152. lib. 1. & Rota pluries in hac eadem causa firmauit, nempe. 3. Febr. 75. & 9. Maij. eo. anno. Aym. de antiq. tēpor. 3. par. nu. 19. sequitur Couar. pract. q. c. 21. nu. 6. ver. secundus casus. Et maxime Domini fuerunt pro validitate instrumenti, & quod sit in forma probante, quia non adest aliqua suspicio doli, vel fraudis, vel quantitatis ex inspectione quam fecerunt Domini de instrumento præfato, & Bulla Calisti, seu Benedicti, & quia ex enunciatis patet, Castrum istud Orciani esse sanctæ Mariæ in Transtiberim, quæ narratiua saltem facit adminiculum pro veritate facti, & probatione antiquitatis.

C O T T Æ.

Tiburtin. Castri Sambuci, Die, 28. Maij.

S V M M A R I V M.

1 *Executionem alleganti alicuius actus non creditur, nisi constet de tenore ipsius actus.*
2 *Præsumptio est pro sententia, quæ sit lata contra fictum contumacem.*
3 *Appellatio in dubio præsumitur interposita infra legitimum tempus à die habitæ notitiæ.*

DECISIO LV.

1 FVit conclusum non constare de legitima executione citationis, quia † & si credatur Notario de executione reproducta, nó tamen illi creditur de tenore. Felyn. in c. quoniam contra. col. pe. ver. hanc conclusionem limita. de prob. Et si de tenore nó constat, impossibile est dicere, ꝙ citatio fuerit legitime executa contra omnes, & præsertim contra M. & A. iuxta formam decreti. d. citationis. adde Aym. de antiq. temp. par. 2. in prin. nume. 2. Aretin. consil. 62. vbi de magis communi. Cassad. decis. tertia, de præsump. Nec ob. quòd pro sníà
2 sit præsumendum, quia † cùm per audientiam contradictarum fuerit lata, & sic contra non comparentes, nec verum contumacem, sed fictum, & fictus contumax possit infra decendium à die notitiæ appellare, vt per Rot. decis. 2. & 16. de dolo, & contuma. in nou. & decis. 46. de
3 appella. in antiq. & † hic fuerit appellatum, quòd in dubio præsumatur esse appellationem infra legitimum tẽpus interpositam à die habitę notitiæ, vt per Rot. decis. 39. de appellat. Ægid. decis. 349. paulò post princip. in alijs allegatis.

COTTÆ.

Leodien. denegationis possessionis Canonicatus die 16. Nouembris. 1571.

SVMMARIVM.

1 *Natura legis est dare formam futuris, non præteritis negocijs.*
2 *Statuentes non possunt quem priuare iure suo iam acquisito.*
3 *Statuta condita sine beneplacito sedis Apostolicæ tanquàm exorbitantia non valent.*
4 *Statuta valida præsumuntur vsu recepta.*
5 *Confirmatio statutorum facta cum illa qualitate, quatenus sint in vsu recepta, debet illa qualitas probari.*
6 *Factum qui fatetur, non dicitur fateri eius qualitas.*

DECISIO LVI.

QVoad existentiam statutorum Domini inclinarunt in affirmatiuam opinionem, ex quo totus eorum tenor fuit expressus in supplicatione cõ firmationis, iuxta doctr. Abb. in ca. inter dilectos. de fide instrumentorum, cum alijs allegatis. Atque ita referebant fuisse dictum in causa coram R. D. meo Decano. & in alia Toletanensis Canonicatus coram R. P. Seraphyno. Verum dictã eorum existentiã concluserunt nõ ob-
1 esse Domino Laurentio. Primò, quia † disponunt in futurum, tum quia ex natura legis est dare formam futuris, non præteritis negocijs, tum etiam propter ea verba. s. perpetuis futuris temporibus, & propter verbum, deinceps, bis repetitum. Maximè † quia statuentes non potuissent quem priuare iure suo præsertim acquisito ex prouisione apostolica, & stante inhibitione illis facta.
3 Præterea, † & secundò, non obsunt, quia fuerunt condita cũ clausula, saluo beneplacito sedis apostolicæ, quod est necessarium, propter illorum exorbitantiam, & quia sunt contra ius commune, tanquàm limitantia prouisiones apostolicas. At dictum beneplacitũ de quo in dicta confirmatione, non fuit simpliciter concessum, sed sub duplici conditione, prima. s. de consensu episcopi, secunda quatenus sint in vsu &c. quarum neutra est ꝓbata. Nec ob. quod satis dicatur constare de d. consensu ex quo non constat de contradictione episcopi, sicut dr̃ de patrono non contradicente collationi factæ de bñficio iuris patronatus, quia fuit dictũ id procedere data notitia, vel eius præscriptione de qua hic non obstat, pśertim
4 cum non simus in antiquis, sed in recenti. Minus † et facit, ꝙ statuta præsumãtur vsu recepta, quia nñdetur hoc procedere data eorum validitate, aut si non sunt exorbitantia, vel contra ius cõe, prout sunt hęc statuta, prout su
5 pra dictum fuit. Præterea † cum confirmatio facta sit cũ dicta qualitate. s. quatenus sint in vsu &c. debet qualitas probari. l. ait prætor. & ibi Barto. ne quid in flum. publi. Insuper non ob. quod D. Laurentius obtulerit capitulo se seruaturum d. statuta. Quia respon. non ita simpliciter fuisse dictum, sed per verba extra, vt dicitur, quæ nihil rem affirmant. Præterea non fit mentio de statutis, sed
6 de consuetudine, quæ differt à statuto. Accedit † quòd qui fatetur factum, non dicitur fateri eius qualitates: itẽ hæc oblatio fuit facta antè hæc statuta, propterea fuit conclusum contra capitulum.

COTTÆ.

Albanen. fideicommissi. Veneris, 28. Aprilis. 1570.

SVMMARIVM.

1 *Verba posita in substitutionibus, quæ vel contrarietatem, vel superfluitatem significant, reijciuntur.*
2 *Substituti etiam vulgariter possunt dici hæredes instituti.*

DECISIO LVII.

IN dubio proposito, an s. illa verba, dictis suis hæredibus vniuersalibus institutis, posita in clausula, quos omnes &c. possint verificari tàm de primis hæredibus, quàm de descendentibus &c. secundum aliquos ex Dominis dicebatur, quod in illa clausula, & quos omnes, videtur esse maxima contradictio. Nam si volumus intelligere, quòd fiat substitutio solum filijs institutis p illa verba, dictis suis hæredibus vniuersalibus institutis, obstant verba generalia, quos omnes, quæ necessariò cõprehendunt non solum filios, verum etiam omnes prænominatos, & sic omnes descendentes qui nõ possunt di ci filij substituti, cũ dicat vnum alteri, & vnum vni &c. ergo sibi inuicem sunt substituti oẽs descendẽtes, ergo nõ solum institutis prædictis filijs substituuntur, sed sibijp-
1 sis. Ideo considerabant posse dici, quòd † sicut in materia pupillaris substitutionis, si testator dicat, si filius meus hæres erit, & intra pupillarem ætatem decesserit Titius sit mihi hæres, illud verbum, mihi, reijcitur ratione cõtrarietatis. Et in vulgari si dicatur, si filius meus non sit hæres sit illis hæres Titius, reijcitur illud verbũ, illi, vt post gl. in verb. Caius, in l. prima, de vulga. volunt communiter Docto. vt per Iasibi col. 4. Claud. nume. 2. & Polit. in tracta. de substitut. in materia substitutionis. numero 21. & alij in d. l. prima. Ita hic ratione huius contradictionis illud verbum, dictis suis hæredibus, reijciendum existimabant, quia videtur manifesta contradictio: si enim vnus vni, & alter alteri est hæres, vel substitutus: ergo non primis, si primis, ergo non sibi ipsis. & licèt glo. in d. l. prima, voluerit, quod fieret interpretatio, mediate tamen dicebat in hoc non sequitur glos. sed velle, quod verba illa, mihi, vel illi, omnino reijciantur. Ita in proposito argumentabantur impossibile esse succedere primis tantum, & sibijpsis inter se: ergo illa secunda verba, quæ videntur generalitatem illorum verborum, quos omnes, corrumpere, videntur

reijcienda. Item licèt dicta verba, dictis suis hæredibus, videãtur posse referri et ad substitutos directos vt in clausula, & quod dicta hæreditas, tñ negari non potest, quod dicta verba, dictis suis hæredib. restringantur ad institutos, non ad substitutos, alioquin viderẽtur superflua, cũ in gñalitate priori in verb. quos oẽs, instituti, & substituti comprehẽderentur. Ideo melius est dicere esse verba superflua, & cõtradictoria, & reijcienda ꝑ supra dicta.

Aliqui verò dicebant controuerti ab aduocatis pupil 1
larum de intellectu dubij, nec placere intellectum illius aduocati dum exponit posse verificari, ideśt verificẽtur, quia tunc non quæritur de effectu subsecuto, sed de intellectu testatoris. Minus intellectum alterius dũ prę supponitur in his verbis induci fideicõmissum inter descendentes, quia hoc non prætenditur ex hoc versiculo, sed ex illo, & ꝙ d. hæreditas. Neq; tertij aduocati, ꝙ præsupponatur adita hæreditas, quia vt supra nõ quærimus de effectu, sed effectus est, ꝙ filiæ Ludouici dicunr, d. versicu lum, & quod dicta, dum vocat descendẽtes, intelligi actiue tantum, vt succedant institutis ex vulgari, vt allegant huc. ver. quos omnes. Vt sicut in eo sit substitutio institutis tantum, ita censeatur fieri in ver. & ꝙ dicta. Sed repli-
2 catur, quòd d. voꝫ quos oẽs, põt verificari, vt in eo testator voluerit substituere, et descendentib. quia † in prima substitutione descendentes sunt substituti institutis etiã vulgariter: & vulgariter substituti pñt dici hæredes instituti. l. t. ff. de vulg. & pup. vbi Bar. in 4. qõne prin. de effectu vulgaris, à qua vulgari põt incipere testamẽtũ. l. 5. §. si ita. ff. de lib. & posth. & vẽniens ex vulgari põt dici vniuersaliter institutus, quia regulariter testamentum non valet sine vniuersali institutione. §. ante hæredis. Instit. de leg. & tamen vt dictum ex vulgari substinetur testamentum, ergo ea facit hæredem vniuersaliter institutum, nec ab hoc dissentit Bart. in l. qui liberis. §. hæc verba, de vulg. & pup. & in l. quidam referunt. de iur. codicil. & maxime in hoc casu in quo in fine posita est clausula generalis, quos omnes. l. si seruus seruum. §. inquit lex, ad l. Aquil. Non obstant adducta in contrarium.

Et primò, aliæ clausulæ testamenti, quia in eis fuit addita dictio, filijs, quæ non est hic, & ita loquuntur multa allegata, vt consi. Alex. 140. lib. 6. & alia, nec illa verba, dictis hæredib. quia verificantur in vulgariter substitutis. Bar. in d. §. hæc verba. ad nu. 7. Minus ob. dictio, pupil lariter, quia sufficit, ꝙ ea verificetur in vno casu, nec necesse est omnes institutiones in omnibus casibus verificari, vt notum est, & ex his omnibus supradictis videntur in effectu tolli allegata pro dictis filiabus.

Vnus etiam considerabat aduertendum esse, ꝙ quantum attribuimus illis verbis, dictis hæredibus institutis, tantum dicimus de illis verbis, quos omnes, vt sit sensus, si illa verba, dictis hæredib. comprehendunt descẽdẽtes substitutos: ergo verba, quos omnes, non comprehendunt, quia nemo potest sibi ipsi substitui, & verba, iudicio suo, potius sonant de hæredib. institutis, quàm substitutis. doctr. Bar. in l. quidam referunt. §. 1. in 1. oppos. de iure codicil. Ideo propter diuersitatem intellectuum, & fundamentorum nulla fuit capta resolutio, sed dictum, vt secundum proposita, & adducta dubitarem.

COTTÆ.

Roman. Castri Octiani. Veneris, 18. Maij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Verba enunciatiua Principum in antiquis probant etiam in præiudicium tertij.*

DECISIO LVIII.

DOmini dixerunt, quòd instrumẽtum anni 1286. adminiculatur ex bullis Calisti Benedicti 12. & aliorum Pont. de quib. in secũdo præsuppositio,
1 quoniam † in factis antiquis verba enunciatiua Principum etiam in præiudicium tertij probant. Alex. consi. 6. col. fi. nu. 10. ver. potest, & dici, lib. 1. & consil. 15. num. 4. ver. vbi autem essent. lib. 5. Dec. consil. 146. col. pe. sub nume. 14. ver. 5. prædicta conclusio. Ias. cõsi. 65. col. penul. ver. vbi autem essent.

Instrumẽta verò de quibus in 4. præsuppositio eo modo prout habentur, licèt non probarent ad fundandam intentionem capituli, faciunt tamen arbitrio Dominorum ad coadiuuandum adminiculum.

An autem constet de dominio, & possessione sanctæ Mariæ aliàs videndum.

COTTÆ.

Roman. domorum, & apothecarum. Die, 20. Maij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Maritus si recipiat emphyteusim pro se, & nouæ vxoris, quæ non contradicit, ipsa dicitur ratificasse.*
2 *Actus respiciens acquisitionem si debeat fieri, non improbare, approbare est.*
3 *Scientia, & ratificatio alicuius actus, vel instrumenti, ex quibus colligatur.*

DECISIO LIX.

COnclusum non constare de notoria iniustitia, quia sententia fuit lata non virtute primæ concessionis, sed iuxta dispositionem instrumenti prorogatæ concessionis an emphyteusim, quæ extẽdebatur ad filios filiorum, quo casu Franciscus, qui obtinuit sententiam, succedebat. Nec hoc in casu ius accrescendi locum sibi vendicare potest, vt in partem sororis Margharitæ possit Praxedes venire, qa ab apostolica cõcessione recessum fuit, & in secunda nouæ qualitates, nouæ clausulæ adiectę, & noua forma superinducta. Ale. in l. si mihi, & Titio, nu. 17. de ver. ob. Rui. cõ. s. 160. nu. 16. li. 1. Minus ob. id fundamentũ, quod Praxedes esset absens tẽpore prorogatæ concessionis, seu extensionis, ita vt non censeatur ratificasse in eius præiudicium, quia responsum fuit per Dominos, ex prę suppositis, satis videri inductam ratificationẽ, & quia tempore prorogationis sorores superstites erant adeo, vt nec vni, nec alteri esset ius qśitũ, sed in pendenti adhuc remanebat, & ab apostolica concessione iam moniales recesserunt pẽr secundam, & Margarita obtinuit prorogationem cum marito Praxe-
1 dis pro ea stipulante. Vnde † quando maritus recepit emphyteusim pro se, & nouæ vxoris, quæ non contradi-
2 cit, dicitur ratificasse. Dec. consil. 18. nume. 2. Itẽ † quando actus respicit acquisitionem, quæ debet fieri, non improbare, approbare est. Rolan. à Vall. consil. 19. numero 34. libro primo, & consil. 4. numero 28. libro 2. Immo cẽsentur ad inuicem remisisse ius primæuum. l. Ti-
3 tius, quib. mod. pig. vel hypoth. soluat. Scientia † & ratificatio Praxedis colligi potest, vt hic latissime per informantes ex solutione censuum, iuxta summam conuentã in secũda cõcessione ꝓrogationis ex cursu tpis cõiter facta, & tãdẽ ex melioramẽtis, ꝙ licitè fieri nõ poterãt, nisi vigore d. secũdę concessionis, sed et instrm̃ ꝓcuræ factæ

per Praxedem in Lucam Albizinum eius maritum cum decreto iudicis, quod Dominis ostẽsum fuit, videtur tollere omnem difficultatem, cum speciatim, nominatimque sit ad huiusmodi prorogationem, reuocationemq́, faciendam. An verò sententia possit dici iniusta, vel moderanda respectu condemnationis fructuum, nihil fuit decisum, sed particulariter videbitur.

COTTÆ.

Albanen. legitimæ. Die 8. Februarij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio fœminina ex quibus verbis testatoris probetur.*
2 *Dos quando succedat loco legitimæ.*
3 *Pater legans pro legitima filijs censetur eos esse suos filios.*

DECISIO LX.

IN causa Albanen. compromissi dubitaui, an stãte stat. sub rub. de success. ex testamen. l. 1. c. 82. nec non verbis testamẽti Domini Antemi, cuius copia in necessarijs detur, dos succedat loco legitimæ ad effectũ de quo agitur, & Domini die 8. Februarij, 1574. resoluerunt ꝓ affirmatiua, ꝙ scilicet dos succedat loco legitimæ. fundamentum Dominorum fuit super testamẽto Domini
1 Antemi, in † quo ipse verbis claris & apertis reliquit filiabus suis tria millia scuta pro dote legitima, & Trebellianica, aut quouis alio iure, & pro omni, & toto eo quod petere possunt ex hæreditate ipsius testatoris quomodocunque, & qualitercũque, & quingentos ducatos similes pro acconcio, & iocalibus, in quibus dotibus, & acconcio eas heredes sibi instituit, &c. Quibus verbis consideratis manifeste apparet, quòd testator eas agnouit, vt filias, & vt suas, cum pro legitima reliquerit summã præ
2 fatam etiam honorabili titulo institutionis. In † quibus terminis dubium non videtur, quòd dos succedat loco legitimæ. Soc. consil. 73. nu. 3. & seq. in 3. Paris. consil. 53. nu. 8. & seq. vol. 3. Grat. consi. 160. nu. 35. in 2. tradit Paul. de Cast. in consi. 52. nu. 2. ver. an voluntate patris, vol. 1.
3 cuius opinionem procedere sine scrupulo, quando pater legauit pro legitima, asserit Io. Rub. Alexan. in l. pater filium, nu. 174. de inof. testam. A fortiori igitur procedit in casu isto, in quo non solum legauit pro legitima, sed etiam titulo institutionis ipsæ à patre fuerunt honoratæ, vt per Soc. d. consil. 75. nu. 7. in fi. Quod quidem fundamentum cõfirmatur ex eo, quia statutum de quo in puncto, licèt excludat filiam ab impugnatione paterni testamenti, non tamen imponit necessitatem patri, quominus possit legitimam filiabus relinquere, sed hoc reponit in eius voluntate, & potestate, vt paret ibi, vltra id quod pater, vel auus relinquit, & ibi, semper testamentum, & vltima voluntas patris.

COTTÆ.

Albanen. legitimæ. Lunæ, 6. Februarij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Legitima aliquod onus, nec grauamen non patitur.*
2 *Casus omissus à testatore habetur pro omisso, & relinquitur dispositioni iuris communis.*

DECISIO LXI.

CONclusum fuit, Illustr. D. Virginiam instituta hæredem ab Egeria filia posse agere contra Illust. D. Christoforum ad legitimam D. Egeriæ debitam in bonis Antonelli patris ipsi competentibus de iure, cùm in eis vnà cum alijs filijs succedat. l. maximum vitium. C. de liber. præter. & præsertim in legitima
1 eidem Egeriæ debita, quæ † non recipit aliquod onus, nec grauamen. l. quoniam in prioribus. l. omnimodo. §. computari. C. de inoffi. testamen.

Nec ob. quòd ab Antemo auo, neptes, inter quas est ipsa Egeria in 3000. scutis dotauerit, quando contingeret maritari, quia responderunt, prouisionem istam non comprehendere hunc casum, nec hæc dispositio, seu prouisio est facta filiabus filiorum decedentium sine fi-
2 lijs masculis. † Vnde cum Antonellus Egeriæ pater reliquerit masculos, & fœminas, dicitur casus omissus, & remanet sub dispositione iuris communis. l. commodissime. de liber. & posthum. Oldra. consi. 21. per tot. & consil. 141. nume. 1. quem refert, & sequitur Paris. consil. 86. nume. 2. lib. 2.

Alia verò, quæ de statuto vrbis, & furore Egeriæ dicebantur, fuerunt pro nunc per Dominos circunscripta, & super his particulariter videbitur si opus fuerit.

COTTÆ.

Anconitan. Cappellania sanctæ Veneris. Mercurij, 21. Nouembris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Possessio præcedens fundata titulo colorato magis attenditur: & ex quibus continuata præsumatur.*
2 *Laudum factum extra Rotam lite pendente coram ea, non solet haberi in consideratione.*

DECISIO LXII.

CONclusum, mandatum de manutenendo esse dãdũ Camillo, quia constat de initio suę possessionis sub die 10. Decẽbris, 1560. & de titulo colo-
1 rato ex literis apostolicis, q̃ † possessio, cũ p̃cedat possessionẽ Stephani, magis attẽditur, quæ ẽt continuata p̃sumitur, ex quo solum de anno 1570. 21. Iunij per Stephanum nomine suo, & ecclesiæ, fuit actum spolio contra ipsum Camillum, & in libello, siue petitione appellat eum detentorem, & occupatorem capellæ sub vocabulo sanctæ Veneris. in vndecima positione subiungit, quòd ad præsens eam tenet occupat, & possidet, & 12. ꝙ ipsa plebs & ecclesia indebitè spoliata fuit de iuribus, & introitibus prædictæ capellæ, & ideo intendit reintegrari ac in totum restitui tam in capella, quàm in eius bonis. & licèt dicatur, quòd positiones per Camillum fuerint negatę, tamen negatio non fuit simpliciter facta, sed sub hac forma, non credit, vt ponitur, & ad negationẽ procuratoris fuit consideratum, quod idẽ procurator facit d. negationem sine præiudicio possessionis continuatæ, & continuandæ. Ad possessionem verò Stephani vigore sententiæ arbitramẽtalis captam sub die 11. Iulij, 1573. ex qua videtur argui, quòd possessio Camilli fuerit effe-
2 cta integra, & interrupta, fuit responsum † quòd laudum fuit latum extra Rotam, de quo Dñi non solent habere rationẽ, maxime quia adhuc pendet causa appellationis, & notoriæ iniustitiæ, nec non petitionis recursus ad arbitrium boni viri. Itẽ quod d. possessio fuit capta ꝓpria auctoritate

auctoritate sine aliquo mandato executiuo, & Camillus nunquam se habuit pro spoliato, & ad locationes & quietantias productas pro parte Stephani fuit dictũ placere responsiones datas per informantes pro Camillo. Quo vero ad confidentiam, illam respicere petitorium quod fuit suspensum.

COTTÆ.

Carpentoratin. bonorum. Mercurij 20. Iunij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Transactio est stricti iuris, quæ tantum intelligitur, quantum verba sonant.*
2 *Transactio de re dubia, & lite incerta tantum celebratur.*

DECISIO LXIII.

CONclusum fuit, fructus post moram Gabriellis vsque ad transactionem non fuisse per Ioãnem
1 remissos, quia † renunciatio est stricti iuris, & tantum comprehendit quantum loquitur: sed in transactione de istis fructibus non legitur transactum, ergo de illis non est aliquid determinatum. Immo, cum in 6. cap. de quo in 11. præsup. remittantur fructus in specie illius tertiæ partis bonorum tẽpore mortis patris repertorũ, clare apparet, quòd de alijs post mortem nihil fuit cogi-
2 tatum, cùm inclusio vnius sit exclusio alterius. Tum † quia transactio super illis non poterat cadere, quia de re dubia & lite incerta transactio celebratur. l. j. ff. de transact. sed fructus post obitum Gabrielis iam per sententiam Vicerectoris fuerunt adiudicati Ioanni, quę sententia transiuit in iudicatum, ergo transactio ad decisa nõ trahitur. Dec. consi. 351. nu. 3. Hæc transactio non fuit super tertia parte bonorum, quoniam illa fuit adiudicata per sententiam Vicerectoris, sed super diuisione & assignatione dictæ tertiæ partis bonorum tantùm, cuius super fructibus tempore mortis Gabrielis adhuc pendebat lis, quia non fuerunt iudicati in sententia Vicerectoris, & ideo super illis fuit transactum, quia erant sequestrati: quòd non fuit factum super alijs adiudicatis Ioanni in sententia Vicerectoris. Et ideo allegata in contrarium non obstant, quoniam optime tolluntur ex dictis per D. Biscium in sua responsione.

COTTÆ.

Senogallien. siluæ. Veneris 24. Maij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Citationes substantiales, quænam sint ad sententiam.*
2 *Negatiua quomodo probetur.*
3 *Præsumptioni locus esse non potest, cum de veritate constet.*
4 *Acta omnia præsumuntur adesse: & qui contrarium dicit, hoc probare tenetur.*
5 *Citatio non præsumitur, quæ in sententia non nominatur. & num. seq. & distingue, vt num. 9.*
6 *Præsumptio nulla est regulariter in præiudicium tertij.*
7 *Processus præsumitur esse integer in omnibus solemnitatibus.*
8 *Præsumptio vna tollit aliam in materia processus.*
9 *Præsumptio pro sententia nulla est, quando processus in contrarium apparet.*

DECISIO LXIIII.

FVit resolutum, ex sententia in actis producta non resultare talem præsumptionem citationis contra Monacos, vt dicta sententia ipsos taliter afficiat, quòd contra ipsos dicatur transiuisse in rem iudicatam.

Et pro fundamento resolutionis dictum fuit primo loco, quòd hæc quæstio citationis Monacorum erat intelligenda de citatione ad dicendum contra commissionem contra articulos, videndum iurare testes, & ad dan
1 dum interrogatoria: istæ † enim citationes erant substantiales & sine ipsis sententia substineri non poterat. Bal. in l. prolatam, col. 2. versic. dico quòd illud. C. de sent. & interloc. omn. iud. cum alijs adductis per informantes pro Illust. D. Abbate. Hoc stante dicebãt Domini, quòd cùm ex inspectione actorum appareat, quòd monachi ad præ
2 dictos actus non fuerint citati: † eo enim modo probatur negatiua. Castren. consi. 81. num. 3. lib. 2. Afflict. decisio. 107. Fab. decis. 31. cum alijs allegatis. erat impossibile, quòd ex sententia posset oriri præsumptio citationis
3 contra Monacos: nam † præsumptioni non potest esse locus, cum de veritate constat. l. fin. de probat. Felyn. in c. per tuas, ante fin. versic. quinto nota. eod. tit. Dec. consil. 400. num. 8. Aym. consi. 35. num. 5. & in istis terminis idem de antiq. tempor. par. 2. num. 53. versic. quarto limitatur. Roland. consi. 6. num. 35. vol. 2. Nec mouit Dominos illud, quod per Communitatem Montisbodij dicitur, nempe hic non adesse omnia acta, & propterea nõ
4 possit concludenter probari ista negatiua. Quia † fuit responsum, quòd præsumitur quòd adsint omnia acta: & qui vult dicere contrarium, debet hoc probare. Aym. vbi supra, num. 54. versic. sed quòd istud. Menoch. consil. primo, num. 23.

Nec placuit illa demonstratio, quòd non adsint omnia acta elicita ex illis verbis, vero dictorum procuratorum interuenientium procuratoris mandato, & ex illis visa monitione per nos facta dictis procuratoribus ad audiendum hanc nostram sententiam. Quia quoad mandatum, cum dicat, nisi mandato procuratorum interuenientium, apparet, quòd intelligebat de mandato Cardinalis alienantis, non de mandato Communitatis, quia in toto processu Notarius non enunciat procuratores Communitatis, nisi sub nomine otatoris & sindici: & propterea si de eo intellexisset, dixisset, nisi mandato syndici, vel oratoris, & fortasse fuit dictum, procuratorum interuenientium mandato, quia in mandato Cardinalis alienantis duo constituebantur procuratores, licèt vnus comparuerit in processu.

Nec Cardinalis commissarius attestatur, mandata fuisse in actis ꝓducta, licèt attestatur se illa vidisse. Quò verò ad monitionem adest instantia partis, quæ videtur fungi vice monitionis, & etiam quia illa verba, visa monitione, exponi possunt considerata monitione, ex allegatis.

Sed siue adsint omnia acta siue non, omnem difficultatem dicebant Domini cessare ex eo, quia in casu isto res apparet plus quam manifesta, quòd non interuenerit citatio Monacorum. Primò, quia 8. Martij, quando præsentatur commissio Cardinali Commissario, illico committit receptionem iuramentorum testium Notario, absque aliquo decreto citationis contra Monacos. præterea Notarius in executione huius commissionis 11. Martij, recipit iuramenta testium, enunciat præsentiam syndici, ita etiam enunciasset contumaciam vel præsentiam Monacorum, vel ipsorum procuratorum, si Monachi fuissent citati: & quemadmodum scripsit commissionem sibi factam de recipiendis & examinandis

dis testibus, ita eodem modo scripsisset decreta citationis contra Monacos. & spatio trium dierum non potuit transmitti citatio, exequi, ac reproduci, ad eo quòd ex euidentia facti cum Abbatia distet ab Vrbe per centum decẽ milliaria, apparet, citationẽ factam non fuisse.

Secundò principaliter fuit dictum per Dominos, ꝙ non poterat resultari ex sententia præsumptio citatio-
5 nis contra Monacos, ex quo † in sententia non enunciatur ipsa citatio Monacorum, & sicut enunciantur ipsa citatio, & solemnitates, ita etiam enunciasset istam, si re vera interuenisset. Soci. exemplo allegatus in terminis cons. 158. num. 11. lib. 2.

Nec illa verba, viso mandato procuratorum, & visa monitione dictorum procuratorum, possunt intelligi de procuratore Monacorum, nam dictum fuit Cardinalem Commissarium se restrinxisse ad personas supra nominatas, videlicet, Vincentium procuratorem Cardinalis alienantis, & Galitium Oratorem Communitatis, propter illam dictionem, dictorum, vt hic per informantes pro D. Abbate.

Tertiò, quia non potest præsumi citatio & transitus in rem iudicatam contra non nominatum in sententia, & cum quo non fuit iudicium agitatum, vt per Soci. vbi
6 supra, & tanto magis, quia † pro sententia regulariter in præiudicium tertij non præsumitur, vt per Aym. de antiq. temp. in 2. par. num. 24.

Non obstant decis. Put. allegatæ, quòd solemnitates extrinsecæ possint interuenire separatim. Quia † quan-
7 do apparet totus processus, hoc cessat, vt dicit Put. in allegata exemplo decis. Et qui vult dicere processum non integrum, debet probare, vt supra dictum fuit.

Et profectò si hæc citatio interuenisset, cum esset res magni momenti, quando Communitas fecit sibi dari
8 processum à Notario cum instrumento venditionis, † cum esset proculdubio apponi talem citationem, vel saltem de ea aliqua mentio facta fuisset, cùm tamen de illa nulla vnquam mentio, nec de citatione, nec de Monacis in toto illo processu facta fuerit, & in hac materia vna præsumptio tollit aliam, Corn. cons. 144. col. j. versic. nec videtur opitulari, lib. 4.

Quinimò, quòd de citatione in sententia mentio facta fuisset, adhuc non præsumeretur citatio, postquam de contrario apparet ex actis, vt dictum fuit supra: &
9 † pro sententia præsumptio aliqua oriri potest quando deficit processus vt substantialis, ex Aym. & Rolan. superius allegatis, & præsertim contra illum, cum quo non fuit iudicium agitatum. Sed hoc ex abundanti sit dictũ, postquam non solùm in processu, sed nec in sententia citatio Monacorum enunciatur.

COTTÆ.

Carpentoraten. bonorum. Veneris 15. Martij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ factæ à patre pro assecutione beneficiorum filij, non computantur in legitimam ipsius filij, sed sunt computandæ cum fructibus beneficiorum à patre perceptis.*

DECISIO LXV.

MAior pars Dominorum tenuit, quòd expensæ per patrem factæ pro assecutione beneficiorũ Pauli filij, non sunt computãdæ in legitimam
1 ipsius filij, sed † quòd sint compensandæ cum fructibus beneficiorũ per patrem perceptis. Aliqui ex eo, ꝙ pater in testamento & codicillis mandauit eas compensari cũ fructibus ab ipso perceptis. Alij, quia illud plus quòd pater expendit, censetur donatum ex pietate paterna, vt hic per informantes pro D. Ioanne.

COTTÆ.

Carpentoraten. bonorum. Die 19. Aprilis. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ factæ à patre in bonis filij repetuntur, nisi animo donandi fuerint factæ.*
2 *Expensas faciens ad quas non tenetur, eas repetit.*
3 *Expensæ non necessariæ factæ à patre in bonis aduentitijs filij, repetuntur.*
Amplia multo magis in castrensibus, vel quasi, num. 5.
4 *Expensæ factæ ab habente mandatum, semper repetuntur.*
6 *Expensæ factæ à patre computantur in legitimam attenta dispositione testatoris: habita tamen ratione fructuum per patrem perceptorum.*
7 *In legitima imputatur quicquid iudicio testatoris capitur ex substantia patris quocunque titulo. Fallit, vt numero 10.*
8 *Donatio non præsumitur ex traditis simpliciter à patre filio ex titulo non habili ad translationem dominij, sed computatur in legitimam.*
Fallit in peculio castrensi, & quasi.
Item in rebus que non sunt alienabilia, neque transmissibilia ad hæredes.
9 *Expensæ factæ à patre ex causa quasi castrensis peculij, in dubio præsumuntur donatæ.*
10 *Bona aprehensa per filium iudicio testatoris, quæ non sunt de corpore hæreditatis, non computantur in legitimam.*

DECISIO LXVI.

COntra decisionem fuit consideratũ, quod intrẽt distinctiones quas faciunt Bal. & Salyc. in l. filiæ. C. famil. ercis. nos versari in expensis factis circa bona ad quas faciendas pater non tenebatur, & in bonis ad solum filium tam respectu proprietatis, quàm vsusfructus spectantibus. Et istis sequitur.

1 Primò, quòd † expensæ factæ in bonis filij à patre repetantur. l. alimenta. C. de neg. gest. fallit si factæ fuerint animo donandi. Glos. ibidem dicit, quòd præsumitur in rebus, quòd non animo donandi: & ideo dicenti quod animo donandi, incumbit onus probandi. Glos. Bart. & Salyc. ibidem.

2 Secundò, sequitur † quòd faciens expensas ad quas non tenetur, repetit eas. ita distinguit Bart. in l. j. C. de neg. gest. & ibidem Salyc. num. 4. & idem in d. l. alimenta, num. 4. Bal. cons. 50. viso testamento, num. 6. lib. 5. Castr. cons. 415. nu. 2. lib. 2. & ita in aduentitijs distinguit Bal. in d. l. filiæ, num. 15. & num. 20.

3 Tertiò sequitur, quòd † pater expendens pro filio in bonis aduentitijs, si expensæ non erant ab eo necessario faciendæ, eas repetit. Bal. & Salyc. allegati, maxime quãdo sunt magnæ, tunc enim excluditur præsumptio donationis, & si excedunt fructuum quantitatem, & non sunt factæ pro consequẽdis fructibus, sed ad perpetuam vtilitatem. ita ibi dicunt prædicti Doct. quod videtur cõtrarium his, quæ tradit idem Bal. & Alberic. in l. Nesennius, de neg. gest. sed si aduertatur loquuntur in administratione necessaria, non autem voluntaria, prout in casu nostro.

4 Quartò sequitur, quòd † expensæ factæ ab habente mandatum

mandatum semper & omni casu repeti possunt: & ideo licet mater non repetat expensas factas in accusando tutorem de suspecto, si in causa sucubuerit, quia apparent inutiliter factæ, tamen secus est si adsit mandatum, vt tradit Salyc. in d. l. j. C. de nego. gest. & hoc, quia mandatum excludit omnem donandi præsumptionem, cum donatio fiat ex mera liberalitate & spontanea. Donatio enim regulariter non præsumitur, & actus magis videtur factũs in vim præambulæ causæ.

Vltimò sequitur, quòd si expensæ factæ in aduentitijs repetũtur, multo magis in castrẽsibus, vel quasi: & ex his videtur dubitatio tolli, scilicet quod possit Sebastianus istas expensas petere vt imputentur circumscripta voluntate testatoris, cùm non præsumantur donatæ, cui præsumptioni videtur astipulari veritas. Nam ex testamento apparet Gabrielem eas pro donatis non habuisse cùm legauerit.

6 An verò † expensæ sint computandæ in legitimã attẽta dispositione testatoris. pro affirmatiua facit, quia has habet Paulus iure institutionis pro eo & toto, &c. ad notata in l. in quartam, ad l. Falcid.

Contra videtur facere, quia testator voluit compensa re cum fructibus per eum perceptis, adeo quod non videtur quod eadem res possit duplici fungi munere, scilicet vt compẽsetur cum debito, & rursus imputetur in legitimam, cum per compensationem extinctum sit debitum & creditum.

Tamen ex quo sub vna determinatione veniunt omnia tam bona, quàm expẽsæ legatæ, & propter actus substentationem ne corruat testamentum, hæc omnia tam bona legata, quàm expensæ erunt computandæ in legitimam: cum hoc tamen temperamento, quòd, ex quo legitima omne onus respuit, habeatur ratio in calculo ineundo fructuum per patrem perceptorum. s. vt legatum diminuant. Et hæc forte fuit intentio testatoris putantis hoc pacto legitimam portionem filio relinquere, ita tamen quod si habita ratione compensationis legatum excederet portionem legitimam, nihil detrahatur legato: si vero non ascenderet ad quantitatem legitimã, ea est supplenda, quia cum iuxta assertionem testatoris expensæ quas vult compensari cum fructibus, longe excedunt ipsos fructus, dubium non est, quòd in eo quod excedit, remanet pura donatio, siue legatum purum, qđ venit in legitimam computandum, vt in simili materia remuneratoria habetur in c. ad hæc, & in c. relatum. §. licet, de testam. Soci. cons. 48. num. 5. versic. pręterea, lib. j. Alex. cons. 55. lib. j. post Bal. in auth. ex testamento. C. de collat. Bar. in l. si tibi decem. §. si pater, de pact. Castren. in l. si donatio. C. de collat.

Contra decisionem etiam illud facere videtur, quia
7 † in legitima imputatur quicquid iudicio testatoris capitur ex substantia patris quocunque titulo, siue institutionis, siue legati capiatur. Bart. in d. l. in quartam, num. 10. vbi Rip. num. 140.

Nec obst. quod istæ expensæ relinquantur pro fructibus, quia hoc nihil est, quoniã iudicio testatoris capiuntur eæ expensæ quocunque modo capiantur in vim modi, vt per Ripam dicto num. 140. Idque tanto magis, quia in testamento leguntur ista verba, pro quocunque iure, &c.

Non obst. quod ea quæ non sunt transitoria, non computentur & consequenter expensæ in assecutione beneficij computentur. Rip. num. 163. Quia stante declaratione testatoris apparet quod animo credendi pater expendit. l. quæ pater, la 2. famil. ercis.

Et si dicatur quod istæ expensæ fuerant prius donatæ ex iuris præsumptione, vt per Bal. & Alberic. d. l. Nesennius, de neg. gest. Fuit responsum quod in contrarium habetur declaratio testatoris, quod non donauerat, ex quo eas sibi legat sub onere quod nihil de fructibus petere possit, & pro omni eo quod petere posset de bonis suis.

Nulla tamen fuit capta resolutio, quia non omnes viderant, & fuit dictum quòd iterum proponerem. Addas ad illum versic. primo quòd expensæ factæ, &c. Animaduertendum esse quòd versatur in materia illa, quòd tra-
8 dita † simpliciter à patre filio, non autem ex causa donationis vel alio titulo habili ad translationem dominij, computantur in legitimam, cum donatio non præsumatur. ita Bart. & alij quamplures relati per Vasq. asserẽtem hanc esse communem, & alijs rationibus illam probantem. de succes. creat. §. 30. nume. 444. Tamen hæc conclusio non procedit in casu huius decisionis, tum quia sumus in quasi castrensi peculio, quo casu in dubio præsumitur donatio, per ea quæ ex intentione Crauet. consil. 125. sub num. 1. infra dicemus. tum etiam quia non procedit in rebus quæ non sunt aliẽnabilia, neque transmissibilia ad heredes. l. omnimodo. §. imputari. & ibi Doctores, C. de inoffic. testamen. Doct. vno ore in dicta l. in quartam. & in terminis nostris remanet communis omnium conclusio quod expensæ factæ pro consecutione, &c.

Adde etiam ad illud quod dicitur de declaratione testatoris, in versic. & si dicatur, in fine, decis. potest responderi dupliciter.

In primis, quòd testator debebat declarare animum suum tempore quo Paulus eius filius effectus fuit cleri-
9 cus primæ tonsuræ: nam † tunc expensæ factæ à patre pro consecutione beneficij prioratus, habeãtur à filio ex causa peculij quasi castrensis, quo casu in dubio præsumitur donatio, quæ valet inter patrem & filium tanquam ex causa quasi castrensis peculij, vt expresse per Crauet. cons. 125. num. 1. versic. non obstant. quia si ea quæ capiuntur per filium iure quasi castrensis peculij non præsumerẽtur à patre illi donata, sed cõferrerentur in hæreditatem, item computarentur in legitimam, & tamen vtrunque est falsum, & de primo tradunt Doct. & præcipue Alex. & Dec. in l. si donatione. C. de collat. Crauet. d. cons. 125. in. prin.

De secundò patet ex Rip. in d. l. in quartam, num. 170. Berengar. ibi, in articulo legitimæ, num. 81. Ias. & Curt. sen. ad fin. in l. filiæ licet. C. de collat. Rolan. cons. 11. nume. 24. lib. 2. Vnde stante hac præsumpta donatione intrat illa communis conclusio, vt donans debeat in ipsa donatione vel incõtinenti declarare voluntatem suam, quatenus velit donata in legitimam imputari, tũc enim eius voluntas erit obseruanda. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoff. testam. Bart. in d. l. in quartam, num. 10. quem cæteri sequuntur, vt per Soci. iun. ibi, num. 187. Soci. cons. 19. numero 20. lib. 4. & cons. 73. numero 21. libro primo.

Secundò respon. quòd Paulus filius non cogitur stare declarationi paternæ factæ in testamento, quia licèt ea
10 quæ capiuntur iudicio testatoris quomodocunque capiantur, computanda sunt in legitimam, vt per omnes post Bart. & præcipue Rip. num. 140. in d. l. in quartam. Tamẽ id intelligitur, dummodo sint de corporibus hereditarijs. Rip. in d. l. in quartam, num. 126. Torniel. nume. 114. Soc. iun. num. 112. Vasq. de succes. creat. §. 30. nume. 241. cum seq. & est tex. in auth. nouissima. & ibi Docto. & in l. sancimus. §. repletionem. & ibi Scriben. C. de inoffic. testam. sed expensas factas pro adeptione beneficij certi iuris est non esse de corporibus hæreditarijs. Meritò &c.

COTTÆ.

COTTÆ.

Roman. damnorum & interesse. Veneris 3. Iunij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Periculum vitæ, seu amissionis sortis principalis, faciunt in quolibet contractu interesse deberi.*
2 *Pactum, quòd distracta societate fructus currant ad rationem 12. pro centenario, non valet tanquam vsurarium, nisi probetur de interesse periculi.*
3 *Papa non potest dispensare super vsuris prohibitis de iure diuino.*
Dispensatio tamen valet in terminis iuris communis, quando probaretur interesse lucri cessantis, & damni emergentis. num. 4.

DECISIO LXVII.

CONclusum in casu de quo agitur, fructus loco dãnorum & interesse non deberi Domino Marco Antonio Lepido ad rationem 12. pro quolibet
1 centenario, vsque ad diem solutionis 2000. quia † dissoluta societate perceptio fructuum non est licita, cũ cesset periculum vitę & amissio sortis principalis, remanetquæ purum & merum mutuum, in quo non nisi totidem pecuniæ restitui debent: & † pactio illa quòd di-
2 stracta societate fructus currãt ad rationem 12. pro centenario, non valet tanquam in fraudem vsurarum facta, nisi aliunde probetur de interesse prædicto, vt per Bal. in l. rogasti. §. si tibi, col. 2. versic. quid ergo. ff. si cer. pet. vbi Purpurat. num. 39. Dec. cons. 39. sub num. 5. & in consil. 322. in 2. dub. col. fin. Aym. cons. 189. sub num. 7. Plot. qui testatur de communi in l. si quando, num. 452. C. vn de vi. & ex Theologis D. Thom. 2. 2. q. 78. artic. 2. respon. ad 5. argum. Sot. de iust. & iure, lib. 6. q. 6. artic. 2. circa finem.

Et ad supplicationem super confirmatione societatis, quòd ea finita restituantur 2000. aliàs fructus soluerentur ad rationem 12. pro centenario loco damnorum & interesse, fuit responsum, dictam taxationem absque aliqua probatione dicti interesse, esse vsurariam & illicitã.
3 Idcirco † confirmationem siue dispensationem illi robur aliquod tribuere non posse. c. super, de vsur. Couar. varia. resolut. lib. 3. cap. 3. num. 8. versic. secundo expressius. Ea sane ratione, quia cùm vsuræ sint prohibitæ etiã de iure diuino. c. quia in omnibus, & d. cap. super eo, de vsur. c. plerique. 14. q. 4. Papa non dispensat contra ius diuinum, & super pacto vsuræ naturam sapiẽte D. Thom.
4 prima, 2. q. 94. artic. 5. per tot. Dixerunt † tamen Domini dispensationem substineri posse in terminis iuris cõmunis, nempe quando probaretur interesse lucri cessantis & damni emergentis, non autem simpliciter & absolute. Dec. d. cons. 322. num. 4. quod quidem erit probandum, vt Rota postulat, iuxta decis. Molidan. 208.

COTTÆ.

Roman. Can. sancti Angeli. Veneris, vltima Februarij. 1567.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata propter contumaciam dicitur interlocutoria.*
2 *Pœnæ appositæ in sententia lata ex contumacia; sunt reuocabiles.*
3 *Priuatio beneficiorum facta ob contumaciam, est reuocabilis.*
4 *Sententia lata in contumaciam propter delictum, est irreuocabilis.*
5 *Motus proprius Papæ prohibentis absolutionem à crimine, & audientiam & appellationem, intelligitur à sententijs, & alijs dispositionibus super crimine.*

DECISIO LXVIII.

FVit resolutum, quòd per comparitionem Nobilij sit sublata sententia contra eum lata cum pœnis in ea contentis, quia sententia prædicta cum pœnis in ea contentis lata in contumaciam, non est lata propter delictum, sed propter solam contumaciam, vt patet ex lectura ipsius, ibi in pœnis in monitorio contentis, &
1 ibi, ob non paritionem monitorij. Ideo † cùm non sit lata propter crimen, sed propter contumaciam, non dicitur diffinitiua, sed interlocutoria, & potest quandocũque purgata contumacia reuocari. Alex. Soc. & alij in l. j. §. hoc iudicium, num. 3. & 7. si quis iusdic. non obtemp.
2 & † mulctæ in ea appositæ nõ sunt perpetuæ, seu irreuocabiles, sed reuocabiles, imò durant solum durante contumacia. Felyn. Dec. & alij in c. delicta, num. 12. 17. 18. de
3 constitut. Ideo † priuatio beneficiorum ob contumaciam, seu ob non paritionem monitorij nõ priuat, quia est reuocabilis, nam quandocunq; comparet etiam post collationem alteri factam, recuperat beneficia alteri collata. Achil. de absolut. decis. vnica.

Non obst. resolutio in Roman. beneficiatus sancti Petri, quia ibi licèt fuisset ille priuatus ob contumaciam,
4 tamen erat priuatus propter homicidium, & † sic propter delictum in contumaciam ob non paritionem monitorij. Nam primo casu sententia est diffinitiua, & priuat irreuocabiliter, vt in illa Romana. Secundo vero casu est interlocutoria, quia durat mulcta durante solum contumacia. Et ita euacuantur plura & fere omnia per Bernardinum adducta.

Non obst. motus proprius Pij Quarti prohibens absolutionem à crimine, & audientiam & appellationem,
5 quia † intelligitur à sententijs, vel alijs dispositionibus super crimine, non autem super contumacia, quia est odiosus & restringendus ex allegatis per Nobilium. Et quamuis forte ex stilo soleant peti commissiones in signatura contra d. motum proprium etiam in sententijs latis in absentem & contumacem, tamen forte hoc fit in sententijs in absentem & contumacem latis propter crimen, sed non in latis ob nõ paritionem monitorij, & sic latis ob contumaciam.

Non obst. Bal. in l. ita demum, col. fin. C. de procurat. Quia loquitur in eo, qui nõ habetur simpliciter pro confesso, sed ob causam reuocabilem ex sola comparitione, vt est iste prout dictum fuit.

Non obstant verba prægnantia motus proprij denegantis, etiam si non sit inquisitus, quia est restrictus super crimine, sed ille nõ appellat neque auditur super crimine, sed solũ super contumacia, quæ differt à crimine.

COTTÆ.

Toletan. pensionis. Lunæ, 28. Ianuarij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Iudex siue executor debet esse certus de sua iurisdictione. Executor*

2 *Executor ad translationem pensionis faciendam, an quilibet in dignitate ecclesiastica constitutus per Papam esse possit.*

DECISIO LXIX.

1 RESolutum fuit pro nullitate translationis pensionis, ex quo † coram Archidiacono de Lidesma proexecutore electo, literæ Apostolicæ præsentatæ non fuissent, prout erat necessarium ad effectum, vt redderetur certus de sua iurisdictione, vt in his terminis habetur per Ferret. cons. 85. Ant. Gallet. in tract. de oblig. in form. camer. tit. de process. nu. 5. Crescent. decis. 298. cum alijs allegatis pro Domino Ioanne.

Neque obstant testes examinati coram Prouisore deponentes de facultate transferendi bo. me. Episcopo, & quòd literæ perquisitæ repertæ non fuerunt, tum quia decis. Ægid. 150. col. 17. intelligit tunc id locum habere posse, vbi dictæ literæ post præsentationem fuissent de-
2 perditæ. Tum etiam, quia † in omnem euentum fuit per Dominos consideratum, quòd dictus executor ex huiusmodi testibus nõ potuit reddi certus de sua iurisdictione, quoniam in casu isto non fuit articulatum nec probatum, quòd quilibet in dignitate ecclesiastica constitutus per Papam fuisset deputatus executor ad huiusmodi translationem faciendam.

Reseruatum tamen fuit vt videatur, an limitatio prętensi periculi propter morã intret in casu de quo agitur.

ROBVSTERII.

Ispalen. beneficij. Lunæ, 14. Ianuarij. 1572.

SVMMARIVM.

1 *Scriptores Apostolici ex priuilegio sunt etiam sedis Apostolicæ notarij.*
2 *Qualitas minus verbi dicitur intelligi & regulari secundum qualitatem alterius, si ambo in eadem oratione, & vnica determinatione ponuntur.*
3 *Scriptoria in personis scriptorum dicitur esse qualitas inducta prothonotariatus.*
4 *Dispositio seu qualitas relata ad præsens & futurum tempus non dicitur personalis.*
5 *Dignitas concessa alicui respectu officij, non autem personæ, non potest ab eo separari.*
6 *Priuilegia concessa alicui ratione officij ipsius concedentis, durant etiam dimisso officio.*
7 *Concessio Principis interpretari debet, ne contineat absurdum.*
8 *Participium præsentis & futuri temporis positum in priuilegijs, resoluitur in relatiuum, & verbum eiusdem generis.*
9 *Verba dubia debent interpretari etiam in materia stricta, secundum subiectam materiam.*
10 *Dignitas annexa officio remanet personæ etiam depositio officio, sed non exercitium.*
11 *Dignitas sine officio seu vestigia dignitatis, non sufficiunt ad inducendum reseruationem beneficiorum in curia.*
12 *Dispositio vbi considerat habitum & actum, non sufficit solus habitus.*
13 *Prothonotariatus est dignitas perpetua non annexa officio.*
14 *Qualitas permanens, & successiua adiuncta verbo, dicitur esse perpetua, & non intelligi secundum tempus verbi: nisi aliter de mente concedentis appareat.*
15 *Causa cessante non cessat dispositio aliquibus reliquijs remanentibus.*
16 *Causa cessante debet etiam cessare gratia seu ius qualificatum ex aliqua conditione, vel causa.*
17 *Beneficium Principis ob certam causam concessum restringitur ad illam.*

DECISIO LXX.

LEo Quintus & alij summi Pontificis concesserunt Scriptoribus Apostolicis plura priuilegia, & in
1 specie, q; † omnes & singuli scriptores tam præsentes, quàm futuri sint sui & sedis Apostolicæ notarij. & in alio versic. dicitur, scriptores omnes pro tempore existentes fecit suos & sedis Apostolicæ Notarios. Accidit quòd Petrus de Mixia qui erat scriptor Apostolicus, dimisit officium scriptoriæ, & postea acquisiuit beneficium de villa Martin. Ispalen. dioc. tãdem per ipsius obitum vacauit beneficium huiusmodi.

Resoluerunt Domini die Lunæ, 14. Ianuarij, 1572. quòd Petrus propter dimissionem scriptoriæ Apostolicæ desierat esse prothonotarius, & beneficium prædictũ
2 nõ erat sedi Apostolicæ reseruatum. Nam † in dicto priuilegio qualitas scriptoriæ qualificat prothonotariatũ, cùm sint in eadem oratione & ab eodem verbo regãtur, Oldrad. cons. 8. Soc. cons. 27. num. 13. & 18. in 4. Dec. consil. 92. col. fin. versic. quinto in proposito. Paris. cons. 72. num. 35. vsque ad 40. in 4. Et est causa inductiua & conseruatiua dignitatis prothonotariatus in personis scriptorum, quia causa cessante semper cessat dispositio. Bal. in repet. l. 2. col. 7. versic. viso vnde nascatur, de iureiuran. Soc. cons. 241. num. 7. versic. nono comprobatur, in 2. Felyn. in c. quæ in ecclesiarum, num. 19. de constit. Tiraq. in tract. cess. caus. limit. 35. Ideo priuilegium competens ratione alterius, si tollitur illud, tollitur & aliud. Bart. in l. Callus. §. & quid si tantum, col. 3. in princ. versic. præterea posito, de liber. & posthum. Soci. cons. 130. col. 2. nume. 17. versic. sexto confirmatur, in primo. Et vbi Princeps concedit aliquid respectu alicuius qualitatis, eatenus videtur concedere, quatenus durat illa qualitas. Cuman. & alij in d. l. ex facto, num. 3. de vulg. & pupil. Et q;
3 † scriptoria sit in personis scriptorum qualitas inductiua prothonotariatus, id deducitur ex coniecturata mente disponentis, à quo totum hoc pendet. l. 2. §. inuito, & §. si quis à Principe, ne quid in loco publ. declarant Bald. in l. humanitatis, num. 28. C. de impub. & alijs substit. & cons. 42. post princ. in 5. Ang. cons. 34. sub num. 8. & consil. 159. col. 3. post prin. & fere per tot. Imo. in clem. & si specialis, num. 4. de rescript. Claud. in l. fin. nu. 47. & 61. de constit. Princ. Quæ verisimilis intentio primo colligitur à causa propter quã fuit apposita huiusmodi qualitas: nam causa est, quæ regulat conditiones adiectas. Bal. in l. generaliter, num. 5. cum seq. C. de epis. & cler. Are. in l. in substitutione, nu. 5. col. 3. de vulg. & subst. Corn. in l. si quis hæredem, num. 8. cum sequen. & Dec. num. 3. C. de instit. & substit. Bal. in d. l. si quis hæredem, num. 2. Dec. cons. 485. num. 5. & idem est in qualitatibus. Bar. & alij in l. ex facto, de vulg. & substit. Sed causa, propter quã in prothonotariatu huiusmodi est adiecta qualitas scriptoriæ, fuit non intuitu personarum, de quibus Papa
4 ibi nullam habebat notitiam, cum † referat se ad præsentes & futuras. l. qui filiabus, & ibi not. de legat. j. cum alijs per Soc. cons. 73. num. 20. in fi. lib. 4. Sed contemplatione officij, vt officium ipsum scriptoriæ haberet hanc dignitatẽ, & plures gratias & prærogatiuas, quibus mediantibus efficeretur melioris conditionis. Nam cum prothonotariatus sit dignitas. l. eos. & ibi Ioan. de Plat. & Iac. Rebuff. in princ. C. de excusat. muner. idem Plat. in l. 2. nu. 1. C. de primi. lib. 12. Sarmen. in proœm. regul. q. j.

Callan.

Cassan.in cathal.glor.mund.par.4.considerat.29. voluit concedens, vt prothonotariatus huiusmodi staret, non de per se principaliter, sed consecutiuè & accessoriè ad officium scriptoriæ, & illi esset annexus, ex annot. per Innocen.in c.de multa, col.fin.ante fin.de præben. Ioan.de Plat.in l.cum legem, post prin.C.de dignit.lib.12. Soc.& alij in rub. de leg.j. Per.de Perus.in tract. de vnio. cap.j. Caccialup. in eodem tract. artic.10. quæ causa licèt non sit expressa, tamen cum hæc sola præsumi & coniecturari possit, secundum hanc dispositio debet regulari. Cur. sen.cons.80.col.2.post med.Dec.in c.suggestum, num.1. de appellat. vbi testatur de communi. Soc.iun.cons.primo, num.53. in primo. Vnde cùm ista causa influat in ipsam rem principaliter, & non in personas, dignitas apparet quòd fuit causa inductiua & conseruatiua, & est realis, ac sequitur suam causam, & ipsum officium. Glos. Bal. Ioan.de Plat.& Iac.Rebuff.in l.sordidorum.C.de excusat.muner.lib.10.à † quo non potest separari ex intention concedentis. Bal.in l.si prædium, num.4. ante fin. C.de ædil.actio. & alij per Aym. cons.170. num.6. Ideo dimisso officio scriptoriæ extinguitur & finitur illa dignitas in persona dimittentis, qui remanet vt priuatus, & dignitas transit ad alium cum officio, quia plures eodem tẽpore non possum eãdem rem habere.l.si vt certo. §.si duob.vehiculum.& ita not.gl.& Io.de Plat.in l.j.& 2. in prin.C.de præfec.prætor.lib.12.idem Plat.in d.l.eam legem, post prin.C.de excus.muner. lib.10. & in l.j.& 2. vbi etiam Iac.Rebuff. circa med. de præposit.sacri cubicul.lib.12.& alij passim.

Secundò deducitur hæc verisimilis mens ex eisdem
6 facultatibus, in quibus vbi concedens voluit, quòd † priuilegia durarẽt dimisso officio, id expresse dixit, vt patet in facultate testandi, quam dixit expresse velle durare etiam dimisso officio: & in prærogatiua circa beneficia, vt duret in nominato per scriptorem etiam dimisso officio, quousque sequatur effectus nominationis, sequitur etiam vt in alijs casibus, qui de iure communi & ordinario non erant comprehensi, voluerit clare denegare. l.cũ prætor, de iudic.l.maritus. C.de procurat.l.vnica.§.finaliter ad.C.de caduc.tollen.c.ad audientiam, de decim. declarant Dec.cons.99.col.fi.versic.tertio non obstat. Rui. cons.157.num.8. cum seq.lib.j. Ant.Gabriel.de reg.iur. conclus.8.num.9.

7 Tertio, quia † Principis concessio interpretari debet, ne contineat absurdũ, aut aliquid quod à sapientibus reprehendi possit.d.l.ex facto, & ibi Cuma, & alij, de vulg. & pupil.cum alijs per Aym.cons.13.fere per tot. Sed si aliter diceremus, ex vnico officio scriptoriæ possent oriri infiniti prothonotarij, qui possent vti tantis prærogatiuis ibi concessis, quòd esset absurdum, & contra verisimilem mentem concedentis, cum quia infinitas est euitanda, l.qui bona.§.fin.& ibi not.de dam.infec.l.boues. §.hoc sermone, de verb.significa. cum alijs per Alex.consil.16.num.9.in quarto.& in Referẽdarijs. Abb.in cap.j. num.4.de priuileg.& in Prothonotarijs Cassan.in catha log.glor.mund.parte 4.considerat.29.ante fin. vbi quod propter infinitatem vilescunt hæ dignitates. Tum etiã quia eodem tẽpore plures haberent eandem dignitatem ex eodem fonte prouenientem contra iuris dispositionem. Imo.Alex.& alij per Ruin.cons.19.nu.13.in j.

Quartò, ex alijs verbis eiusdem priuilegij id colligi-
8 tur ponderando † participium, præsentes & futuros, & pro tẽpore existentes, qđ resoluitur in relatiuum, & verbum eiusdem temporis.glos.in clem.j.in verbo, dignitates, de præben, Bart.in l.Centurio, num.28.in fine.& ibi not.alij, de vulg.& pupil.& facit conditionem & inducit qualitatem rei dispositæ.Bar.& alij in l.j. de cond.& demonst. idest facit prothonotarios illos, qui in futurum erunt scriptores, & sic non satis esse quòd aliquo mẽmentò scriptor existat, sed debet permanere toto tempore importato per participium in futurum, erunt, seu extiterint scriptores.Bar.in d.l.ex facto, num.2.in fine.& ibi etiam Cuma.num.13.de vulg.& pupil. idem Bart.in l.præcipimus.§.fane, de appel.& Imo.in d.clem.& si principalis, num.14.

Quintò, quando verba essent dubia, deberent trahi
9 ad istum sensum, quia † intelliguntur secundum subiectam materiam, vt deseruiant menti etiam in materia in qua stricta fit interpretatio.l.insulam, de præscript.verb. cum alijs per Curt.sen.cons.40.num.13.Alex.cons.129. num.4.& ibi addit.lib.2. Cassan.cons.11.num.57.cum seq.Et quia qualitas scriptoriæ est successiua, non aũt momentanea, nã officium scriptorum reputatur perpetuũ, cũ illis concedatur ad vitam & beneplacitum ipsorũ. gl. in l.2.pro soc.Ioan.de Plat.in l.eam legem, in fi. C.de excus.muner.lib.10. Dec.cons.204. per tot. Et in simili de iurisdictione, vt sit quid successiuum, & non momentaneum, considerat Bal.in l.generaliter, num.7.circa med. C.de epis.& cler.& idem in canonicatu, Dec.post alios in c.quoniam Abbas, num.6. circa med.de offic.deleg.& in specie Corn. in d.l.si quis hæredem. C.de instit.& substit. Tiraq.cess.caus.limit.4. num.24. Vnde cum sit qualitas successiua, in dubio præsumitur, quòd fuerit à disponente assumpta pro causa essendi & permanendi, vt eatenus sit Prothonotarius, quatenus in eo durat qualitas scriptoriæ.Imo.in clem.& si principalis, num.14. versic.si vero non appareat, & versic.quandoque est dubium, de rescript. Nam in dubio attendi debet qualitas, sub qua fit dispositio, quia tunc valet argumentum de tanquam, & à nomine officij dignitatis, vel appellatiui, & à præsuppositis, cum talia sint subiecta, qualia prædicata demonstrant.Signorol.cons.37.in 3.dub. & in cons.68. Alciat. tom.j. lib.2. cons.3. num.21. cum seq. Euerad.in loc.ab effect.eorũ quę simul requiruntur 36.& dicitur tanquã. 79.& de nomine officij 81. & faciunt not.in c.quoniam Abbas, de off.deleg.& in l.mancipia.C.de ser.fugit. Dec. in l.j.num.14. C.de eden.

Neque obst.contrà prædicta, quòd glos.& Io.de Plat.
10 in l.eos. C.de excus.muner. post Bart.Salyc.& alios in l.j. C.de aduoc.diuer.iud. quòd † post depositum officium habens dignitatem annexam ille remaneat in dignitate. Quoniam in d.l.j. ex speciali priuilegio decorantur noua dignitate, non autem remanet prima: alij verò qui nõ habent huiusmodi priuilegium, plerunque in memoriã antiquæ dignitatis, retinent reliquias & vestigia quædã, hoc est nomen, seu honorem & prælationem honoris cum priuilegijs immunitatis tertio non nociuis, sine alio quo exercitio præcedentis dignitatis. Io.de Plat.in d.l.j. & 2.C.de præfect.prætor.& in l.j.vbi Iac.Rebuff.de præpos.sacr.cubicul.lib.12.& idem Plat.in l.j.C.de quæstor. & mag.offic. & in d.l.j. nume.4. C. de primic. & secundicer.lib.10. Guid.Pap.q.377. Tiraq.cess.caus.limit.15. & 16. quæ vestigia faciunt ipsum honorarium & compendiarium tantum.l.2. C.vt dignit.ord.seruet. Taliter quod licet eodem tempore quis non possit habere istud compendium cum alia dignitate, quoniam non habeat plures dignitates.d.l.j. & ibi Plat.num.3. C.de primic.& secundicer.& in l.4.C.de prepos.sacr.scrin.Quod tamen compendium cessat omnino, vbi quis pretio aut suffragio aliquo adeptus est huiusmodi officium cum dignitate, prout ipsi scriptores Apostolici, tunc enim dimisso officio cessat & dignitas & omnes reliquiæ, ità quod nõ remaneant vestigia aliqua.l.vniuersi. & ibi Bart.Ioan.de Plat.& Iacob.Rebuff.de leg.lib.10. idem Plat.in d.l.eos, num.1.

num.1.& in l.eam legem, ante finem.C.de excusat.muner. Roland.à Valle consilio sexagesimosexto, numero quadragesimoseptimo, libro primo. Nam plus meretur qui virtute propria acquirit dignitatem, quàm qui pretio vel suffragio aliquo illam adeptus est. l.prima & secunda, de offic.proconsul. Bartol. in l.quod principi, de legat. secundo. Natta consilio 163. numero 14.& consilio 129. numero octauo. Ideo vidua retinet dignitatem nobilitatis quam propter maritum acquisiuerat.l.filij. §.vidua, ad municip. Ioan.de Platea in l.mulieres, numero primo, de dignit. lib.12. Et tamen nobilis propter feudum si suffragio acquisiuit, & vendit illud, nihil retinet, sed desinit esse nobilis. Ilsern. in cap. primo, in fine princ. de capi. qui cur. vendit. Tiraquel.de nobilit.cap.septimo, in fine. Vnde apparet, quòd isti scriptores post depositum officium scriptoriæ, de iure non retinent dignitatem, nec vestigia aliqua. Et quatenus retinerent reliquias illas, de quibus supra, quas, vt
11 fuit dictum, non retinent, nihilominus † vestigia hæc sine dubio non sufficerent ad inducendum reseruationem beneficiorum huiusmodi. Nam extrauagans ad regimen. & declaratiua Pauli Tertij, & regula prima reseruatoria, exorbitauit à iure communi, quia saltem in aliquo limitat ius commune. Corn.consilio 174.columna secunda, ante medium, libro quarto. Crot. in l.omnes populi, numero 121.versiculo, pro complemento, de iustit.& iure. Ideo contra ordinarium & prouisum ab eo sunt strictè intelligenda. glos.& alij in cap. præsenti, de offic.legat.in sexto. Geminia.consilio 136. numero duodecimo. Cassan. dicto consil. 41. numero tertio. Et cùm reseruent beneficia officialium, videlicet prothonotariorum, & sic præsupponunt has duas qualitates, scilicet officij & dignitatis, sunt verè, propriè, plenè, & cum effectu intelligenda, non autem impropriè & semiplenè.l.prima.§.primo.& ibi Ias. Claud.Dec. & alij, quod quisque iur. Ias. consilio 158. numero sexto.& fine præsuppositio officij. glos. Salyc.& alij in dicta l.mancipia. C.de seru.fugit. Dec.in l.prima, numero decimoquarto. C.de eden. & in pluribus eius consil. Præsertim vbi adest diuersa ratio. Alexand. in l.ait Prætor, columna prima, in principio, de iureiuran. Dec.in cap.
12 secundo requiris, de appel. prout hic. Nam † vbi dispositio considerat habitum, & actum, sufficit solus habitus. Bald.in proœm.ff.post princip. Abb.in dicto cap.de multa, numero 24.de præben. Glos.2.Gemin.Francis.& alij in cap.licet, de electio.libro sexto. Merito reliquiæ illæ quando remanerent, non sufficerent ad effectum de quo agitur.

13 Non obstat, quòd dicebatur, quòd † Prothonotariatus est dignitas perpetua, quæ semel acquisita non cessat etiam dimisso ipso officio, dicta l.eos.l.maximã rem. l.eam legem. C.de excusat. muner. Quoniam id satis ex proximè adductis sublatum fuit, vt non procedat in dignitate reali annexa ipsi officio, & quæ sequitur suã causam, vt in scriptoribus istis qui pretio & suffragio consecuti fuerunt hanc dignitatem, non remanent vestigia aliqua, quæ tamen si remanerent, non sufficiunt ad reseruationem beneficiorum, vt deductum fuit.

Neque etiam obstat, quòd qualitas adiuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi.l.in delictis. §.si extraneus, de noxal. cum alijs per Dec. consilio 24. & sic sufficiat quod qualitas scriptoriæ adfuerit ab initio, licet non durauerit, vt in eo qui semel habuit duodecim filios, & pluribus alijs exemplis. Ioan. Andr. in cap.decet, numero secundo. & ibi Francis.& alij. de regul.iur. in sexto. Anan.consilio 105. Roman.consilio 279. & ibi Add. Socin. Ias. & alij in l.sciendum. §.si fundum, qui satisdare cogant. Dec. dicto consilio vigesimoquarto. Roland. à Valle qui plures cumulat attestantes de communi, consilio 52.numero 45. cum pluribus sequen.libro secundo.

Quia id verum est, vbi qualitas adiuncta verbo est momentanea, vel est requisita certo & limitato tempore: tunc enim sufficit, quòd semel extiterit de illo tempore verbi, vt in dictis exemplis proximè adductis, vt declarant Bald. & alij in dicta l. si quis hæredem. C. de institutio. & in dicta l.humanitatis. C. de impuber. Imola in dicta clementina, & si principa-
14 lis. Secus † verò vbi qualitas habet tractum successiuum, & permanentem, & constat de mente concedentis, quòd qualitas debeat durare, vt hic: tunc enim non sufficit semel conditionem extitisse, sed debet durare.

15 Non obstat, quòd † vbi remanent reliquiæ aliquæ, tunc cessante causa non cessat dispositio. Ioan.And.Francis.& alij in dicta reg.decet, de regulis iuris, libro sexto. Anan.dicto consilio 105. ante finem. Dec.in dicto cap. cessante, numero quarto, de appellat. Quoniam id verum est in casibus à iure expressis, vt benè considerat Tiraquel.in dicto tracta.cess.caus.limit.decimasexta, in fine. de quibus non est iste, de quo agimus, immo expresse requiritur statutum, vt non duret dignitas, sed priuilegia & vestigia aliqua, & in eis quòd suffragio aliquo adepti sunt dignitatem, cessant omnia, vt dictum est. Præterea illud procedit vbi dispositio est inducta cum causa momentanea, aut requisita certo & limitato tempore: sed non vbi est inducta cum causa successiua, & permanente: tunc enim cessante causa inductiua, & conseruatiua dispositionis, cessat ipsa dispositio, licet remaneant reliquiæ, vt supra deductum fuit.

Non obstat, quòd cessante causa, non debet ces-
16 sare † gratia creationis prothonotariatus, quæ semel habuit suam perfectionem, & transtulit plenum ius in acquirentem. l.finali, in principio, vnde liberi. cum alijs per Bartol.in l.secunda.§.finali, circa finem, de donatio. & Decius in capitulo, cum cessante, numero tertio, de appellatio. Quia verum est, vbi fuit gratia & ius illi simpliciter quæsitum: at secus vbi gratia & ius fuit qualificata ex aliqua conditione vel causa, vt hic. Tunc enim res illa transit cum sua causa, & non recipit perfectionem, nec acquirit ius, nisi cum sua qualitate & causa. Bartol. & alij per Iason. in lege, qui Romæ. §. Flauius, columna prima & secunda, de verborum obligatio. Castrensis in l. priuilegia. C. de sacrosanctis ecclesijs. Decius in capitulo, ecclesia sanctæ Mariæ, columna vigesima, numero quinquagesimotertio, post medium, versiculo, secundus casus est, de constitutio. & in capitulo, nouit, columna septima, numero decimotertio, in fine, versiculo, sed contra, de iudicijs.

Non obstat, quòd in istis priuilegijs Principum sit faciendа latissima interpretatio. l.finali, de constitutio.
17 Princ. Quoniam † non procedit, quando sunt concessa propter certam causam: nam tunc restringuntur propter illam causam, cum non possit fieri interpretatio quæ ex verbis non concipitur. latè post alios Claud. de Seysel. in dicta l. finali, numero quinquagesimooctauo, & 61.

Non obstat, quòd Frothonotariatus sit dignior scriptoria. Quoniam non ideo stat de per se in casu isto, sed requiritur suum principale, licèt illud sit minus dignum. vt in l.cum principali, vbi Moderni, de regul.iur.Hippol.singul.17.

Quatenus verò in contrarium allegatur stilus Curiæ, dixerunt Domini de eo alias agendum, an probetur, nec ne.

ROBVSTERII.

Auinionen. pecuniaria. Die 21. Octobris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Indefinita in teste non æquipollet vniuersali, nisi posita sit dictio, exceptis.*
2 *Hæres possidens aliqua bona spectantia ad alium cohæredem, potest conueniri insolidum.*
3 *Confessio præiudicat confitenti ita quòd non admittitur probatio in contrarium.*
4 *Hæres creditor hæreditatis potest sine dolo, & fraude eligendo rem sibi satisfacere.*
5 *Possessor in materia diuidua non potest in totum conueniri.*

DECISIO LXXI.

Diuisa fuit proposita difficultas in plures partes, nonnullæ respicientes factum, nonnullæ verò ius. Prima quo ad factum, an probetur, Mariam possedisse omnia bona Ioan. Baptistæ. Secunda, an probetur, quòd Ludouicus cohæres Mariæ esset creditor Ioannis Baptistæ defuncti in eadem vel maiori parte Ioan. Baptistæ per ipsum Ludouicum alienatorum. Tertia quoad ius, an Ludouicus potuerit sibi soluere. Quarta, an Maria potuerit in solidum conueniri, & condemnari. Quinta, an sententiæ in Rota latæ sint in totum, vel pro parte tantum reuocandæ.

Quoad primam inclinabant Domini, quòd ex deductis satis constaret de possessione Mariæ omnium bonorum Ioan. Baptistæ ex secundo teste, alias quinto, super 30. vbi de visu, quòd Maria cõtinuauit possessionem bonorum mobilium & immobilium concernentiũ hæreditatem Ioan. Baptistæ, qui licèt videatur indefinitè deponere, & indefinita in teste non æquipolleat vniuersali, tamen, † quia dicit, concernentium hæreditatẽ Io. Baptistæ, & quia subiungit, exceptis, in non exceptuatis firmat regulam. & ex quinto, alias nono, super 51. & 52. dum dicit, dicta bona, & sic per relationem cõstat, quòd loquitur de omnibus bonis. Felyn. in c. auditis, num. 24. prope fin. de præscript. Soci. in l. si quis cum totum, nu. 4. de except. rei iud. & ex 16. 17. & 18. alias 1. 5. 6. & vltimo loco examinatis coram Auditore Rotæ Auinionen. super 52. vbi quòd Maria percipiebat omnes fructus bonorum d. Ioan. Baptistæ. Nam ex illa vniuersali, omnes fructus, ex his quæ subijciunt testes coadiuuando & nõ cauillando eorum dicta, videbatur Dominis esse intelligendum de fructibus omnium bonorum.

Nec obst. quòd testes dicant fuisse diuisa bona mobilia, quia dicebant, quòd sicut verum est, quando hæres possidet omnia bona, potest cõueniri insolidum de quo agitur inferius, idem † erit quando possidet tot bona spectantia ad alium cohæredem quæ sufficiant ad huiusmodi satisfactionem, sic applicatur tex. in l. 3. §. hæres cum. & materia quam tract. Bart. in l. 4. §. Cato, in 3. oppos. & in l. stipulationes non diuiduntur, in 8. oppos. Præterea † confessio Mariæ & Ludouici, de qua in inuentario, plene probat contra ipsos: imò dicebant quod non admittitur contra illam probatio in contrarium, ex l. fi. C. at bit. tutel. cum ibi not. per Dec. consil. 60. numero 2. Nam si de inuentario aliquid detrahendum est, id fieri debet, non propria auctoritate, sed coram iudice, citatis creditoribus & legatarijs, Bal. in auth. sed cum testator, num. 20. C. ad l. Falcid. Ang. in l. j. §. hęc stipulatio, nu. 13. si cui plusquam per leg. Ideo cùm ex inuentario appareat, quòd bona mobilia pertinebant etiam ad hæredes fratrum defunctorum, quibus etiam successerat Ludouicus, ex hoc non probatur, quòd bona huiusmodi mobilia nõ potuerint esse ex illis: & propterea secũdus aliàs quintus testis attẽte dicit, excepta parte mobilium, quã potuit habuisse Ludouicus. Nec mouebat Dominos, q̃ testis dicit, quòd hæc diuisio facta fuit post obitum Io. Baptistæ, quia, hoc nõ obstante, potuit esse de bonis pertinentibus ad hæredes fratrum, & quamuis vnus testis deponat de valore, dicebant q̃ res est modici momenti.

Non obstant alienationes, quia dicebat, quòd si constat de credito Ludouici, potuit ipse sibi soluere eligẽdo rem in qua velit sibi satisfacere, vt statim dicetur.

Quoad secundam credebant Domini satis constare de credito Ludouici ex instrumento transactionis, & de mandato Ludouici dicebant sufficienter apparere ex confessione Ioan. Baptistæ, quæ reuocari non potest, nisi docto de errore, vt in eademmet exemplo allegata decis. Afflict. 133.

4 Circa tertiam etiam tenebant, quòd † si Ludouicus vere erat creditor, prout existimabant esse, potuit cessante omni dolo & fraude eligere rem, & in ea sibi satisfacere. ex Bald. in l. fin. §. in computatione, num. 4. C. de iure deliberan. Afflict. decis. 13. num. 14. cum seq. & fuit dictum in Romana de Incoronatis coram R. P. D. Cotta.

Neque obstant notata in l. debitori. C. de pact. Quia intelligunt eam, quando ille sibi soluendo præiudicat creditoribus, vt possit de ea perpetuo disponere, vt ibi Bald. & Ias. sed illis non reclamantibus, secus, maximè, quia in omnibus illis alienationibus erant comprehensæ quædam ratæ partes pertinentes ad hæredes aliorum fratrum.

Quoad quartam quibusdam faciebat difficultatem, quia sumus in obligatione principali tantum, & in materia diuidua: tũc † enim licet vnus possideat, tamen regulariter non potest in totum conueniri. Alciat. in dicto §. Cato, numero 49. cum sequen. per tex. in l. si duo. depositi. & comprobabantur hæc ex notatis ibi per Rip. numero 24. vbi quod illud sit ratione inseparabilitatis, & mouetur per tex. in l. 3. §. hæres, de commod. ibi, totæ rei. ex quo appareret, quòd de re quapiam, non autem de summa loquitur. facit etiam Salyc. & Fulgos. in l. secunda, numero 13. de hæred. actio. Sed dicebant alij, quòd hæc materia videtur pendere ab obligatione, rem dari, & rem restitui, an sit diuidua vel indiuidua, quæ non facit ad propositum in hac materia. Et licet etiam Eman. Const. in dicto §. Cato. opponat not. per Bart. in l. si cum dotẽ. §. transgrediamur, soluto matrimonio. Si pater & filius confessi fuerint recepisse dotem, & quòd pecunia ad vnum peruenerit, non potest conuenire illum, sed deberet conuenire ambos, per l. reos. §. cum in tabulis, de duobus reis. Dicebant quòd non facit ad propositum, quia non agitur ibi ex obligatione hæreditaria: item hic non agitur de repetitione, sed de petitione. Quibusdam verò placebat doctrina Salyc. & alia hic per informantes Andreæ allegata, ex quo sumus in actione bonæ fidei, quæ habet diuersas regulas, vt per Salyc. in d. l. pro hæreditarijs. ibi, idem in obligatione certæ summæ. Tamen Dominis visum fuit, quòd res ex alio capite non videtur habere difficultatem inspecto instrumẽto declarationis Ludouici, quod fuit productũ coram me: nam dicebant Dñi, huiusmodi declarationẽ habere vim cessionis in fauorẽ Andreæ. Nam Doct. in d. §. Cato, in 3. oppos. Bart. faciunt difficultatem, quòd actio non potest transire in alium sine cessione: & ita videtur in isto casu, quia cum actio non possit transire in alium, nisi mediante cessione, in necessariam consequentiam declaratio de qua in dicto instrumento, habebat vim cessionis: & sic ex iure cesso à cohærede contra Mariam potuit agere Andreas insolidum contra Mariam, quæ possidebat omnia bona hæreditaria Ioan. Baptistæ.

Ad secundam difficultatem, an in toto sint reuocandæ sententiæ in Rota latæ, dicebant non esse necessarium respondere, si præmissa subsistunt de plurib. Pau. de Cast. in l. prima. C. si aduersꝰ vendit. cum alijs adductis per. informantes, maximè in summa diuisibili. Si tamen hæredes Mariæ voluerint in aliquo ex præmissis audiri, poterunt, quia propter multitudinem scripturarum, & quando materia non potuit perfectè discuti.

ROBVSTERII.

Bononien. fideicommissi de Berois. Die Mercurij, 5. Maij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Proximitas grauati est attendenda, secundum magis communem. & num. 3.*
2 *Doctoribus iunioribus attestantibus de communi magis credendum est.*
4 *Coniecturæ ex quibus proximitas grauati inspicienda est.*
5 *Prohibitio alienationis facta causa conseruandi bona in agnatione semper & in perpetuum, extenditur in infinitum.*
6 *Honestas, & dignitas familiarum ex diuitijs conseruatur.*
7 *Iudex in dubio pro paupere pronunciare debet.*

DECISIO LXXII.

Difficultas proposita fuit diuisa in tres partes. Prima, quænam sit magis communis opinio in hoc, an sit attendenda proximitas testatoris, vel grauati. Secunda, quæ sit verior opinio. Tertia, an in casu de quo agitur, possit voluntas testatoris ex aliquibus coniecturis colligi.

Quoad primam non defuerunt ex Dominis, qui diligenter deduxerunt magis communem opinionem esse,
1 quòd † proximitas grauati sit attendenda, præsertim iuxta terminos testamenti q. Petri Franciſci de Beroijs, de cuius fideicommisso agitur, vt patet ex numero Doc. cumulatorum per informantes Ioan. Thomasij, & vltra illos addebant Aymon. consi. 67. numero 5. versic. & in terminis. Ferdinan. Tiennen. cuius formalia fundamenta refert & sequitur Marzar. consil. primo, artic. 10. in fine, & car. 11. Menoch. in consil. pro Triuultijs, numero 321. Hieron. Torniel. in quoddam consil. cui se subscripsit Port. vt in consi. 122. idem Port. late consi. 121. per tot. & in consil. 123. idem Torniel. in l. hæredes mei. §. cùm ita, numero 81. cum sequen. ad Trebel. & Tanc. ibidem refert plures tam pro ista parte, quàm pro alia, num. 118. Tob. Non. consi. 41. numero 28. & 29. Bolog. in dicta l. hæredes mei. §. cum ita, numero 162. & isti etiam referunt Bursat. & Cartu. in consil. suis. Et hanc sententiam magis communem dicit Gozad. consi. 4. sub numero 31. versic. ad sextum vero. Et communem omnium Doct. fatetur Soc. iun. consil. 129. sub numero 56. libro primo. communem asserit Bero. in cap. in præsentia, numero 413. de probatio. communem fatetur Roland. consil. 110. numero secundo, libro primo. communem & receptissimam apud Modernos dicit Alciat. consil. 32. numero 8. libro quarto, tom. 3. Idem Alciat. in l. pronunciatio. §. familiæ, numero 26. ff. de verborum signific. inquit receptiorem apud recentiores, & magis communem testatur Menoch. d. consil. pro Triuult. numero 311. veriorem & magis communem asseuerat Iul. Clar. §. testamentum, quæst. 76. sub reg. 6. versic. sed hic occurrit. Veriorem & magis communem scribit Marzar. in epit. 2. quæst. 35. in fine. & idem Marzar. consil. primo, fol. 11. versic. & quamquam quidam inquit. Frequentiori calculo approbatam & vsu receptam communem conclusionem, & ab ea recedendum non esse firmat Port. dicto consi. 122. numero 6. & rursus consi. 123. asseuerat omnibus hinc inde bene consideratis sibi aliàs placuisse & tunc etiam placere hanc opinionem tãquam veram & communem.

Et licet adsint etiam in contrarium plures attestationes de communi & magis communi opinione, vt de-
2 ducunt informantes partis aduersæ, tamen † magis stãdum est attestationibus præfatis, tanquàm factis à iunioribus & recentioribus, vt tradit Grat. consil. 88. numero secundo, libro secundo. Hercul. in tracta. de proban. negat. numero 302. ante finem. Coras. in tracta. de commun. opin. libro primo, tit. 7. numero 10. Et aliqui ex Dominis vt clarius ostenderent, quòd in terminis huius testamenti ista est communis opinio, distinguebant plures casus. Primus, quando est locus fideicommisso propter contrauentionem, quia alienauit grauatus, & in isto casu loquuntur plures allegati in §. diuus. & aduertit Peregrin. decis. alleg. cuius copia datur. & iste non est casus noster & habet particulares rationes. Secundus est, quando testator vocauit proximiores, & in dubio forte intelligitur de suis, & in istis terminis loquuntur etiam plures, qui etiam non est casus noster, & habet in se particularem rationem. Tertius, quando vocauit agnatos suos, vel illos de sua familia, & in istis terminis loquuntur etiam plures exemplo allegati, prout diligenter aduertit Port. dicto consil. 122. vbi enumerat Doctores qui loquuntur in istis casibus, nec iste est casus noster. Quartus, quando testator non vocat agnatos suos, neque proximiores, sed familiam de Beroijs, & quidem per verba de futuro, prout est casus noster, & in isto casu intelligitur vocatus proximior grauato, & testator censetur permisisse esse locum successioni ab intestato, & voluisse cum iure communi se conformare. Nam testator voluit, quòd perpetuò esset in familia de Berois, & sic prout ius disponit in successionibus, ab intestato.

Quoad secundam, dicebant veriorem esse hanc eandem sententiam ad fauorem grauati, † tum ex iuribus,
3 rationibus & argumentis latè adductis à Soci. in pluribus eius consil. à Soc. iun. dicto consil. 126. per tot. Marzar. dicto consil. primo. & Port. dicto consil. 121. per tot. Torniel. in dicto §. cum ita, numero 81. cum sequen. qui Doct. late ostendunt veritatem huius opinionis, & respondent omnibus iuribus, rationibus & argumentis partis contrariæ, & attestantur hanc esse cõem & magis communem & receptissimam opinionem, dicunt etiam esse veram veriorem & verissimam. Accedit etiã quod pro hac opinione ita alias iudicatum fuit Senis & Florentiæ, vt testatur Soci. consil. 249. num. 21. versic. decimo secundum. & pro eadem opinione in Rota Florentina iudicatum fuisse asserit Marzar. dicta quæstio. 35. in fine. & ita etiam alias Rot. in hanc sententiam inclinauit.

4 Quantum ad tertiam, ex † pluribus coniecturis pro-

ximitatem grauati inspiciendam esse, concludebant plures ex Dominis in casu isto. Prima est, quia testator fratribus sibi in gradu proximioribus prætulit Antonium filium ex fratre, & sic in gradu remotiorem. Vnde si testator habuisset rationem proximitatis personæ suæ, vtique vocasset fratres & patrem Antonij, cum ipsi sint ei in gradu proximiores, & hæc coniectura consideratur in terminis à Port. dicto consilio 121. numero 21. in fine.

Secunda coniectura est, quòd fratres testatoris fuerunt simpliciter exclusi, ergo semper remanent exclusi. ad tradita per Bart. in l. fin. §. fin. ad Tertul. cum infinitis cumularis per Gabriel. lib. 6. de statu. conclus. 4. in principio. & per Tiraquel. in l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, num. 193. cum duobus sequen. quæ conclusio procedit etiam in fideicommissaria substitutione, vt per Corn. cons. 160. num. 8. & per Gabriel. dicta conclus. 4. num. 6. Et huius conclusionis ratio est, quia quando exclusio facta est simpliciter, & non cum verbis suspensiuis, tunc effectus exclusionis est iam consumatus, nam cessante causa non cessat effectus, quando est consumatus, vt per Tiraquel. in tracta. cess. caus. in 12. limit. per tot. & in materia exclusionis, numero 14. cum multis sequen. Et ex hac coniectura exclusionis voluntatem testatoris fuisse, vt exclusi, licet sint sibi proximiores, non admittantur. tradit Soci. dicto consil. 249. numero 21. post medium, in tertio fundam. versic. quæ semel exclusæ. Non obst. si dicatur, quòd inter exclusos à testatore adest etiam pater Antonij, ergo & ipse remanet perpetuo exclusus. Quia respondetur, patrem Antonij in casu isto non considerari tanquàm fratrem testatoris, & sic tanquàm exclusum, quo casu procederet obiectum, sed considerari tanquam patrem, & hæredem Antonij, & sic tanquàm ei proximiorem & magis dilectum.

5 Tertia coniectura † colligitur ex prohibitione alienationis facta causa conseruādi bona in agnatione semper & in perpetuum, quæ prohibitio extenditur in infinitum, & propterea censentur vocati etiam illi qui non poterant esse nati, neque concepti tempore mortis testatoris, & sic ij qui nullo modo poterant testatori ab intestato succedere. l. lege 12. tabularum. C. de legit. hæred. Et ex hac ratione non possumus dicere consideratam fuisse prioritatem respectu testatoris, sed potius respectu grauati, quasi testator non habuerit respectum ad personas, sed tantum ad successionem sanguinis substitutionem fecerit. ita in terminis argumentatur Soci. dicto consil. 249. numero 21. prope finem, versic. decimoquarto confirmatur, & in consil. 86. numero 11. in fine, versic. comprobatur, libro tertio. Marzar. dicto consilio primo, folio 8. prope finem, versic. sic etiam illa sua ratio.

Quarta & vltima coniectura ex eo elicitur, quòd cùm pater Antonij maxima laboret egestate, fratres vero ipsius opulentis effluantur diuitijs, vt in facto supponitur, sequitur vt pater dicti Antonij solus censeatur vocatus ad fideicommissum tacitum inductum ex prohibitione alienationis, quod nunc præsupponitur sine veri præiudicio, etiam purum & absolutum: quod quidem fideicommissum cum factum fuerit causa conseruandi familiam de Berois, cumque † honestas & dignitas familiarum ex diuitijs conseruetur. l. prima, §. sed si, de vent. inspicien. l. super statu. C. de quæstio. & è contra propter inopiam destruatur & intereat. §. sancimus, Authen. de testibus. l. tertia, in principio, de testibus, & propter paupertatem familiæ sordescant. l. quisquis. C. ad l. Iuliam maiest. late per Bar. bat. ad rubricā de

6

succes. ab intesta. colum. 5. numero 2. Brun. super statut. stant. masculi. articulo tertio, numero 7. cum sequen. Georg. Natta super eod. statut. quæst. prima, nume. 24. cum sequen. sequitur, patrem Antonij vt valeat conseruare dignitatem familiæ de Berois, debere admitti in totum ad huiusmodi fideicommissum, aliàs in maximam paupertatem incideret, ob quam familia de Berois in persona sua sordesceret. Merito, &c.

Accedit, quòd in dubio dicitur pronunciandum pro parte D. Antonij, tum quia est reus & possessor, tū quia
7 pauper est, & † in dubio pro paupere iudex pronunciare debet. Castren. in l. qui filium. §. Sabinus, ad Trebel. cū alijs adductis per Benincas. in tracta. de pauper. quæst. 4. num. 8. cum sequen.

ROBVSTERII.

Regien. Sancti Thomæ. Die Veneris, 10. Februarij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia habens præsumptionem pro se, transfert onus probandi titulos in aduersarium.*
2 *Ecclesia agens contra possessorem non tenetur probare dominium vel quasi: sed sufficere, res aliàs fuisse detentas vel possessas per ipsam ecclesiam, vel in ea repertas.*
3 *Iudex potest credere testibus non idoneis deponentibus verisimilia.*

DECISIO LXXIII.

FVit resolutum, quòd resultat sufficiens probatio ad fauorem Corradini, ad effectum de quo agitur, hoc est vt dicatur Corradinus satis probare, q agri enumerati per testes Corradini sint de iurib. seu pertinentijs beneficij Sancti Thomæ, & non de bonis patrimonialibus istorum de Boiardis. Mouebantur Domini, quia iam aliàs resoluerunt, quòd Corradinus saltem probauerit in genere, quòd huiusmodi beneficium vltra possessionem illam 17. bubulcarum, habebat alias possessiones & agros, vt in positionibus de mensibus
1 Aprilis, & Maij, 1573. Ideo † nisi Boiardi ostendant titulos & causas, quare isti agri spectent ad ipsos, iudicandum est pro ecclesia. Abb. Soci. Ias. & alij per Ruin. consilio 50. numero 13. cum pluribus sequen. libro primo, præsertim fauore ecclesiæ, pro qua semper in dubio est iudicandum, Afflict. post alios decis. 13. in fine. facit etiam, quia Corradinus qui agit nomine ecclesiæ contra possessorem absque titulo ad recuperationem rerum dictæ ecclesiæ, non tenetur probare dominium
2 vel quasi, sed † res istas fuisse alias detentas vel possessas per ipsam ecclesiam, vel aliàs in ecclesia repertas, quia habeat adiudicatum huiusmodi beneficium cum omnibus iuribus & pertinentijs ipsius, vt in simili de fideicommissario, vt in l. prima & secunda. ff. de fideicommiss. hæred. pet. l. item videndum. §. fin. cum l. sequen. ff. de petit. hæred. l. bonorum. §. in bonis, de verb. signific. l. seruos, in princ. de legat. 3. cum alijs per Nat. consil. 400. per tot. libro secundo. Sed testes Corradini, præsertim quintus Stephanus de Barocchis, & octauus Rugerius de Rogerijs, qui non patiuntur considerabiles exceptiones, probant non solum cōem reputationem, sed etiam possessionem ecclesiæ anteriorem istarū terrarum. Ideo nisi Boiardi ostendant titulum, res istæ sunt consignandæ ecclesiæ ratione anterioris possessionis. Mouebantur etiam,

etiam, quia tota difficultas reducitur ad identitatem, & eum non agatur ad deuolutionem propter caducitatem sed ad recuperationem tanquàm de re pertinente ad ecclesiam non docto de iure alterius, quo casu sufficiunt duæ demonstrationes, vt hic bene deducit informantes: sed saltem isti duo testes, de quibus supra, ostendunt plures demonstrationes. Meritò dī satis probata intentio ecclesiæ. Considerabant etiam Domini, quòd
3 † testibus non idoneis potest iudex credere, quando deponunt verisimilia, prout hic, ex pluribus circunstantijs alias cōsideratis de mensibus Aprilis & Maij, 1573. & ex testibus ipsis, præsertim duobus supradictis 5. & 8. Non obstant testes Boiardi. Quia isti de Corradino, vt dicebant Domini, sunt magis adminiculati. & ista materia non habuit difficultatem inter Dominos.

ROBVSTERII.

Anconitan. restitutionis instrumenti. Die Veneris, 9. Decembris. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Læsio an sit enormissima, est in iudicis arbitrio.*
2 *Dolus re ipsa datur, enormissima læsione data.*
3 *Valor rei debet in specie probari, & non sufficit quælibet notitia.*

DECISIO LXXIIII.

FVit resolutum, quòd renunciationes de quibus in instrumento huiusmodi, non obstant. Nam communis † est opinio, quòd sit relictum arbitrio Iu-
a dicis, an læsio sit enormissima, vt per Modernos in locis allegatis. Et Rota fuit pluries arbitrata, quòd 300. aut 500. vltra dimidiam iusti pretij est læsio enormissima, vt per Cassad. decis. vnica, de empt. & vendit. præsertim num. 4. Simonet. decis. 66. & Couar. in loco allegato, iuxta qualitatem personarum & alias circunstantias. Soci. iun. cons. 48. num. 22. lib. j. Roland. cons. 7. num. 5. lib. 3. Bursat. cons. 25. num. 4. circa medium. Menoch. de arbit. casu 74. num. 4. Couar. lib. j. varia. resolut. cap. 3. nu-
2 me. 10. versic. ego sane. Data † igitur enormissima læsione, datur dolus re ipsa, & sic eadem facilitate qua venditor est inductus ad vendendum, fuit etiam motus ad renunciandum. Et cum fuerit resolutum, quòd valor istarum terrarum pro qualibet salma erat 40. ducatorum & vltra, dixerunt Domini, quòd ad minus potest intelligi de 42. stantibus his quæ tempore resolutionis ipsi considerarunt, licet testes plures percutiant de 45. 47. & 50. adeo quod datur excessus ad minus in 640. vltra dimidiam iusti pretij. Non obst. donatio, quia non probatur vera, & perfecta scientia veri valoris terrarum, cum fuerit dictum in instrumēto diuisionis 304. quòd erat iustum pretium, & probatur aliunde iustus valor in tam magno excessu.

3 Præterea, testes loquuntur genericè, quòd † venditor sciret qualitatem & valorem huiusmodi terrarum, & non dicunt, quòd sciret verum valorem ad rationem 40. ducatorum, & vltra pro qualibet salma. Doct. requirunt veram & perfectam ac plenam notitiam valoris rei, & non sufficit quælibet notitia, nisi sit particularis certa & indubitata, vt hic per informantes.

ROBVSTERII.

Anconitan. bonorum. Die Lunæ, 19. Februarij. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Actor quando plene probauit suam intentionem, debet reus plene probare suam exceptionem.*
2 *Præsumptio iuris sufficit ad illud probandum, quod deducitur incidenter, super quo non est pronunciandum.*

DECISIO LXXV.

QVoad primam partem duæ fuerunt opiniones. Prima, quòd Stephanus sit restituendus, quia constat de vtroq; extremo. Neque obstant sententiæ, quoniam absque integris processibus non sufficiunt ad excludendum spolium plene probatum: &
1 † quando actor plene probauit suam intentionem, debet reus plene probare suam exceptionem. Ideo licet præsumi possit pro iudice & sententijs, tamen hæc præsumptio non sufficit ad excludendum intentionem actoris plene probatam, vt de mense Nouembris 1572. dicebāt coram me in illa Tyburtina bonorum. Alia fuit opinio, quòd Stephanus non sit restituendus stantibus sententijs & præsumptione iuris, cum lapsu 14. annorum, & effectuatione illarum per totidem annos, & allegabat D. decis. 341. Capel. Tholos. Aym. de antiq. tempo. par. 2. num. 12. cum sequen. Gabriel. de commun. opin. tit. de appel. conclus. 5. per totum. præsertim num. 19. vbi late quis teneatur producere acta. Neque obstat quòd dicitur, præsumptionem sufficere, quoniam vt dicebatur in
2 eadem Tiburtin. eadem die, quando † aliquid deducitur incidenter, super quo non est pronunciandum, sufficit ad illud probandum præsumptio iuris si ius illud præsumit, prout hic, quia ius præsumit pro validitate sententiarum stante præsertim effectuatione & lapsu tot annorum, nisi probetur contrarium. Quia tamen Domini erant dissentientes, non potui aliquid firmare, nisi quòd difficultas deducatur ad hoc, cui incumbat onus producendi integra acta illarum sententiarum.

Quoad secundam partem licet Domini conciperent calumniam aliquam contra Stephanum ex serie facti narrati, tamen non firmarunt aliquid, nisi quòd de ea particulariter agatur.

ROBVSTERII.

Parmen. status. Die Ven. 11. Martij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura carens signo, & subscriptione notarij, non est in forma probante.*
Immo etiam si sit reperta in filcia, in qua solent apponi scripturæ authenticæ, non probat, nisi adsint alia adminicula. num. 2.

DECISIO LXXVI.

COnclusum fuit, scripturam donationis non esse in forma probante ad effectum de quo agitur, etiam circunscriptis statutis allegatis per Dominos de Rangonibus, nam Domini sine partis præiudicio pro nunc circumscripserunt dicta statuta tanquam non necessaria, & se restrixerunt ad dispositionem iuris cōis.
1 Et moti sunt Dñi, quia † hmōi scriptura caret signo & subscriptione Notarij, qui dī rogatus, & est in folio volante, quo casu ex se sine dubio nō est in forma probāte. Felyn. post alios in c. j. col. 4. de fide instr. Alex. cons. 153.

col.2. lib.2. Brun.in tract.de form.sub rub.de probat.& præsumpt.formæ,col.18.fol.82.

Non obst.quòd sit reperta in quadam filcia,quæ dicebatur esse Hilarij Gallicani de dicta scriptura,vt præten-
a ditur rogati. Quoniam † Domini statuerunt, vt huiusmodi filcia veniret ad Vrbem, & illam omnes diligenter videre voluerunt,& non obstante, quòd esset reperta in d.filcia,resoluerunt non esse adhibẽdam fidem huic scripturæ non authenticæ, quo casu hęc scriptura nõ potest accipere robur à d.filcia, sed requiruntur adminicula, vt late deductum fuit in illa Albanen.hęreditatis coram bo.me.Grato.& in Senen.Pontis Arigo. coram R.D.Decano de anno præterito, quæ adminicula hic non adducuntur, imò aliqua in contrarium, quæ apud Dominos suspitionem aliquam contra scripturam hanc faciebant ex diuersitate literarum, siue caracterum, & ex alijs hic per informantes præsertim in facto deductis. Non obst. testes,quoniam illi magis iudicant quam probent,quòd esset filcia Hilarij & illius obseruantiam,& cùm filcia esset in conspectu Dominorum, voluerunt magis inhærere probationi,quæ dicitur ex oculari inspectione & euidentia rei quàm ex iudicio illorum testium, vt in simili de comparatione dicunt Doct. quos refert Purpurat. in l.admonendi, num.170.cum seq.de iureiuran.

Non obst.quòd ista non sit eadem filcia,de qua deposuerunt testes in partibus.Quoniã ex pluribus demõstrationibus apparet ꝙ est eadem, prout etiã Dñi firmarũt.

ROBVSTERII.

Oscen. Can. & præben. Die Veneris, 4.Martij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Causa quælibet excusat à dolo & inobedientia.*
2 *Protestatio facta parti cum aliquo termino sibi præfixo, non habet iuris effectum,nisi actor,vel eius procurator, comparuerit.& num.seq.*
3 *Actus inobedientiæ pendente termino factus,non est nullus ipso iure,nisi pars aduersa comparuerit.*
4 *Collatio iurispatronatus facta ab ordinario infra tempus ad præsentandum, substinetur, si patroni non contradicant infra tempus debitum.*
5 *Emptio facta de bonis in contumaciam confiscatis, valet, nisi reus purgauerit contumaciam.*
6 *Opinio vehemens concurrens cum veritate habetur pro certitudine.*

DECISIO LXXVII.

FVit resolutum, quòd capitulum excusetur à dolo & inobedientia ad effectum, vt non teneatur ad fructus ab aliquo tempore: nam licet capitulum regulariter propter inobedientiam teneatur ad istos fru-
1 ctus, & distributiones,tamen † vbi adest dubiũ aliquod vel aliqua causa,vel excusatio,tunc nõ tenetur. Zabarel. in c.mandatum.q.9.nu.6. & not.in c.cum contingat,de rescrip.& in c.cum dilectus,il 2.de præb.Than.decis.49. Put. decis.232. & quælibet causa leuis excusat à dolo & inobedientia.l.igitur.§.j.de liber.cau.cum alijs per Fely. in d.c.cum contingat, col.3. de rescript. Ias.in l.j. §.fin.si quis iusdic. non obtemp. Dum igitur informantes pro Antonio colligunt inobedientiam capituli, ex eo quod tradidit possessionẽ officio sanctæ Inquisitionis, 26.Decembris,intrantis anni 1568. non obstante solemni intimatione literarum regressus demense Ianuarij, 1563. facta, de qua capitulum præsumebatur del 1567.& 68. habere notitiam, tum quia non erat lapsum decennium, tum quia copiã illorum omnino penes se retinuerat, vt considerat Bertran.cons.7.num.9.cum seq.lib.j. in nou.
2 Dixerunt Domini, quòd † illa intimatio & protestatio intelligebatur, si Antonius aut eius legitimus procurator comparuisset & possessionem infra terminũ sex dierum in ea præfixum petijsset. Soc.cons.115.num.5.vers. sed ad hoc respondeo,lib.3.iunctis his quæ cumulat Ias. in l.vniuersa, col.j. C.de precib.Imper.offer. & in l.cum quid,si cer.peta. etiam si sit appositum certum tempus, quoniam semper intelligitur si ille voluerit, vt late fuit deductum in Roman.societatis,del 1573.& 74. coram R.D.Seraphino. Vnde cũ canonicatus vacauerit 22.Decembris,1567.& nullus pro Antonio legitimè cõparuerit in capitulo ad petendam d.possessionem, nisi 8.Aprilis,1568. non peccauit capitulum tradendo possessionẽ officio sanctæ Inquisitionis illam petenti vigore gratiæ Apostolicæ 26.Decembris, præsertim, cùm capitulum eo tpe vacationis probabiliter poterat dubitare, an Antonius tunc vlueret nec ne, & an tũc vellet acceptare regressum,vt per Crescen.decis.144.&165.Achil.de decre. decis.3. Ideo bona fide videtur dedisse possessionem sancto Officio,& propterea pœnam aliquam non meretur, vt post alios considerat Aym.cons.18.nu.12. Neq; refert ꝙ pendente termino sex dierũ capitulum tradiderit possessionem sancto Officio, cũ canonicatus vacauerit 22. Decembris,& 26.eiusdem capitulum tradidit possessionem sacto Officio. Nam† dicebat ponens,ꝙ traditio possessionis infra illum terminum facta, non fuit nulla ipso
3 iure, neque ex illa fuit inducta inobedientia aliqua, nisi in euentum, in quem durante dicto termino sex dierũ comparuisset aliqua legitima persona, quæ nomine Antonij petijsset dictam possessionem.Et interim actus ille inobedientiæ habebat implicitum statum, & substineri poterat, vt nõ commisisset capitulum inobedientiam, si Antonius per se vel alium non petereret,vt supra dictũ est.
4 Addebat †etiam simile de ordinario conferente beneficium iurispatronatus infra tps ad presentandum,vt substineatur, si patroni non cõtradicant infra tps debitum, & in alijs casibus in quibus decretũ irritans principaliter est inductum in fauorem alicuius,late Fely.in c.cum ex officio,col.antepen.cũ seq.de præscrip. & tenuit Rot. in beneficio iurispatronatus in vna Triden. corã bo.me. Grato, 1563. Item aliud simile Soc.cons.41.num.4.in 3. & aliud de quo per Doct.in l.Gallus. §.& quid si tãtum.
5 de † emente bona confiscata in contumaciam, vt valeat reuocabiliter, si ille non purgauerit contumaciam, cum alijs quę adduci possent ad hoc.Neque etiam obst.quod 8.Aprilis,1568. cõparuit legitimus procurator Antonij in capitulo & petijt possessionem. Quoniã dixerunt Dñi ꝙ tũc serò venit, ex quo iam capitulum per tot dies antea tradiderat possessionẽ sancto Officio, vt per Zab.in d.c.mandatum.q.9.de rescrip. Et licet sanctum Officiũ, 12.Maij sequẽtis dimiserit possessionẽ & capitulum eodem die illam tradiderit Michaeli Dara, tñ considerabant Dñi, quòd,cùm data consensus resignationis in fauorem Michaelis Dara apparenter esset anterior,capitulum bona fide dedit possessionem illi & denegauit Antonio,quia nõ poterat habere notitiam de extensione.Vnde excusari debet ab ista pœna, de qua in d.c.cum dilectus, stantibus istis duabus resignationibus, & vt dictũ est, quælibet causa excusat ab istis inobedientijs: Ponens tamen in ista vltima excusatione sub die 12.Maij,ponebat in consideratione, quòd licèt capitulum probabiliter posset dubitare, quænam istarum resignationum esset potior, tamen ex hoc ipsum non potuit solum deliberare, & sine suo periculo tradere magis vni, quàm alteri

alteri possessionem, sed potuit supersedere, & consulere Pontificem, vel expectare victoriam istorum, vt in d.c.cum contingat,& per Zabarel.in d.cap. mandatum. q.9.de rescri. Vnde cum ipse male elegerit, periculo suo fecit,vt habetur in dictis locis. & in d.c.cum dilectus. il secondo, de præb.Et tantò magis, cùm vehementer debuerit capitulum opinari ex tot circunstantijs facti sibi noti,quòd resignatio in fauorẽ Iacobi erat potior, quæ
6 † opinio vehemens concurrens cum veritate habetur ꝓ certitudine.Ias.in l.certum. & l.fi.si cer.peta. & in rub.de iureiuran. Item licet ex istis causis posset excusari,tamen cum sint iniustæ,cum iam Rota resoluerit,quòd resignatio in fauorem Iacobi Azilla erat potior, vt posset excusari a nõ paritione præcepti A.C. qui præceperat capitulo, vt traderet possessionem, debet probare fuisse motũ ex illis causis iniustis.Achil.decis.4.de priuileg.cum alijs per Gabell.de criminal. conclus.8.nu.66.&71. Et tantò magis,cùm hæc materia de isto tempore,12.Maij,quando sanctum officium dimisit possessionem, non expectauit Antonium, neque remisit negocium ad superiorem, vt videret quis foueret ius in istis resignationibus, sed statim tradidit possessionem Michaeli. Vnde tanto magis videtur, quòd saltem deberet aliquo modo vltra iuramentum probare, quòd motus fuerit ex istis iniustis causis, cùm habeat contra se vehementem opinionem. Hæc tamen dicta sint ad excitãdum partes, & nõ ad definiẽdum aliquid in ista vltima parte.Et si videbitur, poterit super isto vltimo tempore dari dubiũ: nam alia tempora satis videntur euacuata.

ROBVSTERII.

Augustin. Iurisdictionis. Die Mercurij.27.Maij.1573.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus de iure communi tàm in ciuilibus quàm criminalibus habet iurisdictionem contra Abbates,& correctionem in regulares.*
2 *Dispositio Conc.Triden.in c.2.sess.24.quomodo intelligatur fauere ordinarijs circa regulares.*

DECISIO LXXVIII.

FVit resolutum,esse regulam pro R.D.Episcopo ꝓ, vt aliàs del 1559.in vna Perusin.coram bon. Fantucio & alia Charaugustan.coram bene me. Grato constituta fuit,quòd tam in criminalibus,quàm in ciuilibus de iure communi episcopus habet contra Abba-
1 tes intentionem fundatam, & iurisdictionem, & correctionem in regulares, de quibus in puncto.Innocen. Hostien.Ioan.And.Henric.Boich.Ægid. Butr. & Anchar. in cap.quam.de offic.ord.Capell.Tholosan.decis.308.cum alijs per informantes episcopi allegatis, & addebant Domini Guid.Pap.decis.559.& Bertach.firman.in tract. de episcopo,lib.4.q.6.par.2.nume.80. & Soc.de visitat.numero 16.ver.primo, igitur quæro.Dec.in cap.tua nobis, in 4.not.de confirm. vtil.vel inuti.qui respondent exactè & accuratè iuribus, rationibus, & auctoritatibus in contrarium allegatis, & ex illis apparet,quòd ista est cõmunis, & vera opinio, prout firmarunt Domini regulariter loquendo. Non ob.tex.in cap.1. de priuil.lib.6. Quia ille tex. fauet ordinarijs, & solum tollit priuilegia & exemptiones, & sic remedia contra ius commune. vt per Imo. in clem. ne in agro. col.antepen.in prin.vers. prædictis tamen non obstantibus.de stat.monach.Non ob.Abb.in c.si quis contra, & in ca.cum contingat.de fo.competen. Quoniam illius opinio est contra communem,& veram opinionem regulariter loquendo, vt patet ex supra allegatis.Neque istis ob. regula quæ est præcipuum eius fundamentum,vt ex infra dicendis apparebit. Nõ ob.quod Roman.in consi.375. attestatur de communi in contrarium,quia si Roman.bene legitur,attestatur de communi in fauorem episcopi, quando agitur de depositione: sed realiter loquendo non dicit aliquid de communi opinione. & si aliud sensisset, apparet ex allegatis quòd fuisset deceptus.Non ob.decreta Conc.Triden.Quia imo regulariter fauent episcopis, & quatenus in sess. 24. c.11.excipiũtur regulares, qui intra septa monasterij,& sub obedientia degunt, & isti de quibus in puncto, vt informantes Domini Præpositi deducunt, vt Io.And. & alij,dicuntur esse in eodem monasterio,& in eadem obe-
2 dientia,tamen† respondebant,quòd dispositio huiusmodi intendit etiam fauere ordinarijs, & in eorum fauorẽ reuocare priuilegium & exemptiones, nisi quoad regulares, qui viuunt sub obedientia, & intra septa, quoad quos tantum non intendit tollere priuilegia, & exẽptiones.Sed Rota intelligit in hac dispositione cõstituere regulas iuxta terminos iuris communis semotis exẽptionibus,& priuilegijs. Et iuxta hanc regulam Domini pariter constituerunt fallentiam in fauorem Præpositi, vt in pertinentib. & concernentib.regulam, & regularem disciplinam Præpositus in his de quib.in puncto habeat fundatam intentionem, & iurisdictionem ac correctionem priuatiuè ad episcopum ex eisdem allegat.onib. de quibus supra,& hic per informãtes D. Præpositi. Addebant etiam Domini quoad hanc fallentiam no. per glo. Anchar.& alios in c.si.de elec.in 6. Non ob.tex.in c.1.de priuil.in 6.Quia dicebant Domini, vt supra, ꝙ cõcilium Lugdunense ibi intendit remouere remedia istis religiosis competentia contra iuris dispositionem, sed non ea quæ sunt ex iuris dispositione, vt per Imol. vbi supra Sed in his,quæ concernunt regulam,& regularem disciplinam de iure isti Abbates, & Præpositi habent priuatiue fundatam intentionem contra episcopum,& in istis terminis loquuntur plura iura per informantes D. Præpositi adducta, & allegata per Abb.in d.c.si quid contra. & in d.c.cum contingat.Non ob.decreta Conc.Triden. Quoniam dicebant,quòd intendunt tollere exceptiones & alia remedia contra ius commune, sed non ea quæ cõpetunt de iure communi, prout ea quæ concernunt regulam, & regularem disciplinam. Propterea in istis, qui viuunt sub obedientia, & intra septa monasterij conc.nihil innouat,vt in d.c.11.sess.24.Placebant etiam responsiones informantium ad singula exempla de quibus in puncto.An autem huiusmodi regula, & fallẽtia recipiat aliquas ampliationes, & limitationes in specie casus de quo agitur. Dixerunt Domini pendere ex facto, quo plene explicato dabunt suas resolutiones.

ROBVSTERII.

Parmen.Status.Die Mercurij, 2.Decembris.1573.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum esse ex cohabitatione, & alijs adminiculis probatur.*
2 *Probationes leues sufficiunt in matrimonio, ad effectum probandi legitimitatem.*
3 *Probationes testium sunt de arbitrarijs iudicum.*

DECISIO LXXIX.

CVm presupposito,quòd instrumentum donationis & testamenti sit in forma probante, vel producatur

tur infra breue tempus in forma probante, resoluerunt Domini, quòd sufficienter constet de matrimonio inter Bernardinum, & Catherinam ad effectum de quo agitur, hoc est legitimitatis filiorum. Et mouentur principaliter ex dispositione presbyteri Io. Baptistę testis in curia pro parte Dominorum de Rangonibus examinati, contra quem Domini de Pallauicinis non opposuerunt; & sic iste testis potest illis prodesse, & deponit de visu, & satis concludenter, vt alias fuit resolutum, & si adiuuatur alijs adminiculis satis probat, vt dicitur in resolutionibus del 1556. coram R. D. Anto. August.

1 Secundò, ex † cohabitatione insimul: nam Bernardinus, & Catherina inter quos dicitur fuisse contractum matrimonium, cohabitarunt insimul vsque quo vixit Bernardinus, ex qua cohabitatione maximum insurgit argumentum matrimonij, si omnia simul coniungantur.

Tertiò, ex supplicatione, seu mãdato de dispensando, & ex ipsa dispensatione de anno 1508. & 1510. ex quib. apparet de enixa voluntate istorum, quod voluerint matrimonium inter se contrahere cum pluribus actibus positiuis.

Quartò, ex instrumentis donationis del 1512. & testamenti del 1519. In qua donatione fit satis ampla donatio per Bernardinum ipsi Catherinæ vxori suæ legitimę cum eo commoranti, præsenti, & acceptanti, & in testamento instituit filios suos legitimos, & naturales natos ex se, & Catherina eius vxore legitima, quam esse pluries suam vxorem legitimam dicit, & protestatur, ex qua nominatione, & quasi possessione præsertim corroboratur, & adminiculatur depositio D. Ioan. Baptistæ.

Quintò, ex scriptura matrimonij, qua dicitur, quòd isti inter se contraxerunt matrimonium, & ibi pro tale describitur iste Io. Baptista, quæ scriptura licèt in eius recognitione patiatur aliquas exceptiones, vt in decisionibus del 1565, 68. & alijs allegaris, & quidem nõ leues, tamen cum adsit qualisqualis illius recognitio, dixerunt Domini, quòd aliquid poterat facere coniungendo omnia simul, quia videntur omnia cum vero consonare, & vnum alteri correspõdere, & alterum coadiuuare. Et tanto magis, cùm huiusmodi scriptura tanquàm originale instrumẽtum matrimonij fuerit extractũ, & comprobatum in partibus cum recognitione illius nominis, & ad instantiam Dominorum de Rangonibus, licèt tunc minoribus, vt in primo processu, signato. A. fol. 20. 22. 24. 26. & 29. & deinde nomine eorundem fuit hic in actis facta productio, & repetitio, cum citatione ad dicẽdum contra, vt in secunda parte reg. fol. 1233. cum seq.

Sextò, ex eo quòd Rolandus frater Bernardini, qui habebat duas filias viuens passus est filios Bernardini possidere bona paterna fideicommisso subiecta, in quib. Rolandus successisset, si isti filij Bernardini non fuissent nati ex legitimo matrimonio, vt probant testes firmiter hic in curia examinati, & articulimet Dominorum de Rangonibus de anno 1530. dati. Immo idem Roländus post obitum Bernardini in carceribus constitutus de mandato Principis interrogatus pro parte sua castri Zibelli, respondit debere permanere in depositum penes eosdẽ Illust. suos nepotes de Pallauicinis filios Domini Bernardini fratris sui, & sic non solum adest taciturnitas in portione fratris, sed etiam actus positiuus in portione sua, quamuis ageretur etiam de depósito temporali, tamen erat fortalitium, & res propria quã verisimiliter in eius præiudicium, & fideicommissariorum non posuisset in manibus illegitimorum, stante fideicommisso paterno amplissimo.

Septimò, considerabant Domini, quòd initio causæ Domini Rangones non opposuerunt de illegitimitate, ex eo quòd fuerit matrimonium secutum inter Bernardinum, & Catherinã, sed ex eo quòd adessent plura impedimenta propter quæ matrimonium esset nullum, & inualidum, vt patet ex eorum articulis, & prosecutione iudicij, ex quo tanto magis sit verisimilis ista probatio matrimonij.

2 Octauò, quia † hic non agitur de matrimonio principaliter, sed incidenter ad effectum legitimitatis filiorũ, quo casu Rota pluries secuta fuit cons. Gemi. 17. vt sufficiant leues probationes, prout etiam dictum fuit aliàs in ista causa, vt in decisionib. datis coram eod. R. D. Anto. Aug. sicut nec agitur de exclusione istorum de Rangonibus, sed an isti Pallauicini sint inclusi in isto fideicommisso tanquàm legitimi. Non ob. quòd ista Catherina prius contraxisset matrimonium cum alio, cuius mortẽ non probarunt isti Domini Pallauicini, quoniam dixerũt dicti, quòd quasi possessio matrimonij, & legitimitatis filiorũ, præsertim ita colorata, & adminiculata, facit, vt Domini de Rangonibus debeant probare vitam illius primi mariti ante istum secundum maritum, & ex testibus eorundem de Rangonibus probatur mors dicti primi mariti etiam ante dictum secundum matrimonium, & sic de hoc satis liquet. Et licet Domini de Pallauicinis opposuerint contra dictos testes, & non possint

3 se iuuare ex illis, tamen † iudex potest se in ipsa probatione fundare, & reijcere hanc exceptionem vti calumniosam, vel potest supplere hunc defectum probationis Pallauicinorum; & se fundare in probationibus Rangonorum. Bar. in l. post legatum. nu. 8. de his quib. vt indig. Ant. de But. in c. licèt causam. col. 11. ver. quæro, cum glo. Aretin. col. 1 & iver. circa secundum articulum. Imo. nume ro 23. ver. an iudex. Felin. col. pe. ver. fallit autem ista conclusio. de prob. Alex. consil. 185. nu. 5. lib. 5. Ruin. consil. 21. nu. 6. & consi. 47. nu. 18. & consi. 190. num. 9. lib. 1. & consi. 185. nu. 7. lib. 4. licet aliqui ex testibus Rangonorũ deponant de matrimonio, & vita primi mariti, & nõ de morte, aliqui verò de vtroque. Et sic Rangones possunt inhærere illis testibus, qui solum deponũt de vita, & matrimonio primi viri, & non indigerent alijs testibus, quo casu aliqui existimant, quòd iudex non suppleat ex probationibus impugnatis, quibus non indiget producens. Bar. in d. l. post legatum. Felyn. in c. capitulum sanctę Crucis. in 5. limi. Tamen dixerunt aliqui ex Dominis hoc esse in instrumentis, sed in testibus totum esse arbitrariũ, vt iudex possit illis adhibere fidem in cõnexis, vel diuersis, sicut ex varijs circunstantijs potest mouere animum suum, vt in terminis declarat Aret. in c. præsentium. col. antepen. in ver. præterea Innocentius. de testib. & sic res ista est multum verisimilis ex depositione, & obseruantia subsecuta. communiter Domini fecerunt fundamentum in prima responsione.

ROBVSTERII.

Roman. domorum in Burgo Pio. Die Ven. 4. Februarij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo debet dari ei qui possidet.*
2 *Cognitio sola non sufficit ad mandatum de manutenendo.*

DECISIO LXXX.

1 REsolutum fuit, mandatum de manutenendo esse Domino Hieronimo, non autem Dominis de Quatrocchis concedendum, quia † constat de possessione

possessione D. Hieronymi ante diem 4. Octobris, 1574. vt pro nunc fuit præsuppositum, ergo manutenẽda. Nõ obstant constitutum, & precarium, quia vltra, quòd ista sunt conditionalia, & ante euentum conditionis Capitaneus Martinus obierat, & secundum aliquos forte non sunt iuxta pactum de quo opponitur: tamen dicebãt, ꝙ Capitaneus Martinus interruperat hãc prætensam possessionem obligãdo Hieronimo rẽ, & tradendo illi possessionem, quo casu ad effectum mandati de manutenẽdo non sunt amplius considerabilia ista pacta, vt hic per informantes. Et si dicatur fuisse deuolutam rem, & contrauentum: Respondebant Domini, hoc respicere petitorium, & nunc est manutenendus quilibet in statu in quo reperit. Non ob. possessio de Quatrocchis cum eiectione inquilinorum, quia non fuit vera eiectio, sed palliata, & ficta, ex quo statim redierunt, vt hic per informãtes, & licèt aliqui putent non esse necessariam, nisi cogni

2 tionem, tamen † in contrarium est text. in l. 1. §. si qs me vi. de vi & vi armat. Benintend. decis. 93. nu. 2.

Non ob. nouæ reconductio, quia post 4. Octobris, & sic post litem clandestine factam, sapit potius molestiam, quàm veram possessionem, ex quo D. Hieronymus

5 semper retinuit ciuilem. † Et denique in omnibus placebant quoad manutentionem responsiones pro parte D. Hieronymi adductæ.

ROBVSTERII.

Gerunden. administrationis episcopatus. Die Lunæ, 7. Nouembris. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Possessio iunior est manutenenda, vbi concurrit assistentia iuris.*
2 *Possessio multis modis amittitur, inter quos scientia, & patientia multum operatur.*

DECISIO LXXXI.

COncluſum fuit, esse dandum mandatum de manutenendo Archidiacono maiori Gerunden. ad ministrandi episcopatum sede vacante in spiritualibus, & temporalibus, cũ limitatione tamen, de qua infra. Mouebantur Domini primo ex testibus d. Archidiaconi consideratis in alia resolutione facta in fauorẽ ipsius super eodẽ mandato de manutenendo, præsertim in 3. & 5. super 23. qui vt dictum fuit bene probãt actus possessorios tempore litis. Item ex possessione capta per Archidiaconum prima Iunij, 1572. quæ præcedit alios actus, & pro validitate illius in dubio præsumitur capta post obitum episcopi. Secundò mouebantur ex gestis p d. Archidiaconum del 1508. & 1532. Nam sede vacante del 1508. sunt aliqui actus qui bene inferunt ad sciẽtiam, & patientiam saltem quorundam canonicorum, q̃ sufficiũt, vt hic bene deducũt informantes D. Archidiaconi. & idem in alia sede vacante del 32. præsertim illi de duobus Canonicis, & quando fuit conuocatum capitulum, & fuerũt collati quatuor canonicatus, vt in actis datis del 32. Tertiò, placebant etiam actus gesti per eundem Archidiaconum del 1555. & 56. Ex quibus omnibus dicebãt Domini satis esse probatam intentionem Archidiaconi, præsertim ad effectum manutenendi, in

1 qua sufficiunt leues probationes. Neque ob. † assistentia iuris communis pro capitulo, quia illa esset considerabilis, vbi concurreret etiam pro eo possess. iunior, quæ est manutenenda. Non ob. antiquissima possessio capituli. Quia in isto interdicto retinendæ præuenit possessio recens, & tantò magis data decennali intertupta capituli prout hic. Nã in sede vacante del 1508. & del 1532. immediate sequenti, non est probatum, quòd pro parte capituli fuerit in hac re aliquid factum, sed totum fecit Archidiaconus, quæ res apud Dominos est magni momenti. Non obstant actus capituli gesti del 1554. & 55. quoniam cum Archidiaconus del 1508. & 32. esset in quasi possessione, vt supra est dictum, actus illi gesti per dictum capitulum, vel fuerunt clandestini, vel turbatiui, qui non priuant possessorem sua quasi possessione antiquiori, cum non appareat, Archidiaconum illos sciuisse, & suspicatum fuisse se posse repelli, vt tradunt Bar. Aretin. Alex. & alij in d. l. de eo. §. si forte, de acqui. pos. in c. vigilanti. nu. 7. de præsumpt. Aym. consil. 5. Neque adeundo iudices laycos pro manutentione suspicatus fuit se posse repelli, cùm de manutẽtione egerit, & sic retinuerit saltem animo d. possessionem, vt pluries fuit resolutum in Rota. Immo vrbanius egerit, vt per Paris. consi. vlt. in 4. Non ob. quòd si nõ constat, capitulũ suspicatum fuisse se posse repelli del 1508. & 32. eadem ratione sit dicendum, quòd illi actus Archidiaconi fuerint turbatiui, aut clãdestini. Quoniam dixerunt Domini, ꝙ alijs etiam modis amittitur possessio, vi delicet, ex negligentia decennali, vt hic per informãtes Archidiaconi, & per Rip. in cap. cum ecclesia Sutrina, de cau. pos. & proprie. & hic adest ét decennalis, & vltra ab anno 1508. vsque ad 1532. In quibus non apparet, ꝙ capitulum aliquid fecerit, vt dictum fuit. Amittitur etiam ex scientia, & patientia cum tot actibus possessiuis partecularium canonicorũ, & etiam capituli, vt hic bene deducunt informantes Archidiaconi, & eodem modo respondebant ad actus factos per capitulum del 1572. ꝙ stante anteriori, & effectuali possessione Archidiaconi

2 continuata ab anno 1508. illi † actus sunt clandestini, vel turbatiui, ita ꝙ nullum producunt effectum: ordinarunt tamen Domini, vt limitetur mandatum, non tamẽ quoad spolia, & responsiones redditũ, & fructuum d. episcopatus sede vacante decurrendorum, quæ regulariter pertinent ad cameram. Nam de illis ex mandato sanctissimi particulariter est agendum, vel in Rota, vel in camera, vbi sua sanctitas mandabit.

Die verò Mercurij, 4. Iulij. 1576. cum particulariter in Rota ageretur de ista limitatione, de qua supra, Domini resoluerunt, mandatum relaxandum esse generaliter absque limitatione.

ROBVSTERII.

Roman. seu Cesenaten. restitutionis instrumenti. Die Lunæ, 27. Iunij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Furtum, dolum malum, & fraudem allegans ex quibus rebus probare teneatur.*
2 *Fama sola in criminalibus non supplet semiplenam probationem, nisi aliæ coniecturæ concurrant. & nu. 6.*
3 *Fama vehemens, & frequens cum vno integro teste plene probat, etiam ad condemnandum: & an sit vehemens, vel ne, arbitrio iudicantis consistit.*
4 *Fama nuda, & simplex cum vno solo teste non probat regulariter etiam in ciuilibus.*
5 *Causa ciuilis famosa æquiparatur criminali: ideo testes de fama non coniunguntur cum vno de visu.*
6 *Fama sola cum vno teste etiam excipiendo ciuiliter de crimine, non probat, ex communi.*

DECISIO

DECISIO LXXXII.

QVia pluries per me in relationibus proposita causa Roman. seu Cęsenaten. rescissionis instrumẽti cũ præsuppositio sine veri præiudicio, quòd constaret de fraude, non fuit resoluta, ideo Lunæ, 27. Iunij, 1575. dubitaui stantibus hinc inde deductis, & summario testium aliàs dato, an in casu de quo agitur, constet de tali dolo malo, & fraude, vt sit procedendum, vel ne ad executionem obligationis Cameralis in totũ, vel pro parte. & resoluerunt Domini, non constare sufficienter de huiusmodi fraude, ideo esse procedẽdum ad
1 totalem executionem obligationis cameralis: nam † allegans furtum, dolum malum, & fraudem tenetur probare l. quotiens. §. qui dolo. de probat. & licet sint ista de his quæ occultè fiunt, & de his, quæ difficile probari possint, nisi per coniecturas. ca. 2. de renunciat. in 6. glos. in l. apud Iulianum, in princ. de doli excep. quia tamẽ fraus est etiam delictum, Ancharan. consi. 385. nume. 5. Aym. consi. 21. nume. 4. & furtum infamat l. 1. in prin. l. athletas. l. fi. l. furti. §. 1. de his qui not. infam. probare debet ex præsumptionibus violentis, nec sufficit vehemens præsumptio, etiam vbi de his ciuiliter agitur. c. afferte. de præsump. vbi Butr. declarat illum tex. quando de crimine ciuiliter agitur, & Abb. ibi dicit de violenta præsumptione. idem probatur in c. præterea. de testib. Aret. in caveniens, il primo, nu. 25. eo. ti. Ægid. Bosi. in pract. crim. ti. de coniunctis. num. 5. cum seq. & facit tex. in l. dolum. C. de dol. quòd dolus probari debet indicijs perspicuis. & Bal. quem passim sequuntur Doct. consi. 250. nume. 1. lib. 1. declarat de indicijs perfectè efficacibus, & ita intelligenda sunt, quæ no. Bar. in l. si quis ex argentarijs. §. 1. de eden. Non ob. igitur dum ad probandam huiusmodi fraudem adducitur vnus testis de visu in publica fama.
Quoniam, vt etiam aliàs Domini dixerunt, & nunc etiã
2 placuit eadem opinio, † licèt regulariter in causis ciuilibus fama suppleat semiplenam probationẽ, vt late post alios sequitur Curt. sen. in l. admonendi, de iureiuran. & sequuntur ibi plures alij, tamen secus est in criminalib. vbi alia adminicula, vel coniecturæ concurrunt, iuxta communem opin. de qua attestantur Crot. in tract. de testibus, par. 3. nu. 102. & ibi etiam addit. Grat. respon. 47. nu. 7. Symanc. de hæret. c. 50. nu. 2. Et quãuis vbi de fraude, & alio delicto occulto ciuiliter agitur, pleriq; tenuerint, q̃ fama cũ vno integro teste suppleat, & plene probet ne dum ad repellendum à iudicio, sed etiam ad condemnandum. Imol. in d. cap. veniens, il primo, & ibi etiã Dec. de testibus. Ioan. de Anan. consil. 49. Caccialup. in d. l. admonendi, nume. 177. & Lanfranc. ibi, num. 41. dicat hanc opinionem esse veriorem. Iacobin. de sancto Georgio in l. 3. §. eiusdem, nume. 111. de testib. Soc. iun. consilio 99. col. 4. lib. 2. Crot. in tract. de testib. par. 4. nu. 146. cum seq. Corra. in d. l. admonendi, nu. 90. & 91. qui hanc opinionem cum Dec. defendit, & respondit ad text. in c. tam literis, quo potissimum nititur contraria opinio.
3 Tamen † dixerunt Domini, iudicem debere diligẽter animaduertere ad omnes facti circunstantias, & qualitates ex quibus possit colligere, an fama absque illo teste de visu sit aliàs adminiculata, & verisimilis, & sic frequens, vel vehemens fama, vel tantum nuda ac simplex fama: nam quando est vehemens, & frequens fama, quę maximè ab arbitrio iudicantis pendet, vt dicunt Docto. statim citandi, tunc regulariter plene probat cum vno integro teste, ne dum ad repellendum à iudicio, verum etiam ad condemnandum, & ita potest procedere opin. Anan. Imol. & aliorum supra allegatorum, & pro ea facit Bar. consil. 191. Dominico, & in l. de minore. §. plurium. numero 30. ante fi. & ibi etiam Hippol. de Marsil. nu. 48. ante fi. & in l. quæstionis modum, num. 19. & 43. de quæstio. & singul. 97. Felyn. in d. c. veniens. il primo, num. 11. ver. quapropter, & nu. 15. versi. limita tertio, de testibus. Caccialup. in d. l. admonendi, nu. 177. Carer. in pract. crimin. in prin. num. 111. vers. secundum iudicium, in 3. limit. Plot. in l. si quando, nume. 89. C. vnde vi. Quãdo† verò fama est simplex, & nuda cum vno solo teste de visu regulariter non probat sufficienter ad condemnandum, licèt de crimine ciuiliter agatur, etiã si crimen illud non sit famosum, quia Doct. proxime citati, qui declarant, q̃ fama simplex non probat semiplene, loquuntur generaliter etiam in ciuilibus. Et in isto secundo casu potest p̃cedere sine controuersia contraria opinio, quòd fama cum vno integro teste, vbi de crimine ciuiliter agitur, nõ sufficit ad condemnandum, & hanc opin. tenuerũt Butr. in d. capi. veniens. col. fina. & ibi etiam Abb. in fi. Bened. Capr. & Aretin. col. 6. numero 22. ver. sed quæritur nunquid vera sit glo. Felyn. numero 111. ante fi. ver. vel secundo erat causa criminalis mota ciuiliter, & num. 12. Spec. id tacite sentiens in ti. de noto. crimi. §. fama, num. 4. ver. quid si agimus. Salyc. in l. ea quidem, col. pen. in 3. q. versi. ex hoc collige. C. de accusat. Anan. consi. 59. nume. 3. Iaf. in repet. l. admonendi. nume. 255. Dec. in c. 1. nume. 21. ver. secunda conclusio. de appel. & consi. 210. in fi. Ægid. Bosi. in d. tract. d. ti. de coniunctis. num. 53. Hippol. in d. l. de minore. §. plurium, num. 88. de quæst. & singul. 437. circa med. Campeg. de testibus, reg. 466. in fin. Ant. Gabriel. de probat. conclus. 1. nume. 13. cum seq. Arbitrabãtur itaque Domini, quòd nos eramus in hoc secundo casu, in quo ista fama est simplex, & nuda, & nequaquã verisimilis, cum post prætensam fraudem, de qua dicũt extare publicam vocem & famam, R. P. D. Marcus Antonius Columna præsens fuerit in eodẽ loco, & post multum temporis quieuerit, & liberauerit de omnibus d. Ioan. Ant. de Nigris. Præterea nec integre satisfaciebat ille testis de visu, qui talia deponit, quæ possunt in bonam partem capi, vt considerarunt Domini in alia positione del 1574. facta.
Non obstant cedulæ, quoniam illis bene visis, & diligenter per omnes Dominos perspectis, dixerunt, ex illis non posse coniecturari aliquam fraudem, quia verisimiliter D. Lauinia fuit saltem breui manu satisfacta, vel haberi pro satisfacta, tum ex his, quæ eadem D. Lauinia disponit in suo testamento, cum ex his, quæ reperiuntur deleta in margine vnius ex illis cedulis, vbi dicit de receptione, & sequentia verba etiam sunt deleta, quæ etiam possunt dicere de receptione D. Lauiniæ. Item sunt folia lacerata, in quibus Domini non possunt fundare aliquã cõiecturam fraudis, vt late prosequuntur hic informantes. Et eodem modo respondetur Domini ad alios tres testes singulares, quia aliqui dicunt de visu pro vt dixerunt de illo vnico teste de visu.
Placebat etiã alia responsio quibusdã ex Dominis ad omnia ista, quòd quando crimẽ de quo ciuiliter agitur, est famosum, prout est furtum, tunc non coniunguntur
5 testes de fama cum vno teste de visu, nam † causa ciuilis famosa æquiparatur criminali. l. propter litem. de excus. tuto. Bal. in d. cap. veniens, nume. 7. & Dec. nu. 15. de testibus, cum congestis per Petr. Duen. reg. 300. nume. 2. & ita in specie istas opiniones hoc modo conciliat Lanfranc. in d. l. admonendi. num. 42. de iureiuran. Neque ob. quod de crimine non agatur, sed excipiatur, quo casu per talem exceptionem nõ irrogatur infamia. l. Lucius, de his qui no. infam. cap. 2. de ord. cogni. & faciunt no. per Bar. & alios in l. 1. nume. 5. de his qui no. infam. &

Instit.

Instit. de furt. in prin. Quoniam respondetur, quod saltẽ infamia facti irrogatur ex tali exceptione in actis probata. c. super his, de accusat. c. super eo. de elect. glo. in d. capitu. 2. §. quemadmodum. in ver. restitutio, post princi. Abb. in c. super eo. col. 2. & ibi etiam addit. Et hæc infa-
6 mia sufficit ad effectum de quo agitur. Nam † communiter tenent Doct. quod si de crimine ciuiliter agitur, siue agendo, siue excipiendo, nõ sufficit fama cum vno teste. Bal. in c. ratione literis. in 2. not. de testib. cum alijs q̃ Gabriel. de probat. conclus. 1. nume. 14. Ideo cum Domini essent concordes, quòd non probetur huiusmodi furtũ, non fuit necessaria decisio, an pro parte esset procedendum ad executionem: & nihilominus, quando fuit propositum constare de fraude, Domini erant valde dissentientes, an pro parte tantum esset procedendum ad executionem, vel potius in totum. Ideo in istis difficultatib. tutius videbatur procedere ad executionem, & postea ad repetitionem, iuxta tex. in c. debitores. de iureiuran.

ROBVSTERII.

Viterbiensis hæreditatis. Die Mercurij 18. Nouembris. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, quando aliquid est restituendum, debet immitti in possessionem, & fideicommissarius capere de illius manu, secundum communem.*
2 *Confessio erronea non præiudicat confitenti.*

DECISIO LXXXIII.

REsolutum fuit, quòd Angelus fideicommissarius non est legitimus contradictor ad impediẽdum Salustiam, ne immittatur in possessionem hæreditatis Ioan. Baptistæ sui filij, quia quando est aliquid re-
1 stituendum, communis cõclusio est, † quòd hæres debet immitti in possessionem, vt fideicommissarius capiat de manu hæredis illius, vt in Roman. de Salomonibus coram R. P. D. Seraphino his proximis diebus late deductum fuit. Aliquando etiam ex eo, quòd possessio fideicommissarij fuerit vitiosa, quæ tamen ratio habuit difficultatem penes aliquos ex Dominis, ex quo fuit capta ante hæreditatem per Salustiam. Tamen prima ratio nõ habuit contradictorem, neque contra illam obstant cõs. Paris. & Curt. iun. Quoniam respectu portionis Io. Baptistæ non potest dici continuatio, sed noua acquisitio, & vnus ex Dominis contra opin. Paris. allegabat glo. in l. si quis intantum, in 4. par. q. 3. & ibi Bar. nu. 33. Bal. nu. 34. C. vnde vi. Alex. consi. 103. in prin. nõ ob. quod legitima, & Trebellianica sint certa. Ideo in reliquis non est immittenda, quoniam dixerunt, quòd non est omnino certa propter diuersitatem bonorum, in quibus poterit cõstitui Salustiæ rata sua. Non obstat, quòd constet de iure fideicommissi, vt intret exceptio, dolo facis. Quoniam, cùm ratione legitimæ, & Trebellianicæ sit aliquid restituendum, non intrat talis exceptio, cum fideicommissarius debeat capere de manu hæredis, vt in illa Roman. de Salomonibus.
Non ob. quòd pro parte Salustiæ dictum fuerit in articulis, quòd ipsa possederit, & sic non possit intrare remedium adipiscen.
2 Quoniam † ex tota serie facti narrata per Angelum constat de errore. Ideo non præiudicat talis confessio, & ad cautelam possunt videri testes.

ROBVSTERII.

Romanen. Grani. de Iustinis. Die Veneris. 17. Decembris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Sententia extra Rotam lata attenditur, an sit iusta vel ne, quando agitur de eius executione: secus si à Rota sit lata.*
2 *Compensatio habet vim executionis sententiæ.*

DECISIO LXXXIIII.

DIctum fuit, quòd non est admittenda compensatio, de qua in sententia, si illa in eadem parte esset notoriæ iniusta. Nam licèt Rota, quãdo agitur de executione sententię, non attendat, an sit iusta vel
1 non, propter auctoritatem rei iudicatæ, tamen † quando agitur de executione sententiæ, extra Rotam latæ, non
2 exequitur illã, si non est iusta. & † tenuerunt Domini, q̃ in isto casu agatur virtualiter de executione sententiæ, quia compensatio habet vim solutionis. Vnde videndum est de dicta notoria iniustitia, & posset materia restringi cum eisdem informationibus ad hoc, quia Oricellarij eorum habent fundatam initẽtionem in clausula instrumenti, quæ tamen excipit, quando ex defectu, vel culpa Oricellariorum non esset exactum pretium. An in isto casu constet, quòd culpa, vel defectu Oricellariorum. Vel si non placeret hac restrictio, quia est nimis generalis, posset videri, an hic simus in delegatione, & de ea constet, vel non.

ROBVSTERII.

Roman. Grani de Iustinis. Die Veneris, 18. Martij, 1575.

SVMMARIVM.

1 *Stylus Rotæ est iuri conformis, vt nemo exequatur, quod nullum, vel iniustum notoriè iudici apparet ex eisdem actis.*
2 *Executor verus debet se abstinere à notorie nullo, & iniusto.*
3 *Pars potest implorare officium iudicis ex æquitate contra iniustas sententias ex eisdem actis.*
Fallit, nisi iniquitas sit velata aliqua probabili, & colorata ratione, vel causa. nu. 4.
5 *Qualitas illa dicitur notoria, quę de iure communi est talis, licèt possit subesse causa, vt non sit talis.*

DECISIO LXXXV.

PRo desertione ex nimia negligẽtia. An autẽ sit attendenda ista res iudicata absque particulari discussione iustitiæ illius, iuxta Stylum Rotæ. Plures inclinabant, quòd non intraret Stylus Rotæ, quia iã est facta compensatio, & executio in ipsa sententia A. C. stante desertione: volunt tamen Domini ad maiorem cautelam aliquid amplius gustare, an saltem sit relata præsens iniustitia computationis factæ in d. sententia A. C. Nã
1 † Stylus Rotæ est iuri conformis, vt quisquis non exequatur, quod nullum vel iniustum notoriè ex eisdem actis iudici apparet. Inn. & alij in c. 1. per Anch. consi. 211. ante fi. Calderin. consi. 8. in fi. de re iud. Dec. in c. ex parte. il 2. nu. 5. ver. quinto fallit, circa med. de offic. deleg. post

Franc.

Franc.in c.dilecti.q.12.& 54.de appel.Ruin.consil.196. nu.13.in 1. & consi.36.nu.4. cum seq.& consil.138.numero 23.in fi.Omnes in l.4.§.condemnatum.de re iud.

2 à † quo etiam verus executor debet abstinere.Inno.in c. pastoralis,nu.7.de offi.deleg.Luc.de Ben.in l.1.q.2. vers. quinimmo sęcularis.C.de priuil.scola.lib.12. Alex.con-

3 sil.130.num.3. & ibi addit.lib.4. Et † contra tales iniustas sententias ex eisdem actis potest pars implorare officium iudicis ex æquitate.l. si me & Titium.si cer.peta. ne quis locupletetur cum aliena iactura, vt in terminis Bal.consil.141.nu.7.cum seq.lib.1.Ang.in l.fi.num.1.in fi.cum seq.de pet.hæred. Claud.de Seisell.in l.qui Romæ. §.duo fratres,num.9.cum seq.de verb.oblig.Vel ex denũciatione Euangelica.Abb.in c.nouit.nu.9.ver. idem credo.de iud.Barbat.consil.1.nu.4.5.6.& 7. & consi.38.nu me.7.in 2.Curt.iun.consi.104.nu.3. cum seq.Bero.in c.

4 item cum quis.num.38.de restitut.spolia. Nisi † tamẽ iniquitas sit velata aliqua probabili, aut colorata ratione, vel causa.Franc.in d.c.dilecto.q.52.num.142.ver.intellige præfata,& q.55.nu.155.ante fi.vers. ex quib.omnibus. de appel.post Bal. quem allegat.& facit Ægid. decis.404.Corn.consil.10.col.2.ver.& si forte alij.lib.4. Felyn.in c.inter cæteras.nu.7.de re iud.Dec.in d.c.ex parte. in 5.limit.in fi.de of.deleg.& in c.cum speciali, §.porro, nu.3.de appel.Iaf. in §.nihil commune, nu.108.& Rip. nu.144.& in l.4.§.condemnatum, num.17. de re iud.& fuit resolutum in causa Toletan.matrimonij coram Domino Grato.27.Iunij.1569.secus si nihil opponitur,vel incolorate opponeretur.Soc.consi.69.num.1.5.lib.4.Roman.consi.499.nu.4.Felyn.in ca.significauerunt, nu.4.de testib.Dec.in d.ca.cum speciali.§.porro.nu.3. de appella. Claud.in l.1.in prin.nu.19.de nou.ope.nunc. Aym.con-

5 sil.299.num.8.Bero.q.801.cum seq.Nam † qualitas illa dicitur notoria, quæ de iure communi est talis,licèt possit subesse causa,vt non sit talis.Felyn. in d.cap.significauerunt,nu.4.de testib.Soc.d.consil.69.nu.15.lib.4. & facit idem Soc.consi.27.nume.26.cum seq.lib.4.Modern. de oblig.Camer.par.4.q.2. num.4.& 5.Et simplex negatio, vel impugnatio non facit rem dubiam. glos. & alij per Aym.consi.55.nu.3. sed totum arbitrio iudicis relinquitur.l.sed & si.ex quib.cau.maior.Innoc.in c. causam quę. nu.5.qui fil.sint legit.Bar.Alex.& alij in l.2. de re iudica. Ideo volunt Domini,quòd præsupponãtur in facto omnia,ea, quæ alias præsuppositа fuerunt, & dubitent, an prætensa iniustitia compẽsationis de qua in sentẽtia die Mercurij.20.Iunij 1576. fuit resolutum constare de notoria iniustitia sententiæ, sit saltem ita velata, vt non sit amplius cognoscendum particulariter de ea, quasi in casu isto maiorem difficultatem habeat, quia non agitur de temporali præiudicio, puta executione facienda, sed de perpetuo, vt cognoscatur de iustitia sententiæ, quæ maxime inter se differunt. Franc.in d.c.dilecto.q.52.nume.41.circa med.ver.considera,quod aut agitur,de appella.post Imol.quem ibi refert.

ROBVSTERII.

Roman. bonorum de Porcarijs. die Veneris, 14. Ianuarij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio iuris communis interrumpitur per citationem, & alios actus in iudicio factos.*
2 *Præscriptio statutaria facilius interrumpitur, quàm iuris communis, & semel interrupta amplius non reuiuiscit.*

DECISIO LXXXVI.

1 REsolutum fuit in casu de quo agitur, non esse locum neque præscriptioni iuris communis, neque præscriptionem iuris communis illa satis fuit interrupta p actus gestos de anno 1518. in quibus Prosper de Porcarijs citatur ad dicendum contra commissionem in actis præsentatam,instantibus Antonio,& fratribus,& Porcarijs, cum prorogatione fatalium vsque ad 1525. Secundò, per interruptionem factam del 1530.& 39.in quib. annis similiter præsentatur commissio,& citantur canonici ad dicendum contra, & fiunt aliqui actus, & demũ del 1554. & 58. bis fuit prosecuta vsque in præsentem diem.

Non ob. quòd commissio præsentata del 1538. non loquatur de executione istius brachij sęcularis, sed de executione cuiusdã sententiæ in curia Capitolina. Quoniam hoc tollitur ex facto,cùm sint transportata acta dictæ curiæ, ex quibus apparet, quòd brachium sęculare, de quo agitur, sit ibi præsentatum, & illius vigore obtẽta sententia in negotio discussionis, vt bene deducunt hic informantes fratrum de Porcarijs.

Quo verò ad præscriptionem statutariam dixerunt il lam fuisse interruptam ex eisdem actis, & facilius, quia in eà sufficit qualisqualis interruptio, & semel interrupta non intrat amplius præscriptio statutaria, & materia non habuit difficultatem inter Dominos.Ideo procedendum est ad vlteriora, & videndum, an constet de bino iure istorum fratrum.

2

ROBVSTERII.

Tudertin. bonorum. Die Lunæ,9. Maij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Bona semel diuisa possunt iterum diuidi causa lęsionis tollendæ.*
2 *Diuisio non præsumitur, vbi inæqualitas adest.*

DECISIO LXXXVII.

DOmini inclinabant, laudum de quo agitur in pũcto, esse iustum,& exequendum,nam visis commissione causæ directa gubernatori Perusiæ, & articulis ac sententia,dixerunt,litem fuisse introductam coram gubernatore Perusiæ super omnibus bonis tam diuisis, quàm non diuisis huius tenimenti. & hoc nullũ habebat dubium apud Dominos ex lectura ipsarum scripturarum, & laudum, siue donatio habet latissimam relationem ad omnia bona de quibus erat controuersia. Nam commissio narrat, quòd ille Franciscus Angelus possidebat terras diuisas, & non diuisas, & dicit bona quomodolibet communia quasi omnia, quæ sunt in tertia parte,& ibi,dum diuisio fit,manuteneat in diuisis, & ibi,interim tamen fit diuisio, & ibi, quem & quas, iunctis articulis in quibus specificãtur bona diuisa,& comites in suis articulis negant. Item, quia sententia Perusiæ lata bene hoc declarat, quia dicit, quòd sunt communia vsque ad tertiam partem, & compromissum, seu donatio est de omnibus bonis de quibus erat controuersia, & sic habet amplissimam relationem ad omnia bona de quibus erat controuersia, & consequenter etiam ad diuisa, & aliàs si non fuisset quæstio etiam de diuisis,fuisset quæstio de indubitato, vt deducunt informãtes pro Aptis. Addebant etiam aliqui ex Dominis, quòd videretur, si in processu ipsi Apti prætendunt, quòd Comites occuparent: nam ex hoc redderetur multũ verisimilis ista quæstio super bonis diuisis.Ideo cum arbiter haberet potestatem super omnibus istis bonis tam diuisis quàm non diuisis, & Apti ab initio vigore instrumenti del 1488.acquisierint etiam partem d. tenimenti, & in laudo detur istis de Aptis tertia pars d.tenimenti, apparet de validitate, & iustitia d.laudi, nisi aliunde clarius ostendatur lęsio,vel iniquitas illius: & licet non sit faciẽda relatio ad diuisa,tamen dicebant Domini, hoc esse ve-

1 rum in dubio,sed non in claris, cùm † non prohibeatur bona semel diuisa iterum diuidi, vt hic per informantes.Item dicebant esse verum, vbi appareret de vna perpetua & reali diuisione, & in perpetuum terminata, vt per Fulgos.consi.120.sed non de superficiaria,& quodãmodo ad tempus,vel præsumpta quadam lęui diuisione prout hic dicebant Domini,præsertim ad euitanda scandala, quo casu potest Arbiter apponere manum ad ea in quibus alias se intromittit. Blanc.in trac. de compromis.q.6.nu.9.10.& 16.

Non ob.quòd instrumentum del 1488. non dat simpliciter tertiam partem totius tenimenti, sed plus, & minus prout episcopus habet diuisa, & indiuisa cũ omnibus de Titignano.Quoniam dixerunt aliqui,quòd do nec apparet de minori parte,standum est expresso, vt in simili dicit glo. communiter recepta, in l.secunda, de in diem adiectio. De qua per Soc. Dec. & alios in l. pecu-

2 niam quam. si certum peta. Non ob. † quòd licet vbi adest inæqualitas,non præsumatur diuisio, tamen secus est vbi adest æqualitas. Balb. de præscript. cum alijs per Tiraq. de præscrip. §.primo, glos. quarta, versicu. decimoquarto,Iaf. consil.128. Præsertim spacio 30. annorum, & amplius,vt probant testes Comitum. Quoniam dixerunt aliqui esse verum, vbi probaretur ista æqualitas.Itẽ vbi non esset data tam ampla facultas,præsertim ad euitanda scandala, pro vt dubitabatur inter istos, vt ex processu colligi potest: si tamen appareret de lęsione, & Comites voluerint interim super istis audiri,poterunt audiri.

ROBVSTERII.

Asculan. prædij. Die Lunæ. 13. Februarij. 1570.

SVMMARIVM.

1 *Spolium non violentum ex quibus præsumptionibus probetur.*
2 *Constitutum probat possessionem fauore ecclesiæ.*

DECISIO LXXXVIII.

MAior pars tenuit, quòd in casu isto satis proba tur primum extremum ex constituto, & solutione 80.ducatorum,& ex antiquitate 82.annorum,& ex effectu subsecuto, quia non constat de alio

1 titulo vniuersitatis,quæ omnia visa fuerunt Dominis vrgentia adminicula, ex quibus violentis præsumptionibus probatur primum extremum, quando non agitur spolio violento.Put.de restitu.spoliato.decis.prima. Nec placebat,quòd dicitur,personas non esse easdem,qa immo eędem, cùm præceptoria, & vniuersitas semper est eadem: & quòd illi essent Præceptor,& Antiani & Cancellarius, dicebant satis constare ex allertione tam antiqua cum effectu subsecuto. Et licèt vniuersitas hodie nõ possideat totum territorium descriptum, dicebant latis esse, quod possideat partem prout possidet, ex quo non constat de alio titulo. Aliqui tamen ex Dominis reseruabant videndum, an constitutum Prelati probet possessionẽ, vt per Tiraq. & an iste Præceptor posset agere spolio, vel potius alio remedio possessorio, & an iste præceptor egerit spolio limit.de quibus erit videndum. Vnus tamẽ ex Dominis allegauit,quòd Rota in vna Dertusen. matrimonij coram d.Sarmiento del 61.vel 62.resoluit,

2 † quòd constitutum probat fauore ecclesiæ.

ROBVSTERII.

Bononien. de Ponticulo. Die Lunæ. 22. Martij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum cum clausula, in executione nominandos,quas personas comprehendat.*
2 *Citatio licet non specificet commissionem, sufficit quòd dicat contra quamcunque commissionem.*

DECISIO LXXXIX.

FVit resolutum pro validitate sententiæ tam in fauorem Bartholomei,quàm Marci. Neque ob. defectus citationis, nam citatio ad sententiam dicit instante Marco de Iulianis, siue Sebastiano Golfardo in primo reg. folio 151. Et d. Sebastianus comparuit in termino citationis fol. 554.& erat procurator vtriusq;. Et cum sententia cantet pro Bartholomęo & Marco,apparet ex hoc, quod Sebastianus procurator fecit citare, & comparuit tanquàm procurator vtriusque. Neque etiam est nulla ex defectu mandati, quia mandatum non est limitatum tanquàm Capellanus, immo est generale ad omnes causas, vt hic bene deducunt informantes. Neque etiam est nulla ex defectu iurisdictionis ex decisionibus antiquis allegatis, & Modern. Achil.de testibus prima,& tertia.Felyn.in c. veniens, il secundo, de testibus, numero vndecimo. Quod tertius ratione connexitatis, potest venire ad causam, & sufficit commissio Cesaris, & tanto magis in Auditoribus Rotæ stante Bulla Pij 4.

1 Non ob. quod dicta commissio † dicit, in executione nominandos, tum quia Rota non tenet, quod dicit Crescen.decis. octaua, in fi.vt per Put. libro primo,pag. 144. incipiẽre R. Triuultius commiserat causam.Achil. de lit. decis. secunda. Tum etiam, quia vbi quis vult venire tanquàm reus voluntarius, tunc potest intrare difficultas de clausula, & in executione nominandos cum copula, vel sine: sed vbi quis vult venire tanquàm tertius ratione connexitatis iuris deducti in iudicio ex dispositione iuris communis, hoc potest facere vigore solius commissionis Cęsaris, quomodocunque sit concepta. Neque est verum, † quòd citatio ad dicendum con-

2 tra commissionem, non specificat commissionem, quia sufficit, quòd dicit contra quamcunque commissionem.Alia bene euacuantur per informantes Marci.

ROBVSTERII.

Conchen. Decanatus. Die Lunæ. 8. Ianuarij. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Confessio nocet singulari successori, si ipse successor indiget iure prædecessoris.*

DECISIO XC.

FVit resolutum, sententiam latam esse in petitorio, & possessorio, & quòd si Constantinus iustificauit in petitorio intentionem suam, vel non, tenetur iustificare, vel propter clausulas positas in gratia suæ coadiutorię eidem Constantino. Non obstant literæ accessus seu regressus Ioannis, quoniam illę non sunt satis iustificatæ in valore ac dispensationibus narratis, & alijs de quibus hic per informantes. An verò ex lapsu temporis præsumantur dispensationes, poterit videri si opus fuerit. Nec iustificantur ex confessione Constantini senioris, quæ plerunque nocet successori. Et quoniam dixerunt, quòd † ita demum nocet successori singulari si 1
ipse successor indiget iure prædecessoris, & vtitur, seu nititur dicto iure, alioquin si est reus, & possessor, potest niti sola possessione, & ex illa excludere actorem per nõ ius suum. l. apud Celsum. §. auctoris. & §. de actoris. de dolo excep. Ias. in §. item Seruiana, numero octuagesimonono, post med. ver. istud tamen intelligit, & limitat, vt post Specul. per Ioan. Fabr. Bal. & alios quos allegat, & ita fuit tentum coram D. Cotta del 1563. In vna Salamantin. Canonicatus. Sed hęc responsio intrat casu quo Constantinus posset agere spolio, quia interim contra Ioannem haberetur pro possessore, & tunc posset niti sola possessione. Ruin. consil. vigesimooctauo, numero 9. libro 4. Cassad. de præsen. decis. 6. Sarnen. in reg. de annal. q. 13. & de triennal. q. 11. sed si non potest agere spolio, tunc intrat motiuum contra Constantinum, quòd cum ipse indigeat iure prædecessoris, & debet vti illo, quando Io. est reus, & possessor, confessio auctoris nocet singulari successori.

Quò verò ad possessorium, licet plures Domini non dubitarent, quòd sententia sit iusta ex promissione d. Constantini, tamen res indiget particulari discussione, si pars instaret.

ROBVSTERII.

Oxomen. Archipresbyteratus. Die Veneris, 6. Aprilis. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ criminales non possunt reuocari ex capite notoriæ iniustitiæ.*
2 *Nullitas mandati non facit effectum notoriæ iniustitiæ.*
3 *Supplicatio antequàm sit registrata & tradita parti, non potest considerari aliquod præiudicium, neque aptitudo ad illud.*

DECISIO XCI.

1 TEnuerunt Domini, q; † sententiæ criminales non possint reuocari ex capite notoriæ iniustitiæ, qa retentio, vel nõ restitutio scripturarum fuit præiudicialis, & apta nocere: nam data porrectione partis, put dicebãt Domini hic adesse, & signata supplicatione in vita resignatarij, põt præstari consensus, & fieri expeditio post obitum. Et q; adesset consensus Garziæ, dicebãt probari ex dictis Galli, & Alphonsi, dum dñt de consensib. in plurali, quãuis re vera Gallus in alia vltima depositione, quæ nõ est data, declaret quod dixit de consensu. Dicebant ẽt Dñi, quod Gubernator Vrbis iuxta facultates suas potuit adhibere fidem testib. pro informatione curiæ examinatis. Et pro iustitia sententiarum, allegabant tex. in ca. 2. in fi. de renuncia. lib. 6. Nõ ob. qñ supplicatio esset in retentis, qm̃ dicebant, quod in decis. Io. Paul. 14. allegata erat præstitus consensus, nec probabatur porrectio prout hic. & ad decis. Put. alleg. 99. lib. 2. dicebãt, q; ibi non erat signata supplicatio. Non ob. quod Ioannes esset minor, quia Dñi dicebant potuisse iste defectus
2 suppleri, vt in motu ꝓprio. Dicebant † ẽt, q; nullitas mãdati non facit ad effectum notoriæ iniustitiæ, & tãto magis, quia dicebant, q; mandatum erat vtile. Non ob. quod non fuerit facta expeditio. Quoniam dixerũt Dñi, quod id fuit culpa Gregorij. Considerabant ẽt Domini, quod præmissa multo magis procedunt cõtra Gregoriũ occultantem scripturas, contra quem omnia iura clamant, & ad effectum notorię iniustitiæ, & ad impugnandam rẽ iudicatam, quo casu sufficit aliquis color, vel aliqua vela ratio, vt per Corn. consi. 10. lib. 4. Franc. & alios allega
3 tos. Vnus tamẽ ex Dominis considerabat, q; † antequàm supplicatio sit registrata, & tradita parti, non potest considerari aliquod præiudicium, neque aptitudo ad præiudicandum, cùm Princeps vsque ad illud tempus possit lacerare, denegare, & ad liberum absque iniuria disponere de supplicatione, vt per Sarnen. in reg. de iur. quæst. q. 6. nu. 2. & q. 10. in fi. nu. 3. Et tanto magis, cum in casu isto detur verisimilis mens Papæ de reiectione istius supplicationis cum Datarius proposuerit in d. supplicatione, quod non expediatur non citato Gregorio.

ROBVSTERII.

Roman. pecuniaria. Lunæ. 22. Octobris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio solutionis præsumptione iuris probatur etiam contra obligationem cameralem, & nu. 6.*
2 *Solutio an sit facta in duriorem causam vel leuiorem, pendet ex coniecturis & circunstantijs facti.*
3 *Verisimile vnum additum alijs verisimilitudinibus facit sufficientem probationem.*
4 *Declaratio solutionis dicitur esse incontinenti facta, à creditore ex eadem vel diuersis causis, cùm sit facta ante quàm solutio esset habita pro perfecta.*
5 *Causa durior non dicitur, in qua interpellatio requiritur, vel cuius dies nondum venerat.*
6 *Solutio ex præsumptione iuris præsumitur facta in duriorem causam.*

DECISIO XCII.

TOta difficultas fuit restricta ad hoc, an solutiones factæ per Nicolaum ipsi Bernardo vsq; ad mensem Augusti, 1569. cedãt in cãm debiti fructuũ officij militis sancti Pauli, quos fructus pro Bernardo plures annos antea, & postea Nicolaus exegit, vel in aliã cãm debiti 500. scutorum quos Bernardus mutuauerat Nicolao del 1566. In qua difficultate erant duæ opiniones, altera quod dictæ solutiones cedãt potius in cãm d. mutui 500. scutorũ ita vt sit retardanda executio obliga
1 tionis Cameralis. Et mouebat istos Dños, quia † etiã contra obligationem cameralem probatur exceptio solutionis, quando tamen probatur solutio præsumptione iuris, vt post aliàs Soc. consil. 27. nu. 30. in 4. cum alijs per Modern. de oblig. cameral. par. 1. q. 3. num. 4. & parte 4. q. 1. num. 5. sed ex præsumptione iuris istæ solutiones in dubio censentur factæ in duriorem causam, vt hic bene deducunt informantes Nicolai, & addebant Corn. consilio 295. col. 2. lib. 3. Et sine dubio durior causa erat illa mutui

mutui 500. scutorum, quia pro illis erat Nicolaus obligatus in forma cameræ, & cũ hypotheca speciali, & aliæ circunstantiæ omnes reducuntur ad istam grauiorẽ causam. Altera verò erat opinio, quòd istæ solutiones potius censeantur factę in causam fructuum perceptorum: Nã,
2 † an solutio sit facta in duriorem causam, vel aliam leuiorem, totum hoc pendet ex coniecturis, & circunstantijs facti, si quæ sunt: & in primis illæ diligenter inspiciendæ sunt antequàm deueniatur ad hanc de duriori causa, quia procedit, quando res est omnino dubia: non quando adsunt aliquæ coniecturæ, vel circunstantiæ, seu verisimilitudines in contrarium. Barto. & Ang.
3 in l. prima, numero quarto, de solut. Nam † vnum verisimile additum alijs verisimilitudinibus facit sufficientem probationem. Bald. & alij per Soc. consilio 149. colum. fina. Hic verò concurrit.

Primò declaratio ipsius Bernardi creditoris, quæ declaratio in primis est inspicienda, vt per gl. & alios in d. l. 1. de solu. Nam dictus Bernardus in pluribus partitis dicit, *A bon conto del mio officio, hò riceuuto à bon conto come di sopra.* Et licèt ista declaratio nõ sit facta primo in prima receptione, nisi de mense Septembris. 1570. ta
4 men † potest dici incontinenti facta, cùm sit facta antequàm solutio esset habita pro perfecta. no. Bart. & alij in l. 1. num. 6. de solu. Nã sicut de mense Augusti 1569. de quo fuit facta prima solutio 351. scutorum in pluribus vicib. vt inquit prima partita, Nicolaus erat debitor ratione istorũ fructuũ ad minus in 400. scutis, ita etiã de mense Septembris. 1570. de quo fuit facta dicta declaratio, erat dictus Nicolaus debitor ex eadem causa fructuum officij in 500. scutis, & amplius, & tamen non soluerat, nisi 408. scuta, & sic non erat perfecta solutio in aliqua causa.

Nõ ob. q; illa declaratio videatur limitata ad illas tantum partitas in quibus id dicit. argu. l. vnicę, §. sinautem. C. de caduc. tollen. Nam hæc est brocardica quæstio, vt patet ex allegatis per D. Ant. Gabriel. de testam. cõclu. 10. per tot. Nihilominus satis videtur consonum rationi, qa vbi in alijs militat eadẽm ratio, sequeretur absurdum sicut hic, quòd debeant aliæ partitæ declarari in istis partitis, quæ habent causam expressam, vt ex mente Dec. videtur residere ibi Gabriel. nu. 9. & 16. & hic militat eadẽ ratio in omnibus: immo vt absurdum, quòd aliquas ex istis partitis soluerit in vnam causam, aliquas vero in aliam, non data aliqua ratione diuersitatis, neque accedente aliqua causa, cur potius voluerit vnas recipere in vnam causam, alias vero in aliam causam, præsertim vbi concurrunt aliæ verisimilitudines. Nam tunc, vt dictum est, vnum verisimile additum alijs verisimilitudinibus inducit sufficientem probationem: sed hic concurrunt alia, vt statim deducitur, ergo cessat controuersia huiusmodi de d. l. vnica. §. sinautem.

Secundò principaliter concurrit voluntas, & declaratio ipsius Nicolai: nam de mense Iulij. 1573. ipsemet Nicolaus in quadam sua cedula, de qua fol. 12. coram Gubernatore, ita dicit. *Item prometto quello che mi trouassi in mano di suo de li danari riscossi del suo officio del canal. di signor Paulo ch'io non habbia dato in mano sua, pagarli ad ogni suo piacere.* dum enim dicit, *che mi trouassi*, præsupponit virtualiter, quòd magnam partem illarum pecuniarum soluerit. ex his. n. quæ postea sequuntur, declaratur animus in præcedentibus.

Tertiò concurrit, quòd reperitur in manibus istius Bernardi cedula illa scutorum 500. Nam si scuta 776. fuissent soluta in causam istius mutui 500. scutorum, verisimile est, quòd, aut cedula illa fuisset Nicolao restituta, vt in l. secunda. 5. primo, de pact. aut aliquid de solutione in pede illius apocę fuisset scriptum per ipsos pro, vt reperitur in alia de mense Augusti, 1569. vt fol. 34. à tergo. Aut aliquid fuisset expressum.

Quartò, quia istę multiplicatæ solutiones factæ per Nicolaum magis conueniunt, & sunt magis proportionabiles huic causæ fructuum, quàm alteri de mutuo 500. scutorum. Tum quia sicut in pluribus, & diuersis modicis summis satisfaceret, præsertim cùm magis conueniret, vt quæ tanquàm procurator exegerat, liberaliter statim restitueret, cùm alia summa mutui 500. scutorũ requireret interpellationem, vt in similibus circunstantijs, & qualitate personarum considerat Ang. in d. l. prima, nume. quarto, de solut. in summa proportionabili considerat Riminal. consi. 346. nu. 5.

5 Præterea si summa 500. requirebat † interpellationẽ prout est, non potest dici durior causa, cuius dies nondũ venerat, vt hic bene considerant informantes Bernardi, iuxta tex. in terminis in l. 3. ff. de solu. Paris. consi. 122. numero 8. lib. 4. Neque articulus consideratus per informantes Nicolai videtur obstare, quia non loquitur de ista summa 500. sed de fructibus, in quorum solutione potius est præsumendum necessitas, quia plures partitæ id dicunt, & solutio semper præsumitur ex necessitate facta, quàm ex voluntate.

In ista discussione Domini dixerunt, vt causa proponatur iterum in sequenti, & dabitur resolutio, & quòd Nicolaus cogatur edere libros, ex quibus apparebit veritas, vt inquit Imol. in l. 1. de solut. Alexand. consilio 85. libro tertio, Soc. consilio 17. lib. 3. Dec. consi. 308. in fi.

Die verò 26. eiusdem fecit constare de tali satisfactione, vt impediat executionem obligationis Cameralis ex certa, & speciali præsumptione iuris, quòd solutio præsumitur facta in grauiorem, & duriorem causam, quæ præsumptio onerat duriori onere probandi contrariũ.
6 † Ita vt licet possent considerari aliquæ coniecturæ pro parte Bernardi, quæ forte circumscripta prædicta præsumptione probarent, nihilominus non sufficiunt ad tollendam præsumptionem iuris,

ROBVSTERII.

Gerunden. administrationis episcopatus sede vacan. Die Mercurij. 6. Octobris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Recusationis iudicis materia est fauorabilis.*
2 *Interesse iudicis etiam remotum reddit eum suspectum.*
3 *Iuramentum solum sufficit ad notarium & locum recusandum suspectum.*
4 *Auctoritas loci sola non sufficit ad adhibendam fidem scripturæ malè extractæ.*

DECISIO XCIII.

FVit resolutum, q; processus per iudicem compulsorem factus, sit nullus, & iura in eo extracta non facere fidem, quia talis iudex potuit recusari, & recusatio fuit legitime facta: nã fuit pstitum iurm & Arbitri fuerũt petiti, & causæ legitimæ recusationis propositæ, & appellatũ. Et † materia recusationis iudicis est fauo
1 rabilis, Couar. pract. q̃st. c. 26. & leuis cã repellit iudicẽ, licèt nõ repellat testẽ. gl. Abb. & alij in c. cũ R. Canonicus, de of. del. quod tñ totũ residet in arbitrio iudicis, vt post Lanfran. inquit Rebuf. de recusi. iud. glo. vnica, articu. 6. nu. 45. Et exceptio de amicitia cũ Archidiacono, & alia circa illius personam considerata, visa fuerũt Dñis sufficientia,

cientia, sicut etiam visum fuit illi canonico, qui quando allegatus fuit suspectus ex eadem causa, abstinuit. Non ob. ꝙ non esset controuersia de iure conferendi, & interesse Archidiaconi esset secundarium, quod regulariter non esset in consideratione, ex Tiraq. & alijs allegatis.

2 Nam † dicebant Domini, ꝙ licèt tale interesse non reddat iudicium nullum, tamen facit vt tanquàm suspectus ex tali interesse possit, vt suspectus recusari, ex Lanfranc. de recus. iud. Et tanto magis, quia ex pluribus circumstãtijs ille Archidiaconus magni faciebat controuersiam iurisdictionis, & alternatiue.

Non ob. quod quoad notarium non sint expresse causæ, & allegatio videbatur calumniosa ex plurib. circumstãtijs hic bene consideratis per informãtes Archidiaconi. Nam sufficit allegatio legitimæ suspicionis iudicis. Itẽ

3 † quoad notarium, & locũ plures tenebant, ꝙ nõ requiritur expressio causæ, sed sufficit solum iurm & pro rõne voluntas. ex Bal. & Boer. in decis. & locis alleg. in memoriali. Addebant Anchar. consi. 263. sub nu. 2. & Ale. cons. 104. nu. 2. & 3. lib. 5. In quo tamen aliqui replicabant rẽ hanc esse magni momẽti, & exemplarem, præsertim vbi adest suspicio calumniæ pro vt hic non videtur adesse in notario, loco, & hora. & Doct. intelligunt illud, dummodo adsit dolus malus. Quò verò ad scripturas dicebant esse male extractas, & non facere fidem, quia non adest citatio ad videndum iurare testes. Illi testes qui dantur, fuerũt simul examinati, qđ licet regulariter, nisi in leuibus, & non recognoscuntur manus illorum notariorum qui scripserunt illa, & licèt sint antiqua, tamen requirũtur aliqua adminicula etiam in antiq. vt per Aug. de fide

4 instrum. Non † ob. auctoritas loci scribaniæ episcopalis. Nam dicebant non esse probata requisita de quib. per Felyn. & alios in ca. ad audientiam. de præscrip. Aym. de antiq. temp. Quò verò ad exceptiones testium, nihil fuit dictum, quia capitulum non informat. agetur de ea in sequenti, etiam si non informaret.

ROBVSTERII.

Roman. legati. Lunæ, 16. Februarij. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Confessio sola debiti non est sufficiens ad actionem acquirendam aduersario, nisi aliꝭ adminiculis adiuuetur.*
2 *Quantitas mercedis quomodo sit considerandæ.*

DECISIO XCIIII.

FVit resolutum, quòd si non datur excessus in istis binis mille scutis respectu seruitiorum, hoc est si bis mille non excedunt seruitia, in eo, in quo

1 non excedunt, dant prædictum legatum factum D. Mario legato Pio, quia istud legatum D. Marij est ex debito de quo debito satis in genere pro nunc cõstat, nõ ex sola confessione, quæ sibi sola esset, indigeret particulari discussione, ex longa distinct. Henric. Boic. in capitu. ex parte. de confessis, sed ex adminiculis pluribus, quæ colliguntur ex testibus, & ex his, quæ Domini ipsimet viderunt in casu vertente inter ipsam testatricem, & alios de Mattheis. Non ob. quòd pro mercede non licet

2 petere vltra centum quolibet anno. Quia † dicebant verum fortasse, de iure communi, sed ex consuetudine in pluribus casibus obseruata, Rot. dedit salarium, iuxta modum laborum, & qualitatem personarum, & causarum; vt in illa Roman. seu Ilerden. pecuniaria coram D. Sarmiente. Item verum fortasse, quando taxatur ex officio, sed non quando pars taxat præsertim per modum conuentionis, quia vnus testis dicit, quòd Domina Flaminia dixit illi, vt diceret Domino Mario, quòd laboraret libenter, quoniam ipsa iam in testamento fecerat debitum suum, vel similia verba, & alius dicit quòd D. Marius desiderabat recognitionem aliquam, & similia verba. Item in ista materia secundum communes conclusiones ad effectum causæ onerosæ, vt res dicatur debita, considerantur merita non solum obligatoria, ex quibus dari possit actio, vel iudicis officium, sed etiam vbi solum gratia beneuolentiæ veniunt, ne ius aliquod agendi præstent, vt colligitur ex Abb. in rub. de donat. text. in l. ex hoc iure. de iustit. & iur. & in l. si non sortem. §. libertus. de condi. indeb. Tiraq. & alij per Rimin. iun. in §. primo, Instit. de donat. numero 92. cum sequen. Et licèt Pinelli. in l. prima, in tertia parte, numero 60. cum pluribus, alleget plura in contrarium, tamen communis est ista. Item hic cessat difficultas, cùm saltem detur officium iudicis præsertim stantibus testibus. Si tamen pars velit audiri in hoc, qualia debeant esse merita, posset audiri. Reseruarunt in ista positione Domini, an legatum bis mille sit per exactionem reuocatum, an adsint alia bona, & cui incumbat onus probandi. Item, an ex cessione fuerit quæsitum aliquod ius D. Mario, & illorum aliquod præiudicium causæ piæ, reseruauerũt etiam videndum, an constet de excessu die 28. Iunij. 74. fuit etiam resolutum non constare de excessu in istis bis mille, quod pendet plurimum ab his, quæ supra dixi de meritis beneuolentiæ, vel debitis.

ROBVSTERII.

Roman. pecuniaria de Bubalinis. Die Veneris, 7. Nouembris. 1572.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio competens principali competit etiam fideiussoribus ad impediendum executionem obligationis cameralis.*
2 *Obligatio simplex facta præsumitur ex causa præcedente.*
3 *Verba denotantia sponsalia reducuntur ad matrimonium de præsenti ex præcedente tractatu matrimonij.*
4 *Breuitas temporis, & vicinitas actuum clarè demonstrant intentionem agentis.*

DECISIO XCV.

QVia pro parte Matthei Morelli fit fundamentum in decoctione Bufalini, & cessione bonorum illius, nec non in noua societate D. Alexandri Ferri, de quibus tamen nulla fit mentio in serie facti per Illustrem D. Vicarium transmissi, si ei videbitur discutienda, aut transmittenda. & responderunt difficultati secundum ea tantum, quæ in serie facti proponuntur, more Sceuolæ I. C. ac resoluerunt, quòd mandatum per A. C. decretum, & relaxatum de quo in puncto, non fuit iuste decretum, & relaxatum, ideo non debebat per Illust. D. Vicarium confirmari. Et ratio fuit, quia Matthęus tenebatur ante primum terminum liberare Bufalinum ab ista fideiussione, de qua in laudo, qa

1 † exceptio competẽs principali competit etiam fideiussoribus, & impedit executionem obligationis cameralis, vt hic per informantes.

Non ob. quòd Bufalinus postea sponte, & simpliciter se obligauerit, & fideiussores postea promiserint habentes

tes relationem non ad laudum, sed ad obligationem Bufalini simplicem. Nam responderunt Domini, quòd licèt obligatio Bufalini videatur simplex in sui contexturа, & pura ac spontanea, tamen † ex iuris interpretatione censetur facta in executionem laudi, & accessorie ad

2 illud, vt in pluribus casibus cumulat Alciat. de præsump. reg. 2. præsumpt. 23. & seq. Quod etiam confirmatur, quia ex tractatu præcedente de ducendo aliquam in vxorem, si postea fiat sponsalitium per verba denotantia ex sui proprietate matrimonium de futuro, tamen ex dicto tractatu præcedente arguitur istud, quod postea fit, licèt non necessarium esset in executionem præ-

3 cedentis tractatus, † attento quòd verba illa reducuntur ad matrimonium de præsenti. Cardina. in clementi. prima, quæst. secunda, in fi. sub numero 16. de consangui. & affinita. Cepol. in consil. crimina. primo sub num. 14. versi. item quia quando præcessit tractatus. Couar. in 4. decretal. in 2. parte, capitu. quarto, versicu. cuius opinio. Et in casu isto obligatio Bufalini saltem respectu fideiussorum non fuit spontanea, sed necessaria: & licèt aliqua fecerit ad quæ non tenebatur, tamen non ideo fit, quòd non dicatur fecisse in executionem laudi, & accessoriè ad illud, taliter quòd si non præcessisset laudum, sine du-

4 bio nihil ex illis fecisset ex supra dictis, & ex † breuitate temporis, & vicinitate actuum, ex quibus sine dubio arguitur correspectiuitas, & intentio Bufalini. & hoc idẽ confirmant illa verba, suæ obligationis certior factus omnium premissorum &c. Item decisio allegata coram R. D. Seraphino in illa Carpentoraten. del 1568. 28. Maij, multum coadiuuat hanc partem, quo fit, cùm dicta obligatio venerit in executionem laudi, & accessoriè ad illud, omnes conditiones, & qualitates, quæ inerant primæ, censentur repetitæ in ista accessoria, & illi ineſſe, vt in l. si dari, & ibi satis ad propositum Alciat. post alios, qui loquitur de adimplemento isto cum alijs per informantes allegatis, & addebant Domini vltra Alciat. in alio casu valde simili Aretin. in l. Titia. §. idem respondit, colum. tertia, versicu. vnde saluemus illa dicta. de verborum obligatio. Claud. in l. non solum. §. morte, numero 30. ante fin. versicu. vnde ipse aliter respondet. & Hormandet. numero decimooctauo, versicu. quarto limitatur, & Alexan. numero 215. versicu. sexto declaratur. de nou. oper. nuncia. Aym. consilio 135. numero decimotertio, cum seq.

Non ob. aliqua, quæ extra opponuntur. Quoniam bene euacuantur per informantes Marcelli.

ROBVSTERII.

Albanensis collationis dotis. Die Lunæ, 26. Nouembris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio si fiat de pecunia ad rem, efficitur res illa fundus dotalis.*
2 *Reseruationes sunt intelligendæ secundum dispositionem iuris communis.*
3 *Renunciationes sunt stricti iuris, ita quòd non inducuntur, nisi expresse dicatur.*

DECISIO XCVI.

CAusa fuit late discussa super eo tantũ, an Baronia Collis Alti del 1562. fuerit effecta fundus dotalis, ita ꝙ Dña Clarix sibi ꝑiudicauerit, vt agẽtes pro Illustr. D. Cardinali prætendunt, vel tm̃ simplex hypotheca, aut assecuratio dotis D. Claricis, vt pro parte ipsius prætenditur. In qua difficultate aliqui erant pro Illust. D. Cardinali. Primò ex verbis expressis de quib. in instrumentis 1562. & 64. Secundò, ex l. ita constante, cũ

1 l. sequen. de iure dot. vbi si fit permutatio de pecunia ad rem, efficitur res illa fundus dotalis, & idem Afflic. decis. 336. nume. 3. Non ob. clausulæ reseruatiuę: nam respondebant, quòd quædam sunt pacta dotalia, quæ pendent à voluntate partium, quædam quæ pertinent ad dispositionem iuris. l. si pater. in princip. de pact. dotal. vbi quoad dispositionem iuris pertinet, quando reddatur, quomodo, & in quibus. Item præsupponebant, quòd reseruationes recipiunt interpretationem à iure. Barto. in l. vxorem. §. testamento. de leg. 3. Ruin. consil. 49. numero 17. in 4. & plures dispositiones in eodem subiecto, ita debent interpretari, vt ad inuicem concordent, & ne sint inutiles, aut ineptæ, late post alios Aym. consi. 7. num. 4.

2 & 5. & consil. 144. nume. 4. Ideo † dicebant istas reseruationes esse intelligendas quatenus de iure competant. Oldra. consil. 214. numero 2. Soc. consil. 207. nu. 2. in 2. & quatenus fundus dotalis euinceretur, & ita operantur suum effectum.

Aliqui verò tenebant pro Domina Clarice, quòd nõ sit fundus dotalis, ita ꝙ nõ sibi ꝑiudicauerit D. Clarix.

Primò, quia actus isti regulantur à potestate, vel voluntate. Bar. & alij per Alex. consi. 123. in princ. lib. 4. sed hic concurrit potestas, nam pòtuerunt constituere partes ipsæ fundum dotalem cumulatiue ad omnes aliàs obligationes, & illas sibi conseruare quoad omnes effectus iuris. Bart. consil. 124. numero 5. in primo cum alijs per informantes hic. Voluntas etiam concurrit, quòd ad sunt clausulæ tam prægnãtes ac geminatæ, vt non possit dubitari de voluntate contrahentium, quòd omnia iura voluerunt sibi reseruare prout dicebant isti Domini. Ergo nullum fuit illatum præiudicium Dominę Claricæ in prioribus obligationibus, sed tantùm fuit addita noua cautela, & assecuratio ipsi Clarici.

3 Secundò, quia † renunciationes sunt stricti iuris, & non inducuntur, nisi expresse dicatur, aut necessariò inferatur: sed hic neque fuit dictum aliquid de renunciatione prioris iuris, neque infertur necessariò: ergo stant iura antiqua.

Tertiò, quia nouatio non inducitur, nisi expresse dicatur, & hic non solum non fuit dictum de nouatione fienda, sed expresse fuit dictũ, vt non inducatur nouatio.

Quartò, quia in dubio pro dote est pronunciandum. Quia tamen Domini non erant cõcordes, fuit dictum, vt causa iterum super hoc proponatur, quia subsequentia multum pendent ab ista quæstione.

ROBVSTERII.

Parmen. Status. Die 15. Iunij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Statuta inuicem contraria quomodo sint distinguenda.*
2 *Statutum eo ipso, quòd est publicatum, præsumitur vsui receptum.*

DECISIO LXXXII.

TOta difficultas fuit per Dominos in disputatione istius puncti restricta ad intelligentiam statutorum Parmæ, de quibus in puncto, an illa essent ad inuicẽ contraria, vel ne, & possent ꝑ distinctio-

1 nẽ aliquã remoueri, & † q̃ distinctio esset tenenda, iuxta

tradita per Alex.& alios,quos refert Dec.consil.602.nume.5. cum seq. Nam dantur plures distinctiones per informantes videlicet.

Quòd statutum Rangonorum loquatur de libro cõposito,statutum verò Pallauicinorum loquatur in filcia, quia vt aliqui dicebant, breuiarium, & filcia idem sunt, vel idem pollent.

Alia datur distinctio, quòd statutum Rangonorum loquatur in filcia, statutum verò Pallauicinorum loquatur,non de filcia,sed de instrumento separato, & reperto extra filciam.

Tertia datur distinctio, quòd ambo statuta loquãtur in filcia, sed statutũ Rangonorum propter pœnas copulatiue positas, est intelligendũ de filcia notarij viui, contra quem possent habere locum pœnæ à statuto inductę. Statutum verò Pallauicinorum est intelligendum in notario mortuo, & sic in filcia notarij mortui.

Quartò, datur intellectus, quòd si statutum Rangonorum intelligitur de filcia notarij viui & mortui, & statutum Pallauicinorum pariter in filcia notarij viui & mortui, statutum Pallauicinorum tanquàm magis precisum,& derogatorium alterius debeat attendi.

Datur etiam quintus intellectus, quòd verba debeãt in principio breuiarij cuiuslibet anni scribere, qualiter illud breuiarium est suum, & verba,quæ sequuntur, ponendo nomen & pronomen,referantur ad instrumẽta.

Prima distinctio in eo,quòd statutum Rangonorum loquatur in libro composito,non placebat Dominis, qa statutũ intelligitur de filcia, & breuiarijs,& clare loquitur, & quod dicitur de libro, id dicitur ampliatiue, & non restrictiue.

Secunda distinctio, quòd statutum Pallauicinorum non loquatur in filcia,sed in instrumento separato,& reperto,extra filciam,quæ habuit controuersiam inter Dominos,quamuis apud aliquos hæc restrictio non posset saluari habita ratione recti sermonis, si breuiarium, & filcia idem pollent, considerando totum statutum Pallauicinorum, præsertim in ver. & illud obseruari debeat in totum, vsque ad fi. vbi videntur verba satis ampla,quę restringi non possunt.

Circa tertiam distinctionem, quamuis illa placeret pluribus, & pluribus etiam displiceret, tamen dicebant pendere à resolutione alia, de qua per glos. & alios in l. mancipia.C.de seru.fugit.cum alijs per Dec.in l.1.nume ro 14. C. de eden. &in pluribus eius consilijs. & partes debent in hoc præcipue insistere, & in 4.intellectu. nam hoc apud aliquos videbatur vrgere, quòd si statutũ Pallauicinorum intelligitur in filcia, aut tenenda est quarta distinctio de notario viuo & mortuo, aut tenẽdus est quartus intellectus propter verba statuti Pallauicinorũ tam precisa, & vrgentia, quòd illud statutum, & non aliud debeat obseruari.

Quintus intellectus,licèt placeret pluribus,tamen ali qui dubitabant de releuantia, hoc est, quòd nõ ideo Pallauicini haberent intentum, ex quo non apparet obseruata quolibet anno illa solemnitas in ista filcia, & cùm inter Dominos esset varietas, non potui aliquid firmare, nisi quòd placeret, vt Proconsules Parmæ viderent filciam, & statuta huiusmodi ac instrumentũ donationis, ac dicerent votum suum, nam in istis plurimum valet iudicium peritorum in arte, qui melius notant obseruantiam, & consuetudinem interpretatiuam, remanendo tamen articuli de suspicione filciæ, & an in filcia sint scripturæ non authenticæ nec ne, interim discutiendi in Rota.Vel si non poterit ex aliqua causa hoc fieri, tũc ponatur causa super eisdem, stricte tamen ad istas distinctiones,& intellectus, præsertim ad secundam,& tertiã distinctionem,& quartum intellectum simul cum obseruantia, si quæ exactis colligi potest,quæ releuet. Nam apud aliquos ex Dominis obseruantia allegata per Pallauicinos plurimum confert ad interpretanda ista statuta,licèt aliqui vellent separatim de ea videre.

2 Præsupponunt tamen partes, quòd †apud Dominos nulla est difficultas in præsumptione iuris,quòd statutũ eo ipso, quòd est publicatum, præsumitur vsui receptũ, vt bene deducunt informantes Rangonorum.

Circunscribant etiam partes pro nunc, an Varanus sit de iurisdictione Parmæ, nam si quis crit de his postea erit agendum,& similiter,quòd dicitur de verbis statutorum directis in personã notarij, an sit notarius creatus apostolica, seu imperiali auctoritate. Nam de hoc nunc non est agendum, sed tantum de intellectu istorum statutorum, an vertimur magis in statuto Rangonorum, vel Pallauicinorum, si daretur distinctio inter illa.

ROBVSTERII.

Nouarien. decimarum. Veneris, 18. Aprilis. 1572.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ creditur, quæ transiuit in iudicatum cum insertis in ea.*

DECISIO XCVIII.

FVit resolutum satis constare de tenore priuilegiorum ad effectum, vt sententia Cassad.sit exequenda, vt vniuersitas Cameræ sit cogenda ad electionem æstimatoris, & indicatoris remedijs iuris, & inter alia sub pœna,quòd si non elegerit,stetur relationi æstimatoris,& indicatoris a capitulo electi. Quia † sicut creditur sententiæ,quæ transiuit in iudicatum, ita in insertis in ea.Crescen.decis. 134. Dixerunt etiam Domini, ꝙ in declaratoria possunt addi aliqua ex his,quæ pro parte communitatis adducuntur arbitrio ponentis.

1

.Non ob.quòd in priuilegio Pauli 2. nõ dicitur, quòd electio æstimatorum,& indicantis debeat fieri ad instãtiam capituli, quia cum hoc tangat interesse, & vtilitatẽ Capituli,de iure intelligitur, si Capitulum petierit, per regulas vulgar. Non ob. quòd in sententia non dicitur, quòd debeant iurare, quia ista est specialis omissio, & si constat de priuilegijs aliunde, quàm ex sententijs, poterit in declaratoria exprimi: & sic ista est specialis omissio & non discordantia, præsertim, quia sententia refert se ad dicta priuilegia. Non ob.quòd in sententia dicitur, ꝙ cogantur omnibus iuris remedijs ad electionem, & tamen in priuilegijs hoc non dicitur, nisi quod aliàs stetur iudicio alterius æstimatoris.Nam dixerunt Domini, quòd iste est ex pœnis ad cogendum eligere, vt stetur iudicio electi à Capitulo.Non ob.quod in priuilegijs dicitur, quòd communitas teneatur eligere pro se ipsis, & sic videntur præsupponere, quod teneatur eligere casu quo teneatur soluere decimas: nam cum dicat,quòd teneantur eligere pro se ipsis,& possessoribus,pro quibus ipsi non teneantur soluere decimas, vt capitulum sciat possessores,& valorem fructuũ,& illud de se ipsis procedit rẽspectu illarum vniuersitatum,quę tenentur soluere decimas: sed illæ quæ non tenentur soluere, debent eligere pro possessoribus. Non ob.quòd in priuilegio dicitur,ad requisitionem episcopi,& capituli,& in sententia dicitur, ad requisitionem capituli, quia hoc ideo,qa episcopus non erat in ista lite, & quia priuilegiũ intelligitur

gitur separatim, hoc est in decimis spectantibus ad Episcopum ad requisitionem Episcopi, in spectantibus ad capitulum ad requisitionem capituli.Quia Episcopus & capitulum videntur posititanquàm duo oratores,& priuilegium Pauli Secundi,loquitur de solo capitulo.

Non obst. quòd non dicitur de indicatione agrorum & vinearum in priuilegio, sed quòd indicẽtur homines colentes agros, quia dicitur ibi, quod ita & taliter indicant, vt descriptio,&c. quæ fieri non potest commodè, nisi demonstrẽtur etiam agri,& ita ordinarunt, vt expediam causam.

ROBVSTERII.

Roman. census. Veneris, 8. Februarij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Possessio iurium, seu rerum incorporalium retinetur per ciuilem possessionem.*
2 *Possessorium retinendæ dicitur esse iudicium summariissimum.*
3 *Possessorium recuperandæ, vel retinendæ potest intentari ab eodem, cui datur electio.*
4 *Ius sibi propria auctoritate dicere nemini licet, etiam habenti priora, & potiora iura in possessorio.*
Ampliatur multis modis, vt nu. 5. & 6.
6 *Princeps supremus, nunquam tollit ius possessionis retinentibus eam, nisi ordine iuris seruato.*
7 *Interpellatio, seu termini præfixio ad se defendendum nun quam prętermittitur à supremo Principe.*
8 *Spoliatio, & denegatio solutionis ex aliqua iusta causa facta differunt.*
9 *Causa iusta denegationis solutionis absorbet in se petitorium, & possessorium simul.*
10 *Sententia graduationis datur in causa discussionis, in qua non dicitur constare de non iure, quousque potest constare de iure.*
11 *Ius quod metitur à possessore, non mutatur, nec variatur ex mutatione personarum.*
12 *Res, & possessio transit cum onere, & causa sua.*

DECISIO XCIX.

MAior pars tenuit, quòd Petronij & alij qui reperiuntur, sunt manuterendi in quasi possessione exigendi censum,in qua existunt,quia cùm

1 †semel fuerint in possessione, si denegatur solutio, aut alius fructus quasi possessionis,potest possessor etiam in istis incorporalibus retinere ciuilem possessionem, & adire iudicem, & petere vt in primis manuteneatur in sua quasi possessione, seu statu durante controuersia tãtum.fo.Fab.in §.retinendæ,num.21. de interdictis. Florian.de sancto Petro in l.si forte.§.sciendum, circa med. ff seru.vendic.Salyc.in l.j.num.7.C.vti possid. Afflict.decis.395. per tot. Iaſ.in l.clam possidere. §. qui ad nundinas,num.23.de acquir.possess. Soc.iun.conſ.122.nu.16. in 4.Ruin.conſ.58.num.6.in 4.Marant.in Specul.iudic. par.4.Dec.conſ.7.nu.17.Rebuff.in tracta.de decim.q.9. nu.8. & super constitut. regni, tom.3. tit.de caus.benef. possessor.in præfat. num.7. Menoch.de retin.possess. remed.3.num.131.cum seq.& fuit resolutum in Placentin.

2 decimarum,& Lucan.pensionis. Quod †remedium dicitur breue,& summariissimum possessorium, iuxta cõsil.Pau.de Cast.3.col.2.in 2. Couar.pract.quæst.cap.17. Menoch.in tract.de retinen.possess. cap.vlt.num.7. cum seq. & admittit suspensionem petitorij, & non admittit exceptionem defectus proprietatis, quando non petitur aliud quam manutentio durante lite. Ægid. in c.pastoralis, num.31. cùm seq. Ferret.conſ.7.num.3. cum seq. in primo.Plot.in l.si quando,num.99.106.& 112. C.vnde vi.Neuiz.conſ.81.num.16.cum seq.& fuit resolutum coram bo.me.Oradin.in Bononien.Iurisd del 1569. Est

3 †tamen in facultate istius,cui est denegata solutio, habere se pro spoliato, & tunc intentare remedium recuperandæ vel si non habet se pro spoliato, intentare remedium retinendæ,vt supra,& de vtroque ponit Bal.in l.2. num.44.C.de seruit. Afflic.d.decis.395.Rip.in cap.cum Ecclesia Sutrina, num.9. de cau.possess.& propriet. Moder.in tract.de annu. præstat.quæst. 2. num.2. Ideo cùm præsupponatur, quòd Petronij sint in quasi possessione, vel aliquis ex ipsorum adhærentibus,& suspenderent petitorium, debent in primis manuteneri in isto casu durante controuersia prioritatis & potioritatis.

4 Secundò, quia † nõ licet priori aut potiori, sicut cuicunque alteri proprietario, sibi ius propria authoritate dicere & possessorem turbare, capiendo absque citatione propria authoritate possessionem, quousque per viã agendi, vel præfixionis termini illa quasi possessio sit ab ipso possessore in petitorio euicta.c.consultationibus.& ibi not.omnes,de iure patro.Calder.conſ.23.de prœben. Rot.in antiq.de iure patro.decis.14. Ioan.de Silu.de be-

5 nefic.par.2.quæst.7.num.16.etiam † si proprietarius esset fiscus.Guid.Pap.quæst.366.vel esset ordinarius qui visitaret. c.ordinarij, de offic.ordin. vbi Gemin.Franc.& alij.vel esset delegatus supremi Principis.c.si quando,de rescrip.l.si non cognitio. C.si contra ius,vel vtil.publ. & ibi Pau.de Cast.col.j.Anchar.conſ.240.col.j.& 2. Calde. conſ.4. de dilat. Neuiz.d.conſ.81. num.13. Et possessio illius possessoris esset infecta, sine fomento iuris.d. c.licet episcopus,de præben.in 6.vbi etiam Gemin.& Fran. in 3.& 4.not. latè Neuiz.d.conſ.81.num.8. cum sequen.

6 Immo † licet solemnitatibus iuris positiui supremus Princeps sit solutus, & quadrata æquet rotundis, & ex potestate ordinaria possit tollere ius possessionis & decernere,vt de solo petitorio, vel simul de eo cum petitorio cognoscatur. Abb.& alij per Capic.decis.69. nu.13. Aym.conſ.182. num.13. cum seq. Id tamen nunquam facit in retinentibus possessionem, sed iam expulsis, & electis à possessione, & tũ id facit cum causa, vt notum est: & si intrusos ab occupatione quandoq; eijcit, & controuersias decidit,ac silentium imponit, id tamen semper facit, tamen præfixo termino, & parte citata ad faciendas suas defensiones. c.pastoralis. §.ceterum, de re iud.l. vt vim,de iust.& iure.l.defensionis facultas,de iure fisci, lib.10.Bal.in c.cum olim,num.4.de re iud.Soc.consil.266.num.49.cum seq. in secundo. Dec.conſ.497.in

7 fine, & conſ. 528. col.2. † Hæc enim termini præfixio, vel interpellatio ad se defendendum, nunquam prætermittitur à supremo Principe, in quibus vis dispositionibus tertio præiudicialibus. Soci.in l.si quis arbitratu, num.33.de verb.oblig.& conſ.27.num.11.in 3.Natta in clem.sæpe.§.& quia,col.27. & seq. de verb.signif.Capic. decis.prima,num.36.& ideo cum isti possessores pluries exigerent censum, & hodie sint in possessione,nephas esset, quòd hæres cum beneficio legis & inuentarij,illis nõ auditis, possit propria authoritate sub prætextu, quòd ipse est anterior & potior, spoliare,& ius sibi dicere.

8 Non obst. quòd quicquid sit in alijs †possessionibus, tamen in annua præstatione secus est,cum Moder.in dicto tract.de annua præstat.quæst.20.teneant contrarium in hærede cum beneficio legis & inuentarij, vt possit denegare soluere ex causa iusta & legitima, videlicet, si est potior & anterior creditor, cõcurrente iusta causa, non

spoliat,

spoliat, licet deneget soluere.c.querelam, & ibi not. de elect. Quoniam opinio istorum Modernorũ posset procedere, vbi ille qui erat in quasi possessione propter denegationem hæredis, habet se pro spoliato, & agit spolio: tunc enim hæres si esset anterior & potior, rectè posset dicere, non spoliaui te, quia ex iusta causa denegaui soluere. & ita fuit resolutum coram bo. me. Grato, del 1565. in vna Conuennarum. vbi beneficiatus, qui per plures annos soluerat pensionem, & quia non potuerat habere possessionem beneficiorum, denegauit soluere:
9 fuit dictum, quòd † causa erat iusta, & illa percutiebat & absorbebat petitorium & possessorium, & sic nullum erat commissum spolium, & in istis terminis intrant allegata per illos Modernos & per informantes D. Alphõsi. Diuersum tamen est, vbi possessor non habet se pro spoliato, sed retinet ciuilem possessionem, & adit Iudicem, & prætendit nullam adesse iustam causam cessandi à solutione, & suspẽdit petitorium, & petit in primis manuteneri in possessionem, in qua existit durante controuersia de iusta causa, prout hic contingit. Tunc enim intrant supra pro istis creditoribus adducta, quòd non liceat propria authoritate sibi ius dicere, & possessorem spoliare, sed possessor est manutenendus in sua possessione controuersia durante. & si illi Moderni senserunt contrarium, tamen illorum opinio non potest de iure substineri, vt tenebant Domini.

Non obst. quòd ex resolutionibus factis, constat de hypotheca Domini Alphonsi. Quoniam vltra quòd nõdum est finita liquidatio bonorum vera, præsertim circa valorem bonorum maternorum & auitorum, & nihil est actum donec aliquid supereſt ad agendum, tamẽ nondum liquet quod bona q. Pauli Antonij non sufficiant ad satisfaciendum Alphonso, & istis creditoribus, qui sunt in quasi possessione exigendi hos census, præsertim data cautione de restituendo anterioribus & potioribus creditoribus, iuxta facultates A.C. quæ sunt ẽt
10 Rotæ concessæ, & † tanto magis cum simus in causa discussionis, in qua datur sententia graduationis, & nõ dicitur constare de non iure, quousque potest constare de iure. Ægid. decis. 103.

Non obst. quòd isti hæredes non sint in possessione exigendi istos census à Domino Alphonso. Nam respon
11 debant, † quòd ius metitur à possessore, quòd non mutatur nec variatur ex mutatione personarum. Guido Papæ decis. 629. & fuit pluries in Rota resolutum.

Non obst. quòd confecto inuentario hæres non tenetur vltra vires hæreditarias. Quia non dicitur, quòd Alphonsus soluat de suo, sed de pensionibus domorum, super quibus est impositus census, in cuius possessione exigendi existunt isti creditores, qui non sunt turbandi in sua possessione, non obstante exceptione inuentarij, quę non debet esse valida, vt plures deducunt.

Non obst. quòd Alphonsus est in possessione istarum domorum, & quòd nec ipse est spoliandus vel turbãdus in dicta possessione. Quia respondetur, primò, quia Al-
12 phonsus † dicitur in possessione istarum domorum cũ sua causa, & sic cum illo onere reali soluẽdi census istos, nam res transiuit cum onere & causa sua. Paul. in l. priuilegium. C. de sacrosan. eccles. Dec. in cap. eccleſiæ sanctæ Mariæ, col. 20. num. 53. versic. non obstant iura, de constitut. & in c. nouit, col. 7. num. 13. versic. sed cõtra istam ampliationem. Secundò, quia in istis fructibus isti creditores sunt anteriores possessores, & possessio Alphonsi iunior, & dicitur clandestina, turbatiua, & sine fomento iuris, cum isti creditores hoc allegẽt, ꝙ clam ab ipsis possidet. iuxta not. in c. licet causam, de probat. ideo nullius est considerationis hæc allegata possessio Alphonsi.

Non obst. quòd possit peti separatio bonorum, & adsunt alij creditores, qui prætendunt se esse anteriores & potiores. Quoniam interdum isti creditores sunt manutenendi in sua quasi possessione exigendi, in qua existunt.

ROBVSTERIL

Regimen. sancti Thomæ. Lunæ, 10. Decembris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Appellari potest à mandato de exequendo inferente nouum grauamen.*
2 *Liquidatio in executione requiritur, vbi sententiæ sunt latæ in iudicio vniuersali.*
3 *Appellare licet à qualibet declaratione rei, & pœnæ ipso iure à lege, vel ab homine fulminatæ, sicut etiam à liquidatione. Limita, vt nu. 32.*
4 *Exceptio rei iudicatæ non intrat, vbi non concurrit identitas personarum.*
5 *Persona duplex potest representari in separabilibus, & considerari tanquam alius, & non tanquam ipse.*
6 *Tertius vitiosè non possidens, impedit executionem sententiæ in terminis l. à Diuo Pio. §. si super rebus. de re iud. & potest appellare.*
7 *Dubia, quando esset res, pronunciandum esset fuisse locum appellationi.*
8 *Excessus vbi datur, ibi etiam licet appellare, non obstante cognitione summaria, quæ in executione requiritur.*
9 *Notorium resultans ex probationibus, vbi datur appellatio, non tollit beneficium appellationis.*
10 *Appellatio, & remissoria in quibus differant.*
11 *Clausula, appellatione remota, est strictè intelligenda. Limita, vt nu. 34.*
12 *Rescriptum de parendo iudicatis, quomodo intelligendũ.*
13 *Appellatio non datur à pronunciatione de exequendo rẽ iudicatam, sicut nec ab executione.*
14 *Sententia lata super pertinentijs dicitur contineri in iudicio vniuersali, cuius liquidatio executorialis non continet nouum grauamen, sed tantum declarationem sententiæ.*
15 *Appellatio suspensiua non admittitur à sententia continente declarationem interpretatiuam qualitatum non augentium, nec minuentium.*
16 *Liquidatio, quæ fit in executione sententiæ latæ in iudicio vniuersali, debet esse summaria.*
17 *Appellare licet à pronunciatione de exequendo, si executor excedit modum, aut aliquo modo grauat, de quo debet constare verè, & non probabiliter.*
18 *Appellans ab executione, tenetur nominatim exprimere causam, & non per relationem ad acta.*
19 *Appellans ab executione habet præsumptionẽ contra se.*
20 *Clausula, appellatione remota, operatur in omnibus data eadem ratione principalis negotij, & incidentium.*
21 *Possidens præsumitur esse in possessione ex illo titulo magis notorio, & propinquo, etiam si minus legitimus esset, cum ex actu nullo declaretur voluntas.*
22 *Causa noua non superueniente, non potest dici mutata causa possessionis ante litem motam.*
23 *Possessor vitiosus non appellat suspensiue, nec potest impedire executionem.*
24 *Causa possessionis mutata præsumitur ante litem motam ad euitandum delictum, vbi aliàs non potuisset licitè possidere.*
25 *Probationes ex actis faciũt notorium in materia executiua,*

ua, vt non requiratur alia pronuntiatio.
26 *Regula, non deducta deducam, & aliæ similes, non habẽt locum in materia executiua in actione vniuersali.*
27 *Executiua materia non respicit, quod potest in futurum deduci, sed quod probatum est.*
28 *Adiectio qualitatis, per quam non mutatur substantia rei iudicatæ, non inducit nouum grauamen.*
29 *Appellare licet à liquidatione eo modo, quo licet appellare in materia executiua.*
30 *Appellatio à liquidatione facta in iudicio particulari, vel generali de stilo curiæ conceditur propter excessum: secus in liquidatione in iudicio vniuersali, in quo præcedit condemnatio, & iudex reseruat sibi liquidationem.*
31 *Sententia incerta, & vniuersaliter lata in iudicio vniuersali, de iure substinetur.*
32 *Appellare non licet à declaratione qualitatum, & circũstantiarum in re iudicata comprehensarum.*
33 *Possessio sola non sufficit possessori, nisi ostendat titulum, quando constat de iure alterius.*
34 *Clausula, appellatione remota, comprehendit omnes appellationes ab incidentibus, & accessorijs, vbi militat eadem ratio.*
35 *Clausula, parito iudicato, simpliciter intelligitur habere locum in iudicio vniuersali.*

DECISIO C.

EX nouem Votantibus, sex fuerunt, esse locum appellationi suspensiuæ, tres verò nõ esse illi locum, sed executioni. Mouebantur sex.

1 Primò, quia † mandatum de exequendo decretum super istis petijs terræ, vti de pertinentijs hospitalis, infert nouum grauamen, nam addit sententijs aliquid certũ. s. has nominatas petias terrę. Bald. in l. terminato, num. 9. circa med. C. de fruct. & lit. expen. & in l. si cum exceptione. & in l. si cum exceptio ne. §. hæc autem actio, quod met. cau. ergo noua res est. l. ius ciuile, de iust. & iure. l. j. §. si quis simpliciter, de verb. oblig. cum alijs per Soci. conf. 87. num. 7. cum seq. in 4. Achil. de commiss. decis. prima. Ideo cùm sententiæ precedentes non inferant necessario illud idem grauamen, potest appellari infra 10. dies, si allegatur, quòd executor excessit modum in liquidando. Bal. conf. 119. numero 8. in secundo. Ang. in l. si cum exceptione. §. hoc autem, numero 4. quod met. cau. Rom. conf. 357. in fine. Franc. in c. directe, num. 5. ante fin. versic. tertia conclusio, de appel. Fely. in c. quoad consultationem, col. 9. num. 17. vers. limita secundo, de re iud. Capic. decis. 34. num. 4. Ruin. conf. 76. num. 1. lib. 5.

Secũdò, quia licet sentẽtiæ super pertinentijs hospita-
2 lis dicantur latę in iudicio vniuersali, tamen † saltem in executione requiritur liquidatio. vt per gl. Bart. & alios in l. j. in prin. de eden. vbi allegat ad hoc l. defensionis facultas. C. de iure fisci. lib. 10. & tamen glos. in verbo, pendente, in d. l. defensionis facultas, iuncta l. fin. C. de bon. vacan. eod. lib. 10. cum glos. in verbo, data, & in verbo, copia. vbi etiam Ioan. de Plat. col. fin. versic. quinto nota. inquit nõ obstante sentẽtia vniuersali postea in illa liquidatione datur copia reclamandi. & idem quando quis est condemnatus per tres sententias ad rem quæ contouertitur, vna cum fructibus expensis damnis & interesse, quorum liquidationem Iudex ex stylo curiæ sibi reseruat. Nam in liquidatione quæ postea fit, admittitur appellatio. Bald. in l. ab executore, num. 13. de appel. Ias. in l. properandum. §. finautem alterutra, num. 25. versic. sed
3 nunquid à taxatione. C. de iud. sicut † etiam licet appellare à qualibet declaratione rei, & pœnæ ipso iure à lege, vel ab homine fulminatę, quia infert nouum grauamẽ, & potest iudex decipi. Card. Zabarel. post glos. & Lap. in clem. j. §. si quis autem, quæst. prima, de sequest. poss. & fruct. Franc. in c. is cui. §. fin. versic. tertio limita, de sent. excom. lib. 6. Abb. conf. 100. num. 3. in fine, cum sequen. in primo. Idem Abb. & Dec. in c. peruenit, col. j. de appellat. Felyn. in cap. Rodulphus, colum. penul. circa medium, de rescript.

Tertiò, quia vbi non concurrit identitas personarum rei & causæ, iuxta l. cum quęritur, de excep. rei iud. tunc
4 † non intrat exceptio rei iud. vt ibi. & per Abb. conf. 50. nu. 2. cum seq. in primo. Dec. conf. 96. col. j. & conf. 445. num. 45. sed in sententia vniuersali de pertinentijs hospitalis Boiardus fuit condemnatus vti hospitalarius, Rot. in nou. de rest. spol. decis. prima, post princ. Ægid. decis. 5. ante medium. & decis. 584. Et sic ipse non est intrusus lite pendente, neque vitiosus possessor vti aliqui Domini præsupponebant possidere istas terras, vti alius priuatus & extraneus, & sic repræsentat aliam personã, hoc est se ipsum vti extraneum, & particularem, licet an-
5 tea fuerit condẽnatus, vt hospitalarius. Nam † in separabilibus potest quis repræsentare duplicem personam, & considerari tanquam alius, & non tanquam ipse. l. si pater. §. si duo. vbi glos. & Bal. de adopt. cum alijs per Aym. de antiq. temp. par. 4. nu. 142. Et regulariter attendi debet qualitas, sub qua fit dispositio vel actus, ex argumento & à præsupposito, & à nomine dignitatis officij, vel appellatione. c. quoniam Abb. & ibi not. de offic. deleg. Glos. Bar. & alij in l. mancipia. C. de seru. fugit. Signorol. conf. 37. in 3. dub. Alc. tom. j. lib. 2. conf. 3. num. 2. Euerar. in decis. 36. 79. & 81.

Vnde licet sententiæ condemnatoriæ contra Boiardum sint latæ vti contra hospitalis possessorem, super pertinentijs hospitalis, tamen, quia Boiardus prætendit illas petias terræ possidere vti patrimoniales, & vti suas proprias & particulares, ista liquidatio & mandatum executiuum continet nouam dispositionem, & nouum grauamen, non solum ratione additionis nouæ rei, vt supra, sed etiam ratione nouæ personæ, quam Boiardus nunc repræsentat ex d. l. ius ciuile, cum alijs. Meritò non potest habere locũ exceptio rei iudicatæ, & sic executio.

Quartò, quoniam in terminis l. à diuo Pio. §. si super
6 rebus, de re iud. † si tertius vitiosè non possidet, impedit executionem, & si vult, potest appellare, vt ibi per glos. Barto. Ias. Castr. & alios. Sed Boiardus possessor repræsentat nunc aliam personam, vt dictum est. Meritò tanquam tertius potest impedire executionem, & appel lare, præsupponendo quòd non possideat vitiosè.

7 Vltimò, † quoniam res esset dubia, pronunciandum esset pro appellatione, hoc est fuisse illi locum, Glos. Castren. & alij per Alex. conf. 113. post prin. lib. 5.

Non obst. quòd iudicium pertinentiarum sit vniuersale, & sufficit in executione summarie sine libello, & litis contestatione, docere de istis pertinentijs, vt per Innocen. in cap. conquerente, num. 8. in fi. de offic. ordin. Nam respondebant, quòd non ideo infertur, quòd si allegatur fuisse excessum in liquidando, non licet appellare, ex quo continet nouum grauamen, vt per Bal. Ang. &
8 alios supra citatos. Neque enim ex eo † quòd in executione sufficiat summaria cognitio, sequitur, quòd non li ceat appellare, vbi allegabatur excessus, & quod infertur nouum grauamen. Bal. Ang. Rom. & alij supra citati, & facit clem. sæpe, cum glos. in verbo, dilationes. vbi etiam Zab. Anch. Imo. & alij de verb. signif.

Non obst. quòd Corradinus probauit, istas terras esse de pertinentijs hospitalis, & Rota denegauit remissoriã Boiardo ad probandum contrarium, propter vehemen tem præsumptionem calumniæ. Nam respondebant,

quòd

quòd vbi datur appellatio, notoriũ resultans ex probationibus, non tollit beneficium appellationis. cap. cum speciali. §. porro. vbi Dec. in princ. & in 3. not. de appellat. & quia appellatio suspendit effectum cõclusionis in causa & omnium probationum. Rot. in nou. de rest. spol. decis. 16. num. 2. alias 393. Claud. de Seysel. in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 44. in fi. cum seq. Aym. cons. 299. num. 8. Et propriè in causa appellationis procedit regula, quòd vna probatio non excludit aliam, & in ea attenditur possibilitas, quòd nõ deductum possibile sit, quòd possit deduci. l. per hanc. C. de temp. appel. c. per tuas, de appel. Ægid. decis. 124. in fi. Bart. in l. si duo, num. 3. & in l. admonendi, num. 50. de iureiuran. Paris. cons. 146. numero 13. in quarto. Ideo non dicitur constare de non iure Boiardi, quãdiu potest constare de iure illius. Ægid. decis. 103. Et dicebant diuersam esse rationem appella-
10 tionis & remissoriæ: nam † appellatio est remedium ordinarium, cùm lex statim defert etiam si nihil probet, aut deducat appellans propter possibilitatem deducendi & probandi, toto tit. de appel. Remissoria verò est remedium subsidiarium, & plurimum pendens ab arbitrio iudicis, qui vbi suspicat calumniam, vel illam sufficienter non concipit, denegat vel concedit secundum contingentiam casuum. l. iudices, cum auth. apud eloquentissimum. C. de iudic. Rom. Paris. & alij per Cassad. decis. 2. de dilatio.

Non obst. clausula, appellatione remota, apposita in
11 rescripto sanctæ me. Pij V. Quoniam † cùm sit exorbitans & strictè intelligenda, Abb. in c. pastoralis, num. 6. in fi. & Franc. col. pen. vers. fexto quæritur, de appel. referebant illam tantum ad appellationem, quæ interponitur à diffinitiua in negocio principali, non autem ad illam quæ interponitur ab incidentibus, seu accessorijs. Abb. Fran. & Dec. in d. c. pastoralis, de appel. Felyn. in cap. causam quæ, col. fin. de rescrip. Præsertim, cùm Boiardus nunc repræsentet se ipsum vti particularem, & sic est diuersa persona, quo casu non habet locum dicta clausula. Alexan. consil. 84. numero 6. Couarru. pract. quæstio. cap. 15. num. 4.

Neque obst. rescriptum Sanctissimi D. N. directum R.P.D. Binarino, ibi, parito iudicato, quoad possessionẽ hospitalis omniumq; terrarum & bonorum pertinen-
12 tium ad ipsum, quoniam † idem Domini intelligebant illud conditionaliter, videlicet, quatenus super illis adsit iudicatum. l. si quis legauerit, la prima, & ibi Iaf. de leg. j. post Bal. in l. fin. num. 41. C. de edic. diui Adria. tol. Ruin. cons. 83. num. 7. in primo. Sed cum in casu isto liceat appellare & sit appellatum, non dicitur simpliciter iudicatum, quia appellatio suspendit iudicatum.

Tres verò tenebant esse locum executioni, ex dispositione iuris, & commissione Corradini signata in signatura Sanctissimi, de mense Augusti, 1576. quę reformat commissionem Boiardi simplicis appellatoris à decreto executionis, contra ipsum in Rota decreti, vel si magis placet, committatur eidem Christophoro Robusterio, qui ad legitimam executionem procedat, perinde ac si vltima præinserta signata non fuisset.

Et primò mouebat ipsos, quia sicut ab executione nõ datur appellatio. l. ab executore, de appel. l. ab executione. C. quor. appel. non recip. saltem suspensiua. Specul. in
13 tit. de actio. seu pet. §. super, vers. sed quid si ante. Ita † nec à pronunciatione de exequendo rem iudicatam, aut aliã dispositionem executiuam, secundum communem opinionem & obseruantiam Palatij, vt sit litium finis, cùm non plus grauet, Gemin. cons. 99. Guido Papę cons. 574. Corn. cons. 71. num. 20. cum seq. in primo, & cons. 221. in fine, in quarto. Aret. in l. 5. in princ. num. 3. circa med. de verb. oblig. Alex. cons. 95. in secundo. Soci. in reg. 26. appellare. Fely. in c. quoad consultationem, nu. 14. & 15. de re iud. Ruin. cons. 78. num. 1. in quinto. Soc. iun. consil. 138. num. 6. in tertio. Grat. respons. 16. colum. prima, in secundo. Rolan. cons. 43. num. 5. in primo. Anto. Gabriel. de appellat. concluf. 4. per tot. Sed executoriales Corradini super istis possessionibus emanarunt vigore
14 sententiæ & rei iudicatæ super omnibus pertinentijs hospitalis, ergo non licet appellare ab isto decreto.

Secundò, quia † sententiæ & res iudicata huiusmodi super pertinentijs hospitalis continent condemnationẽ in actione vniuersali. Innoc. Hostien. Zabarel. Anchar. Abb. & alij in c. conquerente, de offic. ordin. & in c. 2. de libel. oblat. & in c. cum ad sedem, de restit. spoliat. Et liquidatio postea facta de istis possessionibus, vti de pertinentijs hospitalis fuit iusta, vt pluries fuit in Rota resolutum. Immo fuit denegata remissoria Boiardo ad probandum contrarium: ideo cũ præcesserit condemnatio in actione vniuersali, & secuta fuerit iusta liquidatio executorialis, non continet nouum grauamen, sed declarationem qualitatis pertinentiarum non augentium, vel minuentium condemnationem & executionem, sed tantum inducentium declarationem interpretatiuam sententiæ vniuersalis. Bart. in d. l. ab executore, num. 11. de appel. Bal. in l. terminato, nu. 66. vers. modo ergo quæro. C. de fruct. & lit. expen. Lap. alleg. 82. in causa, num. 7. vers. vnde licet de iure. Aret. in d. l. 5. in princ. num. 3. post prin. de verb. oblig. Felyn. in d. c. quoad consultationem, num. 20. circa medium. Calcan. cons. 16. num. 26. 32. 35. in fi. & seq. Barbat. cons. 18. col. 8. cum seq. Sarnen. in reg. de iur. quæsit. non tollen. quęst. 13. num. 3. Gabriel. de regul. iur. concluf. 13. per tot. Ideo executoriales istæ sunt pares executionis. Glos. in d. l. si cum exceptione. §. hæc autem actio, quod met. cau. Bal. in d. l. terminato, num. 8. C. de fruct. & lit. expen. Ang. & Imo. in l. Paulus, la prima, de re iud. Franc. in c. sæpe, quæst. 12. num. 60. de appel. Felyn. in d. c. quoad consultationem, num. 14. circa medium, de re iud. Et propterea cum non contineant ni
15 si declarationem † interpretatiuam qualitatum, non augentium nec minuentium, non admittitur appellatio suspensiua. Rom. cons. 45. num. 2. & ibi bona additio.

16 Tertiò, quia † in istis actionibus vniuersalibus sufficit obtinere rem iudicatam super illis, & deinde in executione & extraordinario modo summariè sine libello & litis contestatione facere iustam liquidationem pertinentiarum, vel aliarum rerum contentarum in ipsa sententia vniuersali. Innoc. in d. c. conquerente, num. 5. in fi. de offic. ordin. & ibi etiam alij, præsertim Anch. in fine, vers. sed hoc, dicens quòd alias nihil proficeret in istis iudicijs vniuersalibus, obtinere istas sententias, si non liceret isto modo extraordinario liquidare, & procedere ad executionem, & idem Innoc. in c. cum ad sedem, num. 1. & 2. vbi etiam Hostien. Anchar. ante fin. & Abb. num. 9. & centum alij ibidem, de restit. spol. Glos. & Bar. in l. j. num. 7. in fi. cum seq. & Bal. col. 2. post princ. vers. in istis vniuersalibus. Rom. num. 4. & Iaf. & alij. de eden. idem Rom. cons. 211. num. 5. Ruin. cons. 22. num. 3. in primo. Moder. de oblig. cameral. in rub. de verb. oblig. numero 4. pagina 138. in rubrica de liquid. numero 6. pagina 161.

Quartò, & si licet appellare ab ista executione & pro-
17 nunciatione de exequendo, † quando executor excedit modum, aut grauat aliquo modo circa rem, vel exceptiones admittendo, Bart. Bal. Pau. de Cast. & alij in d. l. ab executore, & in d. l. ab executione. Abb. Felyn. & alij in d. c. quoad consultationem, de re iudic. Iaf. Rip. & alij in l. 2. cod. tit.

Tamen

Tamen id procedit, vbi vere executor excessit, aut alias grauauit: nam causa excessus seu grauaminis, debet esse non solum probabilis & verisimilis, sed etiam vera. Innoc. in c. in nostra, num. 5. & 6. de procurat. Bellam. in c. constitutis, il primo, num. 31. in fi. cum seq. de appel. Gemin. in c. quamuis, num. 4. in princ. de electio. lib. 6. Imo. in c. bonæ, num. 15. & Dec. num. 9. 23. & 24. de ap-
18 & † propter præsumptionem quam habet contra se appellans, tenetur in simili executione nominatim exprimere causam, & non per relationem ad acta. clem. appellante, de appel. cum alijs per Felyn. in c. quoad consultationem, num. 20. de re iud. Capic. decis. prima, num. 20. quia huiusmodi executoriales meram continẽt interlocutoriam. Aret. in d. l. 5. in prin. nu. 3. de verb. obl. Zab. in d. c quoad consultationem, in fi. Felyn. num. 20. de re iudic. Capic. dicta decis. prima, num. 21. Sed Boiardus nullam expressit causam in sua appellatione, nec in aliquo executor excessit, neque grauauit, vt fuit resolutum in Rota, ergo non debuit executor appellationi ex pluribus causis calumniosè & friuole deferre ante inhibitionem, clem. prima, de dolo & contu. cum alijs per Franc. in d. c. de priore, in fine, de appellat. & in c. iudex, num. 7. vers. secundo limita, de off. deleg. in 6. Rom. cons. 511. in princ. Hippol. de Marsil. in l. patre vel marito, num. 8. de quæstio. neque etiam est illi deferendum post inhibitionem, quia illa fuit reformata per signaturam, vt proximè.

19 Quintò, quia † appellans ab executione habet præsumptionem contra se. Ægid. in d. c. constitutus, il primo, num. 31. in fine, cum seq. de appel. Zabarel. in d. cap. quoad consultationem, in fine. & ibi etiam Felyn. nu. 2. Ideo signatura ad obuiandum fraudibus, quæ in expressione causarum fierent, non solet stare assertioni partis de excessu executionis, sed vult aliquid gustare de grauamine antequam transferat executionem, aut committat causam appellationis suspensiuè alteri iudici cum facultate inhibendi executori. Rot. in nou. de appel. decis. 45. & 50. num. 2. Ioan. Andr. Dominic. & Franc. in c. non solum. §. in illa. in 2. notab. de appell. in 6. Felyn. in ca. dilectus filius. col. 2. num. 14. de rescript. Et cum fuerit pluries causa disputata in Rota, & ex resolutionibus factis appareat, quòd istæ possessiones sint de pertinentijs hospitalis, & Rota etiam denegauit remissoriam Boiardo ad probandum contrarium, propter suspicionem calũniæ, ideò in signatura videns nullum adesse fumum gra uaminis, reformauit commissionem, & inhibitionem in fauorem Boiardi concessam, & commisit legitimam executionem eidem executori. Meritò iuxta illius formam est procedendum ad vlteriorem executionem in istis possessionibus.

20 Sextò, quia † data identitate rationis negotij principalis, & incidentium, clausula, appellatione remota, operatur in omnibus. Bald. in l. incerti. in fin. C. de interd. & in l. j. vbi etiam Salycet. num. 4. C. si de moment. possess. Zuccard. in l. fin. nu. 439. C. de edict. diu. tollen. Sed ratio, quę mouit Pium V. ad tollendum appellationẽ, erat, quia iniquum est, vt laicus diutius detineat Ecclesiam, cùm sit illius incapax, quæ incapacitas militat etiam in pertinentijs beneficij. cap. quicumque. 12. q. 2. cap. si quis præiudicium. 16. q. 2. Abb. in c. conquestus. nu. 2. de foro competen. cap. 21. sess. 22. Conc. Trident. Et hoc clarè colligebant in rescripto Sanctissimi D. N. directo R.P. D. Birano, in quo committitur causa restitutionis in integrum cum clausula, parito iudicato, tam quoad beneficium, seu hospitale, quàm quoad pertinentias ipsius. Et demum fuit reformata commissio appellationis Boiardi sine præiudicio legitimæ executionis in istis pertinentijs. Ideo procedendum est ad executionem in istis possessionibus.

Vltimò, quia Boiardus in istis petijs terrę est intrusus lite pendente, prout Corradinus obtulit pluries incontinenti probare, & verificare ex eisdem actis, dato sibi puncto super hoc. Tum ex eo, quod intendit probare, q Boiardus etiam lite pendente fassus sit possidere has pe-
21 tias terræ vti de pertinentijs hospitalis. Tum † quia circumscripta eius confessione etiam ex alio, id de iure videtur satis probabile, cùm ex deductis constet, has possessiones esse de pertinentijs hospitalis, & Boiardus tenuerit per plures annos, hospitale præsumitur possedisse has terras vti hospitalarius, & vigore tituli hospitalis præambuli, de quo constat. l. quædam mulier, cum ibi not. de rei vendic. etiam si talis titulus esset minus legitimus, quia ex actu nullo declaratur voluntas. l. fi. de rebus eorum. Soc. cons. 13. num. 18. in 4. Dec. consil. 407. in fin. Et multò magis, si titulus ille est validus, & legitimus. l. miles qui destinauerat, de milit. testam. cum alijs per Aym. cons. 322. nume. 3. vers. ic. rursus non obst. prout hic titulus hospitalis est legitimus ad possidendum terras has, licet de facto Boiardus fuerit hospitalarius.
22 Dec. post alios cons. 66. num. 2. in fine, cum seq. Et † non superueniente alia causa, non potest dici, quòd Boiardus sibi mutauerit causam possessionis ante litem motam. l. non solum. §. quòd vulgò, de vsucap. l. 2. §. fin. pro empt. cum alijs per Cuma. in l. qui bona fide. §. fin. num. 2. & 3. de acquir. possess. Aym. cons. 171. nu. 1. Et cùm non oftendat Boiardus aliam causam iustam, non sufficit illi allegare mutasse volũtatem ante litem motam, & possedisse vti patrimoniales, quia allegaret causam iniustam, quo casu sibi non creditur, sed tenetur probare, fuisse motum ad possidendum alia causa iusta. Alex. cons. 103. col. pen. in primo. Claud. in l. iuste possidet, in fine, de acquir. possess. Achil. de Gran. de priuil. decis. 4. Vbi enim lex concedit dicenti vel alleganti aliquid, intelligitur ei probanti, nisi illud sit notorium. Glos. in l. prima, si quadrup. pauper. fecit. dicat. cum alijs per Alex. cons. 78. numero 27. in quinto. Afflic. decis. 22. num. 2. cum sequen. Si verò post litem motam Boiardus incipit asserere, q possidet vti particularis, id sibi non licet, & si de facto id facit, est intrusus lite pendente, & vitiosus possessor, &
23 † prætextu talis possessionis vitiosæ non appellat suspensiue, nec alias potest impedire executionem. Cyn. in l. prima, quæst. 9. C. de alien. iud. mut. cau. fac. Bald. in l. quod maritum, numero 4. C. ne vxor pro marit. & in l. executorem, num. 22. C. de execut. rei iud. Paul. in l. certa. C. vt in poss. eat. & in là diuo Pio. §. si super rebus, sub num. 8. & Iaf. num. 10. de re iud. Abb. in c. fin. num. 8. de alie. iud. mut. cau. fac. Ruin. cons. 34. in fi. num. 12. lib. 5. Dec. consil. 187. col. fin. Soc. iun. cons. 97. in fi. nu. 3. Couar. pract. quæst. cap. 15. num. 7. & facit Rot. decis. 14. de probat. in nou. Afflict. decis. 396. num. 9. Mohed. decis. 12. Crescen. decis. 217. 238. & 242. & est de mente Fely. in c. cum super, col. fin. vers. item nota quod si tertius, de re iudic. Staphil. de liter. grat. fol. 179. vers. datur talis commissio. Et duo ex alijs sex Dominis, qui alias tenebant cum Boiardo, reseruabant hæc particulariter videndum, quia vt dicebant, si Boiardus est vitiosus, res non habet difficultatem pro executione, & quatuor pro appellatione.

Non obst. quòd ad euitandum delictum sit præsumẽdum, quòd Boiardus mutauerit sibi causam possessionis ante litem. ex not. in l. non solum. §. sed vt probari, de no-
24 ui oper. nunc. Quia † verum, vbi alias non potuisset licitè possidere ante litem, prout potuit ante litem vigore tituli hospitalis: sed cum potuit isto modo licite possidere, si ipse allegat sibi mutasse causam possessionis ante

litem

litem debet probare, cùm sit fundamentum suæ intentionis.l.& qui, de probat. Et tanto magis, cùm, vt dictum est, mutatio sit iniusta omni tempore, cum nõ ostendat accessisse aliquam causam mutationis possessionis, quo casu potius intrat præsumptio in deteriorem partem, Felyn.in c.in præsentia, num.17.versic.sed vltra, de probat. Dec.num.14.Paris.num.35.Ias.in d.l.non solum.§.sciendum, num.5. Alciat.de præsumpt.reg.3.præsumpt.39. num.5.cum sequen.

Neque obst. dum ad hoc alij respondebant, quòd licèt sit probatum in actis, quòd Boiardus est intrusus lite pendente, tamen hoc pendet ab articulo appellationis, an istæ petiæ terræ sint de pertinentijs hospitalis, nec ne. Et sic, an executor grauauit, super quo non est pronũciatum. Ideo non potest fieri executio statim, sed debet deferri appellationi, prout in actis pendentibus à negocio principali, & illi connexis, vt non reuocentur, nisi simul cum negocio principali.c.non solum.§.illa vero.vbi Franc.& alij, de appellat.lib.6. Capic.decis.72. quia vna probatio non excludit aliam, & non dicitur constare de non intrusione, & non deductum in prima possibile est, quòd deducatur in secunda instãtia, vt supra deductum
25 fuit. Quoniam † respondebant alij Domini, quòd si ex actis constat de intrusione, aut vitiosa possessione Boiardi, prout præsupponitur in isto fundamẽto, probationes faciunt notorium saltem, vt sit concludendum in causa, aut sit procedendum ad æstimationem in materia executiua, prout est ista. Soci. post alios consil.69.num.15.cum seq.in 4. vbi quod non requiritur pronunciatio super liquidatione, in materia executiua, sed sufficiunt probationes.& idem Ruin.consil.64.in fi.lib.j.Moder.de oblig.camer.rub.de liquidatione, num.13.cum pluribus sequen. pag.163.cum seq. Præsertim vbi non admittitur appellatio suspensiua, vt hic, & non opponitur aliquid colorate contra probationes. Felyn.in c.significauerunt, nume.4. de testib.& in c. inter monasterium, num.30. Dec.in c.licet causam, num.10.versic.13.nota.de probat. Claud.in l.j.in princ.num.19. de noui oper.nuncia. Et si in materia executiua posset reus opponere, quòd vna probatio non excludit aliam, & quòd non deductum possit deduc-
26 ci, † & non dicatur cõstare de non iure, quamdiu potest constare de iure, nunquam posset fieri executio contra intrusum lite pendente, quod tamen est falsum, quia in istis cessant istæ regulæ.

Non obst. quòd in summarijs probationes non faciũt notorium. Quia respondetur, quòd respectu liquidationis pertinentiarum processus non est summarius, sed requiritur plena probatio. Ruin.d.consil.27.col.pen.versic. tertio respondetur, lib.j. Præterea verum est, vt in iudicio plenario non faciant præiudicium, sed in illo summario sufficiunt & faciunt rem claram. Castr.consil.337. num.5.Abb.consil.41.in j.

Neque verum est, quòd iste articulus intrusionis Boiardi pendeat ab articulo pertinentiarum & grauami-
27 nis. Quia † immo satis est, quòd ex deductis constet de intrusione, vt possit procedi executiuè contra ipsum: nã in ista materia executiua non attenditur quod potest in futurum deduci, sed quod probatum est, quia regula l.per hanc.non intrat ad impediendum executionem.

Non obst. quòd sententiæ præcedentes necessariò nõ inferunt illud idem grauamen, ex quo liquidatio addit illas certas pertinentias. Bal.in d.l.terminato, num.9.circa med. Quia Bal.loquitur ad effectum, vt acquiratur citatio partis in liquidatione huiusmodi, propter præiudicium, quod parti inferri potest, in quo etiam res habet difficultatem, ex cumulatis per Gabriel. in tit. de citat. concluſ.j. num.408. limit.57. Sed ad effectum vt liceat appellare à liquidatione validè, & iustè facta in iudicio vniuersali, vera est conclusio supra firmata, quod non liceat appellare à tali liquidatione, nisi eo modo quo licet appellare ab executione, quia vt dictum est, ad istum effectum talis liquidatio non continet nouum grauamen, sed illud idem quòd inferebant sententiæ, quãuis pertingat certas pertinentias, quæ nõ erant nominatim
28 expresse in sententijs: nam † adiectio qualitatis, per quã non mutatur substantia rei iudicatæ, nõ inducit nouum grauamen, neque nouam rem, vt supra deductum fuit: secus si res augeretur, vel minueretur. Bar.Pau.Ang.Cuman.Aret.& Imo.in l.si hæres palam.§.si quis post, in 3. & 4.not.de testam.Rom.d.consil.45.in fi. vbi ita declarat in d.l.ius ciuile. & ibi bona additio. alias cumulat Ant. Gabr.de reg.iur.concluſ.3.num.48.49.& 61.

Non obst. quòd in isto iudicio vniuersali est facienda liquidatio, & quòd detur facultas reclamandi. glos. in d.l.defensionis facultas.C.de iure fisci.& in l.j.C.de bon. vacan. lib.10. Quoniam oportet id intelligere iuxta subiectam materiam, in qua loquũtur Doct.in l.j.in prin.
29 de eden. videlicet, vt † liceat appellare eo modo, quo licet appellare in materia executiua, videlicet, aut deuolutiue tantum, aut dato excessu vel grauamine, & expressa causa vera & verisimili ac probabili: alias firma stat regula quòd ab executione non licet appellare suspensiue.

Non obst. quòd à liquidatione fructuum, expensarũ,
30 damnorum, & interesse datur appellatio, quoniam † id est intelligendum, cùm appellatur ab ipso excessu, exprimendo certam quantitatem excessus loco causæ, aut quamuis aliam nominatam causam veram & iustam. dicta clem.appellanti, de appel.Franc.in d.c.sæpe, eo.tit.in 12.q.nu.59. alias ab ista liquidatione vbi præcedit condẽnatio & iudex sibi reseruat liquidationem, nõ potest appellari, vt late supra deductum fuit in primo fundamento. Verum tamẽ est, quòd cõdemnatio ista in fructibus, expensis, damnis & interesse in iudicijs particularibus & generalibus de iure habeat difficultatem. Innoc. in c.finem litibus, de dolo & contum, col.j.in fi. vers.hoc autẽ casu. Ruin.in d.l.j.in princ.num.3. de eden. Et substinetur tantum ex stylo curiæ, vt inquit Host.in d.c.2.col.2. vers.& secundum consuetudinem curiæ, de libel.oblat. Rom.in d.l.j.in prin.num.5.vers.sed communis pract.de eden.& nihil, quin iustum sit, dicitur cõtinere executionem.glos.in d.l.cum exceptione.§.hęc autem actio.quod met.cau.cum alijs supra deductis. Et non licet ab ista liquidatione appellare, nisi quatenus sit excessiua ab illo excessu. Bal.in d.l.terminato, nu.8. in prin.de fruct.& lit. expen. Franc.in d.c.sæpe.q.12.num.59. cum seq. de app. Ergo fortius hæc procederent in liquidatione iudicij
31 vniuersalis, in † quo de iure substinetur sententia vniuersaliter & incertè lata, vt dicunt omnes in d.l.j.in prin.de eden.& in d.c.2.de libel.oblat. Et licet in istis liquidationibus fructuum & expensarum signatura passim cõmittat causam appellationum, & retardet executionem absque aliquo fumo de grauamine, tamen id prouenit ex stylo satis æquo, vt supremus Princeps reficiat grauamẽ, quod parti fuit illatum in condemnatione incerta, quæ de iure in iudicijs particularibus & generalibus fieri nõ potest. §. curare, de actio. cum alijs per Innoc.& Roman. supra citatos.

Nec obst. quòd à declaratione pœnæ ipso iure à lege vel ab homine fulminatæ liceat simpliciter appellare,
32 Lap.Card.Franc.& alij supra allegati. Quoniam † id procedit, quando declaratur factum alienum & substantia actus, in quo iudex potest decipi, & parti inferre præiudicium, vt latè cumulat Gabriel. de reg.iur. concluſ.5. num.8. cum pluribus seq. secus vbi fit declaratio qualitatum

tatum & circunstantiarum comprehensarum in re iudicata, quæ non augent nec minuunt. iuxta consil.Ruin.45. cum alijs supra adductis.

Nec obst. quòd licèt concurrat identitas rerum, non tamen concurrit idẽtitas personarum, ex quo Boiardus
33 repræsentat seipsum vti particularem. Quoniam † respõdetur, quòd cùm ex probationibus factis plenè constet, has petias terræ fuisse possessas pro ecclesia, seu hospitali, & sic esse de pertinentijs hospitalis, non sufficit Boiardo sua possessio, nisi ostendat titulum, ex quo constat de iure ecclesiæ.l.cogi. C.de pet.hæred.

Præterea non sufficit Boiardo asserere, quòd illas possidet vt suas particulares, sed debuit probare, vt supra, sed nedum Boiardus non probauit, sed Corradinus probauit sufficienter contrarium, videlicet, has terras esse de pertinentijs hospitalis, & sic præsumptiuè fuisse per Boiardum vti tales possessas.

Nec obst. quòd in terminis là diuo Pio.§.si super rebus, tertius appellat, & impedit executionem. Quoniam vt proximè dictum fuit, non sufficit Boiardo allegare se esse tertium, nisi etiam id probet, tantò magis, cùm ex probationibus, quæ vt dictum fuit, faciũt notorium & ad effectum exequendi constat de contrario.

Nec obstat, quòd clausula, appellatione remota, est
34 exorbitans & strictè interpretanda. Quoniam, † vt dictum fuit, vbi militat eadem ratio expressa, comprehendit omnes appellationes & ab incidẽtibus & accessorijs.

Vltimò non obst. quòd dicta clausula, parito iudicato, intelligatur conditionaliter, quatenus adest res iudi-
35 cata. Quoniam † cum sententiæ sint latæ in iudicio vniuersali, faciunt rem iudicatam in omnibus pertinentijs postea in executione liquidatis, vt supra deductum fuit. Item adest res iudicata si clausula ista comprehendit appellantes ab istis interlocutorijs.

Quare neistis partibus & alijs fiat præiudicium, posset iterum dubitari. An constet quòd Boiardus sit intrusus lite pendente, vel generaliter dubitari. An sit locus executioni vel ne.

ROBVSTERII.

Oxomen. Archipresbyteratus. Veneris, 6. Aprilis. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ criminales non possunt reuocari ex capite notoriæ iniustitiæ.*

DECISIO CI.

1 TEnuerunt Domini, quòd † sententiæ criminales non possint reuocari ex capite notoriæ iniustitiæ, quia retentio vel non restitutio scripturarum fuit præiudicialis vel apta nocere: nam data porrectione partis prout dicebant Domini hic adesse, & signata supplicatione in vita resignatarij, potest præstari consensus, & fieri expeditio post obitum. Et quòd adesset consensus Garzię, dicebant probari ex dictis Galli & Alphonsi, dum dicunt de consensibus in plurali, quamuis re vera Gallus in alia vltima depositione, quæ non est data, declaret, quòd dixit de consensu. Dicebant etiam Domini, quòd Gubernator Vrbis iuxta facultates suas potuit adhibere fidem testibus pro informatione curiæ examinatis, & pro iustitia sententiarum allegabant tex.in cap.2.de renuncia.in 6. Non obst. quòd supplicatio esset in retentis. Quoniam dicebant, quòd in decis.Ioan.Pau.14.allegata, nõ erat præstitus consensus, nec probabatur porrectio prout hic. Et ad decis.Put.allegatam 99. lib.2. dicebant quòd ibi non erat signata supplicatio.

Non obst. quòd Ioan. esset minor, quia vt dicebãt, potuisset ipse defectus suppleri, vt in motu proprio. Dicebant etiam, quòd nullitas mandati nõ facit ad effectum notoriæ iniustitiæ: & tantò magis, quia dicebant, quòd mandatum erat vtile.

Non obst. quòd non fuerit facta expeditio. Quoniam dixerunt Domini, quòd id fuit culpa Gregorij. Considerabant etiam Domini, quòd præmissa magis procedunt contra Gregorium occultantem scripturas, cõtra quem omnia iura clamant, & ad effectũ notoriæ iniustitiæ, & ad impugnandum rem iudicatam, quo casu sufficit aliquis color, vel aliqua velata ratio, vt per Corn.consil.10. in 4. Franc.& alios allegatos.

Vnus tamen ex Dominis considerabat, quòd antequam supplicatio sit registrata, & tradita parti, non potest considerari aliquod præiudicium, neque aptitudo ad præiudicãdum, cùm Princeps vsque ad illud tempus possit lacerare, denegare, & ad libitũ absq; iniuria disponere de supplicatione, vt per Sarn. in reg.de iur. quæsit. non tollen.quæst.6.num.2.9.& 10.in fine, & num.3. Et tanto magis, cùm in casu isto detur verisimilis mens Papæ de reiectione istius supplicationis, cum datarius posuerit in dicta supplicatione, quòd non expediatur non citato Gregorio.

ROBVSTERII.

Tirasonen. decimarum. Lunæ, 8. Octobris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in prophanis non solet denegari etiam sine fumo.*
2 *Transactio rescinditur prætextu enormissimæ læsionis, pro communi.*
3 *Læsio in transactione quanta esse debeat, est iudici arbitrarium.*
4 *Consensus in transactione sufficit ad agendum absque actu retrosimilis.*
5 *Oblatio est periculosa, & sufficit in omnem euentum fieri ante sententiam.*
6 *Præsumptio illa, quòd pars præsumatur viuere longissimo tempore, non sufficit, vbi vita est fundamentum intentionis.*
7 *Exceptio de periurio debet probari cum eius vita, sicut de præscriptione fit.*
8 *Vniuersitas defunctis iurantibus non incurrit periurium.*
9 *Absolutio à iuramento ad detegendam enormissimam læsionem est necessaria: secus vbi iam esset detecta.*
10 *Mandatum de confirmando non potest reuocari ex sola voluntate, sed debent intentari remedia de iure contra ipsum.*

DECISIO CII.

COncluſum fuit, remissoriã in casu de quo agitur, esse concedendam, si est releuans, de qua releuantia Domini volunt ad partem videre. Mouebantur Domini, quia † sumus in prophanis, in quibus
1 non solet denegari remissoria, etiam sine fumo.

Neq; obst. q̃ transactio nõ rescindatur prętextu lęsio-
2 nis enormissimæ. Nam † contrariã opi. seruat Rota, vt hic

bene deducunt informantes. opinio Rotę est vera & magis communis, præsertim vbi consideratis considerandis detur læsio in magna summa, & multò magis fauore ecclesiæ, vt late cumulat Gabriel.de empt.& vendit.con-
3 clus.j.limit.8. num.68. Et dixerunt Domini † id esse remissum arbitrio iudicis, an ex læsione & quanta rescindi debet transactio, vt post glos. & plures alios congerit Fely.in c.cum illorum,num.13.de sent.excom. Dec.consil.39. ante fin. Menoch. de arbit.iud. lib.2. centur.j. casu 73. num.5. cum pluribus casib. præcedentibus & sequentibus,& hanc opinionem tenuit Rot.coram me,in vna Anconitan. de Tomatijs de anno præterito.

Non obst. quòd teneatur restituere recepta ex l.si diuersa. C.de transact. Quoniam placebat responsio data per informantes, quòd potest capitulum vti rector, ad quem de iure pertinent decimæ de omnibus rebus retinere recepta in causam debitam, vt etiam tenuimus in allegata Placentin. Et addebāt aliqui, quòd hæc exceptio restituendi non impedit processum ad vlteriora, ex quo opponendo altera pars de restitutione acceptorum con-
4 sensit rescissioni transactionis, quia † consensus sufficit ad agendum absque actu retrosimili in contractu trāsactionis, vt post glos. & Ant.de Alex. & alios not.Curt. sen.in d.l.si diuersa, num.4.cum seq.& Curt.iun.num.1. & 2.vbi attestatur de communi, C.de transact. licèt vniuersitas possit agere ad restitutionem datorum,quando capitulum non possit retinere ex aliqua causa debita, tamen interim etiam capitulum potest agere primæua actione ad decimas, vt ibi per glos.& alios allegatos.

5 Non obst.Afflict.decis.220. num.4. & 5. Quia † illa opinio, quòd debeat offerre, est periculosa,vt patet ex supra allegatis. Et in omnem euentum sufficit, quòd pars offerat ante sententiam. Put. lib.2. decis.10. eadem die fuit resolutum. Et si pars ante sententiam persistit in eadem opinione, & iudex procedit ad vlteriora, non obstante tali exceptione,tenet processus, si pars non appellat, vt solet curia seruare, prout attestantur Moder. de oblig. cameral. pag.... Quæ appellatio in casu isto esset friuola, ex quo capitulum, vt fuit dictum, potest retinere in causam debitam.

Non obst.exceptio periurij, quoniam respectu particularium iam adest absolutio in actis, & vniuersitas opponens de periurio deberet probare, quòd alij viuunt:
6 quia †vbi vita est fundamentum intentionis,est proban da per allegantem,nec sufficit illa generalis præsumptio, quòd quis præsumatur viuere longissimo tēpore. Corn. consil.119.num.7. vsque ad fin.in secundo. Alex.consil.27. num.7.lib.7.Tiraquel.de retract.ligna.§.32. glos.11.numero 91. cum sequen. pag.687. cum sequen. Alciat. de præsumpt.reg.prima,præsumpt.44. & ita pluries tenuit Rot.contra Dec.in l.secunda,in fine.C.de eden.Achil.de probatio. decis.prima. Vniuersitas enim excipiendo de periurio canonicorum virtualiter allegat viram illorū:
7 ideo † vt probet periurium, debet probare omnes illius partes, & sic vitam, vt in præscriptione inquit Franc.in cap.primo, in primo not. de præscript. in sexto. & Balb. in eod.tract.3.parte part.princ.quæst.3.numero 7. Non obst. quòd iuramentum fuerit etiam præstitum nomine capituli, & vniuersitas etiam comprehendatur in dispositione l.si quis maior. secundum aliquos, vt per Gabriel. de transact. conclus. prima, num.... ampliat.prima.Quia vt ibi per eum,hæc opinio est controuersa.Ta-
8 men respectu periurij clarum est, quòd † vniuersitas ficta persona, defunctis iurantibus, non incurrit periurium. Silues.in summa,in verbo, iuramentum, num.2. post Cardin. in clemen. prima, de iureiuran. & alios quos allegat.

Non tamen placebat fundamentum, quòd stante enormissima læsione, non sit necessaria absolutio, quia verum esset,si iam fuisset detecta, sed ad illam detegen-
9 dam, non est †admittendus aliquis propria authoritate, vt pluries firmauit Rot.

Non obst. clausula sublata. Quoniam cùm sit apposita dispositioni commissoriæ habenti clausulam, vocatis vocandis, non autem gratiosæ, antequam sit secuta confirmatio, illa clausula non operatur effectum, quia requiritur causæ cognitio,vt hic per informantes. Et licet stante mandato de confirmando non possint partes pœnitere, vt in Leodien. de anno præsenti coram Deca-
10 no, tamen id est verum †ex sola voluntate: sed bene possunt intentare partes remedia de iure competentia contra talia mandata: nam si de iure non subsistunt, non præstant impedimentum. quod si produceretur confirmatio,placet Dominis,vt partes accedant ad signaturam Sanctissimi ad aperiendum os. Nam licet commissio habeat clausulam, de concordia authoritate Apostolica confirmata, & quòd status & merita causæ habeatur pro expressis, quia tamen commissio est signata manu Cardinalis tunc præpositi signaturæ, dicunt Domini, quòd forte non intelligit signatura Iustitiæ sub isto inuoluero verborum aperire os,vbi etiam appossuit manū.

ROBVSTERII.

Roman. casalis seu pedicæ Sancti Matthæi. Veneris, 12.Iunij. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius vt impediat missionem in possessionem venientium ab intestato, tria concurrere debent.*
2 *Possessio sine iuris fomento non est considerabilis.*
3 *Fideicommissarius si possideat, non auocatur ab eo possessio, sed illi competit retentio.*
4 *Fideicommissarius si non possidet vel vitiosè possidet, non est legitimus contradictor.*
5 *Probationes & iura deducta post suspensionem petitorij, veniunt ad corroborandum possessorium, non autem ad docendum de iuribus suis.*

DECISIO CIII.

QVamuis plura sint hinc inde deducta, difficultas fuit restricta ad hoc solum, an Mauritius sit manutenendus in possessione, non obstante contradictione Vincentij fideicommissarij. Et Domini constituerunt regulam pro Mauritio cessionario hæredum ab intestato, quod ad hoc vt Vicentius fideicommissarius impediat missionem in possessionem hæredum ab intestato, vel cessionarij ipsorum, & sic Mauri-
1 tij debent in eo tria copulatiuè concurrere. † Primum, quòd possidet. Secundum, quòd non vitiosè, sed legitimè possideat. Tertium,quòd docuerit,aut incontinenti possit docere de iure suo. Bart. Alex. Dec.& alij, hic per informātes Mauritij allegati. & ita alias resoluerunt Domini, quòd ista tria copulatiuè debeant concurrere in Vrbeuetan. hæreditatis coram Seraphino 12. Decembris, 1567. Quoad primum fuit præsuppositum,quòd vitiosè & attentatè possidet sine veri præiudicio,quia visa fuit alias Rota sentire coram Domino Cardinali Paleoto in decisione per eum facta 18.Martij, 1560. Ideo
2 †cùm eius possessio sit improba sine fomento iuris, non est considerabilis.l.improba.C.de acquir.possess. Cassad. decis.6.

decis.6.de præben.num.6. Et non habetur pro possessore. Ruin.consil.28. numc.9. in 4. Et deficiat hoc requisitum, Mauritius est immittēdus,vt in Vrbeuetan.de qua supra. Neque placebat Dominis quod dicebatur per aliquos, quòd non erat attendendum huiusmodi requisitum,si aliud requisitum tertium concurreret, ex quo nouum erat Mauritio quod Vinc. retineret huiusmodi possessionem, cùm nihil apud ipsum sit remansurum, præter amplissimam Gabriellis testatoris prohibitionem, quo casu non requiritur verbalis restitutio, neque penes
3 hæredem est aliquid remansurum, † & si fideicommissarius possideat,non auocatur possessio ab eo, sed illi competit retentio. Salyc.& alij per Paris.cons.53.numero 113.cum seq.lib.3. Zuccar.in l.fin.num.374.de edic. diui Adria. tollen. quod intelligebant isti Domini, & si nulliter, seu vitiosè fideicommissarius, dummodo non spoliatiue, possideret,ex decis.Grammat.18.quia vt Rota tenet,tenuta nulliter data, quando non est spoliatiua, nō reuocatur: sed si de nouo esset dāda, sicut nulliter factum, confirmatur, quando est facienda vbi cessat interesse partis, vt per Put. in pluribus eius decis. & Aym.in pluribus eius cons. & quando possessio est attentata, vt per Cassad.de restit.spoliat.decis.3. Peregrin.decis.92.licet hoc non requiratur, & Rota passim seruat, sicut nec illud de nullitate, quando pars iam dixit & opposuit de nullitate vel attentatis: tamen, vt dixi, pluribus ex Dominis ista nō placebant,quia Doct.indistinctè volunt,quòd
4 †quando fideicōmissarius non possidet vel vitiosè possidet, non sit legitimus contradictor, & ita fuit obseruatum in illa Vrbeuetan.non obstante,quòd incontinenti velit docere de iure suo, & forte nihil esset remansurum penes hæredem, neque esset facienda verbalis restitutio, & ita fuit hæres missus in possessionem in illa causa. Et in hoc placebāt istis Dominis notata per Rip.allegatum in Lprima, num.5.quor.legat. & Rolan.cons.28. num.23. & 26.lib.3. Quo verò ad tertium requisitum dicebant,non concurrere in casu isto,quia & si testamentum Gabriellis & inuentarium essent in forma probanre, tamen non potest dici ex actis constare de bono iure
5 Vincentij, quia † omnia illa sunt deducta post suspensionem petitorij, & sic sunt admissa ad corroborandum & & coadiuuandum possessorium,iuxta dictum Bal.in l.ordinarij,num.10. C.de rei vendic. Afflict.decis.7. & nihil faciunt in petitorio. Soc.cons.93.num.12.Dec.cons.84. num.2.Put.lib.3.decis.28.Nec placebat Dominis, quòd possit incontinenti constare de iure istius fideicomissarij, memor tot disputationum subtilium in hac causa factarum per tot annos de modo & conditione, & an hoc releuet, vel non. super quibus nulla est facta resolutio. Ideo dicebant,cum sit arbitrarium in hoc casu, sine dubio esse videndum.Soci.cons.59.num.2.lib.3.post Ang. quem allegat quòd quando in discussione iuris vertitur subtilitas, dicitur requirere altiorem indaginem: quod tamen Rota solet sequi iuxta contingentiam casuum & illorum circunstantias, prout concurrunt in casu isto plures.

ROBVSTERII.

Nouarien. decimarum. Die 18.Octobris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Communitas ligatur ex ratihabitione, sicut ex conuocatione consilij.*
2 *Intimatio sufficiens ex quibus colligatur ad effectum etiam excommunicationis.*
3 *Impeditus non dicitur qui de facili potest impedimentum remouere.*
4 *Præsumptio sola non sufficit, quòd procurator præsumatur certiorare dominum, vt incidat in pœnam, nisi postea aliquod gestum, & passum concurrant.*

DECISIO CIIII.

ACtum fuit de tribus. Primò, an constet de sufficienti intimatione sententiæ declaratoriæ per me in Rota latæ.Secundò,an constet de paritione, aut contrauentione communitatis Cameri. Tertiò, an sit procedendum ad vlteriores censuras contra communitatem, vel ad absolutionem à molestijs in fauorem communitatis.

Quoad primum resoluerunt cōstare de sufficienti in-
1 timatione dictæ declaratoriæ: nam † licet communitas regulariter non incidat in pœnas, nisi res sint gestæ conuocato consilio, tamen habendo ratum quod aliter gestum fuit,ligatur ex ratihabitione superueniente,perinde ac si illud fuisset gestum conuocato consilio, vt post Innoc. Bart. & alios, Afflict.decis.376.per totam.quæ ratihabitio clare colligitur ex continuatione & patientia ipsius communitatis & alijs varijs istius facti circunstantijs,vt post alios per Afflict.ibi, iunctis instrumentis dili-
2 gentiarum factarum nomine capituli. Colligitur †etiam sufficiens intimatio ex notitia indubitata, quæ resultat ex comparitionibus electionis æstimatoris & indicatoris postea subsequentibus, quæ cum sint specialia, clara, & certa, sufficiunt etiam in materia excommunicationis, vt per Achil.de citat. decis.5.Put.lib.2. decis.289. Placebat etiam aliquibus ex Dominis, quòd allegata collusio inter particulares & communitatem esset probabiliter verificata, licèt in hoc non fecerint fundamentum.

Quo verò ad secundum dixerunt Domini, quòd licèt communitas in eligendo indicatorem & æstimatorem parueriit, vt fol.25.& 27. processu primo, & in regist. folio 1898. nihilominus constat de illius contrauentione & impedimentis: nam fol.30. à tergo & 33.& 35. in dicto primo processu. & in regist. fol.1923. cum seq. communitas allegauit nullitatem æstimationis factæ per capitulum, & allegabat litis pendentiam inter canonicos & particulares, & illi adhæret & applicat formiter vt ibi. Ex quibus apparet, quòd communitas in pluribus impediuit & contrauenit: tenebatur enim communitas eligere indicatorem, vt dicitur in sententia, qui indicet, & tamen non solum non indicauit cum effectu,sed opposuit se æstimationi capituli, allegando nullitatem & appellando. Neque asserta impedimēta etiam particularium excusant communitatem, quia communitas tenebatur adire superiorem & facere aliquam diligentiam contra
3 illos particulares, ne impedirent, quia † non dicitur impeditus, qui de facili potest remouere impedimentum. c.in nomine Domini.vbi Dec.in 4.not.de testib.alias detegitur manifesta collusio.

Non obst. quòd procurator non haberet mandatum ad dicendum de nullitate, appellandum & alia faciendum, ex quibus Dominus incideret in pœnam.Nam iam communitas inciderat in pœnam non faciendo indicare cum effectu, aut non vtendo aliqua diligentia.Item licet non sufficiat præsumptio, quòd procurator præsumatur certiorare Dominum, vt dominus incidat in pœ-
4 nam, †tamē ex postea gestis continuatis & passis per cōmunitatem difficile est, vt ipsa possit euitare ratihabitionem, vt per Afflict.d.decis.376.

Non obst. q̄ communitas fuit citata ad soluendum decimas: nā citatio inquit,cōi ex hominibus & vestrum

cuilibet tam in genere, quàm in specie, prout spectat, vt fol. 1916. in d. primo proces. fol. 31.

Ideo dum infra fit mentio de solutione decimarum, est intelligendum respectiuè, videlicet, respectu particularium. Præterea, verba sententiæ declaratoriæ sunt extracta à priuilegijs, & dicunt, casu quo vniuersitas contempserit eligere tales qui indicent, tunc Vicarius possit cogere vniuersitatem prædictam & homines Cameri, tam in genere, quàm in specie ad solutionem decimarũ.

Placebat tamen aliquibus, vt videretur, an Communitas tolleret impedimentum. Aliqui verò putabant hoc non releuare, quia est tale delictum commissum, vt non possit, nisi per satisfactionem decimarum aboleri. Nam est aduertendum, quòd canonici prætendunt, quòd propter contrauentionem vniuersitas ipsa teneatur ad integras decimas anni 1572. & 1573. Ideo melius hæc nunc videtur liquidanda, vt tollatur occasio in partibus contraueniendi, & multiplicandi lites.

ROBVSTERII.

Romanensis artis Furnariæ. Mercurij, 6. Iunij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ciuilis dicitur esse nulla ex defectu non obseruationis terminorum substantialium.*
2 *Sententia lata contra protestationem partis de mandato opponentis contra procuratorem, quamuis esset procurator, sed non constaret ex actis, est ipso iure nulla. Ampliatur etiam in procuratore minoris. num. 3.*
4 *Verba, quòd pars contentatur, si ille esset verè procurator, intelliguntur secundum protestationem factam.*
5 *Exceptio mandati non dicitur reiecta per processum iudicis ad vlteriora, si pars vel appellet, vel vsque ad diffinitiuam, reperierit protestationem.*
6 *Exceptio mandati potest opponi, etiam si sciens procuratorem non habere mandatum, tollerat quòd ipse litiget tanquam procurator.*

DECISIO CV.

1 FVit resolutum, sententiam per Locumtenentem Gabrielis latam, fuisse nullam, ex † defectu non obseruationis terminorum substantialium in his, in quibus ciuiliter tãtum agebatur, prout videbatur agi respectu summæ debitæ. Nec bulla Pij Quarti quicquam facit, cùm habeat locum tantum in Rota, & obseruationes terminorum sint defensiones & percutiant defectum citationis. Nec facultates Gubernatoris intrant, nisi in causis criminalibus vel mixtis, in his tamen
2 fuit factum modicum fundamentum. Nam † præcipiuum fundamentum fuit in defectum mandati, nam licet is qui illam obtinuit, verè esset procurator, tamen cum de illius mandato satis non constaret ex actis, & pro parte Christophori fuit pluries oppositum illum non audiri, nisi docto de legitimo mandato, sententia est ipso iure nulla, ex quo est lata contra protestationem partis, quamuis vere ille esset procurator, vt hic per informantes & pluries fuit hoc in alijs causis firmatum.
3 Et † procedit etiam in procuratore minoris stante dicta protestatione, vt per Ias. & alios in l. non eo minus. C. de procurat.

Non obst. quòd nõ sit facta in omnibus actibus, quia immo ferè semper fuit repetita, & est generalis de gestis & gerendis. Non obst. quòd nominauerit notarium. Quia hoc non sufficit parte opponente. Nam tunc debet plenè docere saltem per fidem subscriptam ab ipsomet notario. Non obst dum dicitur, quòd pars conten
4 tabatur si ille verè esset procurator. Quoniam † Domini intelligunt illa verba, cõpareat & probet in actis mandatum, prout semper fere protestata fuit, ex glos. vulgar. in l. j. si men. mod. fals. dix. Alexan. & alij per Afflict. decisio. 91. numero 2.

Non obst. quòd iudex videtur reieciſſe hanc exceptio nem procedendo ad vlteriora, & pars non appellando vi
5 detur acquieuisse tacite reiectioni: & propterea † dicunt Doct. quòd non sufficit opponere exceptionem si iudex procedit ad vlteriora, nisi etiam pars appellet. Nam ista pars semper ferè repetijt hanc protestationem, ex quo apparet de illius voluntate, & quòd non acquieuit reiectioni iudicis: item in eo ipso actu prolationis sententiæ facit hanc ipsam protestationem, & postea appellauit in tempore à sententia, & sic apparet, quòd iste nullo modo acquieuit huic reiectioni, & saltem ista sententia est nulla propter oppositionem, & reiectionem.

Adde, quòd stante oppositione contra procuratorem minoris de habilitate personæ standi in iudicio, iudex procedens ad vlteriora nulliter agit, vt per Bal. Castren. Ias. & Curt. iunior. numero 3. in l. non eo minus. C. de procurator.

6 Immo † si quis sciat aliquem esse falsum procuratorem & non habere mandatum, sed tamen tollerat, quòd ipse litiget tanquam procurator, non impeditur quomi nus possit semper opponere exceptionem defectus mandati, quia licet ego approbem personam tuam, vt personam procuratoris, tamen nisi cognitum sit de mandato, & super eo sit pronunciatum, non impedior quandocunque opponere, quòd tu non habes mandatum. Marsil. in l. si quis ne quæstio, numero 84. ff. de quæstio. post Bart. Ang. & Alexan. in locis per eum citatis. Aduerte id procedere si mandatum nõ sit productum in actis, alias si fuisset productum, & cum illa persona tanquam cum procuratore litigatum, tunc non posse opponi exceptio defectus mandati, vt post Ang. declarat Marsil. in dicta l. si quis ne.

ROBVSTERII.

Roman. casalis magistri Oddonis. Veneris, 23. Octobris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Denegatio facta in vno ex æquiparatis, censetur facta etiam in alio.*
2 *Prohibitio alienationis de rebus ecclesiæ etiam in euidentem eius vtilitatem, intelligitur excepta authoritate Papæ.*
3 *Decretum irritans non comprehendit authoritatem Papæ.*
4 *Concessio facta in præsentia Papæ est perinde, ac si per ipsum signata foret.*

DECISIO CVI.

DOmini stant in decisis, quòd locatio sit valida, & sententia extra Rotam nuper lata contra istos hæredes, sit reuocanda.

Non obst. prohibitio alienationis de qua in Bulla Vrbani cum decreto irritãtis. Primò, quia in commissione derogatur expresè fundãtioni, quæ derogatio compre
1 hendit dotationem, de qua in dicta Bulla, cùm † ex regulari

lari æquiparatione istorum casuum fundationis, dotationis, & constructionis cũ interpretatione passiua iuris communis, derogato vno censetur alteri derogatum. Cassad. de iure patro. decis. 4. & 6. Tum etiam, quia post expressionem istius fundationis sequitur clausula generalis, cæterorum contrariorum quomodocunque. quæ expressio fundationis cum sequenti clausula generali comprehendit omnes alios casus requirentes specialem expressionem. c. qui ad agendum, de procur. in 6. clem. non potest. vbi Vital. & alij, eo. tit. Præsertim, quia nulla est maior prohibitio quam fundationis, & si est illi derogatum, censetur etiam derogatum cuicunque alteri prohibitioni, ex supra allegatis.

2 Secundò, mouebãtur Domini, quòd † licet prohibitio comprehenderet alienationem etiam in euidentem vtilitatem ecclesiæ, & cum authoritate superioris, non tamen cum authoritate ipsius Papæ, ex Bart. in l. nemo potest, numero 12. & ibidem Crot. numero 49. de leg. j. Aret. cons. 22. numero 5. Et licet decretum irritans comprehendat quancumque authoritatem etiam Apostolicam, vt late per informantes, tamen intelligebant Do-
3 mini hoc, quando illa authoritas Apostolica prouenit à delegatis Apostolicis, sed non quando prouenit ab ipsomet Papa, quia tunc nisi dicat, etiam per nos, non comprehenditur ipse Papa, vt pluries fuit in Rota resolutum, vt attestatur August. de decret. numero primo. nam verba decreti de quacunque authoritate non sunt trahenda ad personam loquentis, neque ad tam excessiua & inuerisimilia, & sic ad personam ipsius Papæ, vt post alios cumulat Aym. consil. 3. num. 18. cum sequen. & numero 26. & licet Paris. cons. 37. lib. 4. & aliqui alij dicant, quòd decretum ligat Papam, intelliguntur, vel quando dicitur etiam per nos, vel de authoritate apostolica prouenientium à delegatis.

Non obst. quòd commissio non sit signata manu Pa-
4 pæ. Quia † cùm sit in præsentia D.N. Papæ concessa, est perinde ac si per ipsum signata foret, vt dicitur de eo qui ratificat, approbat, vel subscribit aliquid, vt etiam in statutis loquentibus de faciente vel scribente comprehendatur.

Non obst. quòd hic sumus in delegato. Quia hic non agimus de sententia delegati, sed de commissione data per ipsum Papam, an illi obstet decretum irritans vel ne: nam si non obstat decretum irritans illi commissioni, omnia quæ ab illa dependent, sunt valida tanquàm accessoria. Reseruarunt tamen Domini quod dicitur de læsione & simulatione, ac etiam de citatione fratrum sanctæ Mariæ Nouæ. Sed istud vltimum modicam videtur habere difficultatem, quia non agitur, vt sententia alias lata vigore dictæ commissionis, noceat dictis fratribus non citatis, sed de illius validitate. Illud etiam de simulatione ex his quæ in facto dicuntur, videtur cessare, sed pars poterit illa cõsiderare. Aliud verò de læsione poterit interim discuti, si aliquid probatur.

ROBVSTERII.

Vrbeuetan. hæreditatis. Lunæ 4. Februarij. 1577

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter viuos ex quibus verbis præsumatur posítis in ipsius contractu.*
2 *Fideicommissum & aliæ vltimæ voluntates reuocari possunt.*
3 *Præsumptio validitatis actus in dubio superat omnes alias coniecturas.*
4 *Clausula, omni meliori modo, in contractu donationis nihil operatur in alio modo recedente ab expresso. & numero 5.*
5 *Disponens vbi se restrinxit ad aliquem modum, clausula, omni meliori modo, operatur effectum in eo modo & quolibet alio non discendente ab expresso.*
6 *Sequentia influunt magis ad præcedentia, quàm è contra.*
7 *Iuramentum facit valere actum omni meliori modo quo potest, vbi clausula stat cum copula.*
8 *Donatio causa mortis vel inter viuos si non subsistinetur vti donatio, valet vti fideicommissum, si donans non se restrinxit ad illos modos expressos.*

DECISIO CVII.

REsoluerunt Domini, quòd donans ita se restrinxerit in casu isto, vt huiusmodi dispositio non possit substineri in vim fideicommissi. Quia visa sunt Dñis verba huius donationis clara, & ex illis constare apertè de mente donantis ex illis verbis, dedit, cessit, tradidit, & donauit, ac nomine & titulo donationis irreuocabiliter inter viuos & post mortẽ duraturæ, &c. & ibi, & omnia & singula supradicta, titulo & nomine quo supra, semper & omni tempore rata habere, &c. & ibi, dans licentiam & facultatem corporalem accipiendi possessionem. Nam illa verba, nomine & titulo donationis inter viuos, posita in corpore donationis, & in
1 parte substantiali illius, †claram ostendunt mentem donantis, quòd noluit fideicommittere, sed ex tunc inter viuos liberè donare. Alexan. consil. 14. in prin. in primo. Ias. consil. 5. colum. penult. versic. sed præmissis non refragantibus, in tertio. Idem probant illa verba, irreuocabiliter: & tantò magis, quantò vt hic, sunt iuncta cum verbis, inter viuos, & alijs verbis, de quibus supra. l. vbi ita donatur, de donatio. causa mort. cum alijs per Dec. consil. 306. numero 7. Bellon. consil. 74. numero 9. Couarru. in rubrica de testamen. parte secunda, nume. 11. versic. hic tamen insistendum est. Bald. consil. 74. numero 9. Natta consil. 104. numero 6. & alijs sequen. Clar. in §. donatio, quæst. 4. Siluan. consil. 40. numero 32. in pri-
2 mo. Cephal. consil. 44. numero 26. Cùm † enim fideicommissum & aliæ vltimæ voluntates reuocari possint, l. quarta. §. & si transferam, de adimen. leg. cum alijs per informantes, hæc mens disponentis est clara in casu isto, quòd voluit se restringere ad dispositionem inter viuos, & non potest valere in vim fideicommissi, vt late post alios Ias. in rub. de leg. j. num. 130.

Accedit, nam disponens hic seruauit sibi plura, de quibus voluit posse liberè dispensare, ex quo apparet, quòd in non reseruatis noluit posse aliter disponere, & liberè ex tunc donare, vt bene considerat Aym. cons. 214. num. 11. versic. quarto, cum seq.

Accedit etiam clausula, de non reuocando, quæ claram etiam ostendit mentem, vt per Doctores supradictos.

Non obstat, quòd præsumptio validitatis actus superat omnes alias coniecturas, Dec. in l. post quam liti, nu-
3 mero 23. C. de pact. Quia † verum est in dubio, sed non in claris, tunc enim cessant coniecturæ, vt in eo qui se restrinxit ad testamentum in scriptis, nam non potest substineri tunc vt nuncupatiuum, vt communiter dicunt Doctores.

Non obst. clausula, omni meliori modo, &c. Nam pla
4 cuit † Dñis responsio quæ datur per informantes, q̃ nõ operatur in alio modo recedente ab expresso. Cassad. decis. 7. num. 7. de appel. Salyc. d. cons. 40. num. 33. Cephal.

consil. 44. numero 76. præsertim, quia est posita sine copula, & in principio donationis, vt considerat Achil. decis. j. de clausul.

Non obst. quòd ex hac clausula appareat de mente disponẽtis, vt actus valeat eo modo quo melius & validius de iure valere potest, vt per Dec. Paris. Aym. & alios allegatos. Quia, vbi disponens se restrinxit ad aliquem modum, tunc operatur effectũ in eo modo, & quolibet alio non discendente ab illo: vbi verò se non restrinxit, operatur in omnibus modis, vt per Doct. supra citatos. Neque in cons. Paris. & Aym. aderat aliqua restrictio, quia disponens simpliciter disposuerat, & dixerat, & omni meliori modo, cum copula, alioquin si ad modum expressum se restrinxisset, & apposuisset dictam clausulam, omni meliori modo, sine copula intrarent supra allegata. Et in consil. Oldra. 8. numero 34. in princ. aderant plures clausulæ, quæ declarabant mentem donantis, noluisse solum donare causa mortis, sed etiam inter viuos, sicut in causa Paris. cons. 90. numero 10. in tertio. expresse fuit dictum, quòd si non poterat subsistineri illa dispositio vt testamentum, vel codicilli, &c. valeant quocunque alio iure, vel modo quo poterit valere. Illa enim clausula, alio, equipollet copulæ, imò satis apparet.

Nec refert, quòd verba sint vniuersalia, omni meliori modo quo magis melius, ac validius de iure fieri potest, quia sunt restricta per clausulas sequentes ad nomen & titulum donationis irreuocabilis: † sequentia enim magis influunt ad præcedentia quàm è contra, & sic perinde est, ac si dictum fuisset, dedit nomine & titulo donationis irreuocabilis inter viuos omni meliori modo quo magis melius & validius de iure fieri potest & debet. quo casu clausula dicitur restricta ad modum expressum, cùm non habeat copulam, & verba vniuersalia sint subalternata & restricta ad modum expressum.

Neque etiam obstat, quòd iuramentum faciat valere actum omni meliori modo quo potest. Bero. in c. in præsentia, numero 99. cum sequen. de probatio. Paris. consil. 14. numero 18. lib. primo. Abb. in cap. cum contingat, numero 27. de iureiuran. Couar. in cap. Raynal. §. tertio, numero 10. versic. quarto iuramentum, de testamen. Alexan. consil. 29. in fine, lib. 7. Mathes. not. 56. Nam † vltra supradictas responsiones etiam Silua. in dicto consil. 40. cum quo transeunt Domini, & Dec. consil. 14. numero 5. cum alijs allegatis de clausula, omni meliori modo, præsupponunt, quod dicta clausula sit, prout debet stare, videlicet, cum copula, vt disponens non se restrinxerit.

Non obst. quòd donans causa mortis vel inter viuos si non substinetur vti donatio, valet vti fideicommissum. Quia † dicebant Domini id esse verum, quando ex alijs clausulis apparet, quòd donans se non restrinxit ad illos modos expressos, vel per clausulam, & alias omni meliori modo ampliſſimam, vel quia donans simpliciter donauit, non expressa aliqua specie, quia verbum, dono, non repugnat fideicommisso. l. miles ad sororem, in principio, & l. cum pater. §. dulcissimis, de legat. secundo. alioquin secus. & in casu Corn. consil. 254. erant plures clausulæ quæ ostendebant enixam mentem illius quod nolebat se restringere ad illum modum expressum.

Non obst. consil. Thob. Non. quoniam ex præmissis non placuit Dominis, quia contra communes & veras opiniones.

ROBVSTERII.

Parmen. Status. Veneris, 8. Martij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Statutum potest tollere fidem scripturis etiam quibus de iure communi aliàs daretur fides.*
2 *Statutum in breuiario loquens in omni parte præsupponit illud validum cum suis à iure, vel statuto requisitis.*
3 *Verba, quæ præsupponunt, regulariter non disponunt.*
4 *Statutum posterius corrigit primum, non autem è contra.*
5 *Auctoritas data per statutum proconsulibus, seu rectoribus, intelligitur, vt non possint facere contra ea, quæ per eadem statuta sunt ordinata.*
6 *Verba statuti vbi sunt clara, locus interpretationi ex obseruantia esse non potest.*

DECISIO CVIII.

TEnuerunt Domini, quòd statutum de ordine seruando per Notarios, lib. 2. cap. 125. pro parte Dominorum de Rangonibus productũ obstet filciæ Ioan. Illarij Gallicani, in qua sub numero 64. existit scriptura donationis sub die vlt. Martij, 1512. & non faciat fidem, non obstante statuto de priuilegio & bailia concessis Proconsuli Notariorum super confectione Breuiariorum, lib. primo, cap. 144. pro parte Dominorum de Pallauicinis producto, & voto collegij Notariorum Parmæ.

Nam dictum statutum cap. 125. fuit factum de anno 1494. & dat formã primò super his quæ Notarius debet obseruare antequã legat, tradat, & stipuletur aliquod instrumentum, seu cartam, & ista pars non videbatur facere ad casum de quo agitur. Secundò, dat formam super his quæ Notarius rogatus, vel lectis dictis instrumentis, postea debet facere, & ista vt Domini dicebant, percutit casum de quo agitur: inquit enim ibi statutum, & postea rogatis traditis, vel lectis dictis instrumentis &c. teneatur d. Notarius ipsa instrumenta, & cartas breuiare in cartis membranis, siue abrasis siue non abrasis, & ponere seu poni facere vnum instrumentum post aliud ita conseruatiue, quòd inter vnum instrumentum, & aliud non possit fieri aliquid malignitatis, & hoc intra dies 30. post breuiata ipsa instrumenta, & postquàm ipsa rogauerit, nisi remanserit iusto impedimento notarij: & teneatur, & debeat quilibet notarius in principio breuiarij cuiuslibet anni scribere qualiter illud breuiarium est suum, ponendo nomen & pronomen, & signum suũ, & annum & millesimum, & iurisdictionẽ, & indictionẽ tunc currentes, & mensem & diem apud quodlibet instrumentum extensum, & si est sibi solutum de dicto instrumento, vel non, & quantum est sibi solutum, & hoc tam in breuiarijs, quàm in cartis expletis, & finitis, in quibus scribantur extensa, & extensæ, & non per literas denotantes quantitatem, & non per literas, vel numerum millesimum indictionem, quantitatem dictum certi mensis, & quantitatis pecuniæ, & quantitatis mensuræ, de & in quibus fieret instrumentum: & quilibet notarius qui contrafecerit, vel omiserit, incurrat ipso facto pœnam librarum decem, imperialium qualibet vice qua contrafecerit, vel omiserit applicando pro tertia parte collegio nouo notariorum Parmæ, & pro alia tertia parte communi Parmæ, & pro alia tertia parte parti accusanti, vel denuncianti. Possint etiam per notarios prædictos abbreuiari, & extendi protocolla in libro compositio de cartis bombacinis, sicut in cartis membranis seruatis omnibus suprascriptis: & si prædicta non fuerint obseruata, dictis

dictis instrumentis non adhibeatur fides, & sint nulla saluis, & illesis pœnis prædictis.

Vnde cùm ista filcia non habeat formam hanc à statuto traditam, non enim est positum in d. l. filcia vnum instrumentum post aliud cõtinuatiuè, quod inter vnum & aliud non potuerit fieri aliquid malignitatis, vt dicebant apparere ex visione filciæ, neque habet inscriptionem in principio cuiuslibet anni, qualiter illa filcia est dicti Illarij, & an fuerit ipsi notario aliquid solutum, vel ne de dicto instrumento, & quantum, & insuper dictum statutum habeat decretum irritans, ibi, & si prædicta nõ fuerint obseruata, dictis instrumentis non adhibeatur fides, & sint nulla &c. Ideo non potest dari fides instru-
1 mentis positis in dicta filcia. Nam † & statutum potest tollere fidem scripturis, etiam quibus alias de iure communi daretur fides. Paul. de Castr. consil. 61. col. prima in fi. ver. sed in casu nostro, lib. 2. Alex. consi. 170. nu. 1. & 2. in 7. Soc. consi. 2. nu. 4. & seq. in 3. Put. lib. 1. decis. 117. & 16. de constitut.

Non ob. statutum cap. 144. de anno 1331. quoniam vt dicebant Domini, statutum huiusmodi in prima parte duo solum in effectu continet. Alterum quòd quando notarius est defunctus, & extant aliquæ scripturæ ipsius, quæ non sunt positæ in breuiario dicti notarij defuncti, si visis, & examinatis dictis scripturis per Proconsules apparebit, quòd notarius defunctus fuit rogatus de illis, tunc possunt, & debent Proconsules ponere illas in breuiario notarij defuncti.

Si verò non haberent manu notarij scriptum, nisi mil lesimum, indictionem, mensem & diem vel testes aut subscriptionem ipsius notarij, & quod statutum huiusmodi loquatur tantum in his casibus, dicebant Domini ex proemio præsertim ibi, cum sepe contingat &c. & ex alijs clausulis ipsius statuti, quod huiusmodi statuta nõ sint ad inuicem contraria, sed diuersa. Nam vt Domini tenebant statutum Pallauicinorum dat tantum facultatem proconsulibus ponendi in breuiarijs scripturas notariorum mortuorum, quæ reperiuntur extra breuiaria illorum, & explendi, & reducendi in publicam formam, non autem faciendi seu reducendi valida ipsa breuiaria: statutum verò Rangonorum dat normam, & formam ipsis breuiarijs. Ideo cùm statutum Pallauicinorũ disponat de contentis, seu requisitis, & solemnitatibus, quę debet habere breuiariũ siue protocollũ, notariorũ: & statutũ Rãgonorũ disponat tm̃ de contẽtis, & sic scri-
2 pturis, extra breuiaria repertis, vt dictũ est, statutũ † in breuiario loquẽs in omni parte præsupponit breuiariũ validum cum suis à iure, vel statuto requisitis. tum ex reg. l. quarte, §. cõdemnatum. vbi Ias. & alij, de re iud. Sarnen. in reg. de iur. quæsit. non tollen. q. 21. in princ. Dec. consil. 77. numero duodecimo, in fi. & seq. Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. limitatio. prima, numero 9. & placebat Dec. consi. 3. nu. 2. Tum † quia verba, quæ præsuppo-
3 nunt, regulariter non disponunt. Rot. & alij per Felyn. in c. fedes. col. 8. versi. sexta declaratio, de rescri. Tum etiam quia in petitione nihil de hoc continebatur, à qua petitione sumit declarationem dispositio, vt post alios Rui. consi. 43. num. 8. in 1. Paris. consi. 9. nu. 42. & late hic per Parenteum. & alios.

Placebat etiam alia responsio data per informantes, quòd si huiusmodi statuta sunt contraria, & † statutum
4 Pallauicinorum fuit factum de anno 1331. non potuit limitare, & declarare statutum Rangonorum factum longe post videlicet del 1494. Immo istud posterius corrigit primum. l. nam & posteriores. de leg. cum alijs per Dec. d. consil. 3. numero 2. circa med. si verò eodem tempore fuerunt publicata, dicebant, quòd auctoritas data Proconsulibus in dicto statuto Pallauicinorum, non est intelligenda quoad ea quæ per eadem statuta reprobantur, & † sic auctoritas data dictis procuratoribus, in-
5 telligitur data ita vt non possint facere contra ea quæ p eadem statuta sunt ordinata. Bart. in l. ambitiosa, nu. 11. ff. de decret. ab ordin. fac. sequitur Aym. consil. 54. nu. 5. circa fin.

Non ob. quòd si Proconsules habent facultatem quoad scripturas separatim repertas in vna filcia, de qua p Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. casu 187. nume. 29. Quia idem est iudicium de toto quod de parte, ſtãte maxime, quod si statuta non obstarent de iure communi, possent extrahi instrumẽta ex ipsa filcia. Quoniam huic obiectioni respondet pluribus modis D. Arrigonius vt hic per eum, quæ responsiones videbantur placere pluribus ex Dominis.

Non obstant alij intellectus alias dati ad huiusmodi statutum. Quoniam placebant responsiones informantium Dominorum de Rangonibus, & præsertim per D. Burghesium qui late respondet ad fundamentum de pœna, & alijs.

Non ob. votum notariorum, quoniam credebant plures ex Dominis, quòd non esset locus interpretationi ex
6 obseruantia, ex quo vt dicebant, verba statutorum sunt clara, & placebant notata per Aretin. consil. 115. num. 2. Et dato, quod verba statutorum non essent ita clara, vt non possit esse locus consuetudini interpretatiuæ, tamẽ dicebant, quòd ex voto huiusmodi nõ potest colligi certa resolutio. Quoad primum caput voti illud nihil facit, quia ipsi expresse dicunt, quòd ipsi non inuenerant, q̃ maiores sui habuerint aliquam filciam in totũ similem huic de qua agitur. Quoad secundum caput de filcijs similibus, dicunt, quòd fuerunt habita pro authenticis si præsentabantur, & habebantur vti filciæ instrumentorum rogatę per notarios defunctos, & hoc nullo existente contradictore: ergo requirit, quòd fuerint præsentatę vti filciæ notarij defuncti: item quod haberentur vti filciæ notariorum defunctorum stante, quòd nullus existeret contradictor: & licet ista fuerit præsentata vti filcia, ac saltem de facto fuerit habita pro tali, vt decisum fuit, tamen quoad contradictorem hic adest, & sic non sumus in casu expresso per istos notarios, & cõsuetudo interpretatiua debet esse in casu de quo agitur, Aym. consilio 178. num. 6. Alex. consi. 6. nu. 1. in 5. Natt. consil. 600. num. 18. Nam est stricti iuris, & non extenditur de casu ad casum.

Non ob. quòd non est necesse, quòd consuetudo sit obtenta in contradictorio iudicio. Quoniam dicebant, quòd licèt de iure hoc non sit necesse, tamen isti notarij dicunt, quòd ipsi extraherent, si non adesset contradictor. Quoad tertium caput expresse dicitur, nullo existẽte contradictore. Item dicunt, quòd mandarent extrahi si carerent subscriptione notarij, nullos tamen alios defectus paterentur, sed ista patitur defectus signi notarij. Quoad quartum, quid ipsi facerent in hac scriptura donationis de qua agitur, referunt se ad dispositionem iuris communis, ergo potius creditur habere istam filciam pro non authentica, quia si haberent pro authenti ca, dixissent quòd extraherent.

Aliqui tamen de hac opinione dubitabant, tenentes, quòd statutum Dominorum de Rangonibus non obstet filciæ, præsupponentes, quòd circumscriptis his statuti possent ex his filcijs iure communi inspecto extrahi instrumenta publica. Nam cùm de vno dubitatur, alia præsupponuntur habilia.

Dicebant igitur, quòd cum statutum Dominorum de Pallauicinis loquatur in specie, & in casu particulari, quando

quando notarius est mortuus, istud attendi debet, & post alios Caccialup. in l. omnes populi, nu. 118. cum pluribus seq. Præsertim cum istud præcesserit, & loquatur in casu particulari, in quo facta est particularis prouisio, dispositio generalis hunc casum non comprehendit, ex reg. l. sanctio legum. de pœn. & l. doli clausula. de verb. obliga. Et quod statutum Pallauicinorum loquatur notario mortuo, dicebant isti Domini esse indubitatum, quia mandat, quòd notarius scribat, & ei pœnam imponat.

Non ob. quòd statutum huiusmodi Pallauicinorum non loquatur de breuiario imperfecto. Quia dicebant, quòd immo loquitur de breuiario imperfecto, considerando, quòd Princeps voluit prouidere in casu, in quo periculum subesset. Vnde si Breuiarum non fuisset imperfectum, nullum periculū adfuisset, quia quilibet seruata forma c. cum P. tabellio, poterat explere, & quia dicit, quòd non poterat expleri, quia si habuisset solemnitates omnes non erat necessarium supplementum à loco. Doct. in d. c. cum P. tabellio. Couar. pract. quæst. c. 19. & fuit tentum in illa Rom. donationis bis cotā R. P. D. Aldobrandino. Et quia nulla adest inuerisimilitudo, ꝙ statutum voluerit prouidere, quando vna scriptura est imperfecta, & agitur de periculo vnius tantum, & non quando agitur de periculo multorum, & omnium scripturarum vnius notarij, quod potest concernere damnum mille personarum.

Non ob. quod statutum Pallauicinorum præsupponat breuiarium, & filciam, quia dicebat, quòd est verū: sed quæcunque illa sit, quando notarius est mortuus, remittitur Proconsulibus, vt videant, an debeant extrahi instrumenta ex ea, & ponderabant protocollum ibi, ēt breuiaria sua siue protocolla reliquerunt, de quibus instrumenta extrahi, & in publicam formam reduci nequunt &c. & illa verba, quorumcūque breuiariorum, in ver. & illud seruari debent, & in vers. & idem obseruetur, quæ videbantur istis Dominis multum facere pro hac parte. Maximè, quia pro hac parte adest etiam aliqua obseruantia, vt dicebant apparere ex voto, nam non eo ipso, quod non adsunt illę solemnitates, notarij reijciūt protocollum, & filciam.

Ex quibus licèt Domini tenuerint pro maiori parte, vt supra, tamen, quia materia est exemplaris, & præiudicialis in illis partibus si Pallauicini voluerint iterum audiri, ordinarunt Domini, quòd audiantur.

ROBVSTERII.

Tiburtin. bonorum. Lunæ. 2. Iunij. 1572.

SVMMARIVM.

1 *Valorem vel excessum rei alienatæ cui incumbat onus probandi.*
2 *Facultas retinendi, vel alienandi rem alienam est limitata ad quantitatem suæ legitimæ, & trebellianicæ.*

DECISIO CIX.

NOn liquet: aliqui enim intelligebant difficultatē propositam, quòd onus probādi incumbat particularibus, an in facto ipsi probauerint. Et cum ista difficultas sub se comprehendat plures alias, vt appareret ex deductis hic per informantes, & Domini inter se essent discordes, non potui aliquid firmare. Aliqui verò intelligebant dubium, & illud reducebant ad hoc, cui
1 † incumbat onus probādi valorem, vel excessum, & plures inclinabant, quòd D. Andreæ incumbat onus probā di excessum, ex Ale. Dec. & alijs hic allegatis per informā tes particularium, & addebant Domini Bertrand. consilio 94. nume. 7. & 9. lib. 8. Rum. consil. 109. lib. 2. Et licet Alex. cons. 3. lib. 3. dicat vtile esse probare valorem, tamē non ideo dicit esse necessarium. Aliqui enim dubitabāt,
2 quia † facultas retinendi, vel alienandi rem, & possessionem alienam, est limitata ad quantitatem suæ legitimæ: ideo si vult totum retinere ratione legitimæ, & Trebellianicæ, debet probare esse infra illam summam, vt in simili Crescen. decis. 24. & 126. Sarnen. decis. prima 57. & 60. Mohedan. decis. 130. Fab. decis. 32. Io. Paul. decis. 73. Sed nec in hoc potui aliquid firmare, nisi quod in primis discutiatur hoc particulariter, cui incumbat onus probandi valorem, vel excessum. Aliqui dubitabant, ꝙ istæ venditiones essent mala fide factæ, cum essent factæ in tot personas, ex Ange. & alijs per Alex. cons. 157. col. 2. sed fuit replicatum, quod iam fuit resolutum fuisse bona fide factas.

ROBVSTERII.

Parmen. status. Lunæ, 16. Aprilis. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Examinatio testium facta ex defectu iurisdictionis dicitur esse nulla, etiam si probatio esset contraria testibus partis aduersæ.*

DECISIO CX.

DOmini distinxerūt difficultatem propositam in tres partes. Prima est circa exceptiones testium de mendacio, & similibus, & hanc remiserūt discutiendam, quando agetur de testibus si proponantur in puncto. Secunda est circa nullitatem ex defectu iurisdictionis, quæ allegatur contra istos testes examinatos
1 in negocio reprobatorio. Circa † istos testes resoluerunt Domini, quòd sint nulliter examinati ex defectu iurisdictionis etiam si probatio de qua in articulis reprobatorijs Pallauicinorum super matrimonio esset contraria testibus Rangonorum, ex rationibus de quibus ꝑ Put. in scriptura data, quæ placuerunt Dominis, & retulerūt, quòd ista difficultas fuit alias latissimè discussa coram D. Rubeo. 27. Ianuarij, & 13. Februarij. 1559. & resoluta pro ista parte. ex quo sequitur, quòd non probent isti testes pro Pallauicinis. Et tantò magis in casu isto, in quo iudex non admisit simpliciter ista, immo pars aduersa maxime protestata fuit, & iudex annuit protestationibus & renouationibus illius. Tertia pars fuit, an stante huiusmodi defectu iurisdictionis, & stantibus commissionibus, sit adhibenda fides istis testibus. & resoluerūt, quòd non, circumscripta illa commissione allegata per Pallauicinos, quòd posset procedere de facto &c. quæ videtur directa Cardinali Sirnetę: nam si huiusmodi commissio non expirauit, sed viuit, est considerabilis, & discutienda. Aliæ verò non sunt considerabiles, quia non dicunt in specie de defectu iurisdictionis, ꝙ est exprimendus in specie, alioquin non tollitur talis defectus, vt pluries tenuerunt Domini: an autem aliquod adminiculum possint facere isti testes, licèt non probent, prout videmus in testibus inter alios examinatis. Domini plene non discutierunt, licèt dixerint, quòd non possit coadiuuare alios testes ex decis. Capic. quæ videbatur quibusdam rigorosa: ideo saltem cum illa commissione de

de qua supra, si viuit dicta commissio, poterit dubitari, an dicti testes probent, vel saltem possint facere aliquod adminiculum, vt sint præsupponendi in puncto.

ROBVSTERII.

Tirasonen. decimarum de Iudila. Lunæ, 4. Februarij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Agens ad rescissionem concordij debet prius restituere, quæ ex concordio recepit, vel saltem offerre parte opponentę.*
2 *Transactio debet firma manere, nisi ex communi consensu ab ea recedatur, pro communi.*
3 *Concordia probata lęsione sunt nulla, aliàs secus.*
4 *Recepta ex transactione potest pars retinere ex causa clara, & certa.*
5 *Ecclesia non dicitur esse priuilegiata contra minorem, & vniuersitatem.*

DECISIO CXI.

REsoluerunt Domini, quòd † Capitulum nō possit agere ad rescissionem concordij, non restitutis, & oblatis prius his quæ ex concordio rece-
1 pit, parte opponente. Afflic. post alios decis. 220. Aym. consilio 83. numero primo, ex l. si diuersa. C. de transac.

Non ob. no. per Curt. sen. & iun. in d. l. si diuersa. cum alijs per Ant. Gabriel. de transact. conclus. prima nu. . . .
2 Quia † vera sunt ista, vbi ex communi consensu recedit ur à transactione, & in hoc casu est communis opinio, alias secus ex allegatis.

Non ob. quòd potest hæc offerre ante sententiā, quia verum, vbi altera pars antea non opponit, sed parte volente est suprasedendum, donec fiat restitutio, ne fiat illi præiudicium procedendo ad vlteriora.

3 Non ob. quòd † propter lęsionem concordia sint nulla, quia verum probata lęsione, quod non est factū hic: sed non probata lęsione, concordia tenet, & agit quis sine actione, & propterea debet prius restituere recepta, & facere actum retrosimilem.

Neque etiam ob. quòd possit pars recepta retinere
4 ex causa debita. Quia † verum vbi dicta causa est clara, & certa, non vbi est dubia, vt hic, nam confessio est clara, & lis facit rem dubiam.

5 Vltimò non ob. quòd simus in ecclesia, quia † non apparet, quòd in hoc sit priuilegiata, præsertim cōtra vniuersitatem, vbi sunt pupilli, & viduæ, immo in minore est text. in l. quod si minor. §. restitutio. de minor. cum alijs, per Paris. consi. 96. nu. 112. lib. 1.

ROBVSTERII.

Romanensis repetitionis indebiti. Lunæ 16. Nouembris. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Principalis ille dicitur inter plures correos, qui pecuniam recepit, & bonam fidem cognouit: alij verò fideiussores, & num. 2.*
2 *Intellectus l. si non singuli. ff. si cer. pet. communiter approbatus.*
3 *Contractus in dubio præsumuntur correspectui, & ex causa.*
4 *Beneficio cedendarum actionum per fideiussores renunciatum censetur.*
5 *Liberato vno ex pluribus correis debendi insolidum, cæteri remanent obligati insolidum.*
6 *Correi debendi dicuntur omnes insolidum obligati quoad creditorem.*
7 *Plures vbi sunt insolidum obligati, non vt simplices fideiussores, tunc vnus soluens non habet recursum aduersus alium ac si solus se obligasset ad solidum.*
8 *Recursus non datur contra correos in materia correorum.*

DECISIO CXII.

DIfficultas proposita hēt plures partes. Prima est, an Io. Bap. debeat censeri principalis, vel fideiussor. Secunda, an protestatio releuet Io. Baptistę. Tertia, an hic satis fuerit renunciatum per fideiussores beneficio cedendarum, & Petrus Paulus potuerit liberare ambos fratres de Aragonia, aut aliquē ex illis. Quarta, an liberatio Petri Pauli in fauorē Io. Baptistæ sit personalis ab obligatione accessoria, hoc est, quod sit liberatus ab illa obligatione, quam potuissent alij fideiussores cōtra ipsum attentare ex persona creditoris. Quinta, an competat Hieronymo aliunde remedium ad repetendū saltem pro rata si non in totum. Ita quod sententia sit confirmanda, vel reuocanda.

Circa primam existimabant Domini non esse aliter firmandum, quia partes non bene informant, & posset fieri pluribus præiudicium, & Domini erant varij. Alij enim tenebant, quòd Ioan. Baptista sit principalis, & cæteri fideiussores respectu creditoris, cum quo agitur, vt latè per add. ad Alexan. consi. 29. num. 36. lib. 7. Roman. consi. 114. nu. 3. & 4. & ibi addit. Natt. consil. 57. num. 7. lib. 1. Anto. Gabriell. de fideiuss. conclus. 2. per totum. Alij
1 vero tenebant, quòd † Paulus Bubalus qui recognouit bonam fidem, & habuit pecunias, sit principalis, cæteri verò fideiussores, iuxta l. sed Iulianus. vbi Castr. ad Macedon. item ex adductis per Bar. Paul. & alios per Aym. cōsil. 91. num. 2. & consi. 77. nume. 3. vbi quod omnes sunt correi respectu creditoris, sed inter se fideiussores, nisi respectu illius ad quem pecuniæ peruenerunt. & quamuis Roman. consi. 114. nu. 3. contrarium teneat, qui vult inspici qualitatem obligationis, & eius seriem, vt ille sit principalis, qui in ea asseritur, etiam quod pecunia ad eū non peruenirent, & ait esse casum expressum in l. 5. quæ
2 incipit si non singuli. ff. si cer. peta. vbi † licet vni tantum pecunia sit numerata, si plures insolidum sunt obligati, omnes dicuntur correi debendi, & principales, sed dicerem respectu creditoris illud esse, non respectu eorundē debitorum, iuxta supplicationes alleg. potiss. cons. Aym. 77. & 99. & ita videtur tenere Rol. consi. 31. col. 1. & seq. in 3. Tamen in frequentiori numero recipitur contraria & vltra supra allegatos Tiraq. de retract. ligna. §. 31. gl. 1. nu. 3. plures congerit Gabriell. de fideiussor. conclus. secunda, nume. primo, & placet text. in d. l. sed Iulianus, in summa Castr. vbi omnes, in §. si inter duos. ff. ad Macedonia. item Ioan. Paulus cognoscens bonam fidem promisit seruare alios indemnes, quod non feciſſet, nisi cōmodum ad eum spectasset ne proijceret suum. arg. l. cum de
3 indebito. Et † quia in dubio contractus præsumuntur conspectiui, & ex causa. arg. l. nec adiecit, per Socin. pulchre in l. 2. §. circa. de do. excep. cum simil. Item etiā quia Ioan. Baptista officialis vult conseruare indemnes fideiussores.

Quoad secundam dicebant plures ex Dominis, quòd protestatio releuat, præsertim si Ioan. Baptista non est principalis, sed fideiussor, & correus, quia est satis clara,

& in

& in re propria quilibet est moderator, & arbiter, præsertim contra Hieronymum, & Thomam, qui verisimiliter habuerunt notitiam de dicta protestatione, cum accesserint post illam, & fecerint mentionem de obligatione Ioan. Baptistæ. Nec placebat intelligẽtia informantium pro Hieronymo, & Thoma, quòd aliud sit nolle teneri pro parte sua, aliud nolle teneri de relevatione, nã in d. protestatione vlterius procedit Ioan. Baptista, quia subdit, ex quocunque capite etiam ex iure certo, quod est, quando agitur ad ratam, & verba ista videbantur istis Dominis satis clara.

Circa tertiam placebat Dominis resolutio alias facta in illa Albanen. ciuitatis Lauiniæ, coram me, quòd censeatur renunciatum per fideiussores beneficio cedendarum actionum, † ita quòd Petrus Paulus potuerit liberare fratres de Aragonia, & addebant Afflic. decis. 182
4 numero 10. cum seq. quę non est decisio, sed votũ quoddam, & Corn. consi. 51. lib. 2. & Soc. consi. 200. lib. 2. Neguśan. de pignor. in 3. membr. 5. par. princi. num. 36. ver. quinto fallit. Neque intrat, quod dicitur de dolo Petri Pauli, nam cum lege permittente id fecerit, non potest dici dolo malo fecisse, & Afflic. decis. 343. loquitur, quãdo lite pendente fuit facta liberatio. Non ob. allegatus stylus, quod non censeatur renunciatum huic exceptioni, quia cum sit decisorius, est plene probandus, & non sufficit informatio extraiudicialis, vt per Soc. in plurib. eius consilijs, & fuit late dictum in illa Venetorum pensionis coram me. del 1573.

Ad quartam, an liberatio Petri Pauli in fauorẽ istorũ de Aragonia, sit personalis, dicebant plures, quòd pẽdet ex facto, & Petrus Paulus posset cogi ad exhibendum liberationem, de qua in literis, aut alias ostẽdere in facto quomodo se habeat. Dicebant etiam plures, quòd si Io. Baptista non est censendus principalis, cessat omnis difficultas, quia cum sit renunciatum huic exceptioni cedẽdarum, & ipse Petrus Paulus possit liberare illos, non est amplius in istis elaborandum.

Circa vltimam tenebant plures, quòd neque etiã pro rata detur repetitio, & sententia in hac parte sit revocã-
5 da stantibus duabus regulis. Prima est, † quòd liberato vno ex pluribus correis debendi insolidum, cæteri remanent obligati insolidum. l. ab omnibus. vbi glo. & Bart. num. 2. ff. de leg. 1. facit rex. in l. pen. de duob. reis. l. si stipuler. §. fi. de fideiuss. secus si tenerenẽ p parte. l. si vnus. §. ante omnia. de pact. Bar. vbi supra, & stante alia regula, q
6 † quoad creditorem omnes obligati insolidum dicuntur correi debendi. Bal. in l. prima, & Bart. in l. fina. C. de duob. reis cum simil. ergo potest vnum liberare, cæteris remanentibus in obligatione. Quod ergo non sit locus
7 repetitioni etiã pro rata, probatur hac ratione, nã † vbi plures sunt insolidum obligati, non vr simplices fideiussores, tunc vnus soluens non habet recursum aduersus alium, ac si solus se obligasset ad solidum. Alberic. in l. idem est. ver. si autem videbitur. C. ad Velleian. arg. l. in rem. §. si duo. de nouatio. l. in lege Falcidia. ff. ad l. Falcid. Ronchegall. in l. 2. §. reos, nu. 34. versi. cæterum. de fideiussor. Nec ratio fideiussoris trahitur ad correos, in quibus est diuersa ratio. Salyc. in auth. hoc ita. C. eod. l. si duo rei. C. de solut. idem Ronchegal. nume. 38. ergo nihil est quod possit cedi cũ fideiussoribus, etiam quod teneretur adire Petrus Paulus, sed sibi imputet qui soluit. Nec placet alia ratio, quòd cum Ioan. Baptista protestatus esset se non teneri ad relevationem fideiussorum, non propter hoc non teneretur saltem ex sua fideiussione pro sua rata, & ex sua obligatione, quam Petrus Paulus non debuit liberare in præiudicium aliorum fideiussorum. & hoc placeret, si essemus in materia fideiussoria, quia
8 pro rata tantum teneretur, sed † videtur quòd magis simus in materia correorum, in qua, vt dixi, nõ datur recursus contra correos. Placet etiam locus Barto. in l. cum quis. num. 29. de condic. indeb. & ibi Ias. num. 19. qui volunt, quòd fideiussor rutus exceptione diui Adriani, si soluit, non repetit. l. si testamento. §. 1. de fideiussor. Barto. in l. qui except. de condic. indeb. idem sequitur Alberic. Ange. & Fulgos. & est communis, vt per Ias. sub d. numero 19. Ex quibus credo repetitioni, etiam pro rata, nõ esse locum, & in hac parte sententiam esse reuocandam: si autem soluit Dominus Hieronymus, agat contra Paulum principalem, qui recognouit bonam fidem, & promisit seruare indemnem &c.

ROBVSTERII.

Aquilan. releuat. indemnitatis. Veneris. 28. Iunij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor non tenetur in plus, quàm vere obligatus existit.*
2 *Creditor calculata ratione confitens creditum suum in certa summa pro residuo, fatetur totum præcedens debitum esse solutum.*
3 *Solutum per debitorem in dubio censetur solutum in duriorem causam, seu antiquiorem.*
4 *Obligatio etiam accessoria fideiussoris tollitur solutione eius, quod debetur.*
5 *Durior causa dicitur tam illa, quæ habet fideiussores, quàm illa quæ non habet.*
6 *Promissio de dando fideiussores intelligitur si creditor voluerit, & petierit.*
7 *Negatiua est probanda ab eo, contra quem est aliqua affirmatiua præsumptio.*
8 *Declaratio solutionum facta à creditore non nocet fideiussori, cui ius liberationis est quæsitum ex præcedentibus solutionibus.*
9 *Solutio facta à debitore non constituit fideiussorem in noua obligatione, nisi expressè consentiat, & num. seq.*
10 *Solutio facta virtute sententiæ, vel institutionis facit notorium ad obligandum fideiussorem.*
11 *Obseruantia dat fidem scripturis non authenticis.*
12 *Fideiussor non potest repetere solutum, si causam sciuit, ex qua resultabat sua liberatio, & habebat probationes ad illam probandam.*
13 *Coactus non dicitur, qui de facili potest impedimentum remouere. & nu. 20.*
14 *Notitia quælibet sufficit ad constituendum fideiussorem, ne solutum repetere possit.*
15 *Fideiussor potest id quod indebitè soluit, actione mandati repetere à principali debitore.*
16 *Decretum sine præceptum superioris excusat fideiussorem non negligentem opponere eius exceptionem, vel quòd illa exceptio non admittatur in illo loco.*
17 *Viro probo creditur in claris, & in facto ignoto, cuius datur probabilis ignorantia.*
18 *Iudex in ignorantia iuris dubij debet sequi id quod verisimile est.*
19 *Exceptio competens ex propria persona si non allegetur, postea non excusatur.*

DECISIO CXIII.

LIcèt per Camillum allegetur, quòd iura pro parte Bontij deducta non sint in forma probandi, tamen Domini pro nunc præsupposuerunt contrarium sine vĕri præiudicio, & voluerunt videre de releuantia,

leuantia, præsertim, quia, vt ponens retulit, quo ad iura in quibus Bontius fundat intentionem suam, videlicet, in instrumentis del 1563. in certificatoria. & in solutione Camilli del 1575. res nullam habet difficultatem, qa cùm per Camillum seu eius procuratorẽ producta simpliciter fuerit certificatoria, & per compulsum, & per procuratorẽ Camilli. fol. 7. q tamẽ postea fuit per eundem procuratorem pluries deducta, & in solutione per eundem Camillum saltem virtualiter approbata, & concessio portionis Petri Pucij del 1565. in fauorem Soderini facta, & ad cautelam producta, illa est subscripta per magistrum actorum, & ex certificatoria, & alijs satis adminiculata.

Ideo quoad primam partem puncti, an vere Camillus esset liberatus per solutiones factas à Soderino, dixerunt Domini, ꝙ ex instrumentis, & scripturis del 1563. & 65. & del 1575. apparet, quòd licèt Soderinus esset debitor cameræ regiæ in certa summa 13000. scutorum, tamen Camillus non fideiusserat pro eo, nisi vsque ad
1 summam 8750. scutorum, & † sic pro residuo vsque ad summam 13000. ipse Camillus non erat obligatus cameræ regiæ, quia limitata causa limitatum producit effectum, & cum camera regia in certificatoria calculatã rõne fateatur se remanere creditricem in summa 6094. scutorum pro residuo totius affictus 13000. scutorum
2 vltimi anni, fatetur † totum præcedens debitum esse solutum. glo. in d. l. si ex pluribus. in verb. reliqui. vbi Paul. Ang. Imo. & alij, de solution. & in l. si quidem. C. de transact. Guid. Pap. decis. 77. Roman. singul. 706. alias 699. Corn. consi. 33. col. 4. in fi. in secundo. Dec. in l. 2. in fi. C. de hæred. institut. Et ideo cùm non constet, quòd pro residuo supra summam 8750. scutorum Soderinus de-
3 derit fideiussores, Dñico instituerunt regulam, quòd † illud qđ per Soderinũ fuit solutũ supra d. summã. 6094. scutorum, in dubio censeatur solutum in duriorẽ cãm, l. in his. C. si ex plurib. l. cum, ex pluribus. de solu. cum alijs per Corn. consi. 91. numero 25. in primo. Paris. consilio 122. numero quarto, in 4. Dec. in l. si duobus, vbi Barto. & Paul. de Castr. de solut. Roma. consi. 94. numero 2. & ibi bona addit. Soc. consi. 24. num. 1. in 3. Barba. consi. 37. num. 14. cum seq. in primo. Rimin. consi. 297. nu. 3. cum seq. in secundo, & fuit resolutum in Roman. de Saterotis coram Robusterio 1576. Aut saltem in hanc causam antiquiorem. l. vbi fideiussor. de solut. cum alijs per Corn. consi. 128. num. 1. in 4. Paris. consi. 122. num. 7. in 4. & consequenter pro illa summa soluta fuit liberatus Camillus fideiussor, ex quo causa ipsius erat antiquior, &
4 durior, nam † solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio etiam accessoria fideiussoris. l. si pecuniæ. §. fina. vt in poss. leg. l. non est ambigui. C. de fideiuss. tutor. cum alijs per Ias. in l. debitori. nu. 4. C. de pact.

Non ob. quòd Soderinus promiserit del 1565. in dictis capitulis portionis Petri Puccij dare fideiussores regiæ camerę pro residuo istius affictus 13000. scutorum, & debeat considerari durior causa ista, pro qua tenebatur dare, & non dederat fideiussores, cum potuisset cogi & forte non poterat illos dare. Nam dixerunt Domini, quòd in his consideratur præcipue id quod est verisimile. Bar. & Ang. in l. 1. nu. 4. de sol. Corn. consi. 295. num. 2. in 3. Ideo cum non cõstet, qđ Regia camera vellet cogere Soderinum ad dãdum fideiussores pro reliqua sum
5 ma, sine † dubio rebus sic stantibus durior causa iudicãda est illa quæ habet fideiussores, quàm illa quæ non habet, licèt promiserit dare. Nam aliud est satisdare, aliud promissio de satisdando, sicut aliud est vendere, aliud pactum de vendendo. l. si quis stipulatus sit Stichum. §. fin. de verbo. oblig. cum alijs per Bal. & Ange. in l. 1. C. de pignor. act. Tiraq. de retract. conuent. in fi. nume. 41. præ-
6 fertim, † quia promissio illa Soderini in fauorem Regię cameræ de dando fideiussores, intelligebatur, si ipsa voluisset, & petijsset, late Ias. in l. vniuersa. C. de prec. imper. offeren. & cùm non appareat, quòd petierit, sed illũ admiserit ad totum affictum, & ab illo recepit affictus omnes dempta illa summa, videtur remisisse huiusmodi onus, quia voluntas non minus factis, quàm verbis ostẽditur. l. Paulus respondit. rem rat. habe. cum plurib. alijs per Aym. consi. 106. nu. 2. cum seq.

Non ob. quòd cùm Soderinus promiserit dare fideiussores, qui allegat non fuisse datos, debet probare. Sal. in auth. hoc amplius, q. 8. C. de fideicommiss. Corn. consi.
7 250. nu. 15. cũ seq. in primo, cum alijs per Aym. consi. 1. q. 3. nu. 7. cum seq. Hercul. in tract. de negat. nu. 16. Nam respondetur, quòd nullibi fuit negatum per Camillum hoc, quòd non dederit Soderinus fideiussores in reliqua parte affictus, quo casu non est probanda negatiua, vt post alios late Herculan. in d. tract. nu. 111. & 283. Præterea satis est, quòd debitum pro quo Camillus fideiussit, est antiquius, vt supra deductum fuit.

Non ob. dum dicitur, quòd in ipsa certificatiua dicitur, quòd fideiussores remanerent obligati, & sic Regiæ cameræ, in cuius facultate id erat declarare solutiones fuisse factas. Quoniam ista declaratio non est clara, vt
8 requiritur. Imol. in d. l. 1. col. 8. de solu. Nec † apparet, ꝙ fuerit facta tempore solutionum del 71. 72. 73. & 74. sed tantum del 75. de quo erat iam quæsitum ius fideiussoribus, & in eorum præiudicium non poterat amplius fieri declaratio. l. fi. de pact. Cy. in l. 1. §. 1. C. de solu. But. in l. 1. nu. 6. ff. eo. ti.

Non ob. dum negatur, quod Soderinus aliquid solue rit, quod saltem sciuerit Camillus, quoniam id aperte probatur ex certificatoria producta de mense Octobris, 1575. coram A. C. pro parte Camilli, & ex quietantia 2300. scutorum, in qua non solum facit mentionem de
9 dicta certificatoria, † ex qua infertur illius notitia. l. non est ferendus. de transact. cum alijs per Abb. consilio 19. col. 2. in fi. lib. 2. Corn. consi. 301. col. 4. in 1. Alex. consilio 39. nu. 6. in secundo, & consi. 118. col. 2. in 7. Aym. cõ sil. 26. nu. 3. & consi. 65. nu. 7. sed etiam soluit virtute il-
10 lius, & sic illam approbat, vt dicitur † de solutione virtute sententiæ, vel institutionis. l. 2. C. de iur. delib. l. ad solutionem. C. de re iud. declarant Bart. & alij in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 3. q. de verb. oblig. Dec. consil. 267. nume. secundo, & consil. 287. numero 15. Soc. iun. consil. 116. numero 44. in primo, Aym. consi. 158. num. 3. & consi. 159. nu. 5.

Nõ ob. dum etiam negatur obstare, quòd Soderinus esset obligatus Regiæ cameræ pro alia summa, quàm ꝙ qua Camillus fideiusserat. Nam id tollitur ex certificatoria, & quietantia prædictis. & ad hoc clarius ostendendum fuerunt producta capitula facta cum Soderino de toto affictu, subscripta per magistrum actorum, quæ fuerunt executa, & obseruata, vt patet ex certificatoria, & quietantia. Vnde si adesset aliqua difficultas circa fidem capitulorum, illa omnino tollitur ex obseruantia
11 subsecuta, quia † illa dat perpetuam fidem scripturis nõ authenticis. Cyn. inter cons. Bal. consi. 401. col. pe. versic. non obstat, quod non reperiatur originale. & consi. 492. nume. 9. in 5. Aym. consi. 101. & 284. & de antiq. tempo. parte 3. nu. 23. & par. 4. nu. 16.

Non ob. quòd ille fideiussor se obligauerit etiam per obseruationem contentorum in capitulis seu instrumẽto affictus, quoniam intelligẽdum est hoc respectu summæ 8750. scutorum, pro qua se obligauit, vt pluries dicitur in d. instrumẽto, ibi, & pro summa 8750. scutorũ,

& ibi

&ibi, & pro amendamento prædicto pro concurrenti quantitate dictorum 8750. scutorum, & bene in proposito considerat Dec.consi.25.nu.3. Neque ex eo, quod in d.instrumento dicitur ita, quòd soluta semel per ipsos fideiussores quantitate prædicta. 8750. scutorum, ad aliquam aliam causam non teneantur ex causa fideiussionis prædictæ, excluditur casus omnino similis, & illi à iure æquiparatus, & in eius locum subrogandus per solutionem dictæ summæ à principali factæ, etiam si pactũ istud per dictionem taxatiuam esset conceptum, vt late post alios Dec.in l.prima, nume.32. cum pluribus seq.& num.27.& 119. Quia tamen in hoc informantes ℣ Camillo allegant, quòd forma ritus regiæ cameræ summæ, iuxta quem Camillus ibi se obligauit, contrarium inducit, si hoc esset verum, aliud esset, quia hoc est exorbitans & inuerisimile. Domini pro nunc reiecerunt, & sic concluserunt, quòd Camillus de iure fuerit liberatus ipso iure.

Quoad aliã difficultatẽ, an Camillus fideiussor possit repetere summam, quam indebite soluit, Domini approbarunt distinctionem Bal. in l.constitutionem. nu.2. C. de vsur. Salyc.in l.si pro ea.num.12.& 13.C.mandat. Pa-
12 ris.consi.114.col.1.& 2. in 3. In ea parte, quòd † quando fideiussor sciuit factum, ex quo resultabat sua liberatio, & habebat probationes ad illam probandam, tunc non potest repetere. Nam cum fideiussor scit aut scire debet sibi competere exceptionem liberationis, & illam potest probare, non debet soluere, sed debet opponere exceptionem liberationis, & adhibere facilem hanc diligentiam ad liberandum se ab iniustis molestijs, alias est in culpa, & non repetit à principali, quod indebitè soluit. l.exceptionem, vbi Odofred. Bar. Bal. Pau. de Cast. & Ang. & omnes. in princ. de fideiussor. d.l.si fideiussor. §.si ignorans. C. manda. declarant Alex. consi. 57. nume. 1. in
13 primo, Paris. d. consil. 164. col. 2. in 3. quia † non dicitur coactus qui de facili potest impedimentum remouere. l. quibus diebus, vbi Bal. de cond. & demon. cum alijs per Dec. in c. primo, num. 4. de testibus. Nec habet mandatum ad soluendum indebitum. l. si procurator. vbi Bart. Castr. Ias. & alij. de condi. indeb. l. si procuratorem dedero. §. si ignorans. vbi Odofred. Bar. Bal. & alij, manda. idẽ Bar. in l. si fideiussor. eo. ti. in prin. & propterea inferebãt Domini, quòd cùm ex istis scripturis, de quibus habebat Camillus plenam notitiam, factum esset clarum, & probatio facilis, Camillus non potest excusari soluendo indebitum, & non potest solutum repetere, cum nõ appareat allegasse exceptionem liberationis, & suas defensiones fecisse.

Non ob. quòd principalis non notificauit ipsi fideius-
14 sori solutionẽ à se factam, pro vt tenebatur, nam † cùm, vt ex præmissis apparet, Camillus de illa habebat sufficientem notitiam, illa sufficit vndecunque prouenerit. Nam tex. in §. si ignorans, & in d.l.si fideiussor. cum simi. solum considerat ignorantiam fideiussoris.

Non ob. quod exceptio, quæ competebat Camillo, non competebat Soderino, quia Soderinus adhuc remanebat debitor pro reliqua summa 6094. scutorum: & iõ
15 † fideiussor particulari ratione liberatur, si non opposita exceptione, quę ipsum tantum tangebat, soluit. Potest nihilominus id quod soluit, etiã actione mandati à principali repetere, quia debitum principalis soluit, & principalis pro quo soluit, nihil potest illi opponere. d.l. si fideiussor. §. fideiussor. manda. & bene Salyce. d.l. si pro ea. num. 12. ver. hoc erat declinatoria, & versic. aut exceptio erat peremptoria. C. manda. Et omnia pro Bontio supra allegata procedunt, vbi exceptio seu liberatio tãgit vtrũque, hoc est ipsum reum principalem. Nam respõdetur, quòd Camillus non egit contra Soderinum, quo casu procederet obiectio proxime facta, saltem quoad processum ordinarium, sed processit contra Bontium confideiussorem, qui releuauit ipsum indemnem, & fideiussit tantum vsque ad d. summam 8750. scutorum, vt in instrumentis del 1563. Ideo respectu Bontij confideiussoris militant omnia supradicta, quia cùm ipse Bontius esset tantum fideiussor vsque ad d. summam 8750. illa soluta per Soderinum principalem sicut fuit liberatus Camillus, ita etiam fuit liberatus Bontius confideiussor, & sic respectu Bontij conceptio concernit vtrunque.

Non ob. quod decretum, & præceptum superioris ex-
16 cusat fideiussorem, quia † id verum, vbi facta debita diligentia allegatur exceptio, quæ competebat fideiussori, aut est verificatum, quòd illa exceptio non admitteba tur in illo loco, ita quòd nulla culpa scribi possit fideiussori: alias secus, vt per Alex. post alios d.consi. 57. nu. 1. 3. & vsque ad fi. in 1.

Nec ob. quòd Camillus credidit calculo facto per cõputatores regiæ cameræ, qui asseruerunt, quòd fideiusso res remanebant obligati, ideo sit excusandus, vt dicitur de eo qui credidit viro probo, & fide digno. glo. Barto. & alij in l. Titio fundus. de condit. & demonstra. quoniam
17 † verũ est, vbi assertio est clara, & in facto ignoto, & cuius datur probabilis ignorantia: sed non vbi est obscura, & ex inspectione apparet erronea, vt hic: nam certificatoria dicit summas illas fuisse solutas ab anno 71. vsque ad 74. Et postquàm erãt liberati fideiussores del 75. asserit, quòd fideiussores remanent obligati, quòd est erroneum, vt supra deductum fuit: ideo nullam excludit culpam, vt dicimus de titulo notorièerroneo, iniusto, vel nullo. Abb. in c. nouit. num. 20. de iud. & in ca. nisi esset. nu. 8. de præben. & in ca. 1. nu. 4. de concess. præben. in c. dudum. nu. 7. de decim. in c. nostra. in secundo corollar. ante fi. vers. secus dicendum. de rescrip. Balb. de præscrip. in 1. par. 3. princ. q. 11. Sarnen. in reg. de triennal. q. 33.

Vltimò nõ ob. quod sicut ignorantia facti excusat, ita etiam iuris dubij prout est istud, in quam causam censeatur facta solutio, quod dicitur esse arbitrarium. Quo-
18 niam † verum est, quòd ex circunstantijs debet iudex recedere ab istis regulis, cum debeat sequi id quod verisimile est, vt dicunt Doct. in l. 1. de solu. Corn. d. consi. 295. num. 2. in 3. sed illis cessantibus prout hic, cohærendum est regulis iuris de quibus supra claris, & indubitatis: & sic quando potest decerni, quæ nam sit communis opinio, dicitur ius clarum, & non excusat ignorantia iuris, multo magis, quãdo hæc iura sunt clara, & aperta. Ideo tenuerunt Domini, quòd ex alio capite Camillus non excusetur allegata ignorantia facti, vel iuris, & ei nõ suffragetur in casu isto.

Nunc allegat, quòd fecit diligentiam de intimando has molestias Bontio per vnum, & duos cursores de mẽse Octobris. 75. sed considerandum est, quod non cõstat ex actis, quod tunc Bontius esset præsens in vrbe, & latitaret. Item si probaretur forte hoc non releuaret, quia nihilominus debuit ipse Camillus allegare suam exceptionem coram illo iudice contra camerã, & non inti-
19 mare Bontio iam liberato, ex † quo Camillus habebat exceptionem ex propria persona competentem, iuxta tex. in l. idemque. §. generaliter. C. manda. cum alijs per Alex. consil. 57. numero 1. versi. & non videtur excusandus. nume. 1.

Item allegat longam carcerationem cum interesse quatuor pro centenario, & subhastationem castrorum.
20 sed † aduertendum est, quòd verisimiliter ista euitasset, si legitimam exceptionem coram illo iudice allegasset, & non dicitur coactus qui de facili potest impedimentum

remouere, vt post alios, Dec. in cap. primo, in 4. no. de testibus.

Ideo cogitent partes super istis, an Bontius per solutiones Soderini esset liberatus à tota summa, vel potius remaneret debitor in 1844. scutorum, & quod ex hoc sequatur.

ROBVSTERII.

Roman. de Soderinis. Veneris, prima Iulij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus habet tacitam hypothecam in bonis tutoris, vel alterius cuiuslibet legitimi administratoris.*
2 *Hypothecaria competit pupillo contra eius administratorem, etiam si hæreditatem non adiuit.*
3 *Filius habet hypothecariam contra patrem, siue sit adita hæreditas ipsius filij, siue non. & num. seq.*
4 *Pater etiam ante aditam hæreditatem filij tenetur actione hypothecaria, ex communi, reprobata opinione aliquorum, quòd teneretur tantum actione personali negociorum gestorum.*

DECISIO CXIIII.

FVit conclusum, quòd Paulus Antonius administra uerit bona d. hæreditatis vti legitimus administrator, seu pro legitimo administratore d. Alphonsi, quia habuit notitiã testamenti Alphonsi Strocij, vt ex testibus iunctis literis clare colligitur, & placebant informationes Parentij.

Fuit etiam tẽtum, quòd intret hypotheca D. Alphonsi
1 in casu de quo agitur, quia † vt dixerunt Domini, pupillus habet tacitam hypothecam vti quis administrat bona pupilli pro tutore, & pro legitimo administratore, putans se esse talem. vt in l. pro officio, iuncta glos. C. de administra. tutor. Negusant. & Bal. nouell. in locis allegatis. & allegabant similem glos. in l. dabimus. §. primo, de priuilegijs creditor. Ruin. consilio 94. numero secundo, cum sequen. in quinto. Rip. in l. quæsitum. §. si cum autẽ tutor. num. 9. & in fi. de priuileg. credito. & licet ibi Rip. dicat, quòd ista communis opinio est dubitabilis, tamen pro illa communi opinione allegabatur tex. in l. prima, §. pro tutore. & l. prima. §. dabimus. cum glos. in verb. priuilegia. de priuileg. credito. Alberic. in l. nec priuilegium. in fin. de priuileg. creditor. vbi extendit illam glos. dictę l. pro officio. ad alios similes. & Azo. in summa. C. de bon. quæ liber. Aret in. consilio vigesimonono, in principio.

2 Non ob. quòd sit adita hæreditas, tum † quia, vt dicebant aliqui ex Dominis, si hoc requisitum esset necessarium, opinio glos. in dicta l. pro officio. esset superflua, aut raro haberet locum. Et quemadmodum tutor putatiuus, cui non est delata hæreditas vere, tenetur hypothecaria, ita etiam ante aditam hæreditatem, vbi putat fuisse delatam, vel administrat pro legitimo
3 administratore. Et † vt dicebant hoc modo magis procedit in patre, qui tenetur conseruare bona, vt quandocunque filius adiuerit reperiat bona illæsa, & ita non attenditur, quod sit ab initio adita hæreditas, sed quod postea quandocunque fuit adita, vt pater ab initio teneatur actione hypothecaria. Hoc tamen apud aliquos habebat aliquam difficultatem, quòd ante adi-
4 tam hæreditatem † posset pater vti legitimus administrator administrare bona filij, & non teneatur hypothecaria, sed tantum vti negociorum gestor actione personali, dum maior pars tenuit, quòd glos. in dicta l. pro officio. sit vera, & applicetur ad casum de quo agitur.

ROBVSTERII.

Roman. deuolutionis tenimenti. Lunæ. 10. Iunij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Pœna caducitas in quibus casibus non annullet pactum de affrancando.*
2 *Pactum de affrancando non est correspectiuum, nec pars contractus.*
3 *Pactum de affrancando positum durante emphyteusi propter caducitatem estinguitnr.*
Idem etiam, quando simpliciter est positum in contractu, quia est correspectiuum, & pars contractus. nume. 4. 5. 6. & 11.
5 *Pactum correspectiuum annullatur, annullato principali contractu, ex communi, quamquàm aliqui in contrariũ teneant, vt nu. seq.*
7 *Pactum affrancandi positum in fauorem partis concedentis, quid operetur.*
8 *Copula, &, coniungit æquè principaliter.*
9 *Disiunctiua principaliter, & de per se disiungit, & extrema alternata sunt paria.*
10 *Sensus ille sumendus est, qui æquitatem seruat inter contrahentes.*
11 *Pactum affrancandi positum in fauorem vtriusque partis contrahentium, dicitur correspectiuum, & pars contractus.*
Idem quando conductor non soluisset canonem, nisi cum dicto pacto: & locator non consensisset pacto, nisi alius promisisset soluere canonem durante locatione. numero 12.
13 *Relatiuum, idem, refert eandem qualitatem, & dispositionem præcedentem.*
14 *Dictio, quotiescunque, habet tractum ad quodcunque tempus futurum.*

DECISIO CXV.

QVoad primam partem puncti, quænam sit communis opinio, & tenenda super eo, ℣ pœna caducitatis annullat pactum de affrancan-
1 do, vel ne. Domini constituerunt aliquos casus: nã † quãdoque quis vendit, & postea conducit rem cum pacto affrancandi, aut locat rem propriam cum pacto redimendi ex interuallo, aut instrumento separato, ita ℣ non potest considerari correspectiuitas, aut si considerari potest, illa tantum refertur ad venditionem. Et in istis casibus firmabant, quòd pœna caducitatis habet locum solum in casu in quo imposita est, & non extenditur ad alium casum, & sic non annullat pactum de affrancãdo tanquàm res separata & de per se stans, & ita expresse distinguit Cepol. de simulat. contract. præsump. 2. circa fi. & ita etiam loquitur Alexan. consil. 228. nume. 5. & ibi hoc aduertit addit. lib. 6. ita etiam intelligebant Barbat. consilio 51. numero 22. cum sequen. in prin. dum facit vim in separatione, & præsupponit, quòd ius redimendi competeret antea: nam dicit, quòd non censetur recessum ab illo iure recuperandi propter acceptionem illorum bonorum in emphyteusim. eodem modo inducebant Dec. in l. in bonæfidei. nu. 11. C. de pact. quia ipse

2 transit cum Barba.d.consi.51.allegat,quòd † in pœnalib. non fit extensio,& quòd istud pactum nõ potest dici cor respectiuum,nec pars cõtractus, quia est pro eadem par te,& in fauorem recipientis, & quòd licèt tollatur contractus principalis, non tollitur accessorius,vbi non habet correspectiuitatem successiuam, sed nomen tãtum, vt per Corn.quem allegat,consil.188.col.pe. in 3. & declarat idem Dec. in l. petens.in fi.C.de pact. sicque Dec. expresse loquitur in istis casibus vbi non potest considerari correspectiuitas respectu emphyteusis.Gozadin.consil.86.nu.26. est intelligẽdus etiam in istis casibus,quia allegat Cepol.Alexan.& Barbat.supra citatos,qui ita loquũtur,vt supra dictum est.idem Gozad. in l.2. nu.182. vsq; ad fi.C.de pac.inter emp. & vend.loquitur ẽt in istis terminis, vt paret in prin. vbi ponit q.hãc, & postea retinet semper eosdem terminos, & facit vim,q̃ in pœnalib. non fit extensio, & quòd correspectiuitas refertur ad vẽditionem,& adducit Cepol. & Barbat.& dum attestatur de communi opinione,est intelligẽdus in casu, vbi adest venditio,& non datur correspectiuitas ad ipsam concessionem in emphyteusim,sed tantum ad ipsam venditionem,& sentit idem quod apostil.ad Alex.d.consi.228.& licèt postea constituat tres conclusiones,tamen intrãt in alijs casib.qui non faciunt ad istos, de quibus nunc loquimur.Cagnol.in d.l.2. nu.167. loquitur etiam in istis terminis,& ponit eademmet,quæ ponit Alc.consil.109. nu.4.lim.2.li.6.& potest applicari ad istos casus, vbi non datur correspectiuitas,nisi quoad venditionem, quia solum allegat Barbat.d. consil.51. Et idem Aym. de antiq. temper.par.4.nu.85.& Bursat.consi.6.nu.24.& consilio 122.nume.16. Nam isti non declarant,an pactum istud sit pars emphyteusis, vel locationis, ideo tunc intelligendi secundum Cepol.& Barbat.quos allegant. In istis terminis vbi præcedit venditio, loquitur Menoch. de arbitrar.iud.lib.2.cent.3. cas.276.nu.20.

Aliquando est factum pactum de affrancãdo expressum durante concessione in emphyteusim,& † tunc illa
3 finita propter caducitatem non durat amplius pactum. Felyn.consi.25.nu.22. Gozad.in d.l.2.in fi.C.de pact.inter empt.& vendit.

Aliquando quis concedit simpliciter rẽ suam in emphyteusim, & simul in eodem instrumento dat facultatẽ ei affrancandi responsionem,& directum dominium,ta
4 liter,quòd pactum affrancandi † est correspectiuum, & pars dictæ concessionis in emphyteusim. Et tunc tenuerunt Domini,quòd annullato principali contractu propter caducitatem, annullatur etiam pactum affrancandi tanquàm correspectiuum,& pars d.contractus,& intelligatur illo soluente,& seruãte ea,ad quæ tenetur, & ista
5 sit communis,& tenenda opinio. † Nam illam tenẽt Cepol.in d.tracta.de simulat.contract. præsump.2. in fi.vbi ita distinguit Salyc.in l.2.nu.3.C.de iure emphy.Fel.consil.25.nu.20. cum seq.Ias.in d.l.secunda, nu.5.C.de iure emphyt.Crot.consi.49.in prin.Bolognet.in d.l. petẽs.numero 77.C.de pact.add.ad Alex.d.consi.228.nume.5.& ad Dec. consi.153.nu.69. cum seq. & est de mente Dec. in d.l.in bonæ fidei.num.11.& in d.l.petens.in fi.Vbicũque datur correspectiuitas successiua, & continua, seu quæ duret, non quæ momento temporis consumitur, idem etiam est de mente Gozadi. & Cagnol.in d.l.2. C. de pac.inter empt.& vend.dum considerant correspectiuitatem cum venditione,& sentiunt idem quod addi.ad Alexan.& Dec.vbi supra. Quæ opinio comprobatur ex l. quæro. §. inter locatorem.& ex l.item quæritur.§.qui impleto.vbi Bal.& Salyce.loca.& ex l.fundi partem.de contrahen.emp.& late Felyn.d.consi.25. nume. 20.ante fin. 21.& 22. & Bolog. Bero. & Add. ad Alexan. & Dec. vbi supra, & cùm in isto casu præsupponatur pactũ esse correspectiuum, & partem principalis contractus emphyteusis,sine dubio qui non obseruat contractum, non potest agere ex illo, & intrant aliæ regulæ iuris, de quibus per eos.

Non ob. quòd aliqui teneant contrarium. nam Barb.
6 d.consi.51. & alij supra relati in illo casu non merentur allegari in contrarium, vt supra dictum fuit, & Viui. de commun.opin.in verb. emphyteuta,num.94. non distinguit, & loquitur inauduertenter fundando se contra Veronen. cùm Barbat. & Dec. qui vt supra dictum est, non contradicunt, vbi datur correspectiuitas successiua, vt præsupponimus in casu isto ex his quæ statim dicentur.

Non ob.quòd Alciat. in d.l.petens.numero 30. cum sequen. neutram teneat opinio. sed cum Cum. consilio 65.sentit,quòd non potest reluere, nisi directum dominium, quoniam recte respondet Bolognet. ibidem numero 77. procedere, vbi clare constaret de mente contrahentium, quòd voluerint pactum durare etiam resoluto principali contractu, alioquin sine dubio resoluto principali contractu emphyteutico resoluitur etiã istud pactum, vt ibi bene per eum.

Non ob.quòd Alciat.de præsump.reg.3.præsump.45. numero 3.cum sequen. & in l.petens.considerat nouam rationem, quòd pactum non dicitur pars contractus verè, sed per legis interpretationem, quæ fingit non esse contractum,iuxta l.lecta. si cer.per.& pœna trahitur tantum ad casum qui vere, & proprie continetur in dispositione, non autem ad casus improprios, vt ibi per eum: quoniam licet dicatur hic, quod annullato principali contractu est annullatum pactum accessorium, non tamen ex eo est,quòd pœna trahatur ad pactum, sed ex eo quod cadit à commodo contractus ex tacita conditione, quæ inest ipsi pacto, si alius obseruabit promissa, vt in l.cum proponas. vbi Dec. C.de pac.& in d.l.quæro. §. inter locatorem, vt per Salyce. in d.l.secunda, numero 3. C. de iur.emphyt.Felyn.in d.consil.25.nume.secundo,in fi.& bene per Bolognet.in d.l.petens.numero 77. ante fi. ex d.l. fundi partem. de contrahen. emp. Secundò, quia quoad accessoria indiuidua, vt hic, pœna operatur effectus suos, sed in accessorijs diuiduis, vt ibi, sequeretur absurdum, vt bene post alios per Aym.de antiq.tempor. par.4.post nu.86.in 5.9.& 12. limitatione.

Quoad secundam partem resoluerunt Domini,quòd in casu isto cõtractus isti sunt correspectiui,& vnus pars alterius.

Primò, quia in instrumento concessionis huiusmodi adest pactum, quod secundum Dominos tollit omnem difficultatem ibi,pacto etiam expresso, & ibi,vel si dicta recompensa &c.fuit enim contractum,quòd quotiescũque Franciscus offerret,& daret aliquam æquiualentem recompensam, posset d. locum liberare, vel si dicta recompensa per D.Generalem reperta, & oblata foret, teneretur idem Franciscus illa recipere, & Generali dare,
7 & consignare.ex † quo pacto aperte colligitur, quòd pactum affrancandi fuit concessum etiam in fauorem Generalis,& fratrum cõcedentium tenimentum, quia ipsi etiam poterant cogere Franciscum ad affrancandum, vt liquet ex claris verbis pacti, quæ faciunt cessare cauillationes aduocatorum. Bald. consilio 174. in fine libro secundo. Nec videtur admittenda responsio exemplo data, quòd versicu. vel si dicta recompensa, intelligatur, vbi Franciscus dedisset, aut dare obtulisset recompensam, quia illa facultas data Generali stat æquè principaliter,& de per se,& non consecutiuè, & accessoriè ad
8 facultatem datam Francisco. Nam † sicut copula,&, coniungit æque principaliter.capi. si eo tempore. de rescrip.

lib.

lib.6.Bar.in l.prima, in prin.de pecul.legat. Ægid. decis. 48.Sarnen.in reg.de inform.q.34.numero 3. in fin.cum seq.Franc.in cap.dilecto.q.43.& Dec.nume.7. de appel-
9 la.Ruin.consi.114. numero 4.cum seq.in 4.ita † disiunctiua principaliter, & de per se disiungit; nam extrema alternata sunt paria, vt inquit Bal.in l.prima,numero 21. C.quando prouoc.non est necef.Franc.in d.cap.dilecto.
10 q.22.& Dec.numero 6.Tum † etiam, quia ex duob.sensibus sumendus est ille, qui æquitatem seruat inter contrahentes,& iustior est,& minus habet absurditatis.Bal. consi.218.col.prima,in fi.in 3.cum alijs per Aym.consilio 70.numero 1.11.& 13.& 14.sed absurdum videtur, & contra naturalem æquitatem,vt Franciscus prædictus potuisset redimere quandocunque absque aliqua præfinitione temporis.voluerunt ergo contrahentes æqualitatem seruare;& huic rei virtualiter aliquod tempus præfinire statuendo, quòd Generalis etiam posset hanc recõ
11 pensam inuenire. Vnde † cùm istud pactum affrancandi sit etiam in fauorem Generalis, & fratrum, & non in fauorem Franciſci tantùm,apparet sine dubio, quòd est respectiuum,& pars locationis,vt considerãt Doct. præsertim Iacob.de sancto Georg.in d.l.in bonefidei,nu.11. cum plurib,seq.& Dec.ibidem nu.11. C.de pact. Secundò considerabant Domini correspectiuitatẽ,& alio mo
12 do,vt considerant Doc.in vltimo casu supradicto,quando conductor non dedisset tantum canonem, nisi cum hoc pacto,& pariter locator ipse non consensisset pacto de affrancando, nisi alius promisisset soluere canonẽ durante locatione: & ideo intrant d.l.fundi partem.de contrahen.emp.& d.l.quæro.§.inter locatorem.loca.Saly.in d.l.2.numero 3.C.de iure emphyt.Felyn.d.consi.25.numero 20.in fi.cum seq.Bolognet.in d.l. petens. num.77. in fi.sicque non procedit, quod inquit Dec.in d.l. in bonæ fidei, numero 11. quòd istud pactum respicit vnam partem secundariam: immo cùm sit in eodem contractu, vtranque partem concernit, & est pars ex cõtemplatione alterius factus,vt post Bal.Soc. & alios bene deducit Dec. consil. 636. numero 8.considerabant etiã quòd
13 in instrumento dicitur, pacto etiam expresso, quòd idẽ Franciscus &c. relatiuum enim,idem Franciscus, refert eundem Franciscum cum qualitate, de qua supra scilicet conductor.Bart.in l.prima,in prin.de recep.cũ alijs per Aymon.consi.45.nume.4.& consi.98.nume.8. sicq; pactum de affrancando est factum cum qualitate conductionis,& durante cõductione,quo casu pactum vlterius non extenditur,vt bene per Felyn.d.consi.25.nume ro 23.Gozadin.in l.secunda, in fi.C.de pact. inter emp. & vendit.Quartò,quia quod in pœnam aufertur, nõ est restituendum, vt C. de his, quæ pœn. nom. his restitu. immo ecclesia afficeretur maximo damno: nam cum ex deuolutione acquisiuit meliorameuta, teneretur pro pretio,quod constitutum fuit pro directo dominio, dare directum, & vtile, quòd est absurdum, vt bene deducit Cum.consi.67.in princ.Alc.in d.l.petens, num.20.& Bolognet.nume.77.C.de pac.& de præsump.reg.3.præsumpt.45.nu.3.cum seq.

Neque ob.quòd in pœnalibus non fit extensio, quia nulla hic fit extensio, sed cadit iste à commodo contractus, vt dictum fuit.

Vltimò non ob. quòd correspectiuitas sit momentanea,& non successiua, vt inquit Dec.in d.l.in bonefidei. nu.11. & in l.petens. in fi.C. de pac. Nam clara res est in
14 casu isto,q̃ correspectiuitas est successiua,quia † dictio, quotiescunque,non momento temporis finitur, sed tractum habet ad quodcunque tempus futurum, l. vxor. §.testamentum.de leg.3.l.1.in prin. de vacat.mune. Ideo correspectiuitas est successiua, & nõ momentanea. Bal.

ROBVSTERII.

Ragusin. matrimonij. Lunæ.7. Maij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad interessendum non dicitur esse nullum,quotiescunque effectus aliquis potest sequi.*
2 *Dispositio facta per verba denotantia certum numerum, si est facta ad certum effectum,potest procedi ad alium numerum,donec sit sequutus effectus.*
3 *Procurator constitutus ad certum terminum non potest dici ad certum tempus.*
4 *Terminus prorogatus dicitur idem terminus quoad ipsum qui obtinet,vel consentit,sed non quoad tertiũ,vel aliũ.*
5 *Procurator constitutus ad acceptandum beneficia vigore spectatiuæ, & capiendum possessionem eorundem, non potest capere possessionem,nisi beneficiorum comprehensorum sub dicta expectatiua.*

DECISIO CXVI.

PLacuit RR.Dñis in hac positione reseruare ad partẽ ea quæ dñr de nullitate,ex eo q̃ testes non fuerunt examinati super oĩb. nec fuerũt euacuata interrogatoria oĩa, & alia vt hic p informantes D.Georgij, q̃ remiserunt ad partẽ, si videbitur,discutiẽda. Et quoad nullitatẽ ex defectu mãdati ex eo, q̃ mandatũ esset restrictum ad interessendũ executioni retroscriptarũ literarũ remissorialiũ, resoluerũt Dñi, nullã esse nullitatẽ isto respectu.nã Dñi intelligunt, vt ille esset constitutus ad interessendũ cũ effectu executioni retroscriptarũ literarũ remissorialiũ, quotiescunq; sequutus fuisset realiter effectus executionis dictarũ literarũ remissorialiũ p exami
1 testiũ super illis factũ, quo † casu nõ finitur mandatũ p primã remissoriã non executã, cũ nõ sit secutus verisimilis effectus cõstituentis.Bal.in l.inuitus.nu.8. C. de proc. cũ alijs per Tiraq.in l.boues.§.hoc sermone.in 6.limit.& p informãtes Tellæ.Neq; refert, q̃ mandatũ sit restrictũ ad retroscriptas literas, & quod illę expirarunt p lapsum termini,& sic p nouam remissoriã, q̃m relatio mãdati ex verisimili mente mãdantis nõ fuit restricta ad terminũ in literis cõtentum, cũ non fuerit secutus effectus examinis testiũ, sed ad cõtenta in dictis literis, vt q̃cunq; exe-
2 querentur,d.procurator posset comparere, † q̃m licèt dispositio fiat p verba denotantia certũ numerũ, si illa est facta ad certũ effectũ,põt procedi ad aliũ numerũ,quousq; sit secutus effectus. Rom. & alij per Tiraq.in d.6.limit.ver.subdit aũt Romanus. Nõ ob. quod objiciebatur p vnũ ex Dñis, quod mandatũ pendet à volũtate constituentis, & cẽsetur datũ assertũ terminũ contentũ in d.literis remissorialib. quo elapso ipso iure spirat mandatũ. Spe.in ti.de proc.§.rõne aũt formæ.nu.13.Et quod non conualidatur ex iure, vel facultate postea superueniente.
3 Rot.Dec.& alij p Aym.consi.153. nu.14.Nam † rñdetur, q̃ cum verisimilis mens,& principalis intentio cõstituẽtis fuerit constituere tantum procuratorem ad illũ terminum expressum in remissoria,scilicet vt cũ effectu interesset executioni literarũ remissorialiũ,nõ põt dici, qđ iste procurator fuerit constitutus ad certum tps, præsertim si non fuerit secutus effectus, vt supra deductum fuit: alioquin sequeretur, quod si in tempore fuisset facta prorogatio, procurator non posset interesse exe-

4 cutioni, quia † terminus prorogatus dr̃ idem terminus quoad ipsum qui obtinet, vel consentit, sed non quoad tertium, vel alium. Dec. in c. de causa. col. 4. vers. quarto limitatur. de offi. deleg. Sed in istis inspicimus magis verisimilem mentem, & ipsum effectum, quàm rigorem verborum, & istas iuris subtilitates, vt supra deductum est.

5 Non ob. quod alius dicat, q̃ † procurator constitutus ad acceptandum beneficia vigore spectatiuæ, & capiẽdũ possessionem eorundem beneficiorum, non posset capere possessionem, nisi beneficiorum comprehẽsorum sub dicta spectatiua, quoniã casus est satis diuersus, & ex supra dictis apparet. Alia nullitas ex alio defectu mãdati, & iurisdictionis, & cæteræ nullitates considerate per informantes tanquàm illę quæ proueniũt ab interrogatorijs fuerunt per Dominos reiectæ, & simpliciter Dñi transierunt cum rationib. informãtium pro parte Hiellę, quas laborioſum esset magis, q̃ vtile hic trãscribere. Et quoad nullitates, vel defectus cõcernẽtes interrogatoria sunt cõsiderãda, quę dicuntur in folio separatim partib. dando.

ROBVSTERII.

Roman. hæreditatis. Veneris, 10. Decembris. 1568.

SVMMARIVM.

1 *Intentio principalis statuentium est fauor publicus.*
2 *Matrimonium est fauor publicus.*
3 *Statutum in dubio est iudicandum fauorabile, & non odiosum.*
4 *Matrimonium est fauorabilius dote.*
5 *Dispositio dotium restrictiua dicitur fauorabilis, & non odiosa.*
6 *Pœna assumit naturam principalis dispositionis.*

DECISIO CXVII.

1 MAior pars tenuit, q̃ statutum de quo agitur, est fauorabile, licèt contineat pœnam. Primò, q̃a † principalis intentio statuentiũ est fauor publicus, & habent pro fauore publico ea quæ narrãtur, vt pluries possint nubere. Ideo tota dispositio est regulãda à principali intentione statuentium ex l. qui exceptionẽ, cum alijs cumulatis per Tiraq. in locis allegatis. Secũdò ex l. hoc modo. ff. de cond. & demonstra. in fi. ibi, legem
2 † enim vtilem Reipublicæ sobolis. ſ. procreandæ causa
3 latam adiuuandam interpretatione. Tertiò, quia † in dubio statutum est iudicandum fauorabile, & non odiosum. Bald. in l. 2. C. qui ad liberta. cum alijs per Tiraq. in prædicto nu. 56 seu 66.

Non ob. quòd est contra dotes. Quia dicebant, q̃ facere mulieres indotatas, est odiosũm, sed non restringere
4 dotes, vt in ti. de inof. dot. Item † dotes restringũtur hic fauore matrimonij, vt plures possint nubere, & matrimonium est fauorabilius dote, quia dos propter matrimonium est fauorabilis.

Non ob. quòd impeditur dispositio & moderatio rei proprię, quia hoc fit ex causa publica, & fauorabili, vt
5 plura sint matrimonia, † quo casu dispositio est fauorabilis, licèt sit contra regulas iuris communis, vt in prodigo, & alijs adductis per informantes.

Non ob. q̃ sit pœnalis, quia inspicitur principalis intentio, & dispositio, quæ si est fauorabilis, facit totam di-
6 spositionem fauorabilem etiam quoad pœnam, quę † cũ veniat accessorie, assumit naturam principalis dispositionis, præsertim cùm dispositio, & transgressio statuti si non esset ista pœna, esset aliàs elusoria, & non operare-

tur. Item, quia hic non agimus de ipsa pœna, sed de principali dispositione statuti, quæ est fauorabilis. Couar. var. resolut. lib. 1. c. 11. nu. 5. cum seq.

ROBVSTERII.

Roman. fideicom. de maximis. Veneris. 6. Octobris. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum debet claris, & apertis verbis induci: aliàs non præsumitur.*

DECISIO CXVIII.

1 PLures ex Dominis inclinabant pro non fideicommisso † ex cons. Ale. 139. lib. 6. Dec. in consil. 218. nu. 6. ver. vlterius. & nu. 7. 8. & 9. & cõsi. 287. nu. 1. & seq. & cons. 323. nu. 2. ver. venio ad secundũ gradũ. cũ nu. seq. & consi. 357. in prin. & nu. 1. & consil. 511. nu. 1. & 2. ver. quantũ ad 3. & cons. 185. nu. 1. ver. siſi. & nu. seq. Iaſ. consi. 228. col. 3. in prin. ver. 2. pro eadem par. libro 1. Rui. consi. 153. nu. 5. li. 2. Parisi. cons. 75. nu. 4. & seq. li. 2. Soc. iun. cons. 111. nu. 30. & seq. lib. 1. vbi de communi. & cons. 4. in prin. lib. 3. Natt. cons. 191. nu. 7. & cons. 200. nume. 6. li. 1. Et fuit resolutum in hac eadem causa die vltima Aprilis. 1574. corã Robust. quia oẽs clausulę sequentes pendent ab illa conditione, si sine liberis decesserint, & cum oẽs filij Dñici senioris decesserint cum filijs, excepto Iuliano, oẽs aliæ substitutiones euanuerũt. Et hoc videbatur procedere sine difficultate quoad tres quartas illorũ qui decesserũt cũ filijs. Et difficultas solũ intraret in quarta parte Iuliani, qui nõ habuit filios, q̃ esset modici momenti quoad creditores, & nihilominus in ea adest illa clausula, & sic rõ quæ ostendit, q̃ oĩa sequentia stant continuatiue, & non de per se. Itẽ adest prohibitio limitata ad filios, & hæredes tm̃, quæ ostendit fideicommissum p̃cedens vlterius non se extendere. Verum Dñi, q̃a creditores plures sunt negligentes, noluerunt capere resolutionẽ, sed dixerunt, vt faciã satisfacere creditores ex cã mercedis, & pro male ablatis, vt est illa pp hãc inclinationem, & confessionem D. Horatij, & illi inferret grauę præiudicium, noluerunt capere simplicẽ resolutionẽ.

ROBVSTERII.

Roman. pecuniaria de Sassetis. Lunæ. 14. Maij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Partes possunt facere, vt cedula priuata habeat vim publici instrumenti.*
2 *Regula, qui vult vnum, vult omne necessarium antecedens ad illud, procedit etiam in contractibus, & dispositionibus stricti iuris.*

DECISIO CXIX.

QVoad primã difficultatẽ, an p̃ summa 500. scutorũ de qua in apocha, potuerit p̃cedi executiue circũscriptis facultatib. A. C. tenuerũt Dñi,
1 q̃ possit p̃cedi, q̃a † partes p̃nt facere, vt cedula priuata habeat vim instr̃i publici, & dare viã executiuã in oĩbus prout in obligatione camerali. Et in his quæ sunt iuris, idem est esse talem, & haberi pro tali. Non ob. quod non sit data facultas extendendi, quia satis est, quod sit dictum, *che la presente habbia forza & vaglia come se fosse obligatione*

1 *obligatione in forma camerę.* Nã † & in sententijs, & cõtractib. & alijs dispositionib. stricti iuris, qui vult vnum, vult omne necessarium antecedens. Item iudex succedit loco partis, & dare potuit hanc facultatem extendendi, nam qui extẽdit declarat, & nihil de nouo inducit. Quoad secundam an stantib. facultatib. A. C. potuerit coram Gubernatore procedi ad executionẽ cameralẽ. Dñi attẽta serie facti, p̃sertim stante quadã attestatione extraiudiciali illiusmet Locumtenentis A. C. qui remisit cãm Gubernatori, tenebant, q̃ Gubernator potuit procedere stãte remissione causæ huiusmodi p̃ Locũtenentẽ A. C. qui licet attentis verbis remissionis nõ videatur voluisse dare facultatẽ nouã, sed tollere impedimẽtũ, vt si posset vigere suæ facultatis, p̃cederet, tñ quia Locũtenẽs attestatur de veritate facti, dixerunt, q̃ esset bonũ ad cautelã impetrare cõmissionẽ sanatoriã processus si quis defectus interuenisset, ne ex litib. suscitentur litis: esset. n. defectus iurisdictionis, si adesset defectus aliqs. Quoad tertiã partem plures tenebant, q̃ non cõstet de aliqua satisfactione 500. scutorum de quib. in dicta apocha, & si sic dareẽ commissio sanatoria ad cautelam, esset procedendũ ad vlteriorẽ executionẽ in fauorẽ Bernardi pro d. summa. Nã placebant fundamenta informantiũ pro Bernardo.

ROBVSTERII.

Firman. attentatorum. Die Ianuarij. 1577. & 7. Iunij. 77. confirmata.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest ex causa aliqua vrgenti per eum necessariò exprimenda, deuenire ad petitorium, omisso possessorio.*
2 *Appellare non licèt à sententia data in possessorio.*
3 *Sententia ad effectum exprimendi causam dicitur merum interlocutorium.*
4 *Relatio ad acta facit notorium, vbi non est necessaria inspectio actorum.*

DECISIO CXX.

FVit resolutum, q̃ videatur de bono iure, & de iustitia snĩæ R. D. A. C. quia ista attẽtata sunt turbida,
1 quo † casu põt iudex omisso possessorio, vel alio iudicio priuilegiato deuenire ad negotiũ petitorij, & fuit conclusum in Hostiensi littoris maris corã R. D. de Rubeis de mense Decẽbris. 1575. quia Dñi pro maiori parte tenebant, q̃ in casu isto fuit necessaria exp̃ssio causæ,
2 cũ iudex habeat regulã pro se, q̃ † à snĩa lata in possessorio non licet appellare, vt constat ex cõstitutione Egidiana, quæ ligat ẽt hic in curia propter confirmationẽ Pauli Tertij. Ideo si pars prætendit esse in aliqua limitatione, dẽt illã loco causæ specifice exprimere in appellatione, vt hic bñ deducit in informatione Valerij & Octauij.

Non ob. q̃ snĩa huiusmodi haberet vim diffinitiuæ.
3 Qm̃ † ad effectum exprimendi cãm dr̃ continere merum interlocutorium, vt hic p̃ informantes, & idem in simili de sententia de exequendo, dicunt Aret. in l. fi. in prin. ff. de verbo. obliga. Abb. in capi. quoad consultationem. in fi. de re iudic. vbi etiam Felyn. nume. 20. Capyc. decis. prima, num. 21.

Non ob. q̃ de æquitate sufficiat relatio ad acta, quę fa
4 ciunt notorium, quod † verum, vbi ex solis allegationibus suis detegit rem, secus vbi est necessaria inspectio actorum, vt tenuit Rota in nou. decis. 7. alias. 2. de appel. Cassad. decis. 5. de seq. poss. & fructu.

Nec ob. quòd satis sit expressa causa ex cedula, quia illę causæ tendunt solum ad grauamen, & iniustitiam, sed non ad complexitatem, quæ in isto negocio facit causam appellabilem, & gesta contra appellationem esse remedio attentatorum reuocanda.

ROBVSTERII.

Ragusin. matrimonij. Mercurij. 10. Nouembris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Verba matrimonialia denotantia tempus futurum inter partes prolata, important sponsalia, & non matrimonium. & nu. 12.*
Immo etiam si responsum fuerit à parte omnia esse perfecta ad contractum matrimonij, præterquàm quoad copulam. num. 2.
3 *Verba enunciatiua principaliter prolata non inducunt aliquã nouã obligationẽ, quando non agitur de liberatione.*
Nec etiam in actibus pendentibus à solo partium consensu. num. 4.
5 *Verba enunciatiua principaliter prolata, quando exprimunt certam causam etiam in actu obligatorio inducũt probationem, & confessionem, quæ superat aliàs probationes.*
6 *Relatum, vbi de eo constat, potius attendi debet, quàm referens, in his quæ pendent à solo consensu referentis, & referens aliter disponat.*
7 *Verba, contentus sum accipere Titiam in vxorem, inducunt sponsalia de futuro.*
8 *Verba, vis accipere in vxorem, prolata etiam in præsentia testium, & sacerdotis, & secuta sint oscula, non important matrimonium: immo nec sponsalia. nu. 9.*
Nec etiam operantur declarationem inductiuam. nu. 11.
10 *Verbum, volo, vel placet, in his quæ à solo animo loquentis pendent, iunctum infinitiuo non inducunt dispositionem de præsenti, sed tantum de futuro.*
12 *Copula præcedens neque conatus sequens ad copulam operantur matrimonium de præsenti contractum per verba matrimonialia importantia tempus futurum: nisi copula realiter sequatur.*
13 *Proprietas verborum debet attendi, nisi aliter necessitas cogat.*
14 *Actus attribuitur causæ proximæ, non autem remotæ.*
15 *Responsionis natura ea est, vt intelligatur secundum interrogata, vel secundum ea, quorum causa fit responsio.*
16 *Animus & voluntas ex qualitate, & modo procedendi cognoscitur.*
17 *Responsio seu voluntatis declaratio facta ad aliud finem, quàm de quo agitur, nullum operatur effectum.*
18 *Confessio vt probet contra confitentem, debet esse clara, & indubitata etiam verba impropriando.*
Actus præsumitur potius ex ea causa, quæ est minus præiudicialis, quàm ex alia.
19 *Perfectio triplex in contractibus consideratur.*
20 *Verba vbi sunt dubia, potius interpretanda sunt pro sponsalibus, quam pro matrimonio.*
21 *Verba matrimonialia recipiunt intellectum præsumptiuũ, in quo admittitur interpretatio declaratiua: non autem necessarium.*
22 *Infinitiuum est aptum ad omne tempus.*
23 *Verba, volo accipere talem in vxorem, recipiunt interpretationem pro matrimonio de præsenti.*
24 *Verba matrimonialia vniuersalia non debent restringi contra rationem recti sermonis.*
25 *Verba intelligenda sunt, vt aliquid operentur etiam contra regulas iuris.*

26 *Matrimonium perfectum essentialiter dicitur ex verbis de præsenti prolatis, licèt copula sequuta non fuerit.*
27 *Copula in matrimonio est de perfectione accidentali, non autem essentiali.*
28 *Declaratio interpretatiua colligitur etiam ex coniecturis.*
29 *Confessio quando non est ad obligandum, sed ad probandum, non attenditur, an pars sit præsens, vel absens.*
30 *Coactus non dicitur, qui non potest cogi, vel de facili potest impedimentum remouere,*
31 *Clausula, & si senseris, quid operetur.*
32 *Confessio matrimonij non nocet, quando verba matrimonialia sunt tantum apta importare matrimonium de futuro.*

DECISIO CXXI.

LIcèt 17. Iunij proxime præteriti proposita causa super eo, an responsio Georgij data ad inhibitionem Reuerend. Domini Archiepiscopi Ragusini, releuet in casu de quo agitur, & resolutum pro Georgio. Quia tamen Hiella tunc non informauit, proposui hodie causam super eisdem cum præsuppositio aliarum resolutionum, & præsertim illa sub die 14. Decembris, 1576. quòd verba matrimonialia inter has partes prola
1 ta à Georgio qui erat contentus accipere Hiellá in vxorem suam, important sponsalia de futuro, & non matrimonium de præsenti, qua resolutione stante fuit hodie
2 tentum per maiorem partem Dominorum, quòd † licet Georgius cum alijs responderit ad inhibitionem prædictam, omnia esse perfecta ad contractum matrimonij, præterquàm quoad copulam carnalem, hæc responsio non releuet ad effectum de quo agitur.

Primò, quia d. responsio de iure nullam nouam inducit obligationem, sed veterem in suis terminis relinquit.
3 Nam † regulariter verba enunciatiua etiam principaliter, & propter se, & cum causa prolata non inducunt aliquam nouam obligationem, quando non agitur de libe ratione l. Publia §. fina. ff. depos. declarat Bart. in l. ex hac scriptura, numero decimosexto, versic. si vero ad obligationem, de donat. & ibi Paul. de Cast. nume. tertio, Imo. nume. 9. versicu. item in quantum. Roman. numero 14. Soc. iun. numero 67. vbi dicit hanc esse communē opin. Moder. de Roger. nume. 83. versi. si vero ad obligationē. Vital. de Gamb. in ti. de verb. enunciat. in contract. nume
4 ro 13. fol. 142. Etiam † in actib. pendentibus à solo partium consensu, vt bene contra Cuman. deducit Soc. iun. in d. l. ex hac scriptura, numero 68. & ita in terminis verborum matrimonialium tradunt Alex. consi. 153. numero secundo, lib. 5. Dec. consi. 310. nume. 3. post med. ver. secundo considerandum est. Paris. consi. 59. lib. 4. Ferret. consi. 95. nu. 17. ante fi. cum seq. & Moder. inter cōs. matrim. consi. 83. nu. 18. in fi. cum seq.

Neque etiam d. responsio inducit probationem, seu confessionem Georgij de matrimonio cōtracto per ver-
5 ba de præsenti. Nam † licet verba enunciatiua principaliter, & propter se emissa, quando exprimunt certam causam, etiam in actu obligatorio inducant probationem, & confessionem, quæ superat alias probationes. Vital. de Gamb. in d. tit. de verb. enunciat. sub rub. quando verba enunciatiua proferuntur in actibus obligatorijs, vel liberat. fol. 172. Imol. in d. l. ex hac scriptura, nu. 9. Rom. numero 14. Soc. iun. numero 78. in fi. Constan. Roger. numero 63. in fi. Nihilominus in casu isto, in quo huiusmodi responsio habet relationem ad actum gestum, & illū
6 refert, & de illo actu gesto constat, attendi † potius debet relatum, quàm referens etiam in his, quæ pendent à solo consensu referentis, & referens aliter disponat, quia errore labitur cogitans, quòd ita se habeat veritas. Alex. consil. 49. numero 6. & 7. libro 7. & alij per Dec. consil. 63. numero 6. versi. non ob. quòd verba, & in capitu. Abbas. in fi. de offi. delega. Rip. in l. admonendi, numero 36. de iureiuran. & in his terminis matrimonij Ale. d. consi. 153. Dec. consi. 310. Ferret. d. consilio 95. Modern. inter consi. matrim. consi. 83.

Neque etiam dicta responsio potest inducere declarationem interpretatiuam dictorum verborum matrimonialium, quia huiusmodi verba matrimonialia, cōtentus sum accipere Hiellam in vxorē, sunt de iure clara, & ha-
7 bent certum intellectum. Inducunt † enim sponsalia de futuro, & nō matrimonium de præsenti, vt iam fuit resolutum, & nunc præsupponitur, & Domini hoc de nouo deducebant, tum ex eo, quia Host. Io. And. Card. But. Præpos. & alij in c. ex parte. de sponsal. referunt multa genera verborum nuptialium ambiguorum, & tamen inter ea non ponunt ista, vis accipere vxorem. Tum etiam, qa verba ista, volo te accipere in vxorem, non esse æquiuoca, firmat Bero. q. 6. nu. 5. circa med. versi. vel secundo. & consi. matrim. 60. numero 14. in fi. ibi, & clarum est. Tum etiā, quia vbi adest communis opin. Doct. ibi dicitur esse ius clarum. Put. decis. 223. incip. die 27. Martij prope fi. li. 3. At in casu isto absque dubio adest communis opin. Doc. volentium verba ista, vis accipere in vxorem, non importare matrimonium de præsenti, nam ita tenent Io. And. post Petr. in ca. ex literis. il primo prope fi. ver. nisi viderentur ponderanda. de sponsal. & sequuntur ibi Cardin. ante num. 2. vbi cum Io. And. distinguit But. nume. 9. circa med. versi. quandoque verbum, volo. Abb. nu. 15. post med. ver. quandoque verbum, volo vel placet, adijcitur. Anchar. num. 4. in fi. Præpos. nu. 6. ver. quandoque adiūgitur infinitiuo. Card. in cle. vnica, q. 20. num. 16. de consangui. & affi. & ibi Imo. in fi. post Paul. & Ioan. de Ligna. ibidem. Alberi. in suo repert. in verb. matrimonium. il 3. ante med. versi. secus vero. Alexan. consi. 155. numero 7. lib. 5. Afflic. super const. regn. lib. 3. rub. 19. num. 8. vbi vltra aliquos ex supra relatis allegat etiam Io. littere. Astē. & Stepha. de Caieta. & ibi loquitur in fortioribus termi
8 nis: quando † hæc verba, vis accipere in vxorem, sunt prolata in præsentia testium, & sacerdotis, & postea secuta sunt oscula, & in fine testatur pro hac opinione fuisse pronunciatum. hoc idem voluit Bero. d. quæstio. sexta, numero primo, & secundo. Couar. lib. 4. decretal. par. secunda, capitu. quarto, §. 1. numero 3. Nat. d. consi. 249. numero primo, in fi. & nume. secundo, & huius opin. fuerunt Legistę, Canonistę & Summistæ, vt in sum. Siluestr. in verbo, matrimoniū. il 2. q. 9. sum. Pisanel. in verbo, matrimonium, il 3. sum. Raymun. de matrim. cap. 4. prope fin. versi. finautem verb. infinitum. fol. 636. sum. Ange. in verbo, matrimoniumil secundo, numero 8. versi. si vero verbum infinitum, sum. Tabien. in verbo, matrimoniū, il
9 secondo, q. 9. nu. 10. ver. quando verbum volo. Imo † non defuerunt qui opinati sunt, ex istis verbis, vis accipere in vxorem, nec matrimonium de præsenti, nec sponsalia de futuro censeri contracta, & in hac opin. fuerunt Ioan. li tere. & Asten. vt refert Afflic. d. rub. 19. numero octauo, circa med. & Couar. vbi supra, numero 4. versi. in qua decisione. Vnde tam ex numero, quàm pondere, & auctoritate Doct. supra relatorum nulla est dubitatio, qn præ dicta opinio sit communis prout cōem fatetur Bero. d. q. 6. sub num. 3. & Didac. d. num. 4. Et mouentur omnes
10 prædicti, quia † verbū, volo, vel placet, in his q̄ à solo animo loquētis pendēt, si iūgitur infinitiuo, nō executionē, sed initium actus respiciēte, quale est infinitiuū, cōtrahere mr̄imoniū, accipere in vxorē, & dispensare, tunc non inducit dispositionem de pr̄ti, sed cōfert dispositionem in futurum. & in themate Corn. cōsi. 91. lib. 3. aderant verba prægnantia, an placeret accipere in sponsum, & maritum ß. ibi præsentem, & intelligentem, & in eum consentire per verba de præsenti, & interrogatio fuit facta vtrique parti præsenti, & intelligenti, & nihilominus Corn. ibi concludit contra matrimonium.

Ideò cum prædicta verba etiam de iure accipiant interpretationem pro sponsalibus de futuro, non est locus contra talem interpretationem declarationi interpretatiuæ. Paul. de Castr. in l. hæredes palam. de testamē. cum alijs per Sarnen. in regula de iur. quæsit. q. 13. Ant.
11 Gabriell. de reg. iur. conclus. 3. per tot. Nec † minus est locus inductiuè declarationi, in casu isto, nam licet copula carnalis particulari quadam ratione faciat trāsire sponsalia in matrimonium de præsenti, id tamen non potest facere hæc responsio, cum illa non inducat nouā aliquam obligationem, neque confessionem, aut aliam probationem amplius, quàm in primis verbis contineatur, vt ex præmissis apparet. Meritò non facit, quòd prima species conuentionis de per se transeat in aliam speciem. l. si ego. ff. si cert. pet. cum alijs per Roma. consi. 517.
12 num. 24. Et sic quòd † verba matrimonialia, quæ de sui natura inducunt sponsalia de futuro, transeant in matrimonium de præsenti, quod nec etiam præcedens copula, nec sequens conatus ad copulam id operantur, nisi realiter sequatur copula. c. veniens. il secūdo, de sponsal. Butr. in c. consultum. & in c. fi. eo. tit. Couar. super 4. Decretal. parte j. c. 4. §. 1. nu. 13. & §. 2.

Secundò principaliter mouebantur aliqui, quia etiā si huiusmodi verba matrimonialia, sum contentus accipere Hiellam in vxorem, nō essent de iure ita clara, quominus ex vsu, obseruantia, seu voluntate partium ex varijs circunstantijs collecta, possent recipere aliam interpretationem, & intelligi pro matrimonio de præsenti,
13 tamen † id est verum, quando res vrgeat taliter, vt non possit mens comparari cum omni sensu, & intellectu illorum verborum, aliàs absurdum est alienam, & impropriam supponere interpretationem, iuxt. vulg. reg. l. non aliter. de leg. 3. & bene declarat Corn. consi. 91. circa fi. versic. non ob. lib. 3. Si igitur præcedentia considerētur, illa non vrgent, etiam quòd D. Hiella probaret omnia, quæ ipsa prætendit, ita vt ex illis præcedentibus resultent sponsalia, & maximum desiderium Georgij ante diem 25. Decembris, quia non sunt compatibilia cum confectione scripturę sponsalium à Georgio prius oblatæ, & à fratre Hiellæ nō acceptatæ: satis enim desiderio ducendi in vxorem Hiellam consonat repetitio sponsalium facta post 14. annum completum, cùm sint præparatoria ad futurum matrimonium; adeo quod hucusq; nulla nos necessitas cogat ad interpretandum illa verba aliter, quàm proprietas ipsorum, & communis intellectus patiatur.

Nec etiam præcedēs tractatus quicquàm ad hoc nos cogit, tum quia non probatur tractatus de ducēdo Hiellam in vxorem per verba de præsenti, statim adueniente 14. anno, neque ex testibus, neque ex adminiculis, vt latè fuit deductum in alia resolutione 20. Maij facta. Tū etiam, quia non esset releuās tractatus in casu isto, quia fuit ex interuallo, & Hiella non esset præsens, nec frater ad id haberet mandatum, vt etiam aliqui ex Dominis tunc consideratunt.

Minus etiam facit ad hanc interpretationem confessio chirographi, cùm iam fuerit consideratum, quòd chirographus fuerit erroneus, cum partes commiserint notarijs, vt de hoc conficerent scripturam, & sic de hoc matrimonio futuro.

Neque etiam huiusmodi responsio Georgij ad dictā inhibitionem quicquam ad effectum, de quo agitur, facit, quia dicta responsio non fuit facta ad finem, & effectum declarandi præcedentia verba matrimonialia, sed solum ad effectum euadendi inhibitionem, & censuras, & alias pœnas arbitrarias in ea contentas, quod multifa-
14 riè deducebant. Tum † quia actus semper attribuitur causæ proximæ, non autem remotæ. Tiraquel, post alios cess. caus. limit. 20. num. 5. ante med. versic. vbi etiā illud dicit, q̄ illud, quod sequitur in continenti, censetur factum respectu actus præcedentis, vt bene Dec. post alios in l. certi condictio. §. si nummos. num. 13. versi. & quod sequitur. si cert. pet. Sed causa proxima fuit ipsa inhibitio, meritò actus responsionis illi tribui debet, non autem causæ remotæ, quæ poterat esse declaratio verborū
15 nuptialium, vel animi Georgij circa illam. Item † natura responsionis est, vt intelligatur, & restringatur secundum interrogata, vel secundum ea, quorum causa fit responsio. §. præterea. & ibi Doct. Instit. de inutil. stipulat. Sed responsio de qua agitur, fuit facta causa inhibitionis, meritò secundum illam debet intelligi, & restringi: nam verba intelliguntur, restringuntur, impropriātur, alterantur, & demum regulantur secundum subiectā materiam, quod procedet etiam si verba sint prægnantia. vt per Euerard. in loco à subiect. matrim. Tiraq. in l. si vnquàm. in verb. reuertatur. nume. 36. 37. & 38. C. de reuoc. donar. & late Crauet. in rubr. de leg. 1. num. 125. versic. secundo respondeo, vbi etiam ampliat, id potius tollerari, vt dispositio nihil operetur, quàm vt verba nō intelligantur secundum subiectam materiam: sed in casu isto subiecta materia est inhibitio. Meritò, &c.

16 Præterea, † animus, & voluntas ex qualitate, & modo procedendi intelligitur: nam si partes litigauerint coram aliquo Arbitro, vel Arbitratore, ex modo procedendi cognoscitur, an litigauerint coram eo tanquā Arbitro, vel tanquam Arbitratore, vt post Bart. & Alex. tradit Aym. in d. rubr. de leg. 1. num. 126. *Sed in casu isto, ex eo, quod non solum Georgius, sed omnes respondissent, item ex eo, quòd omnes exhibuerunt Notario cedulam pacti matrimonialis, instantes, vt ipse à principio vsque ad fin. illam legeret, item ex eo, quod rogauit eundem, quòd faceret Archiepiscopo relationem tenoris substantialis dictæ cedulæ, ac præmissorum omniū, clarè ostenditur, responsionem de qua agitur, factam fuisse solum causa inhibitionis. Et semper attenditur, quod principaliter dicitur, non autem quod in consequentiā fit, iuxta late cumulata per Tiraq. in reg. res inter alios acta, post princip. & actus iudicatur semper ex principali intentione agentium. l. si quis ne causam. in prin. & ibi Bald. & ceteri, in l. rogasti. in princ. & ibi quoque Bald. & alij. si cert. petat. cum alijs de quibus per Tiraq. de vtroq. retract. part. 1. §. 3. glos. 1. num. 4. Sicque negari non potest, quin ista responsio principaliter, & ex principali intentione respondentium facta fuerit ad euadendam inhibitionem, & pœnas in ea contentas: & propterea non debet attēdi, quod in consequentiam sequi posset, videlicet declaratio voluntatis Georgij circa verba nuptia-*
17 lia, nam † cum sit facta ad alium finem, non præiudicat ad istum de quo agitur, diuersum ab alio, vt bene post Bald. & alios per Alciat. in l. 1. §. si quis ita. ante fin. de verb. oblig. Et tantò magis, cùm videatur facta incidenter, ac accessoriè, non autem principaliter, & propter se, quo casu non præiudicat ad alium effectum. Glo. & alij per Abb. in c. at si clerici. in princ. num. 6. de iud. Crot. in tract. de testibus. part. 7. num. 280. versic. secundo fallit. & bene Dec. consi. 310. nu. 3. in fi. cum seq. Paris. cōsi. 59. num. 17. in quarto.

18 Præterea † vt confessio releuet, & probet contra cō-
fiten-

sitentem, deberet esse certa, clara, & indubitata etiã verba impropriando. Alex.cons.183.num.7.lib.5.Pedem. decis.19.num.10.Put.decis.30.lib.3.Mohedan.decis.37. Et datio siue actus præsumitur potius ex ea causa quæ est minus præiudicialis, & quæ minorem iactationem continet, quam ex alia, vt post Butr.cons.65.ad fin. tradit Aym.cons.106. num.11. Menoch.de arbitr.casu 88. num.3.in fi.sed causa inhibitionis est minus præiudicialis Georgio, quàm sit causa declarandi eius voluntatem circa verba nuptialia, cùm ex hac causa ipse obligatur. Et confirmatur, quia licèt hæc confessio contineat omnia esse perfecta ad matrimonium præter carnalem
19 copulam, non ideo concludit, nam † triplex in contractibus consideratur perfectio,conditionalis,legitima,& acquisitiua,Bal.in l.perfectum.& ibi Salyc.C.quando licea.ab empt.disceder.potest ergo intelligi etiam de perfectione conuentionali de ducendo Hiellam, ergo ex ea non est à verborum proprietate recedendum, cũ mens ijs compatiatur.& facit glos.in l.necessariò,in verbo,perfectam,de peric.& commod.rei vendic. Rursus hæc confessio est facta parte absente, & extraiudicialiter, quo casu non obligat.late post alios Vital.de clausul.tit.de verb. enunciat.confess.extra ius, num.12. post med. fol.158. Et est facta tempore quo nulla aderat ratificatio Hiellæ: ideo non potest habere vim matrimonij de præsenti. Neque hic cadit vllum adminiculum pro ratificatione istius actus gesti 25.Decembris.Nam omnia adminicula consensus Hiellæ,quæ dicitur ex transmissione munerum,sunt ante prædictam diem 25.post eam verò vsque ad diem ratificationis nihil omnino habemus quod arguat,neque scientiam,neque consensum Hiellæ. Remanet ergo hæc confessio sine vllo adminiculo pro se, & contra facti veritatem apparentem. Nam velle dicere Hiellam potuisse habuisse huius rei scientiam,& potuisse ante illam diem, qua emanauit confessio, ratificasse, nihil aliud est, quàm velle ex meris suspitionibus iudicare, quod non est admittendum, maximè in causa tam graui.

Neque etiam est attendendum ad hanc interpretationem narratiua fratris Hiellę facta coram matre Georgij,præsente eodem Georgio, vt plene in alia resolutione Domini dixerunt.

20 Vltimò mouebantur aliqui, quòd † vbi res est dubia, verba sunt potius interpretanda pro sponsalibus de futuro, & non pro matrimonio de præsenti, ex adductis per Add.ad cons.Alex.cons.125.num.2.

Et licèt maior pars ita tenuerit, nihilominus non obstantibus præmissis perstiterunt alij in contraria opin.q̃ d.responsio Georgij releuat ad effectum de quo agitur, & admittebant, quòd huiusmodi responsio non facit transire verba matrimonialia de futuro in matrimoniũ de præsenti per diem transitus. Et quod d.responsio nõ potest inducere aliquam nouam obligationem.Sed mouebantur dumtaxat ex capite declarationis interpreta-
21 tiuæ, quia † licèt alia verba matrimonialia de iure recipiant interpretationem pro sponsalibus de futuro, iste tamen intellectus non est necessarius, sed præsũptiuus, id est admittens probationem in contrarium per declarationem interpretatiuam, ita inquit Bald.in l.3. ante fi. C.commin.vel epistol. Aretin. consi.83. nu.5. & inquit Bart.in l.ab executore.num.7.de appell.quod declaratio interpretatiua intrat, vbicunque verba non sunt omnino clara, ita quod interpretatio non sit omnino extranea,vt inquit Butr.quem refert Soc.consi.145.num.2. in fin.cum seq. q̃ declaratio interpretatiua ex vsu,& obseruantia partium intrat vbicumque verba non sunt omnino clara, sicut de iure recipiant aliam interpretationem.

Et hoc non ex vi consuetudinis, sed ex vi verborum, vt inquit post alios Ias.in l.omnes populi. in 2.lectu. col.5. versi.non omitto tamen.de iust.& iur.Purpurat.in l.edita.colum.25.versi.& recipitur huiusmodi declaratio. C. de eden. quòd congrua dicitur declaratio interpretatiua,quæ saltem conuenit latæ significationi verborum.

Quod autem intellectus dictorum verborum à iure datus non sit necessarius, sed præsumptiuus, id est admittens contrariam declarationem, deducebãt ex doctr. Bart.in l.cunctos populos. num.3. C.de summ.trinit. & ibi Purpurat.num.32. Card.in c.ex literis. circa princip. uersi.fol.dic quod si contrahentes.de sponsalib.Cor. cõsi.91.num.7.in 3.Bero.q.6.in princ. Ferret.consil. 231. col.fin.Natt.consi.249.num.2.& consi.250.col.2.& seq.
22 Quia † infinitiuum, accipere,est aptum ad omne tẽpus. Glos.in verbo, daturum,& facturum.l.quintæ. §.stipulatio.de verb.obl.& ibi ẽt Bar.in prin.& Imo.prope fi.vers. in eadẽ glos.vbi reprehendit Ang.volentem, quòd infinitum comprehendit omne tempus. & Imo.vult,quòd sit aptum comprehendere. Abb.& Anch.in c.ex literis,nume.5.de sponsal.Gozad.in l.qui se patris,num.85.C.vnde libe. & fere omnes in l.serui electione, de legat.j. In
23 quibus locis Doct.admittunt, † quòd dicta verba,nolo accipere talem in vxorem, possunt importare & important matrimonium per verba de præsenti, quia nõ sunt ita clara pro matrimonio de futuro, quin etiam possint inducere matrimonium de præsenti, quando de mente partium constaret.vt per Doct.in d.c.ex literis, vel quando præcessit tractatus de contrahendo matrimoniũ saltem immediate, vel quando communiter in loco verba ista aliam reciperẽt interpretationem. vt per Ioan.And. in d.c.ex literis,prope fin.& ibi per Card.post prin.& per Couar.vbi supra, num.4.versic.vel si communis vsus.Vel quando interueniret Parochus, subharratio in facie ecclesiæ cum benedictione, amici, & consanguinei, tractatus sponsæ tanquàm vxoris, vt per Bero.d.q.6.in fine. Vel quando interuenerunt tripudia, conuiuia,oscula, & & alia quæ solent interuenire inter contrahentes matrimonia de præsenti, vt in cons.matrim.60.num.23. Vel quando deliberatè proferuntur,vt bene considerat Paul. de Cast.in d.l.cunctos populos, num.3.Purpurat.nu.35. de summa Trinit.vbi quod hęc multum pendent,an deliberatè proferantur. Couar. super 4.cap.4. §.j. num.4. Natta d.cons.249. num.3. post Butr.in d.c.ex literis, de sponsalib. vel quando facto ipso, aut alias tacitè nedum expressè id partes ostendunt. Soci.cons.86.num.4. vers. quinto & vltimo,lib.3. Gozad.in d.l.qui se patris,nu.97. C.vnde liber. Vel quando adsunt aliæ coniecturæ, nam & illæ ad hoc sufficiunt, Alciat.in l.serui electione, in si. prin.de leg.j.Riminal.cons.144.num.6.lib.j. nulla facta distinctione inter contractum & vltimas voluntates, vt bene Ruin.in d.l.serui electione, num.17.19.& 20.

Quòd autem Georgius satis hoc declarauerit in hac responsione,dicebant isti Domini esse indubitatum, præsertim,quia si dicta responsio simul cum desiderio, tractatu, chyrographo & narratione facta coram marte, & alijs præcedentibus & sequentibus coniecturis,& etiam si de per se consideratur,non sufficit,saltem non est reijcienda, sed multum facit saltem, vt cum alijs coniungi debeat. & videndum, quæ circunstantiæ præualeant,an illæ quæ adducuntur pro matrimonio de præsenti, vel illæ de matrimonio de futuro.

Nam, quòd ista responsio sit satis clara, & concludat ad effectum, de quo agitur, interpretandi verba matrimonialia, dicebant isti Domini, quòd clarior esse non posset: inquit enim esse perfecta omnia ad contractum matrimonij, præter carnalem copulam: non enim satis fuit illi dicere esse facta,sed perfecta, & quidẽ per verba vniuersalia,dũ dicit,omnia esse pfecta: & vt tolleret difficultatem de contrahendo,subdit,ad contractum matrimonij, ne album pro nigro interpretari posset. Rursus
24 † subdit,præterquam quo ad copulam carnalem,vt alias exciperet, & bene ponderant hic informantes Hiellæ, & addebant Domini notata in l.si de certa. C. de transact. quòd verba non sunt restringenda contra rationem recti sermonis, & si partes nolunt præiudicare caueant à
25 nimis effuso sermone.Vnde verba semper † intelligenda sunt, vt aliquid operẽtur, & vt habeãt aliquid ponderis, vt bene post alios cumulat Aym.consi.183.num.24.& potius tolleratur correctio iuris,quàm superfluitas verborum.idem Aym.post alios consi.92.num.5.Et pro validitate actus,quæ est qualitas potentior alijs, licet possit fieri aliqua impropriatio verborum, non tamen magna vel extranea, prout hic. Alciat.de præsumpt.reg.3.præsumpt.34.nume.6. cum seq. Vnde licèt pluribus modis aliquid dicatur esse perfectum, tamen iungendo quancunque perfectionem cum tot alijs verbis geminatis & prægnantibus,quæ hic adsunt,videlicet, omnia, & ad cõtractum matrimonij,& demum præterquam quoad carnalem copulam,salua ratione recti sermonis,nõ possunt interpretari de matrimonio contrahendo.

Et quamuis non interuenissẽt copula, nihilominus
26 † matrimonium erat perfectum essentialiter, propter verba de præsenti, licet accidẽtaliter spectent ad copulã. Alciat.cons.105.num.7.iam enim est perfectum matrimonium iure ciuili & naturali inspecto.27.q.2. cùm initium ex publico.vbi glos.in verbo,consumatum,de coniuers.coniug.& inquit Bero.cons.40.num.26.lib.j. quod matrimonium saltem quoad Ecclesiam militantem nõ est perfectum, nisi post corporalem coniunctionem. Vnde licèt hęc coniunctio non sit de forma,nec de essentia matrimonij, tamen est de secunda integritate. Tabien.in verbo, matrimonium,il primo,num.primo,prope fin.Duplex est enim perfectio matrimonij,vna essentialis, altera accidentalis. Essentialis consistit in solo con-
27 sensu, accidentalis in copula. copula † ergo est de integritate matrimonij & perfectione accidentali, quia per illam illud consumatur,sicut puer per deductionem ad ætatem perfectam efficitur vir consumatus, qui tamen existens puer habebat solam suam perfectionem in potentia. Silues.in verbo,matrimonium,il j.num.4.

Et quia hæc releuantia confessionis multum videtur pendere ab eo,an illa sit clara vel dubia,dicebant isti Domini,quòd esset bonum hoc particulariter videre,& deinde coniungere omnes circunstantias hinc inde deductas pro sponsalibus de futuro, & pro matrimonio de præsenti. Nam firmato hoc,quòd responsio sit clara, & non dubia,nec incerta, cętera quæ in contrarium considerantur de facili tolluntur, vt dicebant isti Domini.

Nam quod sit responsio seu confessio ad euitandum inhibitionem & alium finem, & non ad declarandum, facta,admittebant sine controuersia isti Domini,sed dicebant non ideo inferri posse, responsionem hanc quic-
28 quam non releuare: nam † declaratio ista interpretatiua colligitur etiam ex coniecturis, vt dictum est,& nedum expresse,sed etiam tacite, vt notatur in d.l.serui electione,de leg.j.Soci.d.cons.86.col.2. Gozad.in d.l.qui se patris, num.97. C.vnde liber. & non solum verbis, sed etiam factis.l.gerit.l.is potest. vbi Bart.& alij,de acquir. hæred.cum alijs per Aym.cons.156.num.5. Declaratur enim voluntas ex actu positiuo, vbi concurrit scientia. l.filiusfamilias,ad Maced.clem j.de procur.cum alijs per Cassiad.de rescrip.decis.3. Aym.de antiq.temp.parte prima,nu.109.Et tam inter easdem partes præsentes,quàm absentes, quàm etiam inter alios, & per enunciationes etiam ad alium finem factas, cùm tendant solum ad declarandum,& non ad aliquid de nouo inducẽdum.Bart. Alex. & alij per Aym.cons.148. num.10. cum seq. & de antiq.temp.parte prima,num.122.cum seq.In hac enim interpretatione attenditur merum factum, quòd partes ipsę de facto obseruauerint, vt bene post alios Soci. dicto cons.145.num.2. in fine, cum seq. lib.primo. Aym. cons.118.num.2.

29 Præterea,in confessione † quando non agitur ad obligandum,sed ad probandum, non attenditur, an pars sit præsens vel absens.Ægid.decis.692.cum supra deductis. Nec,an sit facta ad vnum vel alterum finem, vt post Bal. Alex. & alios bene deducit Dec.in l.2. num.62. versic.& prædicta distinctio. C. de eden. Crot.de testib. parte 7. num.278.Sed bene attenditur,an sit facta incidenter & accessoriè, an vero principaliter per se & deliberatè, vt post Bal.& alios declarat Alciat.in d.l.prima.§.si quis ita, in fine, de verb.obligat. prout hic apparet deliberatè & principaliter & de per se facta, non autem incidenter nec accessoriè, ex cumulatis per Aym.de antiq.temp.parte prima,num.46. cum seq. Et quando etiam esset incidenter facta & accessoriè, potest etiam deuenire ad interpretandum,vt supra dictum est.Et cons.Alex.49.Dec. 63.& alia deducta,ob quod non attenditur relatum,sed referens, procedunt, vbi relatum est omnino clarum,& agitur de declaratione interpretatiua, prout hic,vbi verba non sunt ita clara. & eodem modo est intelligendum cons.Alex.150. 151. Dec.310. Paris.59. vbi enim verba præcedentia erant omnino clara pro sponsalibus, & sequentia non poterant deseruire pro interpretatione,sed ad inducendum nouam dispositionem.

Neque refert, quòd ista declaratio non pendeat à solo animo ipsius Georgij. Quoniam & si hoc venisset,hic tamen agitur de interpretatione ipsius Georgij,qui sine dubio separatim potuit hoc declarare, & si de sufficienti ipsius interpretatione constabat,agetur postea de interpretatione fratris Hiellæ,qui pro ea promisit, & demũ de ipsa Hiella. Et tanto magis, cùm adducantur plura, quæ videntur satis indicare ex parte illorum adesse eandem voluntatem,sed pro nunc satis est ostendere quoad Georgium, quod hæc sua voluntas potest intelligi ex quacunque confessione etiam inter alios, & ad alium finem facta.

Non obst. quòd non sit sponte facta, cum inhibitio contineret pœnas & censuras.Quoniam respondebant, quòd illa habet clausulam,si quis,quæ facit vt resolueretur per simplicem comparitionem in citatione.Ideo nõ
30 † dicitur coactus qui non poterat cogi, & de facili poterat impedimentum remouere,vt post alios Dec.in cap.j. num.4.de testib.

Non obst.quòd huiusmodi respõsio sit erronea, cum non adesset ratificatio Hiellæ.Nam respondebant,quòd immo dicta ratificatio aderat tunc temporis, vt alias latè isti Domini dedaxerunt, & Georgius in dicta responsione virtualiter id fatetur, & potest hoc particulariter discuti.

Non obst.quòd sit euitanda correctio. Nam dicebãt, quòd cùm prima dispositio non sit omnino clara, ista non est correctio, sed propriè declaratio.

Non obst. quòd huiusmodi responsio non sit deliberatè prolata. Quoniam immo deliberatissimè,vt ex pluribus cumulatis deducebant.

Non obst.quòd sit relatiua ad scripturam. Quoniam dicebant non esse relatiuam. Nam Georgius totum affirmauit, & volens docere de sua intentione fuit lecta dicta scriptura,quæ bene concordat cum isto sensu. Et dicere,

cere, quòd ista scriptura est erronea, est præsupponere id, quod non disputatur. Et resolutio certa hic fuit facta attenta regula iuris communis de interpretatione verborum matrimonialium.

Non obst. quòd in his, quæ sunt iuris, confessio non præiudicat. Nam dicebant, quòd ista non est satis, quia quo sensu quis protulerit illa verba, non pertinet ad ius, sed ad factum.

Non obst. quòd in prohibitis non statur confessioni,
3 1 & quòd ipsi volebant euadere inhibitionem. Nam † de inhibitione & censuris nihil timendum erat, quia aderat clausula, & si senseris. Et nõ sumus in prohibitis, quia quod quis declaret & cõfiteatur matrimonium factum, vt clarum est, non est prohibitum.

Non obst. quòd Hiella ratificauit sponsalia de futuro. Quia dicebant hoc non esse verum, & si volunt hoc videre, possunt.

Non obst. quòd confessio non nocet, quando verè nõ
3 2 præcessit matrimonium, quia † dicebãt hoc esse verum, quando verba sunt tantum apta importare matrimonium de futuro, nõ autem de præsenti, vltra quòd Alex. d.cons. 153. lib. 5. non confidit de illo fundamento, sed transit ad exceptionem testium.

Non obst. plura quæ pro parte Georgij adducuntur ad coadiuuandum interpretationem communem esse sponsalibus de futuro. Quoniam pro parte Hiellæ adducuntur etiam plura in contrarium. Et si responsio esset clara, esset videndum, quæ circunstantiæ præualeant in concursu.

ROBVSTERII.

Vlixbonen. decimarum de Bellem. Lunæ, 24. Nouembris. 1572.

SVMMARIVM.

1 *Clausula derogatoria operatur defectus voluntatis in concedente.*
2 *Clausula derogatoria est necessaria in qualibet dispositione tollenda, etiam redacta in corpore iuris.*
3 *Derogatio non est necessaria, quando Papa prouidit per viam priuilegij, quod non sit contra aliquam constitutionem.*
4 *Constitutio generalis prohibitiua, inducit clausulam derogatoriam ad futuras dispositiones.*
5 *Concilium non permittit, vt derogetur eidem concilio, sed quod se componat.*

DECISIO CXXII.

1 DOmini firmarunt regulam pro capitulo, quòd fuit necessaria derogatio Cõcilij Lateranen. in casu de quo agitur, quia † censetur habere clausulam derogatoriam ad sequentes dispositiones, & datur defectus voluntatis in concedente. c. ex parte, de capel. monac. Archid. & alij eius sequaces, vt hic per informantes. & ita etiam firmarunt Domini in illa Tullen. monasterij coram R.D. Binarino, de anno præterito.

Non obstat, quòd sit redactum in corpore iuris, & Pa
2 pa de eo habeat plenam notitiam. Quia † his non obstantibus, est necessaria derogatio, vt in d.c. ex parte. nam semper potest dici, quòd datur defectus intentionis propter clausulam derogatoriam, quicquid dixerit Inno. vt hic per informantes. Nec potest dici constare de certa scientia Papæ, cùm non sit facta mentio de Concilio, quod vt dixi, censetur habere clausulam derogatoriam ad sequentes dispositiones.

3 Non obstat, quòd † quando Papa procedit per viam priuilegij, vt hic, non est necessaria derogatio. Quia dicebant Domini id non procedere, quando priuilegium esset contra constitutionem conciliarem. vt in dicto cap. ex parte.

Non obst. quòd cap. nuper. non derogat, nisi priuilegijs præteritis, non autem futuris. Quoniam dicebant plures ex Dominis, quòd licet derogatio illa strictè loquendo in alijs dispositionibus non caperet nisi priuile
4 gia tunc existentia, non autem futura, tamen † cùm sit constitutio conciliaris, eius prohibitio generalis & simplex inducit, vt dixi, clausulam derogatoriam ad futuras dispositiones, quæ clausula virtualiter annullat priuilegia futura, in quibus non fit mentio de dicto Concilio generali: neque huiusmodi dispositio seu prohibitio ad futuras dispositiones, tollitur ex dicta derogatione priuilegiorũ præsentium. Quoniam non ideo permittit futura priuilegia, cùm illa clausula sit inducta ad derogandum & minuendum, & cùm prohibitio conciliaris ex se habeat hanc vim ad clausulam derogatoriam, ad contrarias futuras dispositiones. Si tamen isti agentes pro monasterio voluerint audiri super hoc simul cum alijs poterit eis satisfieri.

Non obst. Aret. allegatus per informantes. Quia Con
5 cilium † non permittit vt derogetur eidem Concilio, sed quòd se componat, quod est diuersum. Non obst. authoritates adductæ, quæ dicunt, nisi adsint priuilegia. Quia sunt intelligenda de priuilegijs validis & sufficientibus, & sic cum mentione vel expressa derogatione dicti Concilij. Non obstat, quòd non est derogatio necessaria priuilegiorum in corpore iuris. Quia hæc valde inter se differunt, cùm illa non habeãt in se clausulam derogatoriam ad sequentes dispositiones.

Non obstat vsus & obseruantia istius priuilegij. Quia tollitur propter litem antiquam, & potẽtiam Regis qui impetrauit huiusmodi priuilegium, & sola obseruantia sine alijs non sufficeret contra ecclesiam.

Reseruarunt tamen Domini videndum, an sit ab ista regula recedendum, vel propter multitudinem priuilegiorum, quæ ostenduntur absque aliqua mentione, vel derogatione dicti Concilij, vel quia constitutio de qua in d.c. nuper, non sit conciliaris propter approbationem Papæ, vel quia derogatio priuilegiorum de qua in d.c. nuper, expressa sit de præteritis & non de futuris in fauorem parochialis. Etiam reseruarunt, an constet, quòd hoc priuilegium sit adeo oneroſum ecclesiæ, vt non sit habendum in aliqua consideratione. item, an sit subreptitium propter litem & sentẽtiam anteriorem, de quibus in eo nulla est facta mentio.

ROBVSTERII.

Vlixbonen. decimarum de Bellem. Veneris, 5. Nouembris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio c. nuper, de priui. ad effectum vt requiratur derogatio, est conciliaris.*
2 *Constitutio dicti c. nuper, fuit facta per Innoc. III. in Concilio generali.*
3 *Constitutio illa dicitur conciliaris, quæ dicit, ex tali Concilio vel alias trahit originem à Concilio.*
Immo etiam si in corpore nullum verbum sit positum de Concilio, dummodo de inscriptione eius appareat. num. 4.

Constitutio

5 *Constitutio quæ dicit, facta sacro approbante concilio, dicitur constitutio Papæ in Concilio.*

DECISIO CXXIII.

DIfficultas proposita fuit restricta ad hoc tantum, an constitutio de qua in c. nuper, sit Papalis vel conciliaris, ad effectum, vt requiratur derogatio, prout in resolutione facta. Et † resoluerunt Domini, re maturè discussa, quòd sit constitutio conciliaris ad effectum de quo agitur, circunscripta obseruantia, de qua in dubio.

Primò, quia fuit facta per Innoc. III. in Concilio ge
2 nerali, vt habetur in inscriptione d.c. nuper, † connumeratur inter alia decreta dicti Concilij generalis, vt habetur in tertio volum. conciliorum, fol. 751. colum. j. in cap. 55. & in princ. d. Concilij generalis dicitur, Instituta generalis Concilij Lateranen. tempore Innocentij III. & ex rub. declaratur nigrum. Et quòd sit conciliaris, expresse firmat Famagustan. in Vgution. Sydonia. d. conc. in vers. præludia. fol. 21. col. 4. vbi agens de hoc concilio, & de eius forma & modo ponit singulatim omnes constitutiones d. concilij, quæ habentur in iure, & inter alias ponit hanc de cap. nuper, quam vocant constitutionem Concilij generalis. Iacobat. de concil. fol. 294. col. 4. Vbi dicitur, quòd decreta Concilij eduntur interdum sub nomine Papę. & allegat hoc c. nuper. idem tenet Rebuff. d. dec. q. 14. numero 56. vbi vocat hanc constitutionem Concilij generalis.

Nec obstat doctrina Abb. in cap. primo, de pact. & in cap. primo, de sponsal. quem sequitur ibi Præpos. & Dec. in c. at si clerici, extra de adulter. num. 34. & in c. primo, in prima lectura, in prin. de iudic. & ibi Rip. num. 4. & 7. & ibi M. Mantua. & ibidem Felyn. in princ. & Alciat. in princ. dicit esse communem opinionem. vbi Abb. vult,
3 quòd † constitutio dicatur conciliaris, quando dicit, ex tali concilio, aut alias trahit originem à concilio, vt in d.c.j. de iud. & de pact. & de sponſ. Nam dictio, ex, denotat causam proximam. Quãdo verò dicit, talis Papæ, aut alias trahit originem ab ipso Papa, dicitur Papalis. Nam respõdebant Domini, quòd hæc doctrina Abb. cum fundetur in ratione, quæ est reprobata, non est tenẽda: nam concilium habet potestatem à Papa. cap. significasti, de elect. & Papa est qui dat robur concilijs, & concilia originantur ab ipso. distinct. 17. per tot. & ita in specie reprobat hanc opinionem Abb. Iacobat. d. conc. fol. 294. col. 4. vbi multa adducit, hanc etiam opinionem Abb. reprobat d. Famagustan. in d. tract. de concil. in versic. dispositio §. videndum. vario tamen modo reperitur seruatum in editione decretorum concilij. Nam quandoque eduntur sub nomine concilij tantum, quandoq; sub nomine Papæ tantum, quandoq; sub nomine vtriusque, vt ibi refert Famagustan. & quòd ita etiam tenebat Petrus Cameracen. de potesta. eccles. parte 3. q. 2. ver. secundo quæritur. & ita etiam tenet Feltren. de concil. cap. 21. in prin. vbi referunt infinita iura, in quibus decreta fuerunt facta sub nomine Papæ.

Secundò respondebant, quòd hæc opinio, quæ distin
4 guit verba concilij, confunditur per c. cum ex eo, de pœnit. quod † est capit. Innoc. III. in concilio generali, vt dicitur in inscriptione, in corpore nullum verbum de concilio: & tamen Innocen. III. in Concilio generali Lugdunen. de quo in c.j. de pœnit. in 6. vocat statutum illius c. cum ex eo. statutum Concilij generalis pœnitentiæ, in c. graue nimis, de præben. quòd capitulum est similiter Innoc. III. in Concilio generali, vt in inscriptione, & in corpore similiter verbum nullum de concilio, & in Concilio Tridentino in sess. 7. cap. 2. vocat dispositionem d. c. graue. constitutionẽ Concilij generalis, & in c. omnis vtriusque sexus, de pœnit. quod est Innoc. III. in concil. generali, vt in inscriptione, & in corpore verbum nullum de concilio. & in Concil. Triden. sess. 14. cap. 8. dicitur iuxta magni Concilij Lateranen. constitutionem. in c. cum inhibitio, de cland. desponſ. quod est Innoc. III. in concilio generali, & in corpore nullum verbum de consilio. & in Concil. Triden. sess. 24. cap. primo, vocat hoc cap. Concilium Lateranen. Immo Doct. dicũt quod huic capitulo debet expresse derogari, quia est concilium. vt post Ana. tradit Felyn. in c. nonnulli, nume. 9. de rescrip. & late per Couar. in epit. de sponsal. parte secunda, cap. 8. §. 9. num. 6. versic. quibus ego addo. fol. 316. Patet etiam in decretis Alex. III. in Concilio Lateranen. in c. quia in omnib. de vsur. quod est Alex. III. in Concilio Lateranen. vt dicitur in inscriptione. & in corpore d. capituli verbum nullum de concilio. & tamẽ Greg. X. in generali Concilio Lugdunen. in c.j. de vsur. in 6. vocat hanc constitutionem Lateranen. Concilij. itẽ in decretis Gregorij X. in generali Concilio Lugdunen. vt in c. exegit, de censib. in 6. q; est Gregorij X. in Cõcilio Lugdunen. & in corpore verbum nullum de concilio. Et in Concilio Trid. sess. 24. cap. 13. in fi. vocat hanc constitutionem concilij generalis. item decreris Clem. V. in Concilio Viennen. vt in clem. vt hi qui, de ætat. quod est constitutio d. Clem. V. in d. concilio, vt in inscriptione, & in corpore verbum nullum de concilio, & tamen Concilium Tridentinum vocat constitutionẽ Concilij Vien-
5 nen. Et sic etiam versa vice, quando † dicitur in constitutione, facta sacro approbante Concilio, & illa eadem in iure vocatur constitutio Papæ in concilio, vt in c. vbi periculum, de elect. in 6. quod est Greg. X. in Concilio Lugdunen. & in corpore dicitur, hoc sacro approbante Concilio. & tamen Clemens V. in Concilio Viennen. de quo in clem. nec Romani. de elect. vocat hanc constitutionem Gregorij editam in Concilio Lugdunen. ex quibus verificatur sententia Iacobat. Feltren. & Famagusta. qui dicunt, quòd vario modo eduntur decreta concilij, & quod siue vno modo, siue alio intelligamus, tantum est dicere, constitutio Papæ in concilio, quantum est dicere, constitutio Papæ approbante concilio, quia ista cõfunduntur. Patet igitur, quòd est facienda vis, quòd in d.c. nuper, dicatur, congregati in concilio generali, siue secundum tenorẽ cõciliorum in capitulo: nam vtroque modo est conciliaris, quia facta per Papam in concilio generali: ex quo enim Papa existẽs in concilio habuit ratam d. constitutionem, effecta est sua, neque ob id desinit esse conciliaris ad effectum de quo agitur, vt sit necessaria specialis derogatio.

ROBVSTERII.

Albanen. donationis. Veneris 8. & Mercurij, 27. Nouembris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Donatio non reuocatur per superuenientiam liberorum stante cogitatione de liberis, & renunciatione l. si vnquam. C. de reuoc. donat.*
2 *L. si vnquam, est introducta principaliter in fauorem patris, & propter præsumptã voluntatem ipsius. & nu. 5.*
3 *Pater si donat filio non nato, præsumitur ipsum non fuisse donaturum: secus si filio nato.*
4 *Pater potest renunciare l. si vnquam, & ad eius libitum donare cuicunque.*

Donationi

5 *Donationi ademptum ex superuenientia filij applicatur patri, & non filio.*

6 *Filius etiam nasciturus reuocat in totum donationem re, & consilio inofficiosam, etiam si sit renunciatum l. si vnquàm.*

7 *Remedium l. si vnquàm, reuocat donationem in totum, & non habet locum, quando donatur filio.*

8 *Iuramentum non confirmat donationem inofficiosam: secus in terminis l. si vnquàm.*

9 *Dispositio l. cum acutissimi. C. de fideicom. & l. cum auus. de cond. & demonst. non procedit in filijs adoptinis.*

10 *Dispositio l. si vnquàm. habet locum, etiam si filius natus superuixerit tantum, quòd pater potuerit reuocare, & non reuocauit.*

11 *Defectus voluntatis in patre donante præsumitur, fauore filiorum vsque ad legitimam.*

12 *Natiuitas filiorum est immediata causa insurgendi præsumptionem defectus voluntatis, quæ operatur effectum reuocationis.*

13 *Liberi postea nati veniunt nomine hæredum excludendo quemcunque hæredem extraneum.*

14 *Paria sunt quoad terminos l. si vnquàm, filium non natum esse, vel natum, & statim obijsse.*

DECISIO CXXIIII.

CVm Illustrissimus, & Reuerēdissimus D. Cardinalis de Sabellis ageret ad executionem donationis medietatis ciuitatis Albani, fuit oppositū per Illust. D. Christophorum donantem, q̄ in dicta donatione sit de liberis cogitatum, & l. si vnquā. C. de reuoc. donat.

1 specialiter renunciatum, † nihilq́ue per superuenientiā filiæ D. Christophori dicta donatio fuerit reuocata, quia d. l. censetur inducta in fauorem liberorum, sicut in fauorem patris æquè principaliter. Et propterea renunciatio patris non esset attendenda in præiudicium liberorum postea superueniētium. Et, bis per me in relationibus causa super hac difficultate proposita, dixerūt Domini, q̄ licèt auctoritates magis videantur accedere cum Barto. pro Illustrissimo Domino Cardinali, vt dicebant plures ex Dominis, tamen omnes concordes erāt, quòd hinc inde sint tot, & tales auctoritates, vt discerni non possit, quænam sit communis opinio, à qua in iudicādo non esset recedendum. Ideo videndū esse de veritate op. Bar. & Io. And. quænam sit melioribus rationib. fundata. Propterea re mature, ac diligenter discussa, 8. & 27. Nouēbris, resoluerunt Domini, opin. Bar. in l. titia. §. Imperator. de leg. 2. esse tenendam, tanquā verioré, & optimis rationibus fundatā, videlicet † q̄ l. si vnquàm. sit introducta principaliter in fauorem patris, propter præsumptam mentem ipsius: & si aliquis filiorum fauor considerari posset, ille sit secundarius, non autem æquè principalis, & consequenter si alia non obstarent, cogitatio de libris, & specialis renunciatio d. l. si vnquàm. de quibus in donatione, præiudicet Dom. Christophoro, & Iuliæ filiæ suæ.

Primò ex verbis d. l. si vnquam. dum vult, q̄ totū quicquid largitus fuerit pater, reuocatur susceptis liberis, in eiusdem donatoris arbitrio, ac ditione mansurum. & sic quod adimit, applicat patri, ergo eius contemplatione adimitur. l. post legatum. §. amittere. de his quib. vt indign. l. 2. §. si duo fratres. de collat. bono.

Secundò, quia cum pater possit nato filio donare pro libito suæ voluntatis, dummodo filium non lædat in legitima. l. 1. C. de inofficio. donatio. non videbant quare minorem potestatem debeat habere pater in re sua viuo filio, quàm habeat filio non nato.

Et dum exemplo opponitur, quòd lex magis confidit de patre filio nato, quàm filio non nato, propter amorē erga filios natos: respondebant, q̄ immo non sic est. Nā introduxit lex querelam inofficiosæ donationis, quando pater donat in præiudicium filij iam nati, quoad legitimam tantum, ergo non est credibile, quòd quando pater donat, filio non nato, lex velit reuocare in totum, & voluerit quod pater minorē habeat potestatem in rebus suis natis filijs, quàm illis non natis. Dicendum est igitur, quòd quando pater donat alijs filio nato, lex est

3 certa, quòd vult donare in præiudicium filij, & propterea solum reuocat vsque ad legitimam: sed quando donat non nato filio, præsumitur ipsum patrem non fuisse donaturum, ex l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. & l. cum auus. de condit. & demonstr. Confirmabant hoc,

4 quia † pater potest renunciare l. si vnquàm. & in terminis d. l. si vnquàm, quod donauit, reuocat, & ad libitum disponere potest, confirmando eandem donationē, vel donando alteri, vel pro se retinendo. Bal. in l. si vnquàm. in final. verb. Tiraq. in verb. eiusdem donatoris arb. nu. j. & in verb. susceperit libros. num. 203. & num. 223. Rip. nu. 104. Rub. Alex. in l. Titia. §. Imperator. nu. 253. in fin. Immo pater inuito filio potest reuocare huiusmodi donationem, & filius inuito patre non potest. Cyn. in l. j. q. 9. C. de inoffic. donat. Tiraq. in eodem verbo, nu. 3. Et tamen vbi consideratur fauor filiorum principaliter, pater tenetur pro illis conseruare, vt in aduentitijs, & in secūdis nuptijs. iuxta terminos l. fœminæ. & l. hac edictali.

5 C. de secund. nupt. Si † igitur, quod adimitur, applicatur patri, qui illud conseruare non tenetur filio, nam potest de eo prout sibi videtur, disponere, apparet, quòd principaliter d. l. si vnquàm. est introducta, propter præsumptam voluntatem patris donantis, & in fauorem ipsius, non autem in fauorem filiorum: & si lex aliquam habuerit considerationem fauoris filiorum, fuerit accessorie, prout quando ponitur in cōsideratione iuxta terminos l. Lucius. ff. de hæred. instit. quia lex confisa est de patre, q̄ sit relicturus, non tamen voluit in hoc eius potestatem angustare.

Non obstat dum dicitur, q̄ lex sit de indubitabili, nam conuentiones pendent à voluntate duorum, vt considerat Fulgos. in d. l. si vnquàm. ideo videbatur dicendum, q̄ non esset habendum in consideratione quid vni ex contrahentibus accidit.

Nec obstat, quòd filius natus reuocet in totum donationem inofficiosam re, & consilio, quod tamen facere non potest filius nasciturus, quia hic præsupponit vnū,

6 quod est falsum: si † enim donatio re, & consilio inofficiosa est, filius nasciturus eam in totum reuocabit, etiam si sit renunciatum l. si vnquàm. quia illo remedio sublato remanent supradicta remedia. Cuman. post Bar. in l. Titia. §. Imperator. colum. 3. sub num. 5. versic. quod ergo remedium. dum dicitur, quòd institutio rumpitur præteritione posthumi ignoranter facta fauore ipsius: est verum, quod testamentum rumpitur post mortem patris, viuo enim patre non valet, & propterea ruptio non potest fieri, nisi fauore ipsius, nec reuocatur donatio viuente donante.

Non obstat, quòd quando donatio est facta ad fauorem filij, reuocatur solum vsque ad legitimam, ergo hęc reuocatio sit in fauorem filiorum, quasi quod priuilegiatus, &c. Nam si esset propter defectum voluntatis,

7 reuocaretur in totum. Quia † respondebant, quod reuocatio, quæ tunc fit, non est ex remedio l. si vnquàm. quæ reuocat donationem in totum, & non habet locum, quando donatur filio. Tiraquel. in dicta l. si vnquàm. in verb. libertis. num. 75. sed si ex alio remedio peni-

penitus separato, vt per Bart. & Salycet. ibi, qui dicit ibi sub nume. primo. quòd pater illud, quod reuocat, tenetur conseruare filio, quod non est in casu d. l. si vnquàm. quia lex non præsumit, quòd defecerit voluntas in totum, ex quo donabat filio, sed quia alium filiū non poterat legitima priuare. Ideo metiendo voluntatem à potestate præsumitur, quòd saltem filio nascituro legitimam conseruasset.

Dum etiam dicitur, quòd iuramentum non confirmat donationem inofficiosam, ergo non debet confirmare hanc, quæ reuocatur secundum terminos. l. si vnquàm. quia inter hæc remedia non est differentia, vt dicit Curt. Sen. consil. 1. sub nume. 16. Quia dicebant id non esse assignare rationem diuersitatis, sed diuersitatem casuum. Nam † ratio diuersitatis est, quia reuocatio, quæ fit ex remedio inofficiosæ donationis, fit fauore filiorum, quod patet, quia pater tenetur conseruare filio: illud autem, quod donatario in terminis nostris adimitur, non est fauore filiorum, sed patris, quia lex non coegit patrem ad illud conseruandum filio: & subiungit, quòd quando est inofficiosa donatio re, & consilio, reuocatur ex titulo de inofficiosis donationis, q̄d remediū est introductum in fauorem filiorum, quia nil inde sequitur, cū hæc remedia diuersa lex introduxerit, illud in odium patris, qui voluit donare, vt fraudaret filium, & dedit operam rei illicitæ, & propterea applicatur filio illud: sed hęc reuocatio nō fit in odium patris donantis, quia non commisit illicitum, & propterea patri applicatur, qui potest agnoscere hanc reuocationem, & illam confirmare. Ergo sequitur, quod non principaliter fauore filiorum, sed ex præsumptamente donantis hoc prouenit.

Ratio Paris. consi. 77. num. 3. t. lib. primo. quòd pater possit adoptare filium, nullius est considerationis, quia lex non præsumit istum defectum voluntatis, pro-

9 pter filium adoptatum, quia † lex, cum acutissimi. & lex, cum auus. non procedunt in filijs adoptiuis. Rip. in dicta lege si vnquam. nume. 63. alioquin parata esset via ad reuocādum donationes. latè Tiraq. in verbo, susceperit liberos. nu. 7. cum seq.

Quod requiratur declaratio patris, credebant, quòd hæc opinio sit magis communis, quando pater superuiuit tantum, quòd possit declarare, vt constat ex congestis à Tiraquel. in verbo, susceperit liberos, numero 203. & in verbo, reuertatur, numero decimo, & si non requiritur ista declaratio, est, quia dominium est ipso iure quæsitum ipsi patri, vt declarat Rip. in d. l. si vnquam, num. 109. quæst. 52.

Alia ratio, quòd l. si vnquam, habeat locum quando nato filio pater permittit donatorem possidere res donatas, quia ex multis relatis per Tiraquel. in dicta l.

10 ver. susceperit liberos, numero 203. apparet, † quòd quando superuixit tantum, quòd potuit reuocare, & non reuocauit, censetur confirmare. Bene verum est, quòd si filius esset viuus, non ita de facili præsumeretur. vt illud Tiraquel. numero 223. in dicto verbo, susceperit liberos. quia non ita præsumitur, quando habet filios, velle donare. Præterea si teneremus cum Rip. in dicta quæst. 42. ratio præmissorum est, quia silentium in patre retrò transferret dominium semel patri acquisitum.

Quod l. Lucius, sit fundata in præsumpta voluntate donantis, & sit in fauorem filiorum, non facit, quia ibi reuocatur vsque ad legitimam, & pater grauatur illam filio conseruare, quod non est in isto casu. Lex

11 † enim limitata in illo casu fauore filij præsumit defectum voluntatis vsque ad illam quantitatem: hic in totum, & non grauat patrem ad aliquid conseruandum.

Quòd verò natiuitas filiorum sit immediata causa reuocationis, Paris. consilio septuagesimotertio, nume-

12 ro decimoquinto, libro primo. nihil facit, quia † est immediata causa, vt insurgat præsumptio defectus voluntatis quæ operatur hunc effectum huius reuocationis, alioquin si contemplatione eorum reuocaretur, ipsis applicaretur.

Non obstat, quòd sit profectitium & saltem pater cogatur ipsis filijs illud conseruare: nam vltra quòd non est profectitium, quia iam à dominio patris exierat, ista intentio prouenit solum ex ministerio legis, ideo lex de eo ad libitum disponere potuit. Non obst. quòd in l. Titia, dicitur, ad patrimonium suum reuertatur, quia est,

8 vt filij debitum subsidium cōsequantur, & sic pater conseruare tenetur, sed in l. si vnquam. dicitur in arbitrio donatoris mansurum. Non obst. quod de iure C. non requirebatur expressio causæ in exhæredatione, quia lex præsumebat, quādo pater donabat filio iam nato, quòd legitimè pater exhæredasset. Nam termini sunt diuersi, non enim proceditur in hac materia ex reg. exhæredationis, nam si filius probasset quod non fuisset ingratus, debuisset reuocare in totum. l. liberi. C. de inoffi. testam. quod nemo vnquam dixit.

L. tale pactum. §. fin. ff. de pact. non facit, quia socer stipulatus fuerat post mortem suam reddi petitionē dotis fratri suo hæredi, & sic ex dictione, hæredi, appare-

13 bat, quòd voluerat concedere hæredi. Vnde † cùm postea susceperit filios, & eos hæredes reliquerit, illis debetur, quia suis hæredibus consulere voluit stipulans. Nec etiam facit tex. in cap. quicunque. 17. quæstio. vltima. Quia addidit Episcopus Carthaginen. donanti & filijs.

Non obstat, quòd mortuis filijs reconualescat donatio, quia vltra quòd hæc quæstio est satis controuersa, vt liquet ex citatis à Tiraquel. in verbo, susceperit liberos, num.... dicebant, quòd si tenemus hanc opinionē, ra-

14 tio dicta, quia † sic lex præsumit, quòd si cogitasset de filio, non donasset, ita etiam quòd si cogitasset de filio qui illico obijsset ante ipsum, etiam donasset, quia cùm voluerit donans sibi ipsi facere donatarium, ita etiam verisimile est quod si cogitasset de filio, qui patri præmoreretur, nihilominus donasset, vt videtur sentire Cuma. in d. l. Titia. §. Imperator, num. 5. in fi. quem refert etiam Alex. sub num. 250.

SERAPHINI.

Roman. compromissi. Die Veneris, 17. Aprilis. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Donatio à principio non est nulla, propter statutum, quòd insinuetur donatio.*

2 *Donatio in dubio præsumitur absoluta, & non ob causam, & quando. & num. 7.*

3 *Donantis assertioni de causa donationis non est standum.*

4 *Vxor non potest consentire reuocationi donationis factæ ex causa dotis.*

5 *Argumentum à solitis validum est in iure.*

6 *Actus interpretari debet vt potius valeat, quàm pereat, nisi agatur de materia probatoria. & num. 19.*

7 *Causæ plures si sint expressæ in donatione, attenditur principalis, & aliæ accessoriè ad corroborationem.*

8 *Appositum ad abundātiorem cautelam, vt actus subsistineatur, non debet contrarium operari.*

9 *Interpretatio debet fieri, vt sit amica intentioni donantis, non autem destructiua.*
10 *Absurdum illud dicitur, quod est contra intentionem agentis.*
11 *Interpretatio in fauorem donationis debet fieri, vt valeat eo modo quo valere potest.*
12 *Clausula, omni meliori modo, & iuramentum, faciunt valere donationem.*
13 *Donatio excedens legitimã summã, est nulla à principio.*
14 *Iuramenti virtus non trahitur ad nullitatem superuenientem.*
15 *Interpretatio illa debet magis tollerari per quam actus à principio validus non reddatur inualidus, quàm vt nullus validetur.*
16 *Donatio continens causas inter se repugnantes, redditur ad non causam & simplicem donationem.*
17 *Donatarius post lapsum sex mensium, non potest eligere causam in quam velet donationem acceptare, nec reuocationi consentire.*
18 *Dominium naturale bonorum dotalium est penes mulierem: ciuile verò penes maritum.*
19 *Interpretatio non admittitur in materia probatoria, vt actus potius valeat quam pereat.*
20 *Iuramentum habet eandem vim, quam habet clausula, omni meliori modo.*

DECISIO CXXV.

TRes ex Dominis defendebant, donationem, de qua agitur, non posse substineri ex causa augumenti dotis, moti diuersis argumentis. Et primò,
3 †præsupponebant statutum Roman. de insinuandis donationibus, quo stante dicebant donationem de qua agitur, nõ fuisse nullam à princ. per cons. Feder. de Sen. 281. quem refert & sequitur Soc. cons. 77. num. 19. lib. 3. Cur. 141. num. 22. Iul. Clar. de donat. q. 18. in fi. & ideo inferebant, cum donatio ista non fuerit nulla à principio, non esse necesse istum actum restringere ad causam augumẽti dotis pro actus validitate, cum actus simpliciter à principio valeret & nullitas ex post facto ob non insinuatam donationem superuenisset.

Secundò dicebatur pro ista parte non constare, Gundisaluum vere noluisse donare pro augumento dotis, cũ non fixerit pedes, sed vlterius progrediendo dixerit, seu pro bonis paraphernalibus & ob amorẽ filialem & pro alimentis & seruitijs ac beneficijs, &c. Et quia sic sibi bene
2 facere placuit de re sua, &c. Ex † quibus verbis constabat, Gundisaluum non pro augumento dotis donasse, sed eius intentionis fuisse absolute donare, sed has causas fuisse colorandæ donationis causa appositas, vt per Oldra. cons. 5. quem refert & sequitur Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 29. C. de reuocan. donat.

Tertiò, ex suprascripto fundamento inferebant, augumentum istud tanquàm non verum, sed simulatum & coloratum, non debere gaudere priuilegio veri augumẽ
3 ti dotis. ad tex. in l. fin. C. de sent. sine certa quant. & †non esse standum assertioni donantis, vt in simili de beneficiis tradit Bar. in l. per diuersas. C. mand. in 2. priui. consil. 135. num. 6.

Quartò deducebatur apparere, huiusmodi augumentum non esse verum augumentum ex eo, quòd Eluira, si donatio fuerit insinuata, potuisset eam acceptare ex ea causa, quam maluisset, etiam inuito marito, nec maritus ex causa augumẽti dotis potuisset bona donata vendicare. Præterea potuisset Eluira ante lapsum sex mensium
4 consentire reuocationi huius donationis, quod † facere non potuisset, si vere fuisset donatio ex causa dotis, cùm tunc maritus dicatur habere titulum onerosum. Berr. in 1. par. 2. vol. cons. 278. num. 1. 2. & 3.

Quintò deducebatur non esse verum augumentum dotis, cùm non fuerit factũ marito, prout solitum est fieri. argumento † sumpto à solutis. l. vel diuersorum. de pignorat. actio.

Et quia informantes pro D. Liuia deduxerant, hanc videri causam finalem, ex quo ad actus validitatem erat necessaria. l. Titio. de dona. inter vir. & vx. Tiraq. ces. caus. limit. 1. nu. 38. ad fi. Respondebatur hanc non esse causã finalem, sed potius fuisse tot casus enumeratos, vt exprimeret donans in quem vsum essent huiusmodi bona conuertenda, non autem ad imponendum necessitatẽ. Io. Monac. c. fin. num. 4. de hæret. lib. 6. Quod demonstratur ex eo, quòd ipse omnino erat donaturus etiam extra causam dotis, quo casu dicitur causa impulsiua. Io. Mon. in c. cupientes. nu. 4. de rescrip. lib. 6. Secus verò, quando inducit ad disponendum. Soc. consi. 159. num. 23. lib. 2. Aym. consi. 192. nu. 21.

6 Ad † id verò, quod dicebatur, interpretationem fieri debere, ita vt actus valeret. l. quoties. de reb. dub. cũ sim. respondebatur dupliciter. Primò actũ à principio valuisse, prout dictum fuit in dicto fundamento. Secundò dicebatur, reg. d. l. quoties. non procedere in materia probatoria. Alex. l. rescriptum. num. 3. de pact. Dec. in c. cum omnes. in 2. lectura in princ. de constit. Rip. in c. cum M. nu. 11. de constit.

Ad ponderationem clausulæ, omni meliori modo, dicebant eam non esse appositam donationi, sed liberationi.

His tamen non obstantibus, sex ex Dominis contrarium tenuerunt, nempè donationem huiusmodi nõ insinuatam substineri ex causa augumenti dotis in ea expressa, his potissimum fundamentis.

Primò, quia constat de enixa mente Gundisalui donãtis, ꝙ volebat omnino donationem validam, & firmam
7 facere; quod † non solum colligitur ex cautis tam diligenter per ipsum conquisitis, & expressis in istius donationis instrumento, sed etiam ex tenore instrumenti secundæ donationis, in quo præfatã donationẽ priorem ꝙ maiori firmitate, & robore ratificauit, & cõfirmauit, & quatenus opus sit ẽt de nouo fecit, & donauit ad cautelã. Vnde sequitur, causas in dicta donatione expressas pro maiori robore ipsius donationis appositas fuisse: sed si vnicam causam augumenti dotis expressisset, iam res omni prorsus difficultate careret ex ea donationem
8 substineri. Quæ † ergo fuerunt ad abundatiorem cautelam appositæ ad actus validitatem, non debent contrarium operari. vt in simili argumentatur Bald. consi. 108. num. 5. lib. 3. maxime, quod donans si interrogatus fuisset an vellet dictam donationem valere ex causa dotis in euentum, quod ex alijs valere non possit, vtique respondisset velle. Hæc itaque interpretatio conuenit mẽti donatis, conuenit etiam verbis, postquàm diserte cãm dotis expressit: conuenit naturę, & validitati actus habẽtis clausulã, omni meliori modo, cuius maxima est vis: conuenit ẽt iuramento, quod eandem vim obtinet. l. cũ
9 pater. §. filiusmatrem. de leg. 2. Et † est amica intentioni donãtis, non aũt eius distructiua. pro qua faciunt multæ regulæ, nẽpe regula l. quoties. sup. alleg. reg. l. 3. de mili. testa. non censeri quẽ elegisse viã, per quam iudicium suũ impugnet. reg. l. si idem seruus. de leg. 2. & l. si cui purè. in fi. princ. ad Trebel. quæ habet, actum contra voluntatem agentis, non esse interpretandum. item regu. in c. nisi. de præben. quã colligit Rom. sing. 15. quod actus, qui ex capite valido, & inualido geri potuit, ex valido processisse est

est intelligendus & reg. l. de pupillo. §. si quis forte, de noui oper. nuncia. quòd omnis dispositio ita est intelligen-
10 da, vt absurditas excludatur. Absurdum † verò id dici potest, quod est contra agentis intentionem. Item regula quam ponit Bald. in l. si quis à filio, de leg. j. quod præsumptio potius adaptari debet ad actum confirmandum quam impugnandum, vbi non sit repetitio conditionis actum perimentis. l. cum vulgari, vbi glos. & Bart. de dot. prælegat. possent & alia innumera ad hoc cumulari.

Secundò fuit deductum in materia donationis hoc esse perpetuum, vt ea sumatur interpretatio per quam
11 substineatur, ita †. vt si possit intelligi ex causa mortis & inter viuos & altero modo non valeat, intelligatur eo modo quo valet. Bal. cons. 108. 3. parte. Castren. cons. 75. lib. 2. Soc. cons. 130. num. 6. & 137. num. 1. lib. primo. Afflict. decis. 338. nume. 6. Rip. de priuileg. contract. caus. pest. num. 179. Aym. cons. 52. num. 4. Corn. cons. 259. nume. 9. vol. 4. Soc. iun. cons. 121. num. 16. lib. 2. cum alijs per informantes allegatis.

12 Tertiò fuit considerata † clausula, omni meliori modo, nec non iuramentum, quæ operantur, vt melior via censeatur electa. Riminal. cons. 26. num. 18. & 21. lib. j. Grat. cons. 23. num. 21. & 34. num. 6. lib. j. Alex. consil. 8. num. 7. lib. 5.

Non obstant deducta in contrarium.

Et primò, quod deducitur, istam donationem à principio valuisse, hoc negabatur, quia si inspicimus ius cõ-
13 mune remoto iuramento † donatio à principio excedens legitimam summam, est nulla, vt tradit Soc. alleg. in dicto cons. 77. num. 19. versic. immo est vlterius. Nec propter iuramentum potest dici valuisse statutum vrbis, quod tollit vim iuramenti. Nec obst. consil. Feder. Soc. & Curt. allegata, quia non dicunt, quòd vbi extat statutum præfigens certum terminum ad insinuandum, donatio sit à principio valida: sed præsupponunt, quòd vbi à principio propter iuramentum est inualida, si tale extet statutum, & infra tempus præfixum non insinue-
14 tur, tunc annullari censetur, quia † virtus iuramenti nõ trahitur ad nullitatem superuenientem. Sed hoc nihil habet commune cum casu nostro, in quo propter statutum iuramentum non tollit defectum insinuationis. & ita fuit responsum per informantes in causa Roman. 50000. coram Reueren. P. D. meo Decano, 23. Februarij præteriti.

Secundò respondetur, dato etiam quòd talis nullitas non adesset, non ideo minus locum sibi vendicare regulam l. quoties. quæ est generalis, & non solum procedit ad validandum actum à principio, sed etiam ad substi-
15 nendum quocunque tempore. Nam † multo magis debet tolerari interpretatio per quam actus ab initio validus nõ reddatur inualidus, quàm per quam à principio nullus, validatur, cum iura proniora sint ad conseruandum quàm ad producendum actum. iux. illud, multa facta tenent, &c. Et iura & Doct. vtuntur verbis non minus importantibus conseruationem quàm conualidationem. Et huius rei argumentum sumi potest ex l. j. ff. de eo quod certo loco. Vbi licèt non videretur, ꝙ quis cogendus esset dare rem alio in loco, quàm vbi conuenisset, tamen, quia promissio poterat facile inutilis reddi, quia in arbitrio promissoris erat nunquàm ad eum locum accedere, placuit vt etiam alijs in locis daretur stipulatori vtilis actio, & hoc, ne inutilis stipulatio reddatur, vt ibi inquit Ias. in 3. not. & tamen stipulatio nõ erat à principio inutilis, sed euentualiter tantum, si improbè debitor se gessisset. Nec ob. se forte allegaretur Paul. de Cast. cons. 75. num. 3. in fi. lib. 2. qui fuit allegatus in illa 50000. Quia non probat id ad quod allegabatur. s. quod regula l. quoties. procedat tm̃ vbi actus à prin. est nullus.

Non ob. secundum argumentum, quia satis tollitur primum fundamentum exemplo deductum, & cons. Ol-
16 radi loquitur † in casu continente repugnantiã verborum. Præterea ex eius interpretatione actus non corruebat. ita Soc. respondet in consi. 295. nu. 9. lib. 2. Alex. consil. 40. lib. 4. vt plene per informantes deducitur.

Tertium quoque tolli potest ex supra deductis: si. nõ ex alia causa donatio substineri non potest, cæteræ causę pro non appositis censeri debent. Et sola, hæc superstes vera, & non quæsita coloris gratia. Nec est inconueniẽs, vt tanto tempore ex futuro euentu stet in suspenso, donec probetur, an sit vera nec ne, prout aduersa exempla ad rem facientia cumulantur, per informantes.

Quartum quoque eodem modo tollitur: nã post lapsum sex mensium non poterat amplius Eluira eligere
17 in quam causam mallet, neque poterat consentire reuocationi, ideo tunc verum erat dotis augumentum. Posset etiam dici, quòd propter reciprocam quietationem mariti ius ei esset tale quęsitum, vt neq; etiam ante sex mensis potuisset Eluira consentire reuocationi.

Quintum quoque non ob. quia indistincte leges non minus dant dotem mulierib. q̃ viris. l. non tantum. ff. de
18 tut. & cura. Nec † mirum, cùm dominium naturale bonorum dotalium sit penes mulierem: ciuile verò penes marit um. l. in reb. C. de iure dot. sed etiam dici põt transire per eam ad maritum occultando vnum actum. Bal. in l. 2. nu. 5. C. de inof. donat. Quãtum ad ea, quæ contra allegationes D. Liuiæ deducebantur de causa impulsiua, & non finali ea procedere possunt, vbi alias actus substineri posset, sed vbi corruit, multa singularia in contrariũ pro actus validitate concurrunt, & causa aliàs impulsiua fit finalis per allegata.

Quòd dicebatur, regulam l. quoties, nõ procedere in materia probatoria, id quidem verum est: sed nos sumus
19 in materia interpretationis, † non autem probationis, quod clare apparet ex deductis: aliàs frustra Doct. supra allegati vterentur ista regula in interpretatione, an quis inter viuos, vel causa mortis donare voluerit.

Clausula, omni meliori modo, non videtur restricta ad liberationem, cùm adsit copula, ac aliàs. Achil. dec. 1.
20 de claus. Tamen † in omnem euentum adest iuramentum, quod obtinet eandem vim, & potestatem.

SERAPHINI.

Gerunden. anniuersariorum. Die Mercurij, 27. Ianuarij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Possessio quadragenaria in rebus incorporalibus dicitur esse præscripta, & sic in statu restituibili propter spolium. & num. seq.*
2 *Multiplicatio actus contraria facto excludit præsumptionem facultatis seu iuris.*
3 *Facultas nominandi dicitur acquisita vigore statuti, seu consuetudinis antiquæ.*

DECISIO CXXVI.

FVit resolutum constare de possessione quadragenaria Beneficiatorũ nominandi Protectores ad effectũ de quo agitur, iux. formã cõmissionis, cùm probetur hmõi notatio ab anno 1509. vsq; ad annũ 1569. vt cõstat in p̃supposito pro parte Beneficiatorũ à nu. 13. vsq;

ad num. 72. & sic per sexaginta annos, sed etiam ante d. annum 1509. vt in dicto summario à num. 1. vsque ad
1 num. 13. & † iste status est restituibilis. Put. decis. 30. de restit. spoliat. Abb. in c. querelam, num. 12. de elect. Nec est dubitandum de iurisdictione, cum rescriptum velit vt constito de possessione omnia reducantur in pristinũ statum, quia possessio intelligitur qualificata suis omnibus qualitatibus, scilicet nominationis beneficiatorum, & deputationis per capitulum. Confirmatur ex confessione capituli, quæ habetur num. 10. in summario beneficiorum: fatentur enim canonici beneficiatos habere potestatem nominandi, non autem electionem. Itẽ probatur per actum positiuum ipsius capituli sub nu. 44. in summario capituli, vbi priuat nonnullos administratoris, ob delicta ab ipsis perpetrata, & requirit beneficiatos, vt intra certum tempus alios nominent. Nec obstat, quòd deducitur exemplo hanc facultatem prouenire à capitulo, iuxta enunciationes factas in diuersis instru-
2 mentis † quod ad ipsum spectat tale regimen, gubernatio & administratio dictorum aduersariorum, & stante statuto, quia ista enunciatio debet intelligi salua nominatione, alias esset contraria facto per tot actus multiplicatos, per quam multiplicationem excluditur præsumptio facultatis. vt per Rip. in c. cum ecclesia Sutrina, numero 55. de causa possess. & propriet. & eidem facultati præscribi potuit. Soci. iun. cons. 145. num. 4. lib. primo.
3 Neque videntur † simpliciter factæ nominationes vigore statuti, sed etiam vigore consuetudinis antiquæ, quæ in dicto statuto enunciatur. Neque obstant deputationes aliorum procuratorum, quia videntur factæ ex necessitate ad exigendum, non autem administrandum. Cetera quæ deducuntur, magis sapiunt petitorium, & ideo ad examinanda in petitorio purgato ante omnia spolio.

Ista decis. fuit confirmata corã Grassis 28. Iunij, 1574.

SERAPHINI.

Cæsaraugustan. alimentorum. Sabbati, 23. Ianuarij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta præstanda in vna specie, si illa de facili non reperiatur, possunt præstari in eodem genere, facta resolutione speciei ad quantitatem pecuniæ. & num. 5.*
2 *Resolutio rei debet intelligi rebus sic stantibus.*
Et procedit etiam in contractibus habentibus tractum successiuum.
Immo etiam in materia, quæ se habet ad augumentum, & diminutionem. num. 3.
4 *Obligatus præstare alimenta in redditibus bonorum, si dicat, quòd redditus non sufficiant, debet hoc ipse probare.*
5 *Interpretatio debet fieri, vt excludat nouationem, & sit minus præiudicialis alimentis.*

DECISIO CXXVII.

FVit resolutum, Dominos Canonicos posse petere quantitatem carnis à principio eis assignatam, vel sufficientem pecuniam ad illam emendam. Et mo
1 ti † fuerunt Domini ex eo quod à principio concessa fuerunt bona capituli in administrationem dignitatibus ad hunc effectum, vt ex eorum redditibus daretur canonicis necessaria ad victum, & inter cetera cõuentum, vt binis daretur quarta pars artietis. Sed cum de anno 1447. inter dignitates & canonicos orta esset quæstio super carnes Dalmatias, episcopus vnà cum capitulo resoluit eam in pecunias, videlicet, quod 7. mensibus pro carne quotidie darentur quindecim denarij canonico & portionario octo, reliquis vero mensibus canonico 14. & portionario 12. prout in 5. præsup. habetur. Quæ quidem † ordinatio & resolutio debet intelligi rebus sic
2 stantibus. l. quod Seruius. & ibi Iaf. de condict. cau. data. Dec. cons. 335. Riminal. cons. 102. num. 6. Quæ regula procedit etiam in contractibus habentibus tractum successiuum. Tiraquel. in præfat. l. si vnquam, num. 16. 7. & num. 14. qui tamen non figunt pedes in ea responsione, quæ est contra tex. apertos, nempe contra l. qui serui. ff. de cond. cau. da. l. quæro. §. inter locatorẽ. ff. de loca. l. ta le pactum. §. fin. de pact. l. qui seruum. ff. de verb. oblig. cũ alijs allegatis. Maximè verò, cùm ista resolutio carnium in pecunias fuerit facta fauore canonicorum.
3 Neque obst. † quòd simus in materia quæ se habet ad augumentum & diminutionem, quia nihilominus procedit regula, vbi casus superueniens non potuit facile prægogitari, vt in hac specie colligitur ex eodem Alciat. cons. 35. num. 3. lib. quinto. Nat. loco allegato, num. 18. Neque obst. quòd consideratum fuit hanc regulam debere operari etiam fauore dignitatum, vt intelligantur obligati ad præstanda alimenta rebus sic stantib. Quia pro responsione fuit consideratum, quod à principio obligatio non fuit concepta in pecunia pro emendis tot libris carnium, sed in quarta parte artietis pro binis ca-
4 nonicis. Adeo † quod cum habuerint administrationẽ cum hoc onere, si volunt se ab eo eximere eo prætextu quòd reddit⁹ non sufficiant, debent hoc ipsi tanquam suæ exceptionis fundamentum probare: alias non debet fieri interpretatio contra alimenta quæ de sui natura sunt fauorabilia. tot. tit. de alimen. & cibar. legat. Vnde ex hoc capite omissa supradicta regula, rebus sic stantibus, posset causa decidi. Nam ordinatio episcopi quæ habet, vt dẽtur tot pecuniæ pro carne, debet intelligi, ideſt pro emenda eadem carnis quantitate, non autem pro
5 carne, ideſt loco carnis. Tum † ex eo, quòd negocij non hęc erat vt omnino canonici vellent carnes hoc exigente victus necessitate, tum etiam quia interpretatio sumi debet, quæ excludat nouationem, & quæ sit minus præiudicialis alimentis, prout resolutum fuit in vna Roman. alimentorum. 21. Aprilis. 1572. coram R. P. D. Lanceloto. per tex. in l. alimenta, & in l. Seia. §. Imperator, & in l. à filio. §. Titia, de cibar. & alimen. leg. & l. j. C. de legib. quod est etiam maximè proportionabile materiæ subiectæ, in qua posset agi ad congruam, si per temporis lapsum congrua effecta esset sufficiens. c. extirpandæ, de præben. & resolutum fuit in vna Toletan. congruarum, coram bo. me. Oradin. 23. Iunij. 1572. Quod de præscriptione deducitur pro dignitatibus, non fuit habitum in consideratione, tum respectu materiæ subiectæ, tum ratione tẽporis, quod non videtur interceſſiſſe.

SERAPHINI.

Placentin. pensionis. Die Veneris, 19. Nouembris. 1569.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, habita vel non habita, posita in resignationibus beneficiorum, non extenditur vltra duos vel tres annos, vbi subest iusta causa.*
2 *Pensio debetur ex fructibus beneficij, & non aliàs.*
3 *Iuramentum regulatur secundum naturam principalis obligationis.*

DECI-

DECISIO CXXVIII.

LAurentius de Lernia, cui fuerat reseruata pensio 40. ducatorum super quodã beneficio simplici in ecclesia Placentin. agebat contra R. P. D. Ludouicum de Torres, cui fuerat resignatũ d. beneficium, & ipse accesserat obligationi in forma cameræ per suũ authorem factæ cum iuramento, in qua adderat clausula: habita vel non habita, &c. & iam Laurẽtius exegerat per plures annos hanc pẽsionem, R. P. D. Ludouicus de Torres excipiebat se nunquam potuisse adipisci possessionẽ d. beneficij, & ideo dicebat se non teneri, & allegabat quasdam diligentias per se factas pro habenda, nempe literarum expeditionem, & earum præsentationem factã capitulo, ad cuius instantiã fiscus regius eas acceperat, & transportari fecerat ad consilium Regium. Et insuper ad tollendam omnem suspicionem retrocesserat in fauorẽ eiusdem Laurentij, qui nolebat hãc retrocessionem acceptare, & tantum instabat pro vlteriori terminorum solutione. Ideo dubitaui, an R. P. D. de Torres esset absoluendus à solutione d. pensionis. & fuit dictum cum, presupposito quòd constaret de diligẽtijs, esse absoluendũ,
1 † non obstãte illa clausula, habita vel non habita, & obligatione camerali cum iuramento. Moti fuerunt Domini, quia sæpius Rota interpretata est huiusmodi clausulam, vt non extendatur vltra duos vel tres annos, vbi subest iusta causa. Ant. Aug. cons. 705. lib. 3. & in vna conerarum pẽsionis de Cordellas coram R. P. D. Oradino, de mense Iunij 1565.

2 Ratio huius temperamenti est, quia † pensio debetur ex fructibus beneficij, & ideo iniquissimum esset, vt quis teneatur soluere perpetuo pẽsionem ex beneficio quod adipisci non potuit, & clausula ista fuit inuenta solum vt obuiaretur malitiæ eorum qui differrẽt capere possessionem animo eludendi pensionarium, sed vbi cessat fraus & constat per titularem non stetisse, tunc illa clausula non debet operari contra mentẽ proferentis & contra iuris dispositionem.

3 Nec † quicquam facit iuramentum, quia regulatiter tollitur secundum naturam principalis obligationis. l. fi. C. de non num. pecun. c. quemadmodum, & c. peruenit. Paris. cons. 92. num. 41. lib. 4. cum alijs infinitis.

An autem satis probarẽtur diligentiæ. Domini dixerunt, probationem esse debilem, ideo coadiuuandam. Quare me iterum proponente & deducente P. R. D. Ludouico, beneficium istud esse de iure patronatus canonicorum Domini habuerunt diligentias pro probatis sub die vltima Februarij 1567. Et ita tuli sententiam absolutoriam in fauorem R. P. D. de Torres.

SERAPHINI.

Tudertin. bonorum. Veneris, 21. Aprilis. 1570.

DECISIO CXXIX.

FVit tentum, quòd ex deductis pro parte Dominorum de Cibocchis non poterat colligi talis probatio, quòd Vguccionus posset nomine proprio, non autem administratorio, vt ex hoc capite posset recedi à resolutione vltimo loco coram me facta: nam siue consideremus effectum præsentis dubij tendere ad hoc, quòd commissio pro parte Violantæ præsentata nõ fuit super bonis de quibus agitur, siue tendat ad demonstrãdum quòd hæc commissio fuerit dolosè & calumniosè impetrata ad impediendum executionem, neutrum satis cõcludenter ostenditur ex deductis: multa enim quæ præsupponuntur in facto per informantes, non verificantur, veluti quod Vguccionus & fratres prætenderent ius in istis bonis ex alio capite quam ex capite Dionoræ, & quod Dionora tempore transactionis erat vidua, & quod transactio habuerit effectum, & quod Violanta de anno 1508. non esset nata, quod tamen non est necessarium in isto casu: nam viuente matre Vguccionus potuit possidere hæc bona tanquam maritus & ea mortua tanquam pater Violantæ. Nam quòd commissio fuerit super bonis de quibus agitur, hoc clare colligitur ex articulis Violantæ, iunctis cõmissionibus hinc inde præsentatis, & ex mandato dato ad causam quam habebant cum Vgucciono & Violanta de anno 1513. 18. Nouembris. & ex alijs articulis eiusdem partis, qui licet sint reuocati, tamen faciunt multum ad veritatem eruendam, & ex litis substentatione. Præsumptio verò calumniæ ex eo tollitur, quod apparet de iure communi Violantę pretensionem coloratam fuisse, neque tolli potest ex transactione, quam nescimus vtrum sortita fuerit effectum nec ne, & forte etiam contra eam aliquid opponere poterat aut volebat, & non est inuerisimile istorum bonorum possessionem continuatam fuisse à Iacobo in filias, deinde ipsis mortuis in matrem ipsarum Dionoram, & ex ea in Violantem. Testium vero dicta non prorsus concludere, cùm per alios testes qui magis verisimiliter potuerunt res melius scire, eneruentur, cùm isti pro Domi nis de Cibocchis fuerint examinati de anno 1513. alij verò de anno 1522. & ad concordiam de facili reducuntur ex eo, quòd Vguccionus erat maritus Dionoræ & pater Violantæ, & eius fratres cum eo habitabant in cõmunione, & in commissionibus & articulis declarauit Vguccionus quo animo & cui possideret, adeo quod dato etiam spolio potuit illud committi nomine Dionoræ vel Violantæ, quas apparet non fuisse sine titulo licet controuerso, & licet postea fratres Violantæ possederint, & demum bona confiscata fuerint, posse dici Violantem potius spoliatam fuisse ab ipsis, quàm ex hoc inferendum, quòd ipsa nunquam possederit. Et ita concluſum, non esse ex deductis à priori resolutione recedendum, cum nihil clarũ & certũ in medium proponatur.

SERAPHINI.

In eadem Tudertin. Die Lunæ, 18. Iunij. 1571.

DECISIO CXXX.

FVit resolutum, quod attento initio & serie facti, & ad effectum de quo agitur, potius constat Vguccionum & fratres possedisse bona de quibus agitur, iure familiaritatis, quã iure proprio: initium enim indicat bona saltem iure communi spectasse ad Dionoram per obitum Franciscæ & Ephigeniæ filiarum suarum hæredum Iacobi, ex quo verisimiliter deducitur, cum ista bona fuerint possessa per Iacobum, & consequenter fuerint possessa per filias & per ipsam Dionoram, & cum ipsa nupserit Vgucciono, circa tempora ipsius transactionis potius est præsumendum quod Vguccionus iure familiaritatis possederit quàm iure proprio ad euitandum præsumptionem delicti. Secundò, consideratum fuit hoc confirmari ex commissione nomine Violantæ impetrata, & ex mandatis Vguccionis in quibus constituit procuratores tam per se, quàm nomine Violantæ. Tertiò confirmatur, ex eo quod ipsamet pars aduersa constituit procuratores in hac causa

contra Vguccionum & Violantem, & non contra solum Vguccionum, & longam litem contra eam substinuit. Quartò facit declaratio facta per Vguccionum in articulis & iudicio. Quintò faciunt partitæ nuper productæ, & quæ præsupponũtur recognitæ, in quibus adsunt partitæ anni 1506. vsque ad annum 1525. Sextò multum faciunt testes examinati de anno 1522. qui cum sint proximi illis temporibus, sunt potius attendendi, quàm alij examinati de anno 1553.

Nec obstant in contrarium ponderata. Et primò, instrumentum transactionis, quia non apparet de effectuatione, imò potius de contrario constat in instrumento possessionis. Nec obst. mãdatum datum per Vguccionũ nomine proprio ad causam, quia cum litem nõ instituerit, sed ab alijs prouocatum in iudicium venerit, nihil mirum si nomine proprio sese defendit: nec etiam tenebatur docere suos aduersarios, quisnam esset verus possessor istorum bonorum, & illi indicare, aduersus quem instituere deberẽt actionem. Non obst. compromissum factum nomine Vguccioni & fratrum contra Bernardinum & Baptistam, quia magis videtur percutere ius successionis quam articulũ possessionis. Prætendebat enim Vguccionus adesse quoddam fideicommissum super arce Camani, sed nullum verbum adest in cõpromisso, nec in exceptionibus quod tangat possessionem. Nec obst. ꝙ ius familiaritatis non potest considerari in fratribus Vguccioni, quia contrarium est verius stante communione. Vltimò, non obstant testes, quia per antiquiores testes eliditur eorum probatio, & reduci possunt quodammodo ad cõcordiam. Et hæc dixerunt Domini, maxime procedere in casu de quo agitur, cum executoriales quæ petuntur mitti vlteriori executioni, sunt valde antiquæ, & fuerunt obtentæ per audientiam contradictarum.

SERAPHINI.

Roman. Palatij de Ioacchinis. Die Lunæ, 26. Nouembris. 1571.

SVMMARIVM.

1 *Spolio agere non potest, qui eius facto & consensu à possessione cecidit. & Decis. seq. num. 1.*
2 *Confessio dubia & incerta est attendenda, vbi plura adminicula cum ea concurrunt. & num. 4. & 6.*
3 *Discessus patrisfamilias non sine incommodo rei familiaris, præsumitur factus ex causa.*
5 *Decisio 4. Rot. de confes. in antiquis, est in dubium reuocata, & contrarium plures tenuerunt.*
6 *Confessio facta secundum terminos Decisio. 4. Rot. in antiquis, extenditur etiam ad hæredes confitentis.*

DECISIO CXXXI.

STrictè tractando de spolio conclusum fuit, D. Hieronymum possessorẽ & reum excusari à spolio intentato per Dominos de Ioachinis filios & hæ-
1 redes Calixti, quia † præsupponitur, ꝙ constiterit, Bonifacium auum & authorem ipsorum agẽtium d. Palatium possedisse & eius facto siue consensu à possessione cecidisse, & eã peruenisse ad Dños de Capizucchis authores Hieronymi, ideo spolium non intrare, iux. not. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poss. De facto autem & consensu Bonifacij fuit dictũ constare ex confessione d. Calixti eius filij & hæredis patris & authoris agentium, facta in alia causa, vt in præsup. 6. qui Calixtus attestatus fuit, ꝙ suus pater dedit domũ, de qua agitur, Dominis de Capizucchis, & sic apparet de facto Bonifacij. Nec obst. quatenus dicitur, ꝙ d. Calixtus in suo dicto non se firmat propter illud verbum, non dedit eam in solutum. Quia
2 respondetur, † quòd depositio Calixti est incerta quoad modum, ex quo domus fuit tradita: sed quoad dationẽ certa est per illa verba, pater meus dedit domum. & illa vltima, *basta che l'hebbe non sò come*. quæ confessio attendenda est, quia plura adminicula cum ea concurrũt, vt in similibus terminis tenuit Rot. vt refert Achil. de cõfess. decis. j. Primò, depositio Fidelis de la Batuffa, qui clare deponit, quòd Domini de Ioachinis consignarunt domus Dominis de Capizucchis vigore litis: nec videtur obstare, quatenus testis dicit, quòd litigarunt super domo, & tamen executoriales, de quibus in primo præsupposito non faciunt mentionem de lite super domo, sed super alijs rebus. Quia aliqui respondebant, quòd testis facile potuit credere litigasse etiã super domo postquam Capizucchi acceperunt eam, vel & melius potest dici, quòd per bracchium sęculare potuerint Capizucchi ingredi possessionem domus, & super hoc litigasse de ea. Secundò, depositio Marcelli alterius testis, de quo in 8. præsup. qui similiter deponit quod d. Paulus de Capizucchis habuit domum præfatam à Ioachinis. Tertiò, quia si Capizucchi spoliarunt Bonifacium, verisimile esset, quòd ipse egisset contra eos, sicut litigauit super alijs causis, de quibus in executorialibus. Quartò, quia cum extet dictum brachium sęculare pro magna summa, non est verisimile quòd Capizucchi, qui fuerunt diligentes in litigando, omiserint exequi brachium. Vnde cum assecuti sunt possessionem domus, verisimile est in executione accepisse, vt excludatur spolium quod sapit delictum. Quintò, quia præsupponitur, quòd Capizucchi possederunt domus per longissimum tempus, quo Bonifacius & Calixtus vixerunt, & non constat, quòd aliquid de spolio intentauerint. Sextò, secundum aliquos, quia præsupponitur, quòd ex testibus examinatis pro Ioacchinis ad probandum primum extremum; col-
3 ligitur, † quod d. Bonifacius discesserit ex d. domo, & iuerit ad habitandum in alia domo prope S. Aloysium, qui discessus patrisfamilias non sine incommodo rei familiaris præsumitur factus ex causa. Et ideo verisimile est, quòd Capizucchi in executionem domum acceperint. Nec prædictis videtur obstare, quòd de executione, & pertinentibus ad eam, vel de datione in solutũ non constet. Quia respondetur, quòd res est antiqua, & Hieronymus reus est successor per interpositas personas: ideo non facile potest scripturas reperire. Quod optime confirmatur ex depositione Calixti, in illis verbis, *& le scritture di questa causa sono perse, io non le trouo che sono cose vecchie de mille anni*. Postremo non obstat quatenus pro Dominis de Ioachinis dicitur, ꝙ depositio Domini Calisti, qui fuit examinatus tanquàm testis in causa, quæ vertebatur inter hæredes Do-
4 minici de Capizucchis, & illius creditores, non faciat fidem in hac causa, quæ vertitur super spolio domus, & inter alias personas. Rot. in antiq. de cõfes. decis. 4. Quoniam respondetur, quod hoc forte posset procedere in sola confessione sine depositione, secus in ea quæ est pluribus adminiculis suffulta. Secundò respondetur, quòd illa decisio in secunda parte, versicu. quid ergo, nihil videtur super hoc determinare, sed allegat ad vtramque partem: & licet eius summarium, & summarium alterius decisionis idem ad literam dicentis, de confes. decis. secunda, contrarium sentiant, & cum ea transeant aliqui, vt Cap. decisio. 52. in fin. tamen summaria prædicta non sunt vera, vt animaduertit Purpur. in addit.

dit. decis. 34. de procurat. in nou. & in l. 2. in fine. versicu. 4. C. de eden. & vt dicit idem Purp. quod d. decisio
5 † videtur fuisse reuocata in dubio coram Fabio & Ant. Augustino, & contrarium tentum, vt per eum. Et secundum aliquos fuit etiam reuocata in dubium in fortioribus terminis, vt refert Achil. de confes. decis. vltima, iunctis traditis per Abb. in c. per inquisitionem, nu. 12. cum seq. de elec. & ꝓdicta confirmantur p tex. in l. generaliter. C. de non num. pecu. in c. per tuas. de proba. Et pro prædicta conclusione contra dictam decisionem est in terminis cons. Grat. 14. lib. 2. Dicebat tamen vnus ex Dominis, quòd poterat dubitari, an depositio Calixti præiudicaret agentibus, quia prædicta videntur procedere, quãdo tractatur de præiudicio ipsius Calixti confitentis. sed respondebatur idem esse in persona ipsorum agentium,
6 qui agunt spolio † tanquàm filij, & hæredes Calixti filij, & heredis D. Bonifacij, qui dicitur à possessione cecidisse, & actionem spolij transmisisse, & alius ex Dominis dicebat esse aduertendum, an Capizucchi dicerent se Dominos, quia tunc dubitandum esset de depositione Calixti, cui respondi, quòd non memineram eos hoc dixisse in actis, quæ potero reuidere.

SERAPHINI.

In eadem Roman. Palatij. Veneris prima Iulij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Actio spolij non competit ei, qui facto suo à possessione cecidit.*
2 *Clausula, iuxta æstimationem fiendam, rem conditionalem facere videtur.*
3 *Incertitudo ratione quotæ, & loci facit rem conditionalem.*
Æstimatio respicit quantitatem pecuniæ in re æstimata.
4 *Æstimatio sola non facit contractum conditionalem.*
Venditio ad mensuram facta non dicitur, quando inspicitur à certo & determinato corpore.
5 *Traditio duplex esse dicitur; ficta scilicet, & vera.*
6 *Onus probandi incumbit ei qui dicit, conditionem non esse impletam in contractu conditionali, in quo transfertur possessio.*
7 *Conditio impleta præsumitur ex cursu tanti temporis, & patientia, quæ & ante, & post adeptam possessionem impleri potest.*
8 *Actus habens relationem ad statuta, intelligitur de statutis, quæ actui non repugnant.*

DECISIO CXXXII.

FVit resolutum in casu de quo agitur, non esse locũ
1 actioni spolij, cum † Bonifacius ceciderit facto suo, vt apparet ex instrumento dationis in solutũ. Paris. consil. 1. nu. 153. in 1. not. Soc. in l. rem quæ nobis. nu. 8. de acquir. pos. Rip. in c. sępe. nu. 27. de restit. spolia. Rui. consi. 47. nu. 5. & 49. nu. 9. in 4. Grat. cõsi. 50. nu. 13. lib. 1. cum infinitis alijs qui adduci possent.

2 Non ob. ꝙ † datio ista in solutum videatur conditionalis propter illa verba, iuxta æstimationem fiendã. text. in l. fi. C. de contrah. emp. faciunt tradita per Alex. consi. 33. lib. 6. Curt. iun. consi. 244. lib. 3. Neuizan. cons. 38. nume. 25. Couar. pract. q. c. 3. nu. 6.

Primò, quia id procedit, vbi adest totalis incertitudo tam ratione quotæ, quàm ratione loci, vt satis declarat Dec. consi. 179. nu. 30. & Paris. consi. 59. nu. 15. lib. 1. tũc
3 † enim dici non potest aliquid venditum: in casu autem isto adest certitudo rei, quæ datur in solutũ circumscribendo cum suis iuribus: adest etiam certitudo pretij, nẽpe pro quantitate debita: æstimatio verò respicit, nõ dationem insolutum, sed vel refectionem pecuniarũ si pluris, vel supplementum in vinea si minoris æstimetur, & hoc idem sensisse videtur Neuizan. d. consil. 26. vbi tradit fines fuisse incertos.

Secundò respondetur, ꝙ ista datio in solutum est pura, cùm incipiat à nomine designando certam speciem,
4 & corpus determinatum: ideo quod † sequitur de æstimatione, non facit contractum conditionalem, vt in simili, quòd non dicatur facta venditio ad mensuram, qñ inspicitur à certo & determinato corpore, trad. Ale. consil. 120. nu. 9. lib. 2. & cons. 8. lib. 4. vbi sub nu. 8. dicit mentem contrahentium esse inspiciendam. si ergo inspiciamus mentem Bonifacij, ea fuit omnino domum pro cõcurrenti quantitate in solutum dare, siue plus siue minus valeret summa debita: ergo æstimatio, quæ non ad effectum dationis in solutum, sed ad effectum rescissionis fieri debebat, non facit contractum conditionalem: hoc enim esset contra mentem contrahentium.

Tertiò allegata in contrarium procedunt, vbi non est
5 sequuta traditio, sed hic adest duplex † traditio, nempe ficta per constitutum, & vera per apprehensionẽ procuratoris ad hoc cõstituti, & hoc sine difficultate procedit, iuxta doctr. Ang. & Castren. in l. 2. C. de peric. & cõmod. rei vend. quos sequitur Corn. consil. 150. nu. 11. li. 1. Dec. d. cõsi. 179. nu. 3. Paris. consi. 59. nu. 20. lib. 1. Couar. d. c. 3. prac. q. nu. 6. qui in specie sequitur Ang. & Castren. aduersus Curt. licet limitet id nõ procedere in ficta traditione.

Quartò dato etiam ꝙ contractus iste esset cõditionalis, tamen † alleganti non fuisse impletã cõditionẽ, incũ-
6 bit onus probandi, cùm etiã ex contractu conditionali transferatur possessio, quæ sub conditione tradi potest, vt late per Tiraq. de const. par. 2. limit. 17. Conditio itaq; non facit, vt non fuerit translata possessio in Capizuccũ. Ideo si Ioachini prætendunt spolium, debent ipsi allegare, & probare non impletum conditionis.

Quintò in omnem euentum ex cursu tanti tpis, & pa-
7 tientiæ dictorũ de Ioachinis ꝑsumitur impleta cõditio, quæ nedum ante adeptam possessionẽ, sed ẽt postea impleri potuit. Et pro hac præsumptione faciũt ea, q̃ alias sub die 25. Octobris, 1574. fuerunt per Dominos considerata pro præsumptione dationis in solutum, quæ mulò magis procedunt in casu isto, cùm non agatur de præsumenda substantia dationis in solutum, sed de qualitate in huiusmodi contractu apposita.

Nec ob. alia cõditio ratificationis. Quoniam ea est secuta, & ꝙ licèt habeat relationẽ ad statuta, tamen pro va-
8 liditate actus intelligendum est de statutis, quæ actui nõ repugnabant. l. quoties. de reb. dub. Sed & dici potest, dationem in solutum non excludisse statutum illud de tertio pluris, cùm contrahentes censeantur se conformare cum statutis loci in quo contrahitur. Bald. in l. si duo. de acquir. hære. cum simil.

Et ex his concluditur non competere Dominis de Ioachinis actionem spolij.

SERAPHINI.

Leodien. hæreditatis. Die Lunæ, 15. Octobris.

SVMMARIVM.

1 *Cardinali non creditur asserenti de facultatibus in his, quæ neque iure communi, neque ex generali officio legationis competunt.*

Potestas

2 *Potestas creandi comites, & legitimandi, est de reseruatis supremo Principi.*
3 *Præsumptio concurrens cum veritate, & communi reputatione, fit validior ad actum.*

DECISIO CXXXIII.

CVm duplici via informantes pro filijs defendant legitimationem esse validam, quarum prior est ratione præsumptæ facultatis, posterior ratione communis erroris, & reputationis, Domini quãtum ad priorem illam defensionem resoluerunt ex ea substineri
1 non posse huiusmodi dispensationem. Nam † licèt Cardinali asserenti de facultatibus regulariter credatur, vt est doctr. Io. And. in c. constitutus. de appella. tamen placuit limitatio, quòd non procedat in ijs, quæ neque de iure communi, neque ex generali officio legationis com petunt, vt per Dec. consi. 228. nu. 9. qui plures allegat. Roman. consi. 381. nu. 3. Pariſ. consi. 12. nu. 133. & 134. volum. 2. cum alijs allegatis. Potestas † autem creandi Comites, & legitimandi est de reseruatis. cap. per venerabi
2 lem. qui fil. sint legit. idem Pariſ. eodem consi. 12. nu. 13.

Non ob. doctrina Bal. in l. exemplo. C. de probat. quia requirit pluralitatem actuum, & quòd publice gesti fuerint, & concludit, quòd ratione præsumptæ veritatis gesta valeant. Et † licèt sine veri præiudicio præsupponamus, quòd hic adsint sufficientes actus ad inducendum huiusmodi præsumptionem, tamen tollitur hæc præ
3 sumptio, ex eo quòd de veritate constat ex facultatum publicatarum, & regiſtratarum inſpectione, estque validior hæc præsumptio, iuxta decis. Put. 298. in causa Tol letan. lib. 3.

SERAPHINI.

Roman. societatis. Veneris. 18. Decembris. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Pactum resolutiuum contractus statim operatur creditore volente.*
2 *Diſdicta quæ sit vigore pacti resolutiui, non pendet à voluntate creditoris, sed à negligentia debitoris negligentia id, ad quod tenebatur, perficere.*
3 *Commodum nemo consequi debet ex eo contractu quem non impleuit.*
4 *Pactum resolutiuum contractus in contractu societatis est simile contractui emphyteutico.*

DECISIO CXXXIIII.

FVit resolutum non esse locum lucro pecuniarum,
1 de quibus agitur, sed esse restituendas ex eo † q in cõtractu fuit appositum pactum resolutiuum, quod statim operatur stante declaratione per Theophilum facta. Alex. in l. insulam. in 16. fallen. de verb. obligat. Put. l. vltima, de transact. Neq; in hoc censeri debet repetita dilatio 15. dierum appoſita diſdictæ, quæ expresse fieri debebat cũ sit diuersa ratio: ista enim diſdicta est mere voluntaria ex parte creditoris, ideo consentaneũ est, vt detur aliqua honesta dilatio debitori ad pecunias parandas: sed diſdicta hæc quæ fit vigore pacti resolutiui,
2 † non pendet à voluntate creditoris, sed à negligentia debitoris negligentis id, ad quod tenebatur, perficere. Quare & statim resoluitur contractus creditore volente, prout in casu isto voluisse apparet, nec expectanti sunt alij 15. dies, non vigore conuentionis, cùm hoc actum non fuit, nec ex natura contractus, cùm pactum resolu
3 tiuum statim operetur: neque † est ferẽdum, vt quis ex eo contractu quem non impleuit, commodum consequatur. l. Iulianus. §. offerri. de actio. emp. Gozad. consi. 1. nu. 1. & consi. 31. nu. 4.

Neque ob. Put. decis. 68. lib. 3. quia rationes illius decisionis sunt omnino diuersæ, & cessant in illo casu, in quo aderat clausula præcedente diſdicta: hic non adest
4 pactum expreſſum, † quòd eo ipso intelligatur societas diſdicta, & potest adduci simile de emphyteuta, vt per Clar. in §. emphyteusis. q. 9.

SERAPHINI.

Ciuitatis Castelli bonorum. Veneris. 21. Nouembris. 1572.

SVMMARIVM.

1 *Concordia principalis, quæ sonat in diuisionem, si fuit habita à contrahentibus pro perfecta, à persona recedere licèt.*
2 *Tempus quando dicatur adiectum causa differendæ obligationis, & quando limitandæ.*

DECISIO CXXXV.

FVit per Dominos conclusum in casu istius contra
1 ctus licere recedere à persona, quia † principalis concordia, quæ sonat in diuisionem, habita fuit à contrahentibus pro perfecta, iuxta communem doctrinam quam refert Alciat. in l. si quis arbitratu, nume. 27. de verborum obligat. Neque hic habet locum l. fi. C. de contrahen. emp. & eandem opinionem tenent Alexand. & Ambro. Opiz. in d. l. si quis arbitratu. sed difficultatem faciebat Dominis tempus adiectũ, eo quod, aut est adiectum causa differendæ obligationis, aut causa limitãdę:
2 † sed hic non videtur adiectum causa differendæ, ergo causa limitandæ. fuit allegatus Ruin. consil. 82. nume. 3. lib. primo, & Iaſ. in l. eum qui. §. qui ita. col. 5. in secunda lect. de verborum obligatio. Et hoc maxime videbatur dicendum ratione subiectæ materiæ, cùm valor bonorum stabilium sit auctus, licet nonnulli ex Dominis cõtrarium sentirent, dummodo fieret æstimatio ad rationẽ illius temporis. Ideo super hac parte nihil resolutũ, sed ordinatum, vt denuò causa proponatur cum eiſdem informationibus, & partes in memorialibus restringant se ad hoc vltimum caput.

SERAPHINI.

Imolen. Castrorum. Veneris, 22. Aprilis. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Priuatio sine causa facta à Papa in prophanis non tenet: secus in beneficialibus.*
2 *Executio sententiæ latæ in contumacia non potest fieri, nisi post annum.*
3 *Præsumendum non est pro decretis camералibus, nisi quatenus constet ex actis.*
4 *Priuari nemo potest bonis suis de iure communi ob contumaciam.*
5 *Taciturnitas non nocet ei, qui scit ius suum saltum esse.*

DECISIO

7 *Testamenti mutatio in pura & mera voluntate consistit, quæ etiam ex coniecturis colligitur, non obstante aliqua clausula derogatoria in primo posita testamento.*
8 *Suspensio quinquennalis æquiparatur derogationi.*

DECISIO CXXXVI.

LIcèt in beneficialibus, in quibus Papa habet potestatem absolutam, teneat priuatio per eum facta,
1 etiam sine causa, vt per Mohed. decis. 86. Et † ideo tali casu adhiberetur fides enunciationi ab eo emanatę, tamen in prophanis secus est, ideo verificanda est narratiua Clementis in ea parte, in qua asserit Castra Tusigna ni, & Fontanę per priuationem Riccardi de Alidoſijs ad Cameram Apoſtolicam fuisse legitime deuoluta, sed ex his, quæ deducuntur, non fuisse verificatam, tenuerunt Domini. Nam decreta cameralia ostendunt
2 priuationem fuisse factam in contumacia, † quo casu nõ poterat deueniri ad executionem, nisi post annum. l. fi. de requi. rer. & late aliàs fuit diſcuſſum in vna Roman. Canonicatus in foro piſcium de anno 1567. corã R. D. Cotta. Alienatio verò per Clementem facta fuit intra hoc tempus, ex quo apparet perperam factam fuisse, & de tempore quo nondum fuerant castra ad Cameram apoſtolicam deuoluta. Accedit decretorum nullitas, de qua ex inſpectione constare vĩ, cùm sint sine citatione: assertioni enim procuratoris fiſci, cùm sit pars, non est credẽdum. l. nullus, de testibus. Neque pro decretis camералib.
3 est præsumendum, cum pro sententia lata contra absentem nihil præsumatur, nisi quatenus cõstet ex actis. Bur. consi. 24. Curt. consi. 310. num. 5. lib. 3. Maximè, quia de iure communi non potest quis ob contumaciam priua
4 ri bonis suis, vt per Doc. in l. 1. §. fi. si quis ius dicen. non obtemper. Ideo si vel de ſtylo, vel de consuetudine, aut vigore ſtatutorum contrarium seruatur, talis probatio ex contumacia resultans dicitur priuilegiata, & sententia vigore eius lata nunquàm transit in rem iudicatam, vt ex sententia Innocen. Abb. Ang. Rom. Alexan. & aliorum tradit idem Curt. consallegato numero 3. Nec po
5 test dici Riccardum acquieuiſſe, cum postea reclamauerit: sed & si non reclamaſſet data iniuſtitia sententię, nihil ei obesset taciturnitas, cùm sciuerit ius suum sibi saltuum esse. Nec ob. sententia vltima contra communitatem Imolę, & Alidoſium lata. Quia nunc de eius iuſtitia, vel iniuſtitia quæritur: & si est iniusta, vt ex deductis constare videtur, cùm conceſſio de feudo non deuoluto sit nulla, c. 1. si quis fecer. inueſtit. vtique nec transiuit in iudicatum, neque confirmari, vel exequi potest. c. inter cæteras, & ibi Doc. de re iudica.

SERAPHINI.

Astoricen. Archidiaconatus. Lumæ, 19. Martij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, quòd iuspatronatus habeatur ac si ex vera dotatione, & fundatione competeret, quid operetur.*
2 *Clausula, quòd non possit derogari, nisi de toto tenore, & data plena, specifica, indiuidua, expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio fiat, quid operetur.*
3 *Clausula, & tuus ad id expressus accedit assensus, est maximæ efficaciæ.*
4 *Clausulæ derogatoriæ continent protestationem defectus voluntatis in dispositione sequenti.*
5 *Reuocatio facta per viam legis cum clausula derogatoria, non tollit præcedentes dispositiones habentes clausulam derogatoriam, nisi adsit clausula, etiam si de illis esset facienda expressa mentio, vel clausula, quorum tenores, & nu. seq.*

DECISIO CXXXVII.

FVit resolutum indultũ Marchionis suffragari aduersus regulam reseruatoriam fęl. rec. Pauli Quarti propter clausulas in eo contentas prægnantio
res clausulis regulæ. Et primò fuit considerata clausula,
1 quòd † ius patronatus huiusmodi habeatur ac si ex vera dotatione, & fundatione competeret, quæ facit vt licet hæc qualitas insit ex priuilegio, debeat tamen regulari prout regulantur ea quæ ex dotatione, & fundatione cõ petunt, nisi de mente contraria Papæ appareat, alias nihil operaretur illa æquiparatio. Ideo non censetur in dubio derogatum. Gemin. in c. cum in illis. §. illis vero. numero 9. de præben. in 6.

2 Secundò fuit ponderata clausula, quòd † non possit derogari, nisi de toto tenore, & data plena, specifica, indiuidua, expreſſa, an de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio fiat, quæ clausula verbis adeo præcisis concepta importat, vt non possit tolli per aliam clausulam, quæ ita concipiatur, et si expreſſa de clausulis derogatorijs mentio facienda esset. Vt per Federic. de Sen. consil. 233. Card. consil. 2. Pariſ. consi. 42. nu. 15. vol. 4. Gozad. consi. 9. num. 26. Silu. de benefic. parte 3. q. 14. cum alijs.

3 Tertiò fuit ponderata clausula, & † tuus ad id expreſſus accedit assensus, quæ est maximę efficaciæ, cùm in dubio nunquàm censeatur Papa defectum consensus supplere velle.

Quartò fuit põderata illa clausula, non autẽ, per clausulas generales idem importantes, quæ videtur talẽ formam inducere, quæ non possit per æquipollens adimpleri, licèt in voluntarijs regula sit in contrarium, vt per Iaſ. in l. 1. de liber. & posthu. & maxime, quia clausulæ generales reg. non possent dici idem importare, vt infra dicetur.

4 Quintò fuit consideratum, quòd † istæ clauſulæ derogatoriæ continent proteſtationem defectus voluntatis in diſpoſitione sequenti, vt per Barto. & alios in l. si quis in prin. de leg. 3. Ideo ab huiusmodi proteſtatione nõ est recedendum, nisi constet de contraria voluntate de qua non docetur exemplo, vt infra dicetur.

Non obstant in contrarium deducta.

5 Et primò, quod † dicitur, reuocationem factam per viam legis cum clausula derogatoria tollere omnes præcedentes diſpoſitiones, etiam clauſulam derogatoriam ad sequentia habentes, ad Bart. in extrauag. ad reprimẽ. in verb. non obstante. Calder. consi. 11. de priuileg. cum alijs. Quia quicquid sit de ista quæstione valde inter Doctores controuerſa, videtur quod receptior opinio sit,
6 quòd hoc sit verum, † quando cum clausula derogatoria posita in lege, vel constitutione cõcurrit clausula, etiam si de illis esset facienda expreſſa mẽtio, vel clausula, quorum tenores, & in istis terminis loquitur Rip. qui cæteros cumulat in c. 1. num. 55. de rescrip. Tiraq. de ll. cõnubial. glo. 7. nu. 204. Vbi allegat rationem, quia Princeps qui est lex animata, potest fingere expreſſum, quod expreſſum non est, & istis terminis procedit ſtylus curiæ, de quo facit mentionem Rip. loco allegat. & Caſſad. decis. 10. super reg. quẽ refert, & sequitur Gabriel. de clauſul. concluſ. 5. nu. 11. 12. & 13. Et ideo inualuit ſtylus apponendi d. clauſulam, quorum tenores, sine qua de ſtylo Rotæ infinitæ derogationes remanerent in efficaces.

Gozadin.

Gozadin. consilio 9. nume. vigesimo septimo, cum alijs.

7 Secundò non ob. quòd † in materia æstimatoria Doc. contentantur ad reuocationē prioris testamentaria facti cum clausula derogatoria, quod cum posteriore concurrant aliquæ coniecturæ mutatę voluntatis, vt per Soc. in l. si mihi, & tibi. §. in legatis de leg. 1. Couarru. in rub. de testamentis. par. 2. nu. 19. cum alijs latissime deductis in vna Forliuien. coram R.P. D. de Grassis. Quia re vera tota ista materia pendet à voluntate, & ideo nihil mirum si quando ex coniecturis constat de voluntate reuocandi testamentum, censetur reuocatum. sed in casu de quo agitur, tanta est prægnantia clausularum indulti, vt superet longe efficaciam aliarum in regula contentarum, & ideo de ista contraria voluntate nō constat, immo potius constat noluisse derogare, ex quo clausulæ istæ vltimæ sunt debiliores. Et istam prægnantiam, & geminationem considerant Paris. consi. 42. col. fi. lib. 4. licèt in casu suo adesset clausula pro expressis &c. Federic. d. consi. 233. sub nu. 7. ver. præterea.

Tertiò non ob. quòd regula suspendat, nō autem reuocet indulta. Quia † cùm suspēsio sit ad quinquenniū,
8 æquiparatur derogationi. Sarnen. in regula de non tollen. iur. quæs. q. 10. numero sexto, Put. decis. 289. lib. 3.

Quartò non ob. quòd Papa non possit imponere legē successori, quia non imponit legem potestati, sed voluntati. Silu. de benefic. par. 3. q. 14. nu. 14. Ad alia sufficiens potest colligi responsio ex supra dictis. Ideo Domini amplexi sunt istam partem, quæ magis videtur congruere stylo, & quæ concordat cum antiquis decisionib. in hac causa factis, & aliàs allegatis.

SERAPHINI.

Roman. siue Tyburtin. vsusfructus. Veneris, 22. Octobris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio lata fit in legatis, & maximè quando est factum vxori.*
2 *Reseruatio facta à tastatore in dubio debet interpretari, vt magis conueniat menti ipsius.*

DECISIO CXXXVIII.

FVit tērū, in legato facto Faustinæ vsusfructus omniū bonorū contineri vsumfructū Casalis de quo
1 agitur, tum † q̄ in legatis fit lata interpretatio, tū quòd factum est vxori. Tiraq. in præfat. leg. l. si vnquàm, numero duodecimo, C. de reuocan. donat.

Nec obstare illa verba, excepto casali, quod reseruauit sibi, & suis hæredibus liberum &c. Tum quòd videntur esse enunciatiua conditionum societatis, non aūt dispositiua. Tum quòd sine dubio illud verbum, liberum, debet referri ad societatem, nempe quod sit liberum à societate. Nam huiusmodi reseruatio respectu vsusfructus non conuenit sibi testatori, cum testamentum morte confirmetur. Et ideo talem reseruationem ei non cō
2 uenire. Quare † licèt possit conuenire hęredibus, tamē sumi debet illa interpretatio, quæ magis conuenit, & quæ rōne cōtextualitatis vī sōlum respicere ipsam societatē.

SERAPHINI.

Romanensis casalium. Lunæ, 20. Februarij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Pœna l. fi. C. de iure emphyteu. quæ loquitur in emphyteuta, non habet locū in conductore ad longū tempus. nu. 7.*
2 *Vtile dominium transfertur in locatione ad longum tempus, sicut in emphyteusi.*
3 *Pœna priuatiua non habet locum, nisi expresse in iure caueatur.*
4 *Pensio in locatione ad longum tempus est proportionabilis fructibus: secus in emphyteusi.*
5 *Remissio ob sterilitatem fit in locatione longi temporis: secus verò in emphyteusi.*
6 *Extensio in pœnalibus non debet fieri de casu ad casum, nisi in omnibus, & per omnia par sit ratio.*
7 *Extensio pœnæ non debet fieri in terminis l. fina. C. de iure emphy. ad conductorem ad longum tempus.*
8 *Leges loquentes in contractu emphyteutico non debent trahi ad contractum locationis perpetuæ, vbi est rationis disparitas.*
Emphyteuta non potest sublocare inuito domino: secus in conductore.
9 *Contemptus maior est in emphyteuta, quàm in conductore.*
10 *Differentiæ multæ inter contractus emphyteusis, & locationis ad longum tempus, ex communi.*
11 *Æquiparatio quæ fit inter locationem ad longum tempus, & emphyteusim quo ad vtile dominium, non debet trahi ad pœnam priuationis.*
12 *Opinio Fulgosii, & sequacium circa æquiparationem contractus emphyteusis, cum contractu locationis ad longum tempus, est communiter reprobata.*

DECISIO CXXXIX.

QVia ex duobus præcipue capitibus Reuer. Fratres sancti Clementis, & Pancratij prætendūt, D. Horatium incidisse in pœnam priuationis ob concessiones ab eo factas diuersis personis quarundam pedicarum terræ pertinentium ad directum dominium Ecclesiæ sancti Clemētis, à qua q. d. Ant. eius pater casalia, quæ comprehendebant istas pedicas, ad tertiam generationē conduxerat, prout in instrumento in actis producto. Quorum alterum innititur ratione dispositionis l. fi. C. de iur. emphy. Alterum verò prætenditur ratione interuersionis directi Dominij, quæ ex dictis concessionib. resultare videtur, attento quòd in eis partim nulla fuit facta mentio dominij directi Ecclesiæ, partim quòd D. Horatius reseruauit sibi directum dominium. Ideo pro veritate habenda Domini distinxerunt istas duas difficultates. Et in primis voluerunt videre si de iu-
1 re est verum, quòd † pœna d. l. fina. quæ loquitur de emphyteuta, locum sibi vendicet etiā in conductore ad longum tempus. Et quia hæc quæstio habet hinc inde suos auctores, & forte communior sententia est pro parte affirmatiua, tamen placuit in tanta controuersia ratione vtriusque partis expendere. Igitur quæ pro parte affirmatiua deducuntur, sunt hæc.

Primò, quòd inter istos contractus locationis ad longum tempus, & emphyteusis nulla sit, nisi verbalis differentia. Faber. §. item finitur. Instit. de vsufruc. & §. adeo. loca. Imol. ca. ad audientiam. de reb. ecclesiæ non alienan. Iaſ. in l. naturaliter. nu. 13. de acqui. posſeſ. Rui. consi. 156. numero 6. libro primo, Crot. consil. 22. numero 6. cum alijs cumulatis per Tiraq. de retract. lignag. §. primo, glo. quarta, num. 84.

Secundò, quia vt ijdem Doctores referunt, & communiter tradunt omnes in l. codicillis. §. instituto. de le-
2 ga. 2. In † tali locatione ad longum tempus transfertur vtile dominium, quemadmodum in emphyteusi.

Tertiò hæc fuit sententia Bar. in l. 1. §. quod autem il secōdo, de superficieb. vbi comparat superficiarium emphyteutæ, quem sequuti sunt multi Doct. Imol. in capi.

potuit. numero 8. locat. Soc. consil. 287. num. 2. lib. 2. Aretin. consi. 55. col. 1. Dec. consi. 164. col. 1. cum alijs qui cumulari possent.

Quartò, & vltimò, in terminis hæc quæstio fuit per Fulgos. decisa. consi. 240. quem multi sequuti sunt. Alex. consi. 117. num. 11. in 4. Iaſ. in l. 1. nu. 35. C. de iure emphyt. Rui. consi. 161. nu. 30. lib. 1. Natt. consi. 114. num. 3. Tiraq. vbi supra.

His tamen non obstantibus maior pars Dominorum contrariam sententiam veriorem esse existimarunt, scilicet quod pœna d. l. fi. non debeat extendi ad conductorem ad longum tempus.

Et primò, quia nullibi in iure reperitur cautū, quòd
3 talis pœna locum habeat in conductore, quæ † cùm sit pœna priuationis, nunquàm habet locum, nisi expresso iure caueatur. gl. in §. cùm igitur. in Auth. de non eligen. secundo nūb. gl. in c. fi. de iur. patr. l. et si quis. §. diuus. de religio. & sump. fune. Dec. consi. 466. nu. 8. Aym. consilio 205. nu. 37. cum simil.

Secundò, quia priuationis pœna de qua in d. l. fin. fuit iure singulari introducta in cōtractu emphyteutico, cui fuit data propria, & distincta forma à contractibus emptionis, & locationis in constitutionib. Zenonis, & Iustiniani. d. §. adeo. Inst. loca. & toto ti. C. de iure emph. adeo quòd nō solum nomine, sed etiam re ipsa ipsi cōtractus
4 in multis differunt, nam † respectu pensionis differunt, cum in locatione sit proportionabilis fructibus, secus in emphyteusi, & hæc est communis Doct. sententia, vt per Bar. in d. l. 1. nu. 4. & ibi Iaſ. num. 35. Aretin. consi. 55. numero 4. Bellon. consi. 21. num. 18. Natt. qui de communi consi. 49. nu. 7. Cagnol. in l. 2. nu. 222. C. de rescin. vendi. contractus enim locationis est onerosus, emphyteusis verò gratuitus. Corn. consi. 285. nu. 9. lib. 3. Clar. §. emphyteusis. q. 8. ver. sed pone. Præterea in locatione datur restitutio ex capite lęsionis. Bart. in l. si quis conduxerit. loca. gl. in l. si vno. co. ti. Bal. in rub. C. de iure emphy. Corn. d.
5 consi. 285. num. 9. Item † in locatione longi temporis fit remissio ob sterilitatem, secus in emphyteusi. Cyn. & Bal. d. rub. C. de iur. emphyt. Anchar. & Imo. d. c. potuit. Aretin. d. consi. 55. Iaſ. d. l. 1. nu. 21. Item conductor melioramenta retrahit, secus emphyteuta. Zaſ. ibidem nu. 37. & in l. 2. nu. 38. Alias differentias tradit Spec. de emphy. & ibi Io. And. q. 4. Aret. in consi. 111. nu. 6. Boer. decis. 234. & colligitur differentia ex lectura auth. de non alienan. & emphy. per tot.

6 Tertiò ex prædictis infertur, † quòd in pœnalib. non debet fieri extensio de vno casu ad alium. l. factum. §. in pœnalib. de reg. iur. Bal. in l. cum proponas. in fi. C. de hære. instit. §. item mixta, & ibi glos. Inst. de actio. & licet ex identitate rationis hoc aliquando fiat, tamen hoc procedit vbi per omnia par est ratio. ca. 1. §. porro, vbi Bal. col. tertia, quæ fuit prima caus. amit. benef. Idem Bal. in l. si quis id. & ibi Alex. de iurisd. om. iud. Dec. consil. 555. nume. 8. cum alijs.

7 Quartò, quòd † respectu pœnæ non debeat fieri ista extensio in terminis d. l. fi. tenet Alberi. in l. 2. paulo ante nu. 3. & in l. fi. circa med. versi. sed nunquid hæc lex. C. de iure emphy. Soc. qui eum refert, & sequitur, consil. 167. nu. 6. lib. 2. Ioā. And. in addi. ad Spec. q. 4. Iaſ. d. l. 2. nu. 42. & 164. Rimin. consi. 212. nu. 31. & 39. Add. ad Dec. in auth. qui rem. C. de sacr. san. eccl. & in hanc partem inclinat Couarru. var. resol. lib. 2. c. 16. nu. 2. Idem videtur sentire in effectu Tiraq. loc. alleg. nu. 84. circa fi. vbi ait, sed ne decipiaris vide Alberic. & Aretin. &c. Alios recentiores tenentes hanc opinionem allegant Domini informantes quos non repeto.

8 Quintò, leges † loquentes in contractu emphyteusis non debent trahi ad cōtractum locationis perpetuæ, vbi est rationis disparitas. ita Io. And. loco supra alleg. Aretin. consi. 55. col. 1. Dec. consi. 164. col. 1. cum alijs qui cumulari possent.

Quartò, & vltimò, in terminis hæc quæstio fuit per Fulgos. decisa. consi. 240. quem multi sequuti sunt. Alex. consi. 117. num. 11. in 4. Iaſ. in l. 1. nu. 35. C. de iure emphyt. Rui. consi. 161. nu. 30. lib. 1. Natt. consi. 114. num. 3. Tiraq. vbi supra.

His tamen non obstantibus maior pars Dominorum contrariam sententiam veriorem esse existimarunt, scilicet quod pœna d. l. fi. non debeat extendi ad conductorem ad longum tempus.

Et primò, quia nullibi in iure reperitur cautū, quòd
3 talis pœna locum habeat in conductore, quæ † cùm sit pœna priuationis, nunquàm habet locum, nisi expresso iure caueatur. gl. in §. cùm igitur. in Auth. de non eligen. secundo nūb. gl. in c. fi. de iur. patr. l. et si quis. §. diuus. de religio. & sump. fune. Dec. consi. 466. nu. 8. Aym. consilio 205. nu. 37. cum simil.

Secundò, quia priuationis pœna de qua in d. l. fin. fuit iure singulari introducta in cōtractu emphyteutico, cui fuit data propria, & distincta forma à contractibus emptionis, & locationis in constitutionib. Zenonis, & Iustiniani. d. §. adeo. Inst. loca. & toto ti. C. de iure emph. adeo quòd nō solum nomine, sed etiam re ipsa ipsi cōtractus
4 in multis differunt, nam † respectu pensionis differunt, cum in locatione sit proportionabilis fructibus, secus in emphyteusi, & hæc est communis Doct. sententia, vt per Bar. in d. l. 1. nu. 4. & ibi Iaſ. num. 35. Aretin. consi. 55. numero 4. Bellon. consi. 21. num. 18. Natt. qui de communi consi. 49. nu. 7. Cagnol. in l. 2. nu. 222. C. de rescin. vendi. contractus enim locationis est onerosus, emphyteusis verò gratuitus. Corn. consi. 285. nu. 9. lib. 3. Clar. §. emphyteusis. q. 8. ver. sed pone. Præterea in locatione datur restitutio ex capite lęsionis. Bart. in l. si quis conduxerit. loca. gl. in l. si vno. co. ti. Bal. in rub. C. de iure emphy. Corn. d.
5 consi. 285. num. 9. Item † in locatione longi temporis fit remissio ob sterilitatem, secus in emphyteusi. Cyn. & Bal. d. rub. C. de iur. emphyt. Anchar. & Imo. d. c. potuit. Aretin. d. consi. 55. Iaſ. d. l. 1. nu. 21. Item conductor melioramenta retrahit, secus emphyteuta. Zaſ. ibidem nu. 37. & in l. 2. nu. 38. Alias differentias tradit Spec. de emphy. & ibi Io. And. q. 4. Aret. in consi. 111. nu. 6. Boer. decis. 234. & colligitur differentia ex lectura auth. de non alienan. & emphy. per tot.

6 Tertiò ex prædictis infertur, † quòd in pœnalib. non debet fieri extensio de vno casu ad alium. l. factum. §. in pœnalib. de reg. iur. Bal. in l. cum proponas. in fi. C. de hære. instit. §. item mixta, & ibi glos. Inst. de actio. & licet ex identitate rationis hoc aliquando fiat, tamen hoc procedit vbi per omnia par est ratio. ca. 1. §. porro, vbi Bal. col. tertia, quæ fuit prima caus. amit. benef. Idem Bal. in l. si quis id. & ibi Alex. de iurisd. om. iud. Dec. consil. 555. nume. 8. cum alijs.

7 Quartò, quòd † respectu pœnæ non debeat fieri ista extensio in terminis d. l. fi. tenet Alberi. in l. 2. paulo ante nu. 3. & in l. fi. circa med. versi. sed nunquid hæc lex. C. de iure emphy. Soc. qui eum refert, & sequitur, consil. 167. nu. 6. lib. 2. Ioā. And. in addi. ad Spec. q. 4. Iaſ. d. l. 2. nu. 42. & 164. Rimin. consi. 212. nu. 31. & 39. Add. ad Dec. in auth. qui rem. C. de sacr. san. eccl. & in hanc partem inclinat Couarru. var. resol. lib. 2. c. 16. nu. 2. Idem videtur sentire in effectu Tiraq. loc. alleg. nu. 84. circa fi. vbi ait, sed ne decipiaris vide Alberic. & Aretin. &c. Alios recentiores tenentes hanc opinionem allegant Domini informantes quos non repeto.

8 Quintò, leges † loquentes in contractu emphyteusis non debent trahi ad cōtractum locationis perpetuæ, vbi est rationis disparitas. ita Io. And. loco supra alleg. Aretin. consi. 55. col. 1. Dec. consi. 164. col. 1. cum alijs qui cumulari possent.

Quartò, & vltimò, in terminis hæc quæstio fuit per Fulgos. decisa. consi. 240. quem multi sequuti sunt. Alex. consi. 117. num. 11. in 4. Iaſ. in l. 1. nu. 35. C. de iure emphyt. Rui. consi. 161. nu. 30. lib. 1. Natt. consi. 114. num. 3. Tiraq. vbi supra.

His tamen non obstantibus maior pars Dominorum contrariam sententiam veriorem esse existimarunt, scilicet quod pœna d. l. fi. non debeat extendi ad conductorem ad longum tempus.

Et primò, quia nullibi in iure reperitur cautū, quòd
3 talis pœna locum habeat in conductore, quæ † cùm sit pœna priuationis, nunquàm habet locum, nisi expresso iure caueatur. gl. in §. cùm igitur. in Auth. de non eligen. secundo nūb. gl. in c. fi. de iur. patr. l. et si quis. §. diuus. de religio. & sump. fune. Dec. consi. 466. nu. 8. Aym. consilio 205. nu. 37. cum simil.

Secundò, quia priuationis pœna de qua in d. l. fin. fuit iure singulari introducta in cōtractu emphyteutico, cui fuit data propria, & distincta forma à contractibus emptionis, & locationis in constitutionib. Zenonis, & Iustiniani. d. §. adeo. Inst. loca. & toto ti. C. de iure emph. adeo quòd nō solum nomine, sed etiam re ipsa ipsi cōtractus
4 in multis differunt, nam † respectu pensionis differunt, cum in locatione sit proportionabilis fructibus, secus in emphyteusi, & hæc est communis Doct. sententia, vt per Bar. in d. l. 1. nu. 4. & ibi Iaſ. num. 35. Aretin. consi. 55. numero 4. Bellon. consi. 21. num. 18. Natt. qui de communi consi. 49. nu. 7. Cagnol. in l. 2. nu. 222. C. de rescin. vendi. contractus enim locationis est onerosus, emphyteusis verò gratuitus. Corn. consi. 285. nu. 9. lib. 3. Clar. §. emphyteusis. q. 8. ver. sed pone. Præterea in locatione datur restitutio ex capite lęsionis. Bart. in l. si quis conduxerit. loca. gl. in l. si vno. co. ti. Bal. in rub. C. de iure emphy. Corn. d.
5 consi. 285. num. 9. Item † in locatione longi temporis fit remissio ob sterilitatem, secus in emphyteusi. Cyn. & Bal. d. rub. C. de iur. emphyt. Anchar. & Imo. d. c. potuit. Aretin. d. consi. 55. Iaſ. d. l. 1. nu. 21. Item conductor melioramenta retrahit, secus emphyteuta. Zaſ. ibidem nu. 37. & in l. 2. nu. 38. Alias differentias tradit Spec. de emphy. & ibi Io. And. q. 4. Aret. in consi. 111. nu. 6. Boer. decis. 234. & colligitur differentia ex lectura auth. de non alienan. & emphy. per tot.

6 Tertiò ex prædictis infertur, † quòd in pœnalib. non debet fieri extensio de vno casu ad alium. l. factum. §. in pœnalib. de reg. iur. Bal. in l. cum proponas. in fi. C. de hære. instit. §. item mixta, & ibi glos. Inst. de actio. & licet ex identitate rationis hoc aliquando fiat, tamen hoc procedit vbi per omnia par est ratio. ca. 1. §. porro, vbi Bal. col. tertia, quæ fuit prima caus. amit. benef. Idem Bal. in l. si quis id. & ibi Alex. de iurisd. om. iud. Dec. consil. 555. nume. 8. cum alijs.

7 Quartò, quòd † respectu pœnæ non debeat fieri ista extensio in terminis d. l. fi. tenet Alberi. in l. 2. paulo ante nu. 3. & in l. fi. circa med. versi. sed nunquid hæc lex. C. de iure emphy. Soc. qui eum refert, & sequitur, consil. 167. nu. 6. lib. 2. Ioā. And. in addi. ad Spec. q. 4. Iaſ. d. l. 2. nu. 42. & 164. Rimin. consi. 212. nu. 31. & 39. Add. ad Dec. in auth. qui rem. C. de sacr. san. eccl. & in hanc partem inclinat Couarru. var. resol. lib. 2. c. 16. nu. 2. Idem videtur sentire in effectu Tiraq. loc. alleg. nu. 84. circa fi. vbi ait, sed ne decipiaris vide Alberic. & Aretin. &c. Alios recentiores tenentes hanc opinionem allegant Domini informantes quos non repeto.

8 Quintò, leges † loquentes in contractu emphyteusis

potuit. numero 8. locat. Soc. consil. 287. num. 2. lib. 2. Aretin. consi. 55. col. 1. Dec. consi. 164. col. 1. cum alijs qui cumulari possent.

Quartò, & vltimò, in terminis hæc quæstio fuit per Fulgos. decisa. consi. 240. quem multi sequuti sunt. Alex. consi. 117. num. 11. in 4. Iaſ. in l. 1. nu. 35. C. de iure emphyt. Rui. consi. 161. nu. 30. lib. 1. Natt. consi. 114. num. 3. Tiraq. vbi supra.

His tamen non obstantibus maior pars Dominorum contrariam sententiam veriorem esse existimarunt, scilicet quod pœna d. l. fi. non debeat extendi ad conductorem ad longum tempus.

Et primò, quia nullibi in iure reperitur cautū, quòd
3 talis pœna locum habeat in conductore, quæ † cùm sit pœna priuationis, nunquàm habet locum, nisi expresso iure caueatur. gl. in §. cùm igitur. in Auth. de non eligen. secundo nūb. gl. in c. fi. de iur. patr. l. et si quis. §. diuus. de religio. & sump. fune. Dec. consi. 466. nu. 8. Aym. consilio 205. nu. 37. cum simil.

Secundò, quia priuationis pœna de qua in d. l. fin. fuit iure singulari introducta in cōtractu emphyteutico, cui fuit data propria, & distincta forma à contractibus emptionis, & locationis in constitutionib. Zenonis, & Iustiniani. d. §. adeo. Inst. loca. & toto ti. C. de iure emph. adeo quòd nō solum nomine, sed etiam re ipsa ipsi cōtractus
4 in multis differunt, nam † respectu pensionis differunt, cum in locatione sit proportionabilis fructibus, secus in emphyteusi, & hæc est communis Doct. sententia, vt per Bar. in d. l. 1. nu. 4. & ibi Iaſ. num. 35. Aretin. consi. 55. numero 4. Bellon. consi. 21. num. 18. Natt. qui de communi consi. 49. nu. 7. Cagnol. in l. 2. nu. 222. C. de rescin. vendi. contractus enim locationis est onerosus, emphyteusis verò gratuitus. Corn. consi. 285. nu. 9. lib. 3. Clar. §. emphyteusis. q. 8. ver. sed pone. Præterea in locatione datur restitutio ex capite lęsionis. Bart. in l. si quis conduxerit. loca. gl. in l. si vno. co. ti. Bal. in rub. C. de iure emphy. Corn. d.
5 consi. 285. num. 9. Item † in locatione longi temporis fit remissio ob sterilitatem, secus in emphyteusi. Cyn. & Bal. d. rub. C. de iur. emphyt. Anchar. & Imo. d. c. potuit. Aretin. d. consi. 55. Iaſ. d. l. 1. nu. 21. Item conductor melioramenta retrahit, secus emphyteuta. Zaſ. ibidem nu. 37. & in l. 2. nu. 38. Alias differentias tradit Spec. de emphy. & ibi Io. And. q. 4. Aret. in consi. 111. nu. 6. Boer. decis. 234. & colligitur differentia ex lectura auth. de non alienan. & emphy. per tot.

6 Tertiò ex prædictis infertur, † quòd in pœnalib. non debet fieri extensio de vno casu ad alium. l. factum. §. in pœnalib. de reg. iur. Bal. in l. cum proponas. in fi. C. de hære. instit. §. item mixta, & ibi glos. Inst. de actio. & licet ex identitate rationis hoc aliquando fiat, tamen hoc procedit vbi per omnia par est ratio. ca. 1. §. porro, vbi Bal. col. tertia, quæ fuit prima caus. amit. benef. Idem Bal. in l. si quis id. & ibi Alex. de iurisd. om. iud. Dec. consil. 555. nume. 8. cum alijs.

7 Quartò, quòd † respectu pœnæ non debeat fieri ista extensio in terminis d. l. fi. tenet Alberi. in l. 2. paulo ante nu. 3. & in l. fi. circa med. versi. sed nunquid hæc lex. C. de iure emphy. Soc. qui eum refert, & sequitur, consil. 167. nu. 6. lib. 2. Ioā. And. in addi. ad Spec. q. 4. Iaſ. d. l. 2. nu. 42. & 164. Rimin. consi. 212. nu. 31. & 39. Add. ad Dec. in auth. qui rem. C. de sacr. san. eccl. & in hanc partem inclinat Couarru. var. resol. lib. 2. c. 16. nu. 2. Idem videtur sentire in effectu Tiraq. loc. alleg. nu. 84. circa fi. vbi ait, sed ne decipiaris vide Alberic. & Aretin. &c. Alios recentiores tenentes hanc opinionem allegant Domini informantes quos non repeto.

8 Quintò, leges † loquentes in contractu emphyteusis non debent trahi ad cōtractum locationis perpetuæ, vbi est rationis disparitas. ita Io. And. loco supra alleg. Aretin. consi. 55. col. 1. Dec. consi. 164. col. 1. cum alijs qui cumulari possent.

Quartò, & vltimò, in terminis hæc quæstio fuit per Fulgos. decisa. consi. 240. quem multi sequuti sunt. Alex. consi. 117. num. 11. in 4. Iaſ. in l. 1. nu. 35. C. de iure emphyt. Rui. consi. 161. nu. 30. lib. 1. Natt. consi. 114. num. 3. Tiraq. vbi supra.

His tamen non obstantibus maior pars Dominorum contrariam sententiam veriorem esse existimarunt, scilicet quod pœna d. l. fi. non debeat extendi ad conductorem ad longum tempus.

Et primò, quia nullibi in iure reperitur cautū, quòd
3 talis pœna locum habeat in conductore, quæ † cùm sit pœna priuationis, nunquàm habet locum, nisi expresso iure caueatur. gl. in §. cùm igitur. in Auth. de non eligen. secundo nūb. gl. in c. fi. de iur. patr. l. et si quis. §. diuus. de religio. & sump. fune. Dec. consi. 466. nu. 8. Aym. consilio 205. nu. 37. cum simil.

Secundò, quia priuationis pœna de qua in d. l. fin. fuit iure singulari introducta in cōtractu emphyteutico, cui fuit data propria, & distincta forma à contractibus emptionis, & locationis in constitutionib. Zenonis, & Iustiniani. d. §. adeo. Inst. loca. & toto ti. C. de iure emph. adeo quòd nō solum nomine, sed etiam re ipsa ipsi cōtractus
4 in multis differunt, nam † respectu pensionis differunt, cum in locatione sit proportionabilis fructibus, secus in emphyteusi, & hæc est communis Doct. sententia, vt per Bar. in d. l. 1. nu. 4. & ibi Iaſ. num. 35. Aretin. consi. 55. numero 4. Bellon. consi. 21. num. 18. Natt. qui de communi consi. 49. nu. 7. Cagnol. in l. 2. nu. 222. C. de rescin. vendi. contractus enim locationis est onerosus, emphyteusis verò gratuitus. Corn. consi. 285. nu. 9. lib. 3. Clar. §. emphyteusis. q. 8. ver. sed pone. Præterea in locatione datur restitutio ex capite lęsionis. Bart. in l. si quis conduxerit. loca. gl. in l. si vno. co. ti. Bal. in rub. C. de iure emphy. Corn. d.
5 consi. 285. num. 9. Item † in locatione longi temporis fit remissio ob sterilitatem, secus in emphyteusi. Cyn. & Bal. d. rub. C. de iur. emphyt. Anchar. & Imo. d. c. potuit. Aretin. d. consi. 55. Iaſ. d. l. 1. nu. 21. Item conductor melioramenta retrahit, secus emphyteuta. Zaſ. ibidem nu. 37. & in l. 2. nu. 38. Alias differentias tradit Spec. de emphy. & ibi Io. And. q. 4. Aret. in consi. 111. nu. 6. Boer. decis. 234. & colligitur differentia ex lectura auth. de non alienan. & emphy. per tot.

6 Tertiò ex prædictis infertur, † quòd in pœnalib. non debet fieri extensio de vno casu ad alium. l. factum. §. in pœnalib. de reg. iur. Bal. in l. cum proponas. in fi. C. de hære. instit. §. item mixta, & ibi glos. Inst. de actio. & licet ex identitate rationis hoc aliquando fiat, tamen hoc procedit vbi per omnia par est ratio. ca. 1. §. porro, vbi Bal. col. tertia, quæ fuit prima caus. amit. benef. Idem Bal. in l. si quis id. & ibi Alex. de iurisd. om. iud. Dec. consil. 555. nume. 8. cum alijs.

7 Quartò, quòd † respectu pœnæ non debeat fieri ista extensio in terminis d. l. fi. tenet Alberi. in l. 2. paulo ante nu. 3. & in l. fi. circa med. versi. sed nunquid hæc lex. C. de iure emphy. Soc. qui eum refert, & sequitur, consil. 167. nu. 6. lib. 2. Ioā. And. in addi. ad Spec. q. 4. Iaſ. d. l. 2. nu. 42. & 164. Rimin. consi. 212. nu. 31. & 39. Add. ad Dec. in auth. qui rem. C. de sacr. san. eccl. & in hanc partem inclinat Couarru. var. resol. lib. 2. c. 16. nu. 2. Idem videtur sentire in effectu Tiraq. loc. alleg. nu. 84. circa fi. vbi ait, sed ne decipiaris vide Alberic. & Aretin. &c. Alios recentiores tenentes hanc opinionem allegant Domini informantes quos non repeto.

8 Quintò, leges † loquentes in contractu emphyteusis non debent trahi ad cōtractum locationis perpetuæ, vbi est rationis disparitas. ita Io. And. loco supra alleg. Aretin. consi. 55. col. 1. Dec. consi. 164. col. 1. cum alijs qui cumulari possent.

Quartò, & vltimò, in terminis hæc quæstio fuit per Fulgos. decisa. consi. 240. quem multi sequuti sunt. Alex. consi. 117. num. 11. in 4. Iaſ. in l. 1. nu. 35. C. de iure emphyt. Rui. consi. 161. nu. 30. lib. 1. Natt. consi. 114. num. 3. Tiraq. vbi supra.

His tamen non obstantibus maior pars Dominorum contrariam sententiam veriorem esse existimarunt, scilicet quod pœna d. l. fi. non debeat extendi ad conductorem ad longum tempus.

Et primò, quia nullibi in iure reperitur cautū, quòd
3 talis pœna locum habeat in conductore, quæ † cùm sit pœna priuationis, nunquàm habet locum, nisi expresso iure caueatur. gl. in §. cùm igitur. in Auth. de non eligen. secundo nūb. gl. in c. fi. de iur. patr. l. et si quis. §. diuus. de religio. & sump. fune. Dec. consi. 466. nu. 8. Aym. consilio 205. nu. 37. cum simil.

Secundò, quia priuationis pœna de qua in d. l. fin. fuit iure singulari introducta in cōtractu emphyteutico, cui fuit data propria, & distincta forma à contractibus emptionis, & locationis in constitutionib. Zenonis, & Iustiniani. d. §. adeo. Inst. loca. & toto ti. C. de iure emph. adeo quòd nō solum nomine, sed etiam re ipsa ipsi cōtractus
4 in multis differunt, nam † respectu pensionis differunt, cum in locatione sit proportionabilis fructibus, secus in emphyteusi, & hæc est communis Doct. sententia, vt per Bar. in d. l. 1. nu. 4. & ibi Iaſ. num. 35. Aretin. consi. 55. numero 4. Bellon. consi. 21. num. 18. Natt. qui de communi consi. 49. nu. 7. Cagnol. in l. 2. nu. 222. C. de rescin. vendi. contractus enim locationis est onerosus, emphyteusis verò gratuitus. Corn. consi. 285. nu. 9. lib. 3. Clar. §. emphyteusis. q. 8. ver. sed pone. Præterea in locatione datur restitutio ex capite lęsionis. Bart. in l. si quis conduxerit. loca. gl. in l. si vno. co. ti. Bal. in rub. C. de iure emphy. Corn. d.
5 consi. 285. num. 9. Item † in locatione longi temporis fit remissio ob sterilitatem, secus in emphyteusi. Cyn. & Bal. d. rub. C. de iur. emphyt. Anchar. & Imo. d. c. potuit. Aretin. d. consi. 55. Iaſ. d. l. 1. nu. 21. Item conductor melioramenta retrahit, secus emphyteuta. Zaſ. ibidem nu. 37. & in l. 2. nu. 38. Alias differentias tradit Spec. de emphy. & ibi Io. And. q. 4. Aret. in consi. 111. nu. 6. Boer. decis. 234. & colligitur differentia ex lectura auth. de non alienan. & emphy. per tot.

6 Tertiò ex prædictis infertur, † quòd in pœnalib. non debet fieri extensio de vno casu ad alium. l. factum. §. in pœnalib. de reg. iur. Bal. in l. cum proponas. in fi. C. de hære. instit. §. item mixta, & ibi glos. Inst. de actio. & licet ex identitate rationis hoc aliquando fiat, tamen hoc procedit vbi per omnia par est ratio. ca. 1. §. porro, vbi Bal. col. tertia, quæ fuit prima caus. amit. benef. Idem Bal. in l. si quis id. & ibi Alex. de iurisd. om. iud. Dec. consil. 555. nume. 8. cum alijs.

7 Quartò, quòd † respectu pœnæ non debeat fieri ista extensio in terminis d. l. fi. tenet Alberi. in l. 2. paulo ante nu. 3. & in l. fi. circa med. versi. sed nunquid hæc lex. C. de iure emphy. Soc. qui eum refert, & sequitur, consil. 167. nu. 6. lib. 2. Ioā. And. in addi. ad Spec. q. 4. Iaſ. d. l. 2. nu. 42. & 164. Rimin. consi. 212. nu. 31. & 39. Add. ad Dec. in auth. qui rem. C. de sacr. san. eccl. & in hanc partem inclinat Couarru. var. resol. lib. 2. c. 16. nu. 2. Idem videtur sentire in effectu Tiraq. loc. alleg. nu. 84. circa fi. vbi ait, sed ne decipiaris vide Alberic. & Aretin. &c. Alios recentiores tenentes hanc opinionem allegant Domini informantes quos non repeto.

8 Quintò, leges † loquentes in contractu emphyteusis

potuit. numero 8. locat. Soc. consil. 287. num. 2. lib. 2. Aretin. consi. 55. col. 1. Dec. consi. 164. col. 1. cum alijs qui cumulari possent.

Quartò, & vltimò, in terminis hæc quæstio fuit per Fulgos. decisa. consi. 240. quem multi sequuti sunt. Alex. consi. 117. num. 11. in 4. Iaſ. in l. 1. nu. 35. C. de iure emphyt. Rui. consi. 161. nu. 30. lib. 1. Natt. consi. 114. num. 3. Tiraq. vbi supra.

His tamen non obstantibus maior pars Dominorum contrariam sententiam veriorem esse existimarunt, scilicet quod pœna d. l. fi. non debeat extendi ad conductorem ad longum tempus.

Et primò, quia nullibi in iure reperitur cautū, quòd
3 talis pœna locum habeat in conductore, quæ † cùm sit pœna priuationis, nunquàm habet locum, nisi expresso iure caueatur. gl. in §. cùm igitur. in Auth. de non eligen. secundo nūb. gl. in c. fi. de iur. patr. l. et si quis. §. diuus. de religio. & sump. fune. Dec. consi. 466. nu. 8. Aym. consilio 205. nu. 37. cum simil.

Secundò, quia priuationis pœna de qua in d. l. fin. fuit iure singulari introducta in cōtractu emphyteutico, cui fuit data propria, & distincta forma à contractibus emptionis, & locationis in constitutionib. Zenonis, & Iustiniani. d. §. adeo. Inst. loca. & toto ti. C. de iure emph. adeo quòd nō solum nomine, sed etiam re ipsa ipsi cōtractus
4 in multis differunt, nam † respectu pensionis differunt, cum in locatione sit proportionabilis fructibus, secus in emphyteusi, & hæc est communis Doct. sententia, vt per Bar. in d. l. 1. nu. 4. & ibi Iaſ. num. 35. Aretin. consi. 55. numero 4. Bellon. consi. 21. num. 18. Natt. qui de communi consi. 49. nu. 7. Cagnol. in l. 2. nu. 222. C. de rescin. vendi. contractus enim locationis est onerosus, emphyteusis verò gratuitus. Corn. consi. 285. nu. 9. lib. 3. Clar. §. emphyteusis. q. 8. ver. sed pone. Præterea in locatione datur restitutio ex capite lęsionis. Bart. in l. si quis conduxerit. loca. gl. in l. si vno. co. ti. Bal. in rub. C. de iure emphy. Corn. d.
5 consi. 285. num. 9. Item † in locatione longi temporis fit remissio ob sterilitatem, secus in emphyteusi. Cyn. & Bal. d. rub. C. de iur. emphyt. Anchar. & Imo. d. c. potuit. Aretin. d. consi. 55. Iaſ. d. l. 1. nu. 21. Item conductor melioramenta retrahit, secus emphyteuta. Zaſ. ibidem nu. 37. & in l. 2. nu. 38. Alias differentias tradit Spec. de emphy. & ibi Io. And. q. 4. Aret. in consi. 111. nu. 6. Boer. decis

DECISIO CXL.

FVit resolutum, reg.l.si quis testibus. C. de testib. esse contra D. Hieronymum, nempe † quòd per productionem testis persona censeatur approbata, q̃ cum generaliter loquatur, est intelligenda respectu etiã exceptionis propositæ, nempe quòd Guglielmus sit interessatus, & pars formalis, cum etiam inimicus posset approbari, & per pactum possit fieri, vt stetur depositionis partis aduersæ, prout bene deducitur per D. Tiberium. Neque obst. quòd causa in qua fuit examinatus, sit diuersa ab illa in qua fuit nominatus, † quia d. reg. procedit etiam in diuersis causis, sed quod plus est in causa illa non habebat interesse, & in ista in qua fuit nominatus, habebat interesse, sed & omnes causæ fuerũt mihi commissæ, & ipse fuit nominatus, vt deponeret super articulis, & tota causa. Non ob. prætensus error, qa per scientiam specificam qualitatis excludentis eum à testimonio quam habuisse Hieronymus apparet ex premio articulorum, iste error excluditur, maxime cũ omnes fere testes per eum nominati exceptiones ex eodem fonte prouenientes paterentur. Præterea † iuramentum excludit errorem, vt per informantes. Aliæ quoque exceptiones benè fuerunt euacuatæ per eundem D. Tiberium. Ideo concluſum, Gugliemum non esse reijciendum, sed relinquendum arbitrio in discussione testium per quos Antonius prętenderet se probare renunciationẽ Hieronymi. fuit tamen reseruatum, vt viderem si fuit alias in hac causa resolutum, quòd talis approbatio retrotrahatur ad examen præteritum, & si non fuit resolutum, vt audiam super hac reseruatione D. Hieronymũ, quod ego faciam, quia inueni hoc quidem fuisse tactum 2. Octobris præteriti, sed non resolutum &c.

1 2 3 4 5

SERAPHINI.

Pacen. capellaniæ. Lunæ, 10. Octobris. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta duobus præsumptiuè coniunctis habet locum post mortem vtriusque: fallit, nisi præsumptio validior appareat. nu. 5.*
2 *Persona in medio posita, quæ ab intestato succedit, excludit substitutum.*
3 *Substitutio si est facta pluribus sub vna & eadem oratione, pluralitas non resoluitur in singularitatem.*
4 *Interpretatio facienda est in fauorem ecclesiæ, cuius interest habere patronos.*
6 *Casus omissus si est similis expresso, ex coniectura mente fit extensio.*

DECISIO CXLI.

CAusa fuit diligenter discussa, & circa primã difficultatem, an sit locus substitutioni filiorum, & descendentium Didaci per obitum Petri sine filijs, non expectata morte Ariæ stantibus verbis testamẽti, quæ ita se habent, quòd si Petrus, & Arias filij, & descẽdentes nepotis sui Didaci de Azenedo & c. Domini inclinabant contra informantem, ex pluribus.

Primò ex doctr. Bar. in l. quidam testamento, nume. 4. & 5. de vulg. & pup. vbi † vult, q̃ quando quis substituitur duobus, expectanda est mors vtriusq;, maxime si concurrat coniectura cõiunctionis, vtpote, quia essent instituti filij: hæc enim facit, vt coniunctus excludat substitutum, & iste est casus noster, cum Petrus & Arias instituti essent filij testatoris, quæ visa est vrgens coniectura contra substitutos, maxime propter clausulam, eorũ loco succedant, quæ est concepta per dictionem pluralẽ, quæ non potest verificari vno tantum decedente.

1 2

Secundò deducebatur doctr. quam communiter tenent Doct. in l. hæredes mei. §. cum ita, ad Trebel. refert Gozad. consi. 54. nu. 5. quòd † cùm hic adsit persona, quę ab intestato excluderet filios Didaci, nempe Petrũ Ariæ filij testatoris, filius is ex præsumpta mente defuncti excludit substitutum, facit tex. in l. publius. §. Titia. de condi. & demonstr. Aym. consi. 161. num. 5. & hanc coniecturam adiuuat, quòd non solum filij fuerint primo vocati, sed etiam eorum descendentes, & ita Petrus expresse est vocatus. Quod etiam corroboratur ex eo, quod in alijs gradibus substitutionum vocauit proximiores.

Tertiò ex eodem §. cum ita. Doct. aliam eliciunt conclusionem, quæ facit ad præsentem inspectionem, quæ est, quòd † quando sub vna & eadem oratione facta est substitutio pluribus, pluralitas non resoluitur in singularitatem. Zanch. ibidem nu. 893.

3

Et hanc sententiam quarto confirmabãt ex doctr. Io. And. in c. nobis. in verb. contraxit. de iurepatro. quem refert Lambertin. de iurepatro. lib. 1. ar. 12. 1. q. princ. fol. mihi 9. nempe † quod sit facienda interpretatio in fauorem ecclesiæ, cuius interest habere patronos. Dec. consi. 149. nume. 4.

4

Et ex his tollere videbantur ea quę doctè, & subtiliter considerauit D. Corasius, cùm allegata per eum videlicet † locum haberent, vbi in contrarium non militet validior præsumptio, prout est illa, quæ oritur ex coniunctione per supra deducta. Nã illud, quòd testator voluerit adesse tres patronos, non videbatur ita explicatè dictum à testatore, vt non potius videatur ita euentualiter dispositisse & per talem formam præcise præscripsisse.

5

Quantum verò ad personam D. Io. de Leguizano, an sit compatronus, Domini habebant eum pro indubitato patrono, & ex hoc capite erant pro informante, concurrente approbatione ordinarij. Nam licèt huic casui non fuerit expresse per testatorem prouisum, cum Alphonsus Pexez tertius patronus non nominauerit, tamẽ † vbi casus omissus est omnino similis expresso, ex coniecturate mente fit extensio. Dec. in l. si mater, nu. 2. C. de instit. & substi. Tiraq. de retract. Lignag. §. 2. glo. 1. nu. 19. & §. 20. gl. vnica, nu. 11. Dec, consi. 227. in fi. Aym. consilio 326. num. 8.

6

Ideo ex hoc capite putabant causam posse decidi, sed ego adhuc amplius deliberandum cẽseo: si enim ex priori capite Michael præsentatus à Ioanne obtinere non potest, ex eo quod iuspatronatus spectat ad filium Didaci, videtur sequi, quòd iure accrescendi Petrus filius Ariæ habuit duas voces, & per consequens præsentatus ab eo esset præferendus, sed etiam circa primam partem mihi videtur maxime verisimile, quòd testator voluerit semper adesse tres patronos. Quæ coniectura si in facto subsisteret, fortasse contraria opinio quam defendit D. Corasius, esset verior. Ideo super omnibus causam iterum proponam.

SERAPHINI.

Salamantin. iurisdictionis. Die 5. Maij. 1574.

DECISIO CXLII.

DVo fundamenta, quę fiebant pro parte R. D. Abbatis, fuerũt per Dominos reiecta. Primum est, quòd dispositio §. adhæc. loquatur tantum de dignitatibus

dignitatibus in cathedrali. Nam cum Concilium generaliter disponat, & addat etiam visitando, apparet, quòd voluerit omnes dignitates, episcopo inferiores, quibus ius visitandi aliqua ratione competat, complecti, quæ qualitas etiam nonnullis, extra cathedralem competere potest. Posterius fundamentum reiectum fuit, scilicet illud, quod fiebat super erectione, quasi hæc iuris dictio fuerit in erectione pro dote assignata, iuxta Achil. decis. vnica, de reuo. vni. nu. 1. Quia non sumus in simplici dotatione, sed in cõfirmatione consuetudinis. Paris. consilio decimonono, nume. quadragesimoquarto, & quadragesimoquinto, libro primo, Achil. decis. vnica de reuoc. vnio. sed quia materia est exemplaris, Domini ordinarunt, vt dubitarem, An dispositio §. ad hæc, sit fauorabilis, vel odiosa.

SERAPHINI.

Roman. Turris bubalarię. Die Lunæ. 15. Ianuarij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Pactum legis commissoriæ, quando contractum dicatur resoluere.*
2 *Diuiduum, vel indiuiduum quatuor dicitur modis.*
3 *Contractus census, & contractus venditionis sunt omnino diuersi.*

DECISIO CXLIII.

DOmini habuerunt hanc materiam pro difficili, quia continet plures conclusiones, quæ indigẽt particulari discussione, & distinguendo materias placuit, vt in primis videretur præsupposito, quòd simus in pacto l. commissoriæ, quòd erit particulariter videndum, si pars Dominorum de Vellis hoc neget, statuatur in facto, an pro iusto pretio casale de quo agitur, fuerit venditum, ita vt hoc casu locum habeat limitatio Doct. quam refert Tiraq. de retract. conuention. numero octauo, & 136. quod si ex iustitia pretij tollatur hoc motiuum, tunc erit videndum, an simus in materia diuidua, vel indiuidua, & † dicitur quatuor modis, vt per Barto. in l. Græce. §. illud commune, nume. 4. de fideiusso. & dubium facit, quia ratione voluntatis, & ratione dependentiæ videntur isti contractus inseparabiles, & indiuidui, & vt loquuntur Doct. nostri, correspectiui. In contrarium, quòd simus in materia diuidua, facit dubitationem, quia † isti contractus habent formas omnino diuersas, & nihil commune habent cõtractus census cum contractu venditionis. Ideo videntur ęquè principales, quo casu succedunt ea quę habentur in l. ficut. §. interdum. & quod no. ibi Pau. de Cast. loca. cum multis allegatis pro hac parte, super quibus distincte erit procedendum.

1 2 3

SERAPHINI.

In eadem Roman. Lunæ 5. Nouembris. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Pactum legis commissoriæ non intrat in contractu census.*
2 *Consensus deficit in contractu census, in quo pactum legis commissoriæ est appositum.*
3 *Pactum vbi non est contra substantiam contractus, non deficit consensus.*
4 *Pactum faciens transire contractum in aliam speciem non valet.*

DECISIO CXLIIII.

FVit per Dominos cõclusum, pactum † de quo agitur, non intrare in contractu census, per regulã c. fi. de cond. appel. cum ibi not. & l. per seruum. §. fi. de vsu, & habitat. Bal. in l. si pater. de adopt. Bar. in l. secunda, numero septimo, C. de iure emphyt. latè Doct. in authen. ingressi. de sacrosanct. eccles. Et huius conclusionis ratio inter alias est illa potissima quam tradit Bal. in capitu. primo, §. fina. numero 7. per quos fiat inuestit. quia pactum hoc in ipso contractu census appositum tendit ad offendendum ipsum actum, cum sit contra ipsius actus substantiam, qua remota remouetur ipse actus.

1 2

Abb. in d. capitu. fina. numero quarto. Deficit † enim cõsensus qui requiritur pro substantia ipsius actus, ad eo quòd videtur, vel quod partes voluerint facere pactum eluforium, l. an inutilis. de acceptil. vel quòd voluerint in aliam speciem contractus consentire, vt in casu proposito, in quo potius videtur, quod voluerint contractum pignoris fœneratitium à iure reprobatum constituere, vt per Laurent. de Rodulph. tracta. de vsur. par. secunda, Guid. Pap. sing. 477. cum alijs per informantes allegatis. Si verò † pacta non sunt contra substantiam contractus, consensus non deficit.

3

Non ob. tex. in l. cum precario. Quia pactum illud potius est contra naturalia contractus quàm contra substantialia, vt multi Docto. tenuerunt. Tum † etiam, quia non procedit vbi pactum fecit, vt contractus in aliam speciem transeat, quæ est census &c. vt post Barto. in l. vbi ita donatur de donat. can. mor. voluerunt Docto. in dicta authen. ingressi. Dec. consilio ducentesimo trigesimotertio, colum. fina. Cagnol. in l. contractus, numero septuagesimo, de regu. iur. An vero venditio, & reliqua in instrumento de quo agitur, corruant, erit particulariter videndum.

4

SERAPHINI.

Armen. bonorum. Veneris. 20. Februarij. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Procurator post litem contestatam non potest reuocari, nisi eo, & aduersarijs consentientibus.*
2 *Consensus procuratoris qui est effectus dominus litis, non est necessarius in eius reuocatione, nisi tantum pro conseruatione suæ famæ.*

DECISIO CXLV.

QVantum ad Paulum Domini dixerunt, quòd licet regula sit, quòd procurator Dominus litis effectus, † non possit reuocari, capitu. secundo, de procurat. in sexto, limitatur tamen, nisi ipse procurator, & aduersarij consenserint. Pau. de Cast. in l. quæ omnia, numero secundo, in fi. de procurat. Sarnen. decis. vigesimaoctaua, relatus per Ant. Aug. de reuoc. procura. & de consensu procuratoris non multum curatur, quia eius contradictio non impedit effectum reuocationis in præiudicium reuocantis, sed † id facit tantum vt pro cõseruatione suę famæ cognoscatur, an sit iuste reuocatus, alias si se ingereret, esset suspectus. l. quæ viam. de procurat. Cassad. dec. 2. de appel. nu. 4. & 5. Abb. in c. mãdator.

1 2

in primo not.de procurat. Pur. decis. 302. libro secundo, incipien. procurator post litem contestatam. Et ita fuit tentum in vna Neapolit. 11000 coram D.Sarmiento, 18.Maij.1565.

SERAPHINI.

Cæsaraugustan. alimentorum. Veneris, 20. Februarij. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Administratio, annexio, incorporatio, & similia important dominium secundum subiectam materiam.*
2 *Traditio est apta transferre dominium præcedente contractu.*
3 *Alienare propriè, an dicatur, quod in dominio ecclesiæ retinetur.*

DECISIO CXLVI.

FVit resolutum, dominium bonorum ecclesiæ non fuisse translatum in dignitates, considerata serie totius negotij, & consideratis verbis, quæ pluries
1 repetuntur, & sonãt in† administrationem, & substituũtur dignitates in locum. Præpositi, qui nudam habebat administrationem, & dantur fideiussores de bene administrando, & alijs quæ per informantes deducũtur, quæ præponderant in contrarium ponderatis, annexio, incorporatio & similia, licet videantur importare dominium, capitu. cum omnes. de constitu. vbi Bal. Tiraq. in l. si vnquàm, in verb. donatione largitus, numero 190. C. de reuocan. donat. tamen recipiunt interpretationem secundum subiectam materiam, vt de traditione dicitur,
2 † quæ licet sit apta transferre dominium, intelligitur dummodo præcedat contractus habilis. Barto. in l. prima, numero quarto, ff. pro dot. & l. tertia, de iure dot. Et hæc est administratio qualificata cum qualitatibus quas capitulum apposuit. Et tantò magis hæc procedunt, ex quo alias ista alienatio non tenuisset, ad trad. per Oldra. consilio 261. & per Rebuf. de alien. rer. eccles. numero 9. & licet glo. in clemen. fina. §. fina. de rebus eccles. non alie
3 nan. in verbo, ecclesiã, post Hostien. dicat, non† esse alienare proprie, quod in domino Ecclesię retinetur, tamen contrarium ibi tenuerunt Imol. Zerosel. numero 17. & Vital. nume. 16.

SERAPHINI.

Reatin. beneficij. Veneris, 6. Aprilis. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Effectuatio alicuius contractus dicitur satis constare, quando per actus possessorios in illius consequentiam venientes probatur.*
2 *Conferendi quasi possessio sufficit inter prouisos.*
3 *Scientia episcopi præsumitur ex lapsu temporis, in quo est quæsita possessio conferendi capitulo.*

DECISIO CXLVII.

FVit resolutum sufficienter constare de prouisione Capituli facta Bentio ex protocollo Francisci de Prato Notarij publici, & præcipue cessare hanc difficultatem ex productione instrumenti publici pro parte Domini Alexandri vltimo exhibiti, & hoc caret
1 difficultate. Quantum vero ad effectuationem pariter fuit per Dominos cõclusum de ea cõstare, †ex quo Bentius postea de anno 1523. resignauit libere in manibus Capituli, & Capitulum contulit Mecutio, cuius collationis vigore idem Mecutius cæpit possessionem, vt clare legitur in instrumento suæ possessionis, & cum continuauerit per longissimum tempus, ex qua quidem effectuatione satis constat prouisionem Bentij sortitam fuisse effectum, vt in simili per Bal. in l. secunda, numero secundo, C. de com. rer. alienat. Rui. consil. trigesimoprimo, numero decimooctauo, libro quinto, Bellon. consil. 51. numero 4. bene facit Oldra. consi. 229. num. 2. concurrit quoque vnus testis de auditu qui in antiquis facit adminiculum.

Ea verò quæ exemplo allegantur ex cons. Cald. 13. de iurepatrona. Dec. consilio 134. & alijs, procedunt respectu inducendæ præscriptionis, qua non indiget Alexander: non enim hic agitur inter episcopum Reatin. & Ca
2 pitulum super iure conferendi, sed† inter prouisos, quibus sufficit quasi possessio conferendi. capitu. consultationibus. de iurepatrona.

Neque etiam deficit titulus, cum Capitulum habeat titulum ex Bulla Bonifacij in actis producta. Neque obstat, quòd non probetur scientia, & patientia Episcopi. Quia nunc non agitur, an fuerit quæsita sufficiens possessio conferendi Capitulo, sed hoc erit postea videndum, licet etiam hoc visum fuerit habere modicam dif-
3 ficultatem, cum † in pluribus causis in Rota fuerit resolutum, ex temporis lapsu præsumi scientiam Episcopi.

SERAPHINI.

Astoricen. Archidiaconatus. Lunæ. 15. Februarij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Ius suum nemo perdit ex sua ipsius diligentia, nisi ex presse cautum sit, vel terminus præfixus fuerit.*
2 *Tempus non currit impedito de iure.*

DECISIO CXLVIII.

FVit resolutum, Ferdinandum non fuisse obligatum ad aliquas diligentias, stante intrusione Alphonsi ad effectum de quo agitur, nempe vt dicatur remisisse ius quòd habebat, cùm habeamus claram iuris regulam, quòd nemo inuitus agere cogitur, toto ti
1 tu. C. vt nem. inuit. age. vel accu. cog. & † ex tota diligentia nemo perdit ius suum, nisi hoc expresse cautum reperiatur. Bart. in l. solet. §. fina. numero septimo, de offic. proconsul. nisi præfixus fuerit terminus, vt per Innocentium, & Abbatem, in c. extirpandæ. §. quia vero, de præbend. Mohed. decis. 349.

Nec ob. quòd videatur præfixus terminus in indulto sex mensium à die prouisionis, quia decretum illud recipit hanc interpretationem, vt intelligatur vacua possessione existente, & non dato intruso, vt fuit 9. No-
2 uembris proxime preteriti consultum, cum † impedito de iure non currat tempus. l. si in diem. & ibi Soc. numero 4. de cond. & demon. Maxime, cùm non doceatur de aliqua collusione inter Ferdinandum, & Alphonsum, & prouisus ab ordinario habebat aliquam probabilem causam tuendi suam possessionem, ad decis. Ægid. 598. & ad hunc effectum satisfaciunt ea qualiacunque sint, quæ per Ferdinandum facta fuerunt, nempe mandatum

datum datum ad resignandum &c. & quę non essent per se magni ponderis, & ita conclusum fuit.

SERAPHINI.

Amerin. pecuniaria. Die, 11. Februarij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio generalis præiudicat renuncianti, dum potuerit in genere cogitare.*
2 *Renunciatio generalis facta in transactione non restringitur contra rationem recti sermonis, qui restrictionem non patiatur.*
3 *Verba, quomodocunque, & qualitercunque, & alia similia generalissima, non possunt restrictionem recipere.*
4 *Legatum factum pauperibus in genere, dummodo constet de summa, non dicitur nullum propter incertitudinem.*
5 *Fundus an dicatur venditus ad mensuram, vel ne, attendi debet, an præcedat mentio corporis, vel mentio mensuræ.*

DECISIO CXLIX.

PRoposui dubium, an per quietantias de quibus in puncto, censeretur remissa summa 250. scutorum montis vnà cum fructibus q. d. Anchisi de Cansacchis. Et fuit per Dominos vnanimiter concluſum re-
1 missam censeri. Regula † enim iuris est, quòd generalis renunciatio præiudicat renuncianti, dummodo potuerit in genere cogitare. Ange. in l. si certi. C. de testamen. milit. Barto. & Docto. communiter in l. sub prætextu. C. de transact. cum alijs quos allegat Gabriel. de regu. iur. concluſ. quarta, numero 8.

Et licet † ista regula limitetur, vt non procedat in
2 transactione in qua verba generalia restringuntur ad rẽ vel causam expressam. l. si de certa. & ibi Docto. communiter. C. de transact. Gabriel. ibidem numero vigesimoprimo, tamen sublimitatur, nisi ratio recti sermonis nõ patiatur restrictionem. Barto. in d. l. si de certa, & ibi Ange. Castren. & Zas. cum alijs cumulatis per eundem Gabriel. numero vigesimosecundo. Igitur applicando ad casum propositum, fuit dictum hoc casu negari non posse, D. Sillam potuisse in genere de istis pecunijs cogitare, cùm de illis per Anchisem habitis notitiam haberet, vt ex septimo præsuppositio colligitur. Nec salua ratione recti sermonis fieri posse restrictionem respectu vltimę quietantiæ ad contenta in primo instrumento expressa in eius præfatione, propter illa verba, tam vigore d. instrumenti, quàm aliàs quomodocunque, & qualitercũ-
3 que vsque in presentem diem &c. Quæ verba, † cùm sint generalissima, & omnia etiam vltra expressa cõprehendant, non possunt recipere restrictionem, cùm non sint posita ad coarctandum, sed ad ampliandum. Bal. cõsil. 184. libro quarto, Ias. consil. 92. in fi. libro primo, optime facit Alexan. in contrarium allegatus, consil. 11. numero decimoquarto, versicu. secundo, non obstat, libro secundo, & Natt. exemplo quoque allegatus, consi. 546. numero vigesimosecundo, vbi ponderat clausulam, ab alijs quibuscunque, & alia quacunque causa, & fatetur, numero vigesimotertio, in casu suo non adfuisse dictas clausulas. Nec hic militat illa æquitas, quam considerat Bal. consilio 434. lib. 1. & refert Aym. 221. cum vnicuique liberum sit de re sua pro suo arbitrio disponere.

Nec ob. quòd dicta loca montium essent pauperum,
4 nam † cum relictum esset pauperibus in genere, non habet locum hoc casu reg. l. à Titio. de iur. propter incertitudinem. Propterea dici potest effecta pauperum ista loca, quia legata fuit certa summa, & non certum corpus, vt in tertio præsuppositio. Quod verò postea testator dicit se habere 250. scuta in monte fidei, non stat restrictiue & limitatiue, sed demonstratiue, tum ex eo, quòd legatum est factum in piam causam, & ideo potius illud est appositum ratione hypothecæ, Tiraq. post Roman. de priuil. piæ causæ, priuileg. 63. circa med. tum etiam, quia legatum incipit à summa, non à corpore. Et
5 ideo † in simili, an fundus dicatur venditus ad mensuram, vel non, attendi, an præcedat mentio corporis, vel mentio mensurę, tradit Corn. consi. 59. in 4.

SERAPHINI.

Cęsaraugustan. decimarum. Die, 27. Maij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur per sententias arbitrarias, & testium dicta.*

DECISIO CL.

FVit resolutum satis ex sententijs antiquis emologatis, & ex dictis testium probari Archidiaconũ de Daroca fuisse Rectorem loci de Calatoran,
1 per ea † quæ tradit Barto. in l. societatem. §. arbitrorum, numero octauo, ff. pro soc. Anchar. consil. centesimotertio, numero sexto, Soc. consil. 66. numero quarto, libro quarto, cum alijs per informantes adductis. Et ideo capitulum Metropolitan. quod succedit loco Archidiaconi, habet intentionem fundatam de iure communi, non obstante, quod adsit Vicarius perpetuus. Mohedan. decis. 120. Nec hodie tractari iudicium possessorium, sed petitorium, nempe cui debeantur decimæ de quib. agitur. Quod verò ex testibus pro parte Canonicorum de Pilari deducitur super meritis causæ, est extra dubium, & eget particulari discussione, postquàm erit firmatũ, cui incumbat onus probandi, Mauros non soluisse decimas, licèt allegetur fuisse aliàs coram bo. me. Fantucio resolutum.

SERAPHINI.

Bononiensi. bonorum de Bologninis. Lunæ, 22. Martij. 1568.

SVMMARIVM.

1 *Legitimorum & naturalium appellatione continentur naturales legitimati etiam in emphyteusi, modo in specie sint ad hoc legitimati à potestatem habente. & Decis. 153. nume. 2.*
2 *Legitimatio tollit maculam, quæ meuti ecclesiæ repugnet.*

DECISIO CLI.

FVit resolutum, quòd † appellatione legitimorũ, & naturalium continentur naturales legitimati, etiã
1 in emphyteusi, modo in hoc sint in specie legitimati ab habente potestatem, per alleg. consil. Paris. Soc. Curt. & aliorum, & per tradita per Bero. in ca. in præsentia, numero 335.

Nec ob. quòd in contrarium allegatur Bal. in c. quę in ecclesiarũ, nu. 34. de constitu. cũ alijs deductis. Nã licèt

repugnat menti ecclesiæ, quæ est mater pudicitiæ, quòd
2 naturales succedant, cùm † hoc cessat, vbi ab eo qui habet potestatem, fuit deleta hæc macula, vt per Bero. in loco prælega. numero 337. Ideo limitatur eadem pro portio inter legitimatos ab Imperatore respectu bonorum temporalium, & feudalium, & legitimatos à Papa respectu ecclesiasticorum, in quibus est absolutus dominus.

SERAPHINI.

Romanensis rescissionis contractus. Mercurij, 19. Ianuarij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Dies solutioni adiecta interpellat pro homine.*
2 *Iuramenti vis est, vt debitor soluere teneatur, deinde repetere, si prætendit indebitum.*

DECISIO CLII.

1 FVit resolutum constare sufficienter de mora, cùm † enim in contractu esset apposita dies solutioni, vtique ea interpellat pro homine. l. magnam. C. de contrahenda & committen. stipulatio. Gabriell. de solut. conclusio. nona, idem de expens. conclus. secunda, numero nono. Maximè stante iuramento, cuius vis est,
2 vt debitor teneatur soluere, deinde si prætendit indebitum, repetere, capitu. debitores. de iureiuran. Put. decis. sexagesimatertia, dubitaui, lib. primo. Nec obstare doctr. Barto. in l. qui solidum, de lega. secundo. Nam vltra responsiones per informantes datas, Domini dixerunt Rotam amplecti contrariam sententiam, quam idem Barto. tenet in l. 1. §. si stipulanti. de verb. oblig. vt fuit resolutum in vna Bononien. locat. 26. Octobris, 1551. coram Ant. Aug. Et in vna Roman. pecuniaria, 21. Nouembris, 1554. coram bo. me. Fantucio.

SERAPHINI.

Bononiensium bonorum de Bologninis. Veneris, 10. Decembris. 1568.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio facta in præiudicium fœminarum in inuestitura vocatarum, tenet. & nu. 3.*
2 *Legitimati specialiter ad emphyteusim ab habente potestatem, veniunt appellatione legitimorum, & naturalium.*
3 *Pater potest legitimare filium naturalem in præiudicium filiarum fœminarum, quibus non est quæsitum ius, nec re, nec spe certa, sed tantum incerta, & conditionali.*
4 *Locatio facta ad tertiam tantum generationem, debet renouari sub eadem forma, ex communi.*

DECISIO CLIII.

FVit per Dominos resolutum stricte ad hoc, an legitimatio attento præiudicio fœminarum in inuestitura vocatarum, teneat omnibus alijs circum
1 scriptis. † Quòd stantibus resolutionibus factis tam sub die Lunæ, 17. Iunij. 1551. quàm sub die 22. Martij proxime præteriti hæc legitimatio in præiudicium fœminarum teneat, ex eo quod magis communis opinio Doct. est, quòd Princeps possit præiudicare iuri quærendo, prout ex Cuman. Castren. Dec. alijsque Docto. allegatis patet, quicquid dixerit Cephal. consilio vigesimotertio, allegatus. Vnus etiam ex Dominis dicebat frustra disputari de iure quæsito, & quærendo, cùm
2 iam fuerit resolutum, † appellatione legitimorum, & naturalium venire legitimatos specialiter ad emphyteusim ab habente potestatem. Et ideo ex forma inuestituræ nullum ius competere fœminis, cùm adhuc superstes sit masculus eas excludens. Tamen in hanc sententiam dictum est, quòd hic non adsit ius quæsitum in re, sed quæsita spes tantùm, iuxta text. in §. ex conditionali. Institutio. de verborum obligatio. & hæc spes non est certa, sed sub duabus conditionibus, ideo satis debilis, & allegata in contrarium ex Fortun. & Iason. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de liberis & posthumis, procedunt in terminis, in quibus, vel ius erat iam quæsitum, vt in
3 hæreditate delata, vel saltem spes erat certa debitum iri, † non autem in spe omnino incerta, & conditionali, prout est ista, in qua pater potuisset præiudicare filiabus fœminis, nihil eis relinquendo: videbatur etiam vni ex Dominis hic differri tantum hoc ius, non autem pœnitus tolli: licet enim locatio sit facta ad tertiam generationem tantum, quam Alexander claudit,
4 tamen † tenetur Abbatiam renouare sub eadem forma, vt est doctr. Barto. communiter approbata in l. prima, §. permittitur. ff. de aqua quot. & esti. quam Rot. approbauit in vna Lucen. emphyteus. coram R. P. D. Decano. Veneris, 6. Iunij. 1567.

SERAPHINI.

Bononien. de Bologninis. Veneris, 12. Ianuarij. 1571.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis non hæreditaria non comprehenditur sub generali dispositione bonorum.*
2 *Clerici possunt de fructibus beneficiorum disponere, qui veniunt in generali eorum dispositione.*

DECISIO CLIIII.

DOmini cum præsupposito, quod hæc emphyteusis non sit hæreditaria, tenuerunt, quòd
1 † in dispositione generali bonorum facta per Leonardum non comprehendantur bona emphyteutica de quibus agitur, per doctrinam Barto. in l. vt iusiuran. §. si liberi. de operis liber. cuius dictum licèt à non nullis reprobatum videatur, tamen eius ratio communiter est recepta, & fuit allegata decisio quædam aliàs facta coram Domino Guidobono in vna Pampilonen. fructuum, in qua præsupponebatur quædam consue-
2 tudo dioc. Pampilonen. quòd † clerici possunt de fructibus beneficiorum disponere, & fuit resolutum, quòd veniebant in generali testamentaria dispositione, per ea quæ tradunt Iaso. consilio septuagesimoquinto, in fine, libro 3. Aym. consilio centesimoquadragesimoquarto, nume. 6. & 7.

Præterea, cum non simpliciter fuerit concessa facultas alienandi, sed cum pacto, vt fieret denunciatio intra mensem, succedunt ea quæ tradit Dec. consil. 171. numero tertio, versicu. quarto, & vltimo, & ita etiam hæres scriptus interpretatus est intentionem testatoris, vt in informatione facta pro Domino Alexandro deducitur.

SERA-

SERAPHINI.

Penestrin. compromissi. Veneris. 13. Februarij. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Remissio gratuita in transactione non annullat transactionem, si omnia solemnia requisita sint obseruata.*
2 *Consuetudo valet, in qua solet apponi decretum super contractu eodem die celebrato.*
3 *Actum in iudicio summario non attenditur in iudicio plenario, nisi iustificetur.*

DECISIO CLV.

FVit resolutum regulam esse pro validitate transactionis, cùm fuerint obseruata solemnia requisi-
1 ta. Nec † eam posse impugnari ex eo capite, quòd fuerit remissio gratuita in capite redditionis administrationis, tum quod non est clarum, quod Illustrissima Domina Helena non esset creditrix potius q̃ debitrix, prout illustrissima Domina Marchionissa confessa fuit. Tum pp correspectiuitatem, cùm datio 12000. scutorũ videatur correspectiua ad totã transactionem prout colligitur ex vers. Has autem cessiones, & ibi, cum pactis, & conditionibus infrascriptis, & clarius ibi, quibusdam 12000. voluit esse contenta &c. ita vt nihil petere possit ab illustrissimis Dominis Iulio Cesare, Mario, & Helena &c. Et ad consi. Ruin. 135. allegatum respondebatur per aliud eiusdem consilium nonagesimum, lib. 5.
2 per tot. Nec † releuat quod decretum fuerit eadem die interpositum propter consuetudinem de qua testatur Achil. decis. secunda, de decret. Tamen quia fuit allegatum consil. Pau. de Cast. 337. alias 338. incip. primo quæritur, libro primo, numero quinto, & Felyn. in capitu. cum venerabilis, colum. fina. de exceptio. ex quibus videtur inferri, quòd † id quod summariè fit, non
3 attenditur in iudicio plenario, nisi iustificetur: fuit ordinatum, vt restringerem dub. hoc modo, an confessio Illustrissimæ Marchionissæ præiudicet Illustrissimis filiabus, vel fit in hoc iudicio iustificanda.

SERAPHINI.

In eadem Penestrin. Lunæ, 8. Februarij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio confessionis oritur ex decreto, contra quam tamen admittitur probatio in contrarium.*
2 *Confessio in iudicio summario, non præiudicat in ordinario.*

DECISIO CLVI.

FVit per Dominos resolutum, firmandum esse in iure, an decretum fuerit interpositum per iudices competentes necne, propter doctr. allegatam Barto. & aliorum in l. cum hi. §. transactiones alimentorum. de transactio. alias præsupponendo sine veri præ
1 iudicio, quod † decretum à iudicibus competentibus emanauerit, dicebant confessionem Illustrissimæ Dominæ Marchionissæ præiudicare filiabus ratione præsumptionis, quæ ex decreto valido oritur, ad decis. Put. 205. lib. tertio, licet talis præsumptio admittat probationem in contrarium, ex quo etiam fuit dictum, consil. Paul. de Cast. 337. lib. 1. num. 5. alias allegatum esse ita intelligendum, vt confessio in iudicio summario non præiudicet
2 in ordinario, scilicet absolute, sed præsumptiue secus. item decis. 7. Put. lib. 3. esse intelligendam ob non obseruatam formã statuti de don. non valituris. Tamen non esse præcludendam viam contrariæ probationi. Et ideo aliqui ex Dominis dicebant esse edendos libros per ea, quæ deducuntur pro parte Illustrissimarum filiarum. addebant Plot. in l. si quando, nu. 706. C. vñ vi. Fuit ordinatum, vt præsuppositis circunstantijs facti, quæ habentur in dubio, dubitarem, an Illustrissima Domina Helena teneatur edere libros rationum, & electio erit Dominarum Actricium, à quonam dubio incipere velint disputationem.

SERAPHINI.

In eadem Penestrin. Lunæ, 10. Maij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Transactio semel finita non potest iterum fieri de eisdem rebus, nisi docto de errore, vel dolo.*

DECISIO CLVII.

1 DOmini constituebant regulam, quod † stante transactione non possit quis petere, vt denuò reddatur ratio administrationis semel redditã, cùm exceptio transactionis sit exceptio litis finitæ: limitabant etiam, quòd secus esset, si doceretur de errore, vel dolo, de quo tamen docere oportet ex claris, & perspicuis probationibus. Dec. consilio nonagesimoquarto, numero quarto, cum adductis per Menoch. de arbit. libro secundo, cent. tertia, casu, ducentesimonono, in fine, sed quia aliqui ex Dominis dicebant, posse doceri de dolo per exhibitionem librorum, qui de æquitate canonica sunt edendi, etiam ad fundandam intentionem actoris, non obstante transactione, fuit ordinatum, vt informãtes se restringant ad hoc, vt reassumatur copia transactionis alias Dominis data, vt possint videre, an ex eius tenore colligatur iste dolus, iuxta ea quæ pro parte Illustrissimorum Dominorum Actricium ex facto deducuntur.

SERAPHINI.

In eadem Penestrin. Veneris. 28. Maij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Editio librorum fieri non debet ad probandum dolum, quando ex transactionis instrumento de errore neque de dolo constat.*

DECISIO CLVIII.

FVit per maiorem partem Dominorum tentum, quòd ex instrumento transactionis non constat de errore, siue de dolo, maxime, cum non fundetur concordia super diuisione tantum, sed etiam su-
1 per alijs informationibus. † Et ideo stante transactione super administratione, non esse edendos libros, obstat exceptio litis finitæ, ad Ruin. consilio 71. libro quarto, & Plot. allegatum. Nisi aliunde probetur error, & dolus,

SERAPHINI.

In eadem Penestrin. Lunæ, 16. Maij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Factum colligitur ex pacto, & eiusdem continentia.*
2 *Clausula, & aliàs prout in instrumento, intelligi debet vltra specificata.*

DECISIO CLIX.

CIrca primam partem dub. Domini pro maiori parte dixerunt, quòd in clausula primo loco præ supposita, fuit post prætensiones in ea contentas assertiue dictum, fœminas excludi à bonis in prætensionibus expressis, & masculos tantum includi vigore pacti initi inter quondã Stephanũ & Alexandrum de Columna. Nam licet in ea multa per viam prætensionis deducantur, quæ iuris sunt, tamen reddendo rationem prætensionum deuentum fuit ad assertionem facti,
1 † quod ex pacto, & continentia eiusdem colligitur, ponderando clausulam, attenta dispositione. Barto. consilio nonagesimo, nume. sexto, Item clausulam in quibus inter cætera continetur. Item dictionem taxatiuam, tantum, vt in simili dictum fuit in causa Viterbien. coram R. P. D. de Grassis.
2 Neque ob. clausula, † & alias, pro vt in instrumento, quia illa clausula intelligenda est vltra specificata. Alexan. consi. trigesimo sexto, num. sexto, in secundo, Natt. consi. 403. num. 7. Put. decis. 36. lib. 3. & decis. 325. lib. 2. Peregrin. decis. 28. optime Dec. consil. sexagesimo tertio, numero sexto.

Quantum autem ad secundam partem Domini fuerunt concordes, quòd in clausulis de quibus in secundo & tertio præsupposito, Illustrissima Domina Marchionissa narrando se esse certioratam de valore bonorum à peritis pro vtraque parte electis, & de continentia pacti, quod sibi legi, & exponi fecit ab aduocato suarum filiarum, præsupposuerit solos masculos exclusis fœminis vigore pacti vocari ad successionem bonorum de quibus agitur: ponderabant verba illa, ex superius pro parte dñarum &c. deductis. Nouit qd dictæ suæ filię &c. Item clausula, certiorata de quantitate, importantia & valore omnium suprascriptorum bonorum. Et illa, super modo succedendi in dictis bonis in fauorem masculorum, quæ visa sunt satis clara, & aperte ipsius intentionem declarauisse. Et hæc ita firmata fuerunt circumscripto effectu, de quo loco suo tractabitur.

SERAPHINI.

In eadem Penestrin. transactionis. Lunæ, 21. Nouembris. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Error vbi non est causa finalis transactionis, non rescindit transactionem.*
2 *Error euidens esse debet ad transactionem rescindendam.*
3 *Error in transactione ex pactis in ea appositis principaliter detegitur.*
4 *Assertio erronea in transactione facit etiam censeri id omne ab ea dependens erroneum esse.*
5 *Alienatio bonorum fideicommisso suppositorum facta sine iuris solemnitatibus, facit censeri errorem in transactione subesse.*
6 *Assertio illa in transactione erronea dicitur, quæ etiam est causa consecutiua imponens necessitatem ita transigendi.*
7 *Causa finalis in qua erratum est, ea dicitur, quæ imponit necessitatem dispositionis faciendæ.*
8 *Causa erronea sufficit, quòd etiam in parte tali sit falsa quæ impediret fieri transactionem.*
9 *Error expressus rescindit transactionem in eo, in quo est erratum.*
10 *Error expressus dicitur, quod à iure certam habet interpretationem.*

DECISIO CLX.

CAusa fuit proposita, & votata super vna tantum limitatione deducta pro parte Illustrissimi Domini Iulij Cesaris ad regulã alias per Rotam firmatã, videlicet, die Lunæ, 13. Iunij, 1575. quòd regulariter error annullat transactionem scilicet, vt non proce-
1 dat, † vbicunque error non est certa causa finalis transactionis, ex not. in l. damus. ff. de condictio. indebi. & per Barto. in l. demonstratio. §. quod autem. numero sexto, de conditio. & demonstratio. cum alijs per informantes allegatis. Causam autem finalem esse volebant illam, quia calculatis calculandis, & detractis detrahendis, Illustrissimæ filiæ non poterant ex bonis patris plus quàm 12000. scutorum consequi, q̃ cùm influat in quemlibet effectum, dicitur finalis. ad not. per Bal. in l. prima, col. fina. solu. matrimo. Aym. consilio 192. quod etiam ostenditur ex dictione, quia, vt per Bal. in l. prima, post glo. numero secundo, ff. de fer. cum alijs, maximè cum respiciat vtilitatem transigentium, vt per Imo. in l. secunda, §. fina. numero nono, de donat. Et ideo inferebant, transactionem non esse nullam ex capite erroris, nisi constet non esse verum id quod enunciatur, Illustrissimas filias non potuisse plus consequi quam 12000. scutorum ex prædictis bonis. Insuper addebatur ab vno ex Dominis ad considerationes Dominorum aduocatorum, tunc
2 demum † errorem vitiare, quando est euidens. ad not. per Alexan. in l. qui Romæ. §. duo fratres, numero 54. de verborum obligatio. Sed non videbatur euidens error in pari interpretatione, cùm secundum eum terrarum appellatione veniant etiam tenutæ, & Doct. in l. prima, C. de erro. calcu. requirunt errorem clarum, vt per Iacob. ibidem numero decimotertio, & decimoseptimo. Et ille dicitur error expressus qui videri, & legi potest. Butr. in capi. excommunicato, de rescrip. Alexan. in l. cum prolatis, numero decimoquinto, de re iudica.

Insuper videbatur posse dici non fuisse erratum in causa, cum clausula illa, quòd dictæ filiæ suæ non poterant obtinere ea quæ pro parte ipsarum prætensa, & petita fuerunt, verificetur respectu ciuitatis Penestrinæ.

Quibus tamen non obstantibus fuit per Dominos conclusum, non esse recedendum à regula iam firmata ex pluribus.

Et primò, quia error secundum ipsos est in ipso pa-
3 cto. Nam † pactum est fundatum super assertione Illustrissimi Domini Iulij Cesaris, vt patet ex illis verbis, Illustrissima Domina Marchionissa huiusmodi cessiones fecit, quia ex narratis pro parte Illustrissimi Domini Iulij Cesaris non nouit &c. Et ita, cùm huiusmodi opinio fundata super narratis per Illustrissimum Dominum Iulium Cesarem dederit causam cessioni, influit in ipsam cessionem, ita vt dicatur erronea, vt per Dec. consil. 63. nume. 6. circa med.

Secundò, quia assertio illa deductis deducendis, & calculatis

calculatis calculandis, non est separatim posita, sed venit consequutiuè, & illatiuè ad illa, quæ fuerunt narrata
4 pro parte Illustrissimi D. Iulij Cæsaris. Ita † quod si erronea est illa assertio, vt pro nunc præsupponitur, consequens est, vt erroneus sit etiã calculus super ea factus. Nam in deductione debuit haberi ratio fideicommissi, nec potest hæc enunciatio diuidi, quia tota regitur à verbo, nouit, quod qualificatur à præcedente clausula illa ex superius narratis.

Tertiò, quia si Illustrissima Do. Marchionissa intellexisset, bona omnia de quibus agitur, non esse suppositafideicommisso, vtique vel non fecisset hanc transactionem, vel eam hoc pacto non fecisset, nam potuisset loco pecuniarum petere partem bonorum ad filias spectan-
5 tium; quod maximè suadetur, quia † in huiusmodi alienatione bonorum stabilium requirebantur iuris solemnitates, quæ adhibitæ non fuerunt. Et ideo succedit dictum Glos. in dict. l. domus. in verb. pecuniæ. per l. tale. §. fallsum. de condit. & demon. facit Dec. consi. 403. nu. 19. latè Aym. consi. 142. nu. 9.

Neque deducta in contrarium obstare videtur. Quia exemplo non negatur, errorẽ in causa finali vitiare transactionem, sed dicitur illam assertionem non fuisse cau-
6 sam finalem, cuius † contrarium verius videtur ponderando illa verba, etiam hanc cessionem fecit. Soc. consi. 159. nume. 20. & 21. lib. 2. Maximè, cùm talis assertio in consequentiam imponeret quasi necessitatem ita transigendi. Et hęc est notabilis declaratio Fulgos. in l. si cum te. num. 4. de pact. vbi † ait, causam finalem esse, quando
7 causa in qua erratum fuit, si fuisset vera, erat talis, quæ imponebat necessitatem illius dispositionis imponẽdæ. Castrens. quoque ibidem num. 3. vocat illam causam obligatoriam, & quæ arctat ad illum actum. Ideo Socy. consi. 159. num. 22. vocat illam causam finalem ex eo, q̃ erat obligatoria, si vera fuisset. quod dictum sumptum est ex doctr. Barto. in dict. l. si cum te. num. 3. quod bene applicatur ad casum istum, in quo stante fideicommisso conuentionali comprehendente omnia bona, prout fuit assertum, non poterant Illustrissimæ filiæ consequi ea, quæ in specie fuerant petita pro earum parte.

8 Nec † refert, quod in totum non sit falsa ista enunciatio. Quia sufficit, quòd sit falsa in parte tali, quæ verisimiliter si eam falsam esse sciuisset Illustrissima D. Marchionissa, ita non transigisset: talis autem erat ista, propter notabilem valorem aliorum bonorum, pacto, vt præsupponitur, non comprehensorum. Et ita idem operabatur error in parte, quod in toto, nempe exclusionẽ consensus. ad nota. per Doctor. in l. si per errorem. de iur. omn. iud. & in l. j. C. de errore calculi.

Præterea licet inter Doct. cõtrouertatur, ex quo errore vitietur transactio, tamen communiter concludunt
9 in d. l. j. quòd † vbi error est expressus, semper in eo in quo est erratum, transactio rescinditur. Castren. ibi, in fi. facit simile de sententia, de qua ibi per Doct. quæ vitiatur si habet expressum errorem. Et ideo fatuus est iudex qui in sententia exprimit causam, cur ita iudicauit. Et ita respondebatur ad illud argumentum, quòd hic error non esset euidens. Quia immo pro nunc præsuppo-
10 nitur error expressus, cùm † id dicatur expressum & certum, quod à iure certam habet interpretationem. & ita iste error est talis, vt ex sola lectura pacti & transactionis colligi possit. faciunt considerata per Rolan. consi. 13. num. 29. lib. j.

Et ex his circumscriptis alijs limitationibus, si quæ sint, fuit per Dominos conclusum, nõ esse recedendum à regula firmata in dicta resolutione facta sub die 13. Iunij, præsentis anni.

SERAPHINI.

Penestrin. transactionis. Lunæ, 23. Ianuarij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Castri vel ciuitatis appellatione venit omne territorium, & etiam ea quæ ad pacisentes tanquàm castri dominos pertinent.*
2 *Familia tantò facilius conseruatur, quantò maiores sunt facultates.*
3 *Coniectura pro conseruatione familiæ colligitur ex onere imposito masculis dotandi, & alimentandi filias.*
4 *Diuisio castri à territorio dicitur esse magna inæqualitas inter diuidentes.*
5 *Castrum dirutum non venit appellatione castri ex propria eius significatione.*
6 *Coniectura ad exclusionem fœminarum colligitur etiam ex verbis prægnantibus prohibituis.*
7 *Bona non iurisdictionalia nec iurisdictionalibus cohærentia non veniunt appellatione castrorum in pacto exclusiuo fœminarum.*

DECISIO CLXI.

LIcèt inspectis tantum illis verbis pacti ibi, omnia eorum castra, oppida, ciuitates, terras, & fortilitias, præsens dubitatio, † an veniant tenutæ Algidi-Corcolli & bona non iurisdictionalia, non careat difficultate contra Illustriss. D. Iuliũ Cęsarem, per
1 ea quæ not. Doct. in l. 3. in princ. de acquir. possess. Dominic. in c. ciuitates, num. 3. de sent. excom. Aym. consi. 54. num. 9. cum alijs pro parte Illustrissimarum filiarum deductis, tamen considerata verisimili mente contrahentium, quæ à Doct. semper excipi solet, vt per Abb. Felyn. & alios allegatos in c. Rodulphus, de rescrip. & Imol. in d. l. 3. num. 5. & Alciat. in l. 2. de verb. signif. Domini dixerunt, in huiusmodi pacto venire, non solum ipsa castra, oppida, & ciuitates, sed etiam omne territorium adiacẽs dictis castris, oppidis, ciuitatibus, & ea quæ ad pacisentes, tanquàm castri dominos, pertinent. Verisimilem mentem contrahentium ex his potissimum deducebãt. Primò ex ratione finali, quæ ex prohemio colligitur, cũ
2 fiat hoc pactum pro conseruatione familiæ, quæ † tantò facilius conseruatur, quantò maiores sunt facultates. Tiraq. de nobilit. cap. 25. num. 3. cum seq. Et pactum hoc secundum aliquos ex Dominis videtur fauorabile, cùm fiat fauore masculorum, & conseruandæ familiæ, ideo non debẽt ita stricte accipi verba ipsius. Secundò, in eodem prohemio habita fuit ratio bonorum simpliciter in illis verbis, ex præseruatione & augumentum faculta tum, & infra etiam alijs locis. Tertiò, quia fuit impositus onus masculis dotandi & alimentandi filias, & hæc con-
3 iectura † visa est valde potens: nam cùm contrahentes voluerint pro manutentione familiæ hanc inire conuentionem, vtique si intellexissent quòd castra, oppida, & ciuitates tantum venirent sine suis territorijs, verisimiliter non oneralsent masculos in istis bonis succedentes tali onere, cùm superessent alia bona sufficientia pro dotandis & alimentandis fœminis.

Quartò, consideratum fuit, quòd † attenta diuisione, nisi sumamus istam interpretationem, magna erit inæ-
4 qualitas causata ex hoc pacto inter fratres, cum fere omnia bona Alexandri consistant in castris & oppidis. Ita quòd si non habeamus castra diruta cum eorum territorijs pro castris, maius erit onus in portione Alexandri, quàm in portione Stephani.

Non

Non obst. q appellatione castri non veniat castrum di
5 rutum, quia † propter dictionem vniuersalem, omnia, iuncta verisimili mente potest venire, maximè cum dictio terras, etiam possit conuenire territorijs & tenutis. l. quicunque. C. de omn. agr. defert. lib. 11. & not. Guido Papæ sing. 526.

6 Quintò fuit consideratum, quòd † in exclusione fœminarum paciscentes loquuti sunt per verba prægnantia excludendo eas à dictis bonis, locis, ciuitatibus, castris, & oppidis. Et has coniecturas videtur adiuuare iuris dispositio, vt per Aret. cons. 15. col. j. versic. secundo præmitto. & Couar. pract. quæst. cap. j. num. 10. Tamen si super istis coniecturis velint Illustriss. filiæ particulariter audiri, fuit ordinatum vt eas audiam.

Fuit etiam inclinatum per Dominos, quòd ea bona
7 † quæ non sunt iurisdictionalia, nec iurisdictionalibus cohærent, ita vt non possideantur ratione dominij castrorum, oppidorum, & ciuitatum, non comprehendantur sub isto pacto, quod etiam ex reseruatione facultatis testandi suadetur. Quare erit in facto statuendum, quænam sint ista bona, & an tenuta Corcolli sub isto secundo membro, vel potius sub priori sit collocanda, attenta diuisione facta inter præfatos Illustriss. Dominos Alexandrum & Stephanum.

SERAPHINI.

In eadem Penestren. Lunæ, 7. Maij. 1576.

DECISIO CLXII.

EX partitis libri editi pro parte Illustriss. D. Iulij Cę satis constare dr adesse alium librum Castruccij, ideo per eundem Dominũ esse edendum & istos libros poterit ponens causæ ponere in actis. Quantum ad calculatores vnus tantum eligatur pro qualibet parte. Quantum ad æstimatores valoris grani & aliorum eligantur per partes & demum ipsis discordibus Rota eligat tertium. Quantum ad folium productum & saldũ, tunc super eis fiat calculus, quando fieri sit recognitũ, ideo recognoscantur. Quantum ad molendinorum controuersiam, vtrum debeant applicari ciuitati Penestrinæ vel Corcollo, non videri hanc inspectionem spectare ad peritos, sed esse quæstionem iuris in Rota terminãdam, cùm factum de loco in quo sita sunt, & quibus mensibus ad ea accedant molere volentes, sit certum.

SERAPHINI.

Porunen. de Col. Veneris, 8. Martij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Gratia quominus sit motu proprio cessa, nõ faciunt ea quæ contra clausulam motus proprij deducuntur.*
2 *Supplicatio si dedit causam motu proprio, contrauentio omnino non tollitur.*

DECISIO CLXIII.

1 CAusa discussa, Domini in hoc concordabant, q † ea quæ contra clausulam motus proprij deducuntur, non faciunt, quominus gratia sit motu proprio cessa, & suos pariat iuris effectus. Sed an ex hoc tollatur omnino contrauentio respectu supplicationis, non fuerunt concordes, aliquibus affirmatiuam, alijs negatiuam partem amplectentibus. Et qui negabant, mouebantur ex eo, quòd supplicatio videtur dedisse causam
2 † motu proprio, & allegabant Bal. in l. eam quam, num. 1. C. de fideicommiss. Tamen fuit ordinatum, vt strictè informetur super acceptatione & vsu, an faciant contrauentionem, & videatur Bald. ibidem, numero 5. & numero 52.

SERAPHINI.

Anconitan. coriorum. Die 27. Maij. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Libris producentis non creditur in eius fauorem.*
2 *Proxenetæ, neque testi offerenti rationem mercedis non creditur.*
3 *Fides non datur mercatoribus ad eorum fauorem.*
4 *Partita non annotata in libris solitis annotari, præsumitur non extare.*

DECISIO CLXIIII.

FVit tentum pro Riberijs, non obstantibus resolutionibus, seu inclinationibus in contrarium habitis sub die 28. Nouembris, & 19. Decembris, 1572. nempe non probari cõcludenter, quòd Vltra ferri fuerunt à Barberinis consignati Rouelasso. Quatuor enim genera probationis afferuntur. Primum est ex in-
1 strumento cessionis, quod † non probat, stante decoctione Rouellaschi, cum hic militet ratio. l. per diuersas. C. manda. & ibi Bald. num. 2. Rot. decis. 1. de alienat. iudic. mut. cau. in nou. Socy. cons. 66. num. 14. lib. 1. Secundũ est ex testibus, quos Domini dixerunt nihil concludenter probare. Nam primus non vidit consignare, & refert se ad libros Rouellaschi, quibus non creditur, ideo neque etiam ipsi. Aym. cons. 122. num. 8. Secun-
2 dus testis nihil probat, quia † affert rationem mercedis, quæ nõ concludit, & est proxeneta. Alex. cons. 117. lib. 7. Alij testes nihil probant neque etiam stylum non concurrente spatio tẽporis sufficienti. Tertium est ex partis, quòd neque etiam probat: non † enim datur fides
3 mercatoribus ad eorum fauorem. l. exemplo. C. de probat. Ias. in repet. l. admonendi, num. 111. & ibi Rip. numero 121. de iureiur. cum alijs, neque etiam protestatio contra testes. Ias. ibidem num. 133. & seq. Aym. de antiq. tempor. par. j. num. 29. Quartum est ex stylo qui visus est non concludere, quia conceptus est per verba, multi & multoties, quę non concludunt. l. j. §. hoc rescriptum. vbi glos. & Bart. ad Syllanian. Corn. cons. 301. num. 7. lib. 3. Cassad. decis. 54. num. 20.

Et ista omnia considerarunt Domini, facile tolli ex
4 eo, quòd militat maxima præsumptio † in contrarium, quæ oritur ex eo, quòd in libris Bergagrini non reperitur annotata ista partita. Bart. in l. Titiæ textores, in secundo not. de leg. j. Dec. cons. 218. num. 6. & cons. 496. num. 8. & maxime stante stilo mercatorum describendi omnia negocia, quæ per ipsos geruntur, & negocium erat magnæ quantitatis. Accedit, quòd partitæ Rouellaschi & Barberini nõ concordant, ideo facile fraus præsumitur stãte tali diuersitate & decoctione. Ias. in §. item si quis in fraudem, num. 46. Instit. de actio. Et ita tolluntur omnia exemplo considerata, quia sunt vel imperfecta vel suspecta, & Barberini ex ijs non concludenter probant exceptionem cessionis prout tenentur, cum Riperij fundauerint actionem probato dominio Coriorum.

SERA-

SERAPHINI.

Salamantin. iurisdictionis. Lunæ, prima Iulij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Tribunalia suprema nunquam exequuntur sententias, de quarum iniustitia ex actis constat, immo potius eas solent reuocare.*
2 *Amissio actuum tollit iniustitiam sententiæ, quæ ex illis actis reperitur constare.*
3 *Onere probandi superfluo nemo præsumitur se velle grauare.*

DECISIO CLXV.

FVit resolutum, sententiam Mercurijlatam contra R. P. D. Abbatem, non esse exequendam, sed esse reuocandam, quia ex resolutione nuper facta de. eius iniustitia, constat, cùm ex testibus Abbatis fuerit
1 sufficienter iustificata bulla erectionis, & † suprema tribunalia nunquam exequuntur sententias, de quarum iniustitia ex actis constat, sed eas solent reuocare, vt ex sententia Guid. Pap. decis. 215. num. 8. & 368. resoluit Rota in vna Auximan. dotis coram me, die 14. Martij. 1577.

Nec obst. fundamentum quod fit ex eo, quòd de no-
2 toria iniustitia constare nõ potest, cùm † probetur quorundam actuum amissio, ad trad. per Corn. cons. 10. libro quarto. cum alijs per informantes allegatis. Quia ex facto videtur tolli omnis difficultas. Nam quantum ad exceptiones cõtra bullam, apparet ex actis ter fuisse productas, & eodem instanti parti restitutas. Nec constat vnquam realiter apud acta dimissas fuisse. Quantum ad testes examinatos in curia cum fuerint examinati de anno 1513. vsque ad annum 1517. & postea de anno 1518. fuerit decreta remissoria, quam episcopus executus est, & tota integra extat apud acta, satis apparet, illos testes nihil
3 releuans probare potuisse: frustra † enim fuisset suscepta onus probandi per remissoriam cum tanta impensa pro parte episcopi, si ex testibus iam examinatis fuisset iustificata eius intentio. Vltra quod etiam testes Abbatis plures numero, & multa acta per ipsum producta perierunt, & maximè cum testium publicatio pro parte episcopi fuerit petita, & obtenta, quæ omnes circumstantię habitæ fuerunt in consideratione, præsertim cum à tanto tẽpore citra Rota noluerit vnquam dare exequutionem dictæ sententiæ.

Non obstat concordia. Quia omissis exceptionibus, quæ contra eam opponuntur, si considerentur ea quæ in ea continentur, potius faciunt contra Episcopum, dum ille Archipresbyter consuetudini renunciat. Nec probatur eius effectuatio, immo ex articulis quarto & quinto Episcopi, contrarium probatur. Aym. cons. 266. col. fin. Nec talis renunciatio de iure tenet, vt bene deducunt informantes.

Et hæc omnia dicta fuerunt præsupponendo rem iudicatam, & circumscribendo nullitates, inter quas videbatur valde vrgens illa quæ deducitur de sufficientia mandati Roderici de la Camera, in personam Ioan. de Castello. per ea quæ tradit Ægid. decisio. quinta, circa medium. Sed circa hoc nihil fuit dictum, tum ex eo quòd pars Episcopi non informat, tum quòd nõ fuit visa necessaria Dominis huiusmodi discussio.

SERAPHINI.

Reatin. beneficij. Mercurij, 20. Iunij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum potest acquirere quasi possessionem conferendi beneficia ex scientia & patientia episcopi, quæ multis probatur modis, num. seq.*
2 *Episcopus tenetur per se vel per alium visitare suam diœcesim.*
3 *Episcopus præsumitur scire, quæ ab eius Vicario etiam foraneo fiunt.*
4 *Scientia probatur ex actuum multiplicatione.*
5 *Collatio est fructus, quos bonæ fidei possessor facit suos.*

DECISIO CLXVI.

FVit resolutum, satis constare de scientia & patien-
1 tia episcopi ad hoc, vt † capitulum potuerit acquirere quasi possessionem conferendi beneficium, de quo agitur. Et primò, talis scientia probatur ex præsumptione iuris, quæ est, quòd quis præsumitur scire id, ad quod tenetur. glos. in reg. præsumitur, de reg. iur. in 6. Card. in clem. j. quæst. 7. & ibi Imo. & Bonifat. de consanguin. & affinit. Rom. cons. 481. Dec. cons. 160. num. 5. ver
2 sic. sed tamen, cum simil. Episcopus † autẽ tenetur quolibet anno per se vel per alium, diœcesim suam visitare, & ideo si alleget ignorantiam vacationis, non auditur. Rot. decis. 6. de iure patron. in nouis.

Secundò, ex lapsu temporis satis longi. Innoc. in c. bonæ, de postulat. prælat. Abb. in c. cum ecclesia, num. 25. de cau. possess. & propriet. Put. decis. 209. incip. idem & secundo, &c.

Tertiò probatur ex eo, quòd Hieronymus fuit immis-
3 sus in possessionem vigore collationis † Capituli à Vicario foraneo Episcopi Reati. vt habetur in 3. præsup. ideo succedit doctrina Bart. in l. si Publicanus. §. in omnibus, de public. cum alijs de quibus per Couar. in reg. possessor, num. 8. versic. 3. de reg. iur. lib. 6.

Quartò probatur ex collatione facta per Cardinalem Columnam tanquàm de beneficio vacante per resignationem Bernardi, vt in 4. præsup. quæ quidem videtur vera scientia, nedum præsumpta.

Quintò & vltimò probatur scientia ex actuum mul-
4 tiplicatione, cùm tribus † vicibus capitulum contulerit, vt per allegatã decis. Put. 209. Quæ in contrarium ex facto deducuntur, sapiunt turbationem potius quàm possessionem. & ideo sequitur, quòd cùm collatio sit fru-
5 ctus, & possessor bonę fidei fructus suos faciat, collationem capituli, quod est in possessione conferendi, esse præferendam collationi Episcopi dicendum est. Aym. cons. 322. cum alijs. Nunc enim ad hũc effectum agitur, vt patet ex puncto, non autem ad effectum præsumptionis, quo casu possent procedere non nulla, quæ in cõtrarium per Excel. D. Aduocatum deducta fuere.

SERAPHINI.

Reatin. beneficij. Lunæ, 17. Iunij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Collationis effectuatio, ex quibus probetur actibus.*
2 *Possessio non potest inuerti sine scientia illius qui est in possessione.*

Obiectiua

5 *Obiectiua materia dicitur esse de iure dantis.*
4 *Possessio magis attenditur in beneficialibus, quàm renunciatio.*
5 *Possessio iurium incorporalium, ita inhæret possessori, vt alius eo ignorante aufferre non possit.*

DECISIO CLXVII.

DOmini dixerunt standum esse in resolutis, nam quasi possessio conferendi sanctæ Ecclesiæ Lateranen. probatur ex collatione facta à Capitulo Bernardo Bencio. Calend. Maij, 1515. de hoc beneficio, vt in 3. præsup. quæ habuit effectum, quia idem Bernardus, 30. Aprilis, 1523. illud resignauit Hieronymo
1 Balbo, & ita † probatur effectuatio collationis. Oldrad. cons. 229. num. 2. cum alijs allegatis in resolutione alias coram me facta, & præsumitur scientia episcopi ex his quæ in alia resolutione sub die 20. Iunij, 1576. deducta fuerunt.

Nec obst. collatio facta à bo. me. Cardinali Columna, nec non possessione subsecuta virtute d. collationis. Primò, quia † cùm capitulum iam esset in possessione, non
2 potuit possessio illius inuerti sine sua scientia. Calder. cõsil. 12. de iurepatron. Secundò, cum idem Vicarius dederit possessionem vigore vtriusque tituli, apparet eum nõ habuisse animũ spoliandi Capitulum, & ideo non priuauit illud sua possessione. Ægid. decis. 107. Tertiò, vltimus status attendendus est, qui est in fauorem capituli, cum Hieronymus resignauit in manibus capituli, & vigore huius resignationis secuta fuerit collatio & possessio, de anno 1556. cum quibus concurrit depositio primi testis Alexandri deponentis de possessione Hieronymi & Petri Vincentij, & censuum solutione.

3 Nec obst. quod simus in materia obiectiua, quia † est de iure dantis. Cassad. decis. 2. de except. Nec obst. quòd Cardinalis resideret in curia, quia tenebatur saltem per alios visitare. Nec obst. contradictio Episcopi, quia potius videtur turbatio quædam, cùm ea non obstante Hieronymus perseuerauerit in sua possessione.

Nec ob. renunciatio in manibus Episcopi, quia cùm Capitulum esset in quasi possessione per renunciationẽ factam capitulo per diem, ante omne ius fuit abdicatũ
4 à Bernardo, quia † in istis magis attenditur possessio. ca. consultationibus. de iurepatron. Abb. in c. bonæ. il secondo. num. 7. de postula. præla.

Præterea necesse esset docere de scientia Capituli ad
5 hoc, vt amiserit suam possessionem, cùm † ea ita dicatur ei inhærere, vt alius eo ignorante non possit illud priuare. Innocen. in d. capitu. bonæ, numero primo, versi. item de illo. de postul. prælat. & in capitu. in literis. de restitu. spoliato. Abb. in d. capitu. bonæ, nume. 20. Bal. in l. 2. numero 12. de seruit.

Cætera quę contra titulum d. Alexandri deducuntur, non obstant, cùm satis sit ei ex nõ iure actoris obtinere.

SERAPHINI.

Roman. palatij de Ioachinis. Lunæ, 28. Octobris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio de iure est, vt res potius censeatur data & accepta in solutum, quàm in pignus.*
2 *Solutio particularis habet multa incommoda secum.*
3 *Præsumptio est, quòd res sit magis propria, quàm aliena.*
4 *Confessio facta in contractu nocet confitenti.*

DECISIO CLXVIII.

FVit resolutum, Dominos de Capizucchis non tenere ad relaxationem Palatij, de quo agitur: Cùm enim Domini de Ioachinis sint actores, & ideo debeãt suam intentionem plene probare, eam non probant ex coniecturis per eos adductis, cum coniecturæ exemplo deductæ & plures & fortiores sint.

1 Et primò, de iure † potius præsumitur res in solutũ data & accepta, quàm in pignus. Bart. in l. gerit, num. 27. de acquir. hæred. Alex. in l. j. §. per seruum, il secondo, numero 7. de acquir. posses. Ang. in l. cum notissimi, in prin. C. de præscript. 30. anno. creditum enim videbatur satis proportionatum ad valorem dicti palatij de eo tẽpore.

Secundò, quia magis expediebat Paulo & fratribus
2 habere domum in solutum, quàm in pignus, cùm † particularis solutio habeat multa incommoda. Alex. consilio 185. num. 2. lib. 6. Nat. consi. 140. nu. 4. lib. 1.

Tertiò, quia cùm præcesserint sententiæ, & processus executiuus vsque ad relaxationem brachij secularis, concurrente lapsu longissimi temporis, præsumendum est, cæteta, quæ ad perfectionem executionis desiderantur, interuenisse, nempe subhastationem, & deliberationem. Anchara. consil. 40. nume. 2. Dec. consil. 375. numero 3. Afflict. decis. 27. nume. 6. Achil. decis. 13. de attent.

Quartò cõsiderata fuit qualitas, & peritia Pauli, tum
3 quòd ipse imposuit centum super ista domo, ideo † ad excludendum delictum præsumendum est, quod super re propria. Alexan. d. consil. 85. numero 2. libro 6. Tum quòd fecit melioramenta, quæ non est præsumendum, quòd iuris peritus fecisset in alieno scienter, §. diuerso. Instit. de rer. diuisi. cum de indebito. ff. de solutio.

4 Quintò, † fuit habita in consideratione confessio Calixti in venditione casali. & Alex. consil. 112. colum. prima, libro sexto.

Sextò, depositiones eiusdem Calixti & Fidelis, quæ licet inter alios acta, tamen probent aliquod adminiculũ.

Vltimò, quia non constat quod Paulus vnquam petierit sibi satisfieri de suo credito quod nõ est verisimile non facturum fuisse, si domus tantum pro pignore consignata fuisset

Nec obst. brachium sęculare, quia per eum possessio non adiudicatur ipsis Dominis de Capizucchis, sed executoribus.

SERAPHINI.

Portuen. de Columna. Lunæ, 10. Iunij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Reuocare an possit quis consensum suum, & acceptationẽ gratiæ sibi factæ, stante pacto de non reuocando consensum prædictum.*
2 *Renunciare gratiæ sibi factæ quilibet potest, etiam si habeat decretum irritans. & decisione sequenti nume. 3. vbi distinguit.*
3 *Acceptatio non intelligitur secundum qualitatem actus acceptati, sed simpliciter mittitur executioni, nisi tertius reclamet.*
4 *Gratia habet implicitè statũ, donec tertius reclamet: aliàs in sui substantia non est nulla.*
5 *Venire quis potest contra factum proprium, quando illud est nullum ad fauorem sui.*
6 *Gratia intelligitur sine præiudicio iuris tertij, quoad eius fauorem.*

DECI-

DECISIO CLXIX.

DVbium propositũ fuit per Dominos discussum & difficultas restricta ad hoc, vt videatur de veritate præsuppositi, quia eo stante res videbatur pati multas difficultates contra Illustrissimum Dominum Iulium Cęsarem. Præsupponendo enim resolutiones aliàs coram me factas, nempe, quòd gratia sit diuidua respectu personarum, indiuidua verò respectu dotis, & quòd D. Iulius totam gratiam acceptauerit, quæ emanauit motu proprio, difficultas eo videbatur redigi,
1 quòd † contrauentio oriebatur ex consensu Illustriss. D. Iulij, ad quam tollendam ipse modo reuocabat hunc consensum & acceptationem: quod an ei liceret stante præsupposito, quòd circumscripto pacto non possit reuocare consensum suum, discutiendũ veniebat. Et quia Illustriss. D. Clarix & filiæ videtur habere fundatã intentionem in eo, quòd nemo potest venire contra factum proprium. l. post mortem. ff. de adopt.

Ad demonstrandum hoc licere, plura fuerunt facta fundamenta pro parte dicti Illustrissimi Domini Iulij Cęsaris.

2 Et primò, quia † quilibet potest renunciare gratiæ sibi factæ, etiam si habeat decretum irritans. c. ad Apostolicam, de regular. Sarnen. de triennal. quæst. 49. num. 11. Put. decis. prima, lib. 2. Tamen hoc fundamentum fuit contra præsuppositum.

Secundò, quòd cùm gratia sit limitata, ex quo videtur habere clausulam sine præiudicio tertij, ita † etiam
3 videtur limitata ipsa acceptatio, quia intelligitur secundum qualitatem actus acceptati, secundum allegata per informantes.

Hoc fundamentum apud Dominos habet difficultatem maximam, tum quia hoc fuit alias disputatum, & non resolutum: tum quia, quòd acceptatio intelligatur secundum qualitatem actus acceptati, videtur potius facere contra. Quia si tertius non reclamat, gratia mittitur executioni, prout iacet. Dec. in c. super eo, num. 36. ff. de offic. deleg. & ibi Abb. num. 5. Butr. num. 15. Imo. nu. 10. &
4 † sic implicitè videtur habere statum, donec tertius reclamet. Et ratio fuit, quia gratia non videtur nulla in substantia. Ruin. cons. 85. num. 4. & cons. 87. num. 5. & seq. lib. 3. vel saltem hoc esset particulariter videndum. Nam si ista gratia implicitè habet statum, donec superueniat reclamatio, ergo Illustriss. D. Iulius contrauenit, & adhuc durat contrauentio.

Nec obstat reuocatio, quia stante præsuppositio, quòd circumscripto pacto non possit reuocare, non vident Domini, quid operetur pactum, ex quo etiam stante pacto illo, gratia habet istum implicitum statum validitatis, & sic mittenda plenariæ executioni, nisi secundus genitus reclamet, cui gratiæ ipse renunciare non potest. & faciunt not. per Gigant. q. 79. Cassad. decis. prima, de pen
5 sio. Quia † tunc demum quis potest venire contra factũ proprium, contra reg. d. l. post mortem. ff. de adopt. l. si creditoribus. C. de ser. pig. dat. man. quãdo factum illud est nullum ad fauorem sui. ita declarat Alex. consil. 103. num. 14. lib. 2. Acceptatio igitur Illustriss. D. Iulij non est nulla, maximè quia vbi actus redditur inualidus ad fauorem alicuius, intelligitur semper eo volente, & ille debet de nullitate illius opponere, & non alij. Ruin. consil. 35. num. 31. lib. primo. & cons. 85. num. 6 lib. 3. Crot.
6 qui plura cumulat, q. 119. num. 7. Et † indubitatum esse videbatur, quòd regula illa quæ habet, quod gratia intelligitur sine præiudicio iuris tertij, intelligatur ad fauorem illius tertij, non alterius, ex supra allegatis & ex his quæ infra dicentur.

Tertiò, quia iste consensus videtur sapere quandam vltimam voluntatem. Hoc etiam fundamentum visum fuit esse contra præsuppositum.

Quartò, fuit allegatus tex. in cap. ex multiplici, de decim. in quo censetur reseruatum pactum, cui fuit responsum.

SERAPHINI.

Portuen. bonorum de Col. Mercurij, 26. Iunij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Dignitati nemo potest renunciare, nisi in manibus superioris.*
Immo nec etiam formę succedendi, quę est ei annexa. nume. 2.
3 *Gratiæ dignitatis sibi factę etiam habenti decretum irritans, renunciare nemo potest, nisi in manibus superioris.*
4 *Renunciare nemo potest actui concernenti fauorem alterius, sed bene sui.*
5 *Præiudicia quando sunt inseparabilia, renunciatio etiam non tenet in fauorem renunciantis.*
6 *Gratia à tempore datę initium sumit, & sic illud tempus attenditur. & nu. 8.*
7 *Priuilegium transfert ius, & dominium absenti, à data ipsius priuilegij.*
9 *Exceptione contrauentionis, vt agens repellatur, sufficit, quòd contrauentio sit in minimo.*
10 *Gratię validitas per acceptationem factã, non potest amplius tolli, & in pristinum statum reponi. & nu. 14.*
11 *Gratia ante ius quęsitum tertio fortitur naturam vltimæ voluntatis; postea autem sapit naturam contractus.*
12 *Pactum, per quod tertio est ius quęsitum, reuocari non potest.*
13 *Primogenitura fieri non potest, sine consensum Principis.*
14 *Tempus datæ attenditur circa validitatem, vel inualiditatem gratię, quę semel sortita effectum non potest amplius reuocari.*
15 *Pater non potest præiudicare filio emancipato, qui acquisiuit emphyteusim ex re patris.*
16 *Gratia sine consensu in patrimonialibus non valet, ex defectu intentionis.*

DECISIO CLXX.

FVit ex ordine Dominorum dubitatum, an reuocationi factæ per Illustriss. D. Iulium Cęsarem ita obstet gratia Papæ, vt non potuerit consensum suum & acceptationem reuocare respectu sui ad effectum, vt adhuc dicatur durare vel non durare contrauentio. Et materia per Dominos discussa, fuerunt excitatæ infrascriptæ difficultates, licèt nihil fuerit resolutum.

Et primò dicebatur per nonnullos ex Dñis, ꝙ si præsupponimus, ꝙ forma succedẽdi sit indiuisibilis à principatu gratiæ Papę, vt obstare renũciationi Dñi Iulij, quia
1 † pro indubitato habebant, non posse renunciari principatui, nisi in manibus superioris. l. pen. de offic. præsid. Rebstan. de imperat. q. 103. nu. 10. cũ seq. Rom. sing. 252. Afflict. in tit. quæ sint regal. in verbo, potestas, num. 56. cum alijs, quæ per Dominos informantes deducuntur.

2 Si ergo non potest renunciari dignitati, nec † etiam potest renunciari formæ succedendi, quæ est ei annexa, & indiuidua, vt per Guiliel. de Benedic. q. de camerario, numero 6. sed quia partes cõtrouertunt super decis. factam

super

super diuiduitate & indiuiduitate, quam tamen ego retuli fuisse, quòd gratia respectu personæ Illustriss. D. Iulij erat diuidua, respectu vero dotis & respectu primogeniti esset indiuidua, & ita fuisse resolutum die Veneris, 6. Decembris, 1575. Tamen fuit processum vlterius ad alia argumenta quæ pro parte Domini Iulij deducũtur.

3 Et quantum ad primum, quòd † quilibet possit renunciare gratiæ sibi factæ, etiam quòd habeat decretũ irritans, quia sortitur naturam actus principalis. Sarnen. de triennal. q. 49. num. 11. Cassad. decis. 2. de decret.

Tenentes pro parte Illustriss. D. Claricis respondebant non procedere in dignitatibus postquam alicui est collata dignitas & acceptata, nisi fiat renunciatio in manibus superioris. c. admonet, de renuncia. licèt possit nõ acceptare. c. si tibi absenti, de præben. in 6. maxime, quia est renunciatio expressa. Dec. in l. postquam liti, in prima fallen. C. de pact.

Nec obstare si diceretur nõ agi de renunciando principatui, sed primogenituræ: nam † cum primogenitura
4 non respiciat vtilitatem D. Iulij, sed vtilitatem primogenitorum, hoc non esset renunciare fauori suo, sed fauori alterius, quod fieri non potest. Dec. in l. pen. C. de pac. num. 18. & ibi per alios.

Nec obst. si replicetur nunc non agi respectu primogenitorum, quia quotiescunque quis renunciando fauori suo præiudicat necessario alteri & sic præiudicium tertij est inseparabile, renunciatio etiam non tenet respectu renunciantis. Bart. in d. l pen. num. 3. versic. secundo casu. C. de pact. & ibi Iacob. num. 16. Ista autem præ-
5 iudicia † sunt inseparabilia, nam si Dominus Iulius non præstitisset consensum huic gratiæ, Papa saltem de potestate ordinaria in istis patrimonialibus non potuisset ita disponere. vt not. Doct. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, cum alijs allegatis per informantes, quòd si disponere non poterat, sequi videtur, quòd consensus Domini Iulij fecit gratiam validam. Ex quo etiam sequitur, quòd reuocatio istius consensus redderet gratiam nullam vsque ab initio propter defectum intentionis Papæ, qui defectus annullat gratiam ab ipso initio. Cassad. decis. 3. de pẽsio.
6 num. 3. gratia † enim à tempore datæ initium sumit, & propterea tempus illud attenditur. c. si super, de offic. deleg. Gig. q. 22. num. 16. de pensio. Clarus est autem defectus intentionis, quia Papa noluisset inferre hoc præiudicium Domino Iulio auferendo sibi potestatem disponendi de rebus suis sine suo consensu.

Ad secundum fundamentum quod fit pro Domino Iulio, quòd primogenitis non sit ius quæsitum, cùm non interuenerit nuncius, epistola, vel stipulatio notarij. Respondetur quòd, aut ista primogenitura habet vim priuilegij & concessionis Principis, aut vim contractus cũ
7 Principe initi. si † vim priuilegij, tũc ex illo quæritur ius absenti à data priuilegij, quando constat de mente Principis. Butr. in c. conquestus, num. 13. Abb. num. 10. de restit. spol. quia & ex sola Principis concessione transfertur dominium. Alex. cons. 187. num. 17. lib. 2. Iacob. in l traditionibus, in fine. C. de pact. & Dec. ibi, numero 4. Si verò valet in vim contractus, ergo in dissolutione requiritur consensus vtriusque. l. ab emptione, de pact. Sed tolli videtur difficultas ex eo, quòd constat de voluntate Principis volentis, quòd quæratur ius, ex eo quod vo-
8 luit, quòd gratia sit semper valida, ergo † omni tempore, & consequenter à data ipsius gratiæ. Præterea si Papa voluit quod hæc primogenitura ab omnibus inuiolabiliter obseruetur, sublata aliter iudicandi facultate, non videtur, quòd D. Iulius etiam respectu sui possit renunciare, prout in simili propter hanc clausulam fuit resolutũ omnes comprehendi in vna Parmen. castrorum coram R.P.D. Aldobrandino diebus præteritis. Nec obst. decis. prima Put. lib. j. & Crescen. 79. Quia procederent si renũciaretur toti gratię. Nec obst. quod videatur dari hoc
9 pacto de iure tertij. Nam † ad hoc vt agens repellatur exceptione contrauentionis, satis est quòd contrauentio etiam sit in minimo. Dec. in l. cum proponas, la seconda, num. 5. C. de pact. satis autem dicitur Dominus Iulius
10 contrauenisse, ex † quo mediante consensu suo fecit gratiam validam, quæ est contraria pacto, quam validitatem tollere non potest, & sic non potest omnia in pristinum statum repone & bene videtur applicari doctrina Bal. in l. si quis non dicam rapere, num. 5. versic. melius dici potest. C. de episc. & cler. finis enim in hoc casu non est resolutus nec reditus primæ formæ, ex quo adhuc subsistit gratia, maximè stante clausula, de qua supra, quòd semper ab omnibus inuiolabiliter obseruetur, sublata &c.

Tertium fundamentum quod fit pro Domino Iulio,
11 est, quòd hæc gratia † sortitur naturam vltimæ voluntatis, & ideo iste consensus possit reuocari vsque ad vltimum vitæ spiritum, per not. in l. fin. C. de pact. Sed huic fundamento fuit responsum, terminos illos non esse applicabiles, quia ibi ille qui consensit, non se obligauit ad relinquendum illis: ideo cùm nullum ius fuerit eis quæsitum, non est dubium, quòd potest reuocari, vt per Dec.
12 cons. 4. num. 10. & 457. num. 4. Confirmatur, † nam si ex illo consensu esset ius quæsitum, reuocari non possit, per l. fi. C. de pact. est enim pactum illud conceptum sub duplici conditione, vt dicit ibi tex. Sed ex ista concessione & priuilegio est quæsitum ius primogenitis, Abb. cõsil. 85. Tiraq. q. 21. num. 7. de primog.

Non obstant quæ tradit idem Tiraq. q. 68. quia ibi nõ interuenit authoritas superioris cum istis decretis, quæ reddunt actum alias reuocabilem irreuocabilem. Couar. de testam. in 2. parte, numero 36. Quoniam vt bene
13 confirmatur per informantes, † ista primogenitura ita fieri non poterat sine consensu Principis. l quoniam in prioribus, de inoffic. testam. Iaf. in l. omnem, num. 6. C. de testam. quod ex eiusdem legis contextu bene comprobatur: secus verò esset, si authoritas Principis non esset necessaria. Palat. Ruuios in l. 44. num. 3. ad ll. Thaur.

Confirmari videntur supra dicta ex eo, quòd cùm ex gratia Principis iuncto consensu Domini Iulij, fuerit quæsitum ius primogenitis, vt tollatur contrauentio,
14 necesse est tollere validitatem ipsius gratiæ, quæ † cùm ab initio valuerit, quia aderat consensus, reuocatio superueniens non videtur sufficere, quia attenditur tempus datæ circa validitatem vel inualiditatem. Cassad. dicta decis. 3. de præsump.

Quartum & vltimum fundamentum pro D. Iulio est, quòd cùm primogenitura sit facta ex re patris, pater potest præiudicare. Sed hoc fundamentum non placebat,
15 quia † si sit quæsita emphyteusis ex re patris, si filius est emancipatus, non potest pater illi præiudicare, quia perfecta est donatio. Bal. in l. prima, in fine. C. per quas person. nob. acquir. quem sequitur Natta cons. 475. num. 5. Stante ergo, quòd adest authoritas Principis volentis, quòd hæc donatio obseruetur inuiolabiliter, videtur ꝙ omnino teneat, sicut & donatio alias inualida confirmatur iuramento. Præterea fundamentum istud non procedit hoc casu, ex quo concessio est cum clausula, iure feudi antiqui, tunc enim assumit naturam antiqui, nec potest pater filio præiudicare. Aym. de antiq. tempo. parte 5. num. 13. cum seq.

Et supradicta tenentes istam partẽ intelligebant cum presupposito, quòd consensus D. Iulij fuit necessarius ad
16 validitatem primogenituræ, taliter, quòd gratia † sine eo

eo ex defectu intentionis corruat, ex quo sumus in patrimonialibus, prout deducitur per informantes, ex dictis per Abb. in c. cum dilectus, num. 5. de iurepatron. & in c. ex multiplici, nu. 6. de decim. cum alijs. Tunc enim non minus ei præiudicat consensus suus, quàm præiudicet consentienti alienationi rei suæ, vt per Sas. cons. 73. num. 2. & cons. 89. num. 5. lib. j. Menoch. cons. 88. nu. 27.

Et hæc fuerunt difficultates excitatæ à Dominis, qui hanc partem defendebant: sed quia alijs placebant contraria fundamenta, nihil fuit resolutum, & causa fuit remissa ad calendas.

SERAPHINI.

Salamantin. iurisdictionis. Die 17. Maij, 1577.

SVMMARIVM.

1 *Gratia valet, etiam si ea plura, quę narrantur, quorum vnum est sufficiens ad impetrandum gratiam, non subsistant.*
2 *Papa si narret id quod sibi fuit supplicatum, ei credendum est.*
3 *Consuetudo si narretur à Papa, quę à parte nõ fuerit narrata, alia probatione non indiget.*
Limita in incerta narratione. nu. 5.
4 *Dictio, prout, stat causatiuè, & non conditionaliter.*
5 *Narratio incerta Papę nullam fidem facit.*
6 *Narratiuę Papę standum est, donec contrarium probetur.*
7 *Fama in antiquis probat.*

DECISIO CLXXI.

FVit resolutum Bullam erectionis Abbatiæ esse sufficienter iustificatam, in qua ea quæ narrantur, sunt hæc. Primò, quod Ferdinandus Rex Aragonũ ædificauit oppidum Medinæ, illud pluribus decorauit & in eo parochialem construi fecit, quam in cathedralẽ erigi desiderabat. Secundò, quod Ferdinãdus Rex d. Ferdinandi nepos, nec non rector ipsius parochialis, & clericus maior, & Archipresbyter & vniuersi beneficiati ipsius parochialis pro huiusmodi erectione supplicabãt. Tertiò, quod ex antiqua & approbata & pacificè obseruata consuetudine Episcopi nullam exercent iurisdictionem.

Quantum ad primum, non curarũt Domini de eius
1 iustificatione, quia † quando plura narrantur, quorum vnum est sufficiens ad impetrandum gratiam, licet non subsistant, gratia nihilominus valet. Ægid. decis. 280.

Quantum ad secundum, ꝙ clerus & cęteri supplicauerint, satis apparet iustificatũ ex effectu subsecuto, qa pluries iste clerus & alij nominati elegerunt Abbatem, & sub Abbatum cura & sollicitudine per longissimum
2 temporis spatium quiete permanserunt. Præterea † cùm Papa narret, ꝙ sibi fuit supplicatum pro parte istorum, hæc videtur narratiua facti proprij, ideo ei credendum. clemen. literis, de probatio. & saltem est narratiua facti alieni sic congesti, quæ probat, vt per Imo. ibidem, prope finem.

Quantum ad tertium in quo consistit tota difficultas, quamuis videretur nonnullis ex Dominis, quòd ista nar
3 ratiua non egeret testificatione ex eo † quod talis consuetudo à parte non narratur, sed à Papa, iuxta tradita per Innoc. in c. inter dilectos, de fide instrũm. vbi Fely. nu. 7. glos. in c. si Romanorum, in verbo, desunt. 19. distin. Aret. cons. 76. nu. 5. Curt. iun. cons. 97. num. 4. Gram. decis. 59. num. 27. & cons. ciuil. 722. Nat. cons. 160. num. 19. cum alijs cumulatis 5. Nouembris, 1576. in causa Cautien.
4 coram R.P.D. Cantuerio, & maximè, cùm † dictio, prout, stet causatiue & non conditionaliter. c. Abbate sane, de verb. signif. Curt. iun. cons. 97. num. 3. & 4. maximè in priuilegijs. Castren. in l. admonendi, num. 16. & 17. de iureiuran. Cassan. ad consuet. Burgun. rub. 4. §. 6. in verbo, tolen. la generale, num. 1. & in eodem priuilegio paulo inferius Papa loquitur per dictionem, & quia etiam, & per dictionem, omnino nõ exercuit, & sic assertiue. Nec in contrarium mouebãtur ex allegato respon. Rip. 174. alias 6. de rescript. lib. 2. quia fundat suum dictum in do-
5 ctrina Felyn. qui distinguit, † an referat quid certum, vel incertum, & in casu suo, quid incertum referebatur: hic vero valde certa consuetudo & seriosè à Papa refertur: & ideo non bene applicatur eius dictum. Præterea
6 † cùm super narrata consuetudine Papa fundat intentionem suam, tunc statur narratiuæ, donec contrarium probetur. Doct. post glos. in d. clem. literis. Nec obst. consil. Alex. 112. num. 5. lib. 7. Quia non procedit in casu in quo plena requirebatur probatio, nec sufficiebat præsumptio: tamen ad hoc non principaliter tendebat dubium, & ideo nõ fuit quicquam firmatum, quia si opus esset, particulariter veniret discutiendum: sed strictè ad dubium fuit resolutum, hanc narratiuam esse sufficienter iustificatam, ex quo tres testes deponunt de visu à 60. annis, & quamuis non percutiant 40. annos ante litem motam, tamen cùm sint examinati del 1518. à tempore examinis vsque ad tempus gratiæ intercedunt 38. anni, quibus super addebantur alij 40. anni, necesse erit quod testes deponant de visu de 78. annis, & sic ꝙ testes sint ad minus 88. annorum: & propterea satis sumus in
7 materia antiqua, quo † casu fama probat, vt deducit pro parte R.D. Abbatis. Nec debet imputari parti, cur prius non examinauerit testes, quia non constat quo prætextu lis ab initio fuerit mota, & fortasse etiam potuit cogitare se ad talem verificationem non obligari.

SERAPHINI.

Meliten. præcedentiæ. Mercurij, 15. Maij, 1577.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas est probanda ab eo qui eam allegauit.*
2 *Consuetudo non potest extendi de vno actu ad alium.*
3 *Pupillaris substitutio moribus vtentium introducta fuit, & postea iure ciuili approbata.*
4 *Confirmatio statuti confirmat etiam consuetudinem à statuto approbatam.*

DECISIO CLXXII.

FVit resolutum ex actibus annorum 1330. & 1335. de quibus agitur, nõ probari, venerabilem linguã Italiæ ante cõditum statutum 29. de Bauliuis, absolutè præcessisse venerabilẽ linguam Aragonię. Cùm. n.
1 † in hoc articulo lingua Italię assumpserit onus probãdi, debet probare cũ hac qualitate, ꝙ Drapperius esset antiquior Admirato. Bar. & Bal. in l. ignorat. C. qui accu. nõ pos. Doct. in c. j. de homic. in 6. Parisi. cons. 17. nu. 28. lib. j.
2 Consuetudo † autem de vno actu ad alium extendi non potest. vt per Bal. in c. j. circa fin. qui feud. dare possi. Nat. cons. 46. num. 2. sed debet probari in casu de quo agitur. Curt. iun. cons. 26. num. 10. Aym. cons. 96. num. 4. Nam cùm in dictis actibus tam Admiratus quã Drapperius eodem tempore creati fuerint, potuit dari præheminentia Admirato ratione antiquioris ingressus in religione,

iuxta cap.primum, de maior.& obed. consi.23.num.10. versic.ad tertium. Boer.de auth.mag.consil.num.8.

Nec facit quod cap.primum, de Bauil.sit inscriptum, consuetudo. Quia potuit dici consuetudo respectu originis,& existentiæ Bauiliuorum, vt innuit rub. Nã quantum.ad ordinem procedendi, nihil expresse in eo disponitur, sed tantum desumitur argumentum ab ordine, qui ordo potuit aliunde prouenire quàm à consuetudi-
3 ne, prout† in simili dicimus,moribus introductam esse pupillarem substitutionem.l.moribus.ff.de vulgar.& tamen circa eam plura à iure ciuili disposita fuere. Iaſ.ibidem,num.11. Nec est necessarium, quòd cap.29. quod loquitur de consuetudine, intelligatur de illa descripta in cap.primo, cùm non appareat quodnam ex his statutis sit prius conditum, cùm sint sub vna & eadem compilatione.Franc.in cap.primo,num.8.de iureiuran.Et licet dignitates dicantur creatæ ab origine, & ideo statutum 29.sit conditum post earum creationem, cùm de ijs loquatur, tamen non sequitur fuisse conditum post dictum statutum primum, cùm non constet dictam consuetudinem statim ab origine fuisse in scriptis redac-
4 tam.Nec obst.confirmatio Innocentij, quia† cum confirmet statutum, confirmat necessariò consuetudinem à statuto 29. approbatam,alias contineret repugnantiam. Poterunt tamẽ, si velit lingua Italiæ,isti actus poni cum cęteris per ipsam deductis, & in concursu eorum habea tur ratio,si qua haberi iunctis alijs de iure possit.

SERAPHINI.

Meliten. præcedentiæ. Lunæ, 10.Iunij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Dictiones, semper, & debet, quid importent. & num.seq.*
2 *Ratio expressa in sententia,quæ concernat petitorium,quid operetur.*
3 *Conclusio libelli attendi debet potius, quàm narratio.*

DECISIO CLXXIII.

FVit resolutum, sententiam latam de anno 1532. fuisse tã in petitorio, quàm in possessorio ex multis. Et primò,ex petitione venerabilis linguæ Aragoniæ, quæ continet prętensionem requirentem non solum possessorium, sed etiam petitorium ponderando di
1 ctionem,†semper,vt per informantes,& dictionem, debet, vt per Abb.in c.constituit,col.fin.de electio. iuncta mentione quæ fit stabilimentorũ, quæ important titulũ & ius ipsius prædentiæ.Secundò, idem colligitur ex petitione venerabilis linguæ Italiæ, ex eisdem rationibus, & maximè ex conclusione in illis verbis, & in iure suo deferendi. Tertiò, ex commissione data commissarijs ad referendum, cùm dicatur data super id quod prætendebatur & narratum fuerat à partibus, ergo tam super petitorio, quàm possessorio, cùm vtrunq; esset narratum.
2 Quartò,ex† dispositione sententiæ in illis verbis,præcedere debeat,ponderando dictionem, debeat, vt supra.Itẽ ponderando rationem contentam in sententia, ibi,quia prius electus, quæ fundatur in petitorio, ad Bart.in l.ex diuerso.§.j. num.2. de rei vendic.Item in illis verbis,sicut hactenus fieri consueuit,cùm hoc ius sit propter cõsuetudinem, vt per Innoc.in c.cum ecclesia Sutrina,de cau. poss.& propr.Quintò, cõcurrunt ea quę deinde subsecuta fuere ponderando ea, prout per informantes pro hac
3 parte. Neque obst.q† conclusio petitionis linguæ Aragoniæ videatur in solo possessorio, & ideo ea debeat solum attendi.Butr.in c.fin.nu.8.de iudic. Alex.consi.117. colum.j.lib.j.Dec.consi.28.num.6. cum alijs. Quia non stat restrictiue & potest à cumulatis in petitione declarari, maximè cum petitio alterius partis vtrunque contineat, & ita potuit super vtroque pronunciari. Reliqua quæ de attestatione notarij, & protestationibus deducuntur, fuerunt bene sublata per informantes, ad quos relatio habeatur.

SERAPHINI.

Roman. casalium de Maximis. Mercurij, 14.Martij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Pœna l.fin.C.de iure emphy. non habet locum in conductorem ad longum tempus.& num.10.*
2 *Differentię plures, & etiam similitudines inter cõtractum emphyteuticum,& locationem ad longum tempus.*
3 *Solemnitates requisitæ in locatione ad longum tempus rei ecclesiasticæ, & in emphyteusi non sunt ex natura contractus.*
4 *Ratio pœnalis expressa est extendenda de casu ad casum, vbi militat eadem ratio.*
5 *Extensio fit ex identitate rationis,quando agitur de consolidatione vtilis dominij cum directo.*
6 *Bart.in l.1.§.quod autem, il secondo, de superficieb. non est intelligendus respectu pœnæ.*
7 *Ang.in Auth. de non alien. §. scire, num.25. ambiguè loquitur.*
8 *Alex.consi.117. num.2. lib.4. loquitur in pœna incursa ob non solutionem canonis, in qua emphyteusis, & locatio ad longum tempus sunt æquiparata per auth. qui rem. C.de sacrosan.eccles.*
9 *Soc.consi.167.num.7. loquitur de contractu liuellario, qui in effectu non differt ab emphyteusi.*
10 *Leges pœnales contractus emphyteutici, non sunt ad alias similes extendendæ.*

DECISIO CLXXIIII.

QVia causa est grauis, & articulus valde controuersus,& pars insterit de nouo audiri super difficultate proposita sub die 20.Februarij. iterũ causam proposui, & pro parte RR.Fratrum S.Clemẽtis fuerunt nonnulla deducta plenius & diffusius quàm in præcedenti propositione.Quibus non obstantibus Dñi
1 perseuerarunt in resolutione iam facta, quod† pœna l.fi. C.de iure emphy. non habeat locum in conductore ad longum tẽpus, quæ opinio cùm satis fuerit alias fundadata,supereſt tantum respondere argumentis, & authoritatibus in contrarium adductis.

Et primò, quæ deducuntur ad probandam magnam affinitatẽ quæ est inter istos contractus, ex l.j.§.fi. si ager vectig.vel emphy. itẽ ex auth.qui rem.C.de sacrosſ.eccles. iuncto.§.si verò,auth.de alien.& emphyt. cum alijs.& ex c.potuit,loca. & c.nulli,de reb.eccles.non alien. & ex eo quod sub ijsdem tit. tractetur materia vtriusque contractus,cum alijs in quibus conueniunt,vnica responsio
2 ne tolluntur.Non† enim negatur in multis casibus regulas vtrique contractui conuenire, sed non ideo infertur esse in omnibus, & per omnia similes, & æquiparatos, quod clarè conuincitur ex multis differentijs,quæ in resolutione facta sub die 20.Febru. in secundo fundamento,pro parte D.Horatij deductæ fuerunt. Quod & conuincitur ex §.adeo, superius allegato. Instit. loca. Nec facit ad rem, quòd eædem solemnitates requirantur in

in locatione rei Ecclesiæ ad longum tempus, quæ & in
3 emphyteusi.Hoc† enim non prouenit ex natura contractus, sed ex subiecta materia, nam res Ecclesiæ sine solẽnitatib.alienari non potest,& ideo in emphyteusi rei Ecclesiæ,& eiusdem locatione aperte dignoscitur differentia inter istos contractus. Nec procedit argumentum,q† sub eisdem ti.de vtroque agatur, cùm clarum sit, cõcessionem agri vectigalis longe esse diuersam à contractu locationis.Alciat.lib.3.dispunct.c.10.Ruin.consi.16.nume.22. libro 1. & argumentum ab æquiparatis requirit æquiparationem omnimodam, & per viam regulæ. Parisi.consil.9.nu.83.lib.3.cum alijs.

Secundò deducitur fuisse inductam pœnam l.fina.ob
4 recognitionem, & priuationem, hasque rationes† esse expressas,ideo extendendas ad conductorem,in quo pariter militant.Curt.sen.consi.9.nu.5. Alex.in l. cum mulier.nu.2.sol.mat.Sed respondetur negando aliquã fuisse rationem circa priuationem expressam, & cum alias fuerit demonstratum adesse magnam differentiam inter vtrunque contractum ratione deuolutionis, vt in prædicta decisione in quinto fundamento huius opinionis fuit deductum,ideo cessat hoc argumentum.

5 Tertiò deducitur,quando† agitur de consolidatione dominij vtilis cum directo, fieri extensionem ex rõnis identitate, vt per Alex.in d.l.cum mulier.nu.3.sed eodẽ pacto respondetur; rationem esse diuersam inter istos contractus.

Quartò, quòd dicitur de fauore piæ causæ, eodem pacto computat contrariam opinionem tenentes, vt hæc sit vna ex illis communibus opinionibus à quibus recedere in iudicando nephas est.

Et primo Bar.in l.1.§.quod autem.il secondo,de superficieb.vltra q† loquitur per verbũ, puto, est animaduertẽ
6 dum,† quòd non loquitur explicite de pœna,nã quęstio per ipsum proposita est, an superficiarius possit alienare irrequisito domino, & distinguit, q† aut superficies est empta, & procedit tex.suus, qui vult posse legari, & donari: aut sit conducta,& tunc putat idem dicendũ, qđ in emphyteuta, & sic inquit ista lex determinatur per l.fi. C.de iure emphy. sed d. lex non vult alienationem fieri, nisi prius requisito domino, ergo respectu huius determinationis puto sensisse Bartolum,non autem respectu pœnæ, nam nec hoc expressit, nec ipse agebat de pœna, sed de potestate tantum alienandi; & possunt simul stare, vt quod quis prohibitus sit alienare, & tamen quod alienando non cadat à iure suo.l.cum pater. §.libertis.de lega.2. diuersæ enim sunt pœnæ, nullitas contractus, & iuris sui priuatio.

7 Ange.† in auth.de non alienan.§.siue,nu.25.ingenue fatetur, se de hoc idem, quod eadem pœna irrogetur, non habere legem,& ita titubat.

Bal.in cap. querelam. non descendit particulariter ad istam quæstionem.

Butr.allegatus in c.potuit,nihil tale dixit.Imo.nu.13. & 21.tradit differẽtias,quę sunt inter vtrunq; cõtractũ.

Alb.allegatus in c.propter sterilitatem.vlt.no. nihil facit nec loquitur de pœna priuationis ob alienationem, & in contrarium facit Imo.ibidem in addi.ad Abb.

Aretin. consil.55. nu.5. probat totum contrarium,& residet in vltima opinione.

8 Alex.consil.117.nu.2.lib.4.† loquitur in pœna incursa ob non solutionem canonis, in qua expresse isti contractus sunt equiparati per auth.qui rem.C.de sacrosſ.ec.

Beltrand.consi.311.nu.1. parum facit: non enim loquitur de hac pœna.

Boer. decis.234.loquitur, an debeatur laudemium,& tandem concludit,quòd non,& ita facit in contrarium.

Crot.consſ.22.licèt æquiparet hos contractus, tamen non ad hunc effectum,neque loquitur in terminis quæstionis nostræ. Et non negatur, quòd in multis procedit æquiparatio.

Iaſ.in l.2.non fixit pedes. videatur sub nu.42.&164.

Rimin.iun.æquiparat hos cõtractus in eo, quòd prohibita alienatione censeatur prohibita locatio ad longum tempus,& sic non facit ad rem.

Soc.consſ.167. nu.7. loquitur de contractu liuellario,
9 & tenet in effectu,† q† non differt ab emphyteusi,ex quo etiam apparet quanta sit fides adhibenda.

Fulgoſ.qui in consſ.240.voluit; quod pœna l.fi.extendatur ad conductorem ad longum tempus, tamen in contractu liuellario contrarium tenuit. consſ.7.nu.2.

Tiraq.de retract.§.1.gl.14.nu.84.circa fi.contrariam sentẽtiam amplectitur ibi, ne decipiaris, vide Albericũ.

Ang.Fulgoſ.Dec. Ruin.Natt.& Franc.Becc.allegati.Illi enim qui simpliciter intelligunt doctr. Bar.in d.l.1.de superficieb. non videntur connumerandi, cùm non lo-
10 quatur respectu pœnæ, vt supra fuit dictum. Nec† illi qui tradunt nullam esse differentiam inter istos contractus, sunt audiendi, cum loquantur contra communes sententias,& in terminis,quod leges pœnales cõtractus emphyteusis non sint ad alias similes extendendæ, addi posset alijs in priori decisſ.allegatis.

Gemin.in c.ad apostolicæ.§.sed licet.de re iud. in 6.& Alex.consil.9.nu.4.lib.3.

Et ex his patet,sententiam Fulgoſ. non solum iuribus non probari, sed nec etiam auctoritatibus ita fulcitam esse,vt pro cõi haberi posset,ita vt ab ea nõ sit recedẽdũ.

SERAPHINI.

Portuen. bonorum de Columna. Veneris, 14.Martij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Clausula,motu proprio, tollit impetrationẽ, & omnes eius effectus, & num.10.*
2 *Gratia motu proprio facta parit suos iuris effectus.*
3 *Attestatio Papæ in facto proprio non admittit probationem in contrarium.& num.seq.*
4 *Papæ attestanti se gratiam fecisse ad partis instantiam,credendum est vti de facto proprio.*
5 *Papæ quando aliquid narratur, & super illa narratiua motu proprio disponit, non est credendum vti attestanti de facto proprio.*
6 *Papa si attestatur se ad nullius instantiam gratiam concessisse,apparet quòd sine supplicatione fuisset concessurus.*
7 *Consensus partis non excluditur ex clausula motu proprio, qui in similibus adhiberi solet.*
8 *Supplicatio & acceptatio gratiæ non operantur,vt nõ possit dici de eiusdem nullitate.*
9 *Consentiens alienationi rei sibi hypothecatæ,si illa alienatio non tenet, sibi non præiudicat.*
10 *Clausula, motu proprio, facit cessare oppositionem de nullitate.*
11 *Nullitas excipiendo potest semper opponi contra acceptationem gratiæ motu proprio concessæ: non autẽ agendo.*
12 *Nullitas detecta potest à quocunque allegari.*
13 *Dolus in impetratione est in consideratione præcipuus.*
14 *Actum nullum facere, & actui nullo consentire differunt etiam quoad iuris effectum.*
15 *Dolus vel culpa in retinendo detectus facit, vt licitum sit errorem & nullitatem actus allegare, secus si solum in exprimendo falsum.*

DECISIO CLXXV.

FVit dubitatum nonnullis præsuppositis, an constet quòd Illustrif. D. Iulius Cęsar ita impetrauerit gratiam principatus, vt possit vel non possit allegare nullitatem d. gratiæ, ex eo quod est contra formam succedendi datam in pacto, quod Papa ignorabat. Et circa hmõi dubium, fuerunt consideratæ plures difficultates.

Prima, an satis constet, Illustriss. D. Iuliũ institisse apud sanctæ me. Pium Quintum, medio Excellentiss. Oratoris Regis Catholici, pro obtinenda huiusmodi gratia. Quæ res visa est carere difficultate, stante confessione eiusdẽ D. Iulij, prout bene deducitur pro parte Illustriss. filiarum. Sed cum prædicta gratia fuerit motu proprio con
1 cessa, hinc orta est secunda difficultas, an † d. clausula tollat effectum impetrationis, ita vt eius nulla possit haberi ratio, vel potius remaneat idem effectus, qualem solet parere impetratio, continens subreptionẽ vel obreptionẽ, qui est vt dans causam nullitati, eam allegare nõ possit, per decis. Rot. 8. de testam. in antiq. Et circa hanc
2 quæstionem placuit Dominis †gratiam nihilominus esse motu proprio factam, & suos iuris effectus parere, ex authoritate Bal. alias allegati in c. nisi spectabilis, de off. leg. num. 4. quem sequitur Rot. vt per Cassad. de rescrip. decis. j. num. 4. Ant. Aug. de motu proprio, num. 1. Anto. Gabriel. de clausul. conclus. 2. num. 107.

Neque obstat, quòd cùm agatur de bonis, de quibus Papa non solet disponere, nisi de voluntate Dominorũ, Papa aliter non fuisset concessurus gratiam, nisi præcessisset supplicatio Illustriss. D. Iulij. Quia hoc videtur contra Papæ attestationem, qui non solum rescribit motu proprio, sed etiam in indiuiduo ait, non ad tuam vel alterius instantiam, vt bene considerat Sarnen. de annal. q. 10. prope fin. & Gabriel. d. conclus. 2. num. 108. Ideo dici nõ potest, Papam alias nõ concessurũ fuisse, quin re-
3 darguamus eius attestationem, quæ † cùm sit de facto proprio, non admittit probationem in contrarium, vt per Ioan. And. & alios in c. si motu proprio, de præben. in 6. cum alijs per informantes allegatis. Neque obstant in contrarium allegata.

Et primò, Card. cons. 142. in fi. non recipitur à Rota, vt testatur Sarnen. de annal. q. 10. num. 5. & eadem ratione non obstat Paris. cons. 79. num. 23. qui sequitur Card. neque obstat idem Paris. cons. j. num. 76. lib. j. quia præ-
4 supponitur † ibi gratia obtenta motu proprio ad partis instantiam, & sic Papa testatur se id ad partis instantiam fecisse, cui attestationi vti de facto proprio standum est, clem. j. de probat. & sic iste casus est valde diuersus ab eo de quo agitur. Præterea ipse allegat Felyn. qui non probat id, ad quod allegatur.

Non obstat Soc. iun. in cons. 77. num. 98. lib. j. Quia
5 †procedit, quando aliquid Papæ narratur, & super illa narratiua Papa motu proprio disponit, quod etiam non applicatur casui isti, in quo nihil narratur.

Non obstat cons. Bruni 12. num. 72. quia nihil commune habet cum materia de qua agitur: nam velle allegare, Papam apposuisse clausulam, motu proprio, ad partis importunitatem, nihil aliud est quàm ipsum mendacij redarguere. Similiter tollitur dictum Dec. in c. cum
6 M. Ferrarien. num. 34. de constitut. nam † quòd fuisset concessurus sine supplicatione, apparet, ex quo testatur se ad nullius instantiam hoc facere, & ideo reprobatur à Sarnen. vbi supra, q. 10. de annal. num. 8. & Gabriel. de clausul. conclus. 2. num. 108. Non obstat cons. Rui. 41. nume. 15. lib. j. quia loquitur quando Papa expressit quod ad partis instantiam.

Neque obstat quòd Papa non soleat similia concede-
7 re, nisi de partium voluntate. Quia † ex prædicta clausula, motu proprio, nõ excluditur partis consensus, qui in similibus adhiberi solet, vt post alios quos allegat, tradit Dec. cons. 541. num. 16. & potest regulariter iste consensus & præcedere & subsequi. l. j. ad Maced. c. curam, de iurepatron. Et licèt per confessionem partis possit probari contrarium eius quod continetur in motu proprio, vt per Felyn. in c. quanto, num. 3. de præsump. Tamen confessio Domini Iulij non probat contrarium, cum hæc sint compatibilia, supplicatio præcedens, & gratia motu proprio, vt ex authoritate Bal. & aliorum, vt supra deductum fuit.

Sed dubium facit, & hæc est tertia difficultas, an supplicatio & acceptatio D. Iulij Cęsaris, q. habebat notitiã
8 pacti, vt ex facto deducitur, stante productione eiusdem facta in causa Penestrina, faciant, † vt ipse non possit dicere de nullitate prædictæ gratiæ, vt prætenditur pro parte filiarum, quæ allegant decis. 8. de testam. in antiq. Aym. cons. 151. num. 25. Roman. cons. 87. & cons. 329. Gemin. in c. cum in multis, num. 14. & 16. Gomes. numero 101. de rescrip. in 6. Crescen. decis. 119. cum alijs allegatis. Quibus tamen non obstantibus fuit conclusum, Illustriss. Dominum Iulium posse dicere de nullitate, retinendo conclusionem supra firmatam, quòd gratia sit facta motu proprio, & præsupponendo huiusmodi gratiam nullam, vt habetur in puncto. Et moti sunt Domini ex pluribus.

Primò, per reg. quæ habet, quòd non præstat impedimentum id, quod de iure non sortitur effectum. c. si beneficia, de præben. in 6. Felyn. in c. ex tenore, num. 4. de
9 rescrip. Hinc † videmus, quòd consentiens alienationi rei sibi hypothecatæ, si illa alienatio non tenet, consentiens sibi non præiudicat. Bart. in l. si debitor. §. j. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluat. Negus. de pignor. 3. memb. 6. par. princ. num. 26.

Secundò, quia fumus in gratia, motu proprio, quæ tol
10 lit impetrationẽ, ac oẽs eius effectus, & ideo † cessat fundamentum illud, q̃ D. Iulius dederit causam huic nullitati per ea quæ supra deducta fuerunt, quamuis vnus ex Dñis de hoc fundamento dubitaret ex allegatis per Gabriel. de clausul. cõclus. 2. nu. 99. cùm videatur militare eadem ratio, quæ in impetrãte, maxime stãte acceptatione & approbatione gratię. Tamen cęteris Dñis placuit hoc non obstare, ne talis clausula suo iuris effectu careat.

Tertiò, quia hic Illustriss. D. Iulius dicit de nullitate
11 excipiendo, quod † semper licet, etiam q̃ quis eam agendo allegare nõ possit, vt per Bal. Imo. & alios, quos refert Fely. in c. lator, de re iud. Aym. cons. 148. Alberic. in l. post mortem, num. 5. de adopt. Et hæc est exceptio, non replicatio, cùm non tendat ad suscitãdam & coadiuuandam actionem elisam exceptione. l. fin. C. de eden. Doct. in auth. si quis in aliquo, col. j. co. tit.

12 Quartò, quia † quoties nullitas est detecta, tunc quilibet potest eam allegare, vt per Fely. in d. c. lator, & alios per informantes allegatos.

Quintò, quia cùm Illustriss. D. Iulius cõsensum suum reuocauerit, quòd potuit, cùm etiam fauori suo etiam valido possit renunciare, cõsequens videtur, vt etiã post talem reuocationem possit de nullitate dicere, ex ijs, quæ tradunt Bart. & Bald. in l. post mortem, de adoptio. & in l. 2. C. si aduers. rem iudic. facit Felyn. in c. capitulum, num. 9. limit. 4. de rescrip.

13 Sextò & vltimò, quia † in hac impetratione nullus cõsiderari potest dolus, qui præcipue habetur in consideratione, in decis. 8. de testam. & omnibus exẽplo allegatis: nam cùm quęuis causa etiam bestialis excusat à dolo, hic non potest colligi dolus, tum ex eo, quòd Rota dubitauit,

uit, nec adhuc resoluit, an inspecta mente pacisentium gratia sit contraria pacto: tum etiam, quia gratia huiusmodi non erat apta alicui nocere, vt in simili dicitur de falsitate, quæ non est apta nocere. l. domus. C. ad l. Cornel. de fals. & ibi Doct. Nec fecit quicquid potuit, vt noceret. Boss. in pract. crim. tit. de fals. num. 89.

Maximè verò hoc procedit duplici respectu. Primò, quòd allegata in contrarium procedunt in faciente actũ
14 nullũ: hic † verò sumus in consentiente actui nullo, quo casu consensus iste non præiudicat, vt in simili de consentiente pensioni nullæ, tradit Cassad. decis. 4. de pensio. & Achil. decis. 9. eo. tit. Secundò, quia hic, si aliquis potest dari dolus vel culpa, non fuit in exprimendo fal-
15 sum, sed in reticendo aliquid, quo casu † licitum est errorem & nullitatem actus allegare, vt per Bisign. q. 11. de rescrip. quem sequitur Felyn. in c. lator, col. 2. de iudic. Et ex his virtualiter sunt sublata ea quæ in contrarium allegantur per informantes.

SERAPHINI.

Oueten. Canonicatus. 24. Ianuarij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Intentionem fundatam habens in sua gratia, transfert deneganti tradere possessionem onus probandi, qua de causa nolit eam tradere.*
Limita, vt num. 3.
2 *Expensæ quæ fieri debent pro capienda informatione, sunt soluendæ ab eo, pro quo fit informatio.*
3 *Appellans à denegatione possessionis & postea deserens appellationem, suscipit in se onus probandi grauamen, quod pars aduersa probare tenebatur.*
4 *Narratiua literarum debet probari ab eo qui narrat.*
5 *Petẽs aliquid vt talis vigore legis vel statuti, debet docere se esse talem.*
6 *Fama in antiquis non probat, quando aliquid in contrarium adest.*
7 *Nobilitas probatur per officia, quæ nisi per nobiles administrari solent.*

DECISIO CLXXVI.

FVit resolutum, sententiam latam in fauorem Domini Roderici esse confirmandam, cùm enim ipse habeat intentionem fundatam in sua gratia, ca-
1 pitulo deneganti † tradere possessionem incumbit onus probandi, qua de causa nolit eam tradere: nam cùm se fundet in statuto, quo continetur, ne quis admittatur, nec recipiatur ad canonicatus & dignitates, qui habeat originem infectam, vtique admissio & receptio cum spectet ad capitulum, necesse est, vt denegando admissionẽ ostendat se id facere ex iusta causa, puta quia in informatione capta reperijt talem habere originem infectam. Quod comprobatur ex confirmatione, in qua præscribitur modus sumendæ informationis, & imponitur hæc cura capitulo, quod & obseruabatur: nam per eum qui petit se admitti, nullæ fiunt probationes, sed fit depositum pecuniarum pro expensis, quę † fieri debẽt pro capienda informatione, & ita etiam factum fuisse in casu
2 de quo agitur, ostendit decretum capituli circa denegationem admissionis, & ita alias fuit coram me decisum in vna Toletan. portionis. Nec obst. decisio alias facta in vna Toletan. portionis corã Gropperio 30. Maij. 1561. vbi fuit dictum, pręfigendum esse terminum Io. Moran. ad probandum suas qualitates, non autem capitulo ad probandum, cur denegasset tradere possessionem. Quia
3 † in illa facti specie præsupponebatur Io. Moran. appellasse à denegatione, & postea desertam fuisse appellationem, & ita videbatur tacite huiusmodi decreto acquieuisse, & ideo illi incumbebat onus probandi grauamẽ. Sed in casu de quo agitur, cõmissa fuit & sequuta appellatio: & quod Rota ex eo mota fuerit, apparet, quia in prosecutione eiusdem causæ antequam intellexisset decretam fuisse appellationem sub die 28. Aprilis eiusdẽ anni, resoluerat præfigendum esse terminum capitulo. Nec etiam obst. decis. in causa Monasterien. coram me, quia inuito incumbebat onus probandi Ioanni suã no-
4 bilitatem, cum hæc † esset pars narratiuæ suarum literarum, sed & statutum Monasterien. imponit hoc onus ei qui petit se admitti, adeo q̃ nihil commune habet cum ista causa. Nec obstant alleg. ex l. ait prætor. §. dicere. ff. vi bon. rapt. & Ang. & Pau. in l. liberorum, de his qui not. infam. Tiraq. de retract. lign. §. 8. glos. 7. num. 1. Quia pro
5 cedunt, † vbi quis vt talis petit aliquid vigore alicuius legis vel statuti: nam debet docere se talem. Sed hic D. Rodericus non petit vt talis nec vigore statuti, sed capitulũ tanquam non qualificatum vult vigore statuti repellere: ideo ea omnia quæ allegantur à Tiraq. faciunt directe contra capitulum, quod fundat se in statuto. Quod autẽ capitulum grauauerit, apparet ex eiusdem capituli informatione & testibus, de quibus in summario per capitulum dato. Aliud. n. in summa non probant quam famã, & quidem non oẽs, sed primus & tertius tantum. Alij ve-
6 rò non deponunt concludenter. Quæ † quidem fama licèt in antiquis admittatur, tñ nõ procedit, nisi vbi nihil in contrarium adest, ex quo ea debilitetur. At in casu de quo agitur, multæ circumstantiæ fuerunt consideratæ per Dños, ex quibus hmõi fama penitus eneruatur. Primò, quia non solum non constat q̃ habuerit originem à iusta & rationabili causa, cum non fuerit talis fama in loco originis, in quo probabilius debebat adesse, cum agatur de origine, Bal. in l. ea quidem, nu. 55. de accus. q̃ imò potius cõstat de causa hmõi diffamationis sumpta ex cõsuetudine vocãdi castellanos Iudæos in ciuitate & diœc. Ouetenen. tum de inimicitijs ex quibus verisimiliter ortum habuit, item ex libello diffamatorio. Præterea nonnulli testes faciunt pro Roderico, & ideo remanet hæc fama sine adminiculis, & in contrarium multa concurrunt adminicula pro Roderico, maximè q̃ habuit cõsanguineos milites sancti officij Inquisitionis, item in mili-
7 tijs Hispaniarũ, † quibus in locis non solent admitti, nisi illi qui sunt puri sanguinis, vt in simili fuit consideratũ in illa Monasterien. Ioannẽ habuisse consanguineos milites ordinis Theutonici, in quo non solent admitti, nisi nobiles militares, & ex eo sumebatur origo nobilitatis ipsius. Et in summa huiusmodi probatio visa fuit Dominis nullius roboris stantibus supradictis. Et ideo conclusum pro sententiæ confirmatione.

LANCELLOTTI.

Ciuitatis Castelli bonorum. Veneris, 19. Martij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Pactum quod respicit substãtia'ia, vel naturalia, vel etiam accidentalia contractus, dicitur pars ipsius.*
Idem quãdo informat ipsum contractum in fauorem eius, cuius respicit contractus principalis.
2 *Pactum accessorium potest etiam quoad effectum dici pars contractus, vt dicitur de pacto de retrouendendo.*
3 *Pactum incontinenti appositum duplicem parit actionem.*

DECISIO CLXXVII.

ALiqui ex Dominis tenebant, quòd dicta obligatio sit accessoria, & pars primi contractus, per not.per Doct.in l.in bonæ fidei,& inl.petens.C. de pact.& vtrobique per Alciat.& per Curt.iun.in d.l.in
1 bonę fidei,num.4.Nam,† quando pactum respicit substantialia, vel naturalia, vel etiam accidentalia contractus,dicitur pars,vt per Alciat.in d.l.in bonæ fidei. & similiter pactum dicitur pars contractus, quando informat ipsum contractum,quatenus respicit fauorem eius, cuius fauorem respicit contractus principalis. Dec.post alios in d.l.petens, num. 13. & per alias rationes de quibus per informantes pro parte D.Iulij.

Alij verò fatebantur hanc accessorietatem,sed quoad
2 effectum de quo agitur, dicebatur,† eam non esse huiusmodi, vt non possit considerari tanquàm de se posita, vt dicitur de pacto de retrouendendo, quod est accessorium, & pars primi contractus. Verùm si in eo sit appositum tempus, eo elapso non est amplius locus redemptioni.

Nec obst.quòd sit incontinenti appositum,& propte-
3 rea dicatur pars illius. Quia† respondetur, quòd postquam est in esse deductum,parit duplicem actionem, vt per Doct.in l.in bonæ fidei.vbi Curt.iun.nu.18. & Dec. & Iac.de sancto Georg. licet Vltramontani contrarium tenuerint.Et quòd possit de per se stare, faciunt trad.per Corn.cons.288.num.18.volum.3.Dec.in d.l.in bonæ fidei,num.19.in fine. Propterea sequitur, quòd tempus limitet dictam obligationem. Fuerunt etiam considerata verba dicti instrumenti,in quo dicitur, quòd Ioannes obligat se,quòd de presenti debeat fieri æstimatio,& declaratur quomodo hoc intelligatur. Et ideo subditur in eo per totum mensem Septembris, ad quod facit consil.Ruin.83. volum.j. facit etiam in l.si creditor.§.illud, de distract. pignor. quem adducit Tiraquel. de retract. conuent.§.primo, glos.secunda, numero 51. item facit tex.in l.qui fundum, de contrahen. empt. vt per Salyc. Item faciunt rationes quas allegat Tiraquel. post Iaf. in dicta glos.secunda, numero 40. cum sequen. Propterea stante hac varietate opinionum, non fuit capta resolutio,sed fuit dictum quod iterum ponatur, & quòd omnes Domini videant.

LANCELLOTTI.

Barchionen. Canonicatus. Veneris, 12.Februarij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Citatio fit ad finem,vt citatus se opponat.*
2 *Appellatio deserta intelligitur quando nõ est reditum pro apostolis in termino assignato per iudicem.*
3 *Negligentia vel dolus procuratoris non excusat dominum à desertione appellationis.*

DECISIO CLXXVIII.

FVit conclusum pro validitate sententiæ A.C.attenta commissione, quæ excedit illius facultatem,illam in pluribus eius partibus cõsiderando, vt hic per informantes pro parte D.Petri Corbera, & præsertim,in illis verbis, in potestate citandi D.Ioannem Villa omnesq; alios &c.prout D.Ioannes fuit citatus, & nega
1 uit monitorium,& in iudicio se opposuit.Nam † citatio ad eum finem fit vt citatus se opponat.Quare,cùm sit alterata ordinaria eius iurisdictio propter causę cognitionem ei concessam contra partem opponentem, dicitur noua iurisdictio ei delegata ad decis.Achil.dec.j.de commiss. Nec repugnant illa verba commissionis,videlicet, perinde ac si commissio prę fata obtenta per D.Ioan.&c. quasi,quòd hæc,de qua agitur, commissio, remoueat tãtum impedimentum illius commissionis. Quia respondetur, quòd nedum remouet dictum impedimentum, sed vlterius etiam processit,vt supra dictum est. Dixerũt tamen Domini,quòd vigore dictę sententiæ nihil sit exequendum,nisi docto de illius iustitia.

2 Quo verò † ad desertionem appellationis, fuit conclusum pro desertione, ex quo in termino iuris assignato per iudicem non fuit reditum pro apostolis. iuxta c. ab eo,de appel.in 6.& clem.quamuis,eo.tit. Et procura-
3 toris † negligentia siue dolus non excusat dominum à desertione.Cassad.decis.5.de appel.

LANCELLOTTI.

Bononien. iurisdictionis. Lunæ, 29.Martij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Probatio longæuæ possessionis, potest coadiuuari ex testibus examinatis ad perpetuam rei memoriam.*
2 *Iurisdictionis quasi possessio acquiritur ex scientia, & patientia domini, quæ præsumitur ex diuturnitate temporis,& vicinitate loci.*

DECISIO CLXXIX.

FVit conclusum constare de longæua possessione Dominorum de Pepulis,quia eam probat Franciscus Castellaccius,& Petronius de Comitibus testes examinati de anno 1561.& Ioan:Franciscus de Barberijs testis examinatus de anno 1570. vigore remissoriarum de annis 30.& vltra.

1 Et hæc † probatio potest coadiuuari ex testibus examinatis ad perpetuam rei memoriam de anno 1519.& redditur etiam verisimilis,quia cùm nõ probetur exemplo, quòd ipsa Communitas Bononiæ reddiderit ius in huiusmodi locis controuersis,ex hac temporis diuturni-
2 tate iuncta vicinitate loci,oritur † præsumpta scientia & patientia Domini,contra quem acquiritur quasi possessio iurisdictionis. & in his terminis tradit Alex.cons.23. col.2. versic.item respondeo secundo loco, vol. 5. Aym. consil.148.num.5.

Præsertim cum factum sit arduum, vt dicit Salyc. in l.authoritatem, in fine. C. vnde vi. Capic. decisio.69. numero 14.

LANCELLOTTI.

Lucan. bonorum Castri Franchi. Veneris, 24.Nouembris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Testes vicini sunt idonei ad probationem.*
2 *Restitutio in integrum cessat, vbi apparet de nullitate actus.*

DECISIO CLXXX.

CIrcumscriptis transactionibus & exceptionibus contra testes, fuit conclusum, constare de nullitate concessionis, & emphyteusim tanquàm factæ

factæ in damnum monasterij, de quo damno deponunt
1 testes,† qui optime probãt, cùm sint vicini, habitatores dictarum terrarum, & aliqui eas conduxerint. Contrarietates autem consideratas pro parte Dominorum de Sirtis,Domini dixerunt esse friuolas.Nec minus releuat confessio vtilitatis factæ per D.Pasquinum in 3. articulo, quia constat fuisse erroneam ex his, quæ dicti testes deponunt super lęsione, propterea quòd fuit dictum nõ obstare etiam quòd dicebat, contrahentes non habuisse animum inferendi damnum Ecclesiæ, ex quo remiserũt vtilitatem commissariorum arbitrio, qui hoc non habetur in consideratione,sed tantum vtilitatis Ecclesiæ præsertim, cùm sub conditione fuerit eis concessa facultas
2 confirmandi videlicet,si in euidentem &c. Et stante nullitate cõcessionis cessat in hoc casu restitutio in integrũ, iuxta c. ad nostram.de rebus eccl.non alien.& ca.1.de in integ.rest.& c.cum dilecti.de emp.& vend. cum alijs adductis. Quia procedunt,quando in casu licito fuisset facta alienatio, & decepta fuisset Ecclesia in pretio, vt ibi declarant Doct.Præter id etiam,quia stante dicta clausula, si in euidentem &c. cessat hæc difficultas tanquàm forma non seruata.

LANCELLOTTI.

In eadem. Lucan. bonorum. Lunæ 15. Ianuarij. 1571.

SVMMARIVM.

1 *Actus dicitur nullus, causa deficiente primaria, propter quam ille actus fit:secus verò si non defuisset causa primaria.nu.2.*
3 *Assertioni partium non standum circa causam vtilitatis,ex communi.cui vtilitati etiam putatiuæ standum est, quando est seruata forma à iure requisita.*
4 *Confirmatio supplet defectum formæ aliàs à iure requisitę, sed postea corruit per contrarias probationes lęsionis.*
5 *Præsumptio putatiuæ vtilitatis cessat in concessione in emphyteosim facta à patruo in nepotes de bonis ecclesiæ.*

DECISIO CXXXI.

MAior pars Dominorum tenuit, concessionem
1 fuisse ab initio nullam ex defectu causę, quam asserebatur esse vtilitatis.Quia† per resolutionem vltimo loco in hac causa factam, constitit,illã fuisse in damnum Ecclesię.Nec placuit responsio,q̃ sufficiat vtilitas putatiua secundum opinionem contrahentium, quia fuit dictum id procedere, vbicunque ab initio adfuisset primaria causa vtilitatis, & sic casus à iure pmissus, propter quem contrahentes fuissent moti ad faciendum dictam concessionem, puta, quia bona fuissent sterilia, vel essent terrulæ, quia licèt non vtiliter postea in
2 pretio craxissent, tamen contractus tenet, sed Ecclesiæ per restitutionem in integrum succurritur.Secus † verò si non adfuisset dicta causa primaria vtilitatis, moues ad contrahendum prout in hoc casu non adfuit,quia bona erant fertilia, vt in dicta resolutione, nam tunc contractus est nullus,vt declarat Butr.in c.1.de in integ.rest. nu.19. cum seq.& ibi per Imo.nu.1.versi.item no. & nu. 16.circa fi.& ibi Abb.nu.17.dicit esse cõmunem opinio
3 nem, aliàs certum est, quòd † non statur assertioni partium circa cãm vtilitatis. ad doctr.Barto. in l.si forte.de Castr.pecul.Federic.consi.143. circa fi. Præterea fuit ẽt dictum, quòd vtilitati putatiuæ tunc standum est,quando est seruata forma à iure requisita.Imo.in d.capi.cum
4 apostolica,nu.13. vbi Anan.nu.11. dicit esse communẽ. Verùm † hic nulla alia forma adest præterquàm confirmatio apostolica, quæ eam supplet. Abb.cõsi.41.vol.1. Et effectus d.confirmationis corruit per contrarias probationes lęsionis, de quibus in dicta resolutione.Gemi. consi.68.col.4.versi.his præmissis.Dec.consil.142.vol.3. ver.dato,ad eo quod cõcessio remanet sine forma, & effectu confirmationis.Aliqui etiam dicebant,quòd cùm
5 hæc concessio fuerit facta à patruo in nepotes, q̃ † præsumptio putatiuę vtilitatis cessabat tanquàm absque bona fide,vt tradit Lauren.in c.fine exceptione.nu. 21.versi. tacita, t.2.q.1.maximè,cùm fuerit facta de omnibus bonis,vt dicitur in sententia lata in partibus,per quam reuocatur concessio.licèt Domini ita tenuerint,tamen dixerunt, quòd isti de Sirtis, si volunt super eisdem, possent audiri.

LANCELLOTTI.

Visen. administrationis capellaniarum. Lunæ 26.Nouembris. 1571.

SVMMARIVM.

1 *Regula de valore non comprehendit administrationes capellaniarum, sed solum loquitur de beneficijs ecclesiasticis.*
Nec etiam procedit in administratione hospitalium.nu.3.
2 *Administrationes capellaniarum sunt quædam onera principaliter consistentia in faciendo celebrare missas ex redditibus relictis à testatoribus, & quod superest ex illis,conuertitur ad vtilitatem administratorum.*
3 *Regula de valore est exorbitans,& odiosa,& inuenta propter annatas.*
4 *Annatæ non soluuntur propter administrationes capellaniarum,& hospitalium.*
5 *Pars reddituum, quæ datur ministro ecclesiæ, non dicitur beneficium, nisi detur in titulum personæ habili.*

DECISIO CLXXXII.

FVit conclusum,regulam de valore non habere locũ
1 in huiusmodi administrationibus capellaniarũ, quia † dicta regula loquitur de beneficijs ecclesiasticis: hæ verò administrationes non sunt beneficia ecclesiastica,sed onera consistentia principaliter in faciendo celebrare certum numerum missarum ex quibusdã
2 redditibus relictis à testatoribus: quod † verò supereſt ex illis, conuertitur ad vtilitatem dictorum administratorum, & propterea mulieres, & layci sunt capaces huiusmodi administrationum,quorum non permitteretur, si essent beneficia ecclesiastica. Et quòd in his administrationibus fructuum non habeat locum regula, tradit Sar
3 nen.ibidem,q.4.vbi etiam infert,† quòd per hanc rationem non procedit eadem regula in administratione hospitalium, maximè cùm regula sit exorbitans, & odiosa,
4 & inuenta propter annatas, quæ † annatæ non soluuntur propter has administrationes, vt dicit pars Gasparis. Ex quo tamen Domini dixerunt, quod ego capiam aliquam informationem, quia si soluerentur annatæ, forte tunc intraret regula.

Nec ob.dictum Rebuf. in pract.benefic.in ti.quid sit benefic. num.8. vbi voluit dici beneficium illam partem
5 redituum, quæ datur ministro Ecclesiæ. Quia † Domini dixerunt,id procedere,si daretur in titulum personæ habili,prout mulier,& laycus est inhabilis,non autem minister Ecclesiæ.

LANCELLOTTI.

Visen. Capellanię. Lunæ, 24. Martij. 1572.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria danda est ei qui probauit de fumo possessionis sui auctoris.*

DECISIO CLXXXIII.

1 COncluſum, quòd remiſſoria ſit danda Baldaſſari propter eius releuatiam, & † quia de fumo poſſeſſionis Petri conſtat ex atteſtatione de qua in fide. Verùm probata dicta poſſeſſione cõſtabit, quòd prima reſignatio facta per Ioannem in fauorem Petri, in cuius ius & poſſeſſionem fuit ſubrogatus D. Baldaſſar, erit fortita effectum: propterea ceſſabit ius Gaſparis ſecundi reſignatarij D. Ioanni. Ideo executoriales nõ ſunt relaxandæ in fauorem ipſius Gaſparis. Voluerunt tamen Domini propter ſuſpicionem aliquam quam concipiũt contra Baldaſſarem, qui obtinuit compulſoriales ſpeciales pro extrahendo inſtrumẽto dictæ poſſeſſionis Petri, nec eas proſequi curauit, quòd interim ſequeſtretur poſſeſſio adminiſtrationis capellæ, de qua agitur, quam poſſeſſionem in præſentiarum obtinet D. Baldaſſar.

LANCELLOTTI.

Cremonen. penſionis. Lunæ, 21. Nouembris. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Scientia & patientia aduerſarij eſt neceſſaria in acquiren da quaſi poſſeſſione rerum incorporalium.*
2 *Emphyteuta, & ſyndicus ſoluentes tertio, non præiudicant domino directo ignoranti.*

DECISIO CLXXXIIII.

FVit concluſum, quòd ex ſolutionibus factis per adminiſtratores, ſeu depoſitarios deputatos ab Illuſtriſſimo Cardinali Borromeo non fuit acquiſita quaſi poſſeſſio D. Georgio contra Illuſtriſſimum Cardinalem Theanum, quia non cõſtat de deputatione Cardinalis Borromei, nec deputatum ab eo. Et dato, quòd conſtaret, debet eſſe ſufficiens ad ſoluendam penſionem de qua agitur. Præterea præſuppoſito etiam ſufficienti mandato, eorum ſolutiones non poſſent cauſare aliquẽ ſtatum contra Dominum Cardinalem Theanum, quia
1 tunc temporis nondum erat Præpoſitus, & † ad hoc vt alicui noceat quaſi poſſeſſio in incorporalibus, eſt neceſſaria eius ſcientia, & patientia. l. ſecunda, C. de ſeruitu. & aqua, & no. Docto. omnes in capitu. cum Eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſeſ. & proprieta. ſolutiones enim factæ à non habente titulum in beneficio non conſtituũt
2 aliquam quaſi poſſeſſionem contra tertium, ſicut † dicitur de emphyteuta, & ſyndico qui ſoluendo non poſſunt præiudicare Domino directo ignoranti, vt late per Rip. in d. capitu. cum Eccleſia Sutrina, num. 65. Rui. conſil. 156. nu. 16. volum. 1. An autem ſolutiones factæ per Beſſutium, & fratrem Illarium noceãt Illuſtriſſimo Cardinali Theano, nihil fuit reſolutum, quia Domini volũt videre inſtrumenta ſolutionum, quorum copia non fuit data, & alias etiam ſcripturas, ſuper quibus erit poſtea particulariter dubitandum.

LANCELLOTTI.

Vrbeuetan. fideicommiſſi. Lunæ, 31. Ianuarij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum vnicum in antiquis non ſufficit ad probandum, ſed duo ſaltem requiruntur.*
Idem extenditur in probatione deſcendentiæ, nu. 2.
Immo potius vltra pluralitatem, & antiquitatem inſtrumentorum, quæ non ſunt in forma probante, requiruntur alia adminicula. nu. 3.
4 *Probatio graduum debet eſſe diſtincta.*

DECISIO CLXXXV.

COncluſum, non eſſe ſufficienter probatam deſcẽdentiam. Primò, quia præter teſtamentum Petri fideicommittentis, & Vgolini cætera inſtrumenta non ſunt in forma probante. Secundò dempto tempore litis inchoatæ de anno 1544. dicta inſtrumenta non ſunt antiqua per ſpatium centum annorum, iuxta opinionem quam Rota tenere ſolet. Accedit & Tertiò, q̃
1 † etiam in antiquis vnicum inſtrumentum non ſufficit, ſed ſaltem duo requiruntur, quia cùm probatio per antiquitatem habeat vim famæ publicę, ſicut illa non probatur per vnum teſtem, minus iſta quæ illi æquipollet, vt per Aretin. in c. cum cauſam, nu. 22. de prob. & per Fely. & Aym. hic per informantes allegatos. Nec ob. quod Alexan. & alij hic allegati dicant, contrarium ſeruari in ma-
2 teria probationis deſcendentiæ, quaſi † quòd hæc materia ſit difficilis probationis. Quia reſpondetur quod ſi recte conſiderentur eorum verba, ipſi hoc non dicunt, immo in cauſa Roman. capellaniæ fuit dictum requiri plura inſtrumẽta. Quartò vltra pluralitatem, & antiquitatem inſtrumentorũ, quæ non ſunt in forma probante,
3 requiruntur adminicula, † veluti exhibitio aliorum inſtrumentorum eiuſdem notarij, vel quòd ſint extracta ex aliquo archiuio publico, vel quòd probẽtur ſaltẽ per famam notariatus eius, qui illa ſubſcripſit, iuxta deciſ. Put. 9. de fide inſtrum. Aym. de antiq. tempor. par. 1. q. 8. ampliatur, num. 17. cum ſeq.

Nec pro adminiculis placuerunt Dominis dicta teſtium, quia primus eſt de auditu, & licet ſuper 23. articulo videatur deponere de publica fama, tamen non deponit, quòd Leonatus eſſet filius Petri, ſed deponit de deſcẽ
4 dentia in genere, cùm † tamen probatio graduũ debeat eſſe diſtincta, iuxta c. licet ex quadã. de teſtibus. vbi Abbas, nu. 12. Dec. conſi. 322. nu. 6. verſ. præterea. Secundus etiã teſtis ſuper ſeptimo interrogatorio refert ſe ad cataſta, ſcripturas & literas quæ ſunt in Archiuio, & cancellaria Vrbeuetã. & ad protocolla, quæ penes ipſum exiſtũt. propterea Domini dixerunt, q̃ illa exhibeãtur. Præterea hic teſtis videtur contrarius ſibi ipſi in his quæ dixit ſuper decimo interrogatorio, & ſecundo art. vt hic per informantes. Quare Domini dixerũt, q̃ Domini comites melius probent, & quod ſi obſeruantia dicti teſtamenti Petri in aliquo probaretur, multũ faceret ad hãc probationẽ. Circũſcripſerũt ẽt videdũ eſſe, ſi comites teneãtur probare, q̃ iſti deſcendentes debeant eſſe de linea legitima, de quo poſtea particulariter videbitur.

LANCELLOTTI.

Iuuenacen. Iuriſdictionis. Veneris, 29. Aprilis. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia quælibet præſumitur eſſe ſubiecta ordinario.*

Exemptio

2 *Exemptio à viſitatione non comprehenditur ſub generali conceſſione exemptionum.*
3 *Facultas corrigendi, carcerandi, & mulctandi conceſſa, non intelligitur de correctione, quæ fit in viſitatione.*
4 *Clauſula reſeruatiua firmat ius in alijs non expreſſe conceſſis, & nu. ſeq.*

DECISIO CLXXXVI.

FVit concluſum quoad caput viſitationis, quòd Epiſcopus Iuuenacen. habet fundatam intentionẽ de iure communi quoad viſitationem Eccleſiæ Ter-
1 uicen. cũ † præſuppoſito, quòd d. Eccleſia ſit ſub d. dioc. Iuuenacen. iuxta tex. in c. cum Epiſcopus, de of. ordi. in 6. cum alijs allegatis.

Nec ob. priuilegia, & exemptiones conceſſæ dictæ Eccleſiæ per antiquos Epiſcopos Iuuenacen. relatos in bulla Latini Cardinalis legati, quia nulla in eis fit mẽtio de
2 exemptione à viſitatione, & † ſub generali conceſſione exemptionum non comprehenditur exemptio à viſitatione, iuxta deciſ. Rot. 2. de cenſ. in antiq. & deciſ. Achil. 2. de exemp. ſed illa forma remanet Epiſcopo, vt per Maria. Soc. in tract. de viſit. lib. 6. q. 14. nu. 16. Minus etiam facit facultas corrigendi, carcerandi, & mulctandi conceſſa dicto Epiſcopo, quoniam † non intelligitur de cor-
3 rectione, quæ fit in viſitatione, ſed de ea quæ fit in ordinaria cognitione cauſarum criminalium, propter præce dentia verba, de quibus in d. conceſſione. Et quia materia eſt odioſa, ideo ſtricte interpretanda.

Non ob. etiam confirmatio dicti legati, quia eſt reſtricta ad declarata, & ſpecificata in literis Hectoris Epiſcopi, quarum literarum tenorem dicit legatus ſe referre de verbo ad verbum, & in dictis literis infirmantur priuilegia, & exemptiones conceſſæ dictæ Eccleſiæ Teruicen. à ſuis prædeceſſoribus ſolum quoad particulas expreſſas, & ſpecificatas, ſed in dictis literis de hac exẽptione à viſitatione verbum nullum. Præterea in dictis literis Hectoris epiſcopi eſt appoſita clauſula reſeruatiua, vi
4 delicet, reliquis † iuribus & iuriſdictionibus Epiſcopalibus eidem Epiſcopo Iuuenacen. & ſucceſſoribus ſuis ſemper ſaluis, & ſic ius viſitandi dẽ reſeruatũ Epiſcopo poſtquàm non eſt ſpecialiter conceſſum, iuxta no. p glo. in c. 1. §. in eos ver. quantum ad iſta, de priuil. in 6. Minus etiam poteſt fieri fundamentum in ſententia Epiſcopi Bituntin. Quia in pſens illa refert ſupradicta priuilegia conceſſa per Epiſcopos Iuuenacen. dictę Eccleſiæ Teruicen. & confirmationem dicti legati. Poſtea dicit, quòd per teſtes fuit probatum, quòd d. eccleſia Teruicen. poſſedit iura epiſcopalia declarata per d. Hectorem tanto tempore, quòd ſatis eſt ad inducendam præſcriptionẽ, & quia conſtitit, quòd ſententia Tranen. non fuit mandata executioni contra dictum Archipresbiterum, & quod d. Archipresbiter poſtea fuit in poſſeſſione exemptionum, & libertatum iurium epiſcopalium, propterea confirmat prædicta priuilegia cum clauſula, reſeruatis reliquis iuribus epiſcopalibus, quæ exiſtant iuriſdictionis, & ordinis epiſcopalis, quia cùm dicta ſententia re-
5 ferat, & ſe reſtringat ad prædicta priuilegia, de quibus ſupra dictum eſt, non poteſt comprehendere viſitationem.

Quòd verò ad collationem ordinum res fuit viſa Dominis ſatis clara, propter expreſſam formam datam in dictis literis epiſcopi Hectoris relatis per d. legatum, quæ non reperitur in aliquo alterata. Et ita fuit concluſum, circunſcripta præſcriptione, quam prætendit d. Archipresbiter.

LANCELLOTTI.

Veliterna caſalis. Lunæ, 7. Iunij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de vendendo præſumitur, quando in eius enunciatione concurrunt adminicula, & coniecturæ.*
2 *Relatio ad acta eſt maxima coniectura probandi mandatum.*
3 *Solutio magnæ quantitatis pecuniarum facit præſumi mandatum.*
4 *Qualitas teſtium facit præſumi mandatum factum fuiſſe.*
5 *Antiquitas temporis cum alijs adminiculis iuncta, probationem mandati iuuat.*
6 *Scientia & patientia partis multum operatur ad probationem mandati, quæ per teſtes de fama probatur.*
7 *Adminicula plura concurrunt ad recognitionem manus ſcribentis.*
8 *Probationes leuiores ſolent admitti ad excludendum ſpolium, & ſic delictum.*

DECISIO CLXXXVII.

FVit concluſum pro excluſione ſpolij propter inſtrumentum venditionis de anno 1503. factæ Petro Mattuſio de hac tenuta, ſiue caſali per illos de Roſa auctores Dominorum de Pernutijs, & licèt non conſtet de mandato Colæ Franconij, qui nomine dictorum
1 de Roſa vendidit, tamen quando † cum enunciatione mandati concurrunt adminicula, & coniecturę, illud de facili præſumitur, vt per Dec. conſ. 36. nume. 7. cum ſeq. Gozad. conſil. 11. nu. 13.

Prima eſt coniectura, quia non fuit ſimplex enunciatio mandati, ſed fuit additum, quod eſt etiam legitima perſona, & fuit habita relatio ad acta Ceſaris de Papis
2 clerici Terracinenſis, quæ † relatio multum operatur in hac materia, vt conſiderat Dec. in d. conſi. 36. Caſſad. deciſ. 3. nu. 4. de procur. Put. deciſ. 365. cir. princ. volu. 3. Et vna ſcriptura faciens mentionem de alia licèt non probet, tamen facit magnam præſumptionem. Curt. iun. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 54. C. de eden.

Secunda, quia huic procuratori manualiter fuerunt
3 ſoluti mille auri pro pretio dicti caſalis. Vnde † veriſimile non eſt, quòd tam notabilis quantitas pecuniarum fuerit ſoluta non habenti mandatum. argu. l. cum de indebito. de prob.

Tertia, quia cùm ad faciendam dictam venditionem fuiſſet neceſſarium mandatum eius qui vocatur procurator, præſumitur illud habuiſſe, vt per Caſſad. d. deci. 3. numero 4.

Quarta multum operatur qualitas teſtium, qui interuenerunt dicto inſtrumento, cùm fuerint duo nobiles
4 Romani, & † cùm non ſit veriſimile, quòd fuiſſent vocati teſtes in actu nullo & facto à non habẽte mandatũ.

Quinta facit antiquitas temporis 72. annorum, quæ
5 † iuncta cum alijs adminiculis multum iuuat hãc probationem, vt per Caſſad. d. deciſ. Gabriel. de procurat. concluſ. 1. nu. 9. & 10.

Sexta patientia, & ſcientia illorum de Roſis, quę multum operatur, vt per Put. Caſſad. Dec. & alios de quibus ſupra, & eſt communis, & verior opinio, vt per Vaſqu.
6 controuerſ. illuſtr. c. 62. nũ. 7. ſcientia enim probatur per teſtes de fama, & per compromiſſum de anno 1506. vbi ab illis de Roſa enunciatur prætenſa hæc venditio, de patientia conſtat p annos 26. abſq; contradictione, ſ. ab

anno

anno 1511.vsq; ad diẽ motæ litis q̃ fuit de anno 1538.

Septima, fama venditionis probata per testes.

Octaua, quatuor testes examinati in vim rescripti in forma signaturæ probant de auditu, q̃ dictus Cola Franconius erat agens illorum de Rosa, & vlterius deponit de auditu à Fabio de Pernutis vnius ex actoribus in causa, licèt fuerint examinati absque citatione partis, tamen seruiunt pro adminiculo.

Nona, quia in protocollo instrumentum Domini Cęsaris notarij rogati de dicta vẽditione desunt 15. folia, s. de anno 1498. 1499. vt cõstat ex fide, & attestatione notarij & Vicarij Terracinen. qui dictum protocollum inspexerunt, in quibus folijs facile præsumi potest, q̃ adesset mandatum D. Franconij, præsertim, cùm vnus ex supra dictis testibus examinatis in vim dicti rescripti, dicat, quòd protocolla dicti Cesaris fuerunt perquisita annis præteritis ad instantiam aliorum, quàm Dominorum de Columna.

Vltima coniectura elicitur ex cedula pignoris de anno 1502. in qua isti de Rosa confitentur se recepisse a dicto Franconio, quem vocant compatrem, ducatos 500. occasione dictæ tenutæ pignoratæ Petro Mattutio nomine dominorum de Rosa, quæ cedula est subscripta à Iacobo & alijs de Rosa, & sic enunciatur procurator iste Franconius.

Nec ob. q̃ non sit recognita manus dicti Iacobi, quia
7 † pro recognitione concurrunt plura adminicula, quę licèt non probent veram recognitionem, tamen multum inclinant animos Dominorum ad coadiuuandum d. instrumentum venditionis. Et primum adminiculum est, quia manus Iacobi Rosa, qui se subscripsit in hac cedula pignoris, est similis trib. alijs subscriptionib. eiusdẽ Iacobi, vt coram me viderunt, & retulerũt periti, quæ tres subscriptiones reperiuntur in trib. quietantijs, in quib. adsunt subscriptiones Andreę Aguila & Antonij de Tetis, qui fuerunt notarij & iam mortui, & manus istorum sunt recognitæ, & melius recognoscẽtur, vt pars Dominorum de Columna offert. Propterea quẽadmodũ manus istorum duorum notariorum sunt veræ, ita de facili præsumendum est, quod sit etiam vera manus domini Iacobi per ea quæ tradit Castren. in l. comparationes. col. 2. & 3. C. de fide instrumen.

Accedit, quia hęc cedula fuit reperta penes dominos de Penrutis. Secundum adminiculum facit antiquitas temporis, scilicet annorum 72. Vltimum est adminiculũ in testibus de auditu, qui percutiunt fere tempus dictæ cedulæ. Et ita ex omnib. supradictis simul iunctis adminiculis Domini ita firmarunt, non obstantibus his quæ exemplo fuerunt opposita, quæ non sunt visa releuantia,
8 præsertim, cùm † agatur ad excludendum spolium, & sic delictum, pro quo leuiores solent admitti probationes, & benignior fit interpretatio.

Die Lunæ, 27. Iunij. 1575. fuit iterum hæc decisio confirmata.

LANCELLOTTI.

Veliterna Casalis. Veneris, 19. Iunij. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Enunciatio sola non sufficit in extraiudicialibus, nisi cum cursu centum annorum.*
2 *Præsumptioni mandati locus non est, nisi adsit patientia partis.*
3 *Agentes ex personis suorum auctorum debent probare id, quod auctores probare tenebantur.*

DECISIO CLXXXVIII.

PRoposui dubium cum informationibus tantum Dominorum Fabij, & Elisei, quoniam altera pars sępius monita ad informandum neglexit, & fuit conclusum, non excludi eorum intentionem in spolio, quoniam in instrumento venditionis non potest fieri fundamentum, ex quo non constat de mandato Nicolai Franconij, qui dictam venditionem celebrauit nomine
1 Dominorum de Rosa, & † in extraiudicialibus sola enũciatio non sufficit, nisi cum cursu 100. annorum. Put. decis. 364. vol. 3. & hic nedum dictũ tempus nõ adest, verũ nec tempus 40. annorum propter litem motam in Ro-
2 ta de anno 1538. Immo † si præsumptioni dicti mandati locus esset, id non posset esse nisi concurrente patientia partis. Achil. decis. 363. Soc. iun. consi. 56. nu. 13. vers. quod autem, volum. 1. Afflic. decis. 107. circa fi. de qua patientia hic nedũ non constat, sed potius apparet de contradictione propter compromissum, & mandatũ de quibus in præsuppositis. Præterea vltra præmissa concurrit inuerisimilitudo d. instrumenti venditionis propter cedulam; quæ de pignoratione non de venditione mẽtionem facit, prout hanc diuersitatem deponunt testes licet de auditu. Præterea fuit dictum, quod in omnem euentum non probat dictum instrumentum, ex quo fuit transumptatum citatis Domino Nicolao Franconio & Cola Rosa, qui tempore citationis erant mortui,
3 vt hic per informantes. Dixerunt † etiam Domini considerandum esse, quòd pro parte hæredum debet probari spolium, ex quo agunt ex personis suorum auctorum, quòd an verum sit, videbitur in facto.

Et ita fuit etiam resolutum die 26. eiusdem mensis, & anni, vtraque partè informante.

LANCELLOTTI.

Cameracen. Vnionis. Mercurij, 19. Ianuarij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiuè veniens contra intentionem partis fundatam debet concludenter probare.*
2 *Probatio valoris absque oneribus insufficiens esse dicitur.*
3 *Testes referentes se ad id quod non probat, nullam faciunt probationem.*
4 *Valor beneficij ante vnionem factam cum alio, debet probari ex cursu continuo decem annorum.*
5 *Libri priuati, & quos non constat confectos fuisse ab officialibus deputatis ad id, nec minus extractos ab archiuio publico, non probant.*
6 *Valor non probatur ex taxa, quæ nunquàm probat verum valorem, nec minus quoad onera concludit.*

DECISIO CLXXXIX.

FVit conclusum, non constare contenta in clausula bullæ vnionis nõ esse vera, videlicet quòd fructus mensæ Archiepiscopalis Cameracen. propter dismembrationem de qua agitur, non sunt plurimum diminuti, & quod remanentes fructus sufficiunt pro congrua substentatione Archiepiscopi. Nam cum Archiepiscopus fundatam habeat intentionem in attestatione Papæ facta in dicta bulla motu proprio, & ad relationem subdelegatorum apostolicorum, & aliorum fide dignorum, propterea Abbas, cui est os apertum ad impugnandum d. attestationem, debet concludenter probare, quia venit

1 venit † obiectiuè, iuxta decis. Rotæ pen. & fin. de except. in nou.

Verum primò quoad dictam non diminutionem fructuum, illam nullus ex suis testibus probat. Testes verò Archiepiscopi licèt non videantur concludere diminutionem reddituum ex bonis temporalibus dictæ mensę, tamen omnes etiam fatentur diminutionem quoad reditus iurisdictionales.

Quò verò ad congruam sustentationem, minus etiã illa est probata, quia probatio per testes non releuat.

Primò, quia fatẽtur nescire onera, quæ subit Archiepiscopus ratione sui Archiepiscopatus, & tamen probatum est pro parte dicti Archiepiscopi illa extare, & non
2 modica: propterea † probatio valoris absque onerib. est insufficiens. Cassad. decis. 9. nu. 2. de præben. Crescen. decis. 29. Nõ obstat, quod pro parte Archiepiscopi fuerint illa probata. Quia respondetur, quòd non articulauit illa taxatiue, sed ad demonstrandum, quòd probatio Abbatis erat imperfecta, non probatis oneribus. Propterea cùm non stet excluſiue, & enumeratio onerum ad alia onera, ei non nocet.

Secundò dicti testes non probant, quia referunt sẽ ad
3 libros computorum, qui † quemadmodum, vt mox dicetur, illi non probant, minus probabunt testes se ad illos referentes.

Tertiò, non reddunt sufficientem causam scientiæ prout tenentur reddere, etiam non interrogati. Cassad. decis. 19. nu. 3. super reg.

Quartò, non probant valorem decem annorum con-
4 tinuorum ante vnionẽ, quæ † fuit facta de anno 1571. iuxta opinionem quam tenet Rota, vt Domini attestati fuerunt, ita decisum fuisse in pluribus causis, quas retulerunt, & est decis. Achil. secunda, de valore, & in impugnatione narratiuæ fuit allegata decis. Anto. Augusti. 499. in Ellen.

Minus etiam facit probatio per libros computorũ,
5 quia † sunt libri priuati, nec constat fuisse confectos ab officialibus ad id deputatis, nec minus extractos ab Archiuio publico. Præterea in illis sunt descripti tantũ reditus, non autem expensæ, & onera, quæ constat extare, vt supradictum est. Accedit, quòd nõ sunt de decem annis continuis prout requiritur. Insuper non fuerunt extractæ reddituum vtriusque territorij, scilicet Cameraci, & Cameracesij de eisdem annis, nisi pro valde paucis.

Valor qui deducitur ex taxa, non fuit habitus in con-
6 sideratione, tum † quia taxa non probat verum valorẽ, tum etiam, quia nihil concludit quoad onera, & alia de quibus supra dictum est. Propterea excluſis probationibus Abbatis remanet vera attestatio Papæ.

LANCELLOTTI.

Roman. Vineæ. Veneris, 14. Maij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Iuuare nemo potest se ex eo, quod semel improbauit.*
2 *Protestatio non dicitur contraria facto, quando fit eodem tempore, & loco quo fit factum, sed bene quando factum præcedit.*

DECISIO CXC.

PRoposui dub. informante Bonamico tantum, quia altera pars habuit fere mensem ad informandum post factam illi intimationem dubij, & postea ter fuit monitus ad informandum, & Domini resoluerunt, Bonamicum sibi non præiudicasse.

Nõ ob. petitio de qua in septimo præsuppositio. Quia præter id quod Bonamicus non obtinuit prout petijt, vt per informantes pro eo, huic petitioni contradixerũt
1 procuratores domini Andreæ. Vnde † non potest ipse d. Andreas se iuuare in eo quod impugnauit, iuxta reg. ex eo. de reg. iu. in 6.

Non ob. etiam protestatio cautionis facta per D. Bonamicum, quia fuit præstita eodem tempore, loco, & coram eisdem testibus, & notario, quo fuit facta protestatio, & receptio de qua in nono præsuppositio. Et propterea censetur præstita sub eadem protestatione. At in protestatione dicitur, quòd dictam obligationem facit, vt satisfaciat menti iudicis prout in ea legitur, & sic de mandato iudicis, & cùm sit facta cum verbis prægnantibus, videlicet, cum reseruatione omnium, & quorumcunque iurium, & quarumcunque suarum pensionum, quæ sint salua, & illęsa in omnibus, & per omnia prout erant ante præsens instrumentum, præseruat quodcunque suum ius.

Non ob. quòd dicta protestatio sit contraria facto. s.
2 receptioni, quia † fuit dictum, quòd non dicitur cõtraria facto, quando fit eodem tempore, & loco quo fit factum siue receptio prout hic, sed bene quando præcedit factum, iuxta doctr. Abb. in c. cum M. num. 15. ver. quandoque, de const. & placuerunt Dominis tradita per Docto. & præsertim Fulgo. in l. ad solutionem. C. de re iudi. Præterea non dicitur protestatio contraria facto, quando factum non fit ex libera voluntate protestantis, Fely. in d. c. cum M. nu. 79. ver. ad principaliter. & versic. fallit tertio. At hic receptio fuit facta metu intimationis sibi factæ, de qua in quinto præsuppositio, & pecuniæ fuerunt depositatæ penes alium mercatorem, vt hic per informantes, nec fuerunt conuersæ ad vsum Bonamici.

LANCELLOTTI.

Bisignanensis pensionis. Lunæ, 17. Maij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Pensio nulla dicitur, vbi resignatio beneficiorum est simoniaca.*
2 *Probationes leuiores sufficiunt in simonia detegenda. Immo confessio extraiudicialis sufficit ad illius probationem. nu. 3.*
4 *Testes præsumuntur conteſtes, nisi probentur singulares.*
5 *Resignatarius non potest consentire pensioni, vbi adest simonia, etiam si per eum ignoretur.*

DECISIO CXCI.

1 COnclusum pro nullitate pẽsionis, quia † resignatio beneficiorum, super quibus fuit imposita pẽsio, est simoniaca.

Primò enim probatur ex fama ante dictam resignationem per primum testem super tertio, & per tertium, iuxta 9. & per 5. iux. 12. Probatur etiam dicta simonia ex confessione Ioannis Aloysij, qui eam commisit ante dictam resignationẽ, vt probat sextus super tertio, & 5. iux. 9. Item probatur ex confessione ipsius Io. Bernardi-
2 ni, vt deponit primus super 5. & 3. iuxta 9. Et quia † simonia solet occultè committi, leuiores probationes admittuntur. c. 1. de testib. in 6. Aym. consi. 122. nu. 8. & propterea sufficiunt signa. c. sicut simoniaca. de simon. & ibi no. Abb. num. 4. quòd in illius odium sufficiunt præ-
3 sumptiones, & propterea † confessio extraiudicialis sufficit

ficit ad illius probationem, cùm agatur ciuiliter. Fel. in c. cum olim. nu. 5. de rescr. præsertim in foro ecclesiastico. Soc. iun. consi. 32. num. 18. vol. 2. Nec obstat, ꝙ confessio
4 non probatur per testes singulares. Quia † respondetur, ꝙ testes hic non probantur singulares, ideo præsumuntur contestes. Alex. consi. 115. nu. 12. vol. 7. vltra ꝙ admittuntur, quando concurrunt adminicula. Gabriel. de testibus. conclu. 2. in fi. prout hic cõcurrit fama, cessio Io. Bernardini, & suspensio eiusdem facta ab ordinario, stãte dicta simonia, & non fuit abdicatũ ius à resignãte. Sar
5 nen. in reg. de triennal. q. 12. nu. 9. propterea † resignatarius non potuit consentire pensioni etiam si ignorasset simoniam. Cassad. decis. 3. in fi. de sequestr. pos. Capel. Tholos. quæstione 438. in addi. cum alijs de quibus hic per informantes.

LANCELLOTTI.

Roman. Societatis. Veneris, 2. Iunij. 1570.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo in vsuris nihil operatur.*
2 *Bar. in l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem, de ædili. edic. intelligitur quoad euitationem pœnæ, non quod propterea actus valeat.*
3 *Pacta illicita super contractibus societatis apposita, quæ sapiunt naturam vsuræ, sunt reprobata per bullam Pauli Quarti.*

DECISIO CXCIII.

1 COncluſum dictum pactum illicitum nõ validari ex consuetudine curiæ, quia † consuetudo nihil operatur in vsuris. c. quia in omnibus, iuncta gl. de vsur. Rocc. in c. fi. in 3. not. de consuetu. quia iure diuino, & humano est prohibita, vt late per Couar. lib. 3. variar. resol. c. 1. nu. 5.

Doctr. verò Bar. in l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeo-
2 nem. de ædil. edic. & cætera in contrarium allegata † procedunt quoad euitationem pœnæ, non quòd propterea actus valeat, vt per Bero. in c. quia in omnib. num. 4. cum seq. Et de pœna habetur ét per Aym. in consi. 155. nu. 12.

In tollerantia Pauli Quarti propter supplicationes, q̃ eius tempore signabantur vigore bullæ editæ super so-
3 cietatibus officiorum, Domini non fecerũt aliquod fundamentum. Nam omissa nunc illa disputatione, an Papa possit super vsuris dispensare, dixerunt, † Bullam in eius proemio, & fere per totam reprobare pacta illicita in huiusmodi societatibus, & ideo ex ea non iuuari hæredes. Præter id etiam, ꝙ societas hæc fuit contracta ante bullam, quæ non extenditur ad præterita, & in præteritis dat formam præscriptam Datario, quod ei debeant intra trimestre notificari societates præteritæ, alias annullãtur. Præterea cũ super hac societate nõ reperiat̃ signata supplicatio, adhuc viget ius cõe, & d. bulla reprobãtia pactũ illicitũ, adeo quod in societate de qua agitur, ex alijs supplicationib. signatis sup alijs societatib. nõ põt argui aliqua tollerãtia, ꝙa in odiosis, & concernentib. materiã
1 peccati nõ fit extẽsio de casu ad casum, iurib. vulgaribus.

LANCELLOTTI.

Callaguritan. præeminentiarum. Veneris, 12. Februarij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Verba compromissi sunt latè interpretanda, vt connexa, & accessoria comprehendant.*

DECISIO CXCIIII.

FVit concluſum, ꝙ in actib. pro tpe occurrẽtib. ꝑter gñales processiones ꝓut in dubio, seruari debeat ordo descriptus in laudo, ꝙa verba cõpromissi nedũ comprehendunt litẽ, & controuersiã sup dictis ꝓcessionib. sed ét super alijs actib. qui pñt concernere progatiuam, & ꝑeminentiã, quã vnaquęq; ecclesia debeat hr̃e, vt in illis verbis laudi, videlicet, ac ꝓrogatiua, & ꝑeminẽtia quã vnaquęq; ecclesia hr̃e debet, & ibi, sup quib. reb. ac qualibet illarũ gñaliꝫ ac particulariter fuerũt lites, & de pñti sunt &c. Quas oẽs clausulas Dñi intelligũt fuisse appositas ampliatiue, non restrictiue ad potestatem arbi
1 tri, præsertim † quia verba cõpromissi sunt ita interp̃tãda, vt connexa, & accessoria cõprehendãt. vt no. Doct. in l. fi de certa. C. de transactio. vbi per Riminal. & alios.

Verba ét laudi in c. 37. conformia supradictæ gñali facultati cõcessæ arbitro, siquidẽ in eo disponitur, vt casus & dubia, & articuli, q̃ non videbũtur exp̃sse decisa in laudo, si qñ super illis orta fuerit dubitatio, terminentur ac declarentur iuxta casus exp̃sse in eo decisos, sicut ét id ex iure fieri licet, qñ militat eadem rõ. l. neq; leges. de legib. cũ ibi no. Præterea rõ exp̃ssa in laudo est, vt æqualitas seruetur inter dictas ecclesias, vt ibi, & per illã sit æqualis cõditio p̃fatarũ ecclesiarum &c. pp quam rõnem pñt cæteri occurrẽtes casus resolui, iuxta formã tñ dicti laudi. Coadiuuatur hæc interpretatio ex obseruãtia subsecuta in funeralibus, & exequijs Regum. Et hanc opinionem Dñi libenter sunt amplexi ad euitandas infinitas lites, q̃ in dies oriri possent, nam omnes ex rõne laudi, & illius decisionẽ dixerũt esse decidẽdas, vt aliqñ sit litium finis.

LANCELLOTTI.

Roman. Vsurarum.

SVMMARIVM.

1 *Contractus nullus ex causa vsurarum non tollit obligationem restituendi pecunias à debitoribus receptas vnà cum interesse lucri cessantis.*

Mora

2 *Mora principalis nocet tam principali, quàm fideiussori.*
3 *Absolutio partium ab expensis facit præsumi sententiam latam de concordia partium.*

DECISIO CXCV.

IN vltima congregatione Iulij Foci corã Dñis ad partium instantiam super expeditione huiusmodi cau
sæ, & pro parte Seruij multa deducebantur ex quib. causam, vel non expediendam esse, vel in sui fauorem expediri debere prætendebat.

Et primò ratione moræ non posse substineri condemnationẽ à die initi cõtractus de qua in sñia R.P.D. Groperij ad rõnẽ septem pro centenario, cũ mora nõ posset considerari, nisi post lapsum quinquennij, vt in resolutionibus coram me factis. Sed Dñis placuit rñsio exemplo huic obiectioni data, ꝙ immo mora fuit ab initio cõ
1 tracta data nullitate cõtractus, cũ pecunię pupillorũ remanserint penes debitores sine titulo. l. quod te. ff. si cer. pet. Curt. iun. cõsi. 28. nu. 50. Nec obstat, ꝙ videãtur Dñi præsupposuisse validitatem contractus. Quia immo cõ
1 tractus fuit habitus pro nullo & vsurario, non † tamen sequitur, ꝙ non remanserint debitores obligati ea obligatione, quæ re cõtrahitur ad restitutionẽ pecuniarũ, & per consequens non restituẽdas eas ad interesse lucri cessantis, quod visum fuit optima rõne deberi, stantib. ꝓbationib. pupillorũ, ex quib. cõstitit Rotæ debitores feciſſe lucrũ in gñe, & pupillos si pecunias habuissent, ex his lucrum facere potuisse, prout in decisionib. super his capitib. in Rota factis. Secundò dicebatur pro parte Seruij fideiussores non teneri ad huiusmodi interesse. l. cũ lex. ff. de fideicommiss. cũ alijs allegatis. sed huic obiectioni placuit bene responderi, verã esse respectu eorum ad quæ neq; ét ipse principalis tenetur, & in his terminis loquuntur iura, & auctoritates allegatæ. Et iuxta hanc doctrinã, cũ principales non tenerentur ad vsuras conuentas ob nullitatẽ conuentionis, neq; ét ipse Seruius teneretur: sed rõne constitutionis sortis principalis ad quam tam principales, q̃ fideiussores tenebãtur, potuit Seruius
2 condemnari, & ad lucrũ cessans rõne moræ, cũ † mora principalis, & principali, & fideiussori noceat. l. mora. de verb. oblig. l. si à colono. §. fi. de fideiuss. Alex. consi. 34. nume. 6. lib. 2. Et hoc maxime procedit in casu de quo agitur, in quo Seruius & litis consortes accesserunt obligationi vti principales, & insolidum &c. Rom. consil. 114. Alex. consi. 29. nu. 37. lib. 7. Ias. consil. 58. col. 3.

Tertiò adducebatur iniquitas contra dictã sentẽtiam in ea parte in qua cõdẽnat Seruiũ ad scuta 200. rõne facultatis fẽnerãdi. Sed neq; hęc obiectio placuit, cũ ex ꝓbationib. pupillorũ constet, potuisse hanc facultatem, & bancum longe pluris locari, & ideo hæc taxa visa fuit satis æqua. Et contractus iste in ea parte in qua sapiebat natura locationis, non fuit reprobatus, vt ex multis decis. alias corã bo. me. Fantucio, & alijs factis constat. Sed qđ ét multum mouit dominos. Ista sententia Dñi Groppe-
3 rij fuit de concordia partium lata, † quod ex eo facile arguitur, ꝙ absoluit partes ab impensis, qđ nõ solet fieri in Rota, nili qñ feruntur sñiæ de partiũ concordia. Et ideo his stantib. fuit mihi ordinatũ, vt sententiã subscriberẽ.

LANCELLOTTI.

Lucan. pensionis. Veneris, 4. Iunij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Singularitas testium non præsumitur, nisi probetur.*
2 *Actus vnicus solutionis sufficit ad acquirendam quasi possessionem iuris exigendi.*
3 *Solutio facta metu censurarum operatur quasi possessionem, nisi de protestatione contraria appareat.*
4 *Singularitas testis coniuncta cum qualitate eius personæ, probat semiplenè.*
5 *Solutio probatur esse facta de mandato & scientia debitoris ex coniecturis, & obligatione camerali.*
6 *Interdictum retinendæ datur probata possessione etiam per vnicum testem.*

DECISIO CXCVI.

INspecta serie, & circunstantijs facti fuit resolutũ constare de quasi possessione exigendi pensionẽ de qua agitur. Nam in primis de existentia tit. pensionis patet ex literis apostolicis vna cum obligatione camerali de illam soluendo. Postmodum adest confessio Galeatij, qui dicebat se soluere dictam pensionem, vt probant secundus, & quartus testis, qui ambo sunt sacerdotes, &
1 personæ qualificatæ, & † præsumuntur contestes, cùm non probentur esse singulares.

Accedit instrumẽtum solutionis vnà cum absolutione à censuris, cuius instrumenti veritas coadiuuatur tũ ex mandato dicti Galeatij in personam Cęsaris Orlandi procuratoris constituti à dicto Galeatio ad petendum dictam absolutionem, tum etiam ex quietantia D. Octauiani Cittadini, qui dictas pecunias recepit à Iulio Petru
2 cio nomine Episcopi. Et † sufficit vnicus actus solutionis ad acquirendum quasi possessionem, iuxta not. per Docto. in capitu. cùm Ecclesia Suttrina, vbi Rip. nu. 53. & Roman. consi. 311. Et licèt hæc solutio præsumatur fa
3 cta metu censurarum, tamen † cùm non appareat de protestatione facta in actu d. solutionis, operatur quasi possessionem, vt per Aym. consi. 114. nu. 6.

Coadiuuatur hæc opinio ex alia solutione, quæ probatur ex cedula, & depositione Octauiani Cittadini, qui
4 † licèt sit singularis, tamen non potest negari, quin faciat semiplenam probationem, attenta præsertim qualitate suæ personæ.

Non ob. ꝙ non probantur dictæ solutiones factæ de mandato, & scientia dicti Galeatij. Quia stantibus coniecturis, & præcedente obligatione camerali de soluendo dictam pensionem, Rot. solet sequi decis. 2. de caus. pos. in antiq. quam seruandam etiam dixerunt Domini in vna Larinen. pension. coram me, de anno 1571. 6. Iunij,
5 vbi † ex coniecturis, & obligatione præcedente de soluendo dixerunt probatum esse primum extremum, prout hic adsunt, & dicta obligatio, & coniecturæ supradictæ, & aliæ de quibus per informantes pro episcopo. Præterea scientia Galeatij est probata per 3. & 4. testem. Et hæc procederent absque omni dubitatione si
6 episcopus hodie ageret retinendæ, quod † interdictum datur probata possessione etiam per vnicum testem.

LANCELLOTTI.

Caurien. Decimarum. Veneris, 15. Martij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Concessio Principis est latissimè interpretanda.*
2 *Ignorantia semper præsumitur in Principe, nisi ex aliquo effectu subsecuto purgetur.*
3 *Concessio pro alimentis dicitur esse perpetua.*

DECISIO CXCVII.

PRæsens dubium alias resolutũ in fauorem D. Enechi fuit iterum propositum nonnullis additis pro parte conuentus. Et Domini omnes concorditer resoluerant in fauorem d.conuentus, videlicet quod hæ decimæ vnitæ de quib. agitur, spectant ad conuentũ, nõ aũt ad dominum Enechum. Et moti fuerunt ex verbis vnionis, in qua Rex Ferdinandus Magnus magister, ad quem rõne præceptoriæ suo magisterio annexæ hę decimæ spectare debebant, post obitũ prioris de Chiros vniuit conuentui oẽs redditus pertinentes ad dignitatẽ dicti prioratus, ita vt illos in futurum perpetuo habeat dictus conuentus, quæ verba propter eorum generalitatẽ comprehendunt nõ solũ decimas quas eius vita durãte percipiebat dictus prior, sed ẽt illas, quæ post illius obitum dictus magister percipere debebat propter dictiones illas, omnes perpetuo, & in futurum, & propter verbum, pertinentes, quod potest verificari rõne possessionis, ad l. verbum illud. ff. de verb. signifi. Tum etiam, quia
1 † Principis concessio latissimè est interpretanda, maxime fauore alimentorum, pro quibus hæc vnio est facta.

Nec ob. fundamentum illud, quod fit pro parte dicti
2 Enechi, videlicet, q̃ † in gñali donatione non veniũt ea, q̃ donans ignorauit. l. nõ ignorans. C. de don. & in Rege psumitur ignorantia ob negotiorũ multitudinẽ, & ob alias rõnes, de quib. per informãtes pro eius parte. Quia dicebant, hanc præsumptionẽ ignorantiæ cessare ex obseruantia subsecuta, ex quo cõuentus post factam dictã vnionem semper possedit, & adhuc hodie possidet has decimas, quæ obseruantia plurimum potest ad interpretandam voluntatem concedentis. Accedit ẽt verisimilitudo, quia cum in capitulo gñali celebrato de anno 1498. fuisset decretum, q̃ milites qui vagabantur, deberent reduci in conuentum, & pro eorum alimentis deberẽt assignari istæ decimæ, quæ postea de anno 1559. fuerunt assignatæ, quemadmodum alimenta debebant esse ppetua, ita
3 † ẽt perpetua debebat esse hæc cõcessio decimarum. ẽt post obitum prioris, maxime cùm Rex ipse pro obseruatione dicti decreti dismembrauit suos reditus, & illos assignauit eidem cõuentui pro reliquis alimẽtis.

Mouebantur ẽt Dñi ex diffinitionib. factis in capitulo generali, quibus ordinatur per Carolum Quintum, q̃ pro alimentis militiæ tribuantur conuentui reditus qui sunt descripti in visitationibus. At in visitationibus præcedentib. reperiuntur istæ decimæ descriptæ, & assignatæ dictæ militiæ. Ex quib. inferebant, q̃ cùm istæ decimę sint comprehensæ in dicta vnione, non fuit intẽtionis Carolis Quinti donare eas decimas Dño Enecho. Sed aliqui ex Dominis dubitabant, si d. Rex Ferdinãdus potuisset alienare has decimas à præpositura abs q; sedis Apostolicæ beneplacito, verum fuit dictum, q̃ hæc erat potius debiti solutio, quàm alienatio, ex quo fuerat in capitulo generali præsente Rege ordinatũ, q̃ pro victu militũ deberent assignari istæ decimæ. Vũ Rex voluit de suo liberaliter illis prouidere, & stante hac iusta causa, & consensu capituli, alienatio videtur permissa.

LANCELLOTTI.

Giennen. Archidiaconatus. Veneris, 5. Martij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Consensus extensus per procuratorem post habitam notitiam mutationis voluntatis factæ per principalem, facit resignationem inualidam esse.*
2 *Voluntas partium sola non attenditur in beneficialibus, sed etiam Papæ noua admissio requiritur.*
3 *Procurator potest ratum habere gestum nomine principalis siue scientis, vel ignorantis, vel etiam non contradicentis: secus in procuratore reuocato.*
4 *Pœnitentia sola in resignationibus non sufficit, nisi de dissensu deliberato principalis constet.*
5 *Consensus Papæ præsumitur durare, nisi de errore doceatur.*

DECISIO CXCVIII.

FVit conclusum pro nullitate primæ resignationis,
1 quia † cũ consensus fuerit extensus per procuratorem post habitam notitiam mutationis voluntatis factæ p principalẽ, prout fuit resolutũ, resignatio facta est inualida, iuxta clemen. 1. de renuncia. Mohedan. decis. 189. cum alijs adductis hic per informantes.

Non ob. q̃ dicta resignatio nulla potuit ratificari per ipsum principalem prout de ratificatione constat ex his quæ habentur in 5. & 6. præsuppositis.

2 Quia respõdetur, quod † in huiusmodi beneficialib. non attenditur sola volũtas partium, sed etiam ipsius Papæ noua admissio, prout in huiusmodi similib. ratificationibus partium pluries Rota iudicauit, sicut in causa Corduben. dimidiæ portionis coram bo. me. Oradi. de anno 1560. & in vna Padua canonicatus de quibus hic per informantes cum alijs causis relatis per Dominos.

Præterea materia ratihabitionis procedit in his, quæ
3 gesta sunt † à procuratore nomine principalis scientis, vel ignorãtis, vel saltẽ non cõtradicentis, secus verò, q̃n procurator est reuocatus. vt not. in reg. ratihabitio, in 6. Felyn. in capitu. ex parte Decani. numero 25. de rescrip.

Non ob. quod licita est pœnitentia in resignationibus
4 iuxta stylum Dñorũ. Quia † fuit dictum non procedere, quando constat de enixo, & deliberato dissensu principalis, prout de huiusmodi dissensu constat ex his quæ habentur in 3. & 4. no. præsuppositis. Minus etiã facit, q̃ Papa semel consenserit, qui consensus præsumitur dura
5 re. Nam † fuit dictum id procedere, nisi fuisset consensus erroneus prout hic fuit, quia Papa existimauit Franciscum principalem consensisse per procuratorem non reuocatum, & tamen constat de contrario.

LANCELLOTTI.

Callaguritan. decimarum de Arofra: Veneris, 11. Octobris.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionis defectus annullat examinationes testium.*
2 *Remissoria obtenta per beneficiatos illis auxilium non tribuit.*
3 *Impedimentum disputationis dubiorum non excusat à petitione prorogationis fatalium.*

DECISIO CXCIX.

COnclusum pro nullitate examinis dictorũ quatuor testiũ † propter defectũ iurisdictionis, quia
1 nõ fuerunt prorogata fatalia. Fel. in c. inter monasteriũ, nu. 33. ver. tertio tempora. de re iud. cum alijs adductis. & propterea acta facta non probant. Non ob.
2 pendentia remissoriæ, quia † cum fuerit obtenta per Beneficiatos, non possunt in illa se fundare, iuxta decis. Cassad.

Cassad. 9. de appel. & per Franc. in capitu. ex ratione, colum. septima, versicu. circa tertium, de appella. Non releuat etiam impedimentum propter disputationes du-
3 biorum. Quia † non propterea minus quis excusatur à petitione prorogationis fatalium.

Præterea dempto tempore remissoriæ, & biennij, & sedis, adhuc remanet tempus, vt hic per informantes.

LANCELLOTTI.

Papien. bonorum. Lunæ, 3. Martij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio delegata non transit in successorem, ex communi.*
Quæ procedit, quando delegans non habuit respectum ad tribunal Episcopi, sed ad eius Vicarium, ex communi. numero 2.
3 *Delegatio an sit facta ad tribunal Episcopi, an verò ad eius vicarium, ex quibus probetur.*
4 *Vicarius Episcopi etiam Archidiacono præfertur.*
5 *Stylus allegatus probandus est ab eo qui eum allegat.*

DECISIO CC.

FVit vnanimiter per Dominos conclusum pro nullitate sententiæ confirmatoriæ locationis, de qua agitur, ex defectu iurisdictionis. Quoniam dicta
1 sententia non fuit lata per illum Vicarium cui fuit delegata dicta cõfirmatio, sed per eius successorem, in † quẽ non transit iurisdictio, iuxta communem opin. Doct. de qua attestatur Dec. in capitu. quoniam Abbas, numero sexagesimoprimo, de offic. delega. & Bero. numero 100. vbi inquit, quòd non solum legistæ, sed etiam canonistę tenent hanc opinionem. & Mant. numero 37. Caccialup. in l. more maiorum, numero trigesimoquinto, de iurisdictio. omnium iudic. qui etiam subdit, quòd vidit multos errare, qui tenent contrariam opinionem, & quòd ita existimat in practica fore obtinendum, quam etiam opinionem vti communem & veriorem secuta est Rot. vt per Achil. decisio. secunda, de vicar. & fulcitur etiam validioribus rationibus relatis per supradictos Doctores, vt hic per informantes. & licet Card. in clem. secunda, numero sexto, quæst. quinta, de rescrip. dixerit, contrariam opinionem communiter obseruari, tamen ipse fundatur in opin. glo. in d. clem. in ver. pluralis, quæ glo. hoc non dicit, & supradicti Doc. animaduertunt, & con
2 siderauit etiam Rot. in d. decis. secunda. Hæc † autẽ communis opinio non videtur habere multos contradictores, quando delegans non habuit respectum ad tribunal Episcopi, sed ad ipsum vicarium tantum, vt per Gambar. in tract. de leg. lib. 8. q. 97. qui attestatur in hoc casu etiã de communi, & alij etiam de quibus per informantes. Quod autem hic non fuerit consideratum tribunal Epi
3 scopi, † placebant Dominis fundamenta adducta per informantes pro parte Illustrissimi Cardinalis, tum, scilicet, quia delegatio fuit facta duobus Archipresbyteris, & d. Vicario seu duobus ex ipsis, adeo quod duo illi tantum Archipresbyteri absque vicario potuissent dictam locationem confirmare. Tum etiam, quia Vicarius fuit
4 postpositus dictis Archipresbyteris, cùm † tamen de iure non solum illis, sed etiam Archidiacono præferatur, vt per Abb. consilio 21. volumine primo, cum alijs allegatis.

Præterea Domini hanc opinionem voluerunt sequi attentis coniecturis, & suspicionibus, quæ militant contra instrumentum dictæ locationis, quæ referuntur hic per informantes.

Nec aliquod fundamentum fecerunt in stylo allega-
5 to, quia † nec testes nec fides producta concludunt de tempore dictæ locationis, nec de simili delegatione, & tamen stylus debet probari in terminis controuersiæ, de qua agitur.

LANCELLOTTI.

Roman. 20000. Veneris, 14. Martij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Emere an quis præsumatur in dubio de suis, vel alienis pecunijs, ex coniecturis probatur.*
2 *Præsumptiones plures, quando concurrunt in eadem oratione, maior semper tollit minorem.*
3 *Intellectus l. item veniunt. in prin. de pet. hæredi. procedit, quando constat fuisse emptum nomine hæreditatis.*

DECISIO CCI.

QVoad primam difficultatem in qua quæritur, an Leo emerit casale, de quo agitur, ex pprijs ipsius pecunijs, vel potius ex pecunijs hæreditarijs, Domini excepta partita ducatorum 6000. quos Alphonsina dum vixit, soluit pro affrancatione partis dicti casalis vigore pacti, super qua partita nihil fuit firmatum, dixerunt constare satis apertè in instrumento dictæ emptionis, quòd partita 3500. ducatorum non fuit soluta ex pecunijs dictæ Alphonsinæ, sed Cardinalis Sanct. Quatuor. Quò verò ad reliquas partitas ascendentes ad summam ducatorum 10500. inclinabant, quòd constaret non fuisse solutos ex pecunijs dictæ Alphonsinæ propter verba dicti instrumenti emptionis, quæ
1 hæc videntur innuere: & propterea † dicebant, in claris cessare coniecturas, quas Docto. considerant in hac materia, ad probandum, an in dubio quis censeatur emere de suis, vel alienis pecunijs, vt late per Dec. consil. ducentesimotrigesimooctauo, num. 5. cum alijs de quibus hic per informantes.

Circa secundam verò difficultatem, an dictum casale sit acquisitum hæreditati, vel haredibus Alphonsinæ, omnes concorditer firmarunt, quòd nõ fuit acquisitum dictæ hæreditati, sed hæredibus ipsius Leonis. Et moti fuerunt, quia Leo expressis verbis dicit se emere pro se,
2 & suis hæredibus in perpetuum. Et † licèt in eodem instrumento postea dicatur, quòd venditur Leoni tanquàm hæredi Alphonsinæ, nihilominus subditur in eadem oratione, & pro se suisque hæredibus, & successoribus, & nominandis ab eo, adeo quod præsumptio, quæ constat de contrario ex alijs verbis claris, tollitur, per ea quæ tradit Soc. iun. consilio vigesimoseptimo, numero octauo, in fi. volum. secundo, cum alijs de quibus per informantes pro dominis creditoribus, & verba sequentia declarant præcedentia, & in claris cessant coniecturæ. Nec obstat quòd affrancatio non poterat fieri per Leonem, nisi pro hæreditate Alphonsinæ propter pactũ appositum in instrumento locationis, & quod propterea censeatur facta per Leonem pro dicta hæreditate. Quoniam respondetur iam fuisse resolutum, quòd affrancatio non fuit facta in vim dicti pacti, ideo non potest ab illo regulari, cui non correspondet.

Præterea cùm simus in claris, cessant præsumptiones, quoniam emit pro se, & hæredib. suis, vt supra dictũ est.

Minus ẽt facit, q̃ Leo ita emẽdo videat fuisse in mala

fide, quoniam dicta mala fides excluditur tum pp clausulam codicillarem, quæ operatur, vt hæreditas sit restituēda Leoni, tum propter alias rōnes quas adducunt infor mantes creditorum, quæ rationes Dominis placuerunt.

3 Ad l. item veniunt. in prin. de pet. hær. † respondebatur, ꝙ procedit, quando constat fuisse emptum nomine hæreditatis, & fuisse etiam necessarium dictæ hæreditatis quæ qualitates hic cessant.

ALDOBRANDINI.

Piscien. seu nullius capellaniæ. Vener. 21. Febru. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Executor mixtus tenetur de causa tanquàm iudex cognoscere.*
2 *Possessor non tenetur relinquere ius suum ad verbum executoris, cuius potestas procedit contra resistentes de facto, non autem de iure.*
3 *Possessio instrumentalis sufficit vbi de possessione partis aduersæ in actis non constat.*
4 *Titulus non requiritur vbi agitur de spolio attentato.*

DECISIO CCIIII.

DOmini concluserunt, Vicarium Pistorien. fuisse mixtum executorem, ex quo erat datus ad prouidendum in forma dignum, & Præpositus & Capitulum Piscien. siue sacristia erat in possessione huius capellanię, quo † casu tenebatur assumere partes iudicis, iuxta not. communiter per Doct. in capitu. fina. de præsumpt. vbi Ant. de But. numero septimo, & Fely. numero decimoseptimo, & 24. & 33. versic. quarto, aduerte. & ita pluries Rot. tenuit, & signanter in vna Neapolitan. sancti Andreæ. 14. Februarij. 1569 coram 60. me. Finetto. Et ratio est, † quia possessor non tenetur ad verbum executoris relinquere ius suum: & hinc est, quòd illius potestas procedit contra resistentes de facto, non autem contra resistentes de iure. Achil. c. 4. de senten. excommunica. quo stante succedit, quòd sacristia sit restituenda, ex quo erat in possessione tunc temporis, & fuit spoliata. De sua enim possessione docet per instrumentum captæ possessionis 12. Iulij. 1571. & quamuis opponatur, quòd illa fuit instrumentalis, ex † quo Cesar Testa tunc temporis erat in possessione, hoc non obstat, cùm de possessione Cesaris in actis non appareat. Et quòd fuerit effectualis illa possessio, deprehenditur ex confessione Dominici, de qua in processu. de partibus fol. 12. vbi fatetur, Præpositum & Capitulum Piscien. esse intrusos: nec est bona responsio, quòd expresse protestatur se nolle eos approbare pro possessoribus, quia protestatur, quod non vult eos approbare pro legitimis possessoribus, non autem simpliciter pro possessoribus. Sicut non obstat defectus tituli colorati, quia † in spolio attentato non requiritur. Rot. 2. de restitu. spol. in nou. Cassad. 3. eod. titu.

ALDOBRANDINI.

Roman. domus in via Iulia. Lunæ. 3. Martij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Tempus confessionis allegans debet hoc probare.*
2 *Donatio facta concubinæ pro ipsa dotanda, tenet.*
3 *Donatio magni valoris non præsumitur facta concubinæ, nisi ardens amor probetur.*

DECISIO CCIII.

DOmini dixerunt non probari simulationem confessionis desiderij ad fauorem Agnetis.

Primò, quia simulatio huiusmodi prætenditur ex eo, quòd dictus Desiderius esset clericus, & Agnes
1 eius concubina, vel saltem mulier suspecta. Et cùm † requiratur, quòd hæc omnia probentur de tempore confessionis. Capyc. decisio. 202. in fi. Guliel. de bened. in c. Raynutius, in 1. par. in verbo, vxorem nomine Adelisen. decis. 5. nu. 161.

Concubinatus autem & turpis cōuersatio huiusmodi de tempore præfato, nempe secundi instrumenti celebrati de anno 1551. ex testibus non probatur, vt ex
2 eorum lectura deprehenditur, qui † concubinatus si re vera etiam de dicto tempore adfuisset, & donatio esset facta vere pro ipsa dotanda, tenuisset. Gugliel. de benedict. d. decis. 5. d. nu. 161.

Secundò moti fuerunt, quia secundum Dominos plures vrgent coniecturæ in contrarium.

Prima est quantitas 600. scutorum, quæ est tam magna, vt inuerisimile sit, quod fuerit ab homine non ad-
3 modum diuite donata simili mulieri, cùm † præsertim non probetur amor aliquis ardens prædicti Desiderij Philippi in Agnetem, qui ipsum tam cecum reddidisset, vt tantum pecuniarum profundere voluisset.

Secunda, quia dicta 600. Desiderius recepit in societatem ab Agnete & obligauit se ad soluendum 12. pro centenario singulo anno, quod valde auget præfatam donationem.

Tertia, qa pro illis pecunijs soluendis fideiussores dedit, qui se obligarūt tanquàm principales, & insolidum.

Quarta, quia postea Desiderius fructus prædictæ societatis soluit, quod licèt non sit in actis verificatum, agentes tamen pro Agnete offerunt se verificaturos. Et Domini dixerunt, ꝙ partitæ librorum mercatorum & alia, q̄ circa hoc allegātur pro sua parte, ponātur in actis.

Quinta, quia præcedebat aliud instrumētum alterius societatis 400. scutorum, quæ fuit transfusa in sequentem, & in illo primo etiam in prompta pecunia fuit ab Agnete soluta quædam quantitas pecuniarum, nempe 45. scutorum, quæ licet sit parua, præstat nihilominus argumentum, ꝙ confessio non esset simulata, sed vera vt latius deducitur per informantes pro Agnete.

ALDOBRANDINI.

Roman. donationis, 50000, Veneris, 29. Octobris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Rogitus instrumenti debet clare, & expressis verbis in eo apparere, aliàs non præsumitur. & nu. 4. & 5.*
2 *Fallit nisi vtraque pars sit præsens & tacens. nu. 2. & 6. sed contra nu. 5.*
3 *Notarius attestans in instrumento de rogitu vnius partis, non probat de rogitu alterius, contra nu. 7.*
4 *Verba inducentia rogitum notarij debent expressè à partibus proferri, & per notarium scribi.*
5 *Rogitus nunquam præsumitur, nisi interueniat vnum ex tribus requisitis à Bar. in l. sciendum. ff. de verb. oblig.*
6 *Differentia nulla est inter interrogare, & mandare.*
7 *Idem operatur expressio vnius quoad se, quod silentium alterius similiter quoad se in eodem casu fauorabili.*

Limitationes

8 *Limitationes plures dantur ad regulam illam, quod inclusio vnius sit exclusio alterius.*
9 *Præsens & tacens non præsumitur consentire vbi de eius agitur præiudicio.*
10 *Donatio & rogitus dicuntur expressi in fauorem donatarij præsentis, & tacentis.*
11 *Scientia partium de persona notarij præsumitur ex eo, quòd viderint eum vti notarium facere actum.*

DECISIO CCIIII.

NOn potuit capi resolutio, quia vna pars Dominorum tenebat non constare de rogitu Illu-
1 strissimi D. Magdalenæ, quia † talis rogitus secundū ipsos expressus non legitur in instrumento, cùm instrumētum solum dicat, Lelium rogasse notarium. Nec obstant illa verba, rogatus authenticare, &c. de quibus in subscriptione, quia hæc verba recipiunt interpretationē à verbis præcedentibus, de quibus in instrumento, ex quibus apparet, quòd fuit Lelius qui rogauit notariū de ista authenticatione, & inclusio vnius est exclusio alterius, secundum sepius citata cons. Alex. & Alexandrini.

Non obstat præsentia, & taciturnitas Magdalenæ, & consequenter doctr. Vital. in clement. 1. §. dudum. de iu-
2 reiuran. Quoniam † secundū ita tenentes, illa doctr. non applicatur huic casui. ipse enim loquitur, quando vtraque pars est præsens, & tacens: casus autem noster est, quando vnus solus rogauit, quo casu intrat doctr. Alexan. & Alexan. quòd vnius inclusio sit alterius exclusio. Cui responsioni secundum ita tenentes non ob. consil. Dec. 11. quia immo secundum eos facit pro hac parte dum requirit, quòd includatur rogitus ex verbis notarij, quæ hic cessant. Immo dicebant, quod Vital. faciebat pro hac parte in illis verbis, nec instrumentum dicit cō-
3 tra, videtur enim dicere contra, ex quo † notarius attestatur, quis fuerit ille, qui rogauit: alioquin secundum tenentes hanc opinionem non posset imaginari casus, ꝙ instrumentum diceret contra, quia si notarius attestatur, quòd vnus prohibuit, non esset iste casus Vital. qui loquitur in præsenti tantum. Addebant etiam quòd Vital. qui requirit, quòd testes attestentur de publicatione, quod verbum publicauit importat rogitū, licet ipse ibi hoc non teneat iungendo hæc duo, vult, quòd præsumatur rogitus: in isto autem casu, nec testes, nec no-
4 tarius vtuntur verbo, publicauit, & ita † tenentes præsupponebant esse necessaria ad inducendum rogitum notarij verba expressa à partibus prolata. per gl. in auth. de tabellionib. in verbo, iniūgat, licèt enim postea Doc. ex verbis prolatis à notario præsumant rogitum, præsumunt verba fuisse à partibus prolata. ex quo fundamento tollebant responsiones datas pro parte Magdalenæ, quod etiam deducebant ex verbis Vitallin. quòd & si præ supponat tacitum rogitum, præsupponit tamen talem, quòd ab eo recedi possit, quod non daretur si sola taciturnitas rogitum induceret. Quicquid enim sit in materia mandati, in qua procedunt ille regulæ, in rogitu re-
5 gula est, † quòd nunquàm præsumitur, nisi interueniat vnum ex tribus verbis, de quibus per Bar. in l. sciendum. ff. de verbo. oblig. vbi Butigel. nu. 58. & 59. qui vult, quòd præsumatur rogitus, dum tamen interueniat vnum ex tribus requisitis à Bar. in d. l. sciendum.

Et quamuis Doct. dicant, quòd per testes potest probari contrarium, intelligitur hoc secundum ita tenentes, dummodo testes deponant de expresso rogitu, quia de proposito in mēte retēto testes testificari nō possunt.

Nec istis Dominis placebat responsio data pro parte Magdalenæ ad consi. Alex. & Alexandrini in illis casibus non constare de publicatione in præsentia partium, quia secundum eos vana fuisset illa dubitatio, nisi instrumentum fuisset publicum.

Alia pars contrarium tenebat, quòd immo in hoc casu constat de rogitu ex sola præsentia, & taciturnitate.
6 Cùm † enim rogari idem prorsus sit, quod mandare, & inter ista nulla sit differentia, Bar. post gl. in l. si negotiū. C. de neg. gest. & cùm ad inducendum rogitum notarij sufficiat solus consensus partium, nō autem sint necessaria verba expressa, alioquin mutus rogare non posset, vt declarat Bal. in l. 2. nu. 7. C. de instit. fisc. lib. 10. sequitur, quòd ex præsentia, & taciturnitate in ijs, quæ sunt fauorabilia, talis rogitus inducatur, iuxta terminos l. qui patitur. ff. manda.

Nec responsio data à tenentibus pro Portia, quòd Vi-
7 tal. loquatur, vbi ambo tacuerunt, eis placebat, quia † silentium amborum importat rogitum quoad ambos silentes, non vident, quare silentium vnius quoad silentiū illud inducere nō possit. ergo sequitur, quòd expressio vnius, & silentium alterius possunt inducere rogitū. quod autem de publicatione non constet, cessat ex dictis testiū, q̄ de publicatione, & stipulatione attestātur.

Nec instrumentum in hoc casu dicit contra, quia hęc esse compatiuntur, ꝙ Lelius expresse rogauerit, & Magdalena tacite, & propterea secundum eos bene intrat cons.
8 Dec. 11. & ad regulam † quòd inclusio vnius &c. ponit plures limitationes Menoch. consil. 14. nu. 18.

Et videtur istis Dominis admodū durum, ꝙ Magdalenæ noceat loquela Lelij loquentis, & disponentis ad sui fauorem, cui ipsius Lelij silentium profuisset.

Non obstat consi. Alex. & Alexand. quia in illis casib. agebatur de præiudicio non rogantis expresse, & pro-
9 terea † non potest induci tacitum mandatum ex sola præsentia, & taciturnitate, & quamuis responderetur à tenentibus pro Portia quod Vital. non se fundat super fatore, tñ replicabatur ab alijs, ꝙ cū alleget l. qui patitur. debet intelligi ipsius dictum secūdum legē quā allegat.

Addebant aliqui, ꝙ in ista materia id debebat tantò facilius procedere, ex quo sicut donatio dicitur expressa, quamuis donatarius sit præsens, & taceat, quia iste actus plurimum attribuitur ipsi donanti, qui disponit,
10 ita † etiam debet dici expressus rogitus ille, qui est factus à donante tacente donatario, cùm iste actus, vt dictum est, plurimum tribuatur disponenti.

Tenentes etiam pro Portia dicebant Vital. requiri, ꝙ ambæ partes sciant stipulantem esse notarium, de qua
11 scientia Magdalenæ secundū eos non constat. Ad † quod replicabatur, ꝙ huiusmodi scientia vltra, quod probari forasse poterat, deprehendebatur ex eo, ꝙ Magdalena videbat illum facere actum vti notarium: & quamuis vnus testis videretur dicere, ꝙ ignorabat, an esset notarius, replicabatur, ꝙ ille testis dicit, ꝙ ignorabat, an esset notarius illius loci, non simpliciter, an esset notarius.

Quare cùm ad decisionem istius quæstionis plurimū conferatur videre, an ad inducendum rogitum notarij sint necessaria verba partium expressa, an verò sufficiat consensus partium vndecunque collectus, Domini dixerunt, quòd de hoc particulariter dubitarem.

ALDOBRANDINI.

Colonien. Canonicatus. Ven. 13. Nouemb. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Possidere quis potest pluribus ex causis in beneficiali materia in qua titulus est multiplicabilis.*

2 *Possessionis causam nemo mutare censetur vigore tituli inualidi, sed bene potest cumulare.*
3 *Extrauagans Iulij Tertij non habet locum in eo qui continuat, sed bene in eo qui possessionem ingreditur vigore solius supplicationis.*

DECISIO. CCV.

DOmini stante prouisione apostolica, quæ sine dubio præstat titulum coloratum, recesserunt
1 à resolutione iam facta: † cum enim possidere quis possit pluribus ex causis, l. 3. §. pluribus. ff. de acquir. posses. Cassad. decis. 4. in fi. de rest. spoliato. maxime in beneficiali materia, in qua titulus est multiplicabilis, supueniente prædicta prouisione apostolica Lambertus cẽsetur voluisse etiam possidere ex hac causa. Nec ob. eius ratificatio, quia cùm tunc temporis supplicatio nõ fuisset missa ad registrum, non habebat Lambertus titulum apostolicum, qui post missam ei superuenit. Non ob. ét,
2 † quòd vigore tituli inualidi non censeatur quis mutare sibi causam possessionis. Bal. consi. 34. nu. 2. lib. 2. & ꝙ præfata prouisio sit inualida, & propter subreptionem, & propter anteriorem prouisionẽ legati de latere. Quia dicebant hic non esse necessariam mutationem causæ possessionis, sed sufficere, quòd Lambertus cumulauerit d. causam prout fecit, ex quo apostolicam prouisionem expediuit, & acceptauit, sicut etiam non obstant respon siones Lamberti ad positiones. Quia in vna ipse dicit, ꝙ credit non possidere illicito modo, in alia verò dicit, ꝙ vigore prouisionis ordinarij ingressus fuit possessionẽ, & sic habet respectum ad initium.
3 Non ob. extrauagans Iulij Tertij, quia non habet locum in eo, qui continuat, sed in eo qui possessionem ingreditur vigore solius supplicationis. Et quamuis loqua tur etiam in eo qui ingreditur vigore ordinariæ prouisionis, hoc intellexerunt Domini de eo qui post obtentã apostolicam prouisionẽ obtinet sibi ab ordinario prouideri, non autem de eo qui iam antea ab ordinario fuerat prouisus.

An verò regula de annali obstet Melchiori vti prouiso à legato de latere, particulariter videbitur.

ALDOBRANDINI.

In eadem Colonien. Canonicatus. Die 2. Iunij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata secundum communem opinionem quam Rota non tenet, non dicitur iniusta.*
2 *Expressio eadem ad tollendam subreptionem est facienda in literis legati, quæ in literis Papæ.*
3 *Gratiæ legati non sunt ita fauorabiles sicut ordinariorum.*
4 *Potestas legati est ad nutum reuocabilis, quæ potest dari ad tempus.*
5 *Appellatione prouisionis sedis apostolicæ, veniunt prouisiones factæ à legatis.*
6 *Regulæ de valore, & regula de annali procedunt etiam in legato.*
7 *Differentiæ quatuor inter prouisionem factam ab ordinario, & illam factam à legato.*

DECISIO CCVI.

DOmini noluerũt ad effectum reuocationis triũ sententiarum rotalium recedere ab opinione, quam antiquitus tenuit Rota, vt testatur Put. decis. 306. lib. 2. Quia huiusmodi sententiæ non possunt
1 dici iniustæ, & alias etiam fuit tentum, quòd † sententia lata secundum communem opinionem, quam tamen Rota non tenet, non sit iniusta.

Si tamen non ageretur de reuocatione talium senten tiarum, materia apud Dominos magnam habebat diffi cultatem, quia in prouisionibus factis à legatis saltẽ ita à sede apostolica missis conueniũt, & verba, & ratio regulæ. Nam quoad rationem, vt improbitas impetrantiũ coerceatur, ea militare videtur in prouisionẽ legatorũ, à quib. sicut à Papa impetrantur beneficia, cùm & ipsi nõ semp motu proprio prouideant prout faciunt ordina-
2 rij. Card. in cle. fi. nu. 3. de offi. ord. Et † hinc est, ꝙ ad tollendam subreptionem eadem est facienda expressio in literis legati, quæ in literis Papæ. cap. fi. & ibi Franc. in vlt. no. de offi. leg. in 6. similiter, & dispositio. c. fi. in verb. mẽtio. Bonif. post antiquos. in clem. 2. sub nume. 21. de offi. ordina. Franc. qui de communi testatur. in d. ca. si motu proprio. in 1. notab.

3 Hinc est etiam † quòd gratiæ legati non sunt ita fauo rabiles, vt ordinariorum, ca. quamuis. de præben. in 6. licet enim legatus dicatur ordinarius. c. 1. & 2. de offi. leg. in 6. eius tñ iurisdictio non est ordinario modo inducta, sed extraordinario, & superinducta, quia præiudicat ordinariæ iurisdictioni, glo. fina. in d. clemen. 2. de offic. ordin. vbi post Anchar. Card. nume. 13. & Bonifac. nu. 7. assignans rationem, quia legatus nõ habet titulum in ec
4 clesia, sed extra, & † eius potestas est ad nutum reuocabilis, quæ potest dari ad tempus. Gemin. de offic. & potest. cap. sed. vac. quæst. 2. 1. par. nu. 6. Villadieg. in tracta. de leg. q. 4. num. 10. & propterea solet legatus vti eadem signandi forma qua Papa. Sarnen. in compend. vtriusque signat. num. 2. vers. legatus vero.

5 Hinc quoque est, † quod appellatione prouisionis sedis apostolicæ veniunt prouisiones factæ à legatis. gl. in c. si Abbate. de elec. lib. 6. vbi Gemin. nume. 5. Franc. numero 4. Card. in clem. quia contingit. in 8. quæst. de relig. domib. Vbi Imol. col. 3. versic. iuxta prædicta. Qua ra-
6 tione mota alias Rota tenuit, † regulam de valore procedere etiam in legato. Sarnen. in reg. de valor. q. 2. num. 7. & idem ex eadem ratione in regula de annali voluit Rebuf. in prax. super eadem reg. gl. 8. in fi.

Ad contraria autem respondebatur, quòd decis. 11. 7 Ioan. Pauli procedit in gratia facta ab ordinario, non autem à legato, inter quos casus magna est differentia. Minus videntur obstare rationes allegatæ à Sarnen. in reg. de annali. quæst. 9. quæ in effectu sunt quatuor.

Prima, apud legatos communiter reuocantur hæ regulæ.

Secunda, quia ordinarius præsumitur habere notitiam omnium suæ diocesis, cùm eam teneatur singulis annis visitare.

7 Tertia † est fundata super regula antiqua Eugenij pri mi conditoris huius regulæ expresè loquentis de impetrantibus à sede apostolica, quia verba huius regulæ, sine antiqua intelligi non possunt, & legem nouam secun dum antiquam interpretari non est nouum.

Quarta est ratione pœnæ applicandæ cameræ apostolicæ. Io. de regul. adiect.

Nam quoad primam rationem facilis est responsio: legati enim missi de quib. agimus, semper adducunt secum homines peritos, & exercitatos in Roma. cur. & in vtraque decretum irritans ligat etiam ignorantes.

Ad secundam sufficit dicere, quòd non loquuntur in legato misso, sed in ordinario, inter quos longa est differentia, & maximè cessat in hoc, quia erat legatus ad quæcunque loca ipse applicare contingeret, & qui etiã facultatem

facultatem habebat prouidendi de litigiosis. Tertia verò potius videtur suadere contrarium, quia talia verba adépta fuerunt cum misterio ad tollendam restrictionem, quæ ex eis inducebatur. Quarta etiã nullius videtur momenti, quia ita potuit mulctari impetrans contra dictã formam à legato sicut impetrans à Papa, & pena applicata fisco Papæ, qui est dominus omnium beneficiorum. Decis. autem Put. 306. lib. 2. nullam assignat rationem, nec exprimit qualitatem legationis.

ALDOBRANDINI.

Siracusan. illegitimitatis. Lunæ, 19. Octobris. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Filij nati ante dispensationem gradus prohibiti, non efficiuntur legitimi ob legitimum matrimonium subsequutum, sed eos oportet legitimari.*
2 *Gratia quoad matrimonium si non potest habere effectum, debet tamen executioni mandari quoad legitimitatem, in qua nullum adest impedimentum.*
3 *Causa sufficiens legitimandi filios est quod matrimonium fuerit publicè & ab ignorantibus impedimentum contractum, quæ iuncta cum timore scandalorum, potens est pro obtinenda dispensatione, quòd contrahentes remanere possint in matrimonio.*
4 *Concubinatus ratione plura scandala oriri solent inter consanguineos vtriusque partis.*
5 *Legitimatio facta præcedente consensu patris, vel post eius obitum nullo præcedente consensu differunt.*

DECISIO CCVII.

DOmini tenuerunt, dispensationem ad effectum legitimationis filiorum valuisse, quia gratia pę nitentiariæ continebat duo æquè principaliter, mandatum, videlicet, de dispensando, vt Ioan. Baptista & Angela manerent in matrimonio contracto, non obstante quarto consanguinitatis gradu, quo erant coniun
1 cti: & de legitimando filios iam natos, qui † filij iam nati stante prædicto consanguinitatis impedimento, non efficiebãtur legitimi ob legitimum matrimonium subsequutum. vt per Abb. in c. tanta, num. 14. qui fil. sint legit. sed proueniebat hæc legitimitas ex approbatione Papæ, qui ratificando matrimonium ita de facto contractum, legitimauit prolem in figura matrimonij susceptam, vt per Anchar. cons. 409. Put. decis. 482. alias 484.
2 lib. 2. Phan. decis. 71. Vnde † licèt gratia quoad matrimonium non possit habere effectum, debet tamen demandari executioni quoad legitimitatem, in qua nullum adest impedimentum. Butr. in c. constitutus, num. 21. de rescrip. Felyn. in c. sedes, col. j. num. 2. eod. tit.

Et hęc duo dixerunt Domini contineri in gratia, non tanquàm connexa vel dependentia vnum ab altero, sed tanquàm æque principalia, quia narrata sunt apta & sufficientia ad vtrunque etiam principaliter obtinendum,
3 sufficiens enim causa † legitimandi filios est, quòd matrimonium fuerit publicum, & ab ignorantibus impedimentum contractum, & hæc eadem vnà cum timore scandalorum potens est pro obtinenda dispensatione, quod in matrimonio contrahens remanere possint.

His accedit, quòd ratio scandalorum non omnino cessauit defuncto Ioan. Baptista cùm remanente nullo matrimonio remaneret Angela nota concubinatus iun
4 cta, † cuius ratione inter consanguineos vtriusque partis solent oriri plura scandala, & licet fortasse non tantus subesset timor, nec tanta ratio, non propterea dispositio. Soc. in l. 2. §. j. in 2. not. ff. de verb. oblig.

Et cum hoc casu pro ista legitimatione præcedat consensus patris, præsumitur duraſſe vsque ad eius obitum. Quæ pro parte Antonij deducuntur ex Dec. cons. 344.
5 & Paris. cons. 6. lib. secundo. ea † omnia procedunt quando legitimatur filius post obitum patris & non præcedente ejusdem patris consensu.

ALDOBRANDINI.

Caputaquen. Turis patronatus. Veneris, 11. Martij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Tempus 40. annorum est sufficiens ad præscribendum res ecclesiæ.*
2 *Narratiua per quam perpetuum ecclesiæ præiudicium infertur, est verificanda de iure, non autem de facto.*
3 *Conuentus vt constituatur, multa requiruntur de iure.*
4 *Monasterium carere conuentuali obseruantia, & carere conuentu differunt.*
5 *Conuentus species quædam & forma retenta est apta ad illud retinendum, & conseruandum, non autem ad introducendum de nouo.*
6 *Titulus Prioris est sufficiens ad retinendam quasi possessionem conuentus.*
7 *Papa difficilius mouetur ad introducendum conuentum, quam ad illud retinendum.*

DECISIO CCVIII.

DOmini tenuerunt probari existentiam Prioris taliter, quòd narratiua impetrationis iuris patronatus in ea parte in qua narratur, monasterium conuentu carere, non est iustificata. Aut enim hæc narratiua est iustificanda de iure, & est indubitatum eam non esse iustificatam, quia stante statu conuentuali præcedẽte, qui durauit vsque ad annum 1524. & ex scripturis & testibus vniuersitatis liquet, & præsertim ex bulla, de qua in tertio præsuppositio, necessarium est, quòd status
1 † non conuentualis sit legitimè præscriptus, vel saltem obseruatus per spatium 40. annorum. c. cum de beneficio, de præben. in 6. decis. 2. de præben. in nou. quod tempus in casu isto non intercedit, cum ab anno 1524. vsq; ad annum 1562. quo fuit impetrata gratia iurispatronatus, interceſſerint tantum 38. anni. Et circa hoc caput, an sit verificanda de iure vel ne, aliqui ex Dominis, dubitando tamen, inclinabant pro affirmatiua, quia in casu
2 † isto agitur de perpetuo præiudicio ecclesiæ, quod non est in alijs materijs, vt sunt impetrationes. quando enim impetratur monasterium vti carens conuentu, tũc non videtur tractari de perpetuo præiudicio ecclesiæ, & propterea in casu isto facilius tollerari potest, quòd narratiua verificetur de facto. Aut sufficit hanc narratiuam verificari de facto, & Domini dicebant, quòd ita etiã sufficit de facto eam excludere. Vnde cùm in dicto monaste rio semper fuerint retenti Prior & Monaci, apparet consequenter, quòd de facto aderat quædam species cõuentus, licet † non haberet iste conuentus omnia à iure re
3 quisita ad constituendum conuentum, quod maximè comprobant ex instrumẽtis pro parte vniuersitatis productis, in quibus clare apparet, quòd Prior & Monaci congregabantur more conuentuali in vnum locum ad sonum campanellæ pro negocijs ecclesiæ, cùm præsertim nonnulla ex illis sint facta in præsentia ipsiusmet

Abbatis.

Abbatis. Et quamuis adsint etiam alia instrumenta celebrata à solo Abbate, per hoc non excluduntur alia, hoc
4 enim potius Abbati imputandum est. Aliud. n. est † secundum Dominos, dicere, monasterium caret conuentuali obseruantia, aliud caret conuentu. Et hoc secundũ quicquid sit de primo, non verificatur, quia semper retenta fuit quædam species & forma conuentus, cùm semper in dicto monasterio adfuerint Monaci & Prior, vt etiam ex confessione Marci Antonij met, de qua in 7. præsupposito, & ex actibus constat, licet prædicti Monaci & Prior regulam non seruarent. Idq; tantò magis, quia hęc retentio venit continuatiue ad statum regularem præce-
5 dentem: quo † fit, vt licèt hoc fortasse non esset sufficiens ad introducendum conuentus, sufficit tamen ad illud retinendum & conseruandum. sicut videmus, quòd per vnum retinetur nomen & ius vniuersitatis. l. sicut. §. fin. ff. quod cuiusq; vniu. no. gl. in l. si gregem. vbi Ias. nu. 12. ff. de leg. j. Dec. in c. j. de elect. col. 2.

Non obst. quòd ministerium d. Prioris versaretur solum circa celebrationẽ diuinorum officiorum, & quod in hoc solum à Monacis sibi obedięntia præstaretur. Quia
6 † satis est, quòd erat Prior, licet modica sibi ab Abbate demandaretur authoritas, & quoad obedientiam sufficit, quòd Monaci eam in reliquis Abbati præstarent.

Non obst. quod fuerint creati Priores clerici seculares & fratres diuersi ordinis. Quia licèt id fieri non potuerit, tamen satis est, quòd pro retentione conuentus fuit retentum semper nomen & gradus Prioris, & quod semper adfuerint Monaci, qui, vt ex instrumentis apparet, aliquando etiam more cõuentuali pro negocijs Ab-
7 batiæ congregabantur, vt dictum est. Papa † enim quando sibi fuit narratum, quòd monasterium carebat conuentu, intellexit, quòd totaliter conuentu careret: alioquin verisimile est, quòd multo difficilius redigisset in seruitutem ecclesiam, in qua saltem adhuc remanebat quædam species conuentus, per quam status conuentualis satis conseruabatur, & potius curasset, quòd Monaci reformarentur & religiosè, vt tenebãtur, viuerent.

ALDOBRANDINI.

Tullen. matrimonij. Lunæ, 14. Iunij. 1568.

SVMMARIVM.

1 *Testes omni exceptione maiores esse debent ad matrimonium clandestinum dirimendum, vel illud contractum probandum causa impugnandi aliud matrimonium. & num. 8. vbi de communi.*
Fallit quando non agitur de dirimendo, nec de impediendo. num. 2.
3 *Testes duo ad probationem cuiusque rei sufficiunt regulariter.*
4 *Probatio vltima sufficit, quæ ea dicitur, quæ à legibus, & canonibus requiri solet.*
5 *Probationes faciendas per testes omni exceptione maiores, iura solent exprimere.*
6 *Matrimonium clandestinum potest probari per consanguineos fauore matrimonij ad euitandum peccatum.*
7 *Matrimonium clandestinum probari potest per vnum testem & famam, quæ duo non dicuntur facere probationem per testes omni exceptione maiores. ex communi.*

DECISIO CCIX.

IN proposito dub. Domini latè materiam examinare concluserunt, & sic tres casus esse considerandos.

Primus est quando tractatur de probando matrimonio clandestino ad impugnandum aliud matrimoniũ, vel ad dirimendum ipsummet clandestinum matrimo-
1 nium, & † in hoc casu tenuerunt requiri testes omni exceptione maiores, & quòd in hoc casu loquuntur plures Doct. inferius citandi in secundo casu.

Secundus casus est, quãdo agitur de probando ipsum matrimonium clandestinum, non ad impugnandum, nec ad ipsum dirimendum, & non concurrunt aliquæ
2 circunstantiæ. Et † in hoc secundo casu tenuerunt non requiri testes omni exceptione maiores, nec magis idoneos, sed sufficere testes ordinarios, & hanc dixerunt esse. veriorem opinionem, & magis receptam ex pluribus.

3 Primò, quia regula est generalis, † ad probationem vniuscuiusq; rei sufficere duo testes. l. vbi numerus. ff. de testib. c. in nomine Domini, de testib. Et in dubio à regula non est recedendum, maxime in materia fauorabili. c. fin. de re iud.

Secundò, per tex. in c. 2. de clandest. desponsat. vbi contrahentes matrimonium clandestinum non compelluntur ad obseruationem, si vltima probatio non apparet,
4 ergo † vltima probatio sufficit, & probatio dicitur vltima, quæ à legibus & canonibus solet requiri, sicut alias tenuit Rot. decis. vlt. de præben. in nou. declarando tex. in c. cum de beneficio, de præben.

Tertiò hoc confirmatur, quia quando huiusmodi species probationis sunt faciendæ per testes omni exceptio-
5 ne maiores, iura † solent hęc specialiter exprimere, vt in proposita materia est tex. in c. j. de consang. & affin. & facit c. licet ex quadam, de testib.

Quartò, matrimonium clandestinum valet de iure communi, & perficitur cõsensu, sicut aliud solemne matrimonium. c. j. & ibi not. Abb. de consanguin. & affinit.
6 Immo † dicebatur, quòd matrimonium clandestinum censeri debet esse fauorabile in articulo probationis, vt euitetur peccatum, & ideo probari potest per consanguineos. c. sicut ex literis, de sponsal. per parentes, nisi adsit inæqualitas, c. super eo, il 2. de testib. & per cognatos vtriusque sexus. c. videtur, qui mat. accus. pos.

Quintò allegabantur tradita per Innoc. quem ibi alij communiter sequuntur, in c. 2. de clandest. desponsat. qui dicebat, quòd matrimonium manifestum præiudicat clandestino, & si clandestinum habeat pro se vnum testẽ
7 & famam: ergo † aperte sentit, clandestinum probari per vnum testem & famam, quæ duo non dicuntur facere probationem per testes omni exceptione maiores. tenuerunt Abb. in d. c. super eo, in 7. not. de testib. Arer. cõsil. 13. num. 7. Alex. consil. 146. num. 19. vol. 5. & cons. 143. num. 6. vol. 2. Soci. cons. 17. num. 9 vol. j. Felyn. in c. licet causam, num. 18. de probat. Barbat. cons. 40. col. 7. in fi. vol. 4. & cons. 26. vol. 3. Dec. cons. 163. & 342. nu. 1. Rui. cons. 149. num. 32. vol. 5. & cons. 150. num. 18. & nu. 16. eo. lib. 5. Marsil. in l. de minore. §. plurimum, num. 56. de quæst. Paris. cons. 15. num. 12. vol. 2. & cons. 159. nu. 20. vol. 4. Soc. iun. cons. 29. num. 27. vol. 2. Aufrer. in addit. ad decis. Tholos. in fi. Ferret. cons. 48. num. 1. vbi late attestans esse communem.

8 Nec † obst. quod plures Doct. tenuerint contrarium quòd requirantur testes omni exceptione maiores. vt Ant. de But. Abb. & Præpos. in d. cap. j. de consanguin. & affin. Cępol. cons. crim. 32. col. 3. & cons. ciuil. primo, colum. 2. & cons. 20. Barbat. cons. 4. col. j. vol. j. & cons. 94. col. 2. & cons. 6. col. 5. versic. præterea, vol. j. Felyn. in rub. de sponsal. num. 17. & in c. j. nu. 1. vt lite nõ contest. Dec. cons. 133. num. 2. cum seq. & cons. 310. num. 1. Rui. consil. 138. num. 7. vol. j. Paris. cons. 13. num. 31. & cons. 54. col. 2. Bertran. cons. 122. versic. item non est omittẽdum,

vol. j.

vol. j. in nou. Marsil. cons. 128. num. 17. Gram. cons. crim. 26. num. 48. Soc. cons. 86. num. 6. & cons. 88. num. 8. volum. 2. Bero. q. 55. circa fin. Grat. cons. 2. num. 2. & nu. 34. vol. 2. Siluan. cons. 30. nu. 7. Ferret. cons. 51. num. 4. Aym. consil. 165. num. 2. Couar. lib. 4. decret. parte 2. cap. 8. §. 12. num. 7.

Quia respondetur, quod aliqui ex prædictis sunt sibi ipsis contrarij, vt apparet ex supradictis locis, & prima opinio melioribus rationibus fulcita est. Secũdò respon detur, quòd prædicti Doct. loquuntur in primo casu, vel saltem sunt intelligendi in eo, quia omnes fere mouentur per d. c. licet, de consang. & affin. quod loquitur, quando agitur de dirimendo ipsum matrimonium.

Tertius casus est, & is propius accedit ad propositum dubium, quando tractatur de probando matrimonium clandestinum simpliciter, & vltra qualitatem clandestinitatis adsunt aliæ circumstantiæ, quæ ipsum contractũ possunt reddere suspectum, & in hoc casu Domini nil determinarunt, tum quia volunt eum particulariter & specialiter tractare, tum quia pro parte D. Ghiliberte allegabantur circumstantiæ adiuuantes matrimonium. Ideo ordinarunt, quòd detur dubium appositis circumstantijs vtriusque partis, faciẽtibus ad hoc propositum.

O R A D I N I.

Vrbeuetan. castrorum. Veneris, 22. Iunij. 1571.

SVMMARIVM.

1 *Veniens contra conuentionem agendo exceptione repellitur. & Decis. seq. num. 1.*
Immo etiam si excipientis non interesset. num. 2.
Fallit, nisi veniens contra haberet ius adeo clarum, quod nulla exceptione posset remoueri. num. 3.

DECISIO CCX.

FVit conclusum, D. Iuliam & litis consortes potuisse obijcere cõtra D. Lucam de eius contrauentione',
1 quia possident, & † clarũ est defendere suam possessionẽ excludendo D. Lucam, qui nullũ ius habet. l. fin.
2 de rei vendic. cum concor. & † hoc procedit etiam quod aliter non interesset prout limitãt Doct. alleg. per Tiraq. citatum pro Luca, & per not. à Sarnen. in reg. de non tollen. iur. quæst. in 2. quæst. vbi declarat decis. Ægid. alleg. pro Luca. propterea Lucas qui agit, dicitur dare de iure tertij, hoc est filiorum suorum illegitimorum & Dianæ eius vxoris. Vnde non debent cum eo excludere mulie-
3 res, & maximè, † quia illud ius non est clarum, & illæ personæ non sunt in causa. Reliqua autem quæ dicuntur, speciali inspectione indigent. Ideo ad allegata addebant aliqui, quòd agitur de interesse d. Iuliæ, quia cùm non veniant filij & soror Lucæ, subintrat ius d. Iuliæ, & litis consortium.

O R A D I N I.

In eadem Vrbeuetan. Veneris, 11. Ianuarij, 1572.

SVMMARIVM.

1 *Agens ex ea cõuentione, cui contrauenit, non põt se iuuari.*
2 *Clausula, rato manente contractu, non prodest contrafacienti.*
3 *Clausula, toties quoties, operatur vt pœna pluries committatur, & peti possit.*
4 *Clausula, qua pœna, intelligitur in fauorem obseruantis, non autem contrauenientis.*
5 *Dictio, semper, intelligitur omni casu. & Decisio. sequen. num. 5.*
6 *Pœna quando succedit loco rei, habetur pro obseruatione contractus.*

DECISIO CCXI.

FVit terminatum, quòd D. Lucas non possit se iuuari conuentione prædicta agendo ex ea, † quia ip-
1 se contrauenit. & hoc probatur ex pluribus regulis iuris communis. iuxta not. in l. cum proponas, la 2. C. de pact. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. in l. qui fidem. ff. de transact.

Non obst. primò clausula prædicta, rato manente cõtractu, quia † ea non prodest facienti & venienti con-
2 tra contractum, sed obseruanti illum. glos. vltima, communiter approbata ibi in d. l. qui fidem, & in l. cum proponas, cum concord.

Non obst. clausula, toties quoties, &c. iuxta opinionẽ Salyc. in l. quoties, la prima, num. 6. C. de fideicommiss.
3 Quia † eius opinio videtur reprobata, vt per Alex. in l. semel mora, num. 4. & 5. ff. soluto matrim. & notabiliter tradit Riminal. in d. l. cum proponas. & in cons. 22. lib. primo. vbi dicit ita iudicatum. Corn. cons. 51. lib. primo. Quia illa clausula operatur, vt pœna pluries committatur, & peti possit, & sic vt noceat contrauenienti, nõ aũt vt ei prosit. Non obst. clausula, qua pœna soluta, &c.
4 quia † similiter illa intelligitur in fauorem obseruantis, non contrauenientis. Alex. cons. 132. col. j. versic. circa secundum dubium, lib. j.

Nec obst. dictio, semper. Quia † intelligitur omni casu in fauorem obseruantis.

Minus obst. quòd pœna habeatur pro obseruatione
6 contractus, quia † hoc procederet, quando pœna succedit loco rei, quod non est hic. Quia pecunia non succedit loco castrorum. & hæc opinio visa fuit Dominis magis communis. Accedit quod Salyc. in d. l. cum proponas, in fi. non videtur simpliciter transire cum eo quod dicit in d. l. quoties, &c.

ALDOBRANDINI.

In eadem Vrbeuetan. Veneris. 29. Ianuarij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Clausulæ omnes in contractu appositæ intelliguntur in fauorem obseruantis.*
2 *Pœnitentia non habet locum in contractu nominato, nisi re integra.*
3 *Clausulæ etiam prægnantes non prosunt contrafacienti, ex magis communi, nisi expresse exprimatur à parte. numero sequen.*
4 *Partes exprimere debent, quòd clausulæ etiam prægnantes prosint contrauenienti.*
5 *Dictio, semper, tollit illam dubitationem, quòd clausula, toties quoties, non restringatur ad binam contrauentionem.*
6 *Stipulatio generalis, pro omnibus quorum interest, intelligitur de obseruantibus.*

DECISIO CCXII.

DOmini perstiterunt in resolutione iam facta 11. Ianuarij. 1572. Intellexerũt enim omnes clau-
1 sulas † de quibus in dubio, in fauorem obseruantis,

uantis, iuxta glo. in l.qui fidem.de transact. cum ibi no. per Bar. & alijs pro parte mulierum allegatis.

Non ob. quòd simus in contractu nominato, in quo propter contrauentionem non est locus pœnitentiæ.
2 Quia† id procedit, quando ille qui iam pro parte sua adimpleuit, agere vult: debet enim tunc agere ex contractu nec ab eo resilire potest, sed quando ille qui non adimpleuit, agit, excluditur per exceptionem non adimplementi etiam in contractu nominato. l. Iulianus. §.offerri.ff.de actio.empt. Dec.in l.cum proponas, la secoda, num.7.versic.tertio fallit.C.de pact. Minus obst.
3 pregnãtia clausularum.Nam† quicquid dicunt Salyc.in l.quoties.C.de fideicommiss.Bart.& Imo.in l.semel mora.ff.soluto matrim.cum alijs per eum allegatis, contraria opin.est magis recepta, vt per Alex.in eadem l.semel mora.Rimin.in d.l.cum proponas, la seconda, col.pen.
4 & fin.C.de pact.& cons.122.lib.j.quãdo†enim partes volunt, quòd hæ clausulæ prosint etiam contrauenienti, exprimere debent, vt bene animaduertit Pract. Pap. in forma libel.ad compromissum.§.parti attendenti, nu.6. nec tex.in l.Labeo.§.fin.ff.de arbit. facit cõtrarium,cùm solum probet,quòd pœna ex partium conuentione,non tantũ semel, sed pluries committitur. Et quamuis Doct. pro parte mulierum allegati non loquantur expresse, quando omnes hæ clausulæ simul iunctæ sunt, tamen si singulæ de per se hanc habent interpretationem, eãdem etiam habebunt simul iunctæ, cùm semper vigeat eadem ratio ita interpretandi.

Nec sunt propterea superfluæ, nam in primis clausula, toties quoties, facit vt non solum semel, sed pluries committatur pœna si pluries fuerit contrauentum, vt per Rimin.in d.l.cùm proponas.la 2. Dictio,semper,tol-
5 lit illam dubitationem, † quòd clausula, toties quoties, non restringatur ad binam contrauentionem, de quo controuertunt Doct.vt per Tiraq.in §. hoc sermone.nu. 49. Et in omnem euentum dicebant nõ esse superfluas, cùm intelligantur semper, & in perpetuum ad fauorem tantum obseruantis, non autem contrauenientis, cui non est verisimile, quod contrahentes prouidere voluerint,cùm tota hæc dispositio in eius odium, & pœnã sit apposita, & non est nouum, ꝙ istæ dictiones à subiecta materia recipiant interpretationem.l.j.ff.pro soc.

Non enim mouebat Dominos, ꝙ ex ista interpretatione fiat contra mentem contrahentium,qui bona noluerunt deuenire ad fœminas, nisi deficientibus masculis etiam spurijs, quia pariter dicebant esse contra mentem ipsorum, quòd ad alienantem, & contrauenientem deueniant. Dicebant etiam id non prouenire ex hac interpretatione, sed ex casu, qui ita tulit, ꝙ mulieres essent in possessionem.

6 Nec etiam stipulatio † generalis, pro omnibus quorum interest, quia intelligitur, pro omnibus obseruantibus quorum interest. gloss.in d.l. qui fidem. de transact. Nec in præsenti casu est necessaria declaratio, quæ tunc requiritur, quando quis agit ad caducitatem, & reus cõuentus,qui contrauenit, possidet: sed quando alius possidet, & contraueniens agit, potest repelli absque alia declaratione,ex reg.§.offerri.l.Iulianus.

Non obst. quòd qualitas requisita à contrahentibus, non insit his mulieribus licèt sint hæredes Berardi, medijs personis Ioã.Pauli,& PauliPetri.Quia obiectio procederet fortasse si mulieres agerent ex ista conuentione. Sed cum Lucas agat ex hoc pacto, possunt mulieres conuentæ fundando se in ipsarum possessione, de hac inobedientia opponere, quia ad eam opponendam non est necessaria qualitas masculinitatis.

ALDOBRANDINI.

Nullius iurisdictionis de Stepa. Die 15.Nouembris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Clausula,quorum tenores,operatur effectum etiam in gratia ad postulationem partis concessa.*

DECISIO CCXIII.

Domini reiecerunt omnes subreptiones allegatas pro parte Prioris, excepta illa, an ex quo in literis Clementis narratur facultas alienandi iurisdictionem, & postea subijcitur quòd Sereniss.Principissa alienauit iurisdictionem ecclesiasticam, in sequendo tenorem Bullæ Clementis Papæ, intelligere & existimare potuerit, fuisse à Clemente concessam facultatem alienandi huiusmodi iurisdictionẽ ecclesiasticã. Et q de hoc dubitabãt, ea rõne dubitabãt qa cũ in hoc casu agatur de ꝓiudicio tertij, Papa nõ mandat recõpensam Prio ri, nec etiam eius consensum requirit. quod tamen in eadem Bulla facit in omnibus alijs casibus, in quibus agitur de ꝓiudicio tertij.Nonnulli tamen ex Dominis ad hoc respondebant,quòd Papa non se firmauit super hac narratiua, nec narratur solum quòd Principissa alienauit hanc iurisdictionem insequendo tenorem præfatarum literarum,sed quod alienauit huiusmodi oppida. Vnde narratiua verificatur quoad oppida, & licet in aliqua parte huius vniuersitatis alienatæ fuerit excessum, tamen Papa id non habuit in consideratione,ex quo voluit confirmare hanc alienationem,etiam quod esset excessum in forma & quantitate. Quod tantò facilius in isto casu procedit, ex quo in bulla adest clausula, quorũ
1 tenores, †& nihil narratur quod contrarietur literis Clementis, quæ clausula operatur effectum suum etiam in gratia ad postulationem partis concessa. Cassad. decis.10.super reg.

Quoad præiudicium dicebant,illud à Papa non fuisse habitum in consideratione in hoc particulari, quia dismembrat & applicat hanc iurisdictionem sibi, datq; Episcopis ad hunc effectum, & quod iurisdictio ad militiam, Præceptorem, Priorem & conuentum, vel ad quemcunque alium pertineat, ex quo deprehenditur,ꝙ Papa non habuit in consideratione hoc præiudicium. Cassad.de priuil.decis.prima. Et quamuis narretur possessio centuriorum & coronæ regiæ, horum omnium tamen dixerunt Dñi hoc non referre,quia hæc est narratiua quæ potius debuit retrahere Pontificem ad concedendum, cùm narretur quædã laicalis intrusio in iurisdictione ecclesia,& consequenter non verificanda. Ægid. decis.4. Sicuti non ob.fuisse narratum,quòd Principissa dismembrauit hanc iurisdictionem. Quia hoc verificatur ex instrumento venditionis, & sic narratiua quæ sonat in factum,de facto etiã verificatur. Et quamuis non narretur possessio Prioris,hoc non fuit necessarum, cùm Papa omnino præiudicare voluerit obtinenti huiusmodi iurisdictionem quicunque ille fuerit.

ALDOBRANDINI.

Claramonten.monasterij. Mercurij, 20.Octobris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Regula,quòd spoliatus ante omnia sit restituendus, non procedit in illegitimo, & incapace.*

Confessio

2 *Confessio qualificata videtur habere præsumptionem iuris contra se, nisi qualitas illa probetur.*
3 *Literæ expeditæ super gratia non sunt necessariò expediendæ super dispensatione in eadem gratia contenta.*
4 *Dispensatio si est facta super defectu, & non additur dispensatio dispensationi, sed fit exclusio eius super quo fuit dispensatum, tunc non est facienda mentio de tali defectu.*
5 *Dispensationes non requiruntur vbi de spolio agitur, secus in his quæ per expeditiones solent limitari.*

DECISIO CCXIIII.

Fvit tentum,Tiberium esse restituendum, cum habeat regulam pro se, quòd spoliatus ante omnia restitui debet. Nec obst.quod talis regula nõ pro-
1 cedat † in illegitimo & incapace,vt est Tiberius, ad not. in c. constitutus,de fil.presbyter. Quia omisso, quòd de ista illegitimitate non constat in actis per confessionem Tiberij,de qua in Bulla, quæ confessio cùm non sit simplex,sed cum qualitate, quòd est sufficiẽter dispensatus, probat: & propterea secundum Dominos non videtur posse scindi. ad not.per Bart.in l.Aurelius. §.idem quæsiuit.ff.de libert.legat. quod tamen posset habere difficul-
2 tatem, quia † talis confessio videtur habere præsumptionem iuris contra se,cùm dispensatio non præsumatur: dicebant tamen Domini constare de dispensatione ex apostolica prouisione monasterij ad fauorem eiusdem Tiberij,vt constat ex lectura dictæ prouisionis.

Et quamuis in ea narretur dispensatio ab eodem Tiberio obtenta cum esset in 12.anno, tamen, vltra quod gratia in spolio non est iustificanda in actis, licèt possit habere difficultatem, an capiat monasteria præsertim consistorialia, Tiberius non se fundat super hac dispensatione, sed super ea quam habet in prouisiõne. hanc autem producit solum ad verificationem nar-
3 ratorum. Et † cùm super gratia sint expeditæ literæ,non sunt necessariò expediendæ super dispensatione in eadem gratia contenta.

Non obst.quòd male sit promotus ad clericatum,] cũ non sit facta mentio de Vicario cum ordinante quod esset illegitimus, quia quando quis est dispensatus super defectu & non additur dispensatio dispensationi, sed fit exclusio eius super quo fuit dispensatus, vt est in hoc casu, in quo insignitur clericali caractere is qui ad id est
4 dispensatus, † tunc non est facienda mentio de huiusmodi defectu. vt per Gemin.in cap.2. num.5. de fil.presbyter.in 6. Rot. decisio. 3. in antiq. eodem titulo, cum alijs allegatis.

Nec secundum Dominos obstat regula, quòd dispensationes non suffragentur literis non expeditis, quia placuerunt ambæ responsiones datæ pro parte Tiberij,
5 quòd videlicet illæ † non requirantur, vbi de spolio agitur, & quod ea regula habeat solum locum in dispensationibus quæ per expeditiones solent limitari ex allegatis.Sicuti non obst.quod clausula non alias &c. non operetur in fauorem illius qui sciens defectum tacuit, quia de hoc habuit Tiberius probabile dubium, vt constat secundum Dominos ex difficultate quam in Rota habuit hęc materia, & ignorantia iuris præsertim tam dubij excusat saltem, vbi quis tractat de damno euitando, ex allegatis. Et cum stante dicta clausula, nec alias, &c. ius nunquam fuerit abdicatum à Tiberio, non potest negari decretum concilij loquentis in futurum, & non annullans prouisiones iam factas. Fuit tamen dictum, quòd si Illustriss.D.Cardinalis velit super his de nouo audiri, audiatur, quia pro eius parte fuit multũ debiliter informatum,& etiam nonnulli ex Dominis qui non viderant, non dederunt vota.

ALDOBRANDINI.

Veronen.monasterij Sancti Zenonis. Veneris, 18.Martij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Cessio litis & causæ non venit, nec iurium, ratione mixturæ,appellatione cessionis rei, vel plurium rerum simpliciter factæ.& de ratione vide num.6.*
Immo nec etiam in materia odiosa.
2 *Appellari ab interlocutoria potest, quando grauamen est ita coniunctum cum negocio principali, quòd ab eo separari non potest.*
3 *Dispensatio vnitè facta ad duo beneficia curata, dicitur esse inseparabilis.*
4 *Statutum prohibens dici de nullitate post annum, non habet locum in nullitate annexa spolio.*
5 *Dispositio de simplici loquens ratione mixturæ cessat in pluribus vnitis simplicibus, vel in eorum aliquo, cui adiuncta sit aliqua qualitas, quæ faciat cessare rationem disponendi in simplici.*
6 *Fraus quæcunque, & litium oriendarum, & protelandarum occasio in qualibet resignatione debet remoueri.*
7 *Resignatio etiam beneficiorum pacificè possessorum comprehenditur in clem.de resignat.*
8 *Ratione cessante propter quam forma est introducta, non cessat formæ obseruatio.*
9 *Cessio litis & causæ quando ceditur iuri, dicitur quodammodo expressio eius quod tacitè inest.*
10 *Dictiones, omnia, & singula, vniuersaliter sunt intelligendæ.*
11 *Clem.de resign. loquitur etiam de cõsensibus Cardinalium, qui à notarijs admittuntur.*
12 *Cedula consensus data notario cameræ Apostolicæ tollit omnem suspitionem. sed contrarium videtur. num. sequen.*
13 *Fraudes consideratæ in clem. de resign. comprehendunt etiam notarios cameræ Apostolicæ.*
14 *Consensus præstari dicitur in resignationibus, quando cedula peruenit ad manus notarij, cum termino tamen sibi imposito annotandi consensum prædictum.nu.15.& 16.*
15 *Præceptum affirmatiuum ignorantem non ligat.*
16 *Constitutio clem.de resign.loquitur de consensibus, qui ad manus notarij perueniunt.*

DECISIO CCXV.

Domini quoad primam prætensionem, quòd clementina non intrat in cessione litis & causæ & iuris, inclinabant contra Illustriss.D.Cardinalem Comendonum. Stante enim resolutione alias in hac causa facta, quòd tot sint cessiones, quot sunt res, quibus in cedula Illustriss. D.Cardinalis Farnesij cedi-
1 tur, quomodolibet,ex dictis cessionibus de per se † iudicatur,& consequenter talis mixtura non habetur in consideratione.Ruin.post alios cons.41.num.5.lib.3. quòd procedit etiam in materia odiosa.l.si ita.ff.de iniust.rup. testam. Soci.in l.2. num.6. ff.de verb.oblig. Corn.consil.66.num.5.lib.j.

Non obst. quòd regula de non appellando ante diffi-
2 nitiuam non habeat locum,quando † appellatur ab interlocutoria, & vnà cum dicta appellatione committitur negocium principale, vt per Sarnen. de impetran.

benef.

benef. per obit. famil. Card. q. 15. prope fin. Quia commisso negocio principali videtur inseparabilis commissio grauaminis à dicta commissione negocij principalis, cum intentio committentis sit circa commissa non diuidere iurisdictionem & causę continentias, sicut etiam in decis. Cassad. 55. super reg. videtur dispensatio inseparabilis à prouisione, quia† si Papa confert curatum habenti aliud curatum, & vult quod prouisus ambo retineat, non potest separari à tali prouisione dispensatio. Et idem dicebant in terminis statuti vrbis prohibentis dicere de nullitate sententiæ post annum, quòd non habet locum, † quando nullitas est annexa cum spolio, nam spolium & nullitas in eo casu sunt inseparabilia, quia spolium causatur à nullitate. Aliqui tamen circa hoc contrarium tenebant, quia Rota hanc materiam mixturæ vt ipsi dicebant, non est solita ita subtiliter practicare, vt per Sarnen. & Cassad. supra allegatos.

Secundò, quia vnitis pluribus simplicibus, vel alicui simplici adiuncta aliqua qualitate, quæ faciat cessare rationem disponendi in simplici, † tunc indistinctè ratione huius mixturæ cessat dispositio de simplici loquens. Aret. in d.l. secunda, nume. 4. de verborum obliga. Galliaula num. 22. Bologn. num. 37. 38. & 177. Vnde secundum ipsos, cùm ratio ita disponendi in cessione iuris fuerit, ne lites fiãt immortales, vt legitur in clementina, si huic cessioni iuris adiungatur cessio litis, adiungetur consequenter quædam alia qualitas vel aliud simplex, quod facit cessare rationem disponendi in simplici cessione iuris. Ad quod tamen respondebatur per tenentes contrariam partem, quòd à Iulio, Leone, & Clemente qui hanc constitutionem ediderunt & extenderunt, non † fuit solum habita ratio protelationis litium, sed quarumcunque fraudum, quæ circa huiusmodi resignationes adhiberi possint, quas omnes præcidere voluerunt, vt constare dicebant ex illis verbis, quæ fiebant, vt in dictis libris, nec fuit habita solum consideratio ad præiudicium collitigantis, sed etiam cęterorum per obitum impertrantium: habet enim † locum constitutio etiam in resignatione beneficiorum paficè possessorum.

Et quamuis in isto particulari casu cessaret omnis fraus, tamen dicebant, quòd cum hæc constitutio stante decreto irritante, det formam circa hmõi extensionem, Felyn. in c. cum dilecta, in 5. fig. de resi. Iaf. in l. j. nu. 14. ff. de liber. & posthum. cessante † ratione propter quam forma fuit introducta, non propterea cessat formæ obseruatio. Aret. in l. 2. col. 5. versic. tu autem aduerte. vbi de communi testatur. ff. de vulg. & pupil. Tiraquel. cess. caus. limit. 37. maxime, quia licet sit maior ratio in vno quã in alio ex simplicib. per hoc non tollitur, quin mixtũ comprehendatur sub dispositione de simplici loquente. Grat. conf. 134. num. 57. lib. j.

Idq; tantò magis ponderando illa verba vniuersalia, in quascunque cessiones, resignationes, vnionum dissolutiones, & alias actiones quæ omnia comprehendere videntur, præsertim, quia † cessio litis & causæ quando ceditur iuri, dicitur quodammodo expressio eius quod tacite inest, argumento eorum quæ tradit Imo. in c. veniens, de renuncia.

Quo verò ad prætensionem, quòd consensus esset extensus eadem die qua fuit exhibita cedula notario, Domini non fuerunt concordes: nonnulli enim dicebant clem. intrare hoc non obstante, quia ea loquitur secundum eos non solum generaliter, sed vniuersaliter in omnibus & singulis consensibus, quæ † dictiones nihil excludunt, immo potius omnes consensus etiam cum suis qualitatibus includere videntur. Glos. in verbo, omnia & singula, in cap. vt circa, de electio. in 6. vbi Franc. numero 8. considerando præsertim illa verba, etiam alibi scriptis, quæ in hoc consensu alibi scripto verificari possunt: & rursus, quomodolibet etiam tacitè præstitis, & mente retentis & gestis, quæ videntur comprehendere quoscunque consensus, quocunque modo, siue coram Notario cameræ vel cancellariæ, siue alibi præstitis, iungendo maximè cum istis verbis verba præcedentia extensionis Leonis, ibi, quas per eos admitti, seu fieri contingat, quæ cum non sit dubium, quòd intelligantur de consensibus præstitis super resignationibus, demonstrant secundum ita tenentes, quòd † clem. loquitur etiam de consensibus Card. qui à Notarijs admittuntur, maximè, quia etiam in istis nõ videtur oĩno cessare occasio fraudis. Nã Cardinales possent, si vellent, occultare cedulam vel dare eam alicui notario, qui non esset Notarius cameræ vel cãcellariæ, qui Notarius eam occultare teneretur, vt postea quãdo sibi videretur, eam porrigere posset Notario cameræ vel cancellariæ, qui consensum prędictum extenderet, & ita beneficia in plures personis retineri, cui tamen faciendi constitutio obuiare voluit. Et hoc secundum aliquos non † potest habere difficultatem in hoc casu, ex quo præsupponebant, cedulam datam fuisse per Illustriss. D. Cardinalem Farnensium Notario cameræ per quam consignationẽ prædictus Illustriss. D. Cardinalis tunc videtur fecisse totum illud, quod in eo fuit, & consequenter re vera tunc etiam censeri posse videtur. & propterea si qua culpa adest, eam dicebant parti imputãdam esse, quæ prius non curauit afferri cedulam Notatio, quæ omnia dicebant circumscripto stylo, de quo particulariter voluissent videre.

Aliqui in contrarium tenebant. Et mouebantur, quia in primis † clementina condita fuit ad obuiandũ fraudibus, vt ex illius prohemio & dispositione clare apparet. Item considerabant, quòd constitutio Iulij à Clemente relata, loquebatur tantum de fraudibus, quæ fiebant à Notarijs cameræ, Leo verò postea locutus fuit de Notarijs cameræ & cancellariæ. Vnde ex his & ex tota lectura istius constitutionis inferebant, quòd ea loquitur cum Notarijs, & de consensibus qui coram Notarijs præstantur.

Secundò mouebantur propter illa verba, à die præsentationis eorundem consensuum, tunc enim† re vera secundum eos præstatur consensus, quando cedula peruenit ad manus Notarij, quia ad hunc finem est facta, sicuti quando Dominus constituit procuratorem ad consentiendum, hoc ipso saltem consentire videatur. l. Paulus per procuratorem. ff. de acquiren. hæred. in quo tacito consensu etiam si disponeret clementina, sequeretur, quòd iste consensus non posset annotari post quindecim dies à die datæ cedulæ, quod tamen absurdum esse ita tenentibus videbatur. Quam opinionem comprobabant, quia hæc constitutio videtur habere respectum ad annotationem consensus, qui fieri debet per Notarios, qui dum debebant consensus annotare in libris, alibi annotabant: & propterea vult, quòd in prædictis libris cameræ intra illud tempus scribantur & annotentur, vt apparet ex constitutione Iulij, ibi, hæc in ordinarijs & authenticis libris supplicationum adnotabãt, & ibi, aliter quam in dictis libris annotatus, & ibi, nisi prius in libris authẽticis adnotati fuissent. Et in constitutione Leonis ibi, & postmodum de die qua resignationes à tergo supplicationum adnotatæ fuerant, & rursus ibi, in libris authenticis adnotantur, & ibi, qui in libris prædictis infra tempora prædicta in posterum non adnotentur, & in alijs locis, vt ex lectura prædictæ constitutionis

constitutionis liquet. Et hæc interpretatio secundum eos sine aliqua difficultate procedit, ex† quo huiusmodi constitutio loquitur affirmatiue, mandando Notarijs quod infra terminum ibi statutũ huiusmodi consensus à die præstationis eorumdem adnotent, quod affirmatiuum præceptum nullo modo potest ligare eum Notarium, ad cuius manus & notitiam non peruenit.

Nec eis placebat responsio data quod Notarius priuatus existat, ex eo quia male facit extendendo consensum post lapsos 15. dies, quia pœna excommunicationis imponitur transgressori præcepti affirmatiui. Mandatur enim Notarijs, quòd sub pœna excommunicationis infra illud tempus consensum adnotent. Dum igitur hoc affirmatiuum præceptum necessariò sit intelligendum de his consensibus, qui ad manus Notarij peruenerunt, necessariò † etiam secundum eos sequitur, quòd de illis tota constitutio loquatur, maximè quia per dictam constitutionem præfigitur terminus ad adnotandum consensus de quibus Notarij rogantur, & consensus ab ipsis admissos. Sicut ergo in primo consensu de quo rogatur Notarius, terminus non currit nisi à die rogitus consensus, vt dictum est, ita in secundo currere non debet, nisi à die rogitus talis admissionis, vt ambo determinabilia æqualiter determinentur. Quæ omnia adhuc ea ratione comprobabant, quia hæc constitutio non annullat cessionem ad consensum adeo vt alius consensus præstari possit. Crescen. super reg. Cùm igitur scriptura hæc semper loquatur. l. Arriani. C. de hæret. & voluntas semper durare præsumitur. cap. maiores, de bapt. quando scriptura hæc Notario præsentatur, iterum præstatur consensus. Et propterea stantibus ijs difficultatibus Dominis multum placuisset videre stylum, ex quo stylo putabant huiusmodi constitutionem interpretari posse.

ALDOBRANDINI.

Claramonten. monasterij. Lunæ, 22. Iunij. 1573.

SVMMARIVM.

8 *Restitutio spolij non est facienda, quando possessio est fundata in ea causa, super qua litigatur, & spoliatus est actor: alias secus.*

DECISIO CCXVI.

DOmini concluserunt, quòd si dubium intelligitur, an dictus Tiberius sit restituendus ad monasterium antequàm expediatur causa super nullitate pensionis, & tunc Cardinalis non tenetur restituere, quia † causa nullitatis est præiudicialis huic causæ restitutionis, in qua Tiberius est actor, & non potest se fundare in nullitate pensionis, quam ipse impugnat, donec succubuerit in ista impugnatione. cap. ex eo, de regulis iuris, in sexto. Felyn. in cap. capitulum, de rescript. Et ita fuit ordinatum, quòd causa nullitatis expediretur, & fuit tentum in causa Cęsaraug. coram Decano. Si verò intelligitur dubium ad effectum istius iudicij restitutionis, in quo Tiberius agit, & petit sibi restitui Monasterium quod resignauit, cum clausula, non alias aliter nec alio modo. Et isto respectu videndum est, an obstet sibi notorius defectus resultans ex confessione ipsius Tiberij, quod scilicet sit illegitimus, vt in capitulo, constitutus, de filijs presbyteror. vbi Innocentius.

ALDOBRANDINI.

Tharen. pensionis. Lunæ, 21. Maij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Modus prouidendi per administrationem non est maior, nec dignior modo prouidendi in titulum, immo inferior.*
2 *Clausula, & alias, non potest importare maiora expressis. & num. 7.*
3 *Pensio dicitur esse materia odiosa, & tantò magis quando est in quota.*
4 *Administratio episcopatus concessa, intelligitur etiam de simili administratione ecclesiæ Cathedralis. & numero 5.*
6 *Cathedrales sunt speciali nota dignæ, & non veniunt in generali dispensatione.*

DECISIO CCXVII.

DOmini pro maiori parte tenuerunt, sub verbis de quibus in dubio, non comprehendi administrationem respectu Cathedralium ecclesiarũ, sed bene comprehẽdi administrationem respectu aliorum beneficiorum. Ratio quare comprehendatur administratio respectu aliorum beneficiorum, est, quia modus † prouidendi per administrationem non est maior, nec dignior modus, quàm sit prouisio in titulum, immo inferior, quia & commenda & administratio, & vniones, speciales, & similes modi non sunt, nisi quædam palleatæ dispensationes ad euadendam incompatibilitatem ratione tituli. & hoc probabant ex extrauaganti & suppletione Abb. in cap. cum nobis, & cap. querelam, in vltimo notab. de electio. Et propterea cessant quæ deducuntur ab informantibus pro Illustrissimo Domino Cardinali, quòd † clausula, & alias, non potest importare maiora expressis, quia iste modus respectu eorum, quæ in cedula comprehenduntur, non dicitur maior alijs modis expressis.

Quòd verò non comprehendatur administratio respectu Cathedralium (quod tamen maior pars Dominorum voluisset videre particulariter, ex quo informantes pro parte hæredum id petebant & super eo dicebant se particulariter velle informare) fuit duplex ratio. Aliqui enim ex Dominis moti fuerant propter odium huius materiæ, quæ dicitur odiosa pluribus respectibus, tum, quia † est pensio, & pensio in quota, quæ odium auget, & quia est dispensatio, in qua materia verba stricte intelliguntur, nec fit extensio etiam ad maiora ex alias allegatis in alia positione. Et pro hac parte cùm hæc materia etiam plurimum pendeat à stylo, fuerunt addita duo notabilia Cancellariæ in verbo, dispensatio, maximè, quia supplicatio in concessione facta Cardinali Sancti Apollinaris, cui concedebatur Episcopatus in administrationem, benè cadebat, quòd administratio expressa intelligeretur etiam de administratione ecclesiæ Cathedralis, quia intelligebatur de simili, cùm † ecclesia Cathedralis ei daretur in administrationem, & propterea etiam explicitè nominata fuit administratio, quæ ratio cessat in gratia facta Cardinali Pisano, quæ non potest intelligi de simili administratione ecclesiæ Cathedralis, quia nulla ecclesia Cathedralis sibi dabatur in administrationem. Nec obstat quod dictio, seu, implicet, quia in

contrarium est retentis ijsdem terminis Dec. in l. petens, numero 10. C. de pact. Et ponderabant etiam pro hac concessione facta Cardinali de la Cueua in illa Corduben. toties allegata, in qua explicite dicebatur, in titulum, commendam, seu similem administrationem, & sic necessariò intelligebatur de administratione ecclesiæ Cathedralis, quia † cùm sibi in administrationem
5 daretur ecclesia Sipontina, & eidem concederetur retentio, cum omnibus alijs ecclesijs etiam quæ in titulum, cõmendam, aut similem administrationem obtineret, necessariò veniebat administratio Cathedralis, quæ dicebatur similis illi administrationi, quæ sibi concedebatur de ecclesia Sipontina, quod hic non concurrit. & ita respondebant ad decisionem factam in causa Corduben. Roman. consilio 340. sub numero quarto. Sarnen. ad reg. de iud. secundum for. supp. q. 9. in princ. Ioan. Monac. in cap. 4. §. quàmquàm, num. 3. de præben. lib. 6. probatur in c. dilectus, & c. 2. de præben.

6 Aliqui moti fuerunt, quia † Cathedrales sunt speciali nota dignæ, & de eis fieri debet expressa mentio: alioquin in generali dispensatione non comprehenduntur. cap. secundo, & cap. dilectus filius, de concess. præben. cap. quamuis, de præben. in sexto. cum alijs similiter in
7 præcedenti positione allegatis. Et † propterea dicebant, clausulam, & alias, non posse importare maiora expressis, ex allegatis, quibus additus fuit Alexan. consil. 119. numero 6. & cons. 204. num. 4. lib. 2. Aliqui ambas rationes simul impugnabant, & addebant, quòd nec Cancellaria, nec Camera sub illis verbis vnquam exprimeret administrationem respectu Cathedralium.

Nec obst. quòd detur alius modus prouidendi, tum quia immo dantur alij modi, vt per informantes pro Illustrissimo Domino Cardinali, tum etiam, quia etiam si comprehendatur administratio, id est respectu expressorum in gratia, vt sunt monasteria & alia inferiora beneficia, non autem respectu Cathedralium ecclesiarum, quæ sunt speciali nota dignæ, maxime in materia tam odiosa.

ALDOBRANDINI.

Bononien. 20000. Veneris, 8. Iunij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia vt excuset, saltem debet esse probabilis.*
2 *Iuramentum tollit defectum ignorantiæ, & facit scientiam in genere saltem præsumi.*

DECISIO CCXVIII.

DOmini concluserunt, Dominos de Beuilacquis non posse impedire executionem sub prætextu ignorantiæ, quia hæredes Faustinæ fundatam habent intentionem super verbis instrumenti, quod est probatio probata. Vnde si Domini de Beuilacquis vo-
1 lunt se iuuare ex ignorantia, debent † deducere ignorantiam probabilem & excusabilem. Bald. in l. prima. C. ad Macedon. Ignorantia autem ab ipsis allegata non videtur talis, vt afferat excusationem: & quòd non sit excusabilis, secundum Dominos, demonstrant infrascripta. Sacrati enim tenebantur præstare idoneos fideiussores coram Prætore Bononiensi, cuius dicto standum erat circa eorum idoneitates, pro quibus tertio Octobris, 1549. Comes Hyppolitus Beuilacqua mediante persona Bensabini eius procuratoris, cui dederat ad hoc sufficiens mandatum, fideiussit contradicente marito Faustinæ illhinc ad nouem dies. & sic 12. Octobris, 1559. similiter medio eiusdem Bensabini habentis sufficiens mandatum, idem Hyppolitus, & Comes Antonius eius frater se obligant ambo in solidum de nouo. ergo est signum, quòd idem procurator certiorauerat eos de recusatione facta à marito Faustinæ. Non enim verisimile est, quòd alium præstitissent fideiussorem Sacrati, nisi sciuissent primam recusationem. & hæc sine scientia dictorum fratrum fideiussorum agi non potuerunt, ex quo vnus frater se obligabat, & alter simul cum eo, qui prius etiam fideiusserat, & cum etiam isti fuerint 16. Nouembris, 1559. recusati tanquam non idonei à marito & procuratore Faustinæ, qui agit ad causam cum eodem Bensabino procuratore, qui nomine dictorum fratrum fecerat dictam obligationem, & tandem à Prætore Bononien. fuit lata sententia pro non idoneitate: non enim est verisimile, quòd de his prædictus procurator prædictos Dominos non certiorauerit. A dicta sententia fuit appellatum & causa tractata in Cõsil. Ferrarien. vltra annum, in quo consilio fuit producta prædicta sententia Prætoris Bononien. & sæpius allegata, & Sacrati ipsam impugnarunt, & Faustina vt iustam tuebatur, & tandem fuerunt omnia commissa Vicario Ferrarien. qui mandauit exequi prædictam sententiam Consilij Ferrarien. non obstantibus oppositis pro parte Faustinæ. quæ sententia fuit intimata Dominis de Beuilacquis, qui illhinc ad septem dies obtulerunt marito se paratos adimplere omnia pro eorum parte promissa. Vnde cum sententia Bononien. esset producta in actis, & pro parte Faustinæ sæpius allegata, & cùm sententia Vicarij mandet exequi prædictam sententiam Consilij Ferrarien. non obstantibus allegatis pro parte Faustinæ, quæ fundabantur in prædicta sententia Prætoris Bononien. & cum idem esset notarius causæ coram Vicario qui erat in Consilio, fuerunt in supina ignorantia Domini de Beuilacquis, videntes sibi intimari dictam sententiam, si non perquisiuerunt, cùm lata esset, & quænam essent opposita à Faustina, quæ per dictam sententiam reijciebantur, maximè, quia concurrit adhuc, quòd tunc lapsum erat biennium, infra quod ipsi notabilem summam pecuniarum soluere promiserant, quam sciebant se nõ soluisse. & cum esset hoc negocium alicuius considerationis, non est verisimile, quòd ab ipsis aliquo modo non inuigilaretur, præsertim, cum omnes permanerent in eadem ciuitate Ferrarien. in qua hæc tam diu tractata fuerunt. quæ omnia quamuis non essent secundum Dominos sufficientia ad probandum dictam scientiam, reddunt tamen ignorantiam allegatam inexcusabilem, & inuerisimilem: qua
2 propter † cum stante iuramento sufficiat cogitatio in genere, Alexan. consilio vigesimoseptimo, numero quarto, libro primo. cum alijs allegatis, secundum Dominos negari non potest, quin in genere isti Domini de Beuilacquis de his optime cogitare potuerint.

ALDOBRANDINI.

Bononiensis domus. Mercurij, 20. Iunij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Cessio si non constat quo titulo sit facta, simulata præsumitur.*
2 *Cessio quæ fit in fauorem possessoris, non dicitur fieri causa vexandi alios, sed causa se defendendi: & ideo prima non valet, secunda sic.*

Præscriptum

3 *Præscriptum si sit ius agendi, non dicitur præscriptum ius excipiendi.*

DECISIO CCXIX.

QVoniam cõtra cessionem, de qua in dubio, tria potissimum pro parte Dñorum de Bucchis opponebantur. Primũ erat, an cessio esset valida,
1 ex quo non constabat, quonã titulo facta esset, quo † casu præsumitur simulata. l. ab Anastasio. l. per diuersas, C. manda. Et quia Domini de Paleottis dicebant se habere declarationem Antonij Mariæ cedentis, quod cedebat ex causa donationis, Domini dixerunt, quòd tale instrumentum producatur, quia ex eo videtur tolli hæc difficultas: fuit etiam dictum ab aliquibus, quod obiectum procedit in illis cessionibus, quæ fiunt gratia vexandi alios: & propterea illa materia non procedit, quando
2 cessio fit in fauorem possessoris: nam † tunc apparet, quòd impetrans cessionem, non illam impetrat gratia alium vexandi, sed gratia se defendendi. Barto. in l. per diuersas, numero tertio, Alberic. ibidem circa med. Ange. nu. 4. C. mand. & ita etiam dicebant aliqui alias fuisse tentum in vna Anconitan. Coriorum.

Secundum quod opponebatur, erat vitium litigiosi. Sed hoc fundamentum Dominis non placuit, quia hoc ius redimendi virtute pacti appositi in venditione facta à Scarduo, nunquàm fuit litigiosum.

Tertio loco opponebatur præscriptio, cùm huic pacto spatio 30. annorum præscribatur, ex allegatis pro Dominis de Bucchis.

Et quia pro parte Dominorum de Paleottis replicabatur, quòd hæc præscriptio fuerat interrupta per litem agitatam inter Ponticellum & Paleottos, qui Paleotti licet agerent vigore pacti sibi cessi a Bentiuolis, tamen quia Bentiuoli erant in instrumento venditionis factæ à Galeatio de Bucchis Ludouico Scarduo duo rei credendi, interruptio facta ad instantiam vnius proderat alteri. Hoc motiuum Dominis non placuit, quia hæc pacta sunt diuersa, & penitus separata, & habent originem à diuersis personis, & diuerso tempore, ita vt nullo modo possint dici duo rei credendi. Sicut etiam non placuit Dominis, quòd cùm agatur de iure reali, sit necessaria possessio, quia in his sufficit patientia, & negligentia, vt per informantes pro Bucchis. Res igitur quoad præscriptionem reducebatur per Dominos ad duas difficultates.

Prima est, quia licèt sit præscriptum ius agendi, non tamen videtur præscriptum ius excipiendi, cùm tempo-
3 ralia ad agendum sint perpetua ad excipiendum. l. licet, C. de excep. & licèt huic fundamento obstare videretur, quòd cum Antonius Maria cedens non possideret, non potuit transferre ius excipiendi, quod non habebat. per aliquos tamen ex Dominis respondebatur, quòd cùm præscriptio non tollat actionem, sed tantum producat exceptionem, Salyc. in l. sicut, in sexta oppos. C. de præscrip. 30. annorum, sequitur, quòd cedens haberet actionem, quam transtulit mediante cessione in possessorem, cui possessori proderit ius excipiendi in hoc casu, quia prouenit ab illa actione, quæ ipso iure non fuerat sublata. Aliqui tamen dubitabant, an illa regula, quòd temporalia ab agendum, non procedat in præscriptione 30. vel 40. annorum. Quia illa videtur tollere actionẽ quoad quemcunque effectum.

Secunda difficultas fuit, an isti Domini de Bucchis, qui non possident, possint opponere ipsi hanc exceptionem, quia exceptio præscriptionis pacti de retrouenden-
do tendit ad fauorem illius, qui potest conueniri, vt retrouendat, qui est possessor.

Vnde videbatur aliquibus ex Dominis difficile, quòd ille qui non possidet, inuito possessore talem exceptionem opponere possit.

ALDOBRANDINI.

Roman. hæreditatis de Comitibus. Lunæ, 14. Nouembris. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Actiones vt transeãt in fideicommissarium sine restitutione, mora & absentia hæredis requiruntur.*
2 *Interpellatio sola iudicialis contra hæredem non sufficit, ad constituendum eum dolosè absentem, vt actiones transeant in fideicommissarium sine restitutione, sed litis contestatio requiritur, cum num. 3. ex communi.*
4 *Contumax verus & dolosus non appellat: & tamen ille qui comparet, & se defendit, appellat.*
5 *Mandato iudicis non obtemperare, & dolosè se absentare equiparantur.*

DECISIO CCXX.

DOmini in hac propositione dixerunt, quòd ad hoc vt propter moram hæredis in restituendo
1 fideicommissum † actiones transeant in fideicommissarium absque restitutione, Doctores copulatiuè requirunt moram, & absentiam. per tex. in l. sancimus. §. cum autem. C. ad Trebellia. in illis verbis, dolo malo, vel post lit. contestat. vel ante sese contumaciter celauerit, & rursus ibi, per contumaciam abfuerit. Hanc enim opinionem tenent Butriga. in dicta l. sancimus. & ibi Petrus de Bellapert. colum. tertia, versic. dicendum. Cyn. in tertia oppositio. Alberic, numero primo, versic. nec obstat si obijciatur. Bart. numero quarto. Bald. in summario. Salyc. numero octauo. Corn. numero 1. 2. 6. & 11. Fulgos. colum. secunda, numero primo. vbi inquit quod in hærede requiritur turpis occultatio. Castren. numero primo, & tertio. Odofr. in l. prima. §. de illo. ff. ad Trebel. & ibi Bart. Ang. Imo. & Ias. nume. sexto. qui de communi testatur. Et quamuis Soci. ibi faciat quandam distinctionem, eam tamen facit tractans, quando fideicommissarius est grauatus alteri restituere, non quando hæres ipse fuit fideicommisso grauatus. Vnde apparet, quòd dum Rip. in dicto §. de illo. numero
2 septimo, dixit sufficere † in hærede iudicialem interpellationem, eius dictum vel est contra communem Docto. opinionem, vel inaduertenter prolatum, vel intelligendum secundum terminos textus in dicta l. sancimus. §. cum autem.

Quæ opin. videtur multum coadiuuari ex dicto §. cum autem, dum ponẽdo Iustinianus tres illas antiquorum difficultates, inquit, cùm autem aliquis hæreditatem restituere iussus est, & dolo malo, vel post litem contestatam, vel ante se contumaciter celauerit. Et sic videtur præsupponere tex. quòd † sola interpellatio iudicialis
3 non sufficiat, quia alioquin frustra post litem contestatam, & sic post iudicialem interpellationem ponderaretur dolosa absentia.

Secundò, quia Iustinianus ibi profitetur velle decidere quid agendum esset in tribus casibus: si autem statuere, quòd quando hæres non se celat, sed est interpellatus, & se defendit in iudicio, actiones

transeant sine restitutione, non solum tres, sed quatuor casus determinasset.

Tertiò, propter illa verba, per contumaciam abfuerit, quæ videntur satis dura. Et considerabatur ab aliquibus ex Dominis, quòd poterat esse ratio diuersitatis, quia contra contumacem & non comparentem fit semper ea interpretatio quæ ei magis nocet. glos. in cap.
4 secundo, de confess. in sexto. Vnde videmus, † quòd verus contumax non appellat. l. prima. C. quorum appel. non recip. & tamen ille qui comparet & se defendit, appellat. tex. autem in dicto §. cum autem. veram & dolosam contumaciam requirit. Et hinc est, quòd Bart. ibi, & post eum omnes dicunt, necessarium esse, quòd hæres fuerit personaliter apprehensus. Quia tamen hæc materia videtur multum rigorosa, & in iure solent hæc
5 duo æquiparari, non † obtemperare mandato iudicis, & dolosè se absentare. l. prima. §. propter casum. ff. de postul. l. tertia. §. condemnatio. ff. de tab. exhib. l. arbitrio. ff. de dolo malo. l. si plures, in fine. ff. de administ. tuto. cap. secundo, de confess. in sexto. cap. cum contumacia, de hæret. in sexto. & dicto §. cum autem. non excludit alios casus.

Domini volunt videre, an dispositio d. §. cum autem. de iure extendi possit, vt comprehendat etiam casum de quo agitur.

C O T T Æ.

Burgen. Sanctæ Dorotheæ. Veneris, 17. Aprilis. 1573.

S V M M A R I V M.

1 *Capella seu sepultura constructa in aliqua ecclesia præsumitur esse de consensu Episcopi ex longo temporis spatio.*
2 *Argumentum ex vsu ad possessionem non valet, neque è conuerso, neque ex non vsu ad non possessionem, & econtra.*
3 *Possessio sepelliendi non acquiritur per solam immissionem cadaueris.*

DECISIO CCXXI.

FVit resolutum, Dominum Petrum esse immittendum in possessionem sepulturæ concameratæ, & apertæ, in qua situs est Andreas Succentor, ex multis.

Primò, quia per tres sententias in possessorio latas pronunciatum fuit, dictum Petrum esse immittendum in possessionē sepelliendi in maiori ex tribus alijs capellis, in quo dictus Andreas existebat. Et licèt dictæ sententiæ in possessorio latæ absorbeantur per sententias latas in petitorio, tamen specialiter fuit hoc ius sepelliendi seruatum, si quod Petro ex concessione vel constructione competit, quorum vtrunque visum est Dominis hoc casu concurrere. Nam de concessione constat in actis, tum etiam de constructione.

Nec obst. quòd huiusmodi concessio fuerit nulla.
1 Nam † in ista materia fauorabili concurrentibus tot Andreæ benemeritis, quæ licèt ad effectum iurispatronatus inducendi non sufficiant, tamen ad effectum sepulturæ sufficere debent, & concurrente notorietate constructionis, & tot annorum spatio præsumendum est pro episcopi consensu. vt per Ias. in l. si certis annis, num. 10. C. de pact. Dec. cons. 174. numero quinto. cum alijs allegatis.

Secundò apparet, huiusmodi sepulturam fuisse plurium sepulturæ destinatam tam ex coniunctione, quàm ex denunciatione, immo etiam ex instrumento concessionis. Ideo cum impensis Andreæ fuerit constructa ad hunc vsum, non debet Petrus priuari hoc iure sibi ex constructione authoris sui competente. Non obst. id quod præcipuum est fundamentum Monialium, nempe sententias continere Petrum esse immittendum in possessionem in qua Andreas existebat, & tamen ipsum viuum nullam habuisse possessionem in dicta sepultura, licèt ipse solus sit conditus. Quia non bene procedit hoc argumentum,
2 † quamuis enim ex vsu inferatur ad possessionem, tamen è conuerso, ex possessione non arguitur ad vsum, neque ex non vsu ad non possessionem, cùm fieri possit vt quis rem aliquam possideat, & ea non vtatur ad vsum destinatum. Andreas itaque per constructionem sibi acquisiuerat quasi possessionem iuris sepelliendi, maxime concurrente concessione, cùm ex contractu nullo transferatur possessio, & in ea continuauit vsque ad obitum. Et ideo facultas illa transmittitur ad hæredes, vt optime declarat Paul. de Cast. consil. 59. viso puncto, num. 3. lib. secundo. Et in causa Spoletan. paludum coram R. D. Robusterio fuit resolutum, quòd ex desiccatione paludum Ioan. Paulus spoliauerat communitatem. Ideo nihil mirum, si ex constructione fuit quæsita possessio construenti.

3 Nec † verum est, quòd per immissionem cadaueris solum acquiratur huiusmodi possessio, nam neque facilis esset executio sententiarum Rotalium, neque multum satagere deberet Petrus, vt huiusmodi possessionem per tot sententias procuratam adipisceret.

C O T T Æ.

In eadem Burgen. Die 15. Iunij. 1573.

S V M M A R I V M.

1 *Ius sepulchri vt acquiratur, sufficit, quòd episcopus non reclamet.*
2 *Differentia est inter requirere consensum, & non posse fieri ipso reclamante, cuius interest vel interesse potest.*
3 *Episcopi alius consensus non requiritur super iurepatronatus, sed sufficit solus consensus pro ecclesia ædificanda.*
4 *Licentia episcopi construendi sepulchrum sufficit etiam tacita, quæ colligitur quando sepulchrum est in loco patenti, & episcopus non contradicit.*
5 *Differentia inter incorporalia quæ rei non adhærent, & ea quæ rei adhærent.*
6 *Possessio sepulchri dicitur quæsita per constructionem.*
7 *Actus vnus possessorius sufficit ad acquirendam possessionem quoad omnia.*
8 *Possessione vnius rei apprehensa dicitur etiam omnium aliarum rerum apprehensa ad eius vsum destinatarum.*

DECISIO CCXXII.

QVatuor opponuntur contra resolutionem. Primum, quòd fuit præsuppositum fuisse præseruatum ius prouenies ex concessione, cùm tamen non sit præseruata nisi ea concessio quæ articulatur per Moniales. Secundum, quòd Succentor nō fuit bene, sed male meritus de monasterio. Tertium est, quòd intercesserunt solum inter ædificationem & litem

motam sex vel septem anni, ad eo quod non intrat præsumptio, quæ deducitur ex antiquitate temporis. Quarta, quod successor nunquam fuit in quasi possessione, quia ipse, viuente ipso, non fecit aliquem sepelire.

Quibus non obstantibus non est recedendum à resolutione. Nam duo tituli præseruantur in sententia, videlicet, concessionis, vel cōstructionis, & vnus sufficit, quia in alternatiuis, &c. Quam cōstructionem habemus. Nec
1 obst. quòd † requiratur consensus Episcopi, quia licèt Curt. de iure patron. in verbo, ecclesia, num. 16. id obiter dicat referendo Abb. & Host. in c. penul. de sepult. tamen debet intelligi secundum quòd prædicti Doct. loquuntur. Hostien. igitur, in fi. d. c. penul. non dicit, quòd requiratur consensus Episcopi, sed dicit, ego tamen non puto quòd de iure scripto tale ius possint habere laici, episcopo penitus reclamante. Ioan. And. in princ. Episcopo reclamante. Per. de Anchar. num. 5. Episcopo reclamante. Abb. dicit, quicquid sit, Episcopo tamen inuito,
2 laici non possunt tale ius sibi acquirere. Et † longa est differentia dicere, requiritur consensus alicuius, & id nō potest fieri ipso reclamante, vt patet ad sensum. Suadetur ratione, quia omnes isti Doct. & Bur. etiam in d. c. penul. num. 3. dicunt, quòd tolleratur ex gratia ad similitudinem iurispatronatus. Sed in reseruatione iurispatronatus ex ædificatione & fundatione † non requiritur
3 alius consensus Episcopi super iurepatronatus, sed sufficit solus consensus pro ea ædificanda. de quo in c. nemo, de consecra. distinct. prima. Lambertin. fol. 22. à tergo, articulo 3. ergo pariter in hoc casu sufficit solus consensus episcopi, quòd ædificetur, & constituatur sepulchrum, & ita signanter videtur declarare Lambertin. in vltimo articulo, partis primæ, lib. j. fol. 100. à tergo, versic. bene verum est, & versic. & si diceretur. Vbi † quòd
4 requiritur licentia introducendi prædicta in ecclesia, & sic licentia ædificandi & construendi sepulchrum. Quæ licentia satis colligi potest, ex quo sepulchrum est in loco patenti, & Episcopus nō contradicit, vt in simili dicit probari in addit. ad Ioan. Monach. in cap. primo, numero 10. versic. & credo probari, de tempor. ordin. in 6. vbi dicit, quòd credit præsumptiue probari licēt iam Episcopi pro clerico sibi subiecto ordinato ab alio eo ipso, quod eum non inquietat, quod hic caret omni difficultate, ex quo non requiritur consensus, sed sufficit non contradictio.

Quæ dicuntur de benemeritis, nullam fecerunt difficultatem Domini, quia potuit ita credere successor. Et sufficiunt benemerita maiorum suorum, per ea quæ allegantur.

Item quòd non interceserit spatium 10. annorum, tollitur ex primo fundamento, quòd non requiratur consensus Episcopi.

Quòd non esset successor in quasi possessione huius iuris, fuit responsum, quòd longa est differentia in in-
5 corporalibus, † quæ rei non adhærent, vt est electio, pedagium personale, & quid simile, in istis enim bene verum est, quòd vsus est substantia possessionis, & inter incorporalia quæ rei nituntur, vt in hoc casu, cadauer enim infertur in sepulchrum. Vnde videmus quod etiā de iure ciuili pro incorporali datur iudicium possessorium, quia de isto incorporali iudicatur sicut de ipsa re corporali. ita post alios Docto. in locis ordinarijs declarat Tiraquel. de retract. lignag. §. 32. glos. .. numero 79. Secundò fuit responsum, quòd cùm successor con-
6 struxerit hoc sepulchrum, † per talem constructionem dicitur quæsijsse possessionem. Ruin. consil. 54. num. 1. & 2. lib. quarto. Cùm igitur esset in possessione ædificij, erat in possessione illius vsus, ad quem ædificium erat destinatum, vt videlicet, si capiatur possessio domus, nō ita potest dicere quis, volo manuteneri in quasi possessione habitandi, quia † sufficit vnus actus possessorius ad
7 hoc, vt queratur possessio quoad omnia, ex trad. per Dec. cons. 27. num. 19. quod per exercitium vnius actus quis dicitur esse in possessione vniuersali, maxime in eo, qđ habet intentionem fundatam de iure communi. Tiraq. de retract. ligna. §. 36. glos. 3. numero 12. Et apprehensa
8 † possessione vnius rei est in possessione omnium aliarū ad eius vsum destinatarum. Tiraquel. ibidem, nume. 4. Ita & ille qui cepit possessionem sepulturæ, est in possessione vtendi sepultura ad vsum destinatum. Quæ exemplo dicuntur, procederent, si Petrus velit niti solum ex possessione quæsita ex illatione, tunc necessariò esset probare illationem, sed ipse dicit, quòd quæsiuit possessionem mediante ædificatione.

C O T T Æ.

In eadem Burgen. Lunæ, 10. Maij. 1574.

S V M M A R I V M.

1 *Consuetudo præscribendi ius sepulchri est de iure canonico reprobata.*
2 *Argumentum non valet, quòd damnato iure patronatus, censeatur quoque damnata concessio, siue constructio sepulturæ.*
3 *Consensus Episcopi expressus requiritur in iure patronatus: in iure verò sepelliendi sufficit, quòd non dissentiat.*

DECISIO CCXXIII.

FVit tentum, non esse recedendum à resolutis ex his quæ de nouo deducuntur. Nam quod ad testes attinet, deponentes super consuetudine, & legione, ipsi non percutiunt tempus constructionis sepulturæ, de qua agitur, vel dato quòd percuterent, tamen
1 † huiusmodi consuetudo ex sacris canonibus improbatur. cap. ad obedientiam, de sepult. Dec. consil. 215. numero secundo. Hinc est, quòd vbi viget consuetudo, vt pro sepultura detur aliqua eleemosyna, non potest exigi antequàm sepulturæ traditum sit cadauer, sed postmodum eo condito.

2 Quod † verò deducitur, damnato iure patronatus, damnatam quoque censeri sepulturæ concessionem siue constructionem, non valet consequentia: plura enim requiruntur ad hoc, vt quis acquirat iuspatronatus,
3 quàm ius sepulturæ. Et † in iurepatronatus requiritur expressus Episcopi consensus, in iure vero sepelliendi sufficit quòd non dissentiat. Præterea in ista materia non potest cadere læsio, vt alias fuit resolutum in illa Teratenen. sepulturæ, cùm simus in rebus extra hominum commercium positis. Quare causam esse in fauorem D. Petri expediendam placuit.

LANCELLOTTI.

In eadem Burgen. Lunæ, 9. Aprilis. 1576.

S V M M A R I V M.

1 *Factum quod est, præsumitur ex titulo valido, & magis proficuo factum.*
2 *Causam possessionis quis censetur sibi mutare ex superuenienti titulo valido.*

DECISIO CCXXIIII.

Domini dixerunt, constructionem Caruerij non ita censeri factam in vim præcedentis contractus, vt non possit subsistineri ex titulo solius cõ-
1 structionis, cum semper † quid factum præsumatur ex titulo valido & magis proficuo, ex allegatis.

Nec obst. quòd iste titulus non præcedat, sed oriatur simul cum ipsa sepultura, tum quia præcedit dispositio iuris communis tribuens cõstruentibus hunc titulum, vt iam fuit resolutum, tum etiam, quia etiam quod su-
2 peruenisset, nihilominus † ex superuenienti titulo valido quis censetur sibi mutare causam possessionis, non autem se restringere ad præcedentem inualidum. Put. decis. 446. lib. j.

Nec obst. breuitas temporis quæ inter constructionem & litem motam intercessit, quia satis est, quod nec tunc nec postea neque hodie Episcopus reclamauerit. Sicuti nihil facit, quòd Moniales censeantur perdurasse in consensu primo iam reprobato, tum quia ille consensus fuit reprobatus circa ea de quibus Moniales non potuerunt disponere sine licentia, consensu, & authoritate superioris, non autem circa ea quæ potuerant, superiore solum non reclamante, cõcedere. Tum etiam, quia consensus Monialium colligitur ex ipsa sola patientia, quando passæ fuerunt sepulchrum construi, maximè, quia cùm in contractu non concedatur expresè huiusmodi facultas, non potest dici, quòd Moniales restrictiuè perseuerauerint in primo consensu, ita vt nouum non præstiterint, maximè, quia ea semper facienda est interpretatio, quæ actus validitati fauet. l. quoties, de rebus dub.

ALDOBRANDINI.

Parmen. bonorum. Lunæ, 15. Februarij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Verba, ita tamen, sunt limitatiua ad præcedentia.*
2 *Mandatum qualificatum duo distribuere dicitur.*
3 *Verba, & hoc capitulum sit præcisum, imponunt necessitatem statuendi.*
4 *Relatiuum, qui, adiunctum verbo futuri temporis, facit conditionale suum antecedens, cui adijcitur.*

DECISIO CCXXV.

Domini dixerunt recedendum esse à resolutione de qua in dubio, quia licèt statutum, qualiter forasterij possent fieri ciues, huiusmodi ciuium creationem remittat arbitrio Consilij, nihilominus per
1 illa † verba, ita tamen, quæ sunt limitatiua ad præcedentia. l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Trebel. Aym. cons. 25. num. 26. limitatur ab eodem statuto tale arbitrium, ita quòd taliter creati emant infra terminum sibi ordinatum à Consilio domum, &c. quæ verba duo videntur importare præcipua, vnum emendi, & alterum emendi infra terminum statutum à Consilio. Ex quibus licèt non possit verificari secundum, quia terminus non sit statutus, remanet primum. l. Celsus. §. sed & ipse. ff. de arbitr.
2 c. cum dilectus, de dolo & contum. Mandatum † enim hoc qualificatum in duo distribuitur. Abb. in cap. licet, in 9. not. de probatio. Quo stante succedit, quòd taliter creati quàm primum possunt, id adimplere debent, cùm ad factum sint obligati. l. si ita stipulatus essem. §. Sabinus. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig.

Et hoc maximè comprobarunt ex illa clausula in fine posita, videlicet, & hoc capitulum sit præcisum, & præcisè debeat obseruari, quæ ad omnia præcedètia referri debet. secundum reg. l. talis scriptura. §. fin. ff. de leg. primo. quod in hoc casu visum fuit Dominis habere minorem difficultatem propter illa verba, & hoc capitulum sit præcisum, cum capitulum vocent statuentes totum vnum statutum, vt constat ex statuto qualiter statuta possent absolui.

3 Huiusmodi ergo † verba, & hoc capitulum sit præcisum, imponũt Consilio necessitatem terminum statuẽdi, cùm secũdùm Bal. in l. si causam. col. 2. nu. 5. C. de execu. re. iud. posita in statuto denotent, ꝙ adeo sit strictum ius & firmatũ, vt ab eo nullo modo recedi posset, quod non contingeret si posset Consilium nõ præfigendo terminum eximere creatum ab hoc onere, quia recederetur ab ista dispositione statuti, & concederetur Consilio per huiusmodi interpretationem, vt posset tacite illud facere, quod expresse sibi in hocmet statuto prohibetur, cùm sibi tollatur facultas huiusmodi statuto derogandi: hic enim est sensus illorum verborum, ita ꝙ absolui non possit auctoritate alicuius Consilij, vt deprehẽditur ex alijs statutis de quibus in dubio.

Non ob. quòd per statutum detur potestas Consilio impartiendi licentiam vendendi talem domum. Quia statuentes consilij fuerunt de Cõsilio in illo casu, in isto non, per rationes adductas pro parte Lucinæ.

Minus ob. quòd relatiuum, qui, adiunctum verbo futuri temporis soleat importare conditionem, qua defi-
4 ciente deficit dispositio. Quia † dixerunt, quod facit conditionale suum antecedens, cui adijcitur, per no. in l. Stichus qui meus. de lega. 1. quod antecedens in hoc casu est terminus. Vnde licet deficiat terminus, & sic non posset verificari obligatio de emendo domum infra terminũ, non tamen deficit simplex obligatio de ipsam emendo, cùm vt dictum est, duo fuerint statuti præcepta.

ALDOBRANDINI.

In eadem Parmen. Lunæ, 11. Maij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, ita tamen, est limitatiua præcedentium.*
2 *Forma requisita in aliquo actu si non seruetur, actus est nullus.*

DECISIO CCXXVI.

Domini steterunt in resolutis circunscripto, an Domini de Valentibus probent cõcludenter habuisse bona, & domum tempore priuilegij, ex allegatis.

1 Non ob. ꝙ dictio, ita tamen, importet modum, quia cum sit limitatiua, Aret. in l. magister. in fi. C. de colla. limirat potestatem Consilij, vt non possit creare ciues, nisi seruata forma, quę tunc à statuto traditur: formam autẽ statutum inducere apparet ex eo, ꝙ in omnem euentum modus respicit initium actus, & ex decreto irritante statutum, & propter illa verba, & hoc statutum sit præcisum, & præcisè debeat obseruari, Cassad. decis. 10. de
2 rescrip. Quą † forma non seruata, sequitur, quòd actus sit nullus defectu potestatis Consilij, nec tractatur hoc casu de admittenda ciuilitate quæsita, sed de ea quærenda, vt ex supra dictis constat, & propterea cessant, quæ ex Aret. cõsi. centesimoquadragesimoquarto, & Bero. & alijs

alijs, ꝑ parte dñorum de Valentibus deducuntur. Quia illi Doct. semper præsupponũt iam quęsitã ciuiliratem, & quod tractetur de ea amittenda, quod non est in isto casu, tum ex supradictis, tum etiam ex allegatis auctoritatibus Anchara. consi. 169. col. 2. & Dec. consil. 661. sub numero 12.

Nec ob. quòd ciuilitas sit motu proprio, quia ijs Dominis qui viderant ciuilitatem (non enim omnibus fuit data illius copia) non videbatur motu proprio ob verba ponderata pro Lucina. Si tamen super hoc pars velit particulariter audiri, ei satisfiet.

ALDOBRANDINI.

In eadem Parmen. Veneris, 16. Martij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Clausula in fine posita ad omnia præcedentia refertur.*
2 *Capitulum dicitur totum vnum statutum sub vna rubrica positum.*
3 *Interpretatio statuti ex vsu statuentium solet aliquando fieri.*
4 *Extensio vt inducatur, satis est, quòd in casu, ad quem facienda est extensio, milit et eadem ratio, licet non tanta.*
5 *Relatio potest fieri ad omnia præcedentia, nisi diuersa militet ratio.*

DECISIO CCXXVII.

Domini pro maiori parte tenuerunt, clausulã de
1 qua agitur, referendam esse ad omnia precedẽtia, tũ ex regula generali, quòd † clausula in fine posita ad omnia refertur, tum etiam, quia non visum fuit eis, ꝙ illa verba, saluo &c. possint appellari capitulũ,
2 cùm † capitulum nuncupetur totum vnum statutũ sub vna rubrica positũ. Ita videtur dicere Bar. in rub. de nou. ope. nunc. nu. 7. cũ enim in hoc versiculo, saluo &c. qualificetur præcedens dispositio, ea tota dicitur vnum capitulum. Bar. in l. Aurelius. §. idẽ quæsiuit. de lib. leg. Idque tantò magis, quia versiculus iste non videtur habere perfectam orationem, sed pendere à præcedenti oõne, quod satis clare liquet, secundum Dominos, si dematur
3 præcedens dispositio, quæ † interpretario confirmatur ab vsu statuentium, qui sępissimè consueuerunt capitulum appellare totum vnum statutũ positum sub vna rubrica, vt latè deducitur pro Lucina. Tum & tertio, quia cùm vnum statutũ ab alio recipiat interpretationem. l. vtrum. & ibi Ang. ff. de pet. hæred. In statuto qualiter statuta possint absolui, expresse disponitur, ꝙ non possint absolui statuta facta contra obligatos communi. Sed statutum qualiter forasterij possint fieri ciues, obligat creatos ciues communi ad emendum domum, ergo ex hoc alio statuto apparet de enixa mente statuentium, quod statutum etiam in hac parte, in qua creandus ciuis communi Parmæ obligatur, sit præcisum ita, quòd ei derogari non possit, quam etiam mentem ex pluribus verbis eiusdemmet statuti colligebant, & maxime ex illis, ita tamen & ex illis, & nisi ille talis.

Non ob. quod videatur subesse maior ratio, quare statutum in hac vltima parte sit præcisum propter qualitatem personarum in ea contentarum, quàm in prima, ꝙa cũ in isto statuto vnica tantum considerari possit ratio, nempe fauor publicus, licèt propitior, & efficacior hæc ratio militet in vno, q̃ in alio casu, hoc tamen non exclu
4 dit, quin statuti dispositio ita in vno sicut in alio casu locum habere debeat, sicut † videmus in materia extẽsionis, satis esse ad illam inducendam, quòd in casu, ad quẽ facienda est extensio, vigeat eadem ratio, licet non tanta, nec tam efficax. Soc. in l. 2. §. ex his. in 1. not. ff. de verbo. oblig. Corn. in l. vnica, nu. 13. C. de his qui ante aper. tab. Vnde tantò magis id dicendum est in casu, in quo non
5 agimus de non extensione, sed de relatione, in qua † materia regula est, quod ea fiat ad omnia præcedentia, dũmodo diuersa non militet ratio. Bar. in l. talis scriptura. de leg. 2. Hic autem versatur non diuersa, sed eadem ratio publicæ vtilitatis, licèt forte non tam efficaciter, & potenter sicut in secundo casu.

Non ob. quòd quando agitur de actu annullando, nõ fiat relatio ad præcedentia, quia id procedit, quãdo agitur de annullatione actus illius, circa quem controuertitur, an sit facienda relatio ad præcedentia, vel ne. exempli causa, in hoc casu si referas hanc clausulã ad omnia præcedentia, statutum redderetur nullũ, & ita loquitur Dec. in c. 2. requiris. de appel. cum omnibus, quæ allegari possunt, non autem, quando agitur de annullatione alterius actus.

ALDOBRANDINI.

Florentina iurispatronatus. Ven. 25. Iunij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Codicilli dicuntur esse pars testamenti, licèt posteriori tempore conditi.*
2 *Iurispatronatus quasi possessio attenditur, quando agitur de institutione alicuius præsentati.*
3 *Conditio, quæ tollit principalem effectum dispositionis, & reddit eam eluforiam, reijcitur, remanente in cæteris firma dispositione prædicta.*
4 *Præscriptio sine possessione non currit.*

DECISIO CCXXVIII.

Domini tenuerunt, iuspatronatus spectare ad Simonem, nisi Margarita melius probet incum-
1 bentia quo ad præscriptionem, moti ex † codicillis, qui sunt pars testamenti, licèt posteriori tempore conditi.

Non ob. quòd Bartholomęus testator in esse deducto iurepatronatus non potuerit mutare naturã præfati iurispatronatus, quia in actis non constat, quòd inter testamentum, & codicillos intercesserit consensus Archiepiscopi confirmantis huiusmodi iuspatronatus. Immo ex ipsomet testamento apparet, quòd testator hoc negociũ non habuit pro absoluto propter illam clausulam (& hoc scilicet, nisi aliud per dictũ testatorẽ prouideatur.)

Non ob. quasi possessio Margaritæ, quia agimus nũc
2 de proprietate iurispatronatus, non † autem de institutione alicuius præsentati, quo casu attendi solet quasi possessio.

Non ob. reseruatio de qua in codicillis, quòd institutio fieri debeat per Priorem, quia de hoc nunc non agi-
3 tur, nec ordinarius reclamat, & potest † reijci talis conditio, & in reliquis remanere firma dispositio præfata.

Quo verò ad caput præscriptionis, cùm † illa nõ currat sine possessione, Domini dixerunt de ea non constare, quia præsentationes factæ à Margarita, nedum non
4 percutiunt tempus 40. sed nec etiam 30. annorum.

Minus ob. quòd in præsentatione facta de anno 1542. enuncietur præsentatio facta à patre Margaritæ de anno 1528. quia non constat de tali præsentatione, nec talis enunciatio probat in præiudiciũ tertij. Vltra quod si probaret,

probaret, non constat, quòd pater Margaritæ tunc temporis non esset antiquior de familia de Bertis. Cùm igitur Margarita alleget de præscriptione, debet probare omnia requisita.

ALDOBRANDINI.

In eadem Florentin. Lunæ, 27. Februarij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio quadragenaria sufficit ad præscribendum iuspatronatus inter ipsos patronos laycos.*
2 *Scientia ad acquirendam quasi possessionem iuris præsentandi non est necessaria, sed aliquis actus requiritur.*
3 *Bonafides probatur eo ipso, quòd probatur titulus.*
4 *Ignorantia codicillorum præsumitur, qui non reperiuntur in eadem carta.*
5 *Præsentatio vnius patroni præferuat ius alterius venientis eodem iure.*
6 *Præscriptio quadragenaria currit contra ignorantem.*

DECISIO CCXXIX.

DOmini concluserunt Margaritam sufficienter probasse præscriptionem, ita vt Simon Francisci non possit tanquàm senior de familia præsentare, quia in hoc casu concurrũt omnia requisita ad
1 dictã præscriptionem inducendã. Cùm † enim ad præscribendum iuspatronatus inter ipsos patronos laycos sufficiat quadragenaria præscriptio. c. de quarta. de præscrip. Gemin. consil. 123. Corn. consil. 47. nume. 5. lib. 3. Balb. de præscrip. in 1. par. 5. q. princ. q. 9. Lambert. de iurepatron. in 5. art. 11. q. secundæ par. primi lib. requiritur consequenter possessio continuata 40. annorum quę hic adest, vt constat ex quarto præsupposito, supponendo, quòd Margarita fuerit hæres sui patris, ex quo præsentationes factæ tam à Simone eius patre, quàm ab ipsa omnes sortitæ fuerint effectũ. Calder. de iurepatro. consil. 12. Cùm enim non probetur Simonem Franci-
2 sci fuisse in † quasi possessione præsentandi, eius scientia ad acquirendam hanc quasi possessionem non fuit necessaria. Innoc. in c. bonæ. il secondo, de postula. præla. Abb. in c. in literis. nu. 26. de restit. spol. Roch. de iurepatrona. in ver. competens, numero 23. Balb. in l. 1. nu. 16. C. de seru. & aqu. Put. decis. 209. item & secundo, lib. 1.
3 Titulus etiam adest ex testamento, & † bona fides probatur eo ipso, quòd probatur titulus. Barto. in l. Celsus. nu. 17. de vsucap.

Nec codicilli potuerunt inducere malam fidem, quia
4 † ipsorum præsumitur ignorantia, cùm non sint in eadem carta. Doct. in l. fi. C. de codicil. & ita alias fuit resolutum in vna Roman. de comitib. coram Illustrissimo Domino Paleotto, 23. Iunij. 1559. Crot. in §. duo fratres. numero 106.

Sicut nihil facit, quòd capella possideat vineam, quasi ex hoc colligatur effectuatio codicillorum, & consequẽter præsumendum sit, quod Simon pater Margaritæ illorum habuerit notitiam, nam vltra quòd secundũ àliquos ex Dominis, non constat de identitate vineæ, non apparet quis vineã tradiderit capellæ. Et ex hoc solo non vsum fuit Dominis, quòd possit argui prædicta scientia ad effectum inducendi malam fidem.

Nõ ob. quòd præsentatio vnius patroni præseruet ius alterius, quia id procedit, quando veniunt ex eodem iu-
5 re, † secus quando ex diuerso iure, ex allegatis, maxime, quando vnum est exclusiuum alterius, vt in hoc casu, in quo dispositio codicillaris est incompatibilis cum dispositione testamentaria.

6 Quòd autem † præscriptio quadragenaria currat cõtra ignorantem, est indubitatum. l. fi. C. de præscri. long. temp. l. sicut. de præscrip. 30. vel 40. annorum, Balb. de præscri. in 4. par. q. 28.

Quæ omnia dixerunt Domini cum præsuppositio, & Simon Francisci velit, vt in dubio concluditur, præsentare solus tanquàm senior de familia iuxta formam codicillorum: si vero vellet & ipse concurrere cum Margarita in præsentando vigore testamenti, hoc dixerunt particulariter videndum, quia fortasse in hoc casu intrabit, quòd præsentatio vnius patroni præferuet ius alterius, vt fuit pluries dictum, & signanter in illa Rom. capellaniæ de Capizuchis.

ALDOBRANDINI.

Tolletana congruarum. Lunæ, 13. Febr. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiasticam, seu capellaniam fundans eam dotare tenetur, sicut pater filiam.*
2 *Dos & stipendium beneficiati in materia ecclesiastica, pro eodem capiuntur.*
3 *Stipendium propriè dicitur quoddam modicum ęs à stipe, quòd per stipes, idest modica ęra colligitur.*
4 *Salarium & datum pro alimentis differunt.*
5 *Capellanis ipsis imputandum est, si tenua acceptarunt beneficia.*

DECISIO CCXXX.

DOmini sine difficultate concluserunt, quantitatem de qua in fundatione fuisse datam, & assignatam huiusmodi capellanijs pro ipsarum do-
1 te. Cùm † enim de iure fundans capellaniam, siue ecclesiam teneatur eam dotare, vt pater filiam, vt in l. qui libe ros. ff. de rit. nup. Alb. consi. 89. nume. 20. lib. 2. latissimè Lambertin. de iurepatro. artic. 19. q. 9. principali. 1. par. primi lib. & art. 21. eiusdem q. sequitur, & assignatio, de qua in fundatione, præsumenda sit facta ex prædicta causa necessaria, quia actus præsumitur factus non solũ ex causa præcedenti. l. 2. C. de acqui. pos. sed ex causa necessaria l. fi. vbi Doc. C. de alimen. pupil. præstã. & ex ea quæ magis est necessaria. Bal. consi. 113. lib. 5. & in quadã assignatione dotis, Aym. consi. 304. nu. 5.

Et hoc etiam suadetur ex bulla Gregorij, in qua dicitur, Archiepiscopum sufficientes redditus huiusmodi capellanis assignasse, ergo ab initio sufficiẽter dotarę fuerunt. Non ob. quòd in fundatione appelletur stipendiũ, non autem dos, in illis verbis, ne autem propter istorũ
2 stipendium, quia † dos & stipendium beneficiati in hac materia pro eodem capiuntur. Dos enim assignatur beneficio pro stipendio sacerdotis. c. nemo. de consecra. di stin. prima. Vltra quod ex abundanti, ab aliquibus dicebatur, quod quando prædicta qualitas pro stipendio data fuisset, quod † stipendium ex proprietate vocabuli æs
3 quoddã modicũ significat à stipe, quod per stipes, idest modica æra, colligitur. l. ager. §. 1. ff. de verbo. signific. l. 1. de colleg. illici. & militibus dari solet. l. item miles. de re iud. Et legationes quoque stipendia dicuntur. in l. filiòf. de leg. & in summa capitur pro salario. vt per Alc. in d. l. ager. §. 1. de verb. sig. Hoc non releuaret beneficiatos, ga non sequitur, pro salario quid datum est, ergo & pro ali-
4 mentis: quod † ex eo patet, quia super salario in vltima voluntate relicto sine prætore transigi potest, quod sup alimentis eodem modo relictis minime licet, l. non his. §. si in annos singulos. ff. de transa. Cum itaq; hæc quantitas assignata fuerit pro dote, ad nullum augmentum tenetur. gl. in c. quãto. in verbo, indulgemus. de cẽsib. quia beneficiati debent esse contenti suis beneficijs, vt pluries fuit resolutum, & signanter in illa Calleguritana. de Va-
5 dat. ipsis† enim capellanis imputandum est, si tenua acceptarunt beneficia. glo. in c. 1. 21. q. 1. Videmus enim in fortiori casu, quòd periculum dotis amissæ nõ pertinet ad dotantem, sed ad ipsum beneficiũ dotatũ Lamber. de iurepatro. in 8. artic. q. 5. princ. 1. par. primi lib. num. 17.

Quæ omnia eo facilius in hoc casu admittenda sunt, ex quo Capitulum limitatè se obligauit propter illa verba ad præcedẽtia relatoria, sicut superius est expressum, & consequenter ad nihil aliud teneri potest, cùm aliud non promiserit. l. quicquid adstringendæ. de verb. oblig.

ALDOBRANDINI.

Parmen. bonorum. Lunæ, 20. Februarij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Clausula in fine posita ad omnia præcedentia refertur: nisi diuersitatis ratio manifesta reperiatur. & nu. 2.*
3 *Potestas omnis ciuitatis penès ipsius consilium de iure resident.*
4 *Capitulum in statuto duobus modis accipitur, pro parte, & pro toto.*

DECISIO CCXXXI.

DOmini non fuerunt concordes: putabant enim nonnulli, clausulam illam, & hoc Capitulũ &c. referendam esse ad totum statutum, cum sit in
1 fine posita. l. talis scriptura. ff. de lega. 1. quia † nulla ratio secũdum eos suadet, quod magis ad vnam quàm ad aliã partem referatur: quod efficit, vt etiam si totum statutũ sit exorbitans, nihilominus ad omnia referenda sit. Aretin. in d. l. talis scriptura. nu. 5. Et pro hac opinione addu cebant etiam no. per Bal. in l. inciuile. ff. de leg.

2 Alij verò contrarium opinabantur, quia † manifesta est ratio diuersitatis, quare statuentes voluerint esse præcisam vltimam partem, & non primam. contentos enim in d. vltima parte vti malos homines, quib. expedit prouinciam purgatã retinere, odio prosequentes, nullo modo in suam voluerunt ascribi ciuitatem. Alias verò personas de quibus in 1. par. disponitur, voluerunt fieri ciues, sed pro securitate solutionis bonorũ voluerunt, & domum, vel ædificent, vel emant. Vnde non est mirum, quòd circa hos voluerunt Consilium magis latas habere habenas, cùm videamus, quòd etiam empta domo, eius arbitrio remiserunt, an velit dare licentiam vẽdendi domum iam emptam, vel ædificatam. Immo non est secũdum Dominos ita tenentes verisimile, quòd voluerint statuentes sub eadem censura illos quos permiserũt pro suo arbitro consilio ciues creari cum onere tantum emẽdi vel ædificandi domum, & eos quos omnino, & indistincte prohibuerunt in ciues adscribi. Et quòd ita voluerint tollere potestatem Consilio contra dispensandi dispositа in hoc statuto in vno sicut in alio casu, cùm inter eos videatur militare admodum diuersa ratio. Maximè, quia ita interpretando restringitur Cõsilij potestas,
3 penes † quod de iure residet omnis potestas ciuitatis, vt dictum fuit in alijs positionibus huius causæ. Item annullatur actus, nempe priuilegiũ ciuilitatis de quo agitur, quæ omnia solent regulariter efficere, vt clausula in fine posita non referatur ad omnia, ad Dec. in capi. 2. requiris. de appel.

4 Non ob. verbum, Capitulum, quia † illud exponebãt aliqui pro parte, & si hoc Capitulum, idest hæc pars. Insti. ad l. Aquil. in prin. & §. 3. Et in omnem euentum refe rebant, vt dictum est, ad illa vltima verba, saluo &c. quæ constituunt Capitulum, quia ponunt exceptionem à regula firmata.

ALDOBRANDINI.

Roman. de Lante. Veneris, 11. Maij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens, ne filiæ aliquid pluris petere possint ab hæredibus patris, vltra id quod pater ipse eis reliquerit, intelligendum est de hæredibus sanguinis, idest descendentibus.*
2 *Statutum ijsdem coniecturis interpretatur, quib. & mens testatoris, qui non præsumitur quem voluisse propriæ soboli extraneum præferre.*
3 *Leges in materia legitimæ de patre non confidunt, & numero 7.*
4 *Dictiones vniuersales intelliguntur secundum qualitates præcedentium.*
5 *Statutum superfluum non dicitur, si tollit quæstionem aliqua lege aperta non decisam, sed inter Docto. controuersam.*
6 *Filia exclusa à statuto, an possit petere supplementum legitimę, magis æqua opinio, quòd sic.*
7 *Statuentes interrogatos, an voluissent quòd pater possit præferre quemlibet extraneum etiam fœminam proprię filiæ, non est præsumendum respondisse, quòd sic.*

DECISIO CCXXXII.

DOmini concluserunt, statutum ca. 82. lib. 1. intelligendum esse statibus descendentibus masculis, cùm enim statutum prædictum, de hęredib. mentionem faciat, prohibendo filiab. ne vltra id quod pater eis reliquerit, quicquam petere possint ab hæredi-
1 bus patris, dè † hæredib. sanguinis, idest descẽdentib. intelligendum est. l. ex facto. §. fi. ad Treb. Tale enim statutum restringendum est, quia exorbitãs, & cõtrarium dispositioni iuris communis. c. cum dilectus. de consuet. & quia continet exhæredationem legalem, quæ non minus est odiosa, quàm sit exhæredatio hominis. Bal. in l. illam. C. de colla. Cùm enim eisdem cõiecturis ducamur ad interpretandam mentem statuentium, quibus ducimur ad interpretandam mentem testatoris, clarum est,
2 † quòd semper ita interpretamur mentem testatoris, vt non præsumamus quem voluisse proprię soboli extraneum præferre l. cum Aug. de cond. & demonstra. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. pro absurdo namque habetur, quòd pater filiam possit excludere, & alium extraneum etiam fœminam instituere, quod euenire si aliter hoc statutum interpretaremur, quo casu verbum, hęres, pro descendentibus capitur, & extraneos non comprehendit. late Gabriel. de verb. sig. conclu. 2. nu. 13.

Nec est bona responsio hæredum, & statuentes cõfisi
3 fuerunt de patre, quia † in materia legitimæ leges de patre non confidunt, & propterea voluerunt, quod legitimam pater omnino relinquere cogatur. l. scimus. l. omnino. C. de inof. testam. nec filius, nisi ex certis causis expressis, & probatis legitima à patre priuari põt. §. aliud quoque

quoque capitulum, vt cũ de app.cogno. Quæ oĩa in hoc particulari casu comprobabant, quia in fine statuti excipitur filialis successio ab intestato, quæ exceptio declarat regulam præcedentem, vt intelligendum sit etiam de descendentib.Dec.in l.1.nu.26.de reg.iu. Et quia nullibi apparet, quòd statuentes voluerint fœminas excludere, nisi fauore descendentium, immo neque simpliciter illas excluserunt, sed cum qualitate dotationis, alioquin iniquissimum videretur statutum si non sybstineretur ex ratione conseruandæ agnationis. vt per Put.decis.38. lib.3. Et in summa Dominis placuerunt rationes adductæ à Nat.in tract.quod stan.masc.4.q.princ. num.140. quem sequitur Brun.de stat.excluden. fœmi.art.12.numero 104.

Nõ ob.generalitas verborum, quia nulla adest dictio vniuersalis circa qualitatem hæredis, sed simpliciter est dictum, quòd non possit quicquam petere ab hærede, quæ dictio, vt dictum est, pro hærede descendente intel-
4 ligitur.d.l. ex facto.§.fi.Et † dispositiones postea vniuersales, vt semper sit rata voluntas testatoris, intelliguntur secundum qualitatem præcedentem in euentum, in quem sit institutus descendens: tunc enim omni tempore, & omni casu fœmina nil vltra id quod pater sibi reliquit, petere poterit, quia non est nouum, quòd dispositio generaliter loquens restringatur, ne absurdum sequatur.Bar.in l.Gallus.§.etiam si præsens.de lib.& posth.

Non ob. quòd ita interpretando reddatur superfluũ huiusmodi statutum, ex quo filia vti excluſa ab intestato præterita non rumpebat testamentum patris secundum
5 communem opin. Nam † superfluum non dicitur, cùm tollat quæstionem non decisam aliqua lege aperta, sed controuersa inter Doct. vt patet ex traditis in l.Gallus.§. & quid si tantum vbi Alexan. nu.16.Brun.in d.tract.fœmin.exclus.art.10.nu.27.Et ita particulariter respondet Put.d.decis.28.Maximè, quia illa difficultas in hoc casu magis augebatur, ex quo non totaliter filia excludebatur ab intestato, cum stat. de succes. ab intest.mandet q dotetur. Et propterea non videbatur tolli ius contratabulandi, ex quo statutum fœminam ad instar extranei omnino non redigit, vt per Pau.de Cast.in l.fi.num.3.de acquir.hæred.Alex.consi.131.lib.1.Tiraq. de retract. lignag.§.1.gl.8.nume.14.Maximè, quia, vt vnus ex Dominis addebat, hæc ambo statuta fuerunt eodem tempore condita, saltem mentaliter, & propterea licèt vnum de alio mentionem faciat, hoc fuit factum, ne statuentes viderentur per vnum alterum derogare.

6 Minus ob.superfluitas † considerata respectu petitionis supplementi legitimæ, quia & in hoc articulo sunt variæ Doct.opiniones, vt per Brun.d.tract.arti.9. nu.24. Soc.consil.150.libro 1.Ruin. consil.4.lib.3. Immo si attenderemus opinionem relatam à Soc.d.consil.150. numero 26.ea maximè fauet huic interpretationi, quia illi Doct.tenebant, quòd filia posset petere supplementum legitimæ, & impugnare testamentum paternum, quando erat institutus extraneus, vt per Imo.in d.§. & quid si si tantum.col.pe.& fi.

Nec ob. quòd sit taxata per statutum legitima, quia hoc est præsupponere id de quo disputatur. Sicuti nil facit, quòd fuerit factum statutũ ad fauendum voluntati
7 testatoris. Quia † in materia legitimæ, vt dixi, leges paternæ voluntati non fauent. Et propterea non ob. quod dicit Natt.in d.tracta.quæstio.quarta, numero 126.quia ibi diuersa erant verba statuti ab ipso relati, à verbis huius statuti, & rationes ab ipso refutatæ numero 140. & sequen.plus Dominis placuerunt. Non enim suaderi potest Dominis, quòd si statuentes interrogati fuissent, an
8 voluissent, † quòd pater posset quemlibet extraneum, & etiam fœminam præferre filiæ, respondissent affirmatiue, ad glo.in l.tali pactum.§.pater filium.ff.de pact. cùm nulla ratio id suadere possit.

ALDOBRANDINI.

Pharen. pensionis.

SVMMARIVM.

1 *Pensio per promotionem ad cathedralem extinguitur de stylo curiæ, sed beneficia non vacant, nisi per consecrationem. & nu.seq.*
2 *Stylus curiæ an intret, vt ante consecrationem ad cathedralem pensio non sit extincta.*
3 *Gratia retentionis pensionis dicitur sufficiens, etiam non facta expressa mentione de ecclesiis cathedralibus.*
4 *Nomen Sancti alicuius ecclesiæ non exprimitur de stylo curiæ in gratijs retentionis pensionis.*
5 *Ecclesiæ appellatione comprehenditur etiam cathedralis, vbi maximè, sunt verba vniuersalia geminata, omnibus, & singulis. & nu.10. & seq.*
Immo etiam in materia odiosa, siue gratia proprio motu sit facta, siue ad supplicationem cum verbis vniuersalibus & geminatis: aliàs secus.nu.6 & 7.
8 *Episcopatus venit sub nomine ecclesiarum Prouinciæ, etiã in materia restringibili. & nu.10. & seq.*
9 *Verba vniuersalia etiam in materia odiosa retinent propriam significationem. & nu.15. & 28.*
Immo extenduntur vbi militat eadem ratio.nu.10.
Et maximè, vbi casus est expressus requirens specialem mentionem, sub generali clausula comprehenduntur etiam alij casus specialem mentionem requirentes, numero 11.
Et eo magis, vbi constat de mente concedentis. nu.12.
Et vbi ex communi vsu loquendi ita solet intelligi. 13.
14 *Cathedrales ecclesiæ sunt speciali nota dignæ.*
16 *Innoc.locus in c.dilectus filius. de concess. præb. suo candori restitutus.*
17 *Attestatio Rebuf. de stylo curiæ non habetur in consideratione.*
18 *Negatiua solet potentius negare, quàm affirmatiua affirmare.*
19 *Cardinales quoad iurisdictionalia habent iura episcopalia.*
20 *Ecclesiæ cathedrales solent Cardinalibus dari in administrationem, non autem in commendam.*
21 *Dispensatio retentionis pensionis, & aliorum beneficiorum, quando datur cathedralis ecclesia, non extenditur vltra duas vices.*
Fallit nisi apponatur in dispensatione dictio, quibuscunque. nume.23.
22 *Dispensationes tot debent esse, quot obstacula.*
24 *Locutio pluralis sine signo vniuersali duo comprehendere dicitur.*
25 *Dictio, plura, verificatur in duobus, vbi est facta dispensatio ad plura beneficia.*
26 *Dispensatus ad obtinendum non est dispensatus ad retinendum.*
27 *Dispensatio ad plures cathedrales ecclesias debet intelligi remouendo obstaculum causa retinendæ pensionis.*
29 *Verbum, obtinere, significat etiam retinere.*

DECISIO CCXXXIII.

DOmini proposítum dub. distinxerunt in quinq; difficultates. Quarum Prima fuit, an huiusmodi pensio non data sufficienti gratia retentionis expirauerit

expirauerit per promotionem ad Ecclesiam cathedralẽ.

Secunda, an gratia retentionis dicatur sufficiens, cùm non fuerit in ea facta expressa, & indiuidua mentio de ecclesiis cathedralibus.

Tertia, vtrum huiusmodi retentio data, quod comprehendat cathedrales ecclesias, intelligenda sit de duabus tãtum, an vero possit intelligi de tribus, vel quatuor.

Quarta in euentum, quòd possit intelligi etiam de tribus, vel quatuor, an intelligendum sit, si successiuè vna dimissa Cardinalis Pisanus aliam obtineret, an verò etiã quòd illas insimul ex dispensatione apostolica retineret.

Quinta, an in omnem euentum saltem ex antiquitate temporis sufficiens dispensatio esset præsumenda, cũ hæc pensio vltra 40. annos soluta fuerit.

Et quoad primam difficultatem solum per modũ du
1 bitationis fuit per aliquos dictum, quòd † & si per promotionem ad ecclesiam cathedralem pensio extinguatur propter stylum curiæ, tamen videtur quòd regulariter beneficia non vacent, nisi per cõsecrationem. Et quãuis in vna sit introductum, vt vacent per promotionem, hoc tamen est, quia eo ipso, quòd Papa aliquem promouet ad episcopatum, decernit beneficia vacare, illa illico conferendo. Abb.in ca.cum in cunctis. §.inferiora.nu.3. de elec. Vnde cùm Papa in singulis promotionibus ad ecclesias cathedrales non solum non decreuerit vacare
2 priora beneficia, sed † Cardinali Pisano concesserit illorum retentionem, dubitari potest, an hoc casu stylus prædictus intret saltem, vt ante consecrationem, extincta non fuerit talis pensio.

Sed suppositio, quòd pensio alias extincta fuisset, non data sufficienti retentione circa secundam difficultatem, fuerunt tres opiniones.

3 Aliqui enim tenebant, quòd hæc gratia † concedat Cardinali retentionem hanc etiam insimul cum ecclesiis cathedralibus, & mouebantur ex decis. alias facta coram R.P.D.Sarmiento in causa Corduben. pensionis de mense Maij, 1566. & per decis. etiam in ciuitaten. pensionis coram bo.me.Oradin.de mẽse Nouembris.1567.

Quæ decis. videbantur tenentibus hanc partem niti bonis rationibus, & auctoritatibus, cum enim in hac gratia dicatur, vnà cum omnibus, & singulis ecclesiis &c. proprie videntur comprehendi Cathedrales ecclesiæ de
4 † stylo enim est, quòd quoad eas nomen Sancti non exprimitur, sed quod huiusmodi ecclesiæ nomen gerens retinent, vt attestatur Ioan.Monach.in ca.quamuis. nu.15. & 16.de præben.in 6.Gemin. ibi numero 11.in fin.Quod comprobatur per tex.in cap.accepimus.& ibi glo.in verb.maiores.de ætat. & qualita.ca.1.& ibi Host. de præb.c.cum clerici.vbi glo.in verb.ecclesia, de verbo. signifi.clem.in plerisque, & ibi Vital.numero 2. de elect. Anch.in d.cap.quamuis.in 5.not.& Franc.in d.§.quanquàm.in 2.limit.

5 Maximè ponderando illa verba † vniuersalia geminata, omnibus & singulis, quæ reddunt hanc gratiã amplam ita, vt cathedralis comprehendatur, Oldra. consil. 215.nume.6.Fely.in c.in nostra.corol.39. de reserua.Gemin.in c.1.nu.17.de fil.præsbyt. Cùm enim ex prædictis verbis vniuersalibus constet, Papam vberiorem voluisse facere gratiam, verba in ea latissime videntur intelligen
6 da.But.in d.c.quamuis.nume.1.in fi.Maximè † cum talis gratia sit motu proprio facta, quo casu etiam in materia odiosa venit episcopatus, cùm cesset ratio tex.in ca.quãuis.de præben.in 6. si credimus Franc.in d.ca.quamuis. §.1.nu.5.ver.secundo limita, de præben.in 6.

Ex quibus tollitur, quòd in odiosis nomẽ ecclesię nõ comprehendat cathedralem, quia id procedit, quando
7 indefinite profertur, non † autem cum verbis vniuersalibus, & geminatis, prout in casu isto. Fely.in rub.de mai.& obed.sub nu.9. ver. sequitur etiam. Et est de mente Gemin.in c.auaritiæ.col.2. ver. quæro etiam an iste text. habeat locum in electo ad episcopatum.de elect.in 6.Et propterea videmus, quòd si fiat mentio de ecclesiis Pro-
8 uinciæ, venit † episcopatus sub tali appellatione, etiã in materia restringibili.c.quamuis. §.quanquàm.vbi Gem. in 5.no. & Franc.nu.1.

9 Verba † enim vniuersalia maximi sunt momenti, vt colligitur ex latè deductis per Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone, num.25.& 26.latissime Aym.consil.190. Crescen.decis.32. Quæ etiam in materia odiosa retinẽt propriam significationem. Cald.consil.1.de consan.& affin. Aretin.per illum tex.in l.cum lege.ff. de testamen. Aym. post Corne. & alios consil.18.numero 12.cum seq. Rebuf.in prax.de diff.inter reser.& pri.numero 8.Et propterea non ob.tex.in ca.quamuis, quia ibi erat restrictio ad certum locum, & materia odiosa absque dictionibus vniuersalibus.

Et hæc omnia comprobantur propter identitatem ra
10 tionis.Nam † cùm ratio restringẽdi de qua per Bonon. in c.tua, nume.5.de verbo.sig.& in concil.Lateranen. de reformat.cur.militet tam in monasterijs concistorialib. quàm in episcopatibus.Lap.alleg.84.nu.11.Dec. in cap. decernimus. num.4. de iudic. licèt Papa nominatim expresserit monasteria, itẽ etiam titulos Cardinales, dicendum etiam videtur quod veniant sub nomine Ecclesiæ cum verbis vniuersalibus episcopatus, in quibus eadem militat ratio, cùm non detur ratio, quare magis in isto casu verba sint restringenda.Aym.consil.84.nume.14. &
11 consil.92.num.4. maxime, quia † vbi expressus est casus requirens specialem mentionem, vt in hoc in quo exprimitur titulus Cardinalis, & monasteria, sub generali clausula comprehenduntur etiam alij casus specialem mentionem requirentes.c.qui ad agendum. de procura. in 6.Cassad.1.eo.ti.

12 Idque tantò magis, † quia cùm videatur indubitatũ, quòd quando constat de mente Papæ, episcopatus comprehenduntur.gl.in ca.quamuis.in verbo, non extendit, in fi.& ibi Franc. in §.quamquam, in tertia limi.satis in hoc casu de mente Papæ videtur constare ex verbis vniuersalibus, & geminatis, & ex communi vsu loquendi, quòd quando de ecclesijs sine aliquo adiuncto fit men-
13 tio, † intelligatur de cathedralibus, de quo cõmuni vsu loquendi Moder. testantur, ac etiam, cum Papa ordinate procedendo incipiat à dignitatibns. Vnde cũ post dictionem, ecclesijs, exprimat monasteria, quæ sunt q̃d medium inter maiores, & sic cathedrales, & inferiores. Dec.in d.c.decernimus.nume.4.de iud. dicendum est, q̃ sub nomine ecclesiarum voluerit Papa comprehendere cathedrales, quæ solæ videntur maiores Abbatijs, & Monasterijs concistorialibus. Idque tantò magis, quia in eademmet gratia, quando Papa fecit mentionem de cathedrali Pharen. absolutè vocat ecclesiam Pharen. & sic ecclesiam cathedralem absolutè sub nomine ecclesiæ designat. Addebant etiam, quòd ita de facili in vno, sicut in alio casu Papa concessisset hanc retentionem, attenta maxime facilitate temporum antiquorum, & attẽta etiam obseruantia tanti temporis, Soc.consil.145.

Ex quibus tenentes hanc partem tollebant responsionem pro parte Illustrissimi Domini Cardinalis datã ad consi.Oldra.215. quod non loquatur de ipsa ecclesia cathedrali, sed de beneficijs in ecclesia cathedrali. ex supra dictis enim apparet, quòd multa loquũtur de ipsismet ecclesijs. Tum & secundò, quia adducitur ratio Oldradi super vbertate gratię. Tum & tertiò, quia ratio quare beneficia cathedralia non comprehendantur in generali concessione,

14 concessione, est, quia † cathedrales sunt speciali nota di gnæ.d.c.quamuis, quæ ratio militat ita in vno casu sicut in alio. & sicut hæc ratio vbi verba propter eorum vniuersalitatem contrarium innuunt, non efficit, quin comprehendantur beneficia in cathedralibus, ita etiã debẽt comprehendi ipsæ cathedrales, propter eandem vniuersalitatem, cùm eadem sit ratio probabilis in vno quæ est in alio casu.

Non ob. quòd materia sit odiosa, & restringibilis, qa
15 † non propterea verba vniuersalia eorum significationes amittunt, & propterea Doct.in l.si de certa.C.de trã sact. etiam in renunciationibus, quæ sunt stricte interpretandæ, admonent summopere cauendum à verbis vniuersalibus.

Et si forte fieret vis super dicto Innoc.in c. dilectus filius.de concess.præben.quod appellatione ecclesiæ,& monasterij non veniat cathedralis, animaduertendum est,
16 † quòd corrupta est lectura Innoc.in eo loco, nam dicit de ecclesijs, & monasterijs ecclesiæ, & debet dicere de ecclesijs & ministerijs ecclesiæ, quod patet iungẽdo tex. in c.2.cum c.dilectus.de concess.præben.

Nec apud ita tenentes erat in aliqua consideratione
17 † attestatio Rebuf.de stylo curiæ, cùm ipse nunquàm in curia fuerit,& pluris faciebant attestationes Io. Monac. & aliorum supradictorum.

Non ob. quòd de administratione non sit facta mentio. Quia placebant responsiones datæ à Sern. in reg. de triennal.quæst. 5.numero 9.& Abb.in c.querela.in 1.no tab.de electio.

Aliqui verò ex Dominis tenebant, quòd cathedrales non venirent,per tex.in c. 2.& c.dilectus. de concess.præben.c.quamuis.de præben.in 6.

Nec secundum eos ob. prægnantia verborum. Quia tex.in c.2.loquitur per dictionem vniuersalem,nullam,
18 quæ † est negatiua, quæ solet potentiùs negare, quàm affirmatiua affirmare. Et quia omnia,quæ pro hæredib. allegantur,loquuntur, non de ipsis cathedralibus ecclesijs,sed de beneficijs in cathedralibus.

Nec ob.quòd sit facta mẽtio de titulis Cardinalium,
19 quia † illę non sunt cathedrales,licet quoad iurisdictionalia habeant iura episcopalia.Et secundum eos,quãdo de ecclesijs fecit Papa mentionem, intellexit de titulis Cardinalium,qui frequenter propter optionem mutãtur.Et ad decis.in causa Corduben.respondebant, quòd ibi aderant verba multò prægnantiora propter expressionem administrationis, qui modus prouisionis pro-
20 priè conuenire videtur ecclesijs cathedralibus, quæ † solent Cardinalibus dari in administrationem,non autem in cõmendam. & vnus etiam vltra hoc addebat, quòd si de nouo materia esset videnda, prædicta resolutio sibi non placeret propter d.cap.2.& capitu. dilectus. de concess.præben.

Aliqui distinguebãt,si virtute illius dictionis,& alias, de qua in cedula consistoriali, cùm dicatur, in titulum commendam, & alias,potest exponi administratio, tunc comprehendãtur cathedrales,vel minus non comprehẽdantur, quia cùm supra Papa in concedenda retentione ecclesiæ Pharen.Cardinali Sancti Apollinaris expressérit administrationem, ad fauorem vero Cardinalis Pisani hoc non expresserit,id nõ potest videri factum, nisi cum misterio,& videtur in hoc casu militare reg. l.vnicę. §.finautem ad deficientis.C.de caduc.tollen.

Quoad tertiam difficultatem Domini similiter non fuerunt concordes,quia nonnulli tenebant,dispensatio-
21 nem hanc,cum materia hæc sit odiosa ex allegatis,debe re restringi ad duas, non autem tres comprehendere.

Primò ex doctr.Collect.in cap.dudum,de elec.cũ alijs allegatis.Secundò propter notata in capi.non potest, de præbendis in 6. Et quia sufficit, quòd dispensatio in aliquo operetur.Put.decis.10. de dispensat.

Non enim ijs qui hanc partem tenebant,fit verisimile, quòd Papa non fuisset ex hoc redditus multò difficilior in concedenda retentione pensionis reseruatæ sup paupere ecclesia cum tribus ecclesijs cathedralib. quàm cum duobus.Maximè,quia cùm pensio reseruetur,vt cõ modius substentari valeat, cessat hæc causa,stante confe cutione trium ecclesiarum, præsertim tam magni redditus,& quia etiam ita interpretando minus præiudica-
22 tur ecclesiæ.Addebant,† quòd cùm tot debeant esse dispensationes, quot obstacula, Gemin.consi.33.Franc.in c.non potest.de præben. super omnibus debebat dispensari expresse.

Non obstant illa verba, omnibus & singulis, quia recipiunt interpretationem, vt dicetur in sequenti dubitatione.

Aliqui contrarium tenebant propter vniuersalitatẽ
23 verborum tam respectu ecclesiarum, & beneficiorum, quàm respectu dispensationum, cùm dicatur, quæ ex quibusuis dispẽsationibus, quo casu cessant supradicta, Tiraq.in l.boues.§.hoc sermone.limit.25. Maxime,quia si ad duo esset redigenda hæc gratia,superflua redderen tur illa verba vniuersalia, & geminata, ex quo ex se pluralis locutio sine signo vniuersali duo comprehẽdit.Vn-
24 de † quamuis infinitatem non debeant importare, debent tamen plura quam duo signa hæc vniuersalia significare.Aym.consilio 190.numero quarto, & consil.294. numero primo,Tiraq.vbi supra,Sarnen.de annali.q.3.& de triennal.q.2.

Non ob. no. in c. dudum.de elect.quia Docto. ibi loquuntur,quando quis est dispensatus ad plura incompa-
25 tibilia, quæ † dictio verificatur in duobus, vt per Collect.ibi,nu.10. Non autem, quando ad omnia, & singula, quæ ex quibusuis dispensationibus obtineret, vt in hoc casu.

Quoad quartam similiter tenentes in præcedẽti difficultate partem negatiuam, in ista tenebãt debere intelligi de ecclesijs, quarũ successiue Cardinalis vna dimissa
26 aliam obtineret, quia † dispensatus ad obtinendum nõ est dispensatus ad retinendum.Docto.in c.non potest.de præben.in 6.

Alij tenebant contrarium propter verba ampla concessionis,tum quia dicitur, vna cum, quæ simultaneitatem,vt ita dicam,important. Et quia in hoc casu non di
27 spensat Papa, vt possit obtinere plures ecclesias cathedrales simul,sed remouentur obstacula, quæ possent impedire quominus Cardinalis Pisanus potuisset donec vi ueret, retinere hanc pensionem: & propterea eo ipso, qꝑ idem dispẽsabatur, quòd posset retinere simul ecclesias, subintrabat, quòd simul etiam posset retinere pensionẽ hanc. Et cùm verba hæc salua ratione recti sermonis ita restringi non possint, intrant no. in l. si de certa. C. de transactio.

28 Nec refert, quòd materia sit odiosa, quia † non propterea verba amittunt suam significationem, vt supra dictum fuit. Cùm enim Papa non simpliciter dispenset,vt possit Cardinalis obtinere cathedrales ecclesias vna cũ ista reseruatione fructuum, sed reseruentur Cardinali fructus sibi donec viueret, psoluendos vnà cùm omnib. alijs ecclesijs obtentis,& obtinendis, ex quibusuis dispẽ sationibus, satis dispensatum dicitur, vt possit hos fructus retinere cum ecclesijs, quas similiter retinere poterit ex apostolica dispensatione, & in isto casu vera videtur opin.Franc.in c.non potest.§.1.num.2. de præb.in 6. Maximè, quia cùm quoad iam obtenta nõ videtur posse inficiari,

inficiari, quod si simul tunc Cardinalis Pisanus plures ecclesias retinuisset,quin cum eis etiam retinere potuisset hos fructus, ita dicendum etiam videtur quoad obti-
29 nenda, cùm † vna pars ab alia declarationem recipiat, & verbũ, obtinere, significat etiam retinere.l.clam possi dere.§.primo, l.possessio quoque.ff.de acquir.possess. Alberic.in verbo, obtinere.

Et propterea,cum materia ista sit exemplaris, & difficilis,Domini dixerunt,quòd bonum esset, quod restringerem difficultatem, an virtute illius dictionis, & alias, de qua in cedula propositionis ecclesię Pharen. possit exprimi administratio.

Vltimam autem difficultatem Domini reseruabant.

ALDOBRANDINI.

Roman. hæreditatis à Bordesia. 28. Maij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Testis deponens de copula carnali,debet de actibus propinquis deponere.*
2 *Confessio carnalis copulæ debet plene probari.*

DECISIO CCXXXIIII.

DOmini tenuerunt,quòd ex.Se ea,de quib.in præsuppositis, nõ probant filiationem Alphonsi ex Cardinali, sed bene, quòd ex illis omnibus simul iunctis oriretur considerabile adminiculum.Particulariter autem ex istis testibus dixerunt nõ probari co
1 pulam Cardinalis cum Madama de Bron, quia † nullus testis deponit de actibus propinquis,sed tantum proba ri frequentem visitationem, qꝑ Cardinalis dum fuit in Gallia,frequenter eam visitauit. Primus ad 12.13.& 14. & super primo. Tertius ad 5.Sex. ad 14. & super primo, Octauus etiam deponit de cõfessione Cardinalis,& Alphonsi in Gallia. Pernoctatio autem non plene probatur, quia præter tertium testem ad quintum reliqui sunt de auditu. Quòd verò ad inuicem sibi scriberent Madama & Cardinalis, & vt vocant in cifra,quam ad id dedita opera habebant, probatur ex tertio ad sextum,& 5. su
2 per primo.Confessio † Cardinalis de huiusmodi copula non plenè probatur, cùm de ea tantũ deponat 5.ad 16. & super primo. Fama eiusdem copulę vĩ probari ex 4.ad 15.saltem implicite,quia si erat fama, qꝑ Alphonsus erat filius Cardinalis, & Madamæ, necessaria erat etiã fama copulæ,vt ex 5.sup primo.Non ob.contrarietas q nti allegata. Quia placuit Dominis conciliatio data pro parte Alphonsi, quòd in secundo examine non dicit, Cardinalem explicite sibi dixisse, quòd Alphõsus esset suus filius, licèt sibi ea dixerit de quibus deponit,& visum fuit id Dominis verisimile,quia Cardinalis eodem tempore volebat, & nolebat, quòd Alphonsus crederetur eius filius, vt ex discursu reliquarum probationum fuit visum. Et ex his igitur simul iunctis, Domini, vt dictum est, collegerunt considerabile adminiculum pro huiusmodi filiatione.

ALDOBRANDINI.

In eadem Roman. Mercurij, 20.Octobris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Verba,qui spernit Titium,me spernit, & contemnit, quid operentur.*

DECISIO CCXXXV.

DOmini dixerunt,testes probare, Cardinalem solitum fuisse dicere etiam eius consanguineis, q
1 † spernit & contemnit Alphonsum,me spernit & contemnit.primus 2.3.4. & 5.Ac etiam odium Ioannis fratris Cardinalis.6.7.8.& 10.12.& ex decimo super quinto, qui deponit de fama inter familiares Ioannis,& eius vxoris. & ex 13. qui deponit, quòd Ioannes, & eius vxor Alphonsum odio prosequebantur,& ex septimo,q dicit,quòd erat publicum, & notorium penes multos familiares Cardinalis,& 8. dicente, quòd erat publicum, & notorium inter domesticos,& familiares Cardinalis.

Causa etiam odij erat, secũdum testes, timor, ne Cardinalis bona sua relinqueret Alphonso. & 10. super primo addit aliam causam, quia dicebatur publicè, quòd erat filius Cardinalis.Quòd verò Cardinalis magis amaret Alphonsum, quàm nepotes legitimos, non probant isti testes, nisi inferendo, & iudicando ex ijs, quæ dixerat,quod Cardinalis dicebat illa verba &c.

Similiter etiam quoad causam occultationis illã non probant testes, nisi ex coniectura, & eorum iudicio. Ex his autem dixerunt Domini resultare adminiculum pro probatione,quod Alphonsus sit filius Cardinalis, quod quidem videbitur in concursu cum alijs probationibus.

ALDOBRANDINI.

In eadem Roman. à Bordesia. Lunæ, 18.Aprilis. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Reus,& actor quis esse dicatur in concursu probationum ab vtraque parte super filiatione factarum.*
2 *Reus remanet in statu suo licèt probet exceptionem suam. Etiam si principaliter petat declarari ius actori non competere.nu.3.*
4 *Reus in exceptionibus dicitur actor impropriè, & ad effectum tantum probandi suam exceptionem.*
5 *Reus & actor quomodo cognoscantur, inspicienda est eorum origo.*

DECISIO CCXXXVI.

DOmini concluserũt,ad effectum, de quo agitur, D.Mariam,idest,ad effectum videndi,quænam ex probationibus factis tam à Maria quàm ab Alphonso in cõcursu prævalere debeat,qꝑ est effectus de quo agitur, debere actricis partes substinere. Cũ n.D. Alphõsus possideat, & ipsa prius Corã A.C. via monitorij
1 egerit contra eũ, ferè † in hoc casu videtur cõcurrere ea omnia, quæ ponit Bal.in l.non cogendum.§. si procurator. ff.de proc. vltra quod ipsamet in conditione, de qua in dubio, appellat se actricẽ, & Alphõsum reũ conuentũ.

Nec ob. quod Alphonsus prius cõmiserit cãm, quia comisit eam super iactationib.& consequenter remansit reus, & si petat pronunciari super sua exceptione, & ad-
2 uersario super ea imponi silentium, remanet † omnino reus: quicquid. n. facit, facit ad finem suæ defensionis. Anto.de But.in c.cùm inter.in fi.de excep.Alexan.consilio 103.nu.8.lib.5.Soc.consil.264.num.16.lib.secundo, Felyn.in capi.intelleximus. numẽ.5. de iudic. Mohedan. decis.229.Quod procedit etiam ad effectum,vt nõ amittatur beneficiũ regulæ,actore non probãte. Ant. de But. in c.in præsentia.nu.18. de proba. quod admittit ẽt Dec. consi.43.nu.1. qñ prius cõtra ipsum fuit actũ: nã si reus

3 † etiam principaliter petat declarari ius actori non cõpetere, rémanet reus, & habet bñficium dictæ regulæ.

Non obstat clausula, sine præiudicio, de qua in decreto A.C. quia intelligitur ꝓterquàm in expressis, & in omnem euentum in hoc casu sufficit sola detentatio. Socin. consilio 109. per tot. libro 4. Tiraq. le mort. says. parte 6. declarat. 7.

Non ob. quòd reus in exceptione sit actor, & ꝙ Maria haber fundatam intentionẽ super probatione certi gra-
4 dus † per no. in l. item post. ff. de acq. hære. cum alijs allegatis pro Maria, quibus addebant Corn. consil. 197. li. 4. Rui. consil. 154. lib. 5. Marant. in eadem l. item põt. Nec eis placet limitatio Tiraq. de retract. §. 11. glo. 1. nume. 5. vt conclusio præfata nõ procedat contra consanguineũ possessorem. quia nullus Doctor præter ipsum eã ponit, & Dec. quem allegat consilio 121. id non dicit: nam in eius casu nõ erat probata cognatio in aliquo gradu certo. Respondebant tamen, quòd stante hac conclusione, Alphonsus tenetur probare se filium, quod fecit, vt fuit visum per Dominos: sua enim probatio semota probatione Mariæ, quòd sit filius Ioannis, videtur clara. Vnde cùm Maria ad excludendam hãc probationem replicet contra Alphonsum, quòd immo est filius Ioannis, & nõ Philiberti, tenetur ipsa suam replicationem probare, & in concursu probationum remanet fauor rei, & possessoris illesus taliter, quòd sua probatio in dubio præferri debet. Ad hunc enim effectum, vt videamus cui sit magis fauendum secundum terminos l. fauorabiliores, ff. de
5 reg. iur. debemus † inspicere quis originariè sit actor, & quis reus, non accidentia iudicij, quæ faciunt, quod in vno articulo vnus vel alter teneatur probare, & ex particulari respectu possit dici actor, vel reus, ad not. per Dec. & Cagnol. in d. l. fauorabiliores.

ALDOBRANDINI.

In eadem Roman. à Bordesia. Lunæ, 26. Nouembris. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Actor dicitur qui bona petit ab alio possessa.*
2 *Actor si probat contra exceptionem rei, non videtur propriè replicatio, sed probationes contrariæ ad inuicem se elidentes, remanente prima probatione actoris.*

DECISIO CCXXXVII.

1 DOmini steterunt in resolutis: est enim indubitatum, quòd Illustris. Domina Maria, est originariè actrix, cùm † petat bona possessa, seu saltem detẽta ab Alphonso, vt fuit in resolutione dictum, quo casu intrat reg. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur.

Nec obstat, quòd in exceptione sua prædictus Alphonsus sit actor, & quod Dom. Maria replicet Alphonsum esse filium Ioannis, non autem Philiberti, hæc non videbatur proprie replicatio, cùm non supponat exceptionem veram esse, sed potius videatur contraria quæ-
2 dam probatio, † quibus contrarijs probationibus ad inuicem se elidentibus debeat consequenter remanere prima probatio actoris. Salyce. in l. si qui adulterij. numero quinto, de adulte. Quia, an probatio Mariæ confundat probationem Alphonsi, est id, de quo dubitatur, quod erit videndum in concursu probationum, in quo concursu Domini dixerũt fauendum esse reo, & possessori, per reg. vulg. Tiraq. allegatus de primog. quæstio. decimaseptima, opin. 11. numero vigesimotertio, cum seq. ad hunc enim effectum inspicitur, vt fuit in resolutione dictum, an quis originariè sit actor, non accidentaliter, quæ faciunt, quod quis in vno, vel altero casu probare teneatur.

ALDOBRANDINI.

In eadem Roman. à Bordesia. Lunæ, 10. Decembris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Filij in successione sunt prima causa.*
2 *Probatio certa filiationis respectu patris dari non potest. Idem in probatione filiationis illegitimæ. nu. 3.*
4 *Amor solitus haberi à patribus erga filios argumentum præstat ad filiationem probandam.*
5 *Amor filialis duplici ex fonte oriri dicitur, à natura scilicet, & ab educatione, qui est per accidens.*
6 *Filiatio ex quibus tractatibus probata esse dicatur. & numeris sequen.*
9 *Filiationis quasi possessio constituta esse dicitur ex præcedente tractatu filiationis probato.*
10 *Legitimatio sola dicitur esse sufficiens probatio filiationis.*
11 *Fama filiationis coadiuuat præcedentes probationes de filiatione.*
12 *Confessio patris concurrente tractatu probat filiationem.*
13 *Testes singulares bonæ opinionis, & famæ probant confessionem filiationis paternam.*
14 *Confessio, seu negatio filij quoad filiationem non nocet stante confessione patris in contrarium.*
15 *Confessio seu negatio publica filiationis licet fieri in contrarium confessioni priuatæ ad celandum peccatum.*
16 *Facta magis, quàm verba attenduntur etiam in materia filiationis probandæ.*
17 *Negatio filij nati in figura matrimonij, facta per eius patrem & matrem, tendit ad detegendam eorum turpitudinem, & sic non habetur in consideratione.*
18 *Filiatio probatur etiam si in legitima non nominetur filius, sed dicatur natum esse ex ignotis parentibus, & sic in alijs scripturis.*
19 *Mulieres non est nouum, ꝙ multa suspicẽtur, quæ non sunt.*
20 *Amor & coniunctio vnius in filiatione probanda, non excludit necessariò amorem, & coniunctionem alterius.*
21 *Fama vltima, & vltimus tractatus solet attendi.*
22 *Probationum tota materia plurimum pendet ab arbitrio iudicis.*
23 *Odium probat non filiationem, sicut amor econtra filiationem probat.*
24 *Probationes quando sunt pares, præferenda est probatio rei, & possessoris.*

DECISIO CCXXXVIII.

DEfuncto ab intestato Illustrissimo Domino Philiberto Cardinali à Bordesia, orta fuit inter Illustrẽ Dominum Alphonsum Haldum à Bordesia, qui vti filius fuerat ab A.C. immissus in possessionem bonorum Dom. Philiberti existentium in Vrbe, & intra decem milliaria vigore Bullarum Sixti, & Leonis, & Illustrẽ Dominam Mariam Gaudim matrem prædicti Cardinalis prætendẽtem sibi deberi huiusmodi successionem tanquàm matri. l. prima, & secunda, C. ad
1 Tertullia. Et quia † Alphonsus, qui in possessione reperitur, dicebat in successione primam esse causam filiorum, Institut. de hæred. qualita. & differen. §. sui, & in Authen. de hæred. quæ ab intesta. §. primo, ex quo vigore bullarum, de quibus supra, filij illegitimi sunt habilitati ad successionem bonorum existentium, vt dictum

dictum est, in vrbe, & intra decem milliaria, fuerintque ab vtroque parte examinati plures testes, pro parte Alphonsi ad probandum, quòd esset filius Cardinalis, & pro parte Mariæ, quòd immo esset filius Ioannis fratris Dom. Cardinalis, quorum testium dicta fuerunt pluries particulariter, & distincte disputata, & factæ pro vtraque parte tam coram bo. me. Oradin. quàm coram me illi subrogato plures resolutiones, & tandem omnibus particulariter, & separatim prius, vt dictum est disputatis, & resolutis, Lunæ, 10. Decembris. 1576. præsuppositis iuribus vtriusque in concursu, dubitaui, an constet, Dominum Alphonsum fuisse filium Cardinalis à Bordesia, vel potius Domini Ioannis, & licèt ea die potuissem capere resolutionem pro Alphonso, quia tamen nonnulli ex Dominis causam non viderant, & in hoc dubio agebatur de tota causa, nolui capere resolutionem, sed rogaui reliquos Dominos, qui non viderant, vt pro sequẽti Rota causam viderent, & ita fuit factum. die enim Veneris, 14. eiusdem mensis causa plenissime omnibus votantibus discussa, Domini tenuerunt, probari, Alphonsum fuisse filium Cardinalis, non autem Ioannis.

2 Nam cùm † certa probatio filiationis respectu patris dari non possit, l. Lucius, ff. de conditio. & demonstratio. Felyn. in rubrica de probat. nume. tertio, colum. tertia, versicu. sed aduerte, & ibi Dec. numero decimoquarto, idem Dec. in capitu. in præsentia, nume. decimoquarto, de probatio. recurrendum est ad coniecturas. l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. si vicinis scientibus. C. de nupt. capitu. Michael. de fil. presby. cum ibi no. per doctr. Bal. in capitu. per tuas. sub nume. quarto, versicu. apponitur, quod difficilis. de probat. vbi alii.

3 Quod † procedit etiam in probatione filiationis illegitimæ. Innocent. & post eum omnes. in capitu. Michael, de fil. presbyt. Bal. in l. vulgo. in vtraque lectu. de sta. homi. Capi. consil. secundo, colum. prima & secunda, quia & in hac filiatione datur quasi possessio, vt no. omnes. in capitu. per tuas, de probatio. Card. Paleot. de not. & spur. capitu. vigesimosexto, Paris. consilio decimo, nume. 35. libro secundo.

Vnde cùm probatus fuerit talis amor Cardinalis in Alphonsum, vt nullus maior cuiusuis amantissimi patris in obsequentissimum filium fere imaginari possit,
4 ex † eo maximum desumitur argumentum, Alphonsum fuisse illius filium, non autem nepotem ex fratre. capitu. afferte. de præsumpt. glo. in capit. Michael. in verbo, constiterit. de fil. presbyt. Vbi quòd ex dilectione sola discernitur quis, cuius filius approbetur. Anchara. consilio 225. sub numero sexto. Soc. consil. decimotertio, numero quadragesimoquinto, cum alijs allegatis. Innumera de amore paterno in filios, Tiraq. in l. si vnquam, in præfat. numero septimo, cum pluribus sequen. Idque tantò magis, quia amor iste cæpit ab ipso ortu ipsius Alphõsi, ex quo Cardinalis cùm esset episcopus Angolisen. & forte de consilio Regis, nocte infantem accepit cum contrasigno, vt habetur in prima resolutione facta pro Alphonso, quod tollit responsionem datam pro parte Ma-
5 riæ, quòd † amor iste ex æducatione prouenerit. l. cum allegas. C. de castr. pecul. mil. lib. 12. ex hoc namque actu deprehendit, amorem non ex ęducatione, sed educationem ex amore proueniſſe.

Ex quo amore, vti vere paterno, fluxit amplissimus tractatus filialis, & talis, vt maior, & vberior ab aliquo filio desiderari nequeat. Cardinalis enim tunc Epis-
6 copus existens puerum, vt dictum est, † cum contrasigno accepit, Parisijsque domi cuiusdam amici retinuit, Lugdunum ad scholas transmisit, & ad oppidũ de Tornoni, dum veniret Romam orator Regis, personaliter iuit ad accipiendum puerum ex Turnone, & secum Romam duxit officia valoris, 16000. scutorum posuit in capite ipsius, & sibi donauit secretariatum, & scriptoriam pœnitentiariæ, tractauit emere castra, & casalia pro ipso, tractabat sibi dare vxorem nobilem Romanam, & sibi constituere prouisionem centum scutorum quolibet mense, quæ (vt testes pro ipsius parte examinati dicunt) perfecisset, nisi subitanea morte occubuisset: & quando Cardinalis vel ęquitare, vel prãdere, aut cenare volebat, expectabat Alphonsum si non erat vel vestitus, vel do-
7 mi, secum † quotidie ludebat, vt diutius eius conspectu sibi frui liceret, eum docebat linguam latinam, & græcam, summopere letabatur, quòd alij in pretio illum haberent, & amantes, & obsequentes eum diligebat. Si quando Alphonsus redibat, iam prandente, vel cenante Cardinali, mensam iubebat reponi, & illum expectabat in mensa, donec cenasset, vel pransus fuisset, & volebat, ꝙ à primatibus suæ domus Alphonsus inseruiretur, cùm vel tantillum ægrotabat Cardinalis summope-
8 re † cruciabatur, & ipse personaliter circa ipsum ea præstabat obsequia, & ea signa amoris ostendebat, vt nullus pater maiora præstare potuisset. Absentiam ipsius vix tollerare poterat, eum denique præferebat nepotibus legitimis, & solitus erat dicere etiam in Gallijs, qui spernit Alphonsum, me spernit. Ex quo † tãdem pleno tractatu indubitatum est constitutum fuisse in quasi possessione filiationis. Abb. in c. transmissæ. nume. 10. vbi Præpos. col. pen. qui fil. sint legit. Felyn. in cap. per tuas. col. 4. vers. secunda conclusio, de probatio. vbi Dec. nu. 7. idem Dec. consil. 84. nume. secundo, in fi. Paris. consi. 10. nume ro 60. cum pluribus seq. Card. Paleot. de not. & spur. capitu. 22. & 23. cum alijs latius per informãtes adductis.

10 Accedat, quòd † eum legitimari fecit à Rege Gallorum, & cum ipso dispensari à Pio Quarto, vt gaudere posset omnibus ijs quibus gaudent nati de legitimo matrimonio, qui solus actus pro hac probatione filiationis sufficere posset. Felyn. in c. per tuas. colum. fi. versic. 4. nota. de proba. post Anchar. d. consil. 225. nu. 5. in fi. Paris. d. consilio decimo, numero 67. libro 2. Gozadin. consilio 13. sub numero 44.

Concurrit fama talis filiationis, vt in tertia resolutio-
11 ne, quæ † saltem coadiuuat præcedentes probationes, vt tradunt Docto. in dicto capitu. transmissæ. Paleot. dicto capitu. 23.

Item concurrit confessio Cardinalis probata per tres episcopos, quòd secretè eum esse suum filium affirma-
12 bat, vt in eadem tertia resolutione habetur, cum † qua secreta nominatione cùm concurrat tractatus tam magnus, videtur secundum Dominos reddi indubitata hęc probatio. Hostien. in capitu. transmissæ. col. secunda, in verbo, iudicijs. vbi Præpos. sub nume. 9. Paris. consil. 10. sub num. 87. in 2.

Et quamuis testes sint singulares circa hanc confessionem, cùm tamen sint valde digni, & deponant mul-
13 tum verisimilia, vt constat ex præcedentibus, † videntur probari, vt post Paris. Grat. & alios dicit Gabriel. de testibus, conclusio. secunda, numero septuagesimoprimo.

Quibus sic stantibus, non obstat probatio Mariæ, quòd Alphonsus confessus fuerit se filium Ioannis: nam nil facit secundum Dominos; tum, quia fuit
14 secutus publicam illam confessionem Cardinalis, & propterea filio non nocet, vt per Felyn. in capitu. per tuas. numero quarto, versicu. amplia secundo, de probationi. Ruin. consilio quinquagesimotertio, nume. 8. libro 5. Et quia, cùm ista sit materia, quæ ab Alphonso

potuit verisimiliter ignorari, & supra dictis secundum Dominos constet de errore, & de lesione, in omnem euẽ tum talis confessio Alphonsi tunc minoris non præiudicaret. Alexand. in l. ait prætor, numero decimo. ff. de iureiuran. Ruin. consil. quinquagesimoquarto, num. octauo, libro quarto, & capitu. secundo, de restitutio. in integrum. in sexto, in fi. facit pro hac parte, ex quo permittit quandocunque ex capite erroris confessionem reuocari posse. Et quemadmodum Cardinalis ad celandum suum peccatum publicè negabat Alphonsum esse suum filium, poterat Alphonsus etiam eadem de causa confor mare se cum paterna assertione.

Minus obstat confessio Cardinalis, quòd esset filius Ioannis, ex qua resultat negatio, quòd esset filius suus,
15 quia † potuit publice fieri huiusmodi confessio ad celandum peccatum, vt dicunt Hostien. in capi. transmisse, in verbo, iudicijs, qui fil. sint legit. & ibi Præpos. nouem nono, & in omnem euentum, cùm in possessione filiationis negatio patris non nocet sibi, Paris. consilio decimo, numero sexagesimosecundo, libro secundo. Idque tantò magis, quia huic negationi semper contradicebat facta Cardinalis, quæ erant non vti erga nepotem, sed vti erga filium dilectissimum, cùm illum nepotibus legitimis longo interuallo præferret, quæ facta magis se conformabant cum secreta nominatione, quam valde verisimilem reddunt, vt dictum est, & in hac materia receptissimum est dictum Baldi in l. non ignorat, nu-
16 mero tertio, & sequen. C. qui accusa. non pos. quod † magis facta, quàm verba attenduntur. Immo in ipsamet negatione Cardinalis Alphonsum vti filium tractare videtur, ostendendo erga ipsum intensissimum amorem spernendo matris obiurgationem, & odium fratris, & reliquorum consanguineorum: si enim non fuisset eius filius, ad quid tot iurgia propter eum substinere: in obscuris enim quod est verisimilius, & quod plerunque fieri consueuerit, sequimur. capitu. in obscuris; de regulis iuris in sexto.

Considerandum est etiam, quòd multi Docto. ponderantes negationem patris, & matris, loquuntur,
17 † quando quis natus est ex vxorata, & maritus, vel vxor negat esse filium prædicti mariti. ita enim loquitur Alexander consilio octuagesimooctauo, columna penulti. in fine, libro septimo, Paris. consilio decimo, numero quinquagesimoquinto, volumi. secundo. Quo casu hæc negatio eò pluris facienda est, quò magis maritus, & vxor negando esse filium mariti, fatentur magnam ipsorum turpitudinem: in casu autem isto Cardinalis negan do suum esse filium, peccatum proprium celabat, & proprerea tantò minoris debet esse considerationis, & tantò etiam minoris, quantò Cardinalis in publicis scriptu ris procurauit hanc assertionem non apponi, vt in supplicatione officij secretariatus, in qua delata sunt verba illa, nepotem ex fratre, & in legitima obtenta à Rege Francorũ, & in habilitatione obtenta à Pio Quarto, nun quàm expressit illum nepotem ex fratre, sed natum ex
18 ignotis parentibus, † & in instrumento donationis secretariatus non vocat illum filium, vel nepotem, sed tan tum dicit motum fuisse ad sibi donandum propter amo rem quem ab intimis sibi gerit.

Similiter non obstat fama, quòd fuerit filius Ioannis. Quia pariter est probata fama pro Alphonso, quòd esset filius Cardinalis. Et licet hæc fama pro parte Mariæ sit probata per plures testes, fama tamen probata pro Alphonso magis adminiculata est, ex quo adminiculatur à factis, illa à verbis, quæ in concursu nullius sunt considerationis, si Bald. credimus. cùm enim reputatio sit duplex, verbalis, & realis, verbalis reputatio modicum facit, realis verò multum, vt bene in proposito declarat Bertrand. consilio vigesimosexto, numero quinto, in secunda quæstio. & consil. 45. numero secundo & tertio, lib. 6.

Non obstat probatio discordiarum ortarum inter Ioannem & Robert. vxorem hac de causa, & sedatio præfatarum discordiarum ea conditione, quòd Cardinalis educaret Alphonsum ita, vt ipsa illum non videret.
19 Quia non est nouum, quòd † mulieres multa suspicentur, quæ non sunt, & debilitatur hæc probatio ex eo, q testes Alphonsi dicunt etiam quod odio prosequebatur Cardinalem, quia Alphonso bona sua relinquere volebat, spretis filijs legitimis ipsius.

Quòd verò fuerit agnitus à filijs Ioannis, vt frater, in Gallis, nil facit, quia in omnem euentum erat frater saltem patruelis, & quia fuit agnitio verbalis, cùm facta Ioannis potius sonauerint in contrarium, ex quo eo agnito, vt cantant resolutiones, non eum multum lęto vultu excepit, & licet dicatur, quod id erat propter vxorem, difficile fuisset, quòd si fuisset filius ipsius, tam timuisset vxorem; cum præsertim esset miles, vt filium præsertim statim recessurum non hilari vultu recepisset, & aliqua amoris signa præstitisset.

Nominatio Ioannis probatur solum per testes singulares, & licèt nominatio Cardinalis probetur, & ipsa per testes singulares, tamen cùm nominatio Cardinalis sit concomitata à factis, nominatio Ioannis factis omnibus pœnæ destituta, probatio Alphonsi verisimilior videtur.

Tractatus verò Ioannis si conferatur cum tractatu Cardinalis, distant inter se, quantum lenta solent inter velocia distare, ita vt nulla inter eos possit dari comparatio.

Quo verò ad amorem Ioanis, & culpam cum illa Madama de Bron indubitata matre Alphonsi, dixerunt, q
20 † amor & coniunctio vnius necessariò non excludit amorem & coniunctionem alterius, quod ita dicere cogimur, si saluandæ sunt probationes, secundum regulas traditas passim à Docto. in capitu. cum tu. de testibus. & in l. secunda, §. creditum. ff. si cer. peta. Et cum etiam Alphonsus próbauerit, quòd prædicta Madama de Bron, & Cardinalis sibi adinuicem scribebant, & ad id habebant cifram, vt vocant, quoque Cardinalis dum esset in Gallijs, frequenter eam visitabat, & probauerit etiam fa mam, quòd esset filius Cardinalis, & prædictæ mulieris, quæ fama necessariò includit famam, quòd cum ea con cubuerit. hęc omnia iuncto illo accessu ad accipiendum puerum cũ illius educatione, & tractatu, de quo supra, arguunt coniunctionem: & cum re vera probatio necessariò copulam concludat ex tota serie huius facti, & ex tot subsecutis, postea Dominis visa fuit hæc probatio magis verisimilis, maximè, quia in ista materia ex sequen tibus præsumitur in præteritum. l. si adulterij vbi Doct. C. de adulte.

Non obstat, quòd probatio Mariæ in multis, nempe in fama, & amoribus & conuersatione cum illa Madama de Bron, videatur percutere tempus natiuitatis ipsius Alphonsi. Probatio vero Alphonsi tempus longe post dictam natiuitatem. Quia omisso, quòd ille actus accedendi pro puero percutit tempus ipsius natiuitatis
21 quoad famam in hac materia, vltima † fama, & vltimus tractatus solet attendi. Aretin. in capitu. per tuas. numero trigesimoprimo, de probation. Gozadin. consilio duodecimo, numero decimoquinto, Ruin. consilio quinquagesimotertio, numero octauo, lib. quinto. Quò verò ad concubitum in his ex sequentibus præsumitur in præteritum. d. l. si qui adulterij. vbi Doctor.

ctor. C. ad legem Iuliam, de adulter. vt supra dictum est.
22 Et cùm † tota materia probationum plurimum pendeat ab arbitrio iudicis, Bal. in l. non hoc, prope fi. C. vnde cogn. Paul. de Cast. in l. a Imonendi. numero trigesimooctauo, & trigesimonono, ff. de iureiuran. Dec. consilio 510. Domini censuerunt portius sequendam esse probationem Alphonsi, quæ à factis, vt sępius dictum est, plus concomitatur, cùm magis præsumatur filius ille qui alimentatur, vt filius, quàm qui vt filius nominatur. Bal. in l. non ignorat. numero tertio, & quarto, C. qui accus. non pos. Iac. consilio centesimosecundo, columna prima, libro quarto, Dec. consilio quinquagesimoquarto, numero secundo, & in capitu. per tuas. colum. secunda, numero quarto, de proba. Gozadin. consilio decimotertio, numero trigesimoquarto, Paris. d. consil. decimo, numero sexagesimo. Immo si facta Ioannis inspiciantur, potius sonant in contrarium, quia sibi ademit beneficia data à Cardinali, si literis Cardinalis stãdum est, nec aliquod amoris signum probatum est, immo potius
23 adsunt inditia odij, vt constat ex 7. resolutione, ex † quo odio, si contrariorum eadem est disciplina, debet probari non filiatio, ex quo, vt supra dictum fuit, solus amor filiationem probat. glos. in d. capitu. Michael. qui fil. sint legit. & hæc ipsa assertio, quod sit filius Ioannis, sit ad auferendum sibi bona, non autem ad aliquod sibi ex bonis Ioannis concedendum.
24 Et hæc omnia tantò magis, quia † & si probationes essent pares, præferenda esset probatio rei & possessoris, Felyn. in capitu. ex literis de probatio. Alciat. de præsumptio. reg tertia, præsumpt. quadragesimaquarta, numero septimo, late Traquel. de iure primig. quæst. decimaseptima, numero vndecimo opi numero vigesimoprimo, cum sequen. Ex possessione enim paritas probationum reducitur ad imparitatem. Aretin. in capitu. in nostra, nume. 8. de testibus, & quando iura partium sunt obscura, reo potius, quàm actori fauendum est. cap. cum sint partium iura. de reg. iu. in 6.

ALDOBRANDINI.

In eadem Roman. à Bordesia. Lunæ, 4. Februarij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Verba vniuersalia, & bonis alijs quibuslibet, comprehendunt omnia bona etiam mobilia.*
2 *Verba vniuersalia, vel incapacitate quacunque notati, apposita in legitimatione, omnem incapacitatem etiam ex duplici causa prouenientem tollunt.*
3 *Spurij legitimati, an succedant ab intestato, quando mater est in medio.*

DECISIO CCXXXIX.

1 DOmini concordes fuerunt, quòd Bullæ procedant etiam in bonis mobilibus propter illa verba vniuersalia, & † bonis alijs quibuslibet, quæ omnia comprehendunt, maximè, quia cùm specifice supra essent nominata non solum bona immobilia, sed etiam omnia, quæ immobilium loco haberi solent, cùm essent expressi census annui, & circa illa verba, & bonis alijs quibuslibet, nisi bona mobilia comprehenderent, nihil operarentur. Et ita etiam alias Rota tenuit, vt testatur Put. decisio. centesimasexagesimaquinta, lib. 3.

Fuerunt etiam concordes, quòd eædem Bullæ habilitent spurios etiam quòd duplicatos defectus patiantur
2 propter illa verba vniuersalia, vel incapacitate quacunque notati. Siue ergo hæc incapacitas ex vna, siue ex duplici mala qualitate proueniat, tollitur per præfatam bullam, maximè iuncta exceptione, in qua solum rei maiestatis, & hostes ecclesiæ Romanæ excipiuntur, & consequenter in reliquis omnibus firmatur regula in cõtrarium, & hæc omnia ex allegaris.

3 Volunt † tamen videre, an huiusmodi bullæ habilitent huiusmodi spurios ad succedendum ab intestato, quando mater est in medio: & posito, quòd sic, an excludant matrem etiam à legitima in bonis comprehensis in bullis.

ALDOBRANDINI.

Pharen. pensionis. Mercurij, 16. Ianuarij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Pensio dicitur esse onus, quæ si est in quota, magis odiosa dicitur.*
2 *Dispensatio dicitur materia odiosa tanquàm vulnerans ius commune.*
Fallit in casibus, vt nu. 19 & 20.
3 *Motus proprius nihil operatur in præiudicium tertij, sicut nec in dispensatione, vt non dicatur odiosa.*
4 *Vtilitas ecclesiæ non est in minori consideratione, quàm sit vtilitas publica.*
5 *Pensio illa dicitur fauorabilis quæ est reseruata pro substentatione. & nu. 13.*
6 *Pensio de iure potest imponi, non obstante regula in contrarium, quòd beneficia sine diminutione conferantur.*
7 *Impedimentum, quod pensio non extinguatur, dicitur odiosum.*
8 *Dispositio, an sit odiosa, vel fauorabilis, inspicitur principalis intentio disponentis, an fuerit odium, vel fauor, & nu. seq.*
Quod procedit etiam si dispositio ex vno capite sit odiosa, & in altero sit fauorabilis, inspecta principali intentione dicitur fauorabilis. nu. 10.
11 *Odium & fauor quando concurrunt, tota dispositio dicitur fauorabilis. cuius contrarium vide nu. 29.*
12 *Pensio reseruata Cardinali dicitur esse causa respiciens publicam vtilitatem.*
13 *Gratia aliàs strictè interpretanda ex qualitate personæ latè interpretatur.*
Multò magis si consistorialiter sit facta. nu. 16.
14 *Motus proprius Papæ concedentis reddit dispositionem fauorabilem.*
Immo etiam si cum eo concurrat causa publicam vtilitatem inspiciens. nu. 15.
17 *Gratia consistorialis tollit obstaculum styli, & reducit rẽ ad ius commune, secundum quod pensiones sunt compatibiles cum episcopatu.*
18 *Interpretatio benigna fieri debet pro pensionib. quæ magis sunt fauorabiles, quàm odiosæ.*
19 *Argumentum, est dispensatio, ergo odiosa, non semper procedit.*
20 *Subreptio re ipsa quænam dicatur.*
21 *Gratia etiam in præiudicium tertij extenditur, quando constat de mente concedentis.*
Immo si gratia sit natura sua præiudicialis, præiudicat etiam si concedens ignorabat tale præiudicium. numero 22.
Fallit tamen, nisi gratia sit concessa ex aliqua causa odiosa. nume. 23.
23 *Interpretatio sit lata in gratia tertio præiudiciali ex aliqua causa honesta, & fauorabili concessa.*

24 *Odium quotiescunque est rationabile, sit lata interpretatio.*
25 *Papa dicitur esse dominus beneficiorum.*
26 *Papa non dicitur præiudicare illi qui non habet ius, nisi extincta pensione.*
27 *Subreptionem non solent inducere ea, quæ se habent ad esse & non esse.*
28 *Gratia quando est facta ante vacationem dicitur odiosa. Præiudicium tertij intelligitur, quando ab eo aufertur lucrum debitum, vel quasi debitum.*
29 *Fauor & odium quando concurrunt, caput fauoris extenditur, & aliud restringitur.*
Immo etiam si ex tali fauore resultet grauamen. nu. 30.
30 *Statutum quod frater excludat sororem, dicitur fauorabile, & sic extenditur ad nepotem.*
31 *Odium quod venit in consequentiam fauoris, tolleratur.*
32 *Ambitio non notatur in gratia motu proprio concessa, in qua lata & stricta sit interpretatio secundum subiectam materiam.*

DECISIO CCXL.

DOmini æqualiter diuisi fuerunt. Vna enim pars tenebat, materiam hanc esse odiosam. Et moue
1 batur, quia † pensio est onus. Sarnen. de infirm. q. 16. Caccialup. de pension. quæst. 8. Gig. eo. ti. quæst. 96. præsertim cùm sit in quota fructuum, quo casu dicitur etiam magis odiosa, cùm ex ea dicatur scindi beneficiũ. Felyn. in cap. ad audientiam. il secondo, col. 2. versicu. dicit Anan. de rescrip. Caccialup. de pension. quæst. 6. Gig.
2 q. 8. Et† quia vltra hoc continet dispensationem, quę vti vulnerans ius commune, odiosa dicitur. capitu. primo, de fil. presbyt. in sexto, cum alijs allegatis. Maximè, quia in ista concessione agitur de præiudicio tertij, quod efficit, vt gratia semper debeat strictè intelligi. ad no. cõmuniter per Docto. in l. fi. ff. de const. princ. Et in † hoc nihil
3 operatur motus proprius. Fely. in c. ad aures. num. 25. de rescrip. sicut etiam non operatur, quòd dispensatio non dicatur odiosa. Ægid. decis. 472. 475. Et hoc etiam casu indubitanter dispensationem odiosam, dicit Felyn. in ca. postulasti, nu. 49. de rescrip. Quod procedit etiam si ius non sit de præsenti. Seisel. in d. l. fina. numero 45. Ex quibus respondebant ita tenentes ferè omnibus, quæ in cõ
4 trarium allegabãtur, & addebant, quòd † quatenus possit considerari aliqua publica vtilitas in hac cõcessione, ex trad. per Roman. consil. 388. nume. 3. id non ob. quia non est in minori consideratione vtilitas ecclesiæ, q̃ sit vtilitas publica. Felyn. in ca. nonnulli. numero 57. de rescrip. Idque tantò magis secundum aliquos ex ita tenentibus, quia hæc secunda pars cedulæ continet plura spe
5 cialia. Seisel. in dicta l. fi. numero 56. Vnus tamen ex Dominis, qui hanc partem tuebatur, admittebat, quòd † pẽsio in hoc casu esset fauorabilis, ex quo erat reseruata p̃ subsstentatione Cardinalis. Roman. d. consil. 388. numero tertio, sed dicebat, quòd retẽtio erat odiosa ex rationibus supradictis, ex quo dispensat contra stylum curiæ,
6 qui stylus facit ius. Et quãuis de iure possint imponi pensiones, tamen regula est, quod † beneficia sine diminutione conferantur, vt Vech. de benef. sine dimi. confer. Alius etiam dicebat non posse negari, quin hæc gratia quatenus in ea prouidetur de pensione Cardinalis, sit fauorabilis, sed eam tamen esse odiosam affirmabat ratione materiæ, & propterea simpliciter debere iudicari vti odiosam, cùm agatur de interpretatione, quia ex latiori interpretatione insurgit grauamen ecclesiæ. Dicebant
7 † enim si extinctio pensionis est fauorabilis ecclesiæ, ergo necesse est dicere, quòd impedimentum, quominus pensio extinguatur, sit odiosum, & contrariorum sit eadem disciplina.

Alia pars tenebat, hanc gratiam potius fauorabilem iudicandam, vel saltem ad omne peius indifferentem.

Mouebatur, quia cùm principalis intentio Papę fuerit fauor Cardinalis cui pro sua substentatione reseruauit huiusmodi pensionem percipiendo vna cum obtentis, & obtinendis, talis dispensatio dicitur fauorabilis ex
8 illa receptissima conclusione, quòd † ad iudicandum, an dispositio sit odiosa, vel fauorabilis, inspicitur principalis intentio disponentis, an fuerit odium, vel fauor. l. qui exceptionem. ff. de cond. indeb. vbi Barto. Pau. de Cast. & alij Doct. communiter in l. venia, C. de in ius vocan. vbi Dec. nu. 5. & 6. testatur de communi. & ibi latissime Rimin. col. 3. & Calder. consil. 14. de verbo. significa. Barto. in l. si quis nec causam, numero 70. ff. si cer. peta. Mill. in verbo, lex dicitur fauorabilis, vel odiosa. latissime Tiraq. de retract. Lignag. §. 30. glo. prima, numero 5. & vltra cumulatos ab ipso Roman. consilio quarto, numero 7. & 328. num. 3. Est enim generale, vt dicit Rimin. in d. l. ve-
9 nia, colum. 3. in fi. quòd in quacunque dispositione † attendatur, quòd principaliter agitur. l. rogasti. l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. Quod non videtur recipere dubitationem, quando odium, vel fauor est immediata causa dispositionis. Aretin. in l. Gallus. §. quid si is. in final. verbis. de libe. & posthum. Fely. in eadem l. Gallus. §. & quid
10 si tantum. nu. 91. Quæ† conclusio procedit etiam, quòd in vno capite dispositio sit odiosa, & alium grauet: dicitur enim fauorabilis inspecta principali intentione, vt firmant supradicti Doct. & præsertim Dec. in d. l. venia, C. de in ius voc.

Vltra quod, quando cõcurrit odium, & fauor, tota di
11 spositio dicitur fauorabilis. † c. non dubium. de sent. excommu. vbi bene Abb. Idem Abb. in c. in literis. in fi. nu me. 34. de rest. spol. Anch. cons. 37. post med. & cõs. 215. nu. 8. Crot. in l. omnes populi. nu. 227. Aym. consil. 218. nu. 10. cum qua opi. videtur transire etiam Tiraq. in prę dicto retract. Lign. nu. 6. Et licet ipse prius pro contraria parte alleget Io. And. in ca. fi. de verborum significa. & ibi Anch. & Franc. & Mill. in verbo, lex dicitur fauorabilis. & in verbo, priuilegium. in vno tamen aduertendum est, quòd Anchar. in d. c. fina. post relatam opi. Ioan. And. inquit, remitto me ad not. subtiliter per Barto. in l. qui exceptionem. ff. de condi. indebit. & idem in effectu facit Franc. ibi nume. 6. vbi in fi. refert se adnot. in d. l. qui exceptionẽ, & in l. venia, C. de in ius voc. & Mill. in verbo, lex dicitur fauorabilis. tenet distinct. Bar. in d. l. qui exceptionem. & ad hunc locum refert se in verbo, priuilegium si in vno.

Pro fauore igitur concurrit principalis intentio disponentis, & cũ immediata causa dispositionis concurrit causa, ex qua reseruatur pensio pro substentatione Cardinalis, qui cùm vniuersali ecclesiæ assistat, causa
12 † hæc publicam vtilitatem respicere dicitur, vt in his terminis inquit Roman. consilio tricentesimooctuagesimooctauo, numero secundo & tertio, & est text. in ca-
13 pitu. bonę. de postul. prælat. Et † quia pensio est pro alimentis, quæ dicitur fauorabilis, vt latè per Gig. q. 51. ex qualitate enim personæ gratia etiam alias strictè interpretanda, strictè interpretatur, Felyn. in capitu. cau-
14 sam † quæ. numero decimoseptimo, versic. quibus adde quod priuilegium, de rescript. Concurrit † motus proprius Papæ concedentis, qui reddit etiam dispositionem fauorabilem. Io. And. in c. cum in cunctis. §. cùm vero. de elect. vbi Abb. & alij. Rebuf. super concord. in forma man. apost. in 7. effectu motus proprij, late Gabriel. de clausul. conclus. 2. num. 61. Villadie. de leg.

in 4.

in 4. quæst. num. 38. Dec. in c. cum in cunctis. §. cùm ve-
15 rò, in fine, de electio. Cum quo motu proprio † etiam concurrit causa publicam vtilitatem recipiens. Roman. d. consil. 388. Sarnen. de infir. q. 16. Cassad. super reg. decis. 38. in fi. & informantes pro Illustriss. Cardinali admittunt, quòd hoc casu dispensatio dicatur fauorabilis, ex not. per Ioan. And. in d. c. cum in cunctis. concurrit q̃
16 est concistorialiter facta, quo † casu multò magis pro ea præsumitur. c. prudentiam, de offic. deleg. vbi Doct. Concurrit insuper, quòd agimus de pensione iam imposita, non autem de imponenda, quæ dicitur fauorabilis, vt per Gig. q. 96. Concurrit denique quòd per hanc gratiam tollitur saltem obstaculum styli, & reducitur res
17 ad ius commune, † secundum quod pensiones sunt compatibiles cum Episcopatu. Card. in clem. j. §. eadem. nnm. 5. de supplen. neglig. prælat. qui stylus emanauit ad effectum, vt super huiusmodi retentione expediantur literæ, & sic ad vtilitatem officialium. Et propterea cùm per talem concessionem reducatur ad ius commune, talis concessio dicitur fauorabilis. l. si vnus. §. quod si non vt totum. vbi glos. ff. de pact. Sarn. de iure quæs. non tollen. q. 16. Ias. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. cum alijs latissimè deductis in illa Caurien. Iurisdictionis, coram Cantuerio.
18 Ijs igitur † omnibus simul iunctis videbatur tenentibus hanc partem, materiam huiusmodi vel esse absolute fauorabilem, vel saltem ex his circumstantijs negari non posse, quin tantum detrahatur de odio, vt remaneat indifferens, ita vt benigne sit interpretanda. Felyn. in c. causam quæ, num. 7. de rescript.

Non obst. quòd hæc gratia contineat dispensationẽ,
19 quia ex supra dictis colligitur responsio. Nam † non sequitur, est dispensatio, ergo non potest esse fauorabilis, quia datur dispẽsatio etiam fauorabilis. Abb. in c. ad aures, num. 8. de rescript. & licèt Felyn. in c. postulasti, de rescript. velit, quòd semper sit odiosa propter recessum à iure communi, tamen Dec. in c. ac si clerici. §. de adult.
20 num. 91. de iudic. docet plures esse † dispensationes nõ odiosas, & incer. Auth. de crim. læsæ maiest. in 10. quæst. num. 5. in 15. tom. tract. sequitur Abb. Concurrentibus igitur suprascriptis circumstantijs res videtur potius fauorabilis quàm odiosa ex suprascriptis. & ita respondetur ad decis. Ægid. 472. & 475. Vltra quod ibi ille qui obtinuerat retentionem beneficij curati cum Episcopatu, non expresserat curam, & propterea obstabat defectus intentionis Papæ, etiam quod sit gratia motu proprio facta, quia hæc dicitur subreptio re ipsa, vt dicit Ægid. ibi, & declarat Rebuff. in form. man. apost. in 2. q. effect. motus proprij.

Non obst. quod quando agitur de præiudicio tertij,
21 gratia est odiosa & strictè interpretanda. Quia † id procedit in præiudicio ignorato à Principe, & ita procedit decis. 20. in nou. de præben. & Ægid. decis. 752. quod nõ est hoc casu in quo Papa expresse grauat.
22 Vnde videmus, quòd quando † gratia Papæ natura sua præiudicat, tunc præiudicat etiam illi quem Papa possidere ignorabat. Cassad. decis. prima, de priuileg. & omisso etiam quod tale præiudicium non habetur in consideratione, quando reuertimur ad ius commune, quia tunc hoc non obstante materia dicitur fauorabilis, vt per Sarnen. de iure quæs. non tollen. q. 16. Cur. iun. cons. primo, num. 22. Cassan. cons. 66. num. 63. Goffred. cons. 14. num. 93. respondebant ita tenentes, quòd quan
23 do † tertio præiudicatur ex honesta & fauorabili causa à iure approbata, tunc lata fit interpretatio ẽt in præiudicium tertij. c. tua nobis, vbi Abb. num. 4. de rescript. Seisel. in d. l. fin. num. 51. vel saltem cum non possit dici, hoc præiudicium esse ex his quæ sunt irrationabilia, & multum odiosa, gratia, licèt non sit amplianda, non est tamen restringenda. Seisel. vbi supra, num. 52. & sic vt dicit Felyn. in cap. causam quæ, sub numero 7. benigne interpretanda. quod etiam confirmatur ex ijs quæ dicit post Cyn. in l. quicunque, de seru. fugit. Abb. in cap. non dubium, de senten. excommunic. num. 3. vbi vult quod
24 † quotiescunque odium est rationabile, non sit stricta interpretatio. Quod autẽ hæc gratia non sit odiosa odio irrationabili videbatur ijs qui ita tenebant, carere prorsus omni dubitatione, licèt enim beneficia sine diminutione conferri debeant, de iure etiam est, vt ex causa licita, & honesta possit pensio pro tertio imponi. Felyn. in capitu. ad audientiam. il secondo, col. 2. versi. secunda con-
25 clusio. de rescrip. Cùm enim Papa † sit dominus beneficiorum, clem. prima, in fi. vt lit. pend. c. secundo, de præb. in 6. cum vulg. nemini iniuriam infert dando sibi ecclesiam reseruata pensione ad fauorẽ alterius. & qui ita tenebant, addebant posse dici rem esse inauditã, quòd pensio reseruata pro substentatione Cardinalis ita quod illam possit percipere vna cum quibusuis ecclesijs obtentis, & obtinendis, possit dici res irrationabilis, præsertim cùm fuerit concistorialiter reseruata, maximè, quia im-
26 pediendo extinctionem vere non potest dici, quòd † Papa præiudicet illi qui non habet ius, nisi extincta pensione, vt declarat Lamberr. de iurepatro. in 3. par. secundi lib. quæst. nona, ar. 19. prope fi. fol. 372.

Non ob. decis. secunda, in nou. de præb. & Ægid. 252. Quia in primis non concurrebãt ibi ea quæ concurrunt in hoc casu, & ibi agebatur de præiudicio patroni de prę senti, quia Papa assumpserat tũc ad episcopatum illum priorem, & sic præiudicium patronorum erat multò magis de præsenti, quàm sit in hoc casu, in quo fieri poterat, quòd nullæ ecclesiæ cathedrales prędicto Cardina
27 li conferrentur, & propterea † ea quæ habent se ad esse & non esse, non solent inducere subreptionem. Rot. in nou. decis. 25. numero quarto, de rescrip. Cassad. deci. 16. numero secundo, de præben. Felyn. in capi. in nostra. colum. 7. de rescrip.
28 Immo non procedunt prædictæ decis. quando † gratia est facta ante vacationem, vt declarat Felyn. in tract. quãdo lit. apost. nec patron. in quinta limit. quod dicitur de præiudicio tertij, intellige, quando aufertur tantum lucrum, quod esset debitum vel quasi debitum. vt post Bart. & alios quos allegat, declarat Seisel. in l. fin. nu. 92. de constit. Princ.

Quinimò addebant ij qui erãt huius opinionis, quòd quamcunque opinionem teneamus, ea facit pro hac parte. Si enim teneamus, quòd inspiciatur quod principali-
29 ter † agitur secundum distinctionem Doct. in l. qui exceptionem, de condict. indeb. res de plano procedit. Si etiam velimus tenere distinctionem Bal. in l. venia. ff. de in ius voc. quod quando militat odium & fauor, caput in quo versatur fauor, extẽdatur, & aliud restringatur, hoc fauet huic parti, quia in isto casu agitur de capite fauorabili, qa tracta mus de persona ad cuius fauorẽ fuit reseruata pensio, vt illa retineri possit simul cum episcopatu. Nec obst. quod iste fauor per indirectum grauet
30 ecclesiam. Quia † hoc aliter esse non potest. Nam & in terminis distinctionis Bal. & eum sequentium ex extensione capitis fauorabilis resultat grauamen. Statutum enim quod frater excludat sororem, extenditur ad nepotem, quia agitur secundum Bal: de capite fauorabili: & nihilominus hoc resultat in grauamen sororis, quæ à duabus personis excluditur: sed hoc tollera-
31 tur, quia † odium, quod venit in consequentiam fauoris, tolleratur. Crot. in l. qui Romę. §. duo fratres, de verb. oblig.

oblig. Aut volumus tenere opinionem Ioan. And. in cap. fin. de verb. signif. quòd quando militat odium & fauor, gratia dicatur odiosa, & tunc cùm simus in gratia motu
32 †proprio facta, in qua non notatur ambitio, secundum opin. omnium in aliquibus latè interpretatur, in aliquibus strictè, quòd intelligitur vt ibi dicit Anchar. in secũdo not. vt interpretatio non sit minus stricta, nec minus larga, & sic erit facienda benigna interpretatio. vt dicit Felyn. in c. causam quæ, nu. 7. & vt inquit Seisel. in d. l. fin. ff. de constit. Princ. num. 52. verba non erant restringenda, sed propriè accipienda.

ALDOBRANDINI.

Roman. hæreditatis de Comitibus. Lunæ, 25. Iunij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non potest valide pronunciare restituendam possessionem rerum hæreditariarum, quin pronunciet in necessariam antecedentiam restituendam hæreditatem. & num. 6.*
2 *Suspensio petitorij non impedit quin deduci possint, quæ sunt necessaria pro obtinendo in iudicio possessorio.*
3 *Suspenso petitorio in causa beneficiali potest produci titulus ad effectum possessorij.*
4 *Sententiæ plures latæ in vna causa quæ executionem merentur, possunt executioni mandari in ea parte in qua sunt conformes.*
5 *Appellatio si sit prohibita à sententijs latis in iudicijs possessorijs, videtur etiam prohibita ab omni eo per quod peruenitur ad eandem sententiam, modo causam principalem attingat.*
6 *Petens possessionem rerum hæreditariarum per fideicommissum relictarum, videtur etiam petere hæreditatem sibi restitui.*

DECISIO CCXLI.

DOmini tenuerunt, per sententiam Rotalem taci tè fuisse pronunciatum, hæreditatem esse restituendam, cùm enim iudex nõ posset validè pronunciare restituendum possessionem rerum hæreditariarum, quin † pronunciaret restituendum hæreditatẽ, in necessariam antecedentiam censetur pronunciasse talem hæreditatem restituendam. l. illud. ff. de acq. hæred. l. prima. C. de ord. cognit. Pau. de Cast. cons. 85. sub nu. 2. lib. 2. Aret. cons. 155. num. 6. Rimin. in l. postquam liti, col. vlt. versic. in glos. j. C. de pact. Aym. cons. 76. num. 4. & cons. 174. num. 2. & de antiq. tempor. in 4. par. nu. 32. cum alijs allegatis.

2 Nec obst. † suspensio petitorij, quia vltra quod intelligatur in fauorem suspendentis, vt non impediat, quin suspendens ab ea recedere possit, talis suspensio non impedit etiam, quin deduci possint ea quæ sunt necessaria pro obtinendo in iudicio possessorio: & propterea quis
3 † etiam suspenso petitorio in causa beneficiali potest producere titulum ad effectum possessorij, vt per informantes: tacite enim dicitur pronunciatum super hoc petitorio tantummodo ad effectum possessorij. Dec. in l. j. C. de bon. poss. secundum tabul. num. 6. ibi, & hoc verum intellige. & cons. 28. num. 2. Pau. de Cast. cons. 43. col. fin. versic. ergo in casu nostro, lib. j.

Et cum sententia A. C. sit lata in petitorio quod habet in ventre possessorium, sequitur secundum Dominos, quòd effectualiter in possessorio sit conformis cum
4 sententia Rotali. Sententiæ † enim in ea parte, in quæ sunt conformes, executioni demandantur, quoties sunt tot quæ executionem mereantur, licèt vna plus quàm alia contineat. Aym. post Pau. & Alex. cons. 183. num. 2. quam opinionem etiam solita est sequi Rota.

Fuit etiam dictum, quòd & si non essent conformes,
5 tamen si vigore Ægidianæ est prohibita † appellatio à sententijs latis in istis iudicijs possessorijs, videtur etiam prohibita ab omni eo, per quod peruenitur ad dictam sententiam, modò causam principalem attingat. Bald. in l. vnica, num. 4. C. si de momen. possess. fuer. appel. & licet Salyc. ibi num. 4. reprobet applicationem Bal. non tamen reprobat ipsam rationem, immo eam sequitur. Vnde consequenter dicetur etiam prohibita appellatio ab ista pronunciatione, sine qua non potest deueniri ad cõdemnationem in isto iudicio possessorio, cùm id causam attingat.

Non obst. quòd non fuerit petitum pronunciari super restitutione hæreditatis, quia † ea quæ dicuntur de
6 sententia, dicuntur etiã de petitione, qui enim petit pronunciari dimittendam sibi esse possessionem rerum hereditariarum per fideicommissum relictarum, in necessarium antecedens videtur petere etiam sibi hæreditatem prædictam restitui. Cast. d. cons. 85. num. 2. lib. 2.

ALDOBRANDINI.

Bononien. domus. Lunæ, 29. Aprilis. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio 40. annorum sufficit ad actiones præscribendas, quæ non competunt successiuè.*
2 *Actio personalis minori temporis spatio præscribitur quàm hypothecaria.*
3 *Hypothecaria quæ oritur etiam ex pacto de retrouendendo, tollitur 40. annorum spatio.*
4 *Possessio non est necessaria, quando agitur de extinguendo iure alterius.*
Idem etiam quando agitur de præscribenda actione hypothecaria.
5 *Possessio non fundata in iure hypothecæ non interrumpit præscriptionem iuris offerendi.*
6 *Præscriptione 40. annorum tollitur omnis actio etiam directa.*

DECISIO CCXLII.

DOmini votarunt causam tantum circa tres difficultates tactas in alia positione. & in omnibus alijs fuerunt pro Dominis de Bucchis. Dixerũt
1 enim sufficere quadraginta annos † ad præscribendas actiones orientes ex ambobus pactis, quia non competunt successiue hæ actiones, vt per Tiraq. de retract. conuent. §. 2. glos. j. nu. 65. cum seq. Firmarunt etiam, quòd
2 præscripta † actione personali non est præscripta spatio 40. annorum, quo elapso tollitur etiam hypothecaria. l. cum notissimi. §. primo. C. de præscript. 30. annorum. vbi Salyc. num. 3. Bal. in l. intelligere, num. primo, versic. remota est ergo. C. de luit. pignor. Negus. de pignor. parte 6. memb. 2. sub num. 5. cum alijs allegatis. Et in personali ac hypothecaria orientibus ex pacto de retrouẽden
3 do, quod † hypothecaria tollatur spatio 40. annorum. Fulgos. cons. 123. Curt. iun. cons. 174. num. 73. Gabriel. de præscript. conclus. 6. num. 15.

Non obst quòd Bucchi nunquàm possederint domũ.
4 Quia cum agatur de extinguendo † iure alterius, nõ est necessaria

necessaria possessio, vt per Oldr. cons. 254. num. 2. Aym. cons. 111. num. 20. Quod procedit etiam, quãdo agitur de præscribenda actione hypothecaria. Salyc. in d. l. cum notissimi. §. j. num. 4. versic. quare hypothecaria durat.

Et quamuis Domini Paleotti possederint ipsi domũ,
5 cum † tamen illam non possederint iure hypothecæ, hęc eorum possessio non potest interrumpere præscriptionem. Corn. cons. 20. col. 2. lib. j. Negus. in 2. memb. 6. par. num. 2. versic. secundo declara. Bal. de præscript. in 4. par. quartæ part. princip. q. 3. versic. tertia conclusio est. Et cũ ius offerendi produceret in hoc casu actionem, illi præscribitur, vt declarat Dec. in l. petens, num. 7. C. de pact.
6 Dixerunt † etiam hoc pacto tolli nedum directam, sed etiam vtilem actionem, quia talis præscriptio plenissimam tribuit securitatem. Abb. & alij in c. ad aures, de præscript. cum alijs per informantes adductis.

ALDOBRANDINI.

Callaguritan. translationis. Veneris, 21. Maij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Attentare etiam tertius potest ratione sui interesse quod habeat cum collitigante in eadem causa.*
2 *Illicitum dicitur, quando actus fit propria authoritate, parte resistente, & non citata.*

DECISIO CCXLIII.

FVit conclusum, quòd parochiani non sunt audiendi, nisi purgatis attentatis. De attentatis autẽ constat ex eo, quia isti simul cum beneficiatis, qui litem in curia iam introduxerant super ista translatione, deuenerunt ad istam translationem, & per consequens
1 dicuntur attentasse, quia † licèt regula sit, quòd tertius non attentet, tamen quando adhæret collitiganti aliquid cum eo lite pedente faciendum, quod ex parte collitigantis est attentatum, dicitur & ipse attentare, vt per Abb. & alios in c. bonæ, de appel. vbi Præpos. num. 8.

Non obst. quod glos. in c. non solum, de appel. in 6. dicit hoc esse verum, quando tertius facit licitum, quia satis licitum dicitur hoc, quando tertius adhæret colli-
2 tiganti, qui attentat: & † satis illicitum dicitur, quando fit actus propria authoritate parte resistente, & non citata. Clausulæ in literis translationis non obstant, ex his quæ tradit Soc. cons. 78. vol. 3.

ALDOBRANDINI.

Roman. donat. 50000. Lunæ, 21. Februarij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Mens disponentis etiam in donatione attendenda est. & num. 4.*
2 *Bona donata vt reuertantur ad hæredes, si alienantur, non reuertuntur.*
3 *Dictio, super, quid importare dicatur.*
4 *Interpretatio non est facienda contra verisimilem mentem donantis.*

DECISIO CCXLIIII.

DOmini pro maiori parte tenuerunt, Magdalenæ non deberi pecunias redigendas ex bonis, sed tantũ bona valoris 50000. Moti fuerunt, quia
verba non sunt ita clara, vt non admittant interpreta-
1 tionem à verisimili mente disponentis, ad quam † etiam in interpretanda donatione recurrimus. Abb. in c. cum dilecti, de donat. Cùm enim Lælius moueatur ad donãdum Magdalenæ ob seruitia sibi præstita in conseruationem & augumentum status, non est verisimile, quòd voluerit eodem tempore, quo eam remunerabatur propter augumentum & conseruationem status, scindere & imminuere præfatum statum, maximè, quia si in hoc casu posset bona alienare, cùm emptor sit quærendus, venderentur fortasse bona multò maioris valoris. Itẽ quia voluit Lælius, quòd donata reuertantur ad hæredes, fa-
2 cta † autem alienatione non reuerterentur bona. Immo posset euenire casus secundum aliquos, quòd etiam pecunię reuerti non possent mediante decoctione fideiussorum, & amissione pecuniarum: quod tamen contingere non potest, si bona stabilia debeantur, & illa reuerti debeant, cùm præsertim Lęlius in his donatis prætulerit hæredibus Magdalenæ suos hæredes. Vnde tantò minus verisimile est, eum voluisse, quòd extraneus emptor in his bonis se intrudat, & suos hæredes ab illis excludat.

Non obst. quòd Lælius incipiat donationem à pecunia: quia procedit vlterius dicendo, super statu, & adijciendo illa verba, *da cauarseli, &c. & doue più li torni*
3 *bene*. Et quamuis illa dictio, † super, importet hypothecam, non propterea tollitur, quin etiam importare possit hypothecam & solutionem, quod subsequentia illa verba, *da cauarseli doue più li torna bene*, manifestius declarant. ex quibus apparet, Lælium declarasse, quomodo sint soluenda hæc 50000. videlicet, ex statu arbitrio Magdalenæ.

Minus obst. verba illa, *& poi tornino alli miei heredi ordinarij*, quia immo magis quadrant bonis quàm pecuniæ, quæ seruando seruari non possunt. Et quamuis de bonis non sit facta expressa mentio, fuit tamen facta
4 mentio implicite in illis verbis, *sopra il mio stato*, quæ dictio, status, est vniuersalis.

Non obst. quod in donatione faciẽda sit latissima interpretatio. Quia † id non procedit contra verisimilem mentem donantis, quam in interpretanda donatione offendere non debemus. Abb. in d. cap. cum dilecti, numero 2. de donat.

ALDOBRANDINI.

Roman. donat. 50000. Lunæ, 29. Martij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Testes duo sufficiunt ad probandam donatarij præsentiam in instrumento donationis.*
2 *Substantialia cuiusuis actus sunt in duplici differentia.*
3 *Absenti donari potest, ita quòd acceptatio donatarij potest fieri post donationem factam.*
4 *Testes duo in quolibet contractu sufficiunt, nisi contrarium expresse cautum reperiatur.*
5 *Testes quinque in donatione causa mortis ad probandam voluntatem donantis, quare requirantur. & num. 7.*
6 *Donatio causa mortis valet saltem vti fideicommissum in fauorem donatarij, qui tempore donationis non erat præsens.*

DECISIO CCXLV.

DOmini tenuerunt sufficere ad validitatem donationis causa mortis, de qua agitur, probatam
1 † esse præsentiam donatariæ per duos testes.

Moti,

Moti, quia cùm non agatur de probanda voluntate donantis, de qua constat per instrumentum rogatum à notario in præsentia septem testium, sequitur, quòd cætera omnia possint probari per duos testes, per regulam l. vbi numerus. ff. de testib. secundum communiter tradita per Doct. in l. 2. C. de bon. possess. secundum tabul. & in l. cum proponebatur. ff. de leg. 2. & in l. quoties, de hæred. instit. in cap. cum omnes, de testamen. in l. errore. C. de testamen.

Non obst. quòd consensus donatarij sit de substantia donationis, quia in hac materia distinguitur: quædam
2 †enim sunt de substantia taliter, quòd contemporaneæ debent in esse deduci simul cum ipso actu: quædam verò sunt, quæ ex post interuenire possunt, & ista quamuis sint substantialia, quatenus actui robur dant, non sunt tamen substantia actus. Felyn. in c. cum dilecta, col. 7. versic. quartum signum, de rescript. In hoc igitur secundo
3 casu in quo versamur, †cùm acceptatio donatarij possit interuenire ex post, ex quo absenti donari potest. l. nec ambigui. C. de donat. cum ibi not. non requiritur eadē probatio, quæ requiritur in probando ipso actu, vt videmus in omnibus exemplis traditis à Doct. in d. l. 2. C. de bon. possess. secund. tabul.

Quod confirmatur ex reg. l. præcipimus. C. de appel. nam cum Doct. omnes conueniant, quòd donatio causa mortis quoad ipsam in esse deducendā sit contractus, in
4 quibus contractibus regula est, quòd † sufficiant duo testes, & cùm hoc reperiatur immutatum solum in probanda voluntate donantis. l. fin. C. de donat. cau. mort. ibi, aliquis voluerit mortis causa donationem facere, sequitur, quòd quoad donatarium remaneat firma regula antiqua. Quod optima ratione fit, nam longa est ratio differentiæ inter probationem voluntatis donantis & acceptationis donatarij. Ideo enim requiruntur quinq; testes in probāda voluntate donantis causa mortis, quia
5 †effectus ipsius differtur post obitum donantis, quo tēpore, cùm ipse nihil possit dicere, periculum est, ne falsitas committatur. l. fin. C. de fideicommiss. Alciat. in l. 2. num. 15. ff. de leg. j. quod periculum cessat in probanda acceptatione donatarij, quando sumus certi de voluntate donantis. Fulgos. in d. l. 2. C. de bon. possess. secundum tabul. quæ acceptatio ita de facili præsumitur, vt aliqui Doct. voluerint ad hunc effectum præsumi præsentiam donatarij, qui non ita fatui fuissent, quicquid sit de illa quæstione, vt hoc dixissent, si ad probationem huiusmodi præsentiæ essent necessarij quinque testes. Et tātò magis cessat hæc suspitio †in donatione causa mortis, quātò in omnem euentum si donatarius non fuit præsens,
6 valet vt fideicommissum. l. miles ad sororem, de lega. 2. Vnde suspicandum non est, quod velit subornare testes pro subst̄inenda donatione in vim donationis, quæ de se valet vt fideicommissum.

Non obst. quod consensus donatarij respiciat etiam voluntatem donantis, tum quia imò sunt separatissimi, vt de se patet, vt vnus post alium interuenire possit: tum etiam quia in omnem euentum quatenus aliquo modo hæc probatio respiceret voluntatem donantis, non est hoc per prius & sic principaliter, sed secundario. Dec. in d. l. 2. in fine. C. de bonorum possessio. secundum tabul.

Minus etiam obstat glos. in dicta l. miles ad sororem, de legat. secundo. Immo secundum Dominos confirmat hanc opinionem, dum solum requirit præsentiam quinque testium in confectione epistolę, quia tunc agitur de probanda voluntate donantis.

Ex quibus visum fuit Dominis, quòd tollerentur omnia quæ pro parte Illust. D. Portiæ deducebantur.

ALDOBRANDINI.

Roman. donat. 50000. Veneris, 10. Septembris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Testes dicentes se interfuisse actui prout superius continetur, probant etiam subscriptionem partium.*
2 *Clausula, omnibus & singulis in scriptura contentis, refertur etiam ad accessoria eius quod principaliter est dispositum.*
3 *Solemnitatum generica expressio non sufficit ad probandam subscriptionem partis, sed talis esse debet vt satis colligi possit eam esse factam.*
4 *Notarius dicitur rogatus non solum de contentis in scriptura, sed etiam vt ipsam autheticam faciat.*
5 *Subscriptioni testium standum est, non obstante eorum dicto iurato.*
6 *Interpretatio omnis facienda est vt actus substineatur, vbi maximè multæ solemnitates interuenerunt.*
7 *Statutum quod loquendo præsupponit, disponere non dicitur.*
8 *Scriptura notarij effici dicitur per ipsius authēticationem.*
9 *Notario creditur asserenti de forma substantiali scripturæ.*
10 *Forma non potest adimpleri per relationem, quando in ea requiritur expressio.*
11 *Statutum pro forma si requirat subscriptionem coram notario & testibus, non requirit pro forma, vt exprimatur fuisse subscriptam coram notario & testibus.*
12 *Solemnitas septem testium requisitorum in testamento, an interuenerit vel ne, probatur per ordinariam probationem duorum testium.*

DECISIO CCXLVI.

DOmini pro maiori parte resoluerunt, formam statuti fuisse adimpletam, quia habemus subscriptionem Lælij factam coram notario & testibus, ac testium subscriptionem in originali scriptura donationis, quæ est forma inducta à statuto. De subscriptione enim Lælij & testium non ambigitur: quòd autem Lælius subscripserit se coram testibus, constat ex
1 subscriptione ipsorummet testium, qui † dicunt se interfuisse *à quanto di sopra*, & sic per relationem constat quod interfuerunt etiam subscriptioni desuper contetæ. Felyn. in c. auditis, col. 13. versic. limita nisi illa indefinita, de præscrip. quòd verò se subscripserint coram notario & etiam testibus, constat ex attestatione notarij, qui dicit, omnibus & singulis contentis in dicta scriptura donationis, vnà cum supradictis testibus interfuisse. Et cùm hæc subscriptio potuerit interuenire tempore actus celebrati siue hæc solemnitas sit intrinseca siue extrinseca, sufficienter ex tali attestatione probatur. l. j. C. de fide instrum. lib. 10. cum alijs allegatis pro hac parte. Alberic. in l. quicunque. §. qui à pupillo. ff. de publiciana. quam opinionem Soci. cons. 158. num. 18. lib. 2. dicit non habere contradicentem. Et non est dubium, quòd cum dicat interfuisse omnibus & singulis in dictæ do-
2 nationis scriptura contentis, refertur † hæc clausula nō solum ad principaliter disposita, sed etiam ad enunciata ac etiam accessoria ex allegatis, quibus fuerunt additi Crescen. decis. 26. Paris. consil. 97. numero 87. & 121. lib. primo. Alex. cons. 27. num. 2. lib. 3. Ruin. cons. 105. num. 11. lib. 4.
3 Non obst. quod ista videatur generica † expressio solemnitatum,

semnitatum, quæ non sufficit secundum Alberic. in l. sciendum, num. 6. & ibi Ias. num. 14. ff. de verb. obligat. Ioan. Fab. Instit. de fideiuss. §. fin. quia non solum non visa fuit Dominis generica, sed immo particularissima expressio: exprimit nanque quòd est scripta & facta manu Lælij, & quod omnibus & singulis in prędicta donationis scriptura contentis interfuit, per quam relationem ad certam & indubitatam scripturam non est dubium, expressionem dici particularem & non genericam, vt est quando absolute dicit notarius quòd fuerunt seruatæ solemnitates.

Et quia vnus ex Dominis dicebat non esse standum huic assertioni notarij, quia non erat de hoc rogatus,
4 † sed erat rogatus solum de authenticatione, quo casu cùm deponat vt priuatus, ei non creditur. Bart. in l. Domitius, de testam. Ruin. cons. 189. num. 7. in princ. Responderunt, notarium rogatum fuisse vt authenticaret prędictam scripturam donationis ad effectum vt teneat dicta scriptura pro publico instrumento & consequenter de omnibus quæ requiruntur ad hoc vt sit publicum instrumentum & fidem faciat, inter quæ est subscriptio secundum formam statuti.

Et hæc tantò facilius secundum Dominos procedūt in hoc casu, omisso quòd præsentia etiam in scriptura priuata præsumitur. Bal. & Salyc. in l. j. C. de contrahen. & committen. stipulat. quia Lælius in sua subscriptione dicit, *dò licenza al presente notaro*, & notarius attestatur se fuisse præsentem, & sic ambo conueniunt.

Non obstant dicta testium, quia cùm ipsi se subscripserint & sigillauerint hanc scripturam, standum est
5 eorum subscriptioni, † non obstante dicto iurato. l. eos. ff. de fals. cum alijs allegatis. Vnde cum nihilominus remaneat sufficiens numerus testium, his remotis, instrumentum remanet in suo robore. Aliqui vltra præmissam responsionem dicebant, attestationem notarij posse intelligi hoc modo, quod licet dicat se omnibus & singulis interfuisse cum supradictis testibus, hoc intelligatur singula singulis referendo, videlicet, cum supradictis testibus qui interfuerunt subscriptioni, interfuit cū
6 omnibus simul, interfuit authenticationi: facienda † est enim omnis interpretatio vt actus substineatur, præsertim factus cum tot solemnitatibus. l. quoties, de rebus dub. Bart. cons. 176. in fi.

Neque obst. quòd vnus testis dicat, quòd notarius postea venit, tum quia vnicus, tum quia illa verba, *venne poi il notaro, & stipulò*, intelliguntur quod venit ad actum stipulationis.

Non obstant etiam articuli, quia nihil in eis dicitur quod noceat Magdalenæ. Immo in eis articulatur quod scripta & subscripta fuit donatio coram testibus & notario. Sicut non obst. quod hæc subscriptio requiratur in originali scriptura notarij. & quod ista non sit scriptura notarij sed Lelij. Quia omisso an assumptū sit verum in quo Domini habebant difficultatem. Aliquibus enim
7 videbatur quod † statutum præsupponeret, non autem disponeret. & placebat sibi cons. Riminal. 254. sub numero 13. lib. 2. & Decis. Crescen. alleg. qui Domini addebant quòd multa inconuenientia nascerentur tollendo illud quod in testamento admittitur, in quo concessum est quod testator possit scribere manu sua testamentum, & se illi subscribere, & adhibere notarium, qui illud authenticet. Alij contrarium opinabantur ex allegatis rationibus pro Portia. Sed quicquid sit in hoc casu dicebant cessare difficultatem, quia Lælius in corpore scripturæ facit mentionem de rogitu notarij adhibendo, &
8 in subscriptione impartitur licentiam notario authenticandi: Vnde † per authenticationem efficitur scriptura notarij. Cùm enim hæ ambæ scripturæ sint in eadem die confectę & sint in eodem met folio, & vna ad effectū alterius, dicitur vnicus actus & vnica scriptura ex allegatis. Lælius enim dicit quod erit subscripta eius manu, & suo sigillo sigillata *con il rogito del notaro di questo luogo*, & sic rogitus adhibendus est in ista scriptura, & durum admodū videtur Dominis facere talem separationem ad effectum annullandi actum tam solemnem, cum potius, vt dictum est, facienda sit semper ea interpretatio, per quam actus substineatur.

Cętera fuerunt Dominis visa leuia, vt est illud, quòd subscriptio debeat interuenire post actum perfectum. Quia si actus nō est perfectus, nisi post subscriptionem, oportet subscribere post subscriptionem.

Non obst. quòd forma substantialis non præsumatur. Quia immo forma substantialis est illa quę præsumitur,
9 vt bene deducitur per informantes. Sed † quidquid sit, Domini dixerunt probari talem formam per assertionem notarij, quia præsumitur dicere verum, sicut probari posset ex dictis testium, quia præsumuntur verum dicere.

Et quamuis vnus ex Dominis magnam faceret difficultatem † quòd forma non potest adimpleri per rela-
10 tionem, allegando Tiraq. de leg. connub. glos. 6. & Brun. de form. fol. 74. tamen fuit à Dominis responsum, quòd id non facit ad propositum, tum quia hoc procedit, qū pro forma requiritur expressio, vt est in terminis clem. appellanti, de appel. Tunc enim intrat illa difficultas, an possit id exprimi per relationem, quod cessat in casu nostro, quia licèt statutum pro forma requirat subscriptio
11 nem coram notario & testibus, tamen † non requirit pro forma, quòd exprimatur fuisse subscriptam coram notario & testibus. Tum etiam, quia hic habemus certū & indubitatum signum, cùm relatio fiat ad certam & indubitatā scripturā in eodem met folio factam. l. quoties. §. si quis nomen. ff. de hæred. instit. Ias. in l. certum, num. 1. in fi. ff. si cer. pet. Tum etiam & tertio, quia non tractatur nunc an sit adimpleta per relationem, sed dicitur quod ex ista attestatione notarij constat formam adimpletam fuisse in forma specifica: aliud enim est formam adimplere, aliud probare formam. Et propterea vbi non dubitatur nisi de solemnitate substantiali, an adhibita fuerit vel ne, sufficit ordinaria probatio, quem-admodum videmus in solemnitate septem testium re-
12 quisitorum in testamento, quæ † probatur per ordinariam probationem duorum testium. iuxta not. in l. 2. C. de bon. poss. secundum tabul. & quod si notarius dicat, quòd interfuit testamento vnà cum septem testibus ibidem descriptis, sibi creditur, & valet & tenet testamentum, licèt talis solemnitas sit substantialis.

ALDOBRANDINI.

Veronen. Sancti Zenonis, Veneris, 10. Decembris. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Probatio debet esse talis, vt concludat intentionē agentis.*
2 *Constitutio, quæ est contra ius, debet recipere interpretationem à iure communi.*
3 *Ordo vbi est seruandus, seruari debet à principio vsque ad finem.*
4 *Annullato aliquo corruunt omnia ab eo dependentia.*
5 *Nullitas potest opponi à quocunque, cuius interest, nisi sit inducta in fauorem certæ personæ.*
6 *Dictio, ante, intelligitur cum interuallo & incontinenti.*

Liber

7 *Liber ordinatus tenendus est à notario circa annotationes cõsensuum in materia resignationis iuxta dispositionem clem. de resigna.*

8 *Ordo ille dicitur formalis & substantialis, cuius omissio vitiat actum.*

9 *Folia librorum an debeant esse æqualia, non reperitur de iure cautum.*

10 *Consensus à lege reprobatus non admittit probationem in contrarium, nec etiam per attestationem Papæ.*

11 *Probatio magis plena præfertur, sicut probatio specialis præfertur genericæ.*

DECISIO CCXLVII.

DOmini quoad primam partem dubij tenuerunt, Illustriss. D. Cardinalem Farnesium probasse, cõsensum, de quo agitur, non fuisse annotatum in libro infra 15. dies à die exhibitæ cedulænotario, quæ fuit 13. Martij, 1568. Præsupposuerunt enim librum de quo agitur colligatum prout modo apparet, & esse eum de quo loquitur clementina. Aliqui, vt plures ex Dominis, dicebãt, si non est is, in quo d. Clementina mandat huiusmodi cõsensus annotari, frustra disputaretur, quia cum adhuc consensus in libro à clementina requisito adnotatus non reperiatur, tantò magis est nullus. hæc. n. Allematina probatio, aut est liber de quo prædicta clementina loquitur, aut non est, admittenda † videtur in
1 hoc casu, quia in vtroque capite concludit intentionem agentis. Dec. in cap. in præsentia, num. 32. de probatio. Ias. in l. & si post tres, nume. 13. & 14. ff. si quis iusdic. non obtemper.

Quibus sic stantibus dixerunt, quod cum ante hunc consensum sub die 13. Martij, 1568. reperiantur annotati quatuor consensus, primus sub die prima Maij, alter quartâ Iunij, tertius 20. Maij, quartus 16. Iulij, omnes de anno 1568. subintrat cõsequenter dispositio clementinæ decernentis talem probationem absque alio probationis adminiculo sufficere ad probandum quod sequentes consensus nõ fuerunt annotati infra 15. dies. Et mandantis sic per quoscunq; iudices iudicare cum decreto irritante, vt sunt illius verba clara.

Non obst. quod constitutio hæc tanquam contra ius
2 dicatur odiosa, & restringenda, debeatq; † recipere interpretationem passiuam à iure communi. Nam sit vel ne odiosa, fuit per Dominos omissum, cùm de hoc posset dubitari, ex quo emanauit ad obuiandum fraudibus. Sed dixerunt diuersam esse materiam relationis à materia ordinis, nanque materia relationis suas habet regulas, vt referatur ad proxima, vt dictum est: materia verò ordinis respicit non solum immediata, sed etiam me-
3 diata, cùm † ordo vbi seruãdus est, seruari debeat à principio vsque ad finem, & à primo vsq; ad vltimum. l. quoties. ff. de vsufruct. l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de eden. ratione enim talis ordinis, ibi dies sumitur ex præcedentibus quantumuis sint mediata & immediata instrumenta, in quibus talis dies est appositus. Et hinc est, quòd ex ista registratura facta post alia instrumenta antea rogata, colligit Aym. cons. 28. num. 5. suspicionem contra instrumentum.

Et propterea dicebant non ita esse angustandam clementinam, vt hæc probatio sumi tantum possit ex immediato consensu, tum quia clementina in plurali loquitur, quod consensus antea annotati faciant sufficien tem probationem, tum etiam, quia & hoc, secundum Dominos, tollit omnem difficultatem: quoniam prædicti quatuor consensus mediate præcedentes longo tempore antea præstiti, ostendunt clare tantum probationem à clementina inductam quoad omnes subsequentes vsque ad illos, quoniam habita consideratione ad tempus illorum quatuor qui reperiuntur annotati vltra tempus 15. dierum, à die quo præstiti fuerunt, sunt male annotati: isto enim casu vitium vnius influit in aliud, cùm omnes, vt dictum fuit, præstiti fuerint longo tempore ante illos quatuor de anno 1568. ista enim est quædam concatenatio siue subordinatio talis, vt necessario vitium vnius in aliud, vt dictum est, influat, quod quidem in simili videmus in multijs alijs materijs: an-
4 nullato † enim aliquo, corruunt omnia ab eo dependentia. Soci. cons. 90. nume. 14. & 15. lib. 3. & vna substitutione defecta, corruunt omnes ab ea dependentes. l. si mater. §. primo. l. qui habebat. ff. de vulgar. & pupil. Alex. consil. 139. libro sexto. Maximè, quia in hoc casu eadem viget ratio, cùm alioquin difficile esset quod obuiaretur fraudibus: immo præstaretur hoc modo occasio faciliter eludendi clementinæ dispositionem, quo fit vt etiam consensus immediate sint male adnotati, & sic quod probatio hoc casu sumatur etiam ex consensibus immediatis.

Nec quicquam facit quod de consensibus illis immediatis non agatur, quia † cum stante decreto clemen.
5 illi sint nulli, quilibet, cuius interest, præfatam nullitatem opponere potest, nisi nullitas sit inducta in fauorem certæ personæ. Cassad. decis. 10. super reg.

Et propterea dicebant non obstare Bal. consil. 129. libro secundo. quia ibi agebatur de interpretatione dictionis, ante, an intelligeretur cum interuallo, an verò incontinenti: hic verò agitur de ordine, qui habet connexionem necessariam omnium præcedentium cũ subsequentibus. Ideo in casu Bal. fit interpretatio pro vali-
6 ditate, cùm † illa dictio vtroque modo possit intelligi: hic verò talis saluatio fieri non potest stante dispositione clementinæ, quæ mandat ita iudicari etiam ad actus destructionem.

Sicut nihil facit, quòd ita interpretando in duobus contigeret hæc constitutio ius commune, quia non est contra ius in materia ordinis, quod ordinata vnum ab alio dependeat.

Non obst. quod vnus consensus possit totum librum annullare, quia potest dari casus, quòd vnus sit male adnotatus, & tamen non corruat totus liber. Item quia habemus legem ita scriptam, vix etiam sufficientem ad euadendas fraudes, cui tamen totis viribus tres successiui Pontifices quantum potuerint, obuiare voluerũt.

Minus obst. decisio in causa Gerunden. quia ibi non aderat dispositio clementinæ, prout hic.

Et tantò magis dicebant hoc attendendum esse in casu isto, ex quo constat, quòd in hoc libro adsunt alij consensus extra tẽpus adnotati, ex quibus apparet, quòd notarius in illis apponebat manus ad sibi prohibita, ita vt tantò magis corroboretur probatio à clementina inducta, cùm notarius non omnino abhorreret ab adnotandis consensibus extra tempus.

Non obst. quod liber sit inordinatus, quia licèt vnus ex Dominis super hoc dubitaret, & sibi videretur inordinatus, tamen fuit dictum, quòd cùm præsupponatur ille, de quo loquitur clementina, cùm non constet notarium diu habuisse, quantò magis est inordinatus, tantò plus in clementina peccatum fuit.

Nec videtur Dominis, quòd iste sit bonus modus euã
7 dendi dispositionem clementinæ, via † enim ista præstaret facilem modum notarijs eludendi constitutionem hanc, librum inordinatum retinendo. Clementina enim ordinem necessariò supponit, & illum quidem substantialem, ex quo apparet de mente constituentis, quòd

quòd iste ordo seruetur in adnotatione, ex quo ex præcedentium ad notatione vult, quòd probetur, sequentes non esse adnotatos infra tempus. Mens enim disponentis & natura negocij hoc necessariò expostulat, quo casu talis ordo dicitur necessarius, formalis, & substantialis. Brun. de forma, fol. 41. col. j. & 2. cuius ordinis necessarij omissio vitiat. Bart. & post eum omnes in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pupil.

Nec obst. quòd in d. libro sint dimissa aliqua folia in albis, quia non per hoc sequitur & concluditur, quòd illi quatuor consensus præcedẽtes fuerint adnotati post istum de quo agitur. Sicut in nulla etiã consideratione
9 habetur, quòd folia non essent æqualia, quia † non præritur iure cautum, quòd folia librorũ debeãt esse æqualia. Et in summa Domini voluerunt inhærere verbis clementinæ, quæ sibi visa fuerunt admodum clara.

Quò verò ad secundam partem Domini inclinarũt, quòd Illustriss. D. Cardinalis Comendonus non probauerit, cõsensum fuisse adnotatum in libro infra 15. dies à die exhibitæ cedulæ notario. Tota enim sua probatio reducitur ad hoc, quòd literæ fuerunt expeditæ infra 15. dies cum consensu & ad instrumentum, in quo fit mentio de illis duobus consensibus immediate præcedentibus præstitis sub die.

Quo verò ad literas dicebant, quòd clementina annul
10 lat etiam prædictum consensum, quamuis literæ sint expeditæ, ex † quo tollit etiam verbo hodie vim probatiuam, cùm nolit, quòd aliquem operetur effectum, & decernit resignationem nullius momenti. Et propterea cũ stante probatione inducta per clementinam talis consensus sit annullatus, adeo quòd etiam Papæ attestationi non sit standum, contra huiusmodi consensus à lege reprobatos contrarium probari non poterit, maximè, quia annullat consensus etiam alibi scriptos, & sic quocunque loco illi scripti fuerint.

Secundò dicebant, quòd cùm hæc probatio inducta à clementina sit sufficiens & plena, alterius adminiculo non indigens, & particularis circa annotationem cõsensus, quòd sit male adnotatus, probatio hæc quod literæ non soleant expediri, nisi adnotato consensu, quãdo hoc esset verum, est probatio præsumptiua vel coniecturalis, & generica, quæ confunditur per probationem inductã
11 à clementina, tum † quia magis plenã, ad not. per Doct. in l. admonendi. vbi Ias. num. 226. & Rip. num. 210. ff. de iureiuran. Tum quia magis specialis, quæ semper præfertur probationi genericæ. Doct. in c. licet causam, de probatio. Imo. in dicto cap. auditis, de præscript. Idque tantò magis, quia clementina videtur requirere hanc contrariam probationem per modum conditionis ex allegatis.

Quo verò ad instrumentum, similiter aliqui dicebãt, quòd videbatur inferre ad coniecturam, & quod non attestabatur de adnotatione in libro, de qua præsens est quæstio, circa quam adnotationem particularem & plenam hactenus probationem, super hac secunda parte non fuit capta resolutio, sed ordinatum, quòd si super ea Illustriss. D. Cardinalis Comend. vult audiri, particulariter audiatur.

ALDOBRANDINI.

Roman. donat. 50000. Lunæ, 15. Nouembris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Præsens & tacens quoad eius commodum præsumitur consentire. & num. 9. & decis. seq. num. 1.*

2 *Notarius non potest attestari nisi de his quæ sensu corporeo percipit, in quo includitur etiam præsentia & taciturnitas.*

3 *Assertio notarij non excludit eius rogitum ex præsentia, & patientia collectum.*

4 *Rogitus præsumptus qui secundum iuris dispositionem admittit probationem in contrarium, non habet locum in rogitu causato ex præsentia & taciturnitate, sed debet probari dissensus.*

5 *Notarius si vtraque parte præsente scribat quod inter eos gestum est, & subscribat, rogitus inductus dicitur.*

6 *Rogitus notarij vt deducatur in esse, plus requiritur, quam ad deducendum in esse ipsum contractum.*

7 *Rogitus vtriusque partis licèt requiratur in contractu donationis, non tamen tollitur quòd ex vno non inferatur ad aliud.*

8 *Rogitus expressus à donatore non tollit tacitum rogitum donatarij.*

9 *Donatarius præsens & tacens ad sui commodum censetur consentire, & ita notarium rogasse.*

DECISIO CCXLVIII.

FVit tentum, Magdalenam censeri rogasse Nota-
1 rium, ex † quo fuit præsens & tacens ac patiens, & agebatur de ipsius commodo. An autem hoc applicetur huic casui & Notarius consenserit huic rogitui, & hoc mandatum susceperit, vel se restrinxerit ad rogitum Lælij tantum, & propterea posset dici constare vel non constare de sufficienti rogitu Notarij in casu isto, & an Notarius parti præiudicare potuerit, particulariter videbitur. Ratio decisionis fuit, quia præsentia, & patientia in his, quæ sunt vtilia, inducit mandatum. l. qui patitur. ff. mandati. cum alijs allegatis pro parte Magdalenæ.

Nec obst. quòd Notarius non possit attestari, nisi de his quæ sensu corporeo pereipit. Bald. in rubr. C. de fide
2 instrumen. numero 10. Quia † Notarius vidit præsentiam, & non reclamationem, ex qua inducitur huiusmodi mandatum. Difficultas apud nonnullos ex Dominis remansit ex eo, quòd cum Notarius non attestetur nisi de rogitu Domini Lælij, videntur intrare consil. Alex. & Alexand. toties allegata, secundum quæ Notarius includit rogitum Lælij, & excludit rogitum Magdalenæ, & intrare etiam videtur secũdum eos quod dicit Ægid. consil. primo. quod huiusmodi rogitus admittit probationem in contrarium.

Ad quod tamen per alios Dominos respõdebatur. ex
3 cons. Dec. 11. quod † assertio Notarij non excludit rogitum Notarij qui aliunde colligi potest, & sic collectum ex præsentia & patientia. Et respondebant ad cons. Alex. quòd loquitur in actu præiudiciali, item quod ibi non constabat de præsentia partium, licèt replicaretur, quòd immo Alexan. præsupponit contrarium fuisse factum in præsentia partium: tamen dicebatur, quòd illa præsentia per illud instrumẽtum quoad non rogantem qui repugnabat instrumento & dicebat se non rogasse, non probatur. & quamuis Ægid. dicat, quòd rogitus præsumptus admittit probationem in contrarium, non ta-
4 men † dicit, quòd si quis fuit præsens, & tacuit & consequenter rogauit secundum iuris communis dispositionem, q; si Notarius attestetur de rogitu alterius tãtum, propterea tollat dispositionem iuris, sed debebit probari non rogitus, alio modo probãdo, videlicet dissensum. Et Domini videbãtur admittere ferè omnes, q; si vtraq; pars soluisset, fuisset inductus rogitus vtriusque partis,

5 quia † tunc Notarius scribens & subscribens in præsentia partium, videretur à partibus ad hoc adhibitus. Sed in hoc casu aliqui dubitant, quòd cùm Notarius dicat se fuisse rogatum à Lælio, & sic à donante, nõ possit hoc habere locum ex rationibus supra adductis, quia dicũt, quòd non interuenit in hoc casu nisi præsentia, & quòd iste *rogitus* non resultat nisi ex iuris communis dispositione, & quod de his quæ sunt iuris, Notarius non rogatur. Quod si esset verum, sequeretur secundum tenentes aliam opinionem, quòd nec etiam silentibus ambabus partibus induci possit iste rogitus, quia & iste ex iuris communis dispositione colligitur. Sequeretur etiam, q̃ quando testis se subscribit in præsentia testatoris, ex qua subscriptione inducitur rogitus, ad not. per Bart. & alios in l. sciendum, de verb. oblig. Notarius non posset dicere & attestari, quòd ille testis rogatus fuisset, ex quo & iste rogitus resultat ex iuris communis cẽsura: & tamen cõtrarium est verum secundum communes Doct. theoricas. & dura videbatur alijs Dominis hęc opinio, quia nõ vident rationem quare silentium amborum contrahentium possit inducere rogitum etiam respectu Notarij quoad ambos contrahentes silentes, & silentium vnius illum non inducat, eodem modo etiam respectu Nota-
6 rij quoad silentem, & quod † plus requiratur in deducẽdo in esse rogitum Notarij, quàm requiratur ad deducendum in esse ipsum contractum donationis, in qua sufficit sola præsentia donatarij, & quod Magdalenæ no ceat loquutio Lælij disponentis, vt alias etiam dicebam, ad fauorem eiusdem Magdalenæ, cui silentium eiusdem profuisset. Et quia dubitãtes de rogitu ex parte Notarij fundabant se super doctrina Doct. in l. prætor ait.
7 ff. de eden. in quo loco Doct. videntur † in contractu donationis requirere rogitum vtriusque partis, in quo etiã requiritur præsentia Notarij. replicabatur, quòd si hæc duo requirantur, non negant Doct. quòd ex vno non inferatur ad alium. vt not. Doct. in l. hac consultissima, secundum quam requiritur rogitus & subscriptio testis, & tamen ex subscriptione infertur ad rogitum.

Nec secundum tenentes pro Magdalena potest intrare materia restrictionis, quòd, videlicet, Notarius se re-
8 strinxerit ad rogitum Lælij, quia † licèt dicat se rogatũ à Lælio verbis expressis, non negat quin tacitè fuerit rogatus à Magdalena, & in summa ponderabatur ratio Dec. cons. 11. & ponderabatur etiam, quòd cùm Notarius dicat, Lælium ipsum rogasse vt authenticaret scripturam ad effectum vt teneat pro publico instrumẽto, & sic cùm Lælius voluerit, quòd instrumentum esset publicum ad fauorem Illust. D. Magdalenæ, quod esse non potuit nisi mediante rogitu vtriusque partis, secundum lecturam informantium pro Portia, mandauit necessariò vt susciperet mandatum vtriusque partis. l. illud. ff. de acquir. hæred. Vnde cùm Notarius susciperit mandatum Lælij mandantis, quòd susciperit rogitum vtriusque partis, & in hoc mandato consentiat Notarius, & in eo etiã
9 consentiat Magdalena præsens & tacens, † cùm tractetur de suo commodo, videbatur ita tenẽtibus quod res careret omni difficultate, quòd talis rogitus inducebatur non solum respectu donatariæ, sed etiam respectu donantis, maximè, quia cùm in subscriptione idem Notarius simpliciter dicat, quòd rogatus authenticare authenticauit, hæc verba possunt & debent intelligi ad validitatem actus, quòd fuerit rogatus authenticare ab vtraque parte. & adducebatur in fortiori casu decis. Gui dobon. 68. incipien. coram Domino Romano. Admittebant etiam Domini saltem pro maiori parte, quòd in hoc casu Notarius potuisset attestari de rogitu Magdalenæ, stante ista præsentia & patientia, si voluisset.

ALDOBRANDINI.

Roman. donat. 50000. Mercurij, 2. Decembris. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Præsentia donatarij sufficit pro validitate donationis causa mortis.*
2 *Testes duo sufficiunt ad probandam solemnitatem donationis causa mortis.*
Limita, nisi agatur de probanda solemnitate substantiali. num. 3.

DECISIO CCXLIX.

1 DOmini fuerunt concordes, quòd † pro validitate donationis causa mortis sufficit sola præsentia donatarij, reprobata opin. Aret. in l. 2. ff. de legat. j. & Dec. consil. 245. & in rub. C. de pact. cum alijs allegatis pro parte Illust. D. Portiæ, quia illa opinio est communiter damnata, vt per Doct. allegatos pro parte Illust. Dominæ Magdalenæ. & Rip. in rub. de verbo. obligat. num. 24. vbi rationibus Dec. respondet. Fuerunt etiam concordes, quòd testes de quibus in dubio, probant præsentiam Illust. Dominæ Magdalenæ circumscripto articulo, an requirantur quinque testes. Nec inuerisimilitudines allegatæ habitæ fuerunt à Dominis in consideratione, ex quo Notarius non videtur adhibitus ad stipulandum, sed ad authenticandum scripturam.
2 An † verò requirantur quinque testes, Domini dixerunt particulariter videndum. Pro Illust. Domina Magdalena allegabatur regula, quòd quando agitur de probanda solemnitate, sufficiunt duo testes, vt per Doctores in l. secunda. C. de bonorum possessio. secundum tabul. Imo. in cap. cum esses, numero 17. de testam. Crot. de testib. in sexta parte, numero 226. Et quia quod plus fuerit dictum quàm scriptum, probatur duobus testibus. vt per Alberic. in dicta l. secunda, in fine. C. de bonorum possess. secundum tabul. Pro Illust. Domina Portia allegabatur, quòd hæc videtur solemnitas substan-
3 tialis, ad † quam probandam dicebatur requiri tot testes, quot requiruntur ad probandum actum, & allegabatur Menoch. consil. 37. num. 4. cum pluribus sequen. super quo vt dictum est, non fuit capta resolutio, sed dictum, quòd particulariter videatur.

ALDOBRANDINI.

Roman. donat. 50000. Lunæ, 12. Octobris. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura quæ habet requisita publici instrumenti, fidem facit. & num. 4.*
Etiam si talis scriptura sit matrix, & non reperta inter protocolla notarij rogati. num. 2.
Fallit, vbi talis scriptura vel nota erat defectiua, vel ratione signi, vel ratione defectus subscriptionis notarij. num. 3.
4 *Scriptura, quæ fidem facit tanquàm publicum instrumentum, non indiget aliquo supplemento à loco, à quo fit.*
5 *Notarij non solent sub spe quòd instrumentum stipulabitur, ante stipulationem apponere subscriptionem & signum.*
6 *Suspitio fraudis & falsitatis cessare dicitur in instrumento pluribus solemnitatibus confecto.*

Scriptura

7 *Scriptura donationis penes donantem retenta, reuocata censetur.*

DECISIO CCL.

1 DOmini tenuerunt, Illust. D. Magdalenam vigore scripturæ de qua in dubio, posse agere, quia † habet omnia requisita publici instrumenti, & consequenter fidem facit, vt etiam alias fuit tentum in hac causa die prima Iulij, coram bo. me. Orad. per doctrinã Bal. in rub. C. de fide instrumen. & Canon. in cap. cum P. tabellio, eod. tit.
2 Nec obst. quòd † hæc sit matrix & prima scriptura, & non reperta inter protocolla Titi Carosselli Notarij rogati, cùm sit, vt dictum est, perfecta. authoritas enim Doctorum allegatorum pro parte Illust. D. Portiæ Dominos non mouerunt, quia loquuntur in casibus, in quib. notæ erant defectiuę, vel ratione signi, quod signum defendunt esse de substantia instrumenti, vel ratione defec-
3 tus subscriptionis Notarij, in † quibus casibus bene procedit distinctio Doct. aut nota est reperta inter protocolla Notarij, aut non, quando enim in aliquo est defectiua, si ex ea desumendum sit publicum instrumentũ, oportet, quòd in loco, in quo fuit reperta, recipiat robur & supplementum, quia reponendo Notarius eam inter notas authenticas, signum est, quòd de ipsa fuit rogatus, & quod fuit publicata. secus secundum Doct. si inter dictas notas authenticas non reperiatur, nisi aliunde, vt puta per testes, probetur rogitus & stipulatio: sed quando nota habet omnes solemnitates, cessat omnis
4 difficultas. eo enim casu cùm † ex se, vt posse publicum instrumentum, fidem faciat, vt concludunt omnes in dicto cap. cùm P. tabellio, non indiget aliquo supplemento à loco à quo fit, vt quamuis Notarius non conficiat protocollum, non propterea deficiat fides instrumenti, vt per Couar. alleg. Quod comprobarunt Domini, quia iure cautum non reperitur, quòd instrumentum non faciat fidem, nisi reperiatur protocollum, cùm dispositio §. fin. Auth. de fide instrumen. sit localis, & quamuis consuetudo introduxerit, vt Notarius protocollum conficiat, adeo vt arbitraria pœna possit puniri, si id omittat, non tamen reperitur statutum, quòd instrumentum protocollo non confecto fidem non faciat.

Non fuerunt etiam à Dominis habitæ in consideratione rationes Corn. cons. 226. lib. 3. quas referunt alij
5 Doct. Quia secundum † eos non solent Notarij sub spe quòd instrumentum stipulabitur, ante stipulationem apponere subscriptionem & signum, vt fuit factum in casu nostro. Et quia ex dictis testium, de quibus in dubio, tollitur omnis difficultas, ideo omissa illa difficultate, an duo probent publicationem vel ne, cùm de publicatione constet ex instrumento, dicebant sufficere abundanter pro tollenda suspitione, quæ vniri posset huic scripturæ, ex eo quia penes partem reperitur. quam su-
6 spitionem † & fraudis materiam etiam dicebant cessare ex tot solemnitatibus in hac donatione adhibitis, cũ scripta & subscripta sit manu Lælij donantis, eiusq; sigillo sigillata, & etiam subscripta à septem alijs testibus cum sigillorũ appositione, multò enim difficilior videtur in hoc casu machinatio fraudis.

Quod autem Lælius retinuerit hanc scripturam, & propterea censeatur reuocasse donationem, Domi-
7 nis nõ placebat. Dixerunt enim, † motiuummet in facto verificari, quia nõ probabatur Lelium retinuisse, nec in iure subsistere. Neq; visum fuit Dominis, quòd applicari posset huic casui allegatum simile de Domino, qui nõ dat instrumentum procuratori, & de testatore, qui lacerat testamentum, maximè: quia Lelius potuit retinere penes se hanc scripturam, non quia reuocasset donationem, quia donauerat causa mortis. Et ideo meritò potuit viuente ipso, velle dictam scripturam custodire.

ALDOBRANDINI.

Roman. donat. 50000. Veneris, 23. Iulij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Ius omne metiendum est ab actore, secundum quod causa dicitur summaria, vel ordinaria prout natura eius expostulat.*
2 *Ius omne sibi competens confuso modo, & actiones contrariæ deduci possunt ab actore in eodem libello, quæ postea electione tolluntur.*
3 *Libellus generalis, & incertus in summarijs procedit, in quo actor deducit omne ius sibi competens etiam parte opponente.*
4 *Libellus incertus, & obscurus interpretatur, vt saluetur, ita quod remedia in eo promiscuè intentata, censentur disiunctiuè, vel successiuè, aut conditionaliter, vel electiuè intentata.*
5 *Variatio admittitur, quando libellus, & petitio non est restricta.*

DECISIO CCLI.

FVit tantum, Illustr. D. Magdalenam deduxisse omne ius sibi competens omni meliori, & sibi vtilio-
1 vno q̃ alio modo, quia † cũ metiamur ius ab actore. l. 1. C. si pars hæred. pet. a. sumus in causa summaria, tum ex natura causæ, secundum constitutionem Innocen. cuius verba sunt clara, quia dat facultatem procedendi in causis viduarum, & pupillorum, prout in beneficialibus, in quibus summarie, sine strepitu, & figura iudicij proceditur. clemen. dispendiosam. de iud.

Nec facit, quòd summa sit magna, quia Innocent. ibi non distinguit summam in causis harum personarum, sed in quibuscunque causis non excedentibus summam quingentorum florenorum eandem tribuit facultatem. Tum etiam propter commissionem Illustris. Dom. Portiæ, quæ habet in corpore clausulam, cum clausulis solitis, & consuetis, & non est dubium quin hæc sit solitissima clausula, quicquid fuerit antiquis temporibus. non enim est necesse, quòd in corpore explicite petatur summarius processus, sed sufficit, quod per alia verba id fiat. Cassad. decis. 14. de rescrip.

Et ponderando commissionem Illustr. Dom. Portiæ, quæ effecta fuit communis ac protestationem, & com-
2 missionem Magdalenæ, apparet, quòd † indubitanter ipsa in confuso egit, ac deduxit omne ius sibi competens, iuxta cautel. Angel. & Paul. de Cast. in l. si vterque, numero quarto, C. de codicil. Curt. iun. consil. 284. numero 16. cum pluribus seqq. ibi. Et hoc apud Dominos erat indubitatum.

Non obstat, quòd hæc remedia, tanquàm cõtraria cumulari eodem tempore nequeant, & propterea hic libel-
3 lus recipiat interpretationẽ à iure cõmuni. Tum † quia in summarijs, procedit libellus iste incertus, in quo deducit actor omne ius sibi cõpetens & parte opponẽte, vt per Bar. & alios allegatos per informãtes pro parte Magdalenæ. Tum etiam, quia secundum lecturam informãtium pro Portia istæ actiones origine sunt contrariæ,

quia origo vtriusque esse simul vera non potest. Curt. iun. in l.j. num. 18. C. de furt. vnde tales actiones taliter contrariæ bene cumulari possunt, quia cùm vna tantum competat, cadit in eis electio. Ias. in l.j. num. 2. C. de furt. Put. decis. 21. lib. j.

Quibus stantibus, cum Doct. post Innocen. in cap. auditis, de præscript. & in cap. restitutus, de in integ. restit.
4 & in l. nemo ex his, de reg. iur. ad saluandum † libellum in istis casibus promiscue dicant, quòd disiunctè vel successiuè, aut conditionaliter, aut alternatiuè huiusmodi remedia censentur intentata taliter, quòd actor obtinere debet in eo, quod probabit. cap. Abbate sane, de reg. iur. in sexto. facienda est interpretatio in isto casu, quòd censeantur alia remedia intentata, prout est vtilius actori. l. si quis intentione ambigua, de iudic. & sic non euentualiter & non magis vno, quàm alio modo, ita quòd in eo quod probatum fuerit, obtinere debeat, maximè stantibus clausulis, de quibus in protestatione Magdalenæ, quæ operantur, quòd etiam expressa actione incompetenti actor obtinere debeat ex competenti, vt per Curt. iun. dicto consil. 284. num. 16. cum sequen. & eadem ratio quæ facit, quòd censeatur actor deduxisse omne ius suum, suadet etiam, quòd censeatur deduxisse eo modo, quo sibi est vtilius de iure.

Non obstant articuli dictæ Magdalenæ, quia in resotione præsuppositæ eis respondetur, illi enim respiciunt
5 prosecutionem, in qua † prosequitur, quando libellus & petitio non est restricta, licita est variatio. Bald. in l. per hanc, num. 18. versic. quæro ergo si egi. C. de temp. appel. Vltra quod placuerunt etiam Dominis responsiones etiam informantium pro Magdalena.

Quoad secundam partem dubij, licèt plurimum secundum Dominos pendeat ab ista, quia tamen pars non informauit, nihil firmare voluerunt.

ALDOBRANDINI.

Roman. donat. 50000. Veneris, 24. Septembris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Rogitus notarij si requiratur à statuto in donatione, sufficit si donans de eo attestetur in donatione, & notarius è contra de approbatione donantis cum licentia authenticandi ipsius scripturam in vim publici instrumenti, de qua attestatur se fuisse rogatum.*
2 *Rogitus notarij est necessarium antecedens ad publicum instrumentum ita quod ab eo separari non potest.*
3 *Notarius debet interuenire ab initio in omni actu faciendo per eum.*
Scriptura donantis sine rogitu notarij non dicitur donatio, sed præparatio ad donandum, & sic corpus sine spiritu.
4 *Dictio, pro, quando profertur à persona quæ potest facere actum, non importat fictionem, sed veritatem.*
5 *Protocollum potest scribi etiam aliena manu, secundum veriorem opin.*

DECISIO CCLII.

DOmini pro maiori parte steterunt in resolutis, præsupponendo sine veri præiudicio, quòd secundum formam statuti requiratur ad validi-
1 tatem donationis, quòd † Notarius sit rogatus de ipsa donatione. Dixerunt enim Notarium de donatione rogatum fuisse, quia in corpore scripturę Lælius dicit, quòd erit subscripta sua manu cum rogitu notarij. & notarius inquit quod Lælius approbat & confirmat in omnibus & per omnia suâ supradictam donationem manu propria ipsius scriptam & factam, & quòd rogatus fuit authenticare dictam scripturam donationis, ad effectum vt teneat pro publico & authentico instrumento. & in subscriptione asserit omnibus & singulis contentis in d. donationis scriptura interfuisse, ex quibus constat secundum Dominos, Notarium rogatum fuisse nedum de ipsa authenticatione, sed de ipso actu donationis. Tum quia ad. validitatem actus potius ex præcedentib. verbis sunt interpretanda verba subscriptionis Lælij, dum dicit, *dò licenza al presente Notaro che authentichi, &c.* Tum etiam, quia authenticatio non repugnat rogitui ipsius actus, & dando licentiam, quòd authenticet, intelligitur hoc in potentiori significatu, quòd illâ scripturam ita authenticet, quòd ex ea efficiatur publicum & authenticum instrumentum, vt declarat ipse Notarius, dum dicit, ad effectum vt teneat pro publico, & authentico instrumento.

Ex quibus tollitur illud, quod dicebatur pro parte
2 Portiæ, quòd † aliquæ sunt scripturæ authenticæ, quæ non sunt publicæ. Quia voluit Lælius, quòd sua scriptura efficeretur publica, dum dicit, ad effectum vt teneat pro publico instrumento, quod cùm non possit esse secundum intellectum scribentium pro Portia, nisi mediante rogitu Notarij, in necessariam antecedentiam dicitur rogatus etiam de ipsa donatione. l. illud. ff. de acquiren. hæredit.

Non obstant not. in c. fin. de fide instrum. Quia non applicatur illa doctrina casui nostro. ibi enim Notarius
3 † ab initio, quando actus efficitur, non interfuit: in casu autem isto Notarius vsque ab initio & in celebratione actus interuenit. scriptura enim Lælij non fuit donatio, sed præparatio ad donandum, iuxta cons. Oldra. 119. nec fuit vere perfecta, nisi adhibito rogitu Notarij, vt per Bal. in l. contractus, de fide instrum. num. 5. cum alijs allegatis pro Magdalena. Capiendus est igitur secùdum Dominos totus iste actus, simulque totus est vnicus, vt in resolutione dictum fuit.

Non obst. quòd dictio, pro, importet fictionem, quia
4 † in hoc casu profertur à persona, quæ potest facere actum, vt per informantes pro Magdalena.

Sicuti non obst. quòd protocollum non possit scribi
5 aliena manu, quia immo † contraria opinio est verior secundum Dominos per allegata, & particulariter per Paris. cons. 28. num. 30. 31. lib. 2. ab vtraque parte allegatum, cuius dictum visum fuit Dominis multum deseruire pro Magdalena. Alex. cons. 50. num. 5. lib. 3. vbi multa in apostil.

Non obstat resolutio allegata, quia ibi controuersia erat de stipulatione, non de rogitu, & tunc materia non fuit principaliter tractata prout nunc.

Vnus tamen ex Dominis, qui tenebat hanc partem, declarabat suum votum, quòd Notarius fuit rogatus de ipso actu donationis, sed quod de hoc non cõstabat per verba explicita, in quibus explicite diceretur Notarium rogatum fuisse de actu donationis, sed per verba æquipollentia suffragetur in terminis, statuti de quo agitur. remisit cogitandum per Dominos.

ALDOBRANDINI.

Roman. donat. 50000. Mercurij, 24. Nouembris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Notarius scribens instrumentum ad vtilitatem præsentis & tacentis, censetur mandato tacito consensisse.*

Inclusio

2 *Inclusio vnius non est exclusio alterius, quando inclusio non est contraria, sed diuersa.*
3 *Præsentia & taciturnitas est de his quæ sensu percipi possunt à notario.*
4 *Notarius potest apponere clausulas consuetas, & de eis dici se rogatum.*
5 *Officialis quilibet præsumitur diligens in suo officio.*
6 *Lex nihil præsumit super eo quod certum est.*
7 *Præsentia & taciturnitas importat rogitum in his, quæ habent concomitantiam cum verbis notarij etiam in non fauorabilibus.*
8 *Rogitus omissus potest probari per testes, si cadat in eorum sensum.*
9 *Notarij non tenentur scire leges & apices iuris.*
10 *Præcedentia faciliter influi in sequentia dicuntur.*

DECISIO CCLIII.

PRopter contrarietatem opinionum Dominorum, non potuit capi resolutio. Pars enim vna ipsorum tenebat & præsuppositum applicari. & Notarium consensisse rogitui Magdalenæ, non autem ad rogitum
1 Lælij se restrinxisse, quia † cùm iam sit resolutum, quòd ipsa existendo præsens & tacens, censetur rogasse Notarium, & Notarius scripsit instrumentum ad sui vtilitatem, censetur per consequens huic mandato tacito consensisse. Non obst. quòd Notarius non intellexerit tale mandatum, ex quo nec verba Magdalenæ, nec signa fuerunt expressa, & propterea ex vtraque parte tam mandantis quàm mandatarij videatur adesse taciturnitas. Quia hæc obiectio secundum ita tenentes tollitur per tex. in l. qui patitur. ff. mand. vbi inter eum qui mandat, & eum qui patitur mandatum, vt sibi credatur, nulla verba interueniunt, & quamuis interueniat actus positiuus, puta numeratio ad illius vtilitatem, dicebat quòd & in hoc casu ex parte notarij interuenit actus positiuus, quia scribit & publicat instrumentum ad vtilitatem Magdalenæ.

Non obstat quod dicendo se rogatum à Lælio exclu-
2 dat rogitum Magdalenæ, quia regula quod † inclusio vnius sit exclusio alterius, non procedit, quando quid alio modo includitur vt in hoc casu, in quo licèt excludatur rogitus expressus, non tamen excluditur rogitus, qui potest includi aliunde, & sic ex dispositione iuris facto probato, ad consil. Dec. 11. maximè, quia hic concurrunt verba subscriptionis notarij, in qua subscriptione non se restringit ad rogitum Lælij, cùm simpliciter dicat, rogatus authenticare authenticaui, quæ verba ad destructionem actus non debent recipere interpretationem à præcedentibus: nec vident ita tenentes rationem, quare quando in vna parte instrumenti asserit se fuisse rogatum ab vno, & postea in alia simpliciter dicit se rogatum, instrumentum saluetur. nec secunda verba restringuntur per prima, cùm etiam non sit verum in hoc casu, cùm de hac authenticatione potuerit Magdalena ita rogasse Notarium, sicut rogauit Lælius, neque in hoc adest aliqua contrarietas: non enim contrariarentur primis verbis, in quibus Notarius dixit se rogatum à Lælio, sequętia, in quibus diceret se rogatum à Lælio & Magdalena, idque tantò magis stante resolutione iam firmata, quòd Notarius fuerit rogatus de ipsa donatione.

Minus obst. quod Notarius non rogetur nisi de his quæ percipi visu, sensu, & auditu possunt. Quia præsen-
3 tia † & taciturnitas bene videtur: alioquin falsa esset doctrina Vital. & aliorum firmata iam per Dominos, volentium, quòd ex publicatione instrumenti facta partibus præsentibus, & non reclamantibus, inducatur talis rogitus. Si enim non induceretur, & Notarius de isto rogitu rogari non possit, falsum diceret, quando in hoc casu diceret se rogatum ab ambabus partibus.

Nec obst. quòd de his, quæ sunt iuris, non rogatur,
4 quia † immo potest apponere clausulas solitas apponi, & de eis potest dicere se rogatum, & tamen hoc etiam resultat solum ex iuris dispositione, & ponderabant ita tenentes, quòd à Lælio fuit rogatus facere publicum instrumentum & validum, & Notarius voluit publicum & validum instrumentum conficere. & propterea eius omnia verba quantum fieri potest, salua ratione recti sermonis, sunt interpretanda pro validitate actus. pro quibus faciunt omnia alias pro hac parte adducta, & dicebant præsumendum esse, Notarium habuisse
5 hunc sensum, quia † quilibet officialis præsumitur diligens in officio suo. & ita tenentes vlterius procedebant affirmantes quòd in omnem euentum stãte quòd Magdalena Notarium rogauit, non potuit ipse nõ suscipiendo huiusmodi rogitum parti præiudicare, cùm factum sit per testes probatum, ex not. in l. fi Librarius. ff. de regulis iuris.

Alia pars contrarium tenebat. dicebat enim quòd præsuppositum non applicatur huic casui, in quo con-
6 stat, quis rogauit, quia † tunc cùm sit certum quis rogauit, lex nihil præsumit, & deducebant hoc ex Bart. in l. sciendum, numero 15. de verborum obligatio. & ex Alexan. consil. 110. numero 3. ad fin. lib. secundo. & Alexand. consil. 35. in fine. quem Alex. dicebant loqui etiam quando instrumentum fuerat celebratum parte præsente, vt per eundem Alex. cons. 38. in septimo. & etiam in fauorabilibus, vt in dicto consil. 110. numero 3. & dictum Alex. & Alexan. cõfirmabant aliqui per ea quæ tradunt Bart. & post eum alij, in l. si maritus. C. de procurat. & ex tradit. per Ægid. consil. primo. dum vult, quòd ille rogitus tacitus, siue præsumptus, admittat probationem in contrarium.

Et qui ita tenebant, præsupponebant, quòd tunc demum præsentia sola & taciturnitas possit importare ro-
7 gitum, † quando habet aliquam concomitantiam cum verbis Notarij, quo casu indifferenter procedit tam in fauorabilibus, quàm non fauorabilibus, vt per Doct. in l. sciendum. & Bal. in l. prima, numero 18. de fide instrumen. lib. 10.

Nec. obst. quòd rogitus omissus possit probari per
8 testes, quia † secundum ita tenentes, debet intelligi hoc de rogitu, qui cadat in sensum testis, qualem non esse dicebant illum, de quo agitur. & assignabant rationem diuersitatis inter vnum casum & alium, quia quando concurrunt verba Notarij cum patientia, lex attendit verba Notarij, quia dicuntur verba partium. Glos. in l. sciendum. vbi Ias. num. 35. ff. de verb. oblig. Sed vbi cessant verba Notarij, non potest secundum eos intrare talis præsumptio.

Quibus tamen alij respondebant, quod hæc erãt contra iam resoluta: nam Vital. in clemen. prima. §. dudum, de iureiuran. non requirit concomitantiam verborum Notarij, & contineatur solum, quòd testes probent instrumentum esse publicatum partibus præsentibus. Et tenentes hanc secundam partem, quòd præsuppositum non applicetur, dicebant non posse aliquam culpam infringi Notario, quia non probantur aliqua verba, vel signa Magdalenę, ex quibus Notarius percipere potuerit, ꝙ ipsa voluisset eum rogare, maximè, quia fm eos in du-
9 bio præsumitur ignorantia, quia † Notarij non tenentur scire leges & iuris apices, ad Bar. in l. generali, nu. 10. C. de tabellio. & ad istum propositum dicebant facere Bald.

in rub. C. de fide instrumen. numero 10. vbi apostil. numero 14. Immo si notarius attestaretur de præsentia Magdalenæ, dicebant, quòd cùm neque à Lælio, neque à Magdalena de hoc esset rogatus, eius attestatio non faceret fidem, quia esset attestatio ipsius tanquam testis, non tanquam notarij. Ad subscriptionem respondebãr, quòd cùm in hoc casu Lælius in corpore suæ scripturæ dicat, quòd dedit licentiam notario, quòd authenticaret dictam scripturam ad effectum vt teneat pro publico instrumento, & notarius in corpore instrumenti asserat, quòd Lælius eum rogauit, & Magdalena similiter articulet, quòd Lælius notarium rogauit, & nihil dicit de suo rogitu, & testes deponant de rogitu Lelij, & nihil dicant de rogitu Magdalenæ, tot videntur cõcurrere secundum eos, vt omnino dicendum sit, quod præceden-
10 tia, † quæ faciliter influunt in sequentia, declarent verba subscriptionis imperſonaliter prolata. Gozad. consil. 30. num. 19. & cons. 82. num. 13. Tiraq. de retract. §. j. glos. 14. num. 25. & seq.

Stantibus igitur his difficultatibus Domini voluerunt particulariter videre, an notarius se restrinxerit ad rogitum Lælij, & an potuerit præiudicare donatariæ stante præsuppositio, de quo in dubio.

ALDOBRANDINI.

Roman. donat. 50000. Lunæ, 29. Maij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Commissio illa dicitur generalis & ampla, quæ habet clausulas communes & vniuersales.*
2 *Dictio, vel aliàs, significat vel alio modo quàm expresso.*
3 *Donatio causa mortis est similis vltimæ voluntati & eius naturam sortitur.*
4 *Contraria remedia in dubio per accidens intentari videntur.*
5 *Articuli contrarij qui succedunt loco libelli, interpretantur euentualiter deducti.*
6 *Libellus incertus in summarijs procedit etiam parte opponente.*
7 *Actiones plures si sint cumulatæ in eodem libello, potest vna eligi & super ea sententia ferri.*
8 *Interpretatio fit in fauorem actoris ante litem contestatam.*

DECISIO CCLIIII.

FVit tentum, quòd Magdalena ita se non restrinxit, vt non deduxerit etiam actionem ex fideicommisso. Nam in primis commissio Portiæ est am-
1 plissima habens clausulam, quam & quas, &c. † quæ cùm sit communis, sequitur, quod sicut Pottia posset vigore huius commissionis absolui à iactationibus etiã super fideicommisso, ita possit etiam obtinere Magdalena super fideicommisso virtute eiusdem commissionis. quæ vt dictum est, effecta fuit communis, quæ commissio licèt in corpore non habeat clausulam, summarie, &c. habet tamen illam clausulam, videlicet cũ clausulis solitis & consuetis. Et regens in extensione signaturæ posuit clausulam summarie. Deinde subsequitur protestatio eiusdem Magdalenæ, in qua indubie secundum Dominos videtur deduxisse quodcunq; ius suum. In primis considerando illa verba, Illust. Dominus Lælius donauit & titulo validè & efficacis donationis causa mortis, vel aliàs concessit & assignauit. dictio enim
2 † illa, vel alias, significat vel alio modo quàm expresso, & sic vel aliter quam ex donatione, vt fuit dictum in illa Sabinen. spolij coram bo. me. Orad. Decano, in qua ob illam dictionem fuit saluata citatio, & processus. Item propter illa verba, saluo iure latius deducendi, deducens omne ius suum præmisso, & omni alio meliori modo, quæ verba videntur multum clara.

Postremò superuenit commissio eiusdem Magdalenæ habens clausulam, quam & quas super donatione & & dote rebusq; alijs, &c. Ex qua apparet, quòd ipsa se non restrinxit neque arctat.

Non obst. quòd protestatio sit facta ad effectum interpellationis & constituendi in mora. Quia est facta ad effectum petitionis iudicialis, ex qua in mora consequenter constituebatur Portia, & in exequutionem cõmissionis impetratæ à Portia, & cùm dicat expresse, deducens omne ius suum, constare videtur, quòd deducit in iudicio omne ius sibi competens.

Non obst. quòd hæc remedia sint contraria, & quòd non possint simul cumulari. Quia in primis Domini nõ
3 vident, † quomodo donatio causa mortis possit dici contraria fideicommisso, cùm diu inter I. C. antiquos fuerit controuersum, esset ne connumeranda inter vltimas voluntates vel inter donationem inter viuos, qui si hanc contrarietatem præcepissent, non ita disceptassent, & cum Iustinianus dicat, & omnes effectus sortiatur, quos vltimæ habent liberalitates, nec ex quacunque parte absimilis eis intelligatur. l. finali. C. de mortis causa donationis.

Præterea remedia contraria possunt euentualiter
4 intentari, per allegata. & † in dubio videntur intentata euentualiter. vt per Dec. in cap. pastoralis, numero 55. de except. & in l. nemo ex his, de regulis iuris. qui licèt loquatur in reo, idem est in actore, quando potest deducere remedia contraria, quia cùm id possit facere euentualiter, censetur eo modo deducere, quo potest. Vnde videmus fieri eandem interpretationem, etiam in arti-
5 culis, † qui succedunt loco libelli, qui si contineant contraria, interpretantur deducta in eis euentualiter. vt declarat Pau. de Cast. in l. prima, numero 5. ff. ne quis eum qui in ius voc. vbi Soci. num. 10. & Ias. num. 7. Ruin. consil. 22. numero 6. lib. primo. Soc. iun. consil. 125. numero 19. lib. primo.

Non obst. protestatio partis, in qua fuit dictum gene-
6 raliter contra. Tum † quia in summarijs procedit libellus incertus etiam parte opponente, Doct. in l. edita. C. de eden. vbi Aquen. numero 21. Purpur. numero 224. Tum etiam, quia licèt possint per hanc cõtradictionem præseruare exceptionem, non tamen sunt in specie oppositæ. Pau. de Cast. & alij in l. Titiæ textores. ff. de legat. primo. Quapropter procedit libellus quousque oppositio ad speciem deducatur. Tum & tertiò, quia euentualiter, vt dictum est, possunt intentari huiusmodi remedia. & ita censentur deducta.

Non obstant articuli. Primò, quia licèt sonent in donationem, non tamen sonant in donationem exclusiuè ad fideicommissum, quia habent relationem ad scripturam, & quia in initio præmittitur protestatio de om nibus protestare solitis. Secundò, quia in omnem euentum, cùm Magdalena ab initio deduxerit omne ius
7 suum, licèt † postea prosecuta fuerit vnam actionem, talis prosecutio non obstat, nec propterea non condemnatur in expensis. Riminal. in l. edita, numero octauo. C. de eden. & fuit tentum in vna Vrbeuetan. Castri Castellioni. de anno 1563. Et tantòmagis, quia hæc mutatio videtur quodammodo oriri ex facto partis, quæ opponit exceptiones contra testes, qui præsentiam probauerunt.

Quæ

Quæ omnia tantò facilius Domini admittunt, quia
8 sumus in materia, in qua large, † & secundum intentionem actoris omnia interpretantur. l. si quis intentione ambigua. ff. de iud.

Non ob. confessio Magdalenæ, quia Portia eam non acceptat, sicut etiam non ob. l. fi. C. de codicil. Quia secũ dum Dominos non videtur facere ad hunc propositum, cùm tanquàm odiosa habeat solum locum in illo particulari casu.

ALDOBRANDINI.

Roman. donat. 50000. Veneris, 4. Februarij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta in bonis non potest exigi in pecunia debitore nolente.*
2 *Bona vendi possunt, quando ea sunt in cautione, & pecuniæ in obligatione.*
3 *Stipulari decem in melle aliud est, & aliud stipulari decem redigenda ex, vel super tali re.*
4 *Pecunia donata supra aliqua re, non veniunt pecuniæ, quæ seruando seruari non possunt.*
5 *Pecuniæ quoquomodo collocatæ facilius perire possunt, quàm bona.*
6 *Interpretatio in dubio magis facienda est pro bonis, quàm pro pecunia, quæ facilius consumitur.*

DECISIO CCLV.

DOmini fuerunt concordes, quòd Magdalena nõ
1 potest cogere Portiam ad exbursandum in pecunia numerata 50000. propter illa † verba, *sopra il mio stato*, & illa alia, *da cauarseli &c.* & ita intrant allegata ex Corn. & Aym. in consilijs addductis pro Portia.

An autem postquàm Magdalena bona consecuta fuerit, possit ea vendere. fuit inter Dominos variatum & nihil firmatum. Aliquibus enim id videbatur extra dubiũ, & propterea super hoc non votarunt. Aliqui verò tene-
2 bant, ꝙ posset ea vendere. & mouebantur, quia † pecunię sunt in obligatione, & bona in cautione, vt per Bar. in l. quamuis. de pig. act. Vnde consequenter ea vendere poterit, cùm sint ad eam cautelam, & ad effectum, vt pecunias percipere possit hipothecatas, & ad hoc põderabãt, quòd Lelius absolutè dicit, *dono & fo libera donatione de 50000. scuti sopra il mio stato*, & sic incipit à donatione pecuniarum, licèt dicat, supra statum, non posset amplius, quia hypothecat statum, pro ipsis. & subiungit, *da cauarseli*, quod verbum ita tenentes interpretantur ꝓ redigendis super bonis. Et propterea dicebant non facere ad propositum. l. si stipulatus fuerim decẽ in melle. de
3 solu. cum alijs allegatis pro Portia, quia † aliud est stipulari decem in melle, aliud est stipulari decem redigenda ex tali re, vel super tali re: & addebant id maxime procedere in casu nostro, quia sumus in donatione, quæ ex natura sua debet latissime interpretari. cap. cum dilecta. de dona. & ita dicebant fuisse resolutum in vna Bononien. de Pepulis. Et particulariter ad cons. Corn. respondebãt, quòd Corn. tractat, an possit hæres soluere pecunias, ꝙ non est casus noster. Ponderabant etiam illa verba, *& dopoi tornino*, in plurali, quod verbum non potest referi, nisi ad pecunias.

Alij contrarium opinabantur ex ijsdemmet verbis
4 donationis, quia † Lelius donat pecunias supra statu, & vult quòd reuertantur, quæ verba non possunt applicari ad pecunias, quæ seruando seruari non possunt. Item ex verisimili mente donantis, quia non est verisimile eum voluisse statum suum ita minui, & quòd emptor extraneus se in illis bonis intrudat. sicut enim Lelius magis dilexit suos hæredes, quàm hæredes Magdalenæ, qa voluit, ꝙ hæc donatio non transeat ad hæredes donatariæ, sed ad suos hæredes reuertatur: ita censendum est, quòd prædilexerit suos hæredes, vt præferre noluerit extraneo emptori. Cũ enim Lelius sciat, quòd non thesaurizabat, & ꝙ non erat relicturus in hæreditate tam grandem pecuniarum quantitatem, secundum Dominos, fit multũ verisimile, quòd voluerit prouidere hæredi, ne cogeretur soluere pecunias, & Magdalena posset ex suo arbitrio capere bona tanti valoris. Ponderabãt etiam, quòd cum voluerit, quòd donata reuertantur ad suos hæredes, si pecuniæ soluerentur, posset † venire casus, quòd
5 hæc sua voluntas defraudari posset, cùm fideiussores aliquando decoqueant, & pecuniæ super montib. vel alijs locis collocatæ perire possent, quæ multò difficilius euenire possunt, si bona tantummodo debeantur. Et ad omnia supra ponderata respondebant, primò ex auctoritate Corn. in locis allegatis, & signanter consil. 132. numero decimo, libro quarto, vbi erant relicta 60. flor. capienda de bonis, qui casus secundum ita tenentes est proximus casui nostro, & Soc. consilio 214. lib. secundo, vbi erat dictum, in & super bonis. & omnes firmant hanc cõclusionem per tex. in l. si stipulatus fuerim 10. in melle. de sol. cum ibi no.

Secundò respondebant, quòd illa verba, *da cauarsegli*, verificantur, quia hoc modo percipit bona 50000. scutorum, & illa verò alia, *tornino*, dicebant facere pro hac
6 parte, quia † magis hoc applicatur bonis, quàm pecuniæ. Et pro hac parte dicebãt plurimum facere præsumpta, & verisimilis mens, & obseruantia subsecuta. Quia secundum nonnullos ex ita tenentibus, Magdalena ipsa ita interpretata fuit donationem, & hanc interpretationem dicebant magis æquam, ne Portiæ inferatur hoc præiudicium, quòd amittat bona tanti valoris, quia etiã quod pecuniæ sint reuersuræ ad ipsam, vel eius hæredes, non erit in potestate sua, vel hæredum suorum hæc bona redimere, & sic status ipsius diminuitur.

ALDOBRANDINI.

Roman. donat. 50000. Vener. 30. Iulij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Actor plura in libello deducens debet obtinere in eo capite, quod probatum est.*
2 *Libellus incertus, & obscurus admittitur in quocunque iudicio parte non opponente.*
3 *Agens ex vna causa, & aliam probans succumbere non debet in iudicijs summarijs.*
4 *Cumulatio quæ tendit ad impediendum iudicium, non admittitur in summarijs.*
5 *Libelli in quibus actor omne ius deducit, nec arctatur ad specificandum actionem, admittuntur de stylo curiæ.*
6 *Variatio in prosecutione admittitur, quando libellus non est restrictus.*
7 *Libellus continens contraria, quando adest clausula, ius & iustitiam &c. procedit, & actor obtinet in eo, in quo iustitiam fouet.*
8 *Libello semel declarato, potest iterum declarari in iudicio summario.*

DECISIO

DECISIO CCLVI.

DOmini pro maiori parte tenuerunt, procedendũ esse ad discussionem, an dispositio Illustr. Dom. Lelij bo.me. valeat vti fideicommissum, & non prius terminato per sententiam, nec disputatis reliquis propositis pro parte Illustr. D. Portiæ circa inualiditatẽ prędictæ dispositionis ex capite donationis. Moti fuerũt Domini, quia cùm Illustr. D. Magdalena deduxerit omne ius suum ab initio in iudicium, nõ magis vno, quàm alio modo, vt fuit resolutum in præcedenti congrega-
1 tione, & consequenter † cùm obtinere debeat in eo capite, quod probatum est. c. Abbate sane. de re iudic. in 6. vt fuit etiam tunc dictum. Et cùm asserat se esse in probatis in isto capite videndum est, an verum dicat, nec ne.

Et propterea non ob. q̃ D. Portia solum dederit exceptiones contra testes probantes præsentiã Illustr. Dom. Magdalenæ, & sic, quòd adhuc remaneat confessio ipsius D. Magdalenę medio iuramenti roborata, de qua in articulis, quia in disputatione fideicommissi videndum erit, an noceat, vel ne sibi talis confessio.

Sicuti non ob. q̃ hæc remedia sint contraria, & prouenient ex eadem scriptura. Quia quantumuis hæc vera essent, nihilominus in summarijs procedit libellus, & peritio talia remedia continens, etiam parte opponente.
2 Nam † parte non opponente succedit in quocunque iudicio, vt per Ange. & Pau. de Cast. in l. fina. C. de codicil. vbi agunt de remedijs contrarijs prouenientib. ex eadẽ scriptura. quod igitur in ordinarijs iudicijs licitum est parte non opponente, multò magis in summarijs, vt dictum fuit in præterita positione. Et tunc dictis Domini addebant tradita post alios ab eo relatos per Marsil. singu. 272. In istis enim iudicijs remissa est solemnitas iuris ciuilis, & ius tantum naturale, siue gentium attenditur. Barto. in extrauag. ad reprimen. in verbo, sine figura. Alcia. decis. 150. nu. 4. Neuizan. consil. 6. nu. 8. & propterea licet agens ex vna causa, & aliam probans regulari-
3 ter succumbere debeat, fallit † tamen in istis iudicijs. Marsil. vbi supra. Tiraq. de retract. conuent. nu. 101. prope fi. & præsertim id dicebãt procedere in tribunali Rotæ, in quo semper facta est ea interpretatio, per quam circuitus euitantur, & per quam veritas, & iustitia facilius detegitur, vt in alijs etiam magnis curijs fieri solet. Tiraq. vbi supra nu. 6. & ita etiam fuit dictum alias fuisse factum in illa Vrbeuetan. Castri Castellionis de anno 1563. corã bo.me. D. Grato. In istis enim licèt non pronuncietur super eo quod petitum, satis est, quòd prońciatur iuxta illud quod petitum fuit. Anchar. in clemen. sępe. nume. 37. de verb. significa.
4 Et quamuis vnus ex Dominis diceret, quòd † in summarijs non admittitur cumulatio, per dictum Bal. in l. nec quicquam. §. de plano. in fi. 1. col. de offi. proconsul. & lega. quem refert, & sequitur Aretin. in l. 1. §. si quis simpliciter. in vlt. not. ff. de verbo. obliga. id tamen procedit in ea cumulatione, quæ tendit ad impediendum, & inculcandum iudicium, non in ea, quæ tendit ad faciliorẽ expeditionem causæ, quia hæc tantò magis admittitur in summarijs, vt bene declarat Aquen. in l. edita, numero 34. cum seq. C. de eden. quem etiam ibi sequitur Purpurat. numero 201. vt enim inquit Aquens. de iure canonico in omnibus causis proceditur simpliciter. c. 1. de iudic. & tamen admittitur cumulatio. c. pastoralis. de cau. pos. & proprie. c. dilectus. de capel. monach.

Quod autẽ actor omne ius deducat, nec arctetur ad specificãdum actionem, fuit vtilissimum pro expeditio-
5 ne causarum: & † hinc factum est, quòd in curia admittuntur huiusmodi libelli, vt per Ægid. decis. 662. sufficit enim si Bal. credimus in l. fi. num. 14. in fi. C. de edic. diui Adria. tollen. quod de æquitate canonica etiã sine actione appareat iustitia resultans ex causis. Fuit etiam respõsum, quòd in isto casu non agimus de cumulatione, qa. in iudicio Illustr. D. Magdalena deduxit omnem actionẽ in confuso, quę sibi competebat, quod facere potuit, maximè, quia cùm vna tantum competat actio, non cadit electio, vt fuit dictum in proxima præcedenti resolutione, & ideo, & hæc, & alia omnia pro parte Illustr. D. Portiæ adducta cessant.

6 Non ob. prosecutio specialis, quia † cum libellus non sit restrictus, licita est variatio in prosecutione. Bald. in l. per hanc. nu. 18. C. de temp. appel. Curt. iun. consil. 284. nume. 16. cum seq. vbi etiam erat facta particularis prosecutio. Nec Rip. & Grat. cum alijs allegatis pro parte Illustr. D. Portiæ mouerunt Dominos. Quia dicta per eos procedunt ad subsținendum libellum, sustinendamque & adiuuandam intentionem actoris, non ad eã destruẽdam. Immo Grat. consil. 156. exemplo allegatus. numero 25. dicit † quòd libellus continens contraria, quando adest clausula, ius & iustitiam &c. procedit, & actor
7 debet obtinere in eo, in quo iustitiam fouet, vltra quòd prosecutio etiam non fuit secundum Dominos restricta propter clausulas reseruatiuas, de quib. in articulis.

Ad allegata ex Bal. in l. 1. C. si plur. vn. sent. fuit dictũ, quod illa omnia procedere possent in ordinarijs, non autem in summarijs iudicijs, in quibus ordinarijs procedunt etiam no. per Innocen. in c. cum dilectus. de ord. cognit. quod ex eo maximè dicitur, quòd Innoc. inquit fatuum esse iudicem non cogendo ad eligendum, quod non potest procedere in istis summarijs, in quibus, vt dictum est, etiam parte opponente, procedunt huiusmodi libelli, in quibus expressa etiam vsque ab initio ipso vna causa, & alia probata, nihilominus obtinere debet actor.

Ex quibus etiam tollebant Domini ea quæ dicebantur circa declarationem libelli, quòd semel eo declarato
8 amplius declarari nequeat: id † enim non procedit in ijs summarijs, in quibus solemnitas iuris ciuilis est remissa, & in ordinarijs etiam solum procedit, quando est facta declaratio taxatiua, ita quòd constet, quòd vnam tantum viam taxatiuam prosequi quis voluit: tunc enim agendũ est de pœnitentia, an ea sit limitata, vel ne, quod non est factum in hoc casu, nec decisiones factæ in causa Portiun. faciunt ad propositum.

ALDOBRANDINI.

Roman. donat. 50000. Veneris, 15. Augusti. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Libellus generalis continens contraria prouenientia etiam ex eadem scriptura admittitur in ordinarijs parte non opponente. & nu. 2.*
Idq; tantò magis in summarijs etiam parte opponente, vbi non requiritur libellus, nec litis contestatio, immo magis vbi proceditur sola facti veritate inspecta. & nume. 2. & 6.
2 *Libellus, an dicatur alternatiuus, vel distinctus, non refert.*
3 *Alternatiua resolui in conditionem dicitur.*
4 *Actor non potest de iure cogi ad exprimendum nomen actionis, sed sufficiat factum narrare.*
5 *Transitus ad remedia contraria potest fieri in iudicio summario, quando in principio fuit deductum omne ius modo cõfuso.*

Libellus

6 *Libellus ineptus, & contrarius vbi non requiritur, non vitiat actum.*
7 *Libellus in ordinarijs saluatur ex prosecutione vnius ex contrarijs.*
8 *Actiones contrariæ origine simul cumulari possunt.*
9 *Prosecutio quando est generalis, & non restricta, nulla est.*
10 *Variatio licita est, quando petitio non est restricta in prosecutione litis.*

DECISIO CCLVII.

FVit tentum, non esse recedendum à resolutione de qua in dubio Apud Dominos enim non erat difficultas, quin simus in iudicio summario, non obstantib. adductis pro parte Illustr. D. Portiæ, ex rationib. per Dominos alias datis, quibus à nonnullis fuit additum, quòd cùm etiam in iudicijs ordinarijs procedat
1 libellus generalis, contraria continens, prouenientia etiam ex eadem scriptura parte non opponente, Ang. & Pau. de Cast. in l. fi. C. de codicil. satis est ad hunc effectũ, quòd cõmissio Illustr. D. Magdalenæ, quæ explicite habet clausulam, summariè &c. superuenerit ante specialẽ oppositionem Illustr. Dom. Portiæ, ita quod specialis oppositio post d. commissionem subsequens non obstat, cùm in summarijs procedat libellus generalis etiam parte opponente, ex allegatis.

Quo stante, cùm Illustr. Dom. Magdalena in confuso egerit deducendo eam actionem, quæ sibi competebat, vt liquet secundum Dominos, ex ipsius protestatione, de quo quicquid exemplo dicatur, non est secundum eos dubitandum, cùm lectura prædictę protestationis tollat omnem difficultatem, sequitur, quòd obtinere debeat in eo capite, in quo reperitur intentionem suam probasse, illud enim ab initio deduxisse videtur.

Non ob. allegata contrarietas: nam quando ea vera esset, Magdalena tamen non deduxit contrarias exceptiones, sed vnam tantum, videlicet, illam quæ ex proba
2 tis apparebit sibi competentem, vltra quòd † in summarijs vbi non requiritur libellus, nec litis contestatio, ꝓcedit etiam libellus contraria continens. Fab. Accoramb. ex mente Areti. in §. nihil commune. nu. 161. & ibi Berengar. in secunda q. nu. 21. versi. quarto limita. qui libellus substinetur etiam in ordinarijs si alternatiue in eo contraria exprimantur, vt per Aretin. in §. nihil commune. nu. 72. vbi Rub. Alex. nume. 333. Berengar. vbi supra nu. 68. inquiens se non facere vim, an libellus dicatur alternatiuus, vel distinctus.

3 Et quamuis dicatur, quòd ista † alternatiua resoluitur in conditionem, vt per Felyn. in cap. 2. de libel. oblat. longa tamen est differentia, quia dicunt secundum Aretin. in d. §. nihil commune. nu. 25. ver. nunquid autem, ꝙ remedia contraria ab actore conditionaliter intentari nequeunt, licèt id alternatiue fieri possit.

Sed natura iudicij summarij secundum Dominos tollit totam hanc difficultatem, ex quo cessant, quæ opponuntur ex statuto Vrbis, nam supradictę conclusiones de iure ciuili procedunt.

4 Non ob. quod tollatur defensio, quia † cùm de iure non possit actor cogi ad exprimendum nomen actionis, sed sufficit factum narrare. Ias. in §. omnia. nu. 167. de action. sufficienter narrauit Magdalena, exhibendo ipsam scripturam, circa quam potuit Portia aduocatis consultis deliberare, an cedendum, vel contendendum sibi foret. Et argumẽtum, quod exemplo fit, quòd si ipsa probat absentiam Magdalenæ, includit validitatem fideicommissi: si præsentiam, validitatem donationis, & consequenter sibi tollitur defensio, dicebatur concludere pro Magdalena, quòd videlicet vno vel alio mõ quantitas donata debetur, nec tollitur defensio, sed ita fert natura actus, quinimmo potius id suadere videtur, certum esse Magdalenæ actionem competere, & incertum esse, quæ nam illa sit, quo casu cogendus non est actor eligere actionem, nec eam exprimere, sed sufficit, vt talis sit, quòd iudici cõstet, actori ius & actionem competere. Bar. in l. Gallus. §. si eius. in fi. ff. de lib. & posthu. quem sequitur dicens esse not. Ias. in §. curare. nu. 13. de action. sicut quando vtraque pars alternatiuę tendit ad eundẽ effectum, substinetur libellus alternatiuus. Alcia. in l. 1. §. sed si mihi. nu. 43. ff. de verbo. oblig.

Non ob. quod in summarijs non admittitur cumulatio. Quia placuit Dominis declaratio Aquen. vt fuit dictum in resolutione.

Et quamuis vnus ex Dominis dubitaret, an posset fieri iste † transitus ad remedia contraria, non prius com-
5 pleto primo intentato, allegando Angel. & Cuman. in l. nemo. de excep. Soc. in capi. dilecti, numero 34. de libel. oblat. cum pluribus alijs. tamẽ fuit per alios respõsum, hoc procedere fortasse posse, vel quando explicite sunt hæc remedia intentata euentualiter, vt fuit factum in illa Portuen. quod non est in casu nostro, in quo in confuso fuit generaliter actum: vel in ordinarijs, non autem in summarijs, præsertim, quando in iudicio summario fuit ab initio deductum omne ius non magis vno, quàm alio modo, vt fuit resolutum.

Non obstant articuli, & prosecutio, quia Domini persistebant in responsionibus aliàs datis.

Nec ob. quòd antiqui Doct. loquuntur, quando causa est commissa sola facti veritate inspecta, quia Beteng.
6 in loco supra citato, loquitur † simpliciter, quando causa est summaria, non requirens litis contestationẽ. hæc enim sunt eius verba: Quartò limita, quando essemus in iudicio summario non requirente litis contestationem, tunc enim non seruata iuris solemnitate actor admittitur. Fab. & ipse loquitur in iudicio non admittente libellum, & litis contestationem, prout notum est, hæc non requiri in iudicio summario. ita enim ipse inquit, vltimo fallit ex mente Areti. & quando non requireretur libellus, nec litis contestatio: nam si proponitur libellus ineptus, & contrarius, non vitiat actum, ex quo non requirebatur, per l. primam. C. de rei vxo. actio. & licèt postea ipse dicat, possumus ponere exemplum, quando causa committitur sola facti veritate inspecta, exẽpla enim non restringunt regulam fundatam super reg. d.l. 1. C. de rei vxo. actio.

In quo iudicio summario non loquuntur Ruin. consil. 350. nec Rota decis. 18. de rescrip. in antiq. nec Aym. consil. 120. nec similiter Grat. consi. 32. nume. 31. sed in
7 iudicijs ordinarijs: in † quibuscunque enim iudicijs Grat. saluat libellum, quando vnum ex contrarijs actor fuit prosecutus, hæc autem de iudicio summario: est alia saluatio, quæ suas habet rationes.

Et cùm non prætendat ius Magdalena ex vtroque capite, sed ex eo, in quo reperitur intentionem suam probasse, non obstantibus, quæ dicuntur ex Roman. consil. 350. Parisi. consi. 77. nu. 8. lib. 4.

Minus ob. decis. Put. 21. tãtopere ponderata, quia Domini duas dederunt solutiones. Vnam, quòd quando
8 † actiones sunt contrariæ in origine, possunt simul cumulari, vt si in casu isto sunt contrariæ origine, contrariæ sunt, secundum Curt. iun. in l. 1. C. de pact. & sic facit pro ista parte. & etiam fuit pluries dictum, quòd in hoc casu Magdalena non magis vno, quàm alio modo egit, sed in confuso actionem ex ea scriptura sibi competen-

tem

tem intentauit, quo casu cessant quæ de successiuitate dicuntur.

Nec tollitur Portiæ defensio, vt dictum fuit, quia Domini in hoc erant concordes, Portiam debere audiri super cõcernentia etiam inualiditatem donationis, dummodo sint talia, quæ influant, & inficiant quoque fideicommissum, sicuti etiam erant concordes, quod hoc iudicium donationis, non esset prius finiendum per sentẽtiam, nec condemnanda Magdalena in expensis, sed tantum controuersia redacta fuit, an esset perficienda disputatio super donatione, vel potius faciendus transitus ad disputationem validitatis fideicommissi, in qua pro maiori parte Domini persisterunt in resolutione.

Non ob. doct. Bar. & Pau. de Cast. in l. & an eadem. §. actiones. ff. de exce. rei iud. Quia non facit ad propositũ, & si poteſt applicari, potius faceret cõtra Portiam, nam
9 † quando prosecutio est generalis, & non restricta, nulla est controuersia, vt patet ex dictis Pau. de Cast. ibi. numero 3. Primus est & ex iam resolutis constat, quòd etiã mediantibus articulis Magdalena non se restrinxit, sed non tractant ibi Doct. an licita sit variatio in prosecutione ante probationem scientiæ, sed bene, an etiam quando exceptio rei iud. obstat in actionibus realibus, & personalibus, non est dubium, quod si quis generaliter personales actiones proponat, & vnã tantum postea prosequatur, & specialis feratur sententia, quòd exceptio rei iudicatæ non obstat in alijs actionibus personalibus, quæ materia nihil commune habet cum ea de qua tractatur, in qua habemus particularem doctr. Bal.
10 in l. per hanc, vbi † quando petitio non est restricta in prosecutione litis, licita est variatio, quæ doctr. Dominis semper placuit, iũcto præsertim cons. Curt. iun. 284. nume. 16. in quo casu erat etiam facta particularis prosecutio. Ex quibus apparet, quòd nec ratione contrarietatis, nec ratione prosecutionis excludi debet Magdalena ab hac disputatione.

ALDOBRANDINI.

Roman. donationis. 50600. Lunæ, 6. Iunij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Dictiones, aliquid, & nisi, quid significare dicuntur.*
2 *Negans se ad aliquid teneri dicitur totum negasse.*
3 *Negatio per quam fit litis contestatio, & illa per quam respondetur positionibus, differunt.*
4 *Hæres iustam habet causam ignorantiæ de actu à testatore gesto, nisi facta sibi fide de eo, ideo non constituitur in mora.*
5 *Declaratio semel facta amplius fieri non potest. Idẽ etiam in declaratione animi in beneficialibus, & numero sequen.*
6 *Beneficij acceptatio semel de genere ad speciem deducta, amplius fieri non potest.*
7 *Mora hæredis mediante negatione efficit, vt satis sit cautionem præstari in actu traditionis.*
8 *Fructus percepti post moram hæredis æquiparantur fructibus perceptis ab hærede post præstitam ab vsufructuario cautionem.*
9 *Fructus propter moram hæredis debentur, & etiam pecuniæ, quæ erant in obligatione, & bona in solutione.*
10 *Declaratio retrotrahitur vsque ab initio, & æquiparatur mandato.*

DECISIO CCLVIII.

DOmini sine difficultate concluserunt, Illustr. D. Portiam 9. Decembris. 1572. negasse aliquid à se deberi Illustr. D. Magdalenæ, & in hac negatione semper perstitisse, & adhuc persistere, & consequẽter non potuisse, 18. Martij. 1575. declarare generalem oppositionem pro eius parte factam. 5. 6. & 10. Decembris. 1572. in diuersis vicibus eius procurator dixit generalia contra interpellationem Illustr. D. Magdalenæ, ex quibus successiue dixerunt resultare, quòd ab eo tempore D. Portia ad fructuum restitutionem teneatur.

Quod n. negauerit, cõstat manifeste ex commissione pro eius parte præsentata, in qua dicit, quod licet versus Magdalenam non teneatur ad aliquid, nisi ad dotem, di
1 ctio † enim illa, aliquid, ne dum significat, quòd non tenetur ad 50000. sed nec ad quid minimum. l. si seruum. §. ait prætor. vbi Bart. o. ff. de acquir. hæred. maximè, quia subijcit, nisi ad dotem, quæ dictio, nisi, cùm sit exceptua toria dote inclusa, cæterea omnia excludit. l. actionem. C. de transact. Dec. in auth. si quis in aliquo, num. 2. C. de eden. Et quamuis postea subijciatur, cum facultate prædictis vociferationibus perpetuum silentium, prout iuris fuerit, imponendi, non propterea illa verba, prout iuris fuerit, tollunt negationem præcedentem, sed respiciunt solum iudicem, qui seruato iuris ordine in causa procedere debeat, ex qua commissione declaratur bene oppositio facta 9. eiusdem mensis coram A. C. per procuratorem Portiæ, quando allegauit pendentiam litis in Rota, quæ pendentia litis erat super eo, quòd licèt Magdalena iactaret sibi deberi à Portia 50000. ipsa tamen negabat se ad aliquid teneri, quæ † verba totalem,
2 & absolutam negationem important, adeo vt negãs incidat in periurium, etiam si plus debito petitum fuisset, Basigel. in l. 1. §. si stipulanti. numero 15. in fi. ff. de verborum obligatio.

Quæ negatio subsequenter demonstratur ex protestatione eiusdem Portiæ facta 11. Martij. 1573. vbi asserit donationem pluribus defectibus laborare, & super illis petit dubia discuti, quod longe abest à confessione, ꝙ tenetur præstata cautione, item ex articulis pro eius parte postea datis ac medio eius iuramento specificatis super simulatione donationis, in quibus pro parte eiusdẽ fuit articulatum, quòd Lelius simulate fecit hanc donationem in fraudem fisci, & metu instantis periculi, & desuper fuerunt examinati plures testes, ex quibus articulis visum fuit Dominis, quòd hæc negatio nõ possit aliquo modo negari, maximè ad effectum, vt ad fructus restitu
3 tionem Portia teneatur, quia † ad istum effectum sufficit ea negatio per quam fit litis contestatio. Bar. in l. litigator. nu. 5. C. de fruct. & lit. expens. De hac enim negatione agimus, quæ in aliquibus differt à negatione, quæ fit respondendo positionibus. Bal. in l. 1. num. 10. C. de li. contest. Vnde & si verba commissionis, & prosecutionis non essent ita clara prout sunt, sola tamen litis contestatio necessariò supponit negationem.

Nec ob. quod hæres non dicatur negasse si ignorat validitatem actus gesti à suo auctore. Cagnol. in l. 2. C. de
4 pact. inter emp. & vend. Quia † Cagnol. id non dicit, sed solum inquit, hæredem in mora non constitui, nisi facta sibi fide de actu à testatore gesto, quia alias iustam habet ignorantiæ causam. l. qui in alterius. ff. de regu. iuris. quod hic factum fuit, quia illicò fuit exhibita donatio.

Sicut nihil facit, quòd Portia habuerit iustam causam negandi. Quia euentus docuit, quod non subsistit hæc iusta causa, vt quatenus etiam fuit dictũ, vt demonstratur, quia adhuc omnibus disputatis, & contra ipsam resolutis persistit in impugnatione donationis.

Non etiam mouit Dominos dũ pro eadem parte dicebatur, quòd dicta generalis oppositio non potuit intelligi de negatione validitatis donationis, ex eo quod Portia sumpsit occasionem impugnãdi donationem ab articulis Magdalenæ, & dictis testium pro eius parte inductorum, quia potuit negare Portia ab initio, cùm prætendebat, quòd hæc esset donatio inter viuos, prout etiã id ab initio disputauit, & careret insinuatione, itẽ quia prætendebat eam simulatam, in fraudem fisci, & metu instantis periculi factam, quæ oppositiones non orieban tur ab articulis Magdalenæ.

Quoad tempus ex superius dictis apparet, quòd negauit vsque ab initio 9. Nouembris. 1572. quando cõmisit causam bo. me. Oradi. & quòd adhuc perseueret in negatione, demonstrat oblatio vltimo loco pro eius parte facta.

Qua negatione stante subintrat resolutio secũdæ partis dubij, quia stante cõmissione in qua absolute Portia
5 negauit aliquid se teneri, apparet † quòd semel declarauit quid intendebat per illam generalem oppositionem, & consequenter amplius declarare non potest gl. à Doc. approbata singularis in l. quid adstringẽdæ. in verbo, secundum. ff. de verbo. oblig. Crot. in l. si constante. in lectura antiqua, col. 6. vers. vltimo facit, ff. solu. matrimon. Dec. cons. 33. col. 3. sub nu. 4. in verbo, hoc idem, & alia ratione, & magis in terminis Ang. in l. si quis intentione. nu. 4. ff. de iudic.

Et in simili videmus in materia beneficiali, quando concedebantur executiuè in pluribus dioces. si quis se-
6 mel declarabat † animum suum acceptando vnum beneficium, non poterat, ex quo semel generalem acceptationem deduxerat ad speciem, aliam declarationem facere, & aliud acceptare.

Quod in hoc casu tantò maiorem potest habere difficultatem, quia non solum contra hanc declarationẽ concurrunt cõiecturæ, sed adest plenissima probatio ex ipsecutione subsecuta, quòd nunquàm fuit intentionis Portiæ satisfacere Magdalenæ, vt ex supradictis visum fuit, Dominis pluſquàm manifestè liquere, quo casu talis declaratio reijcitur. Rip. post Socin. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 13. ff. de acquir. posses.

Ex quibus infertur necessariò secundum Dominos, ꝙ cum Portia negauerit se debere, teneatur ad fructus ẽt
7 cautione non præstita per Magdalenam, stante † enim mora hæredis mediante hac negatione sufficit, ꝙ cautio præstetur in actu traditionis. Bal. in l. fi. C. commu. de lega. & in l. 1. nu. 23. C. de vsur. & fruct. lega. & in l. 1. nu. 3. C. de his quæ sub mod. & cons. 408. nu. 10. lib. 1. Alex. in add. ad Bar. in l. vxori. de vsufruc. leg. Soc. consil. vlt. lib. 3.
8 de istis † enim fructibus post moram hæredis iudicatur vti de fructibus perceptis ab hærede post præstitam ab vsufructuario cautionem. Cum. in d. l. vxori vsusfructus. ff. de vsufruct. leg.

Quæ omnia eo facilius secundum Dominos procedunt in hoc casu, ex quo versamur in proprietaria ad tẽpus, non autem in vsufructuaria, cui proprietario debẽtur fructus à die aditæ hæreditatis. l. Herẽnius, ff. de vsu, & vsufruct. legat. inter istas enim dispositiones longa est differentia, vt alias etiam Domini considerarunt.

Nec aliquid facit, quòd pecuniæ essent in obligatio-
9 ne, & bona in solutione, tum quia † propter moram hæredis debentur huiusmodi fructus etiam pecuniæ, vt est tex. in l. vxori vsusfructus. in legato vsusfructus pecuniæ
10 loquens. ff. de vsufruct. leg. Tum etiam, quia † cùm Portia declarauerit velle soluere bona, hæc declaratio retrotrahitur vsque ab initio. arg. tex. in l. si vsusfructus. ff. qñ dies leg. ced. vbi legati alternatiui, cuius electio pertinet ad legatarium, dies cedit, vel ab adita hæreditate, vel à die mortis testatoris secundum naturam rei, quam elegit legatarius, non autem à die electionis, & sic secuta electione pinde est ac si ab initio ea res sola legata fuisset. Addebant etiam aliqui bene facere consi. Bero. 41. numero 34. libro primo, cuius oppositio eis videbatur bona ad hunc effectum, vt cautione non præstita proprietario debeantur fructus, cùm contrarium à iure reperiatur cautum.

ALDOBRANDINI.

Roman. donat. 50000. Lunæ, 10. Ianuarij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, super, expressa super vnare particulari, non autem generaliter super omnibus bonis, quid operetur, & infra decis. seq.*

DECISIO CCLIX.

DOmini tenent pro informante ex allegatis, quibus fuit additus Nat. consil. 241. numero sexto. Sed quia ab vno ex Dominis fuit dictum, quòd omnia allegata procedunt, quando dictio, super, expri-
1 mitur † super vna re particulari, non autem, quando generaliter super bonis. & ad id fuit allegatus Negusan. de pignor. in quarto membro secundæ par. sub nume. 164. ver. vigesimustertius casus est. Idcirco fuit dilata resolutio ad sequentem, vt videatur iste locus.

ALDOBRANDINI.

Roman. donationis. 50000. Veneris, 14. Ianu. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, super, importat hypothecam tam specialem quam generalem. & nu. 3.*
2 *Bona vniuersaliter hypothecata non sunt pro alimentis, & præstationibus, nisi fiat particularis hypotheca super bonis, ex quibus debeat solui.*

DECISIO CCLX.

DOmini viso loco Negusant. steterunt in opinione, quod vigore huius scripturæ competat hy-
1 potheca propter † illam dictionem, super, ex allegatis.

Nec eis fecit difficultatem Negusant. quia ibi tractat aliam materiam: alia est enim quæstio, an pro alimentis, & præstationibus annuis sint bona hypothecata, in qua
2 Doct. concludunt, quòd non, † nisi specialiter sint expressa bona, ex quibus debeant solui. & ita loquitur Bar. in l. 1. ff. de alimen. leg. & ita procedit, quod dicit Negus. quod etiam declarat Couar. in emphyt. c. 9. §. 6. nu. 14.

Alia est quæstio, an dictio, super, importet hypothecam, in quibus terminis adsunt quamplurimi Doct. tenentes, quod eam inducat.

Nec aliquis hoc limitat, vt procedat tantum, quando
3 dicitur, † super tali re particulari. Si enim hæc dictio importat hypothecam specialem illius rei quæ exprimitur, quando super re particulari profertur, ita importat generalem hypothecam omnium bonorum, quando profertur

fertur super omnibus bonis, cùm ita possint omnia bona, sicuti pars bonorum hypothecari.

Vltra hæc dicebant nonnulli ex Dominis, quòd hic etiam erant expressa particulariter bona, quæ videlicet Illustr. Donataria eligeret.

Nec obstant illa verba, *da cauarseli*, quia nec restringuntur, nec tollunt vim dictionis, super, cùm præsertim fuerit prolata à donante, vt magis adhuc Illustr. D. Donatariæ consuleret.

ALDOBRANDINI.

Bononien. domus, Veneris, 14. Decembris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Exceptione præscriptionis à iure offerendi non repellitur ille, qui habens pactum de retrouendendo pro se reperitur in possessione rei.*
2 *Præscriptio ipso iure non tollit actionem, sed eam tantum exceptione elidit.*
3 *Actio inutilis actu penes cedentem, sed vtilis saltem in potentia, cedi potest, & vtilis dicitur.*
4 *Actionem non habere, vel habere, & per exceptionem tolli, non differunt in propositione exceptionis, sed ante sic.*
5 *Præscripto iure agendi præscribitur etiam ius excipiendi, quando ambo ex eodem fonte descendunt.*

DECISIO CCLXI.

DOmini non fuerunt concordes: aliqui enim tenebant, præscriptionẽ Dñorum de Paleottis possessorib. nõ obstare, cũ sit indubitata conclusio, quod quando ille qui nititur pacto de retrouendendo,
1 reperitur in possessionem, exceptione huiusmodi † præscriptionis à iure offerendi non repellitur. Cyn. in l. cum notissimi. §. sed cum illud. C. de præscri. 30. anno. late Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gl. 11. num. 31. cum alijs pro Paleottis allegatis, cùm enim natura exceptionis sit perpetua. l. pure. §. vltimo, ff. de do. excep. ita perpetuum debet esse tale ius offerendi. l. Paulus. §. 1. ff. quibus mod. pig. vel hypot. soluat. Bar. in l. creditori. ff. de vsucap. Dec. consil. 164. col. fi. & in c. si aũt. nu. 6. de rescr. Aym. consi. 71. in fi.
2 Couar. var. resol. lib. 1. c. 9. nu. 13. Vnde † cũ præscriptio ipso iure non tollat actionem, sed eam tãtum exceptione elidat, Sal. in l. ficur. in 6. opp. C. de præsc. 30. anno. sequitur, ꝙ cùm Scarduus vigore huiusmodi pacti actionẽ haberet, talisq; actio consequenter etiam mediante ipsius cessione Paleottis acquisita fuerit, qui vti possessores habent actionem, multò magis exceptionem habere debent, ex generali regula. l. inuitus nemo. §. cui damus. ff. de reg. iur. & c. qui ad agendum. de reg. iur. in 6.

Nec ob. secundum ita tenentes, quòd cum hæc actio
3 esset inutilis penes cedentem, non † posset esse vtilis penes cessionarium. Saly. in l. fi. in prin. nu. 3. C. de iure dot. Tum, quia secundum eos vtilitas huiusmodi exceptionis competebat Scarduo potentia. Si enim Scarduus nactus fuisset possessionem, & Bucchi contra ipsum egissent, habuisset ius offerendi, quod ius in potentia comperens cedi potest. Tiraq. de retract. Lignag. §. 26. glos. 3. nu. 40. Et propterea cùm militet diuersa ratio in cessionario, non ob. doctr. Salyc. in loco prædicto desumpta ex l. in omnibus officijs. §. non debeo. de reg. iur.

Non ob. etiam, an quis ipso iure actionẽ non habeat, an per exceptionem infirmetur, quia illa regula intelli-
4 gitur proposita exceptione. Tunc † enim, quia per propositionem exceptionis tollitur actio, nulla est differentia. Sed ante propositionem exceptionis multum interest. Nam si exceptio nõ proponatur, actor actionem habens obtinet. Barto. in l. si vnus. §. pactum ne peteret. col. antepen. ff. de pact. Dec. in l. non videtur cæpisse. ff. de regulis iuris.

Alijs contraria sententia placebat, quibus videbatur inconueniens, quòd plus haberet cessionarius, quàm cedens, & cùm hæc sit regula, dicebant debere Paleottos inuenire fallentiam. Et quia cùm hoc casu ius excipiendi videbatur oriri ex eodem fonte, ex quo oritur ius agẽ-
5 di, † præscripto iure agendi, censetur præscriptum ius excipiendi. Fely. in c. si autem. col. 5. versicu. limita sexto, de rescrip.

Et quia hæc materia bis fuit visa Dominis admodũ difficilis, & subtilis, dixerunt, quòd videam particulariter, an Domini de Bucchis actores, qui nunquàm possederunt, possint opponere contra Paleottos possessores, ipsis inuitis, de huiusmodi præscriptione. quod prima facie Dominis durum videbatur, cùm præscriptio inducta in fauorem possessoris, nõ debeat retorqueri in eius odium, maximè quia possessorib. hoc casu imputari non potest, quare non egerint. Item quia poterunt fortasse Paleotti possessores dicere, nos etsi possideremus, non præscripsimus, nec præscribere noluimus, & nolumus, quòd de iure nostro contra nos opponatur.

ALDOBRANDINI.

Roman. montium. Lunæ, 5. Nouembris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Pactum absolutum, quod de re sua quis disponere non possit, non valet.*
2 *Dominium eiusdem rei duo insolidum habere non possunt.*
3 *Descriptio in libris montis probat dominium crediti in fauorem ibi descripti, & in præiudicium eius qui describi fecit.*
4 *Cessio in incorporalib. habet vim traditionis, ex qua transfertur dominium, nisi illud reseruetur.*
5 *Exactio interpretanda est secundum titulum præcedentẽ.*
6 *Donatio nunquàm præsumitur etiam inter ascendentes, & descendentes ex reseruatione dominij sibi facta, nisi traditio interuenerit.*
7 *Donatio etiam non præsumitur ex exactione vsurarum facta ad vtilitatem propriam, secus si facta nomine alieno.*
8 *Causa quælibet excludit præsumptionem donationis.*
9 *Hæreditatis appellatione veniunt omnia ea, quæ reperiebantur esse in dominio defuncti mortis tempore.*
10 *Hæredes ab intestato venientes, sunt tacitè à testatore vocati.*
11 *Bona feudalia, emphyteutica & fideicommisso subiecta, non veniunt in generali institutione, nisi de eis fiat expressa mentio.*

DECISIO CCLXII.

PRoposui dubium, an hæc loca montium pertinerent ad dictam societatem, vel ad Sebastianum. Et Domini sine aliqua difficultate concluserunt pertinere ad societatem. Difficultatem apud eos nõ habuit, quin Io. Baptista esset Dominus horum locorum, cũ de illis ad libitum posset disponere. l. in re mandata. C. man-
1 dat. Et † hinc est, quòd non valet pactum absolutum, qđ de re sua quis disponere non possit. l. nemo. ff. de pact. quia vt dicit Rimin. consil. 318. nu. 21. lib. 2. remanente dominio

dominio apud se, non potest quis abdicare à se potestatem de re disponenda, quia esset implicare contrarietatẽ: quod insuper hoc casu manifesta ratione probatur, quia est indubitatum, quod si Io. Baptista hæc loca vendi disset, dominium transtulisset, quod facere nõ potuisset, si illud non habuisset. l. nemo plus iuris. ff. de regu. iur. Ex quo infertur, quod si Io. Baptista erat dñs horum locorũ montium, è conuerso non erat dominus Sebastianus, cũ
2 † duo insolidum eiusdem rei dominium habere nõ possint. vulg. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. cõmod.

Et propterea non ob. Soc. consi. 7. nu. 6. cum pluribus
3 seq. lib. 4. vbi vĩ velle, ꝙ huiusmodi † descriptio in libris montis probet dñium crediti in fauorem ibidẽ descripti in præiudicium eius qui describi fecit: cum in casu suo descriptio non esset facta cum istis conditionib. & ita ẽt tollitur consi. Bero. 178. nu. 7. 8. cum plurib. seq. li. 2. Quo etiam sit, vt nõ obstet, ꝙ per reseruationem vsusfructus transferatur dominium. Quia hic nõ reseruatur vsusfructus solus, sed dñium & fructus. Et similiter non obstat,
4 † ꝙ cessio in illis incorporalib. habeat vim traditionis, qua mediante dominium transfertur. Bal. in rub. de cõtrahen. emp. nu. 15. Quia hoc non procedit in cessione, in qua reseruatum est dominium, vt in hoc casu.

Nec potest prò parte Sebastiani fieri fundamentum super exactione, cum non ipse, sed Ioan. Bap. exegerit, &
5 quamuis dicat in quietantijs, pro Sebastiano, hoc est, qa partita cantabat in caput Sebastiani, tamen ista † exactio interpretanda est secundum præcedentem titulum. l. 2. C. de acquir. pos. & consequenter ad propriam D. Ioan. Baptistæ vtilitatem.

Quib. sic stantib. non põt dici, huiusmodi loca fuisse
6 donata Sebastiano, cũ Io. Bap. viuens † reseruauerit sibi dñium eorum, & prohibuerit, ne Sebastianus aliquid à viuentib. ab intestato petere possit, idq; tantò magis, qa nec sumus inter ascendentes, & descendẽtes, nec aliqua interuenit traditio, quo casu ẽt sine præfata reseruatione nunq̃ præsumitur donatio. Bar. & alij allegati, in l. quę dotis. ff. sol. mat. & in l. si donatione. C. de colla. & in l. filiæ. C. famil. ercis. Roman. consil. 291. col. fi. Aym. consil. 100. nu. 6. quod bene comprobatur per tex. in l. fi. §. fi. & ibi Doc. omnes. ff. de don. vbi ex eo quòd auia fœneraue
7 rat pecunias nomine nepotis, & vsuras exegerat ad vtilitatem eiusdẽ, † præsumitur donatio: sed quando exactio vsurarum esset facta ad vtilitatem propriam, vt in hoc casu, per illum tex. dicunt Doct. nõ præsumi donationẽ. Vltra quod, & hoc ex abundanti sit dictum, cùm hic nõ probetur interuenisse præsentia Sebastiani, quæ etiam in donatione non præsumitur, vt post Bar. Castr. & alios ab ipso allegatos, dicit Rui. consi. 154. num. 11. lib. 5. non posset vti donatio valere, quia saltem requiritur pactum vel traditio ad ipsam perficiẽdam. l. si quis argentum. C. de donat. quorum, non data præsentia Sebastiani, neutrum hic interuenit, & tantò minus valuisset, quantò, cũ non fuerit expressa causa donationis, non sufficiebat pactum, ne sequantur duo specialia, hoc enim casu non habet locum d. l. si quis argentum. secundum But. in l. si tibi decem millia. in fi. prin. ff. de pact. Corn. qui alios allegat, consil. 105. nu. 21. in fi. Nec ob. Bero. consil. 178. numero 10. lib. 2. Quia in casu suo ex pluribus coniecturis
8 præsumit donationem, quæ hic cessant. Quæ omnia eo facilius procedunt, ex quo † cùm quælibet causa excludat præsumptionem donationis, satis hic videtur subesse causa: potuit enim Ioan. Bap. ponere sub nomine Sebastiani hæc loca, vt lucraretur plures distributiones, quæ dantur in congregationibus, quas solum pro vna tãtum rata lucratus fuisset, si omnia loca sub suo nomine cantassent: sed ponendo diuersas summas sub nomine diuersarum personarum, tot ratas habebat, quot personæ erant.

Et ex his ẽt necessariò infertur, ꝙ hæc loca cũ semper remanserint in dominio Ioã. Bap. veniant in institutione hæredis vniuersaliter facta in omnib. suis bonis. Saly.
9 in fortiorib. terminis, in d. l. filiæ, nu. 2. C. fam. erc. quẽ sequitur Bero. consil. 55. nu. 4. 5. & 10. lib. 1. Quod in hoc casu particulari ratione demonstratur, quia Io. Bap. phi buit, ne Sebastianus aliquid de hoc credito possit petere à suis hæredib. venientib. ab intestato. Ergo necessario supponit, ꝙ ad dictos hæredes debeant transire, à quib.
10 petitionem prohibet: & si testator voluit, ꝙ hæc loca pti- nerent ad hæredes venientes ab intestato, qui solũ tacite à testatore vocati censentur, l. in conficiuntur. ff. de iure codicil. multò magis dicẽdum est, ꝙ voluerit ea habere hæredes institutos, qui expressam, & enixam eius dẽ mẽtẽ habent. Vnde dicendũ est fuisse expressum casum successionis ab intestato vti casum maiorem patientem difficultatem, nam condito testamento, alia non facta de his locis mẽtione, saltem per generalem institutionem, dicebatur de his disposuisse per supra dicta.

Nec ob. ꝙ cùm testamentum iam esset cõditum, per istam emptionem ab institutione hæc loca essent adempta, in quam reincidere non potuerãt sine noua voluntate, quia cùm semper remanserint in dominio Io. Bap. ab ipsa institutione nunquàm subtracta fuerunt.

Et propterea non obstant similia de feudo, & emphy-
11 teusi, & bonis subiectis fideicommisso, quę † non veniũt in gñali institutione, nisi de ipsis fiat expressa mentio, vt per Bar. in l. iusiurandi. §. si liberi. ff. de oper. lib. cum alijs allegatis. Quia omisso, ꝙ multi contrarium etiam tenẽt, illa procedunt in his rebus, quæ non sunt remansura in hæreditate testatoris. Aym. consi. 144. nu. 8. & in quibus si ille ab intestato decessisset, alius ius habuisset, quæ hic cessant, nam ista loca erant remansura in hæreditate Io. Bap. quia Sebastianus nil poterat petere à venientibus ab intestato, & mortuo ab intestato prædicto Io. Bap. d. Sebastiano nihil debebatur.

ALDOBRANDINI.

Tiburtin. Castri Sambuci. Lunæ, prima Iulij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas cum possessorio coniuncta attenditur ad effectum solius possessorij, & non aliàs de ea cognoscitur. & numero 3.*
2 *Appellari potest à sententia lata in possessorio, in qua exprimitur causa habens complicationem cũ petitorio.*
3 *Iudex restringens se ad possessorium si de nullitate cognoscat, intelligitur ad effectum possessorij: vt sententia in petitorio non præiudicet.*

DECISIO CCLXIII.

DOmini dixerunt, locũ esse Ægidianæ, qa snia est
1 restricta ad solum possessorium. Et † quãuis fuerit etiam cognitum de nullitate, id tamen factum fuit ad effectum solius possessorij. Dec. consi. 28.

Nec obstant auctoritates in cõtrarium allegatæ, quia illę, vt latius deducitur per informantes, procedũt, quan-
2 do in sentẽtia † exprimitur causa, quæ habet cõplicationem cum petitorio, & ita intelligendus est Bal. cõs. 341. lib. 1. quod patet, quia in ver. seq. hoc expresse dicit; ibi, ꝙ si declaretur hæres, & possessor, potest appellari.

Nec ob. ꝙ fuerit plene cognitum de nullitate, quia id

factum fuit vt ex effectu apparuit, ex quo iudex ad possessorium se restrinxit ad effectum dicti possessorij, quo fit, vt sententia in petitorio non præiudicet.

ALDOBRANDINI.

Bononien. domus. Mercurij, 27. Martij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo, siue ius offerendi ex dicto pacto proueniens, ex quibus impræscriptibile reddatur.*
2 *Præscriptio vnica sufficit in pluribus actionibus competentibus ex eodem fonte.*
3 *Actione personali præscripta non intelligitur præscripta hypothecaria.*
4 *Actio hypothecaria duplex esse dicitur, scilicet directa, & vtilis.*
5 *Possessio non est necessaria in præscribenda actione hypothecaria directa: secus an sit in vtili, sunt opiniones: Bar. tamen tenet quòd sic.*

DECISIO CCLXIIII.

ALiqui ex ijs Dominis, qui viderant causam, tenebant pro Dominis de Paleottis, ex adductis pro ipsorum parte, & addebat vnus, ℣ forte propter verba pacti ibi, in omnem casum, tempus, & euentũ, eo
1 quia † infinitatem quandam videntur importare, erit redditum hoc ius redimendi impræscriptibile, vt per Crot. in l. 1. nu. 2. cum seq. ff. sol. matrim.

Aliqui verò dicebant hic subesse plures difficultates, quarũ prima est, an vna vel plures præscriptiones requirantur, ex quo agitur de præscribendis actionib. competentib. duob. nempe, Scarduo & Bentiuolis, orientib. ex
2 duobus pactis. Et in † qua difficultate dicebant sufficere vnicam præscriptionem, ex doctr. gl. in c. fi. de consuetu. in 6. quam sequuntur Doct. & in istis terminis Tiraq. de retrac. conuen. §. 11. glo. 1. numero 65. cum sequen. & ita affirmabant alias fuisse tentum in vna Callaguritan. de Nauarese.

Secunda est difficultas, an præscripta personali actio-
3 ne intelligatur præscripta hypothecaria. Et † in hoc dicebant negatiuam sibi magis placere, vt per Saly. in l. sicut. ante. nu. 5. ver. præterea si tolleretur. C. de præsc. 30. ann. cùm enim per præscriptionem non extinguatur ipso iure personalis actio, pót conseruari hypothecaria, licèt sit accessoria, vt per Saly. ibi. Quib. non obstant tradita per Soc. iun. in alleg. consi. 145. num. 75. lib. 1. quia ipse ibi dicit, quod sicut dubium illud, an venditor esset redemptus rẽ, impedit, ne respectu actionis personalis emptor dicatur in mala fide, ita idem dubium operatur, vt non dicatur in mala fide illemet emptor propter idemmet dubium respectu actionis hypothecariæ, quod nihil cõmune habet cum præsenti difficultate.

Tertia difficultas est, an ad præscribendum actionem hypothecariã, requiratur possessio. Et hic distinguebant,
4 cùm † enim duplex sit actio hypothecaria, directa, scilicet, & vtilis, & directa detur contra debitorem, non autem sequatur fundum, vtilis verò sequatur fundum hypothecatum, vt post Bar. in l. 1. C. de precar. & Saluian. interdic. declarat Iaſ. in §. item Seruiana. nu. 101. Inſt. de
5 actio. dicebant † quod si agimus de præscribenda directa actione, hoc casu non est necessaria possessio, qa ex sola negligentia debitoris prescribitur quemadmodum ex eadem negligentia aliæ actiones præscribuntur: agitur enim de extinguendo iure alterius, & consequenter non requiritur possessio. Oldra. consil. 254. num. 2. Aym. consi. 111. nu. 20. Si verò agatur de vtili, quæ fundum sequitur, tunc dubium esse dicebãt, an præscripta directa, intelligatur præscripta vtilis. Et pro affirmatiua secundũ vnum ex Dominis facit in simili doctr. Bar. in l. cũ quis. §. si quis pro reo, num. 7. ff. de solut. vbi Barto. vult, quòd interrupta præscriptione respectu actionis directæ, intelligatur etiam interrupta respectu vtilis, quia vnica est actio. Quia tamen materia est subtilis, & difficilis, Domini vellent, qđ partes ijs difficultatib. melius satisfacerẽt.

ALDOBRANDINI.

Roman. de Lante. Lunæ, 19. Nouembris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Statutum mandans dotari filias stantibus descendentibus, non intelligitur eas excludere ab extraneo hærede à patre instituto.*
2 *Statutum excludens filias contemplatione hæredum, intelligitur de descendentibus, & hæredibus sanguinis.*
3 *Dictio, semper, intelligitur secundum naturam casus in quo est posita.*
4 *Interpretatio congrua, & legalis non excluditur à statutis quantumcunque intelligi debeant secundum literã.*

DECISIO CCLXV.

CVm in effectu hoc dubium reincidat in idem cũ dubio iã disputato, Domini steterunt in resolutis ex rationibus alias deductis. Et tunc dictis fuit additum, quòd cùm statutum de successionibus ab
1 intestato excludens filias stantibus descendentibus, † mãdet dotari de parragio filias non nuptas, quibus dos non fuit constituta, si filiæ succedentes ex testamento cum extraneo deberent esse contentæ quamcunque dote sibi à patre relicta, melioris essent conditionis, quando à patre ab intestato nulla constituta dote excluderentur, quàm si per extraneum hæredem institutum à patre dote constituta excluderentur. Fuit etiam consideratum, quòd si statuentes non considerassent hæredem ad exclusionem fœminarum, dixissent, quòd nihil possent petere ex hæreditate paterna. Vnde † cùm prohibue
2 rint aliquid peti ab hæredibus patris, significare voluerunt hanc exclusionem facere, non contemplatione absolutæ voluntatis paternæ, sed contemplatione hæredum. Et propterea intrant omnia deducta in alia resolutione: mentio enim hæredum facta est in hoc casu in materia tribuente prærogatiuam hæredibus, quo casu de descendentibus, & hæredibus sanguinis intelligitur. Bal. consil. 283. lib. 2.

Nec obstant tradita à Bal. in l. si viua matre. C. de bo. mater. Quia hoc statutum secundum Dominos manifeste excludit fœminas contemplatione hæredum, & sic descendentium per allegata.

3 Nec obstat dictio, semper, quia † intelligitur semper & indistincte in casu, in quo statutum loquitur, nempe stantibus descendentibus, sicut non obstat derogatio capituli supra vel infra positi. Quia illa est quædam euentualis derogatio, quæ fortasse erat in statuto antiquo, quod compilatores, prout iacebat, descripserunt, qui compilatores forte etiam contraria resecarunt. quod optime deprehenditur ex illis verbis, salua tñ filiali successione ab intestato secũdum formam traditam infra, & in cap. vlt. quod vltimum cap. non apparet. suadetur, quia

quia supra nullum adest cap. cui esset derogandum, nec illa verba, supra vel infra, posita, videntur posse intelligi de statuto de successione ab intestato. Quia de illo immediate fit particularis mẽtio illud pseruando. l. doli. de verborum oblig. Maximè, quia vt per informantes deducitur, si statuentes voluissent, quòd ex testamento fœminæ excluderentur etiam ab extraneis, hoc non contrariabatur statuto disponenti, quod ab intestato excluderentur solum à descendentibus. Et in omnem euẽtum, etiam si velimus referre hanc derogationem ad d. statutum, forte id fieri potuit, ne posset colligi aliquod argumentum, quòd dos esset supplenda, ex quo ab intestato, quando nulla est constituta dos, statuentes mandarunt filias dotari de parragio secundum conditionem familiæ, & quantitatem patrimonij.

4 Minus ob. quod † statuta hæc sint intelligenda ad literam, quia non propterea excluditur congrua, & legalis interpretatio. Curt. sen. consilio 9. nume. 25. Aretin. consilio 109.

ALDOBRANDINI.

Roman. de Lante. Veneris, prima Febru. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Filiæ exclusæ à statuto etiam ex testamento, ita quòd non possint habere vltra id quod pater eis reliquit, faciunt partem quo magis masculis videbitur.*
2 *Detractio, quæ per statutum filiabus fit, debetur filijs, quorum contemplatione ea fit.*
3 *Dos succedere dicitur loco legitimæ, quando pater aliquid filiæ reliquit titulo institutionis, & prohibuit, ne plus petere posset etiam ratione legitimæ, concurrente cum tali prohibitione dispositione statuti.*
4 *Pater instituendo filiam, & prohibendo ne plus petere possit ratione legitimæ, clarum est illam agnouisse in suam.*
5 *Filia recipiens aliquid, quod succedit loco legitimæ etiam quod renunciauerit, facit partem.*
Idq; etiam si legitima transeat de triente in semissem.
Fallit tamen, si filia habuisset minus legitima, secundum veriorem. num. 6.

DECISIO CCLXVI.

DOmini tenuerunt, legitimam esse semissem, ex quo Michael de Lante testator decessit relictis quinque filijs, tribus scilicet masculis, & duab. fœminis. Auth. de trien. & semiſſ. §. primo, auth. nouiſſima, C. de inof. testam.

Non ob. quòd prædictæ filiæ sint à statuto exclusæ ẽt ex testamento taliter, quòd debeant esse contentę eo, qđ
1 sibi pater reliquit, quia † hoc non obstante faciunt partem eo modo, quo magis id est vtile masculis. Quamuis enim in hac quæstione, an & quando filia exclusa à statuto faciat partem, sint plures opiniones, quarum tres principales refert Curt. sen. cons. 5. & Soc. iun. consil. 25. lib. 1. & Brun. de stat. exclud. fem. art. 11. q. 3. Bos. de publi. bon. col. 2. 3. & 4. plures Gabriel. de legit. conclus. 2. tamen in hoc casu sine difficultate, & absque vlla contraditione Domini dixerunt, filias augere numerum filiorum taliter, quòd faciant transire legitimam de trien te in semissem, & illud quod sibi per statutum tollitur, accrescere masculis, nõ autem augere fideicommissum.

Moti sunt, quia fuit bis resolutum, quòd statutum de successionibus ex testamento, intelligitur fauore masculorum, ex quo mandat, quòd alia filia renunciet ad fauorem fratrum, sicut fecit Ioanna: ergo eis debet acquiri, per supra dicta, maximè ad effectum, quòd legitima transeat de triente in semissum, quod etiã non obstãte præfata renũciatione, admittit Boet. decis. 104.
6 nu. 9. & 10. licèt † alio respectu, an scilicet illud, quod mi nus legitima filia accepit, accrescat masculis, asserat non facere partem, quia tenet opi. Bal. & Imol. in l. huiusmodi. §. si Titio. ff. de lega. 1. quòd faciat partem secundum terminos illius tex. Ita quòd si filia obolum habuisset pro dote, perinde sit, ac si totam eius partem trientis, vel semissis habuisset, quæ opin. communiter damnatur, vt declarat Soc. iun. d. consil. 25. num. 4. vbi respondet sigillatim omnibus fundamentis huius opin. Bos. de publ. bon. col. 4. cum alijs supra allegatis. Si tamen pars super huiusmodi renunciatione vellet audiri, ei satisfiet.

2 lorum. sequitur, quòd † illud, quod ab ipsis filiabus per dictum statutum detrahitur, debeat filijs, quorum contemplatione talis detractio fit, acquiri. l. post legatum. §. amittere. de his quib. vt indig. l. 2. §. si duo fratres. de col. bonor. & ista est verior, & communior opinio. Bal. Pau. de Cast. & Corn. in l. si defunctus. C. de suis & legit. latissime Roman. in l. vnica, numero 62. C. quando non per. par. Felyn. in auth. nouissima, numero 215. cũ seq. Paul. de Castr. consil. 52. numero 1. & consi. 286. num. 4. lib. 1. late Brun. de stat. exclus. fœmi. articu. 11. quæst. tertia, vbi, quòd ista est verior, & communior opinio. Paris. consil. 36. numero 29. lib. secundo, vbi etiam de communi testatur Alciat. consilio 419. numero 12. Rub. Alexandrinus consil. 122. nume. 3. & consil. 156. nume. 7. Cassan. consil. 53. num. 74. Curt. iun. latissime cons. 268. nu. 16. cum pluribus sequen. Soc. iun. consil. 25. nume. 14. lib. 1. cum alijs pro hac parte allegatis.

Maximè, quia secundum dispositionem statuti de succ ess. ex testamento, iuncto prẽsertim testamento Michaẽ lis, † in quo filiæ sunt institutæ in dote, & prohibitæ
3 plus petere, ẽt ratione legitimæ, apparet, † quòd fuerũt filiæ etiam à testatore agnitę, vt suæ, ex quo titulo institutionis sunt honoratæ, & prohibitæ plus petere etiam ratione legitimæ, quo casu dos succedit loco legitimę. Soc. consi. 75. num. 3. & Rimin. consi. 257. nume. 15. lib. 2. Et quamuis Rub. Alex. in l. pater filium, num. 174. dicat, ℣ opinio Pauli de Cast. procedit sine dubio, quando pr̃ legat nomine legitimæ, & sic videatur innuere, quòd hæc opinio possit recipere difficultatem, quando simpliciter legat, vt ponderatur pro parte hæredum, tamẽ hoc nihil
4 est, quia in illo casu in quæstione versatur, an pater legãdo aliquid filiæ illam agnoscere in suam, an potius sibi legare, vt extraneæ, videatur. Hic † autẽ, vbi testator procedit per viam institutionis, prohibendo, ne plus petere possit ratione legitimę, clarum vt ℣ illam in suam agnoscit. Quia frustra prohibuisset plus petere ratione legitimę, nisi legitimã sibi deberi præsupposuisset, quod bñ in statuto ponderat Rim. d. consi. 257. nu. 13. lib. 2. Et propterea ẽt, ℣ iste articulus penderet ab illa q. an dos succedat loco legitimæ, prout voluit Areti. in l. plane. §. si duobus. de leg. 1. hæc etiam pars vera esset ex supradictis, & vti dictum est, portio quæ filiabus tollitur à statuto, auget ipsam legitimam, non autem cadit sub fideicommisso, vt post omnes supra citatos declarat Curt. iun. d. consil. 268. nume. 50.

Non ob. renunciatio Io. filię facta ad fauorem patris,
5 quia † filia ẽt ℣ renunciauerit, facit partem, qñ aliquid recipit, quod succedit loco legitimæ, prout contingit in hoc casu. Ant. Rub. in d. l. pr̃ filium. nu. 174. cum plurib. seq. ff. de inof. test. Idq; tantò magis, quia ex testamẽto apparet, ℣ pr̃ dictam renunciationem recepit fauore filiorum masculorum, ex quo mandat, quòd alia filia renunciet ad fauorem fratrum, sicut fecit Ioanna: ergo eis debet acquiri, per supra dicta, maximè ad effectum, quòd legitima transeat de triente in semissum, quod etiã non obstãte præfata renũciatione, admittit Boet. decis. 104.
6 nu. 9. & 10. licèt † alio respectu, an scilicet illud, quod mi nus legitima filia accepit, accrescat masculis, asserat non facere partem, quia tenet opi. Bal. & Imol. in l. huiusmodi. §. si Titio. ff. de lega. 1. quòd faciat partem secundum terminos illius tex. Ita quòd si filia obolum habuisset pro dote, perinde sit, ac si totam eius partem trientis, vel semissis habuisset, quæ opin. communiter damnatur, vt declarat Soc. iun. d. consil. 25. num. 4. vbi respondet sigillatim omnibus fundamentis huius opin. Bos. de publ. bon. col. 4. cum alijs supra allegatis. Si tamen pars super huiusmodi renunciatione vellet audiri, ei satisfiet.

ALDOBRANDINI.

Legionen. Canonicatus. Lunæ, 22. Aprilis. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Vacare aliquod ius dici non potest per obitum resignatarij, quando resignatio fuit legitimè facta.*
2 *Ius retrotransferri non potest, quando extrema non sunt habilia.*
3 *Constitutio Pij Quinti de publicandis præsupponit resignantem viuere.*
4 *Acquisitio veræ possessionis beneficij, & petitio eiusdem vera, & non perfunctoria æquiparantur.*
5 *Paria sunt quoad odium alicuius, quòd quis adeptus fuerit possessionem, vel per eum steterit, quominus adipiscatur.*
6 *Forma si sit inducta ad certum effectum, sufficit quod ille effectus habeatur per æquipollens.*

DECISIO CCLXVII.

DOmini dixerunt, constitutionem fe.re. Pij Quinti de publicandis, non obstare resignationi Andreæ in fauorem Laurentij ad effectum, vt dici possit, beneficium vacare per obitum D. Andreæ, cū. n. Andreas resignans decesserit de mense Maij, 1568. & sic ante publicationem prædictæ constitutionis, nō potest
1 dici, ꝙ beneficium vacauerit per eius obitum, quia † cū prædicta resignatio in cæteris omnib. præsupponatur iu stificata, tempore eius obitus erat perfectè abdicatū ius ab ipso resignante, & consequēter per ipsius obitū nihil potuit vacare, cū ipse tūc nihil iuris haberet in bñficio.

Nec ob. quod constitutio sequens annullet postea d. resignationem, quia quando hoc esset verum, nō potest dici beneficium vacare per obitum resignātis, qui obijt
2 ante hanc constitutionem, qua † mediante non pōt retro transferri ius in Andream iam mortuū, quia extrema non sunt habiliæ l. bonorum. ff. rem rat. habe. no. oēs. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. Cassad. decis. 3. nume. 16. de præb. Curt. iun. cōsi. 76. nu. 5. maximè, ꝙa extremum deficit in essentia. Grat. cōs. 75. nu. 6. li. 2. Et hinc
3 est, ꝙ prædicta constitutio † præsupponit resignantē viuere, in illis verbis, per ipsos resignantes, vel cedentes: si enim vult, ꝙ possit per resignantem fieri huiusmodi publicatio, præsupponit etiam resignantem viuere. Et quāuis posset habere maiorem difficultatem, si resignās decessisset post constitutionem infra tempus datum ad publicandum, tamen in resignante mortuo ante præfatam constitutionem res videtur sine difficultate, saltem ad effectum, ꝙ beneficium non possit dici vacare per obitum resignantis, quia quando obijt, est clarum, ꝙ nullum ius habebat in beneficio, quod postea dum esset mortuus, acquirere non potuit.

Idq; tantò magis, quia cū quoad resignationes iam factas constitutio disponat solum circa eas, quarū vigore nondum fuit per resignatarium capta possessio, videbatur Dominis, ꝙ non bene in hoc casu verificarentur hęc verba negativa, ꝙ non esset capta possessio, quia saltem
4 aliquo modo erat capta possessio, cū † enim fuisset petita à Laurentio possessio capitulariter, & Capitulū mandasset, quod describeretur in libro, in quo pūtantur interessentes, & absentes, & quod singulo die interesset in choro vni ex horis, in quibus lucratur maior quantitas distributionū per interessentes, licèt hoc non posset operari, vt plene diceretur capta possessio, saltē debet operari ad euadendā pœnā nullitatis actus, vt non dicatur non capta, cū præsertim ipsamet constitutio videatur æquiparare adeptionē verę possessionis, & veram & nō perfunctoriam petitionē ibi, ipsiq; resignatarij, vel cessionarij realem, & actualem possessionē beneficiorum huiusmodi realiter, & cum effectu apprehendere, vel saltē illū infra prędictum vnius, vel sex mensium terminum ab his, ad quos spectat verè, & non fictè, seu perfunctoriè con-
5 gruo loco petere debeant, & quemadmodū † in odium alicuius paria sunt, ꝙ possessionē adeptus fuerit, vel per eū steterit quominus adipisceretur. c. commissa. de elec. in 6. cum alijs allegatis, ita ēt ad eius fauorem, cū ipse fecerit omnem diligentiam pro adipiscēda p̄dicta possessione, & desuper rā longam substinuerit litē quoad hūc effectum, debet haberi pro possessore. Idq; tantò magis, quia hęc resignatio fuit notorijssima episcopo & capitulo, cū tam diu super ea fuerit litigatū cū capitulo, & circa eam tot testes fuerint examinati, ex quib. necessariò fuerint reddita plusq̄ notoria, & sic satisfactū vr intentioni præfatæ constitutionis, q̄ fuit obuiandi fraudib. q̄ ex occultis resignationib. proficiscūtur, vt in proem. dr,
6 ex quo rō finalis colligitur. l. fi. ff. de hær. inst. Quāuis † n. esset forma inducta ad certum effectum, sufficere solet, ꝙ ille effectus habeat æq̄polleter, & illa forma adamussim nō seruata. Dec. in l. si mr. in 2. no. C. de inst. & substi.

ALDOBRANDINI.

Marsican. beneficiorum. Lunæ, 10. Iunij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Probatio semiplena sufficit ad iustificationem narratiuæ iurispatronatus. intellige, vt nu. 3. & 4.*
2 *Patronatus sunt à iure approbati, & dicuntur contra præsumptionem iuris, quia de iure omnia beneficia præsumuntur libera.*
3 *Narratiua iurispatronatus duplex esse dicitur.*
4 *Narratiua, quæ est absolutè causa concessionis, vel causa concessionis sub illa forma, debet plenè probari.*
5 *Fama in nō antiquis semiplenè, & in antiquis plene probat.*
6 *Verba sola enunciatiua plurium instrumentorum probant in antiquis.*
7 *Iurispatronatus ecclesiæ conuentum habentis ad effectum saltem præsentandi, non acquiritur ex fundatione, & dotatione.*

DECISIO CCLXVIII.

DOmini inclinarunt ꝙ sufficiēti iustificatione iurispatronatus, ad effectū verificationis narratiuæ, & propositā dubitationem distingue bāt in duas partes. Prima est, an hoc casu sit necessaria plena ꝓbatio, vel potius semiplena sufficiat. Secūda, an adsit ꝓbatio req̄sita. Et quoad p̄dictam partē Dñi nō erāt concordes. Aliqui. n. tenebāt nō requiri plenā ꝓbationē, sed suf-
1 ficere semiplenā, quia agitur † secundū eos solū de iustificatione narratiuæ, non aūt de canonizatione regressus. Ægid. decis. 113. 114. cū alijs allegatis, quib. fuit additus Ægid. decis. 416. Nec ob. ꝙ iuspatronatus sit contra ius, quia hoc non est verum: est. n. potius cōtra præsumptionem iuris, quia de iure omnia beneficia præsumuntur
2 libera, non autem ius ei resistit, quia † patronatus sunt à iure approbati. to. titu. de iurepatrona. Et hæc multum inter se differunt. Couar. variar. resolut. lib. 1. capitu. 17. num. 7. in fi. Menoch. de retinen. possess. remed. 5. nu. 49. Nec similiter obstat secundum aliquos, quòd concurrat alius

alius prouisus apostolicus, quia hoc idē ꝓcederet, si gratia D. Scipionis præcederet, & Io. Michael opponeret de iure patronatus ad infringendam eius gratiam, tunc. n. requireret plena probatio, quia materia esset obiectiua.

Alij distinguentes dicebant, narratiuas esse duplicis generis: quædam. n. sunt narratiuæ, quæ sunt simpliciter
3 pars gratiæ, vt † quando quis narrat se Doctorē, vel narrat valorē, vel quid simile: similes. n. narratiuæ debent verificari, quia ex quo ita narratum fuit, narrata dicuntur pars gratiæ, & in ista narratiua procedunt allegata in cōtrarium. Quædam verò est narratiua, quæ est absolutè causa concessionis, vel causa concessionis sub illa forma, &
4 † in hac non sufficit illa leuis probatio, & ita dicebant fuisse distinctum de anno 1564. in vna Callaguritan. de sancta Pia, & affirmabant nos versari in hoc secūdo casu, quia narratio huiusmodi iurispatronatus fuit causa, quòd Papa procedit sub hac forma, nempe de consensu patroni, vt etiam fuit dictum in hac causa, quando fuit disputatum, an iuspatronatus deberet iustificari.

Quoad secundam partem inclinabāt Domini ꝓ sufficienti verificatione, quia testes probant famam, quæ † in
5 nō antiqs semiplenè, & in antiquis plene probat. Cassad. de prob. decis. 2. Et licèt fortasse hæc semiplena nō sufficeret, tamen, cùm incideter agatur de iure patronatus, sufficit leuior probatio. Bar. in l. quidam in suo. de cond. instit. & sufficere debent adminicula cum fama, vt in simili videmus, quando tractatur de probatione pertinentiæ collationis ad inferiorem, nam si ordinarius, vel ꝓsus ab eo non est in causa, sufficit fama: si verò alter eorum est in causa, vltra famam requiruntur adminicula. Cassad. prima, de prob. hic autem videbatur ijs, qui ita tenebant, ꝙ concurreret adminicula, cùm adfit mandatū de prouidendo Pauli Secundi de anno 1468. cū illa enū ciatione, ꝙ est de iure patronatus Sansonis de sancto Seuerino, & duæ aliæ enunciationes in mandato de prouidendo in fauorem Ioā. Francisci Caraffæ de anno 1535. & alia de anno 1545. in resignatione Antonij Artusi in fauorē Vincentij Zapatæ. Quia tamen materia est alicuius considerationis, cùm ex canonizatione huius regressus constituatur Princeps in quasi possessione præsentandi, censuerunt amplius adhuc deliberandum, nam durum videtur aliquibus ex Dominis, ꝙ nulla producatur præsentatio. Et quoad supra dicta adminicula nō cōstat, quòd gratia illa Pauli Secundi habuerit effectū, & quā-
6 uis † sola verba enunciatiua probent in antiquis, tamen debent esse plurium instrumentorum. Aym. de antiq. tē por. in prima par. nu. 76. hic autem adest vnica scriptura antiqua, in qua enūciatur tale ius patronatus, nam quoad sumptum fundationis potius videtur facere contra, quia dicit quod ecclesia sancti Ioannis gaudet omni li-
7 bertate: & † iuspatronatus regulariter in istis ecclesijs cōuentuum habentibus saltem ad effectū præsentādi, non acquiritur ex fundatione, & dotatione. c. nobis. de iurepatro. vltra quòd ambæ hæ scripturæ loquūtur solum de monasterio sancti Ioannis, non autē de monasterio sancti Nicolai, & quoad gratiā Pauli Secundi ad fauorē Io. Francisci Caraffæ, non constat de consensu Principis illi gratiæ adhibito, sicut etiam non apparet de consensu Antonij Artusij resignantis ad fauorem Vincentij Zapatæ de anno 1545. Vnde omnia ista videbantur aliqui
1 bus multum debilia adminicula, ſtātibus præsertim ijs, quæ in cōtrarium adducuntur pro parte Spinæ, nempe quod Vincentius Zapata impetrauit huiusmodi beneficia prima Augusti. 1528. tāquàm libera, & cum hac gratia apostolica expulit prætendētes se præsentatos à Principe, qui erant Iulius & Io. Franciscus Caraffa, & Antonius Artusus, ex quib. etiam instabant ad fauorem, & testes. Nam testes loquuntur de istis probationib. Iulij, & Io. Francisci, & Artusij, & sic tunc videtur originari hęc fama, quæ ex his deprehenditur habuisse ortum à mala causa, ex quo illi prętensi fuerunt victi à prouiso apostolico tanquàm de beneficio libero. Nōnullis tamen ex dictis non placebat talis responsio, quia dicebant, ꝙ in illa lite non fuit actum de iure patronatus, & dicebant nō posse nos adiuuare, quia non fuit tunc petitum de iurepatronatus.

ALDOBRANDINI.

Roman. donat. 50000. Veneris, 18. Martij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Sententia in possessorio non potest ferri, nisi pro concurrenti quantitate, stante oblatione aduersarij.*
Fallit, nisi appareret de tergiuersatione partis, & difficultatibus considerabilibus circa æstimationem. nu. 2. & 3.

DECISIO CCLXIX.

1 DOmini dixerunt, † nō posse ferri sniam in possessorio, nisi pro concurrenti quantitate stāte oblātione Portiæ. l. Paulus. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. Non ob. ꝙ Portia in oblatione præseruet iura sibi cōperentia in peritorio, quia cùm per Magdalenā iudiciū petitorium fuit suspēsum, iustum videtur, quòd si quod ius in iudicio à Magdalena suspenso eidem Portiæ competat, illud sibi præseruare possit.

2 Minus obstat, † ꝙ Magdalena non consequatur hoc modo possessionem omnium bonorum, & consequēter totum illud, ad quod datur iudicium possessorium, nempe bona valoris 50000. scutorum, & per cōsequēs effectum, propter quem tale iudicium possessorium introductum fuit. Dicebant tamen aliqui ex ita tenentib.
3 † quòd si appareret de tergiuersatione partis, & difficultatibus considerabilibus circa æstimationem, tunc iustū esset, quòd immitteretur Magdalena in possessionē omnium bonorum secundum puros terminos Saluiani interdicti. Quia euentus doceret, quòd oblatio non esset bona, & sufficiens.

ALDOBRANDINI.

Roman. donat. 50000. Mercurij, 23. Martij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Donatio bonorum facta ad æstimationem certi valoris, censetur etiam quoad proprietatem facta.*
2 *Donatio quando est facta ad tempus etiam in proprietate, tenetur donatarius cauere de restituendo rem non deterioratam.*

DECISIO CCLXX.

1 PRoposui cām super memorialib. loco causę, & Dñi fuerunt cōcordes, ꝙ Magdalena sit proprietaria, non aūt vsufructuaria, quia † stantib. p̄cedentibus resolutionib. sibi sunt relicta bona valoris 50000. scutorū, & nullū verbum in tota donatione legitur de vsufructu, ex allegatis. Fuerunt tamen concordes, ꝙ quāuis
2 sit proprietaria, quia † tñ donatio est ad tempus, teneat nihilominus cauere secūdū terminos l. fi. C. de leg. de restituēdo rē nō deterioratā, vt addit ibi Corn. culpa tua.

ALDOBRANDINI.

Roman. donat. 50000. Lunæ, 4. Iulij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussores de restituendo rem non deterioratam, debent se obligare secundum formam contractus, seu dispositionis.*
2 *Appellatio non datur à sententia liquidatoria.*
3 *Oblatio non excusat à condemnatione expensarum, nec minus ab eis, quæ post oblationem fiunt.*

DECISIO CCLXXI.

REtuli Dominis tres difficultates, quæ erãt in hoc negotio, quarum prima erat, an fideiussiones præstitæ per Dominam Magdalenã essent sufficientes, quia pars Portiæ prætendebat, quòd essent obligati fideiussores conditionaliter, & cum reseruationibus captiosis: conquerebatur etiam, quòd non essent idonei, & Domini quoad idoneitatem steterunt in reso-
1 lutis, quò † vero ad formam dixerunt, quòd deberent se obligare de restituendo huiusmodi bona, iuxta formam donationis.

Secunda erat, quia pro parte D. Magdalenę prætendebatur, quòd non posset ferri sententia pro concurrenti
2 quantitate, quia † hæc sententia esset etiam liquidatoria, & consequenter, quòd ab ea non datur appellatio, & ideo petebat, vel quòd D. Portia renunciaret appellationi, vel quod sibi daretur immissio in omnibus bonis retinendis, donec esset satisfacta, Domini dixerũt, quòd pro parte Dom. Portiæ offerebatur declarare, quòd appellatio pro eius parte interposita, fuit solum interposita respectu fructuum, & quòd contẽtatur, quòd Magdalena immittatur in possessionem, iuxta æstimationẽ per Dominos factam ad rationem 7 ℔. scutorum sine iurisdictione, ita quod durãte tempore donationis, iurisdictio Castri Cęsæ in istis bonis sit suspensa, & facto loco restitutioni, ipso facto reintegretur, & quod ista immissio fiat sine præiudicio alterius æstimationis circa valorem, ita quod Magdalena donec iterum ęstimentur, semper permaneat in possessione, & si pluris æstimabuntur, Magdalena quod plus acceperit, restituat: si minus, Domina Portia suppleat, quod deerit, & propterea fuit mihi ordinatum, vt ita exequar.

Tertia erat circa condemnationem expẽsarum, quia probatur pro parte Dominæ Portiæ, quòd ipsa non deberet condemnari in expensis, stante oblatione pro eius parte facta. Quę difficultas fuit Dominis visa ęquissima,
3 ex † quo tantum ábest, quòd oblatio possit excusare à condemnatione expensarum, vt immo expensæ pro maiori parte post dictam oblationem fuerint factæ ratione dictæ oblationis.

ALDOBRANDINI.

Roman. montium. Veneris, 8. Nouembris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo infra certum tempus, eo elapso, remanet sine effectu, & pro non posito habetur.*
2 *Pacta interpretanda sunt, ne ex eis aliquod absurdum sequatur.*
3 *Claudicatio contractus habet locum in dubio: secus autem in claris.*

DECISIO CCLXXII.

DOmini dixerunt, D. Guidagnelum non teneri vendere loca montium, de quibus agitur, nec minus supplere pretium Nummæ vsque ad pretium, quo nunc vendi possent. Moti fuerunt ex verbis pacti, contractus enim ab initio sunt voluntatis, ex post facto necessitatis, nam cũ fuerint hæc loca à Numma data in solutum 10. Ianuarij. 1573. Guidagnelo, & translatum consequenter in ipsum dominium, & factum pactum, quòd teneatur ea retrouendere infra nouem men-
1 ses, quibus elapsis, sit liber, apparet, † quòd Guidagnelus non tenetur retro transferre dominium horum locorũ, nisi infra nouem menses. Iaſ. late in l. eum qui ita. §. qui ita stipulatur. numero 9. ff. de verborum obligatio. Tiraquel. de retract. conuent. §. primo, glo. secunda, numero 40. cum sequen.

Nec obstant illa verba, sitq; in eius arbitrio illa vendere, quia cùm hoc sit eius arbitrio remissum, potest nólle vẽ-
2 dere: alioquin, si cogi † potuisset directè, vel indirectè, cogendo eum ad supplendum pretium, non fuisset in eius arbitrio vendere, vel non vẽdere. Et si partes voluissent, quòd perpetuò cogi potuisset Guidagnelus ad vendendum, pactum de retrouendendo infra nouem menses tantum, maximè conceptum in fauorem Nummæ & personarum ab ipso nominandarum, parum, aut nihil operabatur. Debuit igitur Numma legem apertius dicere.

Nec obstat claudicatio, & cætera huiusmodi, quę exẽplo deducuntur, quia ea omnia procedere possent, † vbi
3 essemus in dubio: sed cùm hic verba sint clara, non intrat quæstio voluntatis, maximè, quia etiam infra nouem menses Guidagnelus subiacebat omni periculo, quia si montis pretium decreuisset, Numma non redemisset: si creuisset, poterat redimere, & consequi illud plus.

Non obstat, quòd hæc loca essent data in pignus, non autem in solutum, quia contrarium apparet ex lectura instrumenti, & ex dictis testium probantium, quòd Guidagnelus noluit ea loca recipere in pignus, cędulæ tractatus, & alia adducta pro parte Nummæ non fuerunt à Dominis habita in consideratione, stantibus claris verbis pacti: & quoad æquitatem dixerunt, Prætorem, qui æquitatem præ oculis habebat, dicere solitum fuisse, pacta seruabo.

ALDOBRANDINI.

Roman. donat. 50000. Veneris, 22. Octobris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Vitalli. doctr. in clem. 1. §. dudum. num. 34. cum seq. de offi. ord. loquitur, quando ambæ partes tacebant, non quando vna expressè rogauit.*
2 *Rogitum tacitum notarij in contractu donationis ex parte donatarij lex ipsa præsumit.*
3 *Notarij attestatio de rogitu donantis non excludit rogitum à lege præsumptum ex taciturnitate, & non reclamatione donatarij.*
4 *Præsentiam non esse ex non rogitu, probatur in his, in quibus rogitus vtriusque partis requiritur.*
5 *Præsentia, taciturnitas, & non reclamatio inducunt tacitum mandatum in fauorabilibus.*

DECISIO

DECISIO CCLXXIII.

FVit tentum, quòd doctrina Vital. in clem. j. §. dudum, num. 34. cum seq. de offic. ordin. sit vera. An autem applicetur huic casui, Domini non fuerũt
1 concordes. Nonnulli enim † tenebant non applicari, quia Bonifac. loquitur, quando ambæ partes tacebant, non quando vna rogauit expressè, quia cùm tunc simus in claris quis rogauerit, præsumptio cedit veritati. & isti Domini plurimum fundabant se super argumento facto ab Alex. cons. 38. & Alexand. cons. 35. quod vnius inclusio sit alterius exclusio, & ponderabant verba Bonifacij dum dicit, & instrumentum non repugnat, nec contrarium dicit, in hoc enim casu instrumentum secundum eos contrarium dicit, cùm dicat, Notarium à solo Lælio fuisse rogatum.

Alij tenebant, quòd applicaretur, quia & si Lælius ipse expressè rogauerit, & Notarius solum attestetur de
2 expresso rogitu Lælij, tamen † non per hoc excludit aliũ casum, in quo lex ipsa ex facto probato præsumit tacitum rogitum. Doct. enim dicentes, quòd qui tacet, videtur consentire, & mandare, loquuntur de sola taciturnitate, ex qua taciturnitate & non reclamatione lex præsu-
3 mit, quod tacens tacitè mandet. quam † taciturnitatem & non reclamationem, ex qua talis rogitus à lege præsumitur, non excludit attestatio Notarij, quòd Lælius rogauit, quia intelligitur, quòd ipse solus expresse rogauit. Sed non per hoc, vt dictum est, tollitur, quin lex super taciturnitate operetur suum effectum præsumptiuũ taciti mandati. Ad cons. Alex. respondebant, quòd non dicit ibi Alex. quod esset per testes probata præsentia. Fieri enim potest, quòd & si Notarius attestetur de præsentia amborum, tamen attestetur de rogitu vnius tan-
4 tum: vnde † respectu illius, qui non rogauit, secundum illos, qui tenent requiri rogitum amborum, non probatur talis præsentia. Præterea Alex. non loquitur in casu, in quo ageretur de commodo tacentis, sed de præiudicio: & propterea ipse defendit, quòd non probet instrumentum in præiudicium non rogantis, & ita etiam Alexand. qui agit, vt renunciatio non præiudicet illi Floridæ, quæ non rogauerat.

Conuenerũt etiam, quòd testes probant non solum præsentiam, sed & intelligentiam Illust. D. Magdalenæ.
5 Item, quòd † vbi agitur solum de commodo alicuius, ex præsentia, taciturnitate, & non reclamatione ipsius inducitur ac præsumitur mandatum, per allegata.

BLANCHETTI.

Callaguritan. translationis. Die Veneris, 3. Iulij. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Tertius veniens ad causam impedit restitutionem spolij. Limita in spolio attentato. num. seq.*

DECISIO CCLXXIIII.

CVm pro parte Clericorum duo contra decisionẽ factam die 26. Iunij, replicarentur, vnum, quòd per testes ipsorum in partibus examinatos probabantur scandala, nisi huiusmodi attentatũ purgetur.
1 Alterum, † quòd tertius veniẽs ad causam impedit purgationem spolij. Bisig. decis. 3. de appel. & cùm Parochiani venerint ad causam, pro eorum interesse possunt impedire huiusmodi restitutionem.

His non obstãtibus Domini steterunt in decisis. Nam & si testes pro parte Clericorum essent rectè examinati, nihilominus nihil dicunt de scandalis futuris, nec quod huiusmodi scandala nõ cessarent, si obseruaretur tenor concordię, prout testes examinati in curia vtrunque deponunt, quod cessabunt si dicta concordia seruetur.

Decis. 3. Bisign. de appel. non habere locum in spolio attentato, inquit Abb. in c. bonæ, de appel. Corset. super
2 reg. spoliatus † ante omnia restitui debet. limit. 38. Nec Monaci comparendo in consilio regio consenserunt iudicio translationis, sed compauerunt, vt impedirent beneplacitum regium.

BLANCHETTI.

Oriolen. Canonicatus. Lunæ, 22. Martij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Subreptitium & obreptitium dicitur, quando res se aliter habet, quàm fuit narratum.*
2 *Clausula, cuius litis statum, debet referri ad expressam, non autem ad eam, quæ reticetur.*

DECISIO CCLXXV.

FVit resolutum, gratiam Ferdinandi esse subreptitiam, & obreptitiam, quia fuit narratũ Papę, omnimodam collationem Canonicatus, de quo agitur, spectare ad episcopum, & litem pendere coram me
1 super Pœnitentiaria, quorum † vtrunque aliter se habet, cum lis sit super iure conferendi hunc Canonicatum, & collatio debet fieri iuxta tenorem indulti, vt fuit resolutum, de quo tamen indulto nulla fit mentio in gratia Dom. Ferdinandi, quæ si facta fuisset, forsam non ita facile cõcessisset Papa. Sciuisset. n. d. canonicatũ, siue pdicationis officium esse affectũ vigore prædicti indulti, quo casu noua & specialis prouisio papalis requirebatur. Rot. de præben. in antiq. decis. 11. & 13. Non obst. clau-
2 sula, cuius † litis statũ, quia debet referri ad expressam, nõ autem ad eam quæ reticetur. Quo verò ad affectum, Domini dixerunt particulariter videndum, an gratia Francisci Nornua substineri possit.

BLANCHETTI.

Roman. affectus scripturarum. Lunæ, 22. Martij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Reuerentiales cum certo termino dati, eo elapso, faciunt transire sententiam in rem iudicatam.*
2 *Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi est imputandum.*

DECISIO CCLXXVI.

FVit resolutum, quòd sententia nõ transiuit in rem iudicatam ex allegatis hic pro Petro, non obstantibus quæ adducuntur pro D. Sigismundo, cùm illa
1 procedant, quando sunt dati † reuerentiales, qui habẽt certum terminum præfixum: tunc enim cessat prouisio c. cum sit Roman. de appel. Hic autem non fuit vllus præfixus terminus, nec imputari parti potest negligentia. Guidobon. decis. 38. Dixerunt etiam Domini, quòd Pe-
2 trus non tenetur cauere, quia † d. Sigismundus incidit

culpa

culpa sua in hoc damnum. Soci.cons.70. per tot. lib.3. Secundò, cùm ipse sit fideiussor emptoris, non vident Domini, quo iure huiusmodi cautionem petere possit ab eo, cui ipse fideiussionem præstitit in casu alienationis officij & scripturarum, de quibus agitur.

BLANCHETTI.

Pisan. liquidationis fructuum. Veneris, 28.Maij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Alienans rem ecclesiasticam sine solemnitatibus requisitis, tenetur ad eius restitutionem.*

DECISIO CCLXXVIII.

DOmini dixerunt in hoc negocio remissoriã non relevare. Primò, ex coniecturis allegatis in alia resolutione facta 21. Aprilis proxime præteriti, quòd cedula non fuerit sortita effectum suum. Secundò, quia Illustriss. & Reverendiss. Cardinalis de Pisis nõ agit ad restitutionem censuum perceptorum ab Archiepiscopo prædecessore suo, pro quibus ipse potuit absoluere Zenobium tanquàm conductorem bonorum eccle-
1 siasticorum, ad † quorum restitutionem ipsum teneri re male alienata, clari iuris est cap. non liceat. & ibi glos. 12.q.2. Abb. in c. si quis presbyterorum, num. 1. & 6. de reb. eccles. non alien. Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. q.5. princ. num. 110. Nec obst. q. non constat, quæ quantitas fructuum remanserit penes eum, nã in liquidatione fuit habita ratio, quod ipse locãdo predia, de quorum fructibus agitur, Archiepiscopo fratri, tantum sibi dari stipulatus fuit, quantum eidem soluere ex conductione obligatus erat, & maximè est verisimile, quòd penes ipsum tanta remaneret fructuum quãtitas, quantum ipse pro censu fratri suo soluebat.

BLANCHETTI.

Roman. fideicommissi de Magdalenis. Lunæ, 10.Maij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Amissio scripturarum propter incẽdium maximam affert excusationem parti.*
2 *Restituere sibi ipsi nemo dici potest.*
3 *Sententia condemnatoria restitutionis fideicommissi, non se extendit ad illud de quo pars verisimiliter non potuit habere notitiam.*

DECISIO CCLXXIX.

DOmini firmarunt, sententiam Angeli de Recchio, cuius copia data fuit, esse in forma probãte, & ex illa satis constare, Ioan. Matiam fuisse actorem & curatorem Curtij & Fabij de Crescentijs, ex allegatis hic pro d. Antonina, stante præcipue incendio
1 scripturarum curiæ capitolij, quod † maximè solet haberi in cõsideratione. l. si quis ex argentarijs, in fi. vbi Doct. ff. de eden. An verò per huiusmodi sententiam inducatur acceptatio, nihil fuit resolutum: Domini enim fuerunt varij. qui enim in affirmativam inclinabant, cõiungebant dictæ sententiæ verba illa, motus proprij in præiudicium ipsorum, & credebãt eam quasi necessariò esse intelligendam in fideicommissis, quæ tempore obitus Ioan. Baptistæ non erant purificata. cùm enim statuatur in ipsa Fabio & Curtio esse restituenda bona eisdem debita vigore fideicommissorum Vannotiæ, & Baptistæ, intelligi non potest de his quæ fuerunt purificata in vita Ioan. Baptistæ eorum patris, in quibus dictis Curtio & Fabio, & successiuè ab intestato dabatur retorquutio,
2 non autem restitutio: sibi † enim ipsis restituere non poterant. Bero. in c. in præsentia, num. 28. & 29. de probat. & respondebant cons. Aym. 37. illud procedere, quoties in vniuersali fideicõmissorum agnitione adest aliquod fideicommissum sibi agnoscenti damnosum. Qui verò in contrariam ibant sentẽtiam, ex tribus potissimè mouebantur. Primum, quia sententia est lata inter creditores. Secundò, † quia non constat de notitia Fabij huiusmodi fideicommissorum. Tertiò ex taciturnitate ipsius, qui si acceptasset huiusmodi fideicommissa, non est præsumendum, quòd tanto tempore stetisset, quòd ad ea nõ egisset. Et ideo mihi mandarunt, vt dubium de nouo proponerem, & partes super his strictè informarent.

BLANCHETTI.

Roman. domus. Lunæ, 14.Decembris. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Caducitas in dubio remissa non censetur per receptionem canonis.*
2 *Priuatio, quæ à lege proficiscitur ipso iure, non requirit scientiam.*

DECI-

DECISIO CCLXXX.

DOmini dixerunt, quòd ex neutro capite intrat excusatio à caducitate, nam præsupposita ignorantia Rectorum, per receptionem canonis nõ
1 † censetur remissa caducitas, & renunciatum iuri quod ignorabat. l. mater decedens. ff. de inoffic. testam. & ex allegatis per informantes, ex capite ignorantiæ Dominorum de sancta Cruce minus, cùm probetur scientia ipsorum, tum ex dictis testium, tum ex instrumento & solutione canonis, quæ multum operatur in hoc casu. Rui. cons. 110. num. 2. vol. j. & præcipuè cùm simus in priua-
2 tione, † quæ à lege proficiscitur ipso iure, quæ non requirit scientiam hominis. Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, reuertatur, num. 450. C. de reuoc. donat.

BLANCHETTI.

In eadem Roman. domus. Veneris, vltima Aprilis. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Confines generales, & aliquæ ex specialibus requiruntur ad probandam identitatem.*
2 *Dominium ex insignibus vetustis probari solet.*

DECISIO CCLXXXI.

FVit per Dominos resolutum, constare de identita-
1 te ad effectum de quo agitur. Verificantur † enim confines generales, videlicet, regio, parochia, viæ publicæ, & ex specialibus, videlicet domus Sigismundi aurificis, & domus sancti Pauli, quæ sufficiunt ad probãdam identitatem. Corn. cons. 65. in fine, lib. 3. & ex allegatis hic per informantes pro Rectore sanctæ Mariæ. His adminiculatur dictum Lucretiæ, quæ oculari inspe ctione recognouit domum.

Non obstat, quòd ex insignibus tantum non constet domum pro fine expressam esse sancti Pauli, quia ex in-
2 signibus † præcipuè vetustis dominiũ probatur. Cassan. in suo Cathalogo gloriæ mundi, parte prima, cõclus. 55. in prin. Bal. cons. 310. lib. 5. & præcipuè in hoc casu, cùm non agatur de probando iure congregationis Monacorum sancti Pauli. Intellexerunt etiam Dñi illa verba, cui desuper sunt domus Sigismundi aurificis, ideſt à latere superiori ex illis verbis subsequentibus, ab alio domus ecclesiæ sancti Pauli. In reliquis placuerunt Dominis responsiones datæ per ipsos informantes.

BLANCHETTI.

Roman. domus. Lunæ, 25. Octobris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Possessio ciuilis penès directum dominum existens interuertitur ab emphyteuta alienante rem non reseruato canone, nec iure directi dominij, & eius possessionem tradente.*
Ampliatur etiam si ab alienante soluatur census.
2 *Remedium recuperandæ semper competit domino directi contra dominum vtilis alienantem sine eius consensu.*
3 *Facultas data emphyteutæ à domino alienandi rem emphyteuticam, intelligitur saluo iure directi dominij.*

DECISIO CCLXXXII.

DOmini firmarunt regulam pro Rectore, quòd ipsi competat remedium l. fin. C. de acquir. possess. quod dicitur esse remedium recuperandæ, ex allegatis hic per scribentes pro ipso. Nam quoties nõ reseruato canone, nec iure directi dominij, res emphyteutica ab emphyteuta alienatur, & eius possessio tra-
1 ditur, possessio † ciuilis penes directum dominum existens interuertitur. Bal. in tit. de controuer. inter domin. & empt. feu. num. 2. Alex. cons. 85. num. 2. lib. 6. laſ. in §. item si quis in fraudem, num. 77. Instit. de actio. etiam si ab alienante soluatur census. arg. l. Pomponius. ff. quem-
2 admodum vsufruct. amit. quo † casu semper competit remedium d. l. fin. Corn. cons. 228. per tot. vol. 2. Succurritur enim, vt ipse inquit, vbicunque quilibet vtilis dominus alienat sine consensu, & non reseruatis iuribus directi, & hoc idem sentiunt Doct. supra allegati, & in specie Cass. decis. 54. qui loquitur in emphyteuta.

Non obst. facultas data Nicolao, quia † licèt possit alienare ad libitum, & in quem vellet, non fuit tamen data
3 facultas, vt huiusmodi alienationem libere facere possit. Veruntamen, quia in actis non constat, Illust. Dominos de sancta Cruce emisse domum à d. Nicolao, non potuerunt firmare, an dicta regula suffragetur Rectori. Et ideo dixerunt discutienda, ex quibus Rector prætendit probare, Nicolaum habentem ius ab ecclesia in ipsos alienasse.

BLANCHETTI.

Callaguritan. beneficij Sancti Iacobi. Veneris, 5. Nouembris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Socij criminis, præsentantes pro præsentato, & sollicitator in causa, hæ simul iunctæ qualitates detrahunt de fide testium.*
2 *Testis ille repellitur, qui actui consensum præstitit, super quo vertitur controuersia.*
3 *Socij criminis faciunt solum indicium, neque etiam sufficiès ad torturam.*
4 *Testes deponentes de eo quod ipsi fecerunt, inhabiles dicuntur.*

DECISIO CCLXXXIII.

DOmini remiserunt fidem Didaci de Medrano & Francisci de Torres arbitrio cum considerabi-
1 li eius diminutione, quia † socij criminis, præsentantes pro præsentato, & Didacus sollicitator in causa, quæ qualitates iunctæ maximè detrahunt de fide testium. Quod autem Didacus fuerit sollicitator, dubium non est. Quo verò ad Franciscum, probatur ex depositione Didaci super primo & tertio articulo, iuxta summarium datum 21. Iunij proxime præteriti, ipsum interuenisse in vtroque tractatu, & quòd passus fuit agi de præsentatione nepotis ad primum beneficium vacatu-
2 rum, illamq; perduci ad effectum, & sic † præstitit consensum, quo casu repellitur testis. Franc. in cap. primo, num. 3. de testib. in 6. & cum fuerint socij criminis, solũ
3 faciunt indicium, neque † etiam sufficiens, ad torturam. Abb. in cap. primo, in primo & secundo not. de confess. Boer. decis. 316. nisi vltra adminicula vel ex qualitate deponentium, vel qualitate personæ, contra quam deponunt,

nunt, vel ex numero testium iudex moueri possit. iuxta tradita per Aret.in c.cum P.M.de accusat. Non obstante quod aliunde veritas haberi non possit, quia † testes
4 inhabiles ideo admitti non debent, cùm deponant de eo quod ipsimet fecerunt. Gram.cons. 59.num.4. lib.2. Verùm quia hoc crimen admittit testes aliàs reijciẽdos, Domini, vt dixi, eorum fidem cum considerabili diminutione remiserunt arbitrio.

BLANCHETTI.

Camerinen. domorum. Die 28.Iunij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Consensus domini in alienatione facta titulo legati, vel donationis, ac institutionis non requiritur.*
2 *Alienatio facta in comprehensos in inuestitura tenet sine consensu directi domini, etiam si non fuerit reseruatum eius ius directum.*
Fallit nisi aliter in inuestitura cautum reperiatur.

DECISIO CCLXXXIIII.

NIhil fuit resolutum: Domini enim fuerunt varij. Qui enim existimabant constare de sufficienti licentia siue consensu ecclesiæ, mouebantur,
1 quia † in alienatione facta titulo legati, vel donationis ac institutionis non requiritur consensus Domini directi, vt latè Iul.Clar.lib.4. §.emphyteosis.q.45.
2 Secundò, quia † alienatio fuit facta in comprehensos in inuestitura, quo casu etiam si non fuerit reseruatum in alienatione ius ecclesiæ, nihilominus alienatio tenet. Gozad.cons.20.num.9. idem Clar.in dicto §.emphyteosis, quæst.14.

Qui verò in negatiuam ibant sententiam, mouebantur, quia instrumentum de anno 1567. indicat potiùs renouationem inuestituræ ob lineam finitam, quàm consensum alienationi factæ in vltima voluntate.

Secundò, quia quatenus esset consensus, interuenit post obitum alienantis, & intrant allegata hic per informantes pro Iouijs.

Tertiò considerabant, hoc instrumentum nihil operari ad effectum de quo agitur, cùm in eo præseruentur iura Felicis Iouiæ, ex quo nullum est ei illatum præiudicium. Et ad hunc effectum dicebant non constare de sufficienti licentia seu voluntate. In hac igitur opinionum varietate mandarunt mihi, vt causam ad calendas remittam, & super eis de nouo proponam.

BLANCHETTI.

Callaguritan. beneficij Sancti Iacobi. Die 21.Iunij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Promissio facta in beneficialibus ex causa remunerationis, & de eligendo amicos, & consanguineos, est reprobata.*
2 *Tractatus quilibet diffinitorius, & concludens, non vacante adhuc beneficio per obitum, est omnino prohibitus.*
3 *Ignorantia electi seu nominati, non excludit vitium simoniæ.*

DECISIO CCLXXXV.

DOmini dixerunt, præsentationem Ioan. Matthei fuisse inualidam. probatur enim ex dicto primi & vltimi testis super primo, quibus adminiculã
tur, secundus & tertius super eodem, vnicus tractatus habitus inter beneficiatos nominatos in articulo de eligendo per amicos & consanguineos, & nominatio particularis Petri de Torres, & aliorum, de quibus in prædicto articulo, & quod ad effectum istius nominationis fuerunt electi arbitri inter eos. Probatur etiam alius tractatus postquam primus fuit sortitus suum effectum ex dictis primi & secundi testis, super secundo & tertio, & quarto & quinto, super quarto & sexto, in vim istius contractus Ioannem de Sosa nominasse Ioannem Matthæum & ipsius nominationem ex causa remunerationis fuisse acceptaram, quæ omnia reprobata esse, dubiũ
1 non est: promissiones † enim huiusmodi in beneficialibus sunt reprobatæ. c. Matthæus, de simon. Roman. consil.317. & Sarnen. in reg. de triennal. q.13. prope fin. &
2 quilibet tractatus diffinitorius & concludens † vt est iste, non vacante adhuc beneficio per obitum, est omnino reijciendus & à iure prohibitus. Per. de Biaxio. in tracta. de elect. cap.3. tertiæ part. Etiam si nominatio fiat ex causa remuneratoria. Felyn. in c. ad audientiam, il. secondo, num.10. de rescrip.

Non obst. ignorantia Ioannis Matthæi. Quia rectè respondetur per informantes, quòd † ignorantia electi,
3 seu nominati, non excludit vitium simoniæ. c. pen. & ibi Abb. de elect.

Non obst. etiam clem. plures, de iurepat. Quia in ipsa non permittitur maiori parti patronorum, vt simul vniantur in præiudicium minoris partis, vt eorum præsentationes sortiantur effectum. Nec indiuidua nominatio eorum, qui præsentari debent, quorum vtrunque in hoc negocio interuenit.

Volunt tamen particulariter videre, an ius nominationis sit deuolutum ad minorem partem, & an vitium nominationis Ioan. Matthæi sit purgatum ex morte præcedente Ioannis de Sosa.

BLANCHETTI.

Roman. fideicommissi de Magdalenis. Lunæ, prima Martij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio bonorum incipit à die adeptæ possessionis.*
2 *Tempus præscriptionis in præscribendo iuri agnoscendi fideicommissum, & illud acceptandi incipit à die purificati fideicommissi.*
3 *Præscriptio actionum personalium incipit currere eadem die, qua sunt productæ.*

DECISIO CCLXXXVI.

FVerunt per Dominos tres firmatæ regulæ. Prima, quòd † præscriptio bonorum incipit à die adeptę
1 possessionis, regula sine possessione. de regul.iur.
2 in 6. Quando † autem dicatur possessio adepta, erit particulariter videndum, quatenus de hac præscriptione Domini de Magdalenis velint excipere. Secunda, quòd in præscribendo ius agnoscendi fideicommissum & illud acceptandi, incipit † tempus præscriptionis à die pu
3 rificati fideicommissi. Roman. cons. 84.num.2. Balb. de præscript.

præscript.in 5.parte quintę part.princ.q.5.& in hac prę scriptione non requiritur possessio nec bona fides. Anchar.in reg.sine possessione, num.7. in fi.versic.ita intelligas. Bal.in cons.137.in fi.& 168.num.2.vol.5. Soc.con sil.63. num.1. lib.j. & consil.2. num.2. lib.3. Tiraquel. in l.si vnquam, in verbo, reuertatur, num.391. C.de reuocan.donat.

3 Tertia fuit regula, quòd † ab eadem die incipit præscriptio actionum personalium, qua productæ sunt. l.cũ notissima. §.illud. C.de præscrip. Quo verò ad reales, Domini dixerunt particulatiter videndum. An autem huiusmodi regulæ firmatæ habeãt locũ in hac causa, cùm pro parte Dominæ Antoninæ allegentur agnitio fideicommissi, pupillaris ætas Fabij, lis mota per Dominos de Magdalenis, ex quibus præscriptio allegata forsan interrumpi potuit. Domini statuerunt super his particulariter dubitandum.

BLANCHETTI.

Roman. fideicommissi de Magdalenis. Veneris, 19.Nouembris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Testes singulares probant scientiam.*
2 *Acceptatio præsumitur in tempore facta, quę inducitur ex probatione notitiæ.*
3 *Deductio iuris sui in necessarium antecedens præsupponit acceptationem.*
4 *Confessio dubia semper debet interpretari ad fauorem confitentis.*

DECISIO CCLXXXVII.

DOmini fuerunt concordes, ex sententia lata inter Fabium & creditores non induci acceptionem fideicommissorum, quæ fuerant purificata ante obitum Ioan. Baptistæ, obligata Fabio, & Curtio adiudicata, vt per D.Horatium Arrigonium rectè deducitur. Pro maiori autem parte fuit resolutum de acceptatione dictorum fideicommissorum per Fabium con stare satis ex dictis testium, quorum summarium datum
1 fuit. Licet † enim sint singulares, probant tamen scientiam, vt passim tenet Rota. Vbi autem agitur de acquisitione, sufficit sola notitia, non recusare enim, acceptare est. Bart.in l. quo enim. §.rem haberi. ff.rem rat.haber. Nec obst. quod testes dicant, quòd Fabius volebat agere ad dicta fideicommissa, & ita de quodam proposito d.Fabij deponant. Nam nõ deducitur ad probandum, quòd Fabius egerit: hoc enim casu non probarent: sed ad pro-
2 bandam † notitiam, ex qua, vt dixi, inducitur acceptatio, & illa præsumitur facta in tempore. Ægid.decis.151. & 349. nisi contrarium probetur.

Dixerunt etiam Domini, hoc ius fuisse deductum per Fabium in motu proprio, de quo in dubio, dum narrat, Dominos de Magdalenis ad sui præiudicium plura
3 bona alienasse: deductio † autem iuris sui in necessarium antecedens præsupponit acceptationem. Soci.consil.158.num.6.& 7.lib.secundo. Aret.consil.42.in vltima colum. Non enim fuisset præiudicatum Fabio, si non acceptasset.

Nec obst. quod hæc assertio possit referri ad illud prę
4 iudicium, cuius euentus adhuc pendebat. Nam † confessio dubia debet semper interpretari ad fauorem confitentis. vulg.l.si quis intentione ambigua. ff. de iud. & est magis veritati consonum, quòd Fabius intellexerit de eo præiudicio, quod vere fuerat sibi illatum, quàm de eo quòd à futuro pendebat euentu.

BLANCHETTI.

Roman. societatis. Lunæ, 24.Ianuarij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Societas non extinguitur, nisi re ipsa extincta, super qua fuit contracta societas.*
2 *Societas non resoluitur per mortem vel absentiam vnius ex fideiussorib. adiectis contractui, nisi expresè dicatur.*
3 *Indiuiduum ratione voluntatis quando non habeat locum in contractu societatis.*
4 *Socius non impeditur alienare rem, super qua est inita societas, vbicunque socio damnum non datur.*
5 *Hypotheca extincta non dicitur propter alienationem factam à socio de bonis societatis.*

DECISIO CCLXXXVIII.

FVit resolutum, per venditionem alterius ex officijs à Vincentio Lucchino factam, non esse disdictam societatem, si quod remanebat, erat prætensæ summæ capax.

1 Moti sunt Domini ex vulgata illa regula, quod † societate supra re contracta non extinguitur societas, nisi re ipsa extincta, vulgatis iuribus & allegatis hic pro Lucchinis. Considerarunt etiam, quòd in huiusmodi contractibus per mortem vel absentiam vnius ex fide-
2 iussoribus adiectis contractui † non resoluitur societas, si id in contractu non exprimatur. Et tamen dubiũ non est, eos qui suas pecunias in societatem deducunt, magis inspicere fideiussores quàm officia, quæ solum ad colorandum contractum interponuntur.

Nec obstat quod Leo aliter contracturus non fuis-
3 set, quia † istud indiuiduum ratione voluntatis non potest habere locum in hoc casu, cùm officium, quod supererat, erat capax harum pecuniarum, & tantam vtilitatem, respectu ipsarum iuxta conuentionẽ factam solum afferre poterat, quantã vtunq; simul. vt per Bar.in l.cui vsusfructus, nu.4. versf. præterea. ff. de vsufr.leg. & vbicun
4 que † socio damnum non datur, socius non impeditur alienare rem, super qua est inita societas. l. idemq; erit. §.fin. iuncta l.seq. & glos. in verbo, communi diuid. ff. pro soc. Damnum autem dari non potest, cùm Leo fuerit cõtentus summa 12. pro centenario loco fructuum vnius officij, ad quam fructus vnius sufficiebat.

5 Addebant etiam aliqui ex Dñis, quod † propter huiusmodi alienationem, non erat extincta hypotheca, quã super d.officio habebat Leo, super quo fuit aliqua controuersia inter Dominos. Ideo dictum, quòd si hæredes Leonis voluerint super hoc audiri, licet ex supra deductis videantur sublata cõtraria, dem particulare dubiũ.

Reseruarunt etiam videndum, an obligatio in forma cameræ extendi possit, quòd Vincentius neutrum ex officijs possit alienare. Hoc enim casu dicebant eum non posse iuuari contractu, cui contrauenerat.

BLANCHETTI.

Valentin. professionis Lunæ, prima Martij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Testes omni exceptione maiores requiruntur ad probandum matrimonium spirituale.*

2 *Numerus testium supplet defectum in causis matrimonij.*
3 *Consanguinei etiam admittuntur in causa matrimoniali.*
4 *Probationes leuiores admittuntur in causis difficilis probationis.*

DECISIO CCLXXXIX.

QVoad primam partem dubij, Domini non fuerunt concordes: qui enim dicebant, quòd in hoc casu requiruntur testes omni exceptione maiores, mouebantur ex resolutionibus factis in causis Tullen.& Saonen. matrimonij, quarũ rationes possunt
1 proposito dubio conuenire. Nec † contrarium sentientes dubitabant ex comparatione matrimonij carnalis & spiritualis.c.inter corporalia, de translat.episcop.glos.in cap.præsens, in verbo, patrem. 20.quæst.3. Ant.de But. & Abb.in cap. super eo, de testibus. Alij verò regulam non negabant, sed dicebant habere locum tantum, quando agitur de probando impedimento prouenient ex culpa alterius, per consil. Alexan. 156. numero 10. volum.quinto.

Quo verò ad secundam partem, Domini indistinctè
2 tenuerunt, quòd in isto casu † numerus supplet defectum. Alex.cons. 5.num.7.lib. primo. Alex.de Neuo consil.primo,num. 11.& 12.& cons. 12.num.3. Neuiz.consil. 47.num.29.

Secundò, quia testim onium istarum Monialium non fuit reiectum, sed remissum arbitrio, ex eo quòd omnes conclusiones Isabellæ probant, quòd aliquam peperit suspicionem penes Dominos, quam purgasse videntur hucusq;, cùm conclusiones discussæ, non solum ab ipsis, sed ab alijs testibus integris fuerint probatæ. Nec
3 obst.grauitas causæ, quia † in causa matrimoniali etiam consanguinei admittuntur.cap.videtur, de his, qui matrim.accus.non pos.& in specie quod numerus suppleat defectum, in his causis tenet Dec.in consi. 163.num. 14. & præcipue in hoc negocio ex se difficilis probationis,
4 in quo † etiam leuiores probationes admittuntur. Alexan.in dicto consil. 156. Ant.de But. in cap.tertio loco, num. 13.& 14. de probat. cùm omnia prætendantur dicta aut gesta per Isabellam in monasterio, quæ ab alijs quàm à Monialibus difficile probari possunt.

BLANCHETTI.

In eadem Valentin. professionis. Veneris, 26.Martij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Dictum vnius testis specificum declarare dicitur dicta aliorum generalia, quando id quod declaratur, non deducitur principaliter in controuersiam.*

DECISIO CCXC.

DOmini dixerunt, ex dictis testium, quorum summarium datum fuit, non probari, quatuor Moniales, de quibus in puncto, induxisse seu deduxisse Isabellam ad reclamandum contra professionem. Primus enim testis Franciscus Spellera nihil dicit de hac seductione, sed asserit tãtum, quòd Isabella tedium monasterij ceperat. Anna Gerana deponit in genere & non nominat istas quatuor. Non modicam autem patitur suspicionem affectionis, dum ait, quod post Deum nemini est magis deuicta quàm Decano. Præterea dum dicit, quòd Isabella non negasset se Monialem profes-
sam, nisi propter mala consilia, potius iudicat quàm testetur. Hieronyma Spina tertia in ordine deponit etiam in genere quoad seductionem, & in sua depositione eodem iudicij & affectionis morbo laborat, dum inuehitur in eas quæ maledicebant Decano, & licèt duas dicat per vim traxisse Isabellam ad Archiepiscopum, non exprimit tamen has de quibus agitur. Maria nihil deponit de hac seductione, seu inductione, Vincentia Cabatera est singularis, nec percutit tempus ante dimissionem habitus, & verba quatuor Monialium per ipsam relata innuunt potius consilium præstitum Isabellæ post dictam dimissionem, vt permaneret in aliqua animi sui deliberatione, & non se mutabilem & variam ostenderet, quàm quòd seductionem arguant. Non obstat quod dictum istius testis specificum debeat declarare dicta aliorum generalia. Quia † hoc procedit,
1 quando id, quod declaratur, non deducitur principaliter in controuersiam, sed tantum incidenter. Secus quando de eo in specie quæritur, vt in casu nostro. Alexan. consil. 236. numero 3.& 4. lib. sexto. declarat hanc regulam.

BLANCHETTI.

Cathanien. pecuniaria. Veneris, tertia Decembris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Pretium iustum consideratur ex antecedentibus locationibus, & non ex fructibus à conductore perceptis.*
2 *Condemnatio in fructibus qui percipi potuerunt, non solet fieri nisi in causis pupillorum.*

DECISIO CCXCI.

FVit per Dominos resolutum, quòd debeant attendi locationes, non sublocationes, nam dolus Episcopi Pharaonij non adest, cùm fuerit secutus ex facto sui prædecessoris, & iusto pretio locauerit fundacum, de quo agitur: iustum autem † pretium ex ante-
1 cedentibus locationibus, non ex fructibus à conductore perceptis metiri solet. Roman. consil. 423. prima & secunda colum. Tum etiam, quia ipse nõ dimittit possessionem fundaci, vel non fuit factus locupletior, quo casu nihil dicitur feciisse in fraudem creditorũ. l. qui aurem. ff. quæ in fraud. credit. & l. non fraudatur. ff. de regulis iuris. Et in omnem euentum fundaci fructus fuerunt simpliciter obligati creditoribus, sed ad maiorem cautelam. Vnde si aliunde potuit ei satisfieri, non potest considerari fraus episcopi, quoniam si attendendæ essent sublocationes, cõdemnaretur in fructibus, qui per-
2 cipi potuerunt, quod † fieri non consueuit, nisi in causis pupillorum, vel in his in quibus probatur violentia. Crescen. decis. 176.

BLANCHETTI.

Roman. domus. Veneris, 26. Nouembris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Causa, ob quam solutio facta fuit, debet expresè apparere in titulo concessionis, qui ex solutione decennali probetur.*
2 *Titulus concessionis vt probatus esse dicatur, debet solutio per decennium continuari: nec ex solutione annorum*

norum posteriorum præsumitur solutio tempore præcedenti ad hunc effectum.

DECISIO CCXCII.

DOmini stricte ad dubium dixerunt ex his quæ præsuppositа fuerunt, non constare, Illust. Dominos de sancta Cruce habuisse causam possessionis domus, de qua agitur, à Nicolao Gabino conductore ab ecclesia: nullibi enim dictus Nicolaus nominatur.

Non obstat, quòd ex solutione decennali probetur
1 titulus concessionis: necesse † enim fuisset quod in illis legeretur expressa causa ob quam solutio facta fuit. Riminal. in l. si certis annis. in vltima colum. C. de pactis. Alexand.consilio 113. in prima colum. lib. primo. Ruin.consilio 104.numero 16. libro quinto. Oriretur enim præsumptio præsumptionis, scilicet causæ & veritatis causæ. Hoc autem casu tantum abest quòd Rector expresserit causam solutionis in partitis, quòd immo asseruit contrarium, videlicet prædictos Dominos
2 intrusos. Præterea † requiritur quòd dicta solutio fuerit continuata. Hæc autem ab anno 1556. vsque ad annum 1560.& à dicto anno, vsque ad annum 1562. reperitur interrupta, nec ex solutione annorum posteriorum præsumitur solutio tempore præcedenti ad hunc effectum. Ias. in dicta l. si certis annis, in vltima colum. versiculo, nono limita. Si autem Rector voluerit audiri an ex his constet, Dominos de sancta Cruce habuisse causam ab ecclesia, licet ei multum videatur obstare prædicta confessio in articulis facta, dixerunt particulariter videndum.

BLANCHETTI.

Clusin. pensionis. Die 28. Ianuarij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Valor beneficij potest semiplenè probari per publicam vocem & famam.*
2 *Confessio maximum præbet argumentum, quod ita res se habeat.*
3 *Onera quæ dicantur de iure communi competere parocho.*

DECISIO CCXCIII.

DOmini inclinarũt, quod ex testibus, quorum dicta fuerunt discussa, satis constet, quòd de dicta pensione, quæ Domino Camillo soluitur, remaneant centum annuatim pro Rectore. Mouit Dominos. Primò, quòd Camillus coram R. P. Domino Lan
1 cellotto semiplenè † probauerat valorem beneficij, videlicet, per publicam vocem & famam, quam & adiuuari & præsentem probationem adiuuare dixerunt ita, vt simul iuncta illum constituat in probatis. considerarunt enim dicta istorum testium, cùm in eo quòd in genere multa deponunt de redditibus beneficij, ex quibus constituitur valor, & in quantitate prædiorum, sunt conformes. Tum etiam in eo quod testantur de confessione prædecessoris Octauij, de qua quartus testis super tertio articulo, & quintus super vndecimo
2 interrogatorio, & † licèt regulariter confessio non præiudicet, Corn.consil. 123. numero sexto, libro primo. tamen maximum præbet argumentum, quòd ita res se habeat, vt idem dicto consil. numero 14. cui confessio-
ni accedit, quòd ipse ante obitum suum soluit pensionem Camillo. His addiderunt oblationem Capitanei Gualterij, de qua primus & quintus, super vndecimo interrogatorio. Et licèt particularis æstimatio rei pretium non inducat, tamen ad animum iudicis mouendum dixerunt esse considerandam.

Non obstat, quòd primus testis super septimo interrogatorio dicat se nescire onera, & super tertio articulo deponat iuxta tenorem ipsius. Quia dixerunt esse intelligẽdum eius dictum super dicto articulo, quòd deductis oneribus beneficij, quæ de iure communi competunt parocho, videlicet, lampadis & aliorum, de quibus in decisione coram R. P. Domino Robusterio in causa Pisauren. pẽsionis, est valoris scutatorũ 200.
3 †Et quod dicit se nescire onera, intelligitur præter ista, quã interpretationem etiã ad alios extenderunt, qui huiusmodi onera dicunt ignorare. Reseruantur tamen videndum, an in casu de quo agitur, requiratur, quòd probetur valor decẽnij. super quo particulariter dubitabo.

BLANCHETTI.

Roman. fideicommissi de Valle. Lunæ, 21. Februarij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Fructus liquidandi sunt secundum priorem statum rei antequàm esset meliorata.*
2 *Solitum verificari potest, ex vnica vel saltem bina vice.*

DECISIO CCXCIIII.

QVoniam propositum dubium tres partes continebat. Et super vltima, quæ particulari egebat discussione, non fuit informatum. Quoad primam partem, clari iuris fuit, penes Dominos fructus palatij esse liquidandos, idque vigore sententiarum quæ transierunt in rem iudicatam, & quoad possessionem dicti palatij mandato exequitur, vt in quarto dubij præsuppositо habetur.

Quo verò ad secundam partem fuit resolutum, fru-
1 ctus liquidandos esse attento † priori statu palatij, antequàm esset melioratum, nec huiusmodi liquidationem dixerunt faciendam, iuxta articulum, de quo in primo præsuppositо, tum, quia articulus continet locationem palatij meliorati, valor autem fructus melioramentorum non debetur, sed iuxta priorem statum dicti palatij. Tum etiam, quia concludit tantum de tempore, quo fuit facta locatio Illustrissimo Cardinali Ab Altemps, non autem de tempore litis motæ, à quo debent liquidari fructus, & de illo iuxta communiter accidentia, ex quibus oritur saltem præsumpta probatio. Corn.consilio sexagesimonono, libro secundo, numero tertio. multo minori pretio palatium locari debebat.

Non obstat, quod dicatur ita fuisse solitum locari,
2 quia † istud solitum potest verificari in vnica vel saltem bina locatione, ex multis quos refert Gabriel. de locat. conclus. j. per tot.

Non obstat decis. Achil. 4. de fructibus, quia sumus in diuerso casu, videlicet, in confessione partis ambigua, quæ venit interpretanda in fauorem confitentis. l. si quis intentione ambigua, de iudic. Ex quibus omnibus Domini statuerunt, totum hoc negotium

uersari in iudicis arbitrio vel saltem disputandum, an sit locus, & qualiter debeat esse dictum arbitrium.

BLANCHETTI.

Roman. seu Terracinen. hæreditatis. Die 10. Februarij. 1576.

SVMMARIVM.

* *Statutum excludens fœminas propter masculos in successionibus ab intestato patris decedentis, an comprehendat forenses.*
* *Statutum non extenditur ad bona sita in alieno territorio, vbi defunctus & succedentes sunt de eadem iurisdictione ex communi.*
§ *Statutum loquens de successionibus ab intestato non ligat forenses ad successionem venientes, licèt defunctus erat statuti iurisdictioni subiectus.*
Idq; tantò magis quando etiam defunctus erat forensis, & succedentes similiter num. 4.
§ *Persona à statuto exclusa, & illi subiecta, non excluditur per forensem ad successionem defuncti venientem.*
6 *Personæ succedentes si sint subiectæ statuto, defunctus autem forensis, fœmina an excludatur per statutum, est opinio dubia.*
7 *Persona subiecta statuto excludente fœminas ad successionem, an excludat fœminas forenses si pariter defunctus fuerit forensis.*
8 *Statuti intentio excludentis fœminas, est velle includere masculos.*
9 *Bart. distinctio in l. cunctos populos, num. 42. C. de summa Trinit. & fide cathol. inter defunctum forensem, & subditum quoad dispositionem statuti excludentis fœminas à successione, est communiter reprobata.*
10 *Persona defuncti non est habenda in consideratione, cùm de eius successione tractatur, sed personæ tantum succedentis per statutum vocatæ.*
11 *Statutum loquens de successionibus quomodocunque sit conceptum, semper de bonis dicitur disponere.*
12 *Statutum excludens fœminas ad successionem, an comprehendat clericum, est opinio dubia.*
13 *Veniens ab intestato venire dicitur ex tacita defuncti voluntate, quæ statuentium menti conformis esse censetur.*
14 *Argumentum de causa testati ad causam intestati validum est. & num. 16.*
15 *Ciuis an possit excludere forenses à successione bonorum illius qui non erat subditus statuto, sed habebat bona in territorio statuentium.*
16 *Statutum excludens fœminas à successionibus ab intestato, redderetur eluforium, si cessaret per dispositionem tacitam testatoris, sicut per expressam.*

DECISIO CCXCV.

FVit in rerum natura Petrus Masserellinus Ciuis Priuernas, qui habuit filium masculum Ioānem, & Lauram & Angelam fœminas, habuit bona in vrbe, & in terra Priuerni, decessit Priuerni ab intestato. Ioannes eius filius prætendebat vigore statuti vrbis, li-
1 bro primo, cap. 85. per † quod excluduntur fœminæ dotate ab hæreditate patris decedentis ab intestato, solus succedere in bonis sitis in vrbe. Fœminæ verò prætendebant, statutum huiusmodi non habere locum, sed ipsæ posse pariter cum fratre in bonis vbique existentibus succedere. per l. maximum vitium. C. de liber. præter. Ex quo iudicium fuit constitutum coram A. C. qui pronunciauit in fauorem Ioannis, à quo appellatum, causa mihi commissa fuit. Ideo Lunæ, 16. Maj. 1575. dubitaui, an vigore dicti statuti, Ioannes posset excludere sorores forenses à successione bonorum, quæ reperiuntur Romæ, & nihil resolutum ob sententiarum discrepantiam. Ideo pro parte Ioannis, seu hæredum ab ipso institutorum (huiusmodi enim iudicio pendente ipse decessit) fuerunt dati articuli & examinati testes super suo incolatu in vrbe, & probatus fuit etiam ad effectum adipiscendæ ciuilitatis, vt particulari dubio per me dato fuit resolutum. 9. Decembris, eiusdem anni, in hac eadem causa. Ideo de nouo dubitaui, an vigore dicti statuti adiectis bonis sitis in vrbe sorores ex persona Ioannis forenses essent exclusæ cum præsuppositio quòd agatur de hæreditate Petri Masserellini ciuis Priuernatis, quod sub die 13. Ianuarij, & 16. Februarij, & 9. eiusdem, fuit per me positum. Et quia hæc materia quòmodo, & quibus casibus forensis statutis subijciatur, confusè admodum tractatur, fuerunt per Dominos plures casus considerati.

Et primus est, quando defunctus, de cuius successio-
2 ne agitur, & fœmina quæ † prætenditur exclusa ab hæreditate, & is qui vult succedere, omnes subsunt iurisdictioni alicuius loci, in quo viget statutum excludens fœminas, &c. defunctus verò alia bona habebat in alieno territorio, in quo huiusmodi statutum non viget, & quæritur, an vires dicti statuti porrigantur ad ista bona ita, quòd fœmina exclusa à bonis in territorio statuti existentibus, censeatur ab alijs, quæ alibi reperiuntur exclusa. Alexand. consilio 16. & 128. libro primo. & 167. numero 6. libro tertio. Ias. consil. 163. per totum, libro secundo. Lap. alleg. 91. numero 7. Cur. consil. secundo. Corn. consil. 202. numero 11. libro secundo. Ias. in l. re coniuncti, numero 215. de legat. tertio. Gozad. consil. 49. numero 8. Curt. iun. consil. 110. numero 7. Paris. consil. 68. numero 9. libro secundo. omnes indistinctè tenuerunt, statutum non extendi ad bona in alieno territorio sita. & plures ex ipsis testantur de communi opinione, quam secuta fuit Rot. Put. decis. 357. lib. primo. Et hæc est conclusio Bart. in l. cunctos populos, nu. 42. qui in sua distinctione est communiter reprobatus. Curt. iun. cons. 5. num. 42.

Secundus casus est, quando defunctus statuto erat quidem subiectus, sed tam is, qui vult succedere, quàm
3 fœmina exclusa, sunt forenses. Et † in his terminis Brun. de statu. fœmin. & cognat. lin. à succes. exclud. artic. 6. parte 9. numero 29. versiculo, in hoc difficili. Soci. iun. consil. 25. numero 13. versiculo, præterea, libro tertio. & Ruin. consil. 48. numero quarto, libro tertio. tenuerunt, quòd fœmina non excludatur. Mens enim statuentium non est statuere in commodum illorum, quibus incommodum & damnum præstare non possunt. Natta consil. 148. numero primo, libro primo. Nam in huiusmodi successione, quæ ab intestato per statutum defertur, habenda est ratio vocatorum, non autem defuncti. Alexand. consil. 100. numero secundo, libro tertio. Et vt idem Alexan. inquit in consilio 44. numero 15. libro quinto. requiritur, quod & persona defuncti, & is qui vult succedere, sint subditæ statuto. & Alexand. sequitur Paris. consilio duodecimo, numero 26. libro tertio.

Tertius casus est, † quando & defunctus & fœmina,
4 & is qui vult excludere, sunt forenses. & iste est casus in quo consuluit Ruin. dicto consil. 48. lib. 3. qui tenet, fœminam non excludi, cuius opinio adiuuatur & optima ratione, quia forenses non debent gaudere beneficio

statutorum. Brun. in d. artic. num. 6. Paris vbi supra. Tiraq. de primogen. q. 44. num. 4. & etiam ex his quæ supra deducta fuerunt, & in hoc casu loquitur etiam Bart. in dicta quæstione.

Quartus casus est, quando persona, quæ venit excludenda, est subiecta, forensis autem ille qui prætendit suc-
5 cedere & excludere, & † hoc casu Alex. cons. 111. num. 3. & 14. lib. 7. tenuit, quòd forensis succedit de iure cōmuni, cùm per statutum sit remotum obstaculum fœminæ. contrarium autem tenuit cons. 41. per tot. lib. eod. & hoc casu Rot. tenuit in causa Parmen. de Valentibus, forensem non excludere personam exclusam à statuto, cuius tamen præcipua intentio fuit excludere nubentes extra territorium, non autem includere consanguineos.

Quintus casus est, quando is qui vult excludere & fœ-
minæ sunt subditæ statuto, defunctus autem forensis, &
6 hoc † casu consuluit Ruin. cons. 195. nu. 5. lib. 2. fœminā non excludi, licet male secundum aliquos ex Dominis, qui supra omnibus istis casibus nihil firmare voluerūt, quia extra terminos dubij propositi, sed est distincta hęc materia ob varias Doct. sententias, qui de communi & magis communi pro libito testantur.

Sextus igitur & vltimus casus est, quando is, de cuius hæreditate agitur, est forensis, vt Petrus Masserellinus,
7 persona † autem quæ vult excludere, est subdita, vt Ioan. qui cùm esset incola secundum resolutionem factam 9. Nouembris anni præteriti, subiacet statutis cap. 37. lib. 5. stat. & fœminæ sunt forenses, prout Laura & Angela, quæ sunt Priuennates, qui casus cum in specie discussus non reperiatur, authoritatibus decidi non potest, sed rationibus, in quibus Dñi nō fuerunt cōcordes.

Qui enim tenebant, Ioannem potuisse excludere sorores, mouebantur. Primò, quia cùm Ioannes tanquàm incola debeat gaudere beneficio statuti, & intentio sta-
8 tuti † sit non tantum excludere fœminas, quàm includere masculos, cùm exclusio oriatur propter inclusionem, ipse potest sui inclusionem tanquàm id quod fuit primum in mente statuentium, allegare contra forensem dicentem exclusionem sibi non obstare.

Secundò si, quando vterque esset ciuis, masculus excluderet fœminam, multò magis dicendum est, quòd ex tacita statuentium mente, excludatur forensis non agnita à statuto, & ideo male consuluit Alex. cons. 44. lib. 5. vt ibi addit.

Tertiò, cùm Bart. distinctio in l. cunctos populos, nume. 42. quod si statutum loquatur in personam si defunctus erat forensis, statutum non ligat, si autem subditus statuto, secus, sit cōmuniter reprobata, necesse est quod Doct. noluerint cōsiderare personam defuncti, & reprobat Bart. etiam quando defunctus esset forensis. Doct. n.
9 † vt plurimum generaliter loquendo reprobant distinctionem Bart. & consequenter intelligunt statutum habere locum, siue defunctus sit forensis, siue subditus. Cyn. in l. cunctos populos, col. fin. Bal. num. 17. cum seq. Alex. cons. 19. num. 7. lib. 6. vbi addit. & cons. 44. lib. 5. q. ista est communis & vera, Soc. iun. cons. 25. num. 8. cum seq. lib. 3. Brun. latissimè in loco allegato. Ioan. Licinier. de primogen. lib. 2. q. 7. num. 6. Paris. cons. 84. num. 42. & seq. lib. 3. Tiraq. de primogen. q 46. num. 2. qui in fine dictæ quæstionis, inquit ita seruari in Gallia. Nat. consil. 148. num. 1. lib. 3. & seq. num. 13. & 14. lib. 3. Et hæc opinio adiuuatur ex eo, quòd persona defuncti non videatur habenda in consideratione, cùm statuentes prouideant non defunctis, sed superstitibus. respectu enim defuncti statutum non potest disponere, nisi de rebus:
10 cùm † enim post obitum personæ tractetur de successione ipsius, ipsa persona non est habenda in considera-

tione, sed persona potius cui statuentes possidere voluerunt: alioquin nullus daretur casus, in quo procederet antiquorum Doct. opinio, & eorum qui illos sequuntur, qui constituunt communem opinionem, vt ex eorum numero supra allegato, vt ex authoritatibus eorum qui testantur de communi apparet, nisi detur iste.

Quartò, quia Doct. antiqui ea moti sunt ratione, quia
11 statutum quomodocunque sit conceptum, † semper de bonis dicitur disponere. Cyn. in d. l. cunctos populos, cū alijs supra allegatis, & pluribus quos refert d. addit. ad Alex. d. cons. 44. lib. 5. quæ dicit hanc rationem veram, & distinctionem Bart. minime.

Nec illos mouebat, maximè numerus Doct. quos refert Rolan. cons. 24. lib. 3. Alex. cons. 41. in fi. lib. 7. quæ-
12 rit, † an statutum comprehendat clericum. idem consil. 19. num. 13. & 14. eod. lib. loquitur iuxta quartum casum, cuius contrarium tenet in d. cons. 41. in princ. Et in his terminis procedit cons. Bal. 460. lib. 3. & Signor. consil. 168. loquitur in longe diuersa materia. Abb. etiam cons. 52. num.... lib. 2. quærit an statutum respiciens solemnitatem actus liget forensem. idem cons. 137. lib. 2. loquitur de statuto habilitāte minorem. Corn. cons. 45. lib. 3. ne verb. quidem, & 152. eod. lib. loquitur etiam in alijs terminis. Ias. cons. 59. col. 2. lib. 3. agit de statuto qā minor habeatur pro maiori. Aret. cons. 54. loquitur de solemnitate adhibenda per mulierem. Tiraq. de legib. connub. glos. prima, num. 225. Marsil. in l. fin. num. 91. de iurisd. om. iudic. Brun. cons. 20. Menoch. cons. 84. numero 2. Franc. Marq. decis. 155. in fine. Natta consil. 47. omnes tractant longe diuersas materias ab ista, de qua agitur. Dec. cons. 226. colum. 3. versic. secundo. refert doctrinam Bart. sed dicit quod requirit altiorem indaginem. Qui omnes si deducātur ex his quos refert Rolan. non admodum multi pro sua opinione remanebunt. Præterea omnes sequi videntur Bar. quia tam is qui vult succedere, quàm is qui vult excludere, sunt forenses, quorum opinio conuenit his, quæ primo & secundo casu ex supra distinctis dicta fuerunt, qui nihil habet cōmune cum proposito, cum is qui vult excludere, sit subditus statuto & consequenter ab eo vocatus.

Qui verò contrariam opinionem tenebant, mouebā-
13 tur, quòd † veniens ab intestato venire dicitur tacita defuncti voluntate. l. si quis cum nullum, & l. conficiuntur. ff. de iure codicil. & illa voluntas defuncti censetur conformis statuentium menti. Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. quod intelligendum est secundum leges suæ patriæ. Georg. Natta in tract. de statut. 2. quæst. num. 36. versic. 7. & 8. Si igitur Petrus Masserellinus ciuis Piuernas potuit secundum leges suæ patriæ vocare filias vnà cum filio, ita & tacitè, quod argumentum fuit Iacobi Buttrig. in d. l. cunctos populos, in 3. col. versic. quidam dicunt. Salyc. ibidem num. 13. & 14. Put. decis. 21. lib. 2. licet non sit decisio, sed votum particulare ipsius datum Ioan. Aloysio Aragoniæ, qui secutus fuit opin. Put. vt vidi in voto suo, ijsdemmet rationibus, quæ in d. decis. loquuntur.

Secundò arguebant à causa testati ad causam intesta-
14 ti. † Bald. in l. precibus. C. de inoff. donat. Euerard. in loco à cau. testati. Sicut enim statutum exclusiuum fœminarum cessat, stante statuto, Alexan. consil. 131. num. 4. in fine, & sequen. libro primo. Ias. in l. si emancipati, numero 34. de collatio. Ruin. consil. 144. num. 15. & consil. 152. num. 3. lib. 2. cum alijs de quibus per Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, num. 132. lib. 2. ne filiæ fœminæ sint deterioris conditionis quàm extraneus, & quia statutum disponit in causa intestati, cui dispositio ex testamento refragatur: ita etiam debet cessa-

re in causa intestati: voluntas enim tacita testatoris habetur pro expressa, vt in d.l.si quis cùm nullam. ponderando rationem in illis verbis, intelligitur enim is hæres scriptus.

Quibus contrarium tenentes respondebant, quod opin. Salyc. reprobatur per doctrinam Bal. in d.l. cunctos populos, num. 17. Alexan. consil. 128. colum. 3. versic. secundo allegabat Salyc. vbi Corn. consil. 162. prope fin. lib. tertio.

Et quod in casu Put. defunctus erat ciuis & inter forenses, de quorum successione agebatur secundum ter-
15 minos secundi casus supra constituti: hic † verò versamur in casu, in quo ciuis vult excludere forenses à successione bonorum illius, qui non erat subditus statuto, sed habebat bona in territorio statuentium, & allegabatur ad hoc dicta decis. Put. 357. lib. primo, incip. dubitaui ego, &c. & in Rota fuisse resolutum, testatur, quòd statutum Parmæ exclusiuum fœminarum non porrigitur ad bona existentia extra territorium. quæ Rot. decis. vnà cum opinione omnium qui tenent, statutum non extendere vires suas vltra territorium, necesse est dicere quòd sit falsa, si præsumendum est, mentem testatoris decedentis ab intestato fuisse conformem statuto patriæ suæ, & ita statutum habebit locum extra suum territorium.

Quo verò ad argumentum à causa testati, ad causam intestati, dicebant, quòd ex eo sequeretur, quòd nunquá
16 daretur casus, in quo statutum † exclusiuum fœminarum locum haberet. Nam si ex præsumpta mente testatoris deberet cessare dispositio statuti, sicut per expressam, certe daretur præsumptio quod ex æqualitate affectionis erga filios vtriusque sexus defunctus ab intestato ex æquis portionibus semper vocasset masculos & fœminas, & eo magis cum mens ipsius adiuuatur ex dispo tione l. maximum vitium. C. de liber. præter. quæ cum sit clara, adiuuat dubiam defuncti mentem, ex quo statutum redderetur eluforium quod est absurdum. Ruin. cons. 160. num. 4. lib. 4. cum mille simil.

In hac igitur sententiarum varietate dixerunt videndum de veritate opinionis Salyc. & an cum illa vel contra illam sit communis opinio.

BLANCHETTI.

Placentin. Archidiaconatus. Veneris, 4. Maij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Collatio omnimoda facta significat plenariam.*

DECISIO CCXCVI.

FVit resolutum collationem factam per Episcopum substineri, attento vltimo statuto, vt in vna Legionen. beneficij coram d. Cotta 3. Martij, proximè præteriti, quę probatur ex sexta & septima rubrica, dum solus episcopus contulit hunc Archidiaconatum ex sua ordinaria potestate, asserés omnimodam collationem,
1 †quòd significat plenariam. Soci. cons. 43. num. 12. lib. 4. ad se pertinere. quæ collatio fuit sortita effectum, cum vigore illius fuerit tradita possessio Gabrielli Pizzano, vt in d. 7. rubrica.

Non obst. mentio indulti, quia indulta, quæ conceduntur ordinarijs, remouent obstacula eorum ordinariæ potestati, quę non tribuit ius conferendi. Minus etiã obstat, quòd licèt solus contulerit, id tamen non fuit, vt ius istud conferendi sibi soli vendicaret, quia contrariũ apparet ex prædicta assertione.

Nec etiam datur quasi possessio capitulo conferendi simul cum Episcopo hunc Archidiaconatum, quia hoc ius adminiculari etiam aliqui ex Dominis dixerunt ex dismembratione huius Archidiaconatus, ab Archidiaconatu de Trugillo, ex decis. in causa Hispalen. Iuris votan. coram D. Cantuerio. Statutum etiam pro parte capituli allegatum non mouit Dominos. prohibet enim ne assumatur extraneus quandiu in ecclesia, vel diœcesi reperiretur idoneus. Vnde cùm Franciscus Parra sit de ipsa ecclesia, statutum non modo non obstat sibi, immo eidem suffragatur.

BLANCHETTI.

Roman. pensionis. Mercurij, 16. Nouembris. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, seu illi modo aliquo contrauenirent, quid operetur.*
2 *Dispositio l. si de certa. C. de transact. procedit, vbi quis opponit ante transactionem, & replicatur super eo non fuisse transactum.*
3 *Dispositio l. cum proponas. C. de pact. procedit vbi quis vellet se iuuare pacto cui ipse contrauenit.*

DECISIO CCXCVII.

FVit resolutum, Lælium posse totam integram pen
1 sionem exigere, non obstante concordia, propter illam clausulam, † seu illi modo aliquo contrauenirent. Non enim potest impugnari pẽsio, quin impugnetur etiam concordia, quæ annullata pensione cor
2 ruit. neque hic locum habet l. si de certa. Nam † ea procedit, vbi quis opponit ante transactionem & replicatur super eo non fuisse transactum, & sic applicaretur si Ioan. Laurentio pensionem impugnante Lælius excipe ret de transactione: sed hic contra conuentionem in cõcordia appositam impugnat pensionem, & in consequẽ-
3 tiam ipsam concordiam, & † ita militat dispositio l. cum proponas, la 2. & quod ibi not. Dec. in 3. not. C. de pact. quod scilicet Laurentius non potest iuuare se cõcordia, cum ipse contrauenit.

BLANCHETTI.

Roman. pensionis. Lunæ, 20. Februarij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, liberi, absque vllo grauamine importat, & diminutione.*
2 *Pensio illa annullatur, quæ imposita est non detractis oneribus ordinarijs: secus in extraordinarijs, quæ tantum diminuunt. & num. seq.*

DECISIO CCXCVIII.

POst expectatum per multas Rotas Lælium Ferretum, vt informaret, tandem ipso non informante, proposui causam. In qua fuit resolutum, quòd
1 † cùm verbum, liberi, importet, vt remaneant quinquaginta ducati similes pensioni absque vlla diminutione, Alex. cons. 12. nu. 1. lib. j. Goza. cons. 49. nu. 9. satis constat ex dictis primi & quinti testium, & non remanẽt 50. du
2 cati liberi, cùm † fit habenda ratio onerũ ordinariorum, quæ

quæ licèt Dominis visa fuerint excessiue taxata, tamen dixerunt saltem importare 25. vel 30. ducati singulis annis. Vnde cùm pensio sit 50. ducati auri, non potest æqualis summa remanere rectori. Hæc autem onera cõsideranda Domini dixerunt ad effectum nullitatis pensionis. Impositorum autem per R.P.D. Visitatorem non
3 habendam rationem † nili ad effectum de illa minuendo vsque ad satisfactionem illius præcepti pro rata pensionis.

BLANCHETTI.

Placentin. Archidiaconatus. Veneris, 8. Iunij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Statutum in beneficandis personis, habet semper præ oculis, quod oriundi præferantur extraneis.*
2 *Clausula prohibitiua apposita in fine statuti, semper attenditur.*

DECISIO CCXCIX.

DOmini pro maiori parte dixerunt, verba statuti
1 fundamentalis obstare Francisco de la Parra, considerantes, quòd † statutum semper habuit præ oculis, quòd oriundi præferantur extraneis, idque attentis primis verbis, & clausula illa, quòd Archidiaconatus debeant conferri ab Episcopo, iuxta eum modum & ordinem, qui in beneficãdis seruitoribus Chori prius ordinatus fuerat, cùm nullus ordo in Portionarijs ad canonicos, nec de canonicis ad dignitates assumendis constituatur, sed in illis statutum procedat, retento eodem themate. Vnde cùm subsequatur clau-
2 sula prohibitiua, quòd † extraneus non assumatur, negari non potest quin Franciscus excludatur.

Nec obstant verba incidenter per Rotam considerata, quia intelliguntur quod quandiu in ecclesia aliquis de ciuitate, vel diœcesi extiterit, extraneus non assumatur.

BLANCHETTI.

Roman. societatis. Mercurij, 27. Aprilis.

SVMMARIVM.

1 *Vsura, quæ in contractu societatis nõ ratione fructuum rei, sed loco ipsorum soluere promittitur certa quantitas pecuniæ, pro centenario, permissa est.*
2 *Actio quæ datur contra fideiussores obligatos semper respicit principale.*

DECISIO CCC.

DOmini dixerunt, non esse recedendum à resolutis. Primò, quia tempore initæ societatis non potest dari incapacitas, eo quia societas erat inita super duobus officijs, & tempore vẽditionis Leo erat anterior & prior attenta extinctione societatis facta per Christophorum Pizanum, qui poterat prioritatis iura prætendere.

1 Secundò, quia † Leo contentus fuit non attendere fructus officiorum, sed loco ipsorum percipere 12. pro centenario, & super hoc sibi per fideiussores fuit prospectum, ex quo tollitur omnis prætensio incapacitatis officij. Siue enim plus, siue minus emolumenti ex officio percipi potuisset, seu perceptum fuisset, semper Leoni 12. pro centenario debebantur, & Vincentio non soluente dabatur actio contra fideiussores obligatos, ad
2 quod † ex communiter accidentibus semper principaliter inspici consueuit, non ad officia quę ad colorãdum contractum, & euitandam vsurariam prauitatem interponuntur.

BLANCHETTI.

Roman. pensionis. Die 23. Martij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Pensio prius est soluenda antequàm super ea cognoscatur. Etiam si dominus non sit in quasi possessione exigẽdi, dummodo literæ sint expeditæ. num. 2.*
Item etiam si exceptio nullitatis oriatur ex ventre literarum. num. 3.

DECISIO CCCI.

FVit resolutum, quòd ad validitatem expeditionis
1 causæ per Rectorem petitæ, in primis † & ante omnia ipse tenetur soluere pensionem Lælio, iuxta formam literarum. Cùm enim mihi sit commissa causa, cum clausula, sine præiudicio, & sine retardatione, formam meæ commissionis seruare debeo. Paris. consil. 94. lib. primo. Et Rector iuuari non potest cõcordia, quam ipse impugnat, vt fuit resolutum coram R.P.D. Seraphino.

2 Non obstat quod hæc clausula † videtur requirere quasi possessionem exigendi, quia hoc procedit, vbi non sunt expeditæ literæ: illis autem expeditis ob illarum reuerentiam, est procedendum ad præstationem pensionis. Cassad. de rescript. decis. 10.

Non obst. quòd exceptio nullitatis oriatur ex ven-
3 tre literarum, quia † oritur ex probationibus aliunde factis, & contrarium probare potest Lælius, qui interim non est impediendus in exactione. Put. decisio. 55. lib. primo.

BLANCHETTI.

Clusin. pensionis. Veneris, 27. Maij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Testes de publica voce & fama probant.*
2 *Testis affectus parti non probat.*
3 *Arbitrarium iudici est super probatione valoris rei.*

DECISIO CCCII.

DOmini dixerunt, testes percutere tale tempus circa valorem beneficij, vt æstimari possit remanere 100. pro Rectore. considerarunt præ-
1 cipue † probationem publicæ vocis & famæ coram R.P.D. Lancelloto, & depositionem primi testis secundæ remissoriæ super tertio articulo. Nec obstare dixerunt, quòd idem testis super sexto articulo videatur restringere dictum suum ad tempus quo colligit fructus Prioris Marij, nam non ex eo excludit tempus, quod percutit super tertio articulo in alijs, præterquam in concernentibus dictum sextum articulum. His addebãt depo-

sitionem quarti testis examinati in curia super eodem articulo iuncto eius dicto super 17. interrogatorio, cu-
2 ius † dictum nisi probetur affectus, plurimum facit Rebuff. in l.vnica, in glos.in verbo, subtilitatem, num.41. & 42. C. de senten. quæ pro eo quod inter. Et aliorum testium examinatorum pro Camillo, qui in annis, in quibus deponunt, sunt contestes cum dicto primo, super tertio, vt hic per informantes pro eodem. Quibus accedunt depositiones testium examinatorum, coram R.P.D.Cynopperio, ex quibus omnibus simul dixerunt probari valorem beneficij de tali tempore, vt iudex possit legitime arbitrari remanere centum pro Rectore,
3 cùm † hoc totum negocium sit arbitrarium, vt fuit dictum in alia positione huius causæ 27. Aprilis proxime præteriti.

BLANCHETTI.

Clusin. pensionis. Lunæ, 20.Iunij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Testis sibi contrarius reijcitur, si saluari non potest.*
2 *Arbitrarium iudici est considerari labilitatem memoriæ.*

DECISIO CCCIII.

1 PLures ex Dominis, qui viderant causam, reijciebant primum testem ex eo, quòd † est sibi contrarius in his, quæ deponit super septimo & vndecimo interrogatorio, ab his quæ deponit super tertio articulo, cuius dictum si vllo modo saluari posset, non concluderet de visu, sed per ea quæ deponit super dicto vndecimo interrogatorio, videlicet, de publica voce & fama. Tertium verò ex causa labilis memoriæ, quæ
2 † colligitur in ipso, vt deducitur pro Octauio, remittebant arbitrio cum considerabili diminutione. Idem etiam de quarto, tum ex consanguinitatis vinculo cum Camillo, tum etiam quia negat scire litem habere cum Rectore, & tamen habet duas lites. Reliquas exceptiones, tam contra istorum personas, quàm contra personas secundi & quinti, tanquàm friuolas reijciebant. Sed quia causa est in tertia instantia, mandarunt, vt dubium de nouo proponam die Lunæ proximè ventura.

BLANCHETTI.

Roman. siue Terracinen. bonorum. Die 16.Martij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Opinio Salyc. in l.cunctos populos. C. de summa Trinit. & fide cathol. an sit vera, an contra ipsam sit communis opinio.*
2 *Statutum non porrigit vires suas extra suum territorium, ex magis communi.*
3 *Statutum semper afficit bona siue conceptum in personam, siue in rem.ex communi contra Bar.*
4 *Ratio Salyc.quæ nititur dispositione l.conficiuntur. ff.de iure codicil.reprobatur à Bal.& alijs. & alia adducitur. num.7.*
5 *Causa mediata dicitur esse persona defuncti, immediata hæres, quæ debet attendi.*
6 *Testator in bonis in alieno territorio existentibus censetur se conformare cum dispositione iuris communis, & non cum statuto suæ patriæ.*
7 *Hæres ab intestato veniens, qui aliter à testatore grauari non potest, censetur in necessarium antecedens titulo institutionis honoratus.*
8 *Statutum loci, in quo sita sunt bona, non attenditur, vbi defunctus, & is qui volebat excludere, & fœmina exclusa, erant forenses.*
Limita tamen, vbi is qui excludit, subiacet statuto. numero 9.
10 *Statuentium mens & verba attendenda sunt in exclusione fœminarum à successione patris.*

DECISIO CCCIIII.

1 PRoposui dubium per Dominos reseruatum, die 10.Februarij proximè præteriti, videlicet, an opinio † Salyc.in l.cunctos populos, numero 14.versic. si vero bona. C. de summa Trinit. & fide catholica, sit vera, vel pro ipsa, & an contra ipsam sit communis opinio.

Et Domini dixerunt. Primò, illam esse communiter reprobatam. Tiraquel.de primogenit. quæst.46.numero 15.& 23.& fatetur Dominus Bernardus Biscia in suis informationibus. Et contra ipsam vigent duæ conclusiones pariter communi calculo receptæ, videlicet, quòd
2 † statutum non porrigit vires suas extra suum territorium. magis communem dicit Aym. consil.30. num.3. qui plures refert, Rub.Alexan.consil.71.in vltimo dub. & Tiraquel.in loco allega. nume.primo & secundo. & hanc opinionem secuta fuit Rot. vt in decis. Pur. 355.
3 lib.primo. Altera est, quòd † statutum siue sit conceptum in personam, siue in rem, semper afficiat bona, contra distinctionem Bart. quam opinionem esse communem testantur allegati in discursu in tertio fundamento Dominorum tenentium, statutum exclusiuum fœminarum habere locum etiam, quando testator & persona exclusa sunt forenses, quæ opinio vix potest habere locum in alio casu præterquam in hoc, in quo versamur, vt ex distinctione casuum, quæ habetur in discursu, videri potest.

Quo verò ad veritatem rationis quæ per Salyc. allegatur, pariter dixerunt illam non subsistere. † nititur
4 enim dispositione l.conficiuntur. ff. de iure codicil. vbi hæredes venientes ab intestato, ideo intelliguntur instituti ex testamento, quia creditur, quòd testator relinquendo ab illis fideicommissum, illos hæredes instituerit. quæ ratio Bal.Corn. & alijs allegatis in discursu non placet, quia hæc est præsumptio & supra præsumptione dispositio, & ideo glos.ibi in verbo, quam creditur, dicit, quòd non admittit probationem in contrarium. ex quo Bald. ibi colligit, quòd si defunctus reputauerit hæredem ab intestato indignum, & ita decesserit, dictus hæres succedit perinde ac si fuisset institutus, non obstante reputatione defuncti: lex enim est, quæ defert hæreditatem decedentium ab intestato. l.secunda. §.hæc autem bonorum. ff.vnde legit. & §.primo, Instit. de hæred. quæ ab intest. deferunt. ibi in illis verbis, ex lege duodecim tabularum, quæ denotant causam im-
5 mediatam. Vnde † licèt persona defuncti sit causa mediata, tamen immediata debet attendi. Sarnen. in regula de iure quæsito non tollen.quæstio.tertia, prope finem, versiculo,& hoc plurimum. cum alijs congestis per Tiraquel. cess.caus. limit.20. numero sexto. & ideo non à testatore, sed à lege dicuntur habere titulum. Bal. in l. si emancipati, numero vndecimo. C. de collatio. Ioan.de Carrag.in repetitio.authen.ex testamento.C.de secund.nupt.numero septimo,& numero octauo. Non enim

enim potest dici institutus, licèt veniat ex tacita mente defuncti. Mar.Sylim.in repet.l.Gallus.in prin.nu.39.ff. de libe.& posthu.

Præterea sicut ex præsumpta mente defuncti non po
6 test argui, quòd in bonis in alieno territorio existentib. † succedatur secundum statutum suæ patriæ, & originis, quia censetur se conformare cum dispositione iuris communis, quod statuta non porrigant vires suas extra territorium: ita iste forensis censebitur se conforma re cum dispositione iuris communis volentis, quòd succedatur secundum statuta locorum, in quib. sita sunt bona, cùm præsumatur quodammodo hæc statuta sciuisse, quia de illis potuit saltem in genere cogitare. Aretin. consilio 11.nume. quarto, Alciat.consil.35.nu.29.& 30. lib.2.tom.1.

Ex alio etiam tollebant dispositionem d. l. conficiuntur, vt non mirum sit, si ibi ex fideicommisso iniũcto hæ
7 redibus ab intestato, † ijdem ex testamento censentur instituti, quia cùm aliter grauari non possint, l.ab eo.C. de fideicommis. in necessarium antecedens censetur testator eos honorasse: sicut dicitur de seruo simpliciter hærede instituto, cui in necessarium antecedens cẽsetur relicta libertas, de qua nulla fuit habita mentio. l. quidam.C.de necess.ser.hær.institu.§.1. insti.de hæred.qualita. & differ.

Non obstant auctoritates, quæ allegantur ad proban
8 dum, quòd quando testator est forensis, statutum † loci, in quo sita sunt bona, non debeat attendi, quia Rui.cõsil.48.lib.3.respondet in casu quo & defunctus, & is qui volebat excludere, & fœmina exclusa, erant forenses. idẽ consil.49.num.5.co.lib.recedit ab opinione, pro qua allegatur, num.7.idem consil.39.nume.16.ver. nec prędictis, lib.1.loquitur in casu quo testator erat subditus, & bona erant in territorio statuentium. Ias.consi.80.nu.3. lib.3. videtur facere in contrarium dum vult, in successione habentis bona in diuersis locis, attendi debere statuta vniuscuiusque loci. Grat.consil.21.num.30.lib.1.facit potius in contrarium dum vult, quòd attendatur pso na filij subditi statuto excludente matrem, non autem matris forensis. & hanc opinionem dicit magis commu nem Alex.consil.19.nu.7.lib.1.proponit casum, quando defunctus ratione incolatus erat subditus statuto. Nos autem versamur in defuncto forense, propterea ipse testatur de communi, quòd statutum, siue sit conceptum in rem, siue in personam, semper afficiat ipsas res. idem consil.44.lib.5. reprobatur per add.Curt.iun.cons.5.nu me.42.versi. ad secundum testatur de communi contra distinctionem Bar. Et licèt dicat, quòd debet attendi domicilium viri, tamen addit copulatiue, & vbi bona sunt sita. Nam si simpliciter attendendus esset locus domicilij, sequeretur, quòd adhæreret opinioni, quam ipsemet reprobatam esse communiter testatur, & Butrig. qui pariter communi calculo reijcitur. Bero. consil.60.nu.30. & 31.loquitur in diuerso statuto, videlicet, prohibente aliquid relinqui, & mouetur, quia statutum loquens in personam non afficit forensem, & non ex ratione Salyc. Corn.consil.36.num.4.lib.2.sequitur opinionem Salyc. quod statutum loci originis porrigat vires extra territorium, quæ est damnata. Nat.consi.581.num.24.lib.3.est merus relator opinionum, & de veritate illarum nihil affirmat, sed vnamquamque earum super qu. cõsuluit, dicit applicari, & ita Cephal.consil.309.nume.68.lib.3. Rim.consil.268.num.14.lib.2.nititur ea ratione, quòd defunctus censetur relinquere bona venientibus ab intestato, quibus extra suam voluntatem non potest adimere hæreditatem. quæ ratio est falsa, cum disponendo de rebus statuta ligent etiam forenses, vt dicunt Docto. omnes, Paris.consil.53.nu.89. sequitur distinctionẽ Bar. quæ vt pluries dictum fuit, est communiter reprobata. Aym.consil.271.num.4. consuluit in statuto dante formam actui. Votum Put. inter suas decis. 31. lib.2. continet diuersum casum à proposito, videlicet, quando defunctus erat subditus statuto, & non sequitur, quòd rationes quas ipse secutus fuit, fuisset etiã amplexus, quando defunctus est forensis, & is qui vult excludere, est subditus. Ex quibus Domini firmarunt regulam, quòd
9 † quando defunctus, & persona exclusa sunt forenses, vt Petrus & eius filiæ, is verò, qui agit ad exclusionem, vt Ioannes, subiacet statuto exclusiuo fœminarum, excludat fororem, vigore l.maximum vitium. C.de liber.præter. ptendẽtẽ ex æquis portionib. cum fratre succedere.

In casu tamen, de quo agitur, circunscripserunt viden
10 dum particulariter, an ex verbis, vel ex mente statuentium constet, quòd exclauerint fœminas dotatas à successione patris in omnem casum, vel potius tantum, quando pater habitat Romæ, hoc enim argumentum deductum per Dom. Bisciam Domini particulariter discutiendum statuerunt.

BLANCHETTI.

Palentin. Decimarum. Mercurij, 21. Nouembris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Onus soluendi decimas dicitur esse reale.*
2 *Accipiens omnes fructus ad decimas soluendas tenetur.*
3 *Sententiæ conformes ex quibus cognoscantur.*

DECISIO CCCV.

PRopositi dubij non fuit capta resolutio, quia Domini non fuerunt concordes: qui enim tenebant, huiusmodi sententias nõ afficere moniales ad effectum, vt pro integris decimis contra illas sit facienda
1 executio, mouebantur, quia † onus soluendi decimas est reale. Card. in cle.1.q.21. de decimis, cum alijs allegatis. & ideo ab illis exigi debent, qui rei insistunt, vt erãt coloni. Isti secundo considerabant, quòd vltima tantum sententia condemnat moniales in decimis perceptis contra capitulum. Prima enim nullum verbũ de decimis perceptis quoad moniales. Secunda condemnat illas tantum quoad rectores, quo casu non possunt dici tres conformes in fauorem capituli, & mouebantur multum ex resolutione facta 19.Ianuarij. 1576.

Alij verò mouebantur in contrarium, quia moniales non simpliciter locarunt has terras, sed locarunt liberas ab omni decima, & se obligant ad manutentionem hu-
2 ius libertatis, vnde † cùm acceperint omnes fructus, tenentur ad decimas. Abb.in c.tua nobis, nume.14.de decimis, & ex huiusmodi libera locatione accedente obligatione talem videntur dedisse causam spolio, vt ipsæ, tanquàm spoliatrices, à restitutione decimarũ excusari non possint, cùm illos quodammodo percepisse censeantur, vt hic deducitur per alterum ex scribentibus pro capitulo: propterea cùm ipse semper comparuerint, executio potest fieri cõtra ipsas. Dec. consi.187. Aym.consi.12.prope fi.cũ alijs allegatis. Et dicebant ẽt hic tres conformes. Nam cùm prima mandet restitui tertiam partem deci-
3 marum, & † secunda eandem confirmet, & tertia secundam, satis dicuntur tres conformes contra moniales. Tertia enim sententia contra eam venientem ad causam pro suo interesse, est etiam vltima contra ipsum. Put. decis.71. libro 3. Achil.de appellat.decis.12. & parum eos mouebat

mouebat decisio alias facta in hac causa, qa ex his q̃ de nouo deducuntur, dicebant ab illa esse recedendũ. Ideo mandarunt, vt dictũ dubium circunscripta d. resolutione, an dictæ sententiæ ita afficiant moniales, vt constituam rem iudicatam contra illas.

BLANCHETTI.

Perusin. de confinio. Lunæ, 3. Decembris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus sibi acquirere volens tenetur ecclesiam ruinatam, carentem q̃, tecto, & pariter domos construere, & reparare. & nu. 3.*
2 *Valor floreni est taxandus iuxta cõsuetudinem loci, in quo floreni sunt minoris valoris, quàm ducati auri de camera.*
3 *Ecclesia prior debet esse funditus destructa ad acquirendum iuspatronatus in ea.*
4 *Consecratio noua ecclesiæ non est necessaria, quæ non sit diruta, licèt tectum esset destructum.*
5 *Ecclesia dotata non dicitur ex reductione nemorum, & terrarum ecclesiæ incultarum, ad culturam.*
6 *Iuspatronatus qui sunt ex augumento dotis, vel ex noua constructione, rescindi non possunt.*
7 *Dispositio loquens in casu simplici non comprehendit casum mixtum.*

DECISIO CCCVI.

DOmini inclinarunt pro libertate beneficij, tum quia non fuerunt verificata, nec adimpleta con tenta in literis Nicolai Quinti, tum etiam ex Cõc. Trid. Narratur enim in prædictis literis, ecclesiam discoopertã, & quasi totali ruinæ deditam, quod etiam continet primus articulus Dominorum de Oddis, quorum alterum tãtum per testes probatur, videlicet, ecclesiam discoopertam: omnes enim testes super primo arti culo dicunt, q̃ viderũt ecclesiã discoopertam, & domos pariter discoopertas, & ruinatas, & specificam differentiam constituunt in eorum dictis inter ruinam domo-
1 rum, & ecclesiam carentem tectis. Et † ex expensis factis in ista apparet, quòd fuerunt refecti parietes pro summa tantum trium florenorum, ex quo cõstat, ecclesiam non fuisse totaliter ruinatam.

De adimplemento etiam non liquet, quia ad duo tenebantur Oddi, videlicet ad reparationem ecclesiæ, & ad nouam constructionem domorum, quorum secũdũ non fuit adimpletum. Nam ex expensis, & sententia Archiepiscopi Rauennaten. quæ cantat pro acconcimine, aperte constat, nullam domum de nouo fuisse ædificatã, sed discoopertas fuisse etiam ex cannis, & materijs satis debilibus reparatas, & tectas.

Dicebant etiam Domini non fuisse erogatam totam summam 400. florenorum auri de camera, quam Domi ni de Oddis tenebantur expendere: licèt enim sententia asserat ipsos expendisse 440. ducatorum auri de camera,
2 tamen † ex computo expensarum loci, in quo floreni ꝓp medietate sunt minoris valoris ducatorũ auri de camera, Corn. cons. 3. nu. 3. lib. 2. quàm iuxta mentem Pontifi cis. quod patet, quia in dictis computis habetur mentio de Bononinis, quib. addebant Domini, Conc. Trid. sess. 25. c. 9. de quo in 3. præsuppositio, derogare huic iuri pa-
3 patronatus: non † enim est ex fundatione, quia prior ecclesia non erat funditus destructa, sed solum deficiebat tectum, quo casu, cùm fuerit reparata tantum, non acquiritur iuspatronatus. gl. in c. quoniam. in verbo, funda toris, de iurepatro. Lambertin. de iurepatron. par. 1. primi lib. 6. art. 6. quæst. princ. Roch. de iurepatron. in verbo, & constructit. nu. 12. Bero. in d. ca. quoniam, nu. 55. & 56. Non enim egebat noua consecratione: tunc enim æquiparatur ecclesiæ funditus destructæ, vt fuit resolutum 15. Ianuarij proxime præteriti coram d. meo Robu ster. in causa Bononien. iur. patron. de Bagnarola, cùm n. nõ essent diruti, & collapsi parietes, licèt esset destructũ
4 tectum, noua † consecratione non erat necessaria. ca. ligneis. de consecratione eccles. vel altar. sum. Ang. in verbo, consecratio ecclesiæ. nu. 3. Tabien. eo. verbo, & nume ro. Siluestrin. eo. verbo, nu. 4. Turrecem. in c. ecclesia. nume. 1. de consecra. distin. 1. Non fuit etiam dotata. Nam
5 † ex reductione nemorum, & terrarum ecclesiæ inculta rum ad culturam nõ dicitur dotata ecclesia, ita vt ex hac acquiratur ius p̃sentandi, ad gl. in c. piæ mentis. 16. q. 7. Et ideo non ob. ver. similiter, in d. c. 9. quia prohibet re-
6 scisionem patronatuum, qui † sunt ex augumento dotis, vel ex noua constructione, quia neutrum hic subest. Non enim fuit aucta dos secundum mentem Cõc. quod debet intelligi de assignatione nouæ dotis. Nec etiã fuit de nouo constructa, nec quid simile præstitum ecclesiæ à dictis de Oddis, vt supra fuit deductum. Non ob. quòd
7 dispositio † loquens in casu simplici non comprehendat casum mixtum, quia Conc. complectitur omnes casus, cùm reliquos omnes patronatus annullat, vulgatum. n. est, quòd qui omne dicit, nihil excludit. Fuit etiam incidenter allegata regula Adriani, sed cùm esset extra dubium, Domini ex prædictis inclinarunt, beneficium, de quo agitur, esse liberum.

BLANCHETTI.

Roman. domus. Lunæ, 13. Iunij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Causa solutionis in partitis exprimi debet.*
2 *Contractus in dubio potius præsumitur censualis, quàm emphyteuticus.*
3 *Fides vt præstetur libris computorum, multa concurre re debent, & in specie antiquitas temporis.*
4 *Parte verificata in libris computorum, non infertur ad ve rificationem totius.*

DECISIO CCCVII.

DOmini perpendendo singula, quæ fuerunt præ suppositа in discussione propositi dubij, dixe runt non probari, Dominos de sancta Cruce ha buisse causam iuris ipsorum in domo, de qua agitur, ab ecclesia sanctæ Mariæ de Cacabarijs. Inuentarium etenim nullam de ipsis mentionem facit: instrumentũ autẽ locationis factæ Nicolao Gabino, & articuli dictorum Dominorum de sancta Cruce intrusionem continent.

Nec ob. reuocatio. Primò, quia indubitati iuris est, ꝙ reuocatio intret, attento quòd super illis fuerunt indu cti, & examinati testes, quorum pro parte pupillarũ fuit data copia, præcedente præcipue acceptatione reuoca tionis confessionis in ipsis contentæ. Secundò, quia qui reuocat priorem confessionem contrariam, non ponit, sed remanet in puris terminis, ac si nihil posuisset.

1 Neque dixerunt probari ex partitis, tum † quia in illis non est expressa causa solutionis, quæ exprimi debet. Alex. cons. 113. colum. 1. lib. 1. quem refert, & sequitur Mandell.

Mandell. cons. 35. nu. 3. Tum etiam, quia ex his non in-
2 fertur domum emphyteuticam. In dubio † enim potius censualis præsumitur. Cresc. decis. 33. lib. 2. & sic contra Bero. q. 14. Tertiò, quia non probant de consensu dictorum de sancta Cruce fuisse scriptas, quod in istis annuis præstationibus requiritur. Mandell. vbi supra. Præterea
3 multa cõcurrere oportet, vt † huiusmodi libris fides præ stari possit, & in specie antiquitas temporis. Aym. consilio 158. nume. 4. Dec. in c. cum causam. de prob. Cephal. cons. 200. nu. 10. & 11. lib. 2. quæ hic non concurrit. Et hoc magis considerarunt in hoc casu, quia plures ex præ tensis solutionibus vẽditionem d. domus per Dominos de sancta Cruce factam illis de Rogerijs subsequuntur.

Non ob. quòd stantibus dictis testium plures ex his
4 partitis verificantur, quia † in istis casib. ex veritate par tis non esse inferendum ad veritatem totius, tenet Rip. in l. admonendi. nu. 125. de iureiurando.

Quò verò ad testes, Domini dixerunt, decennalẽ præstationem ab ipsis non probari. Nam primus testis ex examinatis de anno 1532. super quarto, nescit quantũ soluere tur. pro canone, nec de tempore quicquam depo nit, & secundus tantum dicit pluries, & pluries exegisse. Ex examinatis verò de præsenti anno primus super quar to, percutit tempus trium annorum, secundus super se cundo refert se ad partitas, quæ non probant, & super quarto de solutione per quatuor annos. Circunscripse runt tamen confessionem Illustrissimi Cardinalis, quæ videnda erit, an præiudicet dictis pupillis habentibus causam ab ipso.

BLANCHETTI.

Roman. fideicommissi de Magdalenis. Vltima Februarij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio initiata currit etiam contra fideicommissa rium ignorantem.*
2 *Restitutio in integrum non datur fideicommissario, contra quem etiam ignorantem currit præscriptio: fallit quando contra ignorantem non curreret. nu. seq.*
3 *Intentionem suam fundans in tempore, illud probare tenetur.*

DECISIO CCCVIII.

FVit resolutum Dominæ Antoniæ incumbere onus probandi, fideicommissa, de quibus agitur, fuisse in tempore acceptata. Cùm enim detur certũ ini-
1 tium præscriptionis, † videlicet, à die quo dictis fideicõ missis locus factus fuit, vt in resolutione facta prima Martij de anno præterito, dicta præscriptio currit con tra fideicommissarium etiam ignorantem. Anch. consilio 170. Bal. cons. 168. nu. 1. lib. 5. Corn. cons. 244. nu. 3. ver. his tamen non obstantib. lib. 4. Soc. in l. cum filiusfa milias. §. in hac, nu. 8. & seq. de verbo. obliga. Tiraq. de re tract. §. 36. gl. 2. nu. 37. & 40. Et ideo ex hoc capite nolue runt dari remedium restitutionis in integrum tam plu-
2 res ex supra citatis, quàm Afflic. decis. 37. & alij allegati per Mohedan. decis. 13. & Peregrin. decis. 43. lib. 3.

Non obstant decis. Ægid. & aliæ quæ allegantur, quia vendicant sibi locũ, quãdo ignoranti non currit tempus.
3 Vnde † sequitur, quòd cùm intentio D. Antoninæ sit fun data in tempore, illud concludenter, non præsumptiuè probare teneatur. Achil. decis. 1. de prob. Circunscripse runt tamen videndum, an ea quę allegantur de agnitione bonorum possessorum secundum ius prætorium, applicentur casui nostro.

BLANCHETTI.

Placentin. Archidiaconatus. Die 28. Octobris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij facta forensi, seruatis tamen alijs requisitis à statuto, & constitutionibus, valet.*
2 *Citatio saltem per edictum in beneficiorum collatione de iure communi non requiritur, etiam si lędatur ius tertij, & alteri beneficium reperiatur collatum.*
3 *Statutum non debet extendi vltra id quod loquitur, in præiudicium episcopi.*
4 *Episcopi auctoritas satis dicitur per statutum grauata, quando beneficiorum collatio debet fieri certis personis.*
5 *Clausula, si inuenerit, habet locum in executore, non in ordinario, qui, cum ei dirigatur, non tenetur seruare tenorem iudiciariam.*
6 *Episcopus mandans approbatoribus, vt se informent de meritis personæ licentiati, quando præsumatur adhibuisse omnem diligentiam.*

DECISIO CCCIX.

FVit resolutum, prouisionem Francisci Parrę subsistineri, cùm fuerit facta ab ordinario, ad quem solũ ius conferendi istum Archidiaconatum pertinebat, vt fuit resolutum quarta Maij proximè præteriti, cui nulla apostolica reseruatio obstabat, quique seruauit formam à statuto præfixam, deputando approbatores.
1 Non ob. quòd Franciscus non sit originarius, quia † erat Canonicus, & habebat primam qualitatem expressam in statuto, & concurrebat in ipsius persona requisita, & per constitutionem synodalem, & approbatio deputatorum ab episcopo, vt infra dicetur.

Nec refragatur huic collationi, quòd non præcesserit
2 citatio saltem per edictum. Nam † de iure communi illa non requiritur. Sarnen. de infir. resign. q. 18. in fi. etiam si lędatur ius tertij, & alteri beneficium reperiatur collatum. c. licet episcopus. de præben. in 6. Rom. consil. 483. nume. 15. & 499. vbi addit. num. 5. Nec etiam ex statuto
3 † cùm id expresè nõ dicat, nec possit per interpretationẽ extendi, quin præiudiciũ episcopi augeatur cõtra tritas
4 regulas iuris. Cùm † enim collatio beneficiorum debeat conferri certis personis, satis in hoc dicitur auctoritas ipsius grauata. Soc. iun. consilio 105. numero quarto, li bro secundo, & fuit dictum coram me. 26. Iunij. 1573. in vna Bononien. parochialis. Vnde non est præsumen dum, quòd voluerit hoc aliud onus cum præuia citatione in conferendo, episcopo imponere.

Nec obstant allegata de d. clausula si inuenerit, quia
5 † cùm dirigatur ad ordinarium, non cogitur ipse ser uare telam iudiciariam, habet enim locum in executo re. Card. in clemen. fina. num. decimo septimo, versicu. & procedunt prædicta. de offi. delega. cum alijs allegatis. Et si agatur de præiudicio alicuius, citatio non requiritur. Innocen. in capitu. fina. de translat. prælat. Corn. consilio 348. numero 31. libro primo, Dec. in l. certum, num. 13.
6 C. vnde legit. Et † cum episcopus mandauerit approbatoribus, vt se informent de meritis personæ licentiati Pa pæ, & expresserit in mandato, quod volebat conformari cum bulla fundamentali, & in collatione habebat mentionem de relatione deputatorum ad hunc effectum,

præsumitur

præsumitur adhibita omnis debita diligentia. Abb. consil. 41. num. 2. lib. 1. Dec. consi. 341. num. 12. Et actus censetur semper factus secundum formam statuti. Rimin. consil. 261. nu. 34. lib. 2.

BLANCHETTI.

Roman. pensionis. Mercurij, 23. Maij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Commissio causæ appellationis habet relationem ad sententiam.*
2 *Mens signaturæ interpretanda est, ne sequatur absurdum.*
3 *Clausula, sine retardatione, quid operetur in literis, ex quibus oritur exceptio nullitatis.*
4 *Petitorio suspenso manutenendus est reus in sua quasi possessione.*

DECISIO CCCX.

FVit tentum, clausulam, sine retardatione, operari tantum quoad summam 40. scutorum. Nam† cõmissio causæ appellationis habet relationẽ ad sententiam per R.D. Fuscherium latam, qui condemnauit Rectorem tántum ad soluendum iuxta formam concordiæ. Vnde cùm signatura apposuerit clausulam, sine præiudicio legitimæ executionis, non debet declarari, vt augeat depositionem sententiæ. Couar. in rub. de testamẽ. secunda parte, nu. 13. Et sicut hæc clausula non potest referri, nisi ad summam cõtentam in sententia, ita & clausula, sine retardatione, ratione connexitatis dicitur ab ista interpretari: immo dicebant, quòd si aliter interpretaretur mens signaturæ, sequeretur, quòd virtualiter ipsa iudicasset, Rectorem non posse iuuari concordia, quã impugnauit, quod est contra consuetum stylum signaturæ, quæ iudicium, & merita causarum alijs committere consueuit. Addebant etiam si clausula, sine retardatione, esset referenda ad pensionem reseruatam in literis, † cùm ex ventre illarum oriatur exceptio, quòd remanerent ducati 50. liberi, potuisset supersederi, donec Lelius verificasset narratiuam, Sarnen. in compend. vtriusq. signat. nu. 85. & 86. quam viam si aggressus fuisset Laurentius, transtulisset onus probandi in Lelium, sed cùm ipse voluerit vti decreto Conc. Sessio. vigesimaquarta, capitu. decimotertio, probationem qualitatis illius decreti sibi incumbere, fuit resolutum 21. Octobris. 1574.

Non ob. quòd ipse impugnat concordiam, quia impugnat petitionem, & dicit nullam, quod † iudicium dum durat, interim Lelius venit manutenendus in sua quasi possessione, in qua reperitur, stante præcipue suspẽsione petitorij coram A.C.

BLANCHETTI.

Regien. bonorum. Mercurij, vltima Febru. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Citationis defectus tollitur, & suppletur ex præsentia partis confitentis.*
2 *Collatio scripturarum cum suis originalibus facta, habet vim transumptationis.*
3 *Citatio quæ fit pro singulis diebus, & horis, substinetur saltem per duos dies.*

DECISIO CCCXI.

FVit resolutum, iura, vigore compulsorialium extracta, fuisse valide recognita, & in forma probante. Prætẽsi enim defectus citationis, quoad primã extractionem, Dominis non sunt visi releuantes. Nam cùm procurator Illustrissimorum DD. de Gonzaga cõ-
1 paruerit die 19. Februarij, & dixerit † se citatum, & fuerit præsens iuramentis testium, omnis defectus citationis tollitur, & ex dicta præsentia suppletur. Quò verò ad transumptationem dixerunt, quòd cum facta fuerit
2 † collatio cum suis originalibus, perinde est ac si extracta essent ab eisdem, vt fuit resolutum in vna Lucan. castri Franchi coram R.D. meo Lancelloto.

Nec quæ opponuntur contra citationem, mouerunt
3 Dominos, quia licèt illa † citatio pro singulis diebus, & horis videatur nimis vaga, tamẽ substinetur saltem per dios dies. Anto. August. de citat. numero 24. quo spacio fuerunt extracta iura, & cùm haberet certam horam tertiarum, non inducit perpetuam seruitutem.

BLANCHETTI.

Regien. bonorum. Lunæ, 21. Maij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Interesse satis probatur ex sola possessione, seu possessionis instrumento, quod reus impugnare non potest.*

DECISIO CCCXII.

1 FVit resolutum, quòd ad effectum, de quo agitur, ex sola possessione Reuerendissimi Episcopi de illius interesse satis constat, nec vlterius verificandam vnionem, ex Rot. decis. prima, de restitu. spoliato. in nou. Achil. de succes. dec. vnica. Quod possessionis instrumentum reus impugnare non potest. Cassane. in consuetud. Burgund. rub. 6. §. 6.

BLANCHETTI.

Regien. bonorum. Lunæ, 17. Decembris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Dominium necesse est probari ab eo, qui agit rei vendicatione: si verò locati, possessionem.*
2 *Remedium l. conductores. C. loca. competit ei qui ex locato agit.*

DECISIO CCCXIII.

DOmini indistincte tenuerunt pro parte Illustrissimi Episcopi esse sufficienter probatum secundum extremum. Passim n. Rota tenet, q. substentatio litis vna cum adminiculo aliquo ad illius probationem sufficiat. Adminiculum autem sufficiens collegerunt ex instrumento de quo in tertio præsuppposito.

Quo verò ad effectum nihil firmari potuit. Videndũ est enim quo remedio agat Reuerẽdissimus Episcopus, & si super intentato probauerit incumbentia. si enim
1 † agit rei vendicatione, necesse est probare dominium: si locati, debet probare possessionem ecclesiæ. Curt. sen. consilio 70. fere per tot. si remedio l. si quis conductionis. C. loca. potuerũt Illustrissimi Domini de Gonzaga referre

referre possessionem proprij dominij. Soc. cõsi. 287. li. 2.
2 Dixerunt † eidem etiam competere remedium l. conductores. C. eodem. de quo late per Menoch. in 11. remed. recuper. Ideo non potuit capi resolutio secundæ partis dubij, nisi appareat remedium intentatum per Reuerendissimum Episcopum, & an in illo intentionem firmauerit.

BLANCHETTI.

Regien. bonorum. Veneris, prima Febru. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Possessionem locatoris contra conductorem probat locationis instrumentum.*
2 *Insertum in actis, qui citra nomen procuratoris fieri non solent, probat.*
3 *Contumax habetur pro comparente, & litem substinente ad sui præiudicium.*
4 *Solutio facta præsumitur ex illa causa, quæ magis verisimiliter apparet.*
5 *Præscriptio certum debet habere initium, quod incipit in locatione non à tempore finitæ locationis, sed denegatæ restitutionis. & decis. seq. nu. 4.*

DECISIO CCCXIIII.

1 FVit resolutum, Reuerendissimum Episcopum primum extremum concludenter probasse, intentato remedio l. si qs conductionis. locationis n. † instrumentum probat possessionem locationis contra cõductorem, & eius hæredes. Doct. in c. inter dilectos, de fide instru. Nec ob. auctoritas Curt. sen. cons. 70. quia ipse loquitur in illo qui ignoranter rem suam ab altero conduxit, & probauerat, eam rem à se conductam ad se pertinuisse. Quòd verò attinet ad secundum extremum, Domini fuerunt concordes probari, Illustrẽ Alexandrum, & fratres eius fuisse filios, & hæredes Comitis Ioan. Petri ex dicto vnius testis, & enunciatiuis in instrumentis.
2 Insertum enim † probat, quando inseritur in actis, qui citra nomen procuratoris fieri non solent, vt obligare, & dare fideiussores de soluendo, prout in casu isto. Et hoc penes Dominos nullam habuit difficultatem. Sed probationem, quòd Illustr. Comes Alphonsus, & fratres fuerint hæredes Comitis Alexandri, & fratrum, voluerunt aliquantulum coadiuuari: nam substentatio litis vnà cum dictis testium illos maxime mouebat ad statuendum illos esse hæredes.

Nec obstat quòd Illustr. Comes Ioannes Franciscus
3 citatus non comparuerit: quia † ratione contumaciæ habetur pro substinente litem. quibus addebant instrumentum solutionis vltimo loco productum, in quo licet non exprimatur ex qua causa fiat illa solutio, tamen, cùm alia non detur, & ista allegetur, & probetur à Reuerendissimo Episcopo, præsumendum est pro illa, & quamuis exprimatur ratione liuelli, tamẽ liuellum cum
4 debeat solui ex aliqua causa, & detur † harum terrarum locatio, præsumitur solutio facta ex causa locationis, quę apparet.

Quò verò ad caput præscriptionis Dominos non
5 multum mouebat: nam † cùm debeat habere certum initium, illud debet considerari, non à tempore finitæ locationis, sed denegatæ restitutionis. glo. in l. male agitur, vbi Ange. numero quinto, in fi. C. de præscrip. 30. anno. sed dixerunt posse super hoc particulariter audiri Illustr. Comites.

BLANCHETTI.

Regien. bonorum. Mercurij, 27. Martij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Onus probandi incumbit ei, qui allegat se non soluisse per 40. annos.*
2 *Præscribere non potest, qui alteri, non sibi, possederit.*
3 *Præscribi non potest ius coloniæ, quando constat de certo eius initio.*
4 *Præscriptionis initium eo tempore considerandum est, quo denegata fuit restitutio.*

DECISIO CCCXV.

FVit resolutum Reuerẽdiss. D. Episcopo in casu proposito allegatam præscriptionem nõ obstare. Nã aut Illustr. Dñi Comites allegant se non soluisse p
1 40. annos, & hoc † casu ipsis incumbit onus probandi. Aretin. in l. in illa. in 4. col. ff. de verbo. oblig. Balb. de præscrip. quarta parte, quartæ par. princ. q. 2. in fine. Aut volunt præscripsisse ista bona, & tunc non possunt, cùm
2 † alteri, non sibi, possederint. l. male agitur. C. de præscri. 40. anno. & præscriptioni non est locus, vbi non est possessio. l. sine possessione. ff. de vsucapion. Iaf. in l. quominus, nume. 125. de flumin. Aut volunt præscripsisse ius
3 coloniæ, & † cum constet de certo initio, minus potuerunt. Rui. consi. 75. nu. 4. lib. 1.
4 Secundò, quia † initium præscriptionis debet considerari à die denegatæ restitutionis, per gl. Ang. & allegatos in decis. prima Febr. 1577.

Et quia pro parte Illustr. Dominorum Comitum, maxime instatur negando probationem secundi extremi pro parte Reuerendissimi Episcopi; Domini; qui viderunt dicta testium vltimo loco examinatorum; habuerunt illud pro sufficienter probato.

BLANCHETTI.

Roman. fructuum, 50000. Lunæ, 4. Nouemb. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Possessor bonæfidei tenetur restituere fructus extantes ante litem motam.*
Fallit in possessore bonæfidei cum titulo. nu. 3. & 4.
2 *Electio seu ratihabitio donatarij retrotrahitur tempore donationis.*
4 *Possessor bonæfidei non potest condemnari; nisi à die litis motæ.*
5 *Fructus ciuiles computantur in tempore quo cedit dies solutionis.*
6 *Fructus ciuiles iudicandi sunt vti de fructibus post litem motam perceptis.*

DECISIO CCCXVI.

FVit per Dominos resolutum, quòd liquidatio fructuum, ad quorum restitutionem Illustr. Domina Portia fuit condemnata in sententia R. P. D. Decani, sustineatur cum præsuppposito, quòd locatio terrarum fuerit facta de anno 1572. & solutionis tẽpus cede-
1 ret anno 1573. Est enim indubitatum, quòd † bonæfidei possessor tenetur restituere fructus extantes ante litem motam. l. certum. C. de rei vendic. Put. decis. 423. libro 1.

Fab.

Fab. Accoramb. decis. 38. & hoc fatentur informantes ꝓ Illustr. D. portia. Est etiam elarum, quod isti fructus erat extantes ex allegatis pro Illustr. D. Magdalena. Non ob-
2 stant limitationes adductæ. Et primo, quod † non procedat in casu proposito, in quo bonorum donatorum dominium non transiuit in Magdalenam, nisi post electionem. Quia fuit iam resolutum 6. Iunij coram R. P. D. Aldobrandino electionem Magdalenę retrotrahi, & perinde iudicandam ac si ab initio facta fuisset, per l. si vsusfructus. ff. quando dies leg. cedat.

3 Secunda limitatio, ꝙ † in bonæfidei possessore cum ti. præfata regula non procedat, non etiam refragatur, quia titulus pro donato Magdalenæ reduxit titulū Portiæ pro hærede ad non titulum vsque ab initio, vt fuit decisum. Non ob. vltimo, quod sententia condemnet à die litis motæ, & ita non videatur includere tempus an-
4 te litem motam, quia † bonæfidei possessor non potest condemnari, nisi à die litis motæ, & tamen ipse tenetur restituere fructus ante litem motam extantes.

5 Secundò, cùm † isti fructus sint ciuiles, computantur in tempore, quo cedit dies solutionis. Rom. consilio 10. ver. 5. & late Alberi. & cæteri Doct. in l. diuortio. ff. solu. matri. Dies autem solutionis cedebat isto casu tem-
6 pore quo iam erat mota lis. de † illis igitur debet iudicari, vt de fructibus post litem motam perceptis. Et ex his & alijs allegatis pro D. Magdalena Domini statuerunt, liquidationem rite, & recte fuisse factam.

BLANCHETTI.

Illerden. matrimonij. Veneris, Vltima Maij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Vxori inopi quarta debetur ex bonis mariti.*
Immo etiam sponsæ per verba de præsenti, licèt non fuerit traducta, nec simul cum marito cohabitauerit. nu. 2.
Et etiam si inter coniuges aliquod ortum sit dissidium. numero 3.
Vel etiam si maritus ex aliqua iusta causa admittere sponsam recuset.
Fallit, nisi vxor habeat vnde se alere possit, vel ex honesto exercitio victum sibi quærere. nu. 4.

DECISIO CCCXVII.

DOmini cum præsupposito, ꝙ cõstet de matrimonio Hieronimæ, & de inopia eiusdem, de quib.
1 erit videndum, firmarunt regulam, ꝙ Dominæ † Hieronimæ debeatur quarta iuxta dispositionẽ auth. præterea. C. vnde vir, & vxor. Nec obstat clandestinitas matrimonij, quia nihilominus matrimonium dicitur, & tale iudicandum est sub pœna anathematis, vt cauetur Conc. Trid. Sess. 24. c 1. de reform. matrim. Minus ēt obstat, quòd fuerit traducta, nec simul cohabitauerit
2 cum marito, † quia d. auth. habet locum in sponsa per verba de præsenti, Bal. in l. 1. C. eo. & ibi Curt. iun. nu. 10. qui testatur de communi. Fabià. de Pep. in d. auth. nu. 6.

Nec refragatur, quòd non interuenerit bona gratia,
3 quia † quando dissidium oritur culpa mariti, vltra dispositionem d. auth. vendicat sibi locum l. fina. C. de repud. Curt. iun. in d. auth. nu. 4. & 5. & Fabian. de Pep. nume. 9. Rol. consi. 15. nu. 8. lib. 3. Quod vt inquit Curt. iun. procedit etiam in sponsa, quam maritus ex iusta causa admittere recusat, cum idem sit expellere, & non admittere. Alex. consi. 78. in prin. lib. 5. Aliàs sequeretur, ꝙ maritus ex sua malitia cõmodum reportaret. Reliqua, quæ dicuntur, quòd Hieronima haberet vnde viuere posset
4 ante mortem mariti, & quòd posset ex honesto exercitio victum quærere, fuerunt circunscripta, vt super illis particulariter disputetur, an constet de tali inopia ipsius, vt quarta debeatur ex dispositione d. auth.

BLANCHETTI.

Ispalen. pensionis. Mercurij. 20. Nouembris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta per procuratorem generalem in casu quo alias requireretur speciale mandatum, substinetur de æquitate.*
2 *Mandatum generale ad possessionem capiendam, intelligitur in casu licito, non autem illicito.*
3 *Mandatum reuocatum censetur ex tacita possessionis renunciatione.*
3 *Ratificatio non retrotrahitur ad præiudicium tertij.*

DECISIO CCCXVIII.

FVit resolutum, canonicatum, quem Frãciscus Mudana obtinuerat per resignationem Dominici de Cornoza senioris, per assecutionem canonicatus sub vltima Augusti. 1549. non vacasse. fuit enim ca-
1 pta possessio † à procuratore habente generale mandatum, in casu in quo requiritur speciale. Aym. consi. 104. num. 5. & fuit resolutum coram hoc anno in vna Hippo regien. capellaniæ. Et quamuis illud, cuius copia Dominis data fuit, posset vim specialis obtinere, intelligitur
2 † datum ad capiendam possessionem in casu licito, non autem in casu illicito. l. si procurator, vbi Doct. ff. de condic. indeb. Alex. consi. 32. nu. 7. lib. 2. Tum etiam, quia si per adeptionem possessionis canonicatus resignati extinctum fuit ius regressus, quod ad canonicatum Petri Tuarez habebat Mudana, quia censetur illi renunciatũ,
3 per † consequens fuit reuocatum mandatum. Rot. de procurat. in nou. decis. 28. Cassad. de appel. decis. 2.

Non obstat prætensa ratificatio ex consensu præstito per Mudanam resignationi dicti canonicatus, quia
4 † ratificatio non retrotrahitur ad præiudicium tertij, & optime deducitur per scribentem pro Dominico.

BLANCHETTI.

Ispalen. Archidiaconatus de reina.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Pij Quinti de resigna. respicit etiam præteritas resignationes.*
2 *Solemnitates quædam in beneficialibus sunt seruandæ, etiam in quibus possessio capi non potest.*
3 *Constitutio noua non reuocat actus iam perfectos vigore veteris constitutionis, nisi constet de contraria mente nouam legem condentis.*
4 *Dictio, huiusmodi, est relatiua præcedentium cum suis qualitatibus.*

DECISIO CCCXIX.

DOmini cum præsupposito, quòd de petitione possessionis Archidiaconatus, de quo agitur, facta 30. Iulij. 1551. à Decano, & capitulo ecclesiæ Ispalen. nomine Garsiæ de Lonysa legitimè constare posset

posset per iura, quæ fidem mereantur, & in quibus nomen procuratoris petentis possessionem sit insertum, & de cuius mãdato appareat, pro maiori parte inclinarũt, quòd fuerit satis factũ reg. Iulij Tertij, quæ sola petitione videtur esse contenta, & ēt rõne reseruationis, ex allegatis pro dicto Garzia. Dixerũt tñ, ꝙ his non obstantib. resignationi factæ in fauorem Garziæ per Alphonsum
1 de Portas obstat constitutio fe. re. Pij Quinti, quæ † clarũ est, quòd non solum respicit futuras, sed etiam præteritas resignationes factas in manibus cuiuscunq; Pontificis sui prædecessoris, quarum vigore possessio apprehensa nõ fuerat, & præcludit viam omnib. casibus, ex quib. tolli poterat ius reg. de publican. non n. contentatur sola petitione possessionis, sed requirit realem, & actualem possessionem. Extendit ēt Papa constitutionem suam ad beneficia resignata cum quibuscunque reseruationib. & nouas prouisiones non vult suffragari. requirit etiam cũ prædicta apprehensione copulatiue publicationem resignationis in ecclesijs cathedralibus, & alijs prout in ea, ita vt ad omnium notitiam peruenire possit.

Nõ obstat, quod ex reseruatione facta Alphonso Gar-
2 zias non poterat accipere possessionem, quia † ēt in his, in quib. possessio capi non potest, aliæ solemnitates veniunt obseruandæ, vt patet in d. bulla, vbi in talib. bũficijs dicit, ꝙ vltra præmissa debeat certa forma seruari insinuando in actis causæ consensus, & datã supplicationis, vt fuit resolutum coram R. P. D. meo Aldobrandino in vna Fauentin. canonicatus, 5. Maij. 1574. ꝙ constitutionis huius forma seruanda venit, etiam si possessio sit plena quoad reliquas solemnitates publicationis.

Non obstat, ꝙ constitutio noua non reuocat actus, q.
3 vigore veteris cõstitutionis sunt iam perfecti. Gem. in c. deliberatione. §. volentes. nu. 2. de of. deleg. in 6. quem sequitur. Fel. in c. fi. nu. 3. de const. Quia verum est, nisi constet de contraria mente condentis nouam legem, ita ibidem limitat Gem. & Fel. in d. c. fi. nu. 2. versic. procedunt ista. Quod autem Papa non fuerit contentus priori illa publicatione, patet, quia in versi. alioq́n, annullat omnes resignationes, de quibus fecerat mentionem, aliter publicatas quàm in sua constitutione cauetur, quod deno-
4 tat † illa dictio, huiusmodi, relatiua præcedentium cum suis qualitatibus, glo. in ca. si Abbatem. de elect. in 6. Pariſ. consi. 12. num. 32. lib. 3. fecerat autem mentionem supra tam de factis ante d. constitutionem, quàm post, ergo salua ratione recti sermonis non potest dici, quòd Papa voluerit præseruare resignationes publicatas secundum formam reg. de publican. possessione tamen beneficiorum resignatorum non apprehensa. Cùm igitur Garzias huius constitutionis formam non seruauerit, resignatio sibi facta non suffragatur.

BLANCHETTI.

Roman. hæredit. de Benefacere. Lunæ, 27. Febru. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Tertius volens allegare de iuribus suis, auditur ad impediendum etiam executionem sententiæ.*
2 *Clausula, sine præiudicio, dicitur conditionalis.*

DECISIO CCCXX.

FVit per Dominos resolutũ, prætensos hæredes Euãgelistæ esse audiendos, nec ad vlteriorem execu-
1 tionem procedendum. Tertius † enim auditur. Rot. decis. 2. de re iud. in antiq. Nec obstat clemen. vt ca-
lumnijs. eo. ti. Quia procedit inter ipsos litigantes. Card. ibid. nu. 5. Ias. in l. à diuo pio. §. si super reb. nu. 16. de re iudi. Rot. in loco allegato, decis. 13. Couar. pract. q. cap. 15. nu. 9. Non obstat decis. Achil. 3. de tertio. Quia licèt hic constet de instrumentali possessione Euangelistæ, & qđ subsecuta fuit possessionem Emiliæ, tamen dixerunt, plures posse pati defectus hanc possessionem d. Emiliæ. Nã cùm tanq̃ tuttrix apprehenderet ipsam, debet cõstare de
2 tutela. Præterea † est conditionalis per clausulam, sine præiudicio. Put. decis. 34. lib. 2. & possessio Euangelistæ est cum decreto iudicis, ex quo Domini dicebãt, ꝙ ideo in sententia Baglioni non dicit Cosmum restituendum ad possessionem domus, & esse immittendum, quia ista possessio non videtur admodum considerabilis. Nõ obstat commissio, quia cùm committatur executio rei iudicatæ, quatenus illi locus sit, illi ex oppositionibus huius tertij locum non esse, satis constat. Præscriptionem etiam dixerunt non intrare, cùm semper hæc causa fuerit agitata.

BLANCHETTI.

Roman. societatis. Lunæ, 3. Iunij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, si quid exequutum, censetur repetita in omnibus alijs commissionibus.*
2 *Ordo iudiciarius seruari debet etiam si agatur de reuocanda sententia.*
3 *Nullitates vbi hinc inde allegantur, non est locus refectioni expensarum.*

DECISIO CCCXXI.

DOmini, ad tollendas omnes difficultates, dixerũt esse procedendum via executiua ad confessionẽ totius debiti. Iurisdictio enim adest, cùm à prin-
cipio causa fuerit commissa cũ clausula, siquid exequu-
1 tum, quæ † censetur repetita in oĩbus alijs cõmissionib. Ægid. decis. 226. Cassad. decis. 8. de rescri. & fuit resolutũ coram me in causa Nouarię. decimarum, 11. Decembris, 1573. Et in commissione directa Pasio fuerit expositũ agi de executione obligationis cameralis, quod eò magis est dicendum hoc casu, cùm in commissione directa Reuer. Maceraten. repetatur facultas procedendi, iuxta formam aliarum in actis præsentatarum. & commissio mihi directa habet clausulã, in eisdem statu, & terminis.

Non obstat allegata sententia Pasij, quia illa nullitatis vitio etiam laborat, quia non fuit seruatus ordo ad
2 producendum omnia, quæ † etiam si agatur de reuocãda sententia vti nulla, seruari debent. Ægid. decis. 313. &
3 vbi hinc inde allegantur † nullitates, non est locus refectioni expensarum. idem decis. 319.

Non obstat, quòd causa videatur effecta appellabilis, quia dici posset, quoad validitatem decreti, non autem respectu negotij principalis.

BLANCHETTI.

Vrbenetan. Castrorum. Lunæ, 21. Aprilis. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum inductum non dicitur per simplicem prohibitionem de non alienando, nisi per verba vniuersalia prohibitio sit facta.*

Item nisi prohibeatur acquisitio à certis personis. nu. 2.
Item quando est prohibita alienatio in vltima voluntate in certas personas, nu. 3.
4 *Dictio, nisi, ponit præcedente oratione negatiua.*
5 *Filij positi in conditione non censentur dispositiuè vocati, nisi, qui in posteriori clausula testamenti ponuntur in conditione, in præcedenti erant vocati.*
Item nisi positi in conditione ab intestato succedere non possent.

DECISIO CCCXXII.

BLANCHETTI.

Firman. spolij. Mercurij, prima Iulij. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio semper admittitur in vtraque causa, quarum altera admittit appellationem, altera non.*
2 *Sententia lata in possessorio, quod nititur in iure, dicitur esse mixta.*

DOmini dixerunt, ex verbis pacti initi inter Biondum & fratres de Ceruaria illegitimos esse vocatos in euentum alienationis, & mortis, ex clausula illa, & ipsis cessantibus succedant filij spurij.

Licèt enim regula sit pro Illustris. hæredibus Do. Ioan
1 nis Pauli, quòd ex præcedenti prohibitione alienationis non sit inductum fideicommissum in euentum mortis, vt per Docto. in l. peto. §. fratre, de lega. primo, & Gabriel. de fideicommis. conclus. decima, & pluribus locis, tamen limitatur, vt non procedat, quando prohibitio est concepta verbis vniuersalibus, vt in hoc pacto, ibi, in aliquo modo in vltima voluntate relinquere, vt per Aretin. in l. ventre, numero septimo, ff. de acquirenda hæredita. Ruin. consil. septuagesimoprimo, numero 4. cum sequen. libro 1. & 150. numero 17. libro 2. & 144. nume. 2. lib. 3.

2 Secundò, excipitur à regula prædicta, quando † prohibetur acquisitio, vt hic in versicu. si ita quis, in quo prohibitum est fœminis acquirere ista bona, tunc enim censetur etiam acquisitio ex successione ab intestato, vt per Ruin. d. consil. 144. numero 2. & consilio 203. numero 18. libro 2.

3 Vltimo limitatur, † quando prohibita est alienatio in vltima voluntate, & in certas personas, vt in præsenti contractu, in quo prohibitum est relinquere in vltima voluntate fœminis. Alexand. consilio quinquagesimosexto, numero sexto, libro primo, ex mente Bal. in l. peto. §. fratre. ff. de lega. primo, Ias. in l. si ita quis. §. ea lege numero nono, ff. de verborum obligatio. Comprobantut præmissa ponderando illa verba, quòd partes pacisentes non possint alienare ista bona, nisi in ma-
4 sculos descendentes: dictio † enim, nisi, præcedente oratione negatiua, ponit. l. in actione. vbi Docto. C. de transact. Corne. consilio octuagesimo, numero secundo, libro primo, & cum verbum, possit, referatur ad verbum. relinquere, etiam in vltima voluntate non solum potentia, sed actus videtur prohibitus, & dispositio venit intelligenda, vt pacisentes descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, & illis deficientibus spurijs relinquere teneantur. Confirmatur etiam ex mente, quia cũ contrahentes etiam fœminis ex testamento relinquere prohibuerint, etiam ab intestato prohibuisse cẽsentur, cum non detur maior ratio in vno, quàm in alio.

Accedit omnibus prædictis versic. & si quis. in quo etiam si spurij videantur positi in conditione, censentur nihilominus vocati. Primò, quia communis opinio Docto. sequentium gl. in l. Lucius. la seconda, de hæred. inst.
5 non procedit, vbi is, qui in posteriori clausula testamenti ponitur in conditione, in præcedenti erat vocatus. Ias. consil. 108. in antep. col. ver. non quoq; obstat, volum. 4. prout in hoc casu iuxta prædicta. Secundò, nõ procedit, quando positi in conditione ab intestato succedere non possunt, vt per Corn. consil. 74. numero 4. lib. 2. Soc. iun. consil. 185. libro 2. & Gabriel. de fideicommis. conclus. quarta, nume. 55.

DECISIO CCCXXIII.

BLANCHETTI.

Roman. de Benefacere. Mercurij, 11. Decembris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Curator testamento datus debet à iudice confirmari.*
2 *Possessio instrumentalis non suffragatur ei, qui reperit alium extare in possessione.*

DOmini pro expeditione huius causæ dixerunt videndum, quis melius, & concludentius probet suum primum extremum. Nam vtriusque possessio patitur difficultates, possessio enim capta per Emiliam vti matrem, & tutricem Cosmi & Brigidæ 28. Ianu. 1527. redditur dubia.

Primò, quòd est conditionalis, vt fuit dictum 27. Februarij anni præteriti.

Secundò, ratione Brigidæ ex tutela Emiliæ substineri non potest, nam cùm ipsa fuisset nupta Mario, iam excesserat annos pupillares, & ita non erat amplius sub tutela matris. & licèr forsan dici posset, quòd possessio suffragatur Brigidæ tanquàm capta à matre vti
1 curatricè, tamen cùm † curator testamento datus debeat à iudice confirmari, l. penul. C. de testamen. tutel. & Institut. de curat. in princip. & volenti, non autem intuito detur. §. item inuiti. eodem titu. nec ad id obstat ca. Ciprianus, 21. quæst. tertia, vt bene deducit Corn. consilio 81. nume. 2. libro 4. non probatur voluntas Brigidæ, nec

nec deputatio per iudicem, nec etiam docetur q Brigida ratificaueri t possessionem captam à matre ante subsequentem possessionem Euangelistæ, prout requiritur. Rot. de rest. spoliat. in nou. decis. 9. & dicebant Domini, non posse agi ad executionem sentẽtiarum rotalium ex cedula prætensæ dotis, quia ille non dicunt, Brigidã restituendam, sed annullant gesta à Vicario Vrbis tãquàm nulla pro tata Cosmi.

Quò verò ad possessionem Euangelistæ, clarum est, q
2 † alio extante in possessione, possessio instrumentalis nõ suffragatur, & quatenus possessio Emiliæ sibi non præiudicet, tamen posset præiudicare possessio Brigidæ, q̃ ratione suæ dotis potuit sibi mutare causam possessionis absq; alia declaratione, vt si possidebat iure familiaritatis viuente Mario, possidere possit iure hypothecæ suæ dotis ipso mortuo. Achil. de possess. decis. 3. & ita forsan posset habere locum clausula, sine præiudicio, de qua in instrumento possessionis Emiliæ. Nec suffragatur cessio attentatorum, quia est cessio iudicij intentati contra Iuniperam, non autem cessio attentatorum, quæ per Brigidam fuissent commissa, quia fuisset verbalis tantũ cessio, non realis, quia si ipsa attentasset, debuisset dimittere possessionem, & de dimissione non cõstat. Necesse igitur est in his difficultatibus, quæ in vtraque possessione insunt, videre, quis probet meliorem possessionẽ, & exceptiones contra cedulã hypothecæ in fauorem Brigidæ.

BLANCHETTI.

Roman. de benefacere. Mercurij, 5. Martij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Possessio anterior, quæ est sine præiudicio legitimi possessoris, & potiora iura habentis, non suffragatur.*
2 *Alimenta petens alterum præsupponit possidere.*

DECISIO CCCXXV.

FVit resolutum, possessionem Euãgelistæ melius ac concludentius probari possessione Brigidæ. Doctur. n. pro parte Brigidæ de possessione anteriori Emiliæ matris, & tutricis ac curatricis eiusdem, quæ nõ
1 suffragatur, quia † est sine præiudicio legitimi possessoris, & potiora iura habentis, cùm igitur Euangelista vti proximior Mario potiora iura obtineret in eius hæreditate, illi non nocuit.

Secundò, vti à tutrice capta non potest prodesse Brigidæ, quia excesserat pupillarem ætatem: minus etiam vti à curatrice, quia nec à iudice confirmata, nec à Brigida petita, quo casu nondum erat curatrix, & ita non intrant, quòd gesta à tutore, qui nondum adimpleuit solẽnia, teneant in fauorem pupilli, quia Emilia non potest dici curatrix vllo modo.

Tertiò, possessio capta per ipsam est restricta ad ius hæreditarium, non autem hypothecæ, & ita non est conformis iuri, quod prætenditur pro parte hæredum Brigidæ, vnde non censetur capta in vim illius, vt fuit aliàs resolutum coram D. Lancelloto, in illa Roman. 20000. & ex hoc capite substineri non potest, cùm ex alio acceperit possessionem. Roman. consi. 446. num. 6. Vltimò non constat de ratificatione illius ante possessionem Euange
listæ. & ita habet locum decis. 9. de restitu. spolia. in nou.
2 Immo † cum ipsa egerit contra Euangelistam pro alimẽtis, vtique patet, quòd ipsa non erat in possessione, quia si possedisset, sibi non debebantur alimenta. Addebant etiam aliqui ex Dominis id, quod sæpè fuit consideratũ in ista causa, quòd sententiæ rotales contra Iuniperam non dicunt, Brigidam restituendam ad domus possessionem. Quibus stantibus possessio Euangelistæ redditur bona ex auctoritate gubernatoris, quam ipsam continuasse patet, quia post modum committit causam iactationis, quæ facit ipsum reum, & postea causam spolij. Ex quibus si ipse non fuisset in possessione, non asseruisset se spoliatum.

BLANCHETTI.

Vrbeuetan. Castrorum. Lunæ, secunda Iunij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, succedere, comprehendit omnem succedendi modum.*
2 *Filij naturales, & spurij nati ex institutis non excluduntur ex illa clausula, & ipsis cessantibus, succedant filij spurij, & bastardi.*
3 *Oratio vnaquæque quando est per se perfecta, repetitioni locus non est.*
4 *Successio ab intestato etiam comprehenditur in prohibitione alienationis concepta verbis vniuersalibus, & numero 5.*
6 *Alienatio in vno casu permissa in cæteris prohibita censetur.*
7 *Filij spurij positi in conditione censentur dispositiuè vocati.*
Quod ampliatur multò magis in naturalibus, ex communi. nume. 8.

DECISIO CCCXXVI.

DOmini iterum firmatũ, ex verbis pacti, de quo agitur, esse vocatos spurios in omnem casum, scilicet, mortis & alienationis ex clausula illa, & ipsis cessantibus succedant filij spurij, & bastardi, exclusis quibuscunque filijs fœminis.

1 Primò, quia vocantur per † verbum, succedãt, aptum comprehendere omnem succedendi modum. l. fluminum. §. acquiritur. ff. de dam. infect. l. prima, §. illud. ff. quorum legat. Soc. consilio 102. numero 6. & 7. lib. tertio, cum alijs per Tiraq. le mort. fayfit. parte 2. limit. 3. numero septimo.

Non obstant plura, quæ in contrarium allegantur.

Et primò, quòd ista clausula debeat intelligi secundum terminos præcedentes, videlicet, vt huiusmodi bona alienari non possint, nisi tantum in masculos legitimos, & naturales, & ipsis deficientibus, in spurios.

2 Nam † hoc procederet, si pacisentes dixissent, quod non possit relinquere, nisi legitimis, & naturalibus, &, ipsis cessantibus, spurijs, sed cum alijs conceperint verbis, quæ alias essent superflua, hic intellectus non potest habere locum.

Nec etiam obstat ratio, quòd hæc clausula, & ipsis cessantibus succedant *filij* spurij, debeat intelligi secundum terminos prioris dispositionis præcedentis rationecontinuationis. Quia esto, quòd per illam tantum prohibita esset alienatio, non autem successio ab intestato, prout inferius dicetur, nihilominus huiusmodi repe-
3 titioni locus non est, quando † vna quæq; oratio est de p se perfecta, vt per Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita, nume. 1265. ff. ad Trebel. quod procedit, etiam si clausula subsequens concipiatur, per verbum coniunctionẽ denotans. vt per Barto. in l. Seia. §. Caio, nume. 2. ff. de fund. instruct. Ruin. consil. 176. nu. 5. & 8. lib. 2. Zanch. vbi supra

numero 1266. Et hanc distinctionem tenet Rota, si attè dantur decisiones factæ cum Reuerendissimo D. Cotta in causa Albanen. fideicommissi, & coram R.P.D.M. Aldobrandino in alia Foroliuien. fideicommissi.

Non obstant etiam quæ allegantur contra limitationes firmatas in resolutione facta die 21. Aprilis hoc an-
4 no, quòd licèt † prohibitio sit concepta verbis vniuersalibus, tamen non comprehenditur successio ab intestato, quia contrarium tenuerunt omnes allegati per Gabriel. de fideicommiss. conclus. 9. numero decimoquarto, & 10. numero sexto, Couar. in cap. Raynaldus, numero vndecimo, de testamen. Gozadin. consil. 102. numero sexto, qui in fi. bene respondit ad text. in l. cum pater. §. cum inter, ff. de leg. secundo, & Curt. iun. consil. 215. numero decimosexto, & consil. 226. numero 53. & 54. lib. tertio. Et opinio Angel. consil. quinquagesimoseptimo, est reprobata à Iaso. in l. filiusfamilias. §. diui. in secunda lectura, numero 141. ff. de leg. primo, & Curt. iun. in loco proxime allegato, numero quinquagesimoseptimo. Nec mouit Dominos ratio, quòd licèt sit prohibita alie-
5 natio in vltima voluntate, † tamen non prohibetur successio ab intestato, quæ defertur à lege, quia Docto. allegati per Gabriel. contrarium dicunt, & Ange. negat hoc casu potentiam testatoris, in quo eius opinio à Iaso. in loco supra allegato reprobatur.

Accedit, quòd verba illa, aliquo modo in vltima voluntate relinquere, nihil operarentur, vel si essent restricta ad dispositionem ex testamento tantum, sequeretur quòd paciscentes possent filijs fœminis non condendo testamentum hæreditatem relinquere, & condendo in illarum fauorem eadem hæreditate priuare.

Postremò cum in vltimis verbis permissa sit alienatio ex causa necessitatis cum consensu descendentiũ, &
6 interesse habentium, † quæcunque alia alienatio censetur prohibita. Soc. consil. 251. numero tertio, versicu. postremo maxime, libro 2. Gabriel. de fideicom. conclus. 10. numero 8.

Non obstat etiam, quòd cùm in clausula pacti subsequenti, & si quis ipsorum descendentium, sit facta specialis prouisio in euentum mortis ex prohibitione alienationis, non censetur inductum fideicommissum. Zanchi. in d. §. cum ita. numero 674. cum seq.

Quia Primò placuerunt responsiones D. Burghesij.

Secundò dicebant Domini, quòd in prima clausula vocantur descendentes in bonis ascendentium, in secunda prouideretur, quando paciscentes decederent sine descendentibus, tunc vocantur transuersales, exclusis fœminis, & spurijs vsque ad tertium gradum.

7 Quibus stantib. intrant aliæ limitationes, quòd † hoc casu spurij positi in conditione censeantur vocati, inter quas, licèt Dominis placuerit illa, q̃ desumitur ex Corne. consil. 74. numero 9. lib. 2. & Soc. iun. consil. 158. numero 73. & seq. & consil. 175. libro secundo, & Gabriel. de fideicommiss. conclus. 4. numero trigesimotertio, quibus addiderunt Pau. de Cast. in l. ex facto §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. & Bero. in capitu. in præsentia, numero 232. & 236. cum seq. de probat. quæ videtur verissima ex traditis per Bar. & communiter Doct. in l. secunda, & in l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de lega. primo, nec ab ea videtur discrepare attestatio Couar. in c. Raynutius. §. 3. numero septimo. Quia ipse attestatur de communi, q
8 naturalis faciat deficere cõditionem, quæ † opinio requirit longissimam distinctionem: tamen illam vti exẽplarem circunscripserunt. Sed indistinctè cõplexi sunt aliã, quòd cum in superiori spurij vocentur, non fuit demonstratum, quòd positi in conditione in subsequenti cẽsentur etiam vocati: & allegata in contrarium per Zanch. in d. §. cùm ita. nume. 737. & Rui. consil. 130. num. 8. lib. 2. procedunt, quando positus in conditione in sequentib. verbis esset in præcedenti oratione vno tantum casu vocatus, secus in casu nostro, vbi spurij sunt generaliter, & sic quemcunque casum vocati, vt supra fuit deductum.

Non obstat etiam quòd sub eadem determinatione ponãtur legitimi, & illegitimi. Vnde si legitimi positi in conditione non censentur vocati, ergo nec illegitimi, quia hic vocãtur legitimi, cùm in priori dispositione vocentur. Vnde cùm legitimi positi in cõditione censeantur vocati hoc casu, idem iudicium esse debet de spurijs, vt par sit vtriusque determinatio. l. iam hoc iure. §. 1. de vulg. & pup. l. in testamento. là prima, C. de testamen.

GRASSI.

Legionen. Capellaniæ. Veneris, 23. Martij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Domicilium mutatum esse dicitur ex translatione, alibi facta ad habitandum.*
2 *Originarius vel naturalis loci deserti à patre non dicitur ille, qui alibi conceptus & natus probatur.*
3 *Originarius vt dicatur, requiritur, quòd non solùm quis sit natus in loco, sed etiam parentes ibi domicilium contraxerint.*
4 *Ciuilitas deficit, vbi primum, & maximum ciuilitatis fundamentum deficit.*
5 *Originè renunciari non potest, sed bene amitti commodum & effectus ipsius.*
6 *Origo dicitur immutabilis, & mutationi originis lex resistit.*
7 *Nepos dicitur retinere originem aui, ex communi.*

DECISIO CCCXXVII.

REsolutum, Gasparem non esse naturalem ad effectum obtinendi beneficia in loco de Marsilla ad effectum de quo agitur. Et hoc cum præsuppositò, quòd Antonius transtulerit domicilium ad locum de Muzientes cum omnibus bonis, ita quòd nec Antonius, nec Gaspar retineant bona in loco de Mansilla, &
1 in effectu deseruerint locum de Mansilla, † transferendo se ad alibi habitandum, & placuit ad hoc Afflic. decisio. 384. numero quinto, sexto, cum sequen. vsque ad nume. vndecimum, quia si ciuis originarius habitat extra prouinciam originis, vel extra ciuitatem, dicitur ab eo deserta prouincia, vel ciuitas originis. Bal. in authen. vt omnino. colum. octaua, C. ne vx. pro marit. & plura ad hoc referuntur per Afflict. in loco prædicto. Cùm ergo Gaspar sit conceptus, & natus postquàm Antonius pater deserta prouincia, vel loco agnationis domicilij alibi transtulerit, non potest dici originarius, vel natu-
2 ralis loci † iam prius deserti à patre, sed sequitur domicilium sui patris, cùm maxime in eo loco noui paterni domicilij, & natus sit, & ibidem domicilium, & ipse sibi constituerit. l. filios. ibi, si modo non domicilijs retinean tur. C. de munic. & origi. libro decimo. Addebant etiam aliqui Domini not. per Nicol. de Neap. Bal. Ange. & Castren. in l. huiusmodi. §. legatum, de lega. primo, Abb. in
3 capitu. Rodulphus, de rescrip. qui voluit, quòd † non solum quis sit natus in loco, sed etiam quod parentes ibi domicilium cõtraxerint, vt possit dici originarius, refert Felyn. in d. cap. Rodulphus. sub num. 13. ver. addatis, quę opinio si esset vera, tantò magis esset contra Gasparem, qui nec in loco de quo agitur, natus est, nec pater ibi domicilium

domicilium habet. Addebant, quòd cùm Gaspar, & eius pater non participent de oneribus, & munerib. loci de Mansilla, non possunt dici vere ciues, seu naturales di-
4 cti loci, quia † deficit in eo, quod est primum & maximũ ciuilitatis fundamentũ, vt per Bal. in l. si nõ speciali, C. de testamen. & licet Soc. consil. 35. num. 7. lib. 1. dicat, quòd nunquàm amittitur domicilium originis proprię, tamẽ respondetur per aliquos Dominos, hoc posse euitari in casu nostro, in quo Gaspar propriam originem non habet in isto loco de Mansilla, cùm vt dixi ibi non fuerit
5 natus. Addebatur etiam per aliquos, † quòd licèt origini renunciari non possit, tamen bene videtur posse amitti commodum & effectum originis, sicut in simili quis non potest acquirere originem, & tamen commodũ originis præscribere. Boer. decis. 26. nume. 33. ad idem fuit allegatus Alex. consil. 16. num. 3. in 1. vbi non origo, sed incolatus attenditur, licèt materia sit cõtrouersa. ad idẽ Soc. iun. consil. 37. num. 9. & 10. in primo, vbi, quòd potẽtius est ius in forum domicilij, quàm originis. Ias. in l. si arrogator, num. 48. de adop. licèt alij velint magis attendi originem, quàm domicilium habitationis. Crot. in ru-
6 bri. sol. matri. nu. 37. quia † origo est immutabilis, & mutationi originis lex resistit. l. filios, & l. origine. & vtrobiq; Ioã. de Plat. etiam l. assumptio. ff. ad municip. de quo per Felyn. in d. c. Rodulphus, num. 13. & 14. per Alex. in d. l. huiusmodi. §. legatum. per Boer. decis. 13. nume. 3. & per alios in varijs locis, sed quia materia visa est difficilis, & late controuersa, ideo super hoc capite nihil est firmatũ, licèt multi inclinare viderentur potiorem esse incolatũ, quàm originem, de quo alias.

Nunc autem in primo capite supra in principio relato Domini erant concordes, Gasparem non dici naturalem stante desertione loci de Mansilla facta per Antonium patrem. An verò respectu incolatus, & domicilij aui ipsius Gasparis in d. loco de Mansilla, possit Gaspar
7 dici naturalis, quia † secundum communem nepos retinet etiam originem aui. Boer. in d. decis. 13. nu. 6. & 8. poterit particulariter videri, si pars petat.

GRASSI.

Zamoren. Spolij. Die 18. Iunij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad cedendum, & offerendum liti debet esse speciale.*
2 *Mandatum ad protestandum non sufficit, vbi agitur de protestatione declarationis animi domini.*
3 *Protestatio & obligatio debet fieri parte citata.*
4 *Principale quando est liquidum, accessorium illiquidum, non cogitur creditor recipere principale, nisi accessorio oblato.*
5 *Intimatio non sufficit fieri procuratori generali.*

DECISIO CCCXXVIII.

FVit conclusum, spoliũ, de quo agitur, non esse purgatum ad effectum, vt fraternitas possit vitare cõdemnationem fructuum pro tempore huiusmodi spolij. & dixerunt Domini neutram oblationem siue requisitionem sufficere ad huiusmodi purgationẽ. Non
1 enim prima sufficit, quia † non constat de speciali mandato ad cedendum, & offerendum liti, quod requiritur. Tiraq. de retrac. lign. §. 1. gl. 10. nu. 91. 94. 95. & 97. Cùm enim prædicta oblatio contineat cessionem litis quoad possessionem omnimodam, in ea videtur requiri mãdatum speciale. Primò, quia ista cessio est confessio quædã siue agnitio, in qua vr omnino requiri sufficiens mandatum, vt in fortiorib terminis vr velle Ægid. decis. 198.

Secunda cùm hoc non cõcernat ademptionem neq; bonorum neq; litis, & non possit esse notum hoc priori, nisi quatenus procedat à persona principali, in hoc casu requiritur speciale mandatum ad denunciandum, & protestandum, vt per Bar. *in* l. 1. §. permittitur. ff. de libe. agno. Nec faciebant difficultatem illa verba ad requirẽ. protestã. &c. Quia dicebãt debere intelligi sup p̃missis in cõcernentib. expeditionem causę, non aũt ad cedẽ. ga cũ hoc dependeat ab animo, d. mandatum speciale requiritur. Et licèt adsit mandatũ ad protestan. dicebãt nõ videri
2 sufficere in hoc casu, in quo † agitur de protestatione declarationis animi Dñi. Qua pp qui aliàs potest protestari, non põt in hoc casu per supra allegata. Quia tamẽ si ex hoc capite solum materia esset decidenda, posset habere difficultatem, ex alijs deductis cessare oẽ dubiũ, tũ
3 maximè quæ tertio loco allegabatur, nempe quia † oblatio, & protestatio p̃dicta debuit fieri parte citata. Ias. cõsil. 9. nu. 15. li. j. hæc aũt licet fuerit facta in actis, nõ fuit facta parte citata, & cõiter non dr̃ adhuc in actis. Cassad. decis. 7. in fi. de appella. Tum & quartò, quia non fuerũt oblati fructus, dicebatur enim videri claram iuris conclusionem, quod qñ vnũ debitũ est principale, & aliud
4 accessorium, prout videbatur hoc esse, quamuis † accessorium sit illiquidum, nõ cogitur creditor recipere principale, nisi accessorio oblato. Alex. in l. quidam existimauerunt, num 8. ff. si cer. peta.

Non dicitur etiam purgatum per sequentem oblationem fructuum ab Abbate, tũ quia non constat, quod esset Abbas, tum etiam quia militat eadem ratio de non oblatione fructuum. c. conquerente. ca. graui. de restitutio. spoliato.

Placebant etiam deducta per informantes, quod intimatio non fuit facta personaliter Dom. Ioanni absen-
5 ti, cùm † nec procuratori generali sufficeret fuisse intimatam. glo. in clemen. causam. versicu. intimatio vera, in verbo, appellatum, & ibi Cardi. quæstio. septima, de electio. maxime stante appellatione pro parte confratrum ab admissione iurium d. Ioan. vt in quinto præsuppositò post prædictam interpellationem, per quam appellationem dicitur recessum à prædicta requisitione, & oblatione, ex deductis pro hac parte, quæ magis Dominis placuerunt, quàm exemplo deducta per confratres.

GRASSI.

Gerunden. anniuersariorum. Die Veneris, 4. Martij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio quæ non potest fieri, nisi in vim statuti, non censetur facta nisi in vim eiusdem.*
2 *Actus in æquiuocis censendum est fuisse factus prout melius expedit facienti.*
3 *Clausula, omni meliori modo, quando ei est adiuncta copula, & alias, stat ampliatiuè.*
4 *Nominatio est magis referenda ad intentionem beneficiatorum, quàm fortè ad facultatis veritatem.*
5 *Nominatio facta sine vlla potestate præcedente, quo casu valeat.*

DECISIO CCCXXIX.

FVit resolutum, quòd si nominationes non poterant
1 fieri, nisi in vim statuti Bertrandi, non † videtur du-

bium, quòd censentur factæ in vim eiusdem statuti, l. secunda, de acquiren. possessio. l. quædam mulier. de rei vẽdica. Si vero poterant fieri ex alia etiam facultate, puta vigore, vel consuetudinis, vel alterius statuti, vel de iure communi, quòd se non restrinxerint beneficiati. Nam vt bene deducitur per informantes pro beneficiatis ab anno 1505. vsque ad annum. 1521. inclusiue simpliciter, & nulla habita mentione prædicti statuti nominauerunt. ab anno autem 1523. vsque ad annum 1547. inclusiue expresse dixerunt etiam iuxta alia statuta, & laudabiles consuetudines hactenus obseruatas, ab anno 1549. vsque ad annum 1567. præsentarunt omni meliori modo, & similiter se habent duas sequentes: Vnde ex his inferebatur per Dominos, quòd si alia competebat facultas, beneficiati non se restrinxerint. In dubio
2 enim & † in actibus æquiuocis cẽsendum est, actus fuisse factos, prout melius expedit facienti. l. prima, & secunda, ff. de solut. Coro. consil. 338. numero quinto, lib. primo, Abb. in capitu. cum super. sub numero 12. versi. si sumus in dubio, vbi Felyn sub numero 10. & Dec. sub numero 12. extra istos casus. de offic. delega. Grat. consilio 70. numero 18. lib. primo, cum plurib. concord. Et pro non restrictione perpendebant etiam clausulas, & alias
3 omni meliori modo: huiusmodi enim clausula, † quando ei est adiuncta copula, & alias, semper auget alios modos vltra expressos, & non stat restrictiue, nisi quãdo ponitur simpliciter, & sine copula. Achil. de clausul. decis. prima, & sæpe fuit dictum in causa Roman. donationis 50000. coram R.P.D. Aldobrandino, & dixerunt etiam alias fuisse tentum in vna oxomen. portionis coram Vestano. 20. Iunij, 1584. & passim tenet Rot. Et addebant aliqui Domini, quòd cùm simus in interpretanda mente, & intentione beneficiatorum qui nominarũt, actus
4 † nominationis magis est referendus ad eorum intentionem, & mentem, quàm fortè ad veritatem facultatis eorum, quia videmur versari in materia, in qua opinio præualet veritati, iuxta l. is qui putat, cùm no. de acquir. hære. Dec. consi. 14. nume. 6. & 127. nu. 4. quo enim animo nominarunt, videtur iudicandum ex eorum opinione, cùm, vt dixi, ipsi plura deduxerunt, non autem ex
5 sola dispositione statuti Bertrandi. Si † tamen nulla alia potestate hoc potuerunt facere, placuit, quòd tunc intraret consi. Rom. 343. nume. 9. Natt. consi. 312. num. 9. vol. 2. post Bal. quem allegat in l. si duo. de acquir. hære. plura cumulat Aym. consi. 186. num. 9. An autem alia potestas nominandi beneficiatis competeret, & cui incumbat onus probandi extare alia statuta, vel præfatam aliam facultatem, particulariter erit videndum.

GRASSI.

Hispalen. pensionis. 250. Die Lunæ, 29. Nouembris. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum appellatione, qui etiam residentibus dari solent, non veniunt distributiones quotidianæ. & nu. 2. Limita, vt num. 3. & 4.*
2 *Distributiones non dicuntur fructus beneficiorum, sed potius dantur ratione certi ministerij personalis, & interessentiæ.*
3 *Stylus quo olim reseruabantur pensiones etiam super distributionibus, non probatur de tempore Clementis.*
4 *Fructus canonicatus si probarentur non esse verè distributiones quotidianæ, pensio super his constituta dicitur.*
5 *Distributiones ex consuetudine etiam propriè dicuntur, quæ residendo & interessendo pro parte anni, lucrantur pro toto.*
Item propriè distributiones dicuntur, quæ actu distribuuntur.
6 *Fructus propriè dicuntur, quando libere, & in absentia percipiuntur.*

DECISIO CCCXXX.

1 FVit firmata regula contra D. Melchiorem, ꝙ † appellatione fructuum etiam residentibus dari solitorum non veniunt distributiones quotidianæ, quia aliud est residentia, & aliud interessentia. Doct. omnes. in capu. licèt nobis. de præben. & in cap. vnico, vbi in specie Gemin. §. fina. nume. 5. de cleri. non residen. in 6. Casiad. de cleric. non residen. decis. vnica, num. 1. in fi. & nu. 2. vbi de communi. Mohed. decis. 182. Et vt aliqui ex
2 Dominis dicebant, ratio est, quia † hæ distributiones non dicuntur fructus beneficiorum, sed potius dantur ratione certi ministerij personalis. Imo. in d.c. licèt. prope fi. Rot. in antiq. 33. de re iud. & 39. de præbẽ. in antiq. & 26. de prẽb. in nou. Et quòd distributiones quotidianæ non dentur ratione canoniæ simpliciter, sed ratione interessentiæ, & ministerij personalis, dixit Old. consil. 118. nu. 1. 2. & 3. & per tot. Fely. in ca. ad aures. col. 8. nu. 14. Boer. decis. 340. nu. 4. ver. quia non sunt de corpore beneficij, & ver. & istam partem, vbi quamplures cumulat. Cùm igitur in reseruatione proposita fiat mentio de fructibus in continua residentia solitis, circũscripto communi stylo loquendi, non veniunt distributiones quotidianæ, cum dentur fructus debiti residentib. qui sunt separati à distributionibus per supradicta.

Non ob. decis. 8. Achil. de pension. Quia immo in fine probat prædictam regulam iuri communi, ipsa autem
3 decis. vt in ea loquitur, procedit de æquitate, quia † tunc temporis passim reseruabantur pensiones etiam super distributionibus, qui stylus non probatur de tempore clementis, quo pensio de qua agitur, fuit constituta.

A præfata regula, vt supra constituta excipiebãt Dñi duos casus. Primus est, si probari possit, quòd idem stylus, de quo in prædicta decis. Achil. vigeret etiã tempore Clementis. 7. tunc. n. intraret ratio, & æquitas, de qua in eadem decisione, & subsistineri posset pensio. Secũdus
4 casus † est, si probaretur, ꝙ fructus canonicatus de quo agitur, & super quibus dicitur constituta pensio, verè & propriè non sint distributiones quotidianæ: nam hoc ẽt casu dicebant consistere pensionem præfatam generaliter super fructibus, redditibus, & prouentibus in continua residentia lucrari solitis reseruatam. Et aliqui Domi
5 ni valde dubitabãt, an istę propriè essent distributiones, si verum † est, ꝙ dicitur, ꝙ residendo, & interessendo ꝑ parte anni lucrantur pro toto: nam dicebant videri, ꝙ hæc consuetudo valeat, per ea quæ dicit Gem. in c. tenore. & idem Præpos. qui ponit eadem verba, 31. distinct. idem Gemin. in c. vnico, in princ. numero 5. de cler. non residen. in sexto. Vt enim dicit glo. in verbo, in tot. in extrauagan. vnica, ne sede vacan. quam sequitur Gemin. in dicto capitu. vnico, §. primo, in fine, distributiones quotidianæ propriè dicuntur, quæ actu distribuuntur. Si ergo fructus, de quibus agitur, non essent propriè, & verè distributiones, licèt etiam propriè non essent fru-
6 ctus in portatis, qui † propriè dicuntur, quando liberè, & in absentia percipiuntur, iuxta Mohed. decisio. centesima octuagesima secunda, ibi, idest ad fructus, qui propriè dicuntur fructus. s. qui libere, & in absentia percipiuntur, tamen pensio super eis diceretur reseruata, quia Papa etiam super istis voluit, quòd reseruata

seruata esset ista pensio. Et ita non obst. in hac prædicta decis. Mohed. 182. allegata.

GRASSI.

Hispalen. pensionis, 250. Die Mercurij, 9. Martij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Stylus decisorius est legitimè probandus, nec sufficit extraiudicialis informatio.*
2 *Stylus vt probetur, quomodo sint formandi articuli.*

DECISIO CCCXXXI.

1 FVit dictum, stylum, de quo agitur, ex deductis per Melchiorem legitimè probatum nõ videri. Nam aliqui Domini dicebant, † stylum decisorium esse legitimè probandum, nec sufficere extraiudicialem informationem. Soci. consi. 36. num. 11. & consi. 39. numero 28. & 29. lib. 3. maximè vbi agitur de graui præiudicio, vt in isto casu, vt per Soci. ibidem.

Non obstant supplicationes prædictæ, quia sunt paucæ numero, item procedunt omnes penè ab eodem fonte, nec constat quod tunc canonicatus Hispalen. constiterit solum in distributionibus quotidianis.

Fides Ministri R.D. Datarij quibusdam Dominis potius faciebat dubium contra stylum. quando enim reseruantur quòd regressus & fructus, soluitur medietas fructuum expressorum, Item quando reseruatur stallum in choro, regressus, & fructus absque mentione distributionum, soluitur integra quantitas fructuum expressorum, demptis quinque vel decem ex gratia, sed in primis aliquod actum in prima, cùm fructus exprimuntur 80. & soluuntur 90. & sic illud plus potuit esse pro distributionibus. similiter in tertia fructus exprimuntur 24. & soluuntur 95. & quamuis adesset etiam dispensatio, secunda huic correspondet, & in effectu post multa firmatum fuit, stylum non esse sufficienter probatum, nisi sty-
2 lus † deducatur, quòd non esset solitum fieri mentionẽ de distributionibus quotidianis in istis canonicatibus. Item probetur quòd tunc temporis consisterent fructus in distributionibus, prout hodie. Ideo voluerunt, quòd fieret maior diligentia citata parte, & quòd stylus probetur formiter.

GRASSI.

Ciuitatis Castellan. bonorum. Die Mercurij, secunda Iunij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia indefinitè, & simpliciter venit appellatione mobilium.*
Fallit in pecunia in arca reposita, vbi mobilia sunt ad vsum domus destinata, & ibi perpetuo mansura. num. 2.
3 *Donatio facta de mobilibus & pertinentijs domus, debet intelligi de his quæ pertinent ad domum instructam.*
4 *Legati appellatione simpliciter facti non venit pecunia parata ad expendendum.*

DECISIO CCCXXXII.

1 DIxerunt Domini, quòd licèt regula sit, quòd † appellatione mobilium indefinitè & simpliciter veniat pecunia, Dec. consi. 381. & 472. & apostil. ad Dec. in l. singulariter, si cer. pet. reprobando opinionem Alciat. contrarium defendentis. Tiraq. de retract. §. j. glos. 7. nume. 103. Alex. & Doct. in l. mouentium, de verb. signific. tamen propriùs ad quæstionem nostram in donatione mobilium non indistinctè facta, sed magis restricta ad mobilia in domo vel in certo loco existentia, Domini firmabant regulam, venire omnia in donatione prædicta quæ ita sunt in domo, vt perpetuo ibi sint ad vsum
2 domus, consequenter † non venire pecunias in arca repositas, quæ sui natura non sunt ad vsum domus, neque vt perpetuò ibi remaneant, sed magis vt expendantur. hanc regulam dixerunt probari per plura iura, & videtur tex. clarus, in l. prægnantia. ibi, nihil excepto cum omni instrumento, & repositis omnibus non contineri pecuniam numeratam, nec instrumenta debitorum, ex quibus verbis videbatur, aliquis ex Dominis confundi doctrina Dec. & Curt. iun. exemplo alleg. ad idem allegabatur tex. in l. si ita legatum, de leg. 3. ibi, quęque mea ibi erunt, non contineri nummos, &c. ad idem l. generali. §. vxori. ff. de vsufruct. leg. qui tex. bene seruit in ratione, nempe quod merces & venalia non veniunt in simili legato, quia non sunt permansura in domo. ad idem allegabatur distinctio l. si chorus. §. primo. ff. de legat. tertio. l. si fundus, eod. ad idem Afflict. decis. 106. num. 6. Bertran. consi. 162. num. 1. lib. j. Et licèt Paris. consi. 67. nu. 12. cum seq. lib. 1. tenuerint contrarium, tamen idem consil. 80. num. 48. lib. 2. sequitur Corn. in allegato consi. 49. lib. 3. qui tenet hanc opinionem. Et dicebant Domini, quòd cùm donatio facta D. Alexandro, sit de mobilibus
3 & pertinentijs domus, debet † intelligi quod veniant ea quæ pertinent ad domum instructam, nempe suppellectilia & alia causa domus parata, & quæ in effectu perpetuo sint ad vsum domus permansura, & hunc videri verum sensum verborum donationis, de qua agitur, per supra allegata. Et in hoc Dominis non placebat differentia inter legatum & donationem generalem & vniuersalẽ, ex prædictis iuribus & alijs per eos allegatis. Quia tamẽ d. l. si chorus. §. j. item d. l. si legarum. item l. si mœnia. videtur in hoc distinctè loqui, vt in huiusmodi † legato non
4 veniat pecunia parata vt expendatur, veniat tamen pecunia præsidij causa reposita, & quæ thesauri siue deliciarum loco sit habita. Dixerunt Domini quòd si concludenter possit probari per D. Alex. pecuniam, de qua agimus, fuisse huiusmodi, ea veniet in donatione, de qua agimus, ex distinctione præfatorum iurium.

GRASSI.

Burgen. iuris sepelien. Die Lunæ, 5. Iulij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Sepulturæ ius dicitur esse liberum.*
2 *Dispositio dicitur esse lex, & vt lex est seruanda.*
3 *Literæ pœnitentiariæ permittentes retineri maioritatum, & non astringi ad obseruantiam iuramenti, ex dispositione testatoris, dicuntur continere dispositionem contra ius commune.*
4 *Clausula, ac si dictæ literæ non emanassent, videtur reducere totum negotium & statum pristinum.*
5 *Electio sepulturæ vbi non est facta per defunctum, debet sepelliri in sepulchro maiorum suorum.*
6 *Promissio eligendi sepulturam liberè facta à defuncto, valet: secus si ad alterius instantiam.*
Idq; tantò magis, si fuerit iurata, nisi ad sugestionem fuerit facta. num. 7.

DECI-

DECISIO CCCXXXIII.

POst multa dixerunt Domini, ius commune magis assistere monialibus, licèt enim in hac materia in genere & indefinitè proposita ius † sepulturæ sit liberum.c.j.& c.cum liberum,cum cap.seq.de sepult.iunctis trad.in c.j. de sepult.in 6. cum pluribus alijs in alia positione plene deductis, tamen in hoc themate proposito,vbi iuri communi superuenit alia dispositio iure cõmuni pariter recepta & permissa, prout in quæstione proposita,& fideicommissum,& alia,de quibus agimus, tunc hoc ipsum magis verè & in specie in hac materia dicendum esse ius commune visum est Dominis , & videntur omnino recedere à terminis prædictis iuris cõmunis,& indeterminatè tunc dicebant, quòd qui maioricatum instituit iure communi, optimè et potuit imponere legem,quam ipse voluit,vt in iure communi est frequentissimum † quòd dispositio lex dicitur,& vt lex seruanda est.vulg.§.disponat. faciunt latè trad.in l.j.C.de sacrosan.eccles. Totum est enim,donatores posse imponere leges rebus suis & in fauorem tertij,quas voluit, de iure communi, quæ per eorum hæredes reuocari nõ possunt. Bart.in l.qui Romæ.§.Flauius, de verbo.obligat.& Alex.ibi col.penult. sub num.9. versic. vltimus est casus. item Ias.col.9.versic.tertio limita. Gabriel.de donat.concluſ. 5.num.2.Clar.in §.donatio.q.13.ad fin.qui plura allegant & communem referunt . Quibus veris existentibus placuit hoc ius institutionibus & fideicommissis. Item iura per Illust. D.Petrum apposita super eius obseruatione debere attendi, & dici in hac materia vere ius commune,per multa latè deducta in positionibus huius causæ. Literæ autem sacræ pœnitentiariæ quæ huic negotio superuenerunt, videbantur necessariò continere dispositionem contra ius cõmune,quia † permittebant, quòd ille retineret maioricatum , & non seruaret quod promiserat cum iuramento ex dispositione testatoris, quæ literarum dispositio necessariò videtur contra ius commune.l.si diuersa, & l.si quis maior. C.de transact. Si enim nolebat iuramento adstringi, debebat dimittere maioricatum. res enim cum sua causa transire debet. Præfatæ ergo literæ ius speciale siue obstaculum,siue impedimentum, siue etiam dispensationem inducere videntur, quæ hanc dispositionem hominis in hac materia de re sua disponentis impediunt, & Illust.D.Petrum qui acceptando prædictum maioricatum cum suo onere quasi contraxit, & iureiurando item pacto se obstrinxit, dispensare, & gratiam siue ius singulare ei concedere videntur,non autem ius commune.tunc const.fe.rec. Pij V.reducens omnia in pristinum & moderans literas pœnitentiariæ,non videbatur auferre ius quæsitum,sed magis tollere impedimentum & obstaculum. Perpendebant etiam aliqui ex Dominis clausulam , † ac si dictæ literæ non emanassent, quæ videtur reducere hoc negotium ad statum pristinum , hoc est , ad ius, in quo erat ante prædictas literas. ad trad. post alios per Paris. cons.44.nu.6.& 7. lib.4. Ergo per hoc redimus ad prædictum fideicommissum & statum ante prædictas literas,quo ius commune assistebat Monialibus per prædicta,& addebant,quòd motus proprius Pij V.& hæc tota materia non videtur exorbitans, sed fauorabilis reducens,vt supra. Maximè cùm de iure † communi si nulla esset facta electio de sepultura , deberet iure communi inspecto D.Petrus sepelliri in sepulchro maiorum suorum.Aym.cons.10.num.6. facit tex.in c.is qui, de sepult. in 6.& in c.j.& 2.eo.tit. Hinc addebant aliqui Domini, quòd ius eligendi sepulturam est ius speciale contra ius commune prædictum.vt per Prob.in addit.ad Ioan.Mõnac.in d.cap.j. num.3. & per Ioan.And.ibi num.5. item Anchar. consil.160. sub numero 2. versic. item electio. cum similib.

Non obst.c.cum liberum . item Felyn.in c.ad audientiam.cum alijs exemplo deductis . Quia non procedunt † vbi quis libere se obligat,sed vbi ad instãtiam parochi vel alterius inductus promittit. & ita arguebant ex d.c.j. de sepult.in 6. per locum à contrario sensu, ibi, ad promittendum inducant, vt apud eorum ecclesias sepulturas eligant, & sic non simpliciter promissio prohibetur, sed tantum promissio facta ad suggestionem religiosorum,& sic pactio seu inductio.& glos.ibidem in verbo, sepulturam.subdit rationem,quia cùm hoc sit spirituale pactũ,interuenire suggestio non debet.vulg.c.pactiones, de pact.cum simil. Imò sola etiã inductio religiosorum videtur prohibita in d.c.j. cùm enim ibi non loquatur de laicis,sequitur,quòd prohibitio & pœna in eis locum non habeat.ita arguit Ioan.And.circa prin.in versic.quã nisi clerici.quem sequitur Franc.ibi, in j.not.& Gemin. num.4. Et prædicta ex mente Ioan.And.in d.c.j.num.2. & Doct.ibi. Vital.in clem.cupientes , num.83. de pœn. quæ ad hoc vt tex.in d.c.j. procedat,requirit inductionẽ prædictam cum alijs allegatis ad hoc.Et bene videtur facere Aym.d.cons.10. num.12. & 13. qui ita videtur intelligere prędictum cap.primum.Secus † ergo est in promissione iurata, non facta ad sugestionem, vt in casu nostro. Ordinationem enim huiusmodi iuratam tenetur quis seruare Spec. in §. compendiosæ, nume.26. de instrum.edit. & in tit.de sepult. num.6. Hostien.quem sequitur Sum.Ang.eod.num.40.Et (quicquid senserit Anchar.d.cap.j. sub num.2.& ibidem Pet.de Rauen.qui tamen functorie loqui videntur) alias fuit resolutum in hac causa , quòd D.Petrus sic iurans erat adstrictus seruare iuramentum .

GRASSI.

Ciuitatis Castellæ bonorum. Die Lunæ , 16.Maij . 1575.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia rarò conseruatur vt thesaurus .*
2 *Pecunia, vt præsidij causa conseruari dicatur , debet constare eam positam esse in loco ad perpetuam conseruationem .*
3 *Pecunia quæ probatur expensa in seruitijs amicorum, non dicitur posita ad perpetuam conseruationem .*
4 *Mens legis magis quàm verba attendenda sunt .*
5 *Testis deponens, pecuniam à defuncto conseruatam fuisse ab annis 30.vel 40.probat conseruationem .*
Idem etiam si familiaris deponat non recordari vidisse dictas monetas,nisi vna vice tantum.num.6.
7 *Pecunia si probetur commodata & non mutuata , vel redempta,dicitur probari conseruationem .*
8 *Testes singulares in materia difficilis probationis , probant saltem adminiculatiuè .*
9 *Intellectus l.si chorus. §.1. de leg. 3. ex varietate locorum & temporum, sumendus est .*

DECISIO CCCXXXIIII.

LIcèt plures Domini inclinarent, pecuniam,de qua agitur, non videri fuisse d.Tiberio præsidij causa vel loco thesauri habitam , tamen aliqui contrarium sentiebant, nempe censeri conseruatam præsidij loco.

loco. Qui primam opin.sequebantur,mouebantur, primò per regulam generalem, quòd † rarò pecunia conseruatur vt thesaurus . Corn.cons.49.num.11.lib.3. Paris. cons.25.num.73.in fine, lib.2. Secundò magis in specie perpendebant verba tex.in allegata l.si chorus.§.j. de legat.3.quę sunt seq.his verbis,quæ mobilia mea erãt,do, lego,nummos ibi repositòs vt mutui darentur, non esse liberos , Paulus ait , at eos quos præsidij causa repositos habet , vt quibusdam bellis ciuilibus parati essent , legato contineri , & sæpe audisse rusticos senes ita dicentes, pecuniam sine peculio fragilem esse, peculium appellantes, quod præsidij causa reponeretur. Et aduertebant,q omnes penè interpretes ibi ad hoc, vt † pecunia sit præsidij loco,adnotant, quòd perpetuò debet esse in loco,& Goffred.ibi.late exponit.& ideo paterfamilias ad perpetuam conseruationem in dicto loco posuit. Odofred.vi derur distinguere peculium illud à pecunijs , quas quis habet singulis diebus ad expendendum . Bart.etiam dicit nummi repositi vt mutuo darentur,non videtur esse in loco,secus si vt pepetuo ibi sint. Florian. exponit post Rayner. illud verbum , præsidij , per tex.in l.si omnes.§. qui capti.ff.de re milit.vbi ille qui est in præsidio, & non reuertitur,habetur pro transfuga.Bud.exponit,in præsidio,hoc est in statione.Testes non videtur secundũ prædictos Dominos bene probare ista requisita , quòd hæc pecunia retineretur vt perpetuo ibi esset loco præsidij. Quia licet testes dicant, quod non ita passim expendebat,tamen † dicunt, quòd expendebat in seruitijs amicorum.Darius Bellus,super primo,in fine. Laur.Petron. super interrogatorio, & super secundo, quòd amicis aliquando commodabat aliquas ex dictis pecunijs . Apparet etiam hoc,quia fere omnes testes deponunt , q istas monetas pignorabat, reluebat, & id faciebat etiam pro amicis. Nõ erat igitur vti thesaurus cõseruatus,sed quia affectionem habebat ad illud genus monetarum , quia sunt preciosiores, quàm quod esset vere peculium præsidij causa,quia illud fuisset statutum ex quibuscunq; monetis.Idq; tantò magis, quia Petrus Albanen.deponit,q ex illis extraxit quosdam pro inaurando,tabernaculo.Et sic non videbatur ijsdem Dominis quomodo posset dici,quòd pecuniæ essent tales vt perpetuo ibi essent collocatæ præsidij causa.

Qui contrarium tenebant, dicebant potius videri attendendam esse subiectæ materiæ proportionem & rationẽ,quàm ex futuro iure,& tũc † inquit Rom eam reciprocare debet interpretationem,& magis mentem & intentionem illius tex. esse intuendam quàm literarum corticem.arg.l.nominis & rei.§.verbum ex legibus.ff.de verb. signif. not.in l.scire leges.ff.de legib. cum pluribus concordan. Mens ergo d.l.si chorus.§.j.& similium,vt etiam sentit Odofr. supra relatus . & aliqui alij , videbatur esse secundum prædictos Dominos , vt distinguantur pecuniæ domi existentes,quæ ita ibi sunt, vt expẽdantur pro vsu & commercio quotidiano, ab illis pecunijs, quæ ibidem seruantur pro necessitatibus , quæ contingere possunt,& in quas cadat desiderium, vt domi propriæ quandiu pro necessitatibus licuerit, seruentur. & quia nõ omnino sunt aliæ pecuniæ,quæ regulariter tenentur, prętò sint sumptibus vel commercijs quotidianis , & ad hæc secundum eos pertinere videntur verba d.§.j.& aliorum in vltima positione allegatorum , nempe quatenus distinguitur pecunia reposita vt expendatur, à pecunia reposita quæ sit loco præsidij.dicebant ergo in casu propositio,pecuniam, de qua agitur, per Tiberium fuisse conseruatam pro necessitatibus suis & amicorum.& ad hoc propositum præsidij loco, & multa alia ex dictis testium ponderabant,de quibus per informantes, & in specie illa verba tertij testis . iuxta septimum interrogatorium, qui † ait, quòd dictas monetas aureas conseruauerat ab annis 35. vel 40. citra. Item secundus testis ad primum articulum ibi,quod duplones & ducatos aureos veteres, & scuta auri , quas monetas ipse Tiberius conseruabat pro suo beneplacito , & suis necessitatibus , deponit de auditu à Tiberio,& subdit rationem,quia habebat alias pecunias ad expendendum, & sic aperte iste testis ex mẽte ipsius Tiberij distinguit, has pecunias conseruatas ab alijs paratis ad expendendum.Ad idem videbatur adminiculari testis super primo articulo, qui deponẽs de eisdem monetis aureis exponit , quòd erat vox & fama, q multas habebat,quas libenter non expendebat, nisi pro seruitijs amicorum, qui tamen testis ita in genere deponens, si coadiuuetur & concilietur cum alijs testibus, vt passim sit in materia testium , & potissimum declaretur à dicto secundo teste de auditu ab eodem Tiberio, qui melius est informatus & magis in specie deponit , confirmabit hanc pecũniam magis repositam & conseruatam haberi, & sic videri præsidij causa , quàm paratam ad expendendum. Ad idem videtur facere idem primus testis,iuxta septimum interrogatorium, dum ait , quòd in 10.& 8.annis quibus testis stetit ad seruitia dicti Tiberij,non † recordatur vidisse dictas monetas,nisi vna vice tantum, & sic non loquitur de alijs.Vnde videtur colligi argumentum , quòd repositas & reconditas magis quàm cętera tenuit.idem quartus ad primum articulũ, qui loquitur de istis pecunijs & similibus antiquis agregatis ait , quod reposuit & conseruauit, prout faciebat de prædictis.

Non obst. secundum prædictos Dominos , quòd aliquando prædictas pecunias pignori dabat , quia immo magis ex hoc ipsi contrarium argumentum sumebant, quia eosdem in indiuiduo recuperabat, & reluebat, vt passim dicunt testes.& ideo † non simpliciter mutuabat, sed vel addunt, commodabat , vel deponunt de redemptione, quasi stante reluitione prædicta magis commodatum quàm mutuum deberet dici, & ista videbatur eis apta conciliatio ad omnia dicta testium.pignorando ergo & reluendo videtur colligi affectio & argumentum conseruandi. Nec displicebat hoc casu allegatio Tiraq. de retract. in præfat. num. 36. de qua per informantes Domini Alexandri.Et quamuis testes viderẽtur singulares, tamen dicebatur, eos esse ita inuicem iuuandos, vt dicantur contestes,vt per eosdem informantes, & in dubio hoc est iudicandum,per vulgar. vel saltem,quòd singularitas esset adminiculatiua, maximè in materiã difficilis probationis, nempe ad † probandum mentem & intentionem Tiberij deponẽtis , item factum secretum eiusdem, quibus casibus leuiores probationes sufficiũt, per vulg.& latè Gabriel.de testib. Et tantò magis, si constaret de dolo & culpa aduersariorum in expilanda hæreditate, & prætenditur probatum esse, sine tamen veri præiudicio. Quibus stantibus dicebatur,non obstare supra in contrarium adducta, nempe,quòd si expendebãtur pro seruitijs amicorum, & Tiberij, ergo non perpetuò conseruabantur. Quia immo colligitur animus conseruandi perpetuus ex prædicta reluitione , & sic intentio & mens Tiberij erat perpetuo conseruare , licèt per accidens aliquando commodaret, vel mutuaret contra formam & naturam pecuniæ, firmo prædicto animo recuperandi,& affectu reluitionis seruato. Secundò dicebant esse pro solis necessitatibus & seruitijs tum sui, tum amicorum,& sic secundum terminos d.l.si chorus. §.j.secundum hanc subiectam materiam eam intelligẽdo, & magis mẽtem quàm verba & corticem intuendo , vt dixi , ex † varietate locorum & temporum sumendo intellectum

intellectum illius l. & applicando huic themati, prout res patitur, in quo dicta pecunia probatur, non passim, neque in quemcunque vsum fuisse paratam expēdi, sed rarò, & in solū casum seruitij & necessitatis. Et licèt plures Domini tenuerint primā opinionem, vti magis d.§.j. conuenientem secundum eos, tamen, quia aliqui etiam hanc opinionem vti æquiorem sequebantur, & alij Domini pro multitudine & difficultate causarū huius diei sibi nō omnimodo satisfacere potuerant, dixerunt quod iterum proponatur.

Demum die Veneris, 17. Iunij, 1575. fuit resolutum non cōstare, pecunias istas repositas fuisse prędisidij causa.

GRASSI.

Iacen. portionis de Anso. Die Veneris, 15. Aprilis. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Excessus valoris fructuum, ex quibus probetur.*
2 *Testes affirmatiuè deponentes, debent præferri negatiuè deponentibus.*
3 *Valor monetæ in curia debet attendi, non valor fructuum. Idq; eo magis, vbi non agitur de expeditione literarum in curia. num. 4.*
5 *Valor beneficij à Nuntio collati, non debet interpretari secundum regulam de valore.*
6 *Facultas conferendi Nuntijs concessa, non debet ita latè interpretari, vt comprehendat ea quæ aliàs non comprehenderentur.*

DECISIO CCCXXXV.

DVbitaui, an constet, quòd fructus excedunt 24. in casu de quo agitur. Et fuit dictum per Dominos, quòd si tertia non est deducenda, quæ adimitur absentibus, clarum est, probari excessum, etiam secundum testes vtriusque partis. Quod autem nō esset deducenda, placebat aliquibus Dominis ex his quę infra dicentur. Sed & tertia quoq; deducta, fuit formatum, quòd Petrus clare † probat excessum valoris per primum, & tertium testes, qui ambo dicunt deductis 1 oneribus & deponunt de decennio sterili cum fertili cō putato, & per tertium testem Dominici, qui clare dicit ad decimumquintum interrogatorium, quòd deductis oneribus & tertia valet 32. scuta de camera, & super hoc teste fiebat magna vis, quia est testis aduersarij, & fuit receptor præfatorum fructuum, & quamuis videatur referre se ad librum, tamen non simpliciter se referendo dicit, sed subdit, & ad maiorem cautelam. Et coadiuuatur ex dicto quarti testis etiam aduersarij, qui dicit, q̄ est arrendatum in mille solidis, qui constituunt 50. scuta. & quamuis dicat quod ignorat onera, tamen satis est quòd alij testes deponant deductis oneribus. Et idem dicit sextus testis, super quo tamen non fiebat multū fundamentum, quia est de auditu. Placuerunt igitur prædicti tres testes, qui bene deponunt, & quartus qui multū adiuuat. Coadiuuantur etiam ex sententia ordinarij, qui in partibus certā potuit habere notitiā. Exemplo fit fundamentum super quatuor testibus, qui non ita certe & constanter deponunt, quia dicunt parum plus vel minus. Et quamuis duo dicant, si plus valerent, ipse sciret, tamen non placebant, quia tres alij qui affirmatiue de- 2 ponunt, debent eis præferri, cùm † testes affirmatiuè deponentes præferantur negatiue deponentibus, & dicta istorum fuerunt coadiuuata ex instrumento vltimo loco facto, igitur dictum fuit attendendum magis esse hanc probationem.

Non obst. quod dicitur, quòd debet attendi valor in curia, quia id procedit quoad valorem monetæ, vt videlicet attendatur quanti in curia valēt ducati de camera, 3 non † quanti valerent illi redditus translati ad curiam, quia non deducuntur cambia. Put. decis. 5. in reg. de valor. Aug. in reg. de valor. quia non est locus regulæ, nu. 5. 4 maximè in hoc casu, in quo † non agitur de expeditione literarum in curia, & sic non agitur vt recipiantur officiales. Sarnen. de valor. q. 8. num. 4. Ioan. Pau. decis. 8. Et hæc magis confirmantur, si tertia prædicta non deducatur, vt supra dictum est. Et contra Petrum, quod sit deducenda, alleg. decis. Mohed. 182. & Put. j. de val. Oldrad. consil. 118. quibus addebant August. lib. tertio, decis. 742. & 791.

Sed dubitabant Domini, an tertia hoc casu esset deducenda, quia fundamentum principale, super quo fundantur prædictæ decis. est in odium reg. de valore, quæ pœnalis, exorbitans, & odiosa, vt in eis dicitur, quod odium non militat in hoc casu, quia non videtur continere odium, quod Papa velit tantum concedere facultatem Nuntijs conferendi beneficia talis valoris, & sic 5 in casu nostro videbatur, q̄ † in interpretando valorem, non debeat haberi respectus ad reg. ipsam de valore, quę continet odium, sed magis ad facultatem Nuntij conferentis, quod negotium non est pœnale, nec exorbitās. & quamuis hæc facultas Nuntijs concessa, ex quo confertur in alium contra concedentem, sit latè interpretāda. c. fin. de verb. signif. c. is cui, de præben, in 6. tamen nō propterea videtur dicendum, quòd ita passim latè in- 6 terpretetur, vt † comprehendat ea quæ aliàs non comprehenderentur, vt not. Doct. in d. c. fin. Secundò diceba tur, quòd hęc tertia quæ deducitur in casu proposito, di citur tolli de ipso corpore beneficij, vt testes aperte dicunt: vnde liquet, quòd beneficium istud consistit etiam in hac tertia: secus forte in casibus prędictarum decisionum, vbi dicitur, quòd non datur, & sic non acquiritur, & hoc licet non fuerit omnino resolutum, tamen satis prima facie placebat aliquibus Dominis, quia re vera aliud est probari valorem ad effectum, vt videatur, an excedat facultates Nuntij conferentis, qui sunt termini quæstionis nostræ, qui vt dixi, est casus multum diuersus: si tamen de hoc particulariter ageretur, & alia via dubium propositum expediri non posset, potuisset forte in specie de eo agere.

GRASSI.

Vlixbonen. matrimonij. Die Lunæ, 15. Martij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Testimonium serui non admittitur.*
Nec etiam pro filio patroni. num. 2.
3 *Testes non omni exceptione maiores aliquando probant, cùm agitur de probatione matrimonij.*
4 *Nutrix etiam repellitur à testimonio.*

DECISIO CCCXXXVI.

DOmini dixerunt, tam Helenæ de Conto, quàm Catherinæ Gondisalui, examinatis pro Domina Maria diminutam fidem esse adhibendam arbitrio eorum. & aliqui ex Dominis existimabant præ- 1 dictæ Helenæ nullam prorsus fidem adhibēdam, † quia est

est serua, vt omnes testes tam Domini Petri, quàm Dominæ Mariæ videntur fateri deponentes, quòd est filia Mariæ Roderici seruæ, & regula est indubitata, partum sequi ventrem. l. partum, cum vulg. C. de rei vend.

Nec placebat quod exemplo obijcitur, quòd seruitus non sit de his quæ sensu percipiuntur. quia testes vtcrius procedunt, quòd ea tanquam serua tractetur, & habetur domi, & foris, & dicunt quod in effectu serua dominatur. ex quibus apertè videtur inferri, quòd est in casu seruitutis, quod videtur sufficere vt non admittatur in testem. l. quoniam liberi, cum auth. seq. C. de testibus.

Nec obstant testes D. Mariæ, qui dicunt, prædictam Helenam multum bene tractari in ea domo, & quod à multis dicitur, quòd erat soror ipsius Marię. Quia dictū est, quòd ijdem testes confirmant, quòd sit serua, quatenus dicunt, patrem reliquisse sibi libertatem, qui pater adhuc viuebat: vnde libera ex hoc non poterat dici vel liberta, cùm testamentum morte confirmetur, per vulg. Nec obst. quòd dicatur, quòd sit serua vel liberta patris, 2 non autem Mariæ. Quia † ex quo est serua vel liberta patris, est etiam serua vel liberta filiæ, & sic etiam Mariæ. l. licet. §. libertos paternos. ff. de verb. signif. Prætèrea dicitur esse cōsocia, vnde de suo magno interesse agi videtur, ne lenocinium exercuisse dicatur, quo casu testis repellitur per alleg. & non solum tractat de se exonerāda, sed etiam de exoneranda matre. Aym. cons. 110. nu. 12. post Alex. quem allegat. Et est etiam domestica. l. etiam. C. de testib. c. in literis, eo. tit. Cùm igitur hæc omnia cōcurrant, visa est aliquibus ex Dominis repellenda in totum. Soc. cons. 118. num. 8. lib. j. Marsi. singul. 385. Gram. cons. crim. 45. num. 23. Quod procedit etiam, vbi veritas aliter haberi non potest. Cephal. consil. 65. num. 27. & 28. ex quibus, vt dixi, videtur repellenda in totum. In quo non omnes conuenire videbantur. Aliqui enim dicebant, quòd omnino non esset repellenda, cùm aliqui testes videantur deponere de reputatione, & quodam 3 quasi tractatu vt libera, & cùm † materia sit fauorabilis, cùm agatur de probatione matrimonij, in quo probando aliquando testes etiam non omni exceptione maiores admiti videntur, vt per trad. in c. videtur, qui matr. accus. poss. c. super eo, il secondo. vbi Abb. in 3. not. de testibus. magis apertè Dec. cons. 163. col. 4. sub num. 7. vers. ic. octauo oppono. Alex. cons. 146. col. 4. versic. nec obstat, vol. 5. conueniebant tñ ét ita tenentes quod eius fides reseruaretur arbitrio cū non modica diminutione.

Quoad secundam testem Catherinam Gondisalui, cum sit nutrix, & duret eius familiaritas & cōsequenter 4 adhuc sit domestica, quæ † ambo nutricem repellere solent. Bal. in l. parentes, num. 3. in fi. C. de testib. Alberic. de testib. num. 26. & desideret, quòd matrimonium effectuetur, quod desiderium similiter etiam in causa matrimoniali in totum reijcit testem. Ruin. cons. 149. numero 26. lib. 5. Paris. cons. 15. num. 30. lib. 2. eius etiam fidem Domini voluerunt propterea pariter reseruare cū considerabili diminutione. Idq; tantò magis, quia inter primum & secundum examen sunt quædam variationes, quæ licet saluari posse viderentur, ex spatio tpis qđ intercessit inter vnū & aliud examē, tñ dictę displicebāt.

GRASSI.

In eadem Vlixbonen. Die Lunæ, 24. Maij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrarium est iudici familiarem repellere vel eum admittere secundum qualitatem affectionis.*
2 *Tempus primi examinis attenditur ad repellendum testem, vel non.*
3 *Contrarietas testium quàm maximè fieri potest, est conciliandæ.*

DECISIO CCCXXXVII.

DOmini reseruarunt arbitrio duo testes, de quibus in dubio, quia exceptiones exemplo datæ non sunt visæ Dominis admodum releuantes.
1 Familiaris † enim non repellitur, sed residet in arbitrio iudicis secundum qualitatem affectionis. Innoc. in c. in literis, de testib. & ibi Ægid. num. 11. Præpos. in cap. j. in princ. 3. quæst. 5.
2 Non obst. quod Saluator fuerit sollicitator, quia † attenditur tempus examinis, & tempore primi examinis non apparet, quòd esset sollicitator. l. quarta. §. Iulia. ff. de testib. Nec probatur, quòd habuerit salarium, Roman. cons. 420. Ferret. cons. 79. nu. 9. & quamuis multi Doct. reprobant hoc, tamen, ex quo tempore primi examinis non erat sollicitator, omnibus iunctis placebat non repelli, sed vt dixi, reseruari arbitrio. Contrarietates facile tolluntur ex spatio temporis, quod intercessit inter vnū & aliud examen, ex quo tempore facile præsumi potest obliuio. l. peregre, de acquir. poss. cum plurib. vulg. Prima est, quòd vnus testis dicit, quòd venit vocatus ex alia domo. Alius dicit, quòd sedebat in capsa in sala, conciliatur, quia potuit sedere postquàm venit. Secunda de varietate, ét facile conciliatur, quia possunt ambo dicta stare. Tertia, de panno laneo vel lineo quod habebat in capite Maria, est modici momenti. Alia quod D. Petrus videbat vel non videbat, stante illo spatio temporis, videdetur saluari posse, cum tritum sit in materia testium,
3 contrarietates † quàm maximè fieri possit, conciliandas in testibus. vulg. c. cum tu, cum materia. de testib. cum plurib. concord. Non obst. quod dicat ille, quod desiderat victoriam. Quia reddit bonam rationem, vt fuit dictum in illa Florentin. matrimonij coram bonæ memoriæ Grato.

GRASSI.

In eadem Vlixbonen. Die Lunæ, 18. Aprilis. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Pulchritudo mulieris ex quibus probetur.*
2 *Pulchritudo in præsens, tantò magis in præteritum probatur fuisse.*
3 *Amor viri erga mulierem, ex quibus coniecturis probetur.*
4 *Pulchrum est, ergo amabile, est tritum vulgare prouerbium.*
5 *Mulier quælibet præsumitur casta & honesta, nisi contrarium probetur.*

DECISIO CCCXXXVIII.

PRoposui dubium, an constet de tribus conclusionibus. Prima, quòd D. Maria esset valde pulchra & formosa. Secunda, quòd D. Petrus multum eā amaret. Tertia, quod eam consequi non posset, nisi mediāte matrimonio. Prima probatur per Mariam Percqram ad articulum cumulatiuum & interrogatorium, vbi dicit, quòd est valde pulchra & valde elegans, adeo
1 † quòd non est mulier in ea ciuitate, quæ eam excellat, & super interrogatorio reddit rationem, & quòd sic videtur

tur omnibus, D.Philippa ait, quod est ex pulchrioribus, quas ipsa videret, & super interrogatorio, ꝙ est pulchra, & vē ipsi testi pulchra, & sic vē omnib. & in summa idē dicunt oēs testes de quib.in puncto. Motiua exemplo facta non placuerunt, nēpe ꝙ pulchritudo nō percipiatur sensu, quia quicquid sensu visus percipitur, est pulchritudo, vel turpitudo. Minus ob.quod deponāt de tempore p̄siti, & non in præteritum. Quia si erat de p̄siti tempore
2 examinis, tantò † magis debebat esse ante, cùm esset adhuc magis iuuenis. Tiraq.in l.2.nu.19. de leg.connub.in qua lege infinita de pulchritudine tractat.

Quoad secundam cōclusionē, nempe de amore D.Petri, fuit tentum, ꝙ & ille probabatur ex cōfessione ipsius met primis rn̄sionib.& quamuis in secūdis dicat, ꝙ ipsa magis faciebat amorem cū ipso, q̄ ipsa cum ea, tn̄ in dictis primis rn̄sionib. ipse hoc non dicit, & bn̄ eius †amor
3 colligitur ēt ex dictis Francisci Saluatoris, Helenæ, Catherinæ, qui testes licèt paterentur aliquam exceptionē, tn̄ tollitur hoc ex ipsamet confessione D. Petri, quod ēt sit valde verisimile ex plurib.non solū (vt dixi) ex sua confessione, sed & quia fuit amor diuturnus. Itē quia absentia cū non extinxit, quæ solet esse remedium amoris, &
4 † sit ēt verisimile ob nimiā pulchritudinem, iuxta illud, pulchrū est, ergo amabile. Tiraq.vbi sup.nu.45. Non ob. ꝙ testes dicant, quod faciebant ad inuicem amorem, & testes videbantur dicere, ꝙ erat mutuus amor, quia dato ēt quod hoc esset, non per hoc tollitur, quin adsit magnus amor D.Petri ex sup.deductis. Minus ob. quòd nō probantur signa furotis, quia de hoc non agitur, & non dicitur in dub. quod fureret.

Quoad tertiam conclusionē pariter fuit tentū eam videri satis probatam. Primò ex præsumptione iuris, quia
5 quilibet p̄sumitur bonus. l. merito, pro soc. ergo † in D. Maria non est p̄sumendum delictum, & inhonestas.

Secundò, quia ipsemet confitetur, ꝙ nutrix sibi obstabat, & idem dicit eademmet nutrix, quæ confessio D.Petri supplet fidem ipsius nutricis, cōiungendo maximè cū prædictis dictū Helenæ de Conto, quæ dicit, ꝙ cū eo nō esset allocutura, nisi prius contraxisset m̄imoniū, & idē dicit Franciſca Colaca, & sic iūcta, vt dixit p̄sumptione iuris cōis cum istis trib.ac cōfessione eiusdemmet D. Petri, Domini tenebant cōclusionē satis videri probatam.

Non obstant testes, qui dantur ad docendum de impudicitia D. Mariæ propter conuersationem cum illo Percqyra, quia si attendamus dicta per D.Petrū, nō probatur nisi rumor, quòd esset cōtractura matrimonium, hoc autem nihil ad impudicitiam: si alias conuersabatur cùm matre & sorore illius Percqyra vti cōsanguinea, & hoc modo saluatur etiam quod iret in groppa cum eodem. Nam vltra quod vnus tantum est testis qui hoc probat, cum alij sint de consanguinitate prædicta, facile hoc ipsum esset excusandum ad euitandum turpem & inhonestam præsumptionem, quæ esset concludenter magis ac penè necessariò probāda. Dixerunt tamen Domini quoad prædictam tertiam conclusionem quatenus in ea dicitur, quòd illam non poterat habere nisi, &c. qđ hoc non intelligunt de p̄cisa impossibilitate.

G R A S S I.

Vlixbonen. administrationis. Die Lunæ, 8. Februarij. 1574.

S V M M A R I V M.

1 *Probatio super matrimonio illa concludens esse dicitur, quando vnus testis deponit de veritate, & duo de fama.*

2 *Beneficium illud dicitur ad laicum pertinere, in cuius fundatione administratio deferebatur laico & clerico.*

D E C I S I O CCCXXXIX.

QVia proposita in dubio sunt duo. Primò, iustificatio quoad modum vacandi. Secundò, quoad valorem. Circa primum, quia prætenditur modum vacationis esse per contractum matrimonij Saluatoris, duo dixerunt Domini circa hoc videnda esse. Primum, an probetur matrimonium. Secundum, dato ꝙ probetur, an capellania siue administratio, de qua agitur, sit beneficium ecclesiasticū, & tale, quòd vacet per contractum matrimonij, an magis sit administratio tēporalis, quæ cadere possit in laico & vxorato.

Circa primum, an matrimonium Saluatoris sit probatum ante annum 1564. quo tempore Balthassar obtinuit suam gratiam. Et Domini dixere constare de matrimonio per testes. & primò per Antonium Gonzalos, qui ait articulum verum & deponit de visu. Secūdò, per Antonium Marquez, qui plura ad hoc deponit, & ex expressis per eum concludit de tempore, cùm multa narret etiam ante illud tempus, & deponit de fama. Tertiò, per Didacum Nunez qui pariter probat famam, & visa
1 † est concludens probatio, quando vnus testis deponit de veritate, & duo de fama. ita tenet Seysel. qui etiā reprobat Alex.in l.Gallus.§.fin.num.13. post Bal.ibi, de liber. & posthum. Suadetur etiam ex fide notarij in executorialibus, qui attestatur de præsentia vxoris, cùm etiam adsint testes de auditu, quæ omnia iuncta cum alijs adminiculis visa sunt Dominis probare concludenter p̄fatum matrimonium.

Circa secundum, an capellania, de qua agitur, possit cadere in laicum vel vxoratum, an autem vere sit beneficium ecclesiasticum. & fuit resolutum, quòd † esset simplex administratio siue maioricatus temporalis, & quæ optime caderet in laicum. Moti sunt potissimum ex fundatione ipsa, in qua huiusmodi administratio defertur laico & clerico. Quatenus enim laico competit, eatenus impossibile est dici beneficium ecclesiasticum iūctis naratis in gratia Nuntij, item eiusdem dispositione, & in specie modo impetrandi inspecto. Licèt enim in eadem gratia vocetur capellania perpetua, tamen vocatur etiā administratio, siue maioricatus qui cadit in laico: impetratur enim narrando, quòd eius antecessores, quorum vnus saltem erat laicus, male eam administrabāt, nec voluntati Dominici testatoris satisfaciebant. Item conceditur per Nuntium stante huiusmodi negligentia administratorum, quorum vt dixi, alter erat laicus. Ex quibus omnibus iunctis placuit, administrationem, de qua agitur, magis dici laicalem, quàm perpetuum beneficium ecclesiasticum.

Circa secundam partē dubij, an valor sit iustificatus, Domini dixerunt non esse iustificatum, quia testes non percutiunt tempus, de quo agimus, quia aliqui probant de 24.annis ante hoc tp̄s, alij testes qui post illud tēpus deponunt, sunt singulares. Igitur eis non esse standum.

G R A S S I.

Tiburtin. interesse seu Castri Sancti Angeli. Veneris, 19. Martij. 1574.

S V M M A R I V M.

1 *Contractus in dubio præsumitur licitus, & non fœneraticius.*

2 *Contractus ille dicitur vsurarius, & illicitus, cuius interesse est taxatum, certum, & vniforme.*

3 *Vsuræ taxatæ, & compensatiuæ fructuum etiam in foro conscientiæ dicuntur deberi.*

4 *Actio ad rem vendi potest, quæ tanti æstimatur, quanti res ipsa, ad quam competit, sed contra num.seq.*

5 *Pretium actionis venditæ non tanti debet æstimari, quanti res ipsa. & quare.*

6 *Vsura quæ non habet locum in vno ex contractibus correspectiuis, ita nec in alio.*

7 *Interesse taxatum non ratione fructuum sed pretij, vsura dicitur.*

D E C I S I O CCCXL.

IN quæstione proposita, an Do. Antonello debeatur interesse coniunctum, vel saltem proportionabile in casu de quo agitur, Domini in primis pro validitate huiusmodi contractus constituebant regulam, nempe, † in dubio contractum præsumi licitum, non autē
1 fœneratitium. glo. per illum tex. in cap. fi. in verbo, dubitatur. de vsur. Bal. in l. rogasti. §. si tibi. si cer. peta. Duo in proposita difficultate aduersus contractum, de quo agitur, opponuntur. Primò, quòd interesse, de quo agimus,
2 † est taxatum, certum, & vniforme, ergo huiusmodi contractus redditur vsurarius, & illicitus. Sed circa hanc primam oppositionem visa est Dominis contraria opinio verior, cōcurrēte verisimilitudine, & proportione respectu fructuum, vt in effectu huiusmodi interesse sit correspectiuum ipsis fructibus, & in hoc placuit dictum Dec. in capitu. cum venerabilis. colum. 6. nume. decimoquarto, de excep. quem refert, & sequitur Cagnol. in l. curabit, nume. decimoseptimo, C. de actio. empti. Couar. libro tertio var. resolut. cap. quarto, nume. quinto, versic. septimo, qui volunt, promissionem etiam certam, & taxatam non censeri illicitam, quando, vt dicitur, fructus verisimiliter ascenderent ad interesse taxatum ex mente eiusdem Dec. consil. 111. colum. fina. cum pluribus cumulatis per Gabriel. de empt. & vend. conclus. 4. sub numero 21. versicu. contrarium. quibus aliqui ex Dominis addebant Bal. nouel. in tracta. de dot. parte septima, priuil. 3. numero tertio, Rimin. late consil. 118. nume. duodecimo, cum pluribus sequen. volum. secundo, Gozadi. consilio quinquagesimoquinto, nume. vndecimo, Neuizan. consil. septuagesimoquarto, numero quinto, Alciat. consil. octauo, in fi. Aym. de retract. consuet. aluern. carta
3 11. numero octauo. Vbi † vsuræ etiam taxatæ, & compensatiuæ fructuum, etiam in foro conscientiæ, & secundum aliquos etiam de iure diuino, dicuntur deberi, & Neuizan. in specie sub d. numero quinto, cum pluribus, quos allegat, refert esse licitam recompensationem quinque pro centenario (qui videntur termini quæstionis sententiæ) & per hoc approbatur à consuetudine. post Cepol. de simul. contra. Afflic. Brun. Rocc. & Cagnol. quos allegat.

Secundò opponitur, ꝙ cùm Antonellus senior nunquam fuerit in possessione Castri, & consequenter ipse non habuisset fructus dicti Castri, non debet illos posse petere. Sed pro responsione considerabant Dñi, ꝙ actio
4 † ad rem vendi potest, & in hoc multi Doct. voluerūt, ꝙ actio æstimaretur, seu de ea tanti iudicaretur, quanti de re ipsa, ad quam cōpetit, ex deductis per Abb. in c. ex parte, num. 6. per Inno. ibi. de alien. mut. iud. cau. fac. sed in hoc aliqui ex Dominis contrarium voluerunt, nempe,
5 quòd pretium † actionis venditæ non debet æstimari tanti, quanti res ipsa, sed minoris computato dubio litis euentu, & difficultate, quæ aliqñ in exigendo oritur. ita videtur esse ex mente Siluestr. in verbo, vsura. qua ratione ergo re vendita si emptor nō soluit pretium, post quam res est sibi tradita, & eam possidet, intrat æquitas l. curabit. & l. Iulianus. §. ex venditō. de action. empti. Et sicut respectu emptoris, qui tradit pretium, nec rem habet, non est contractus vsurarius, si sibi promittatur iu-
6 stum, & verisimile interesse recompensatiuum, ita † nec debet dici contractus vsurarius respectu venditoris, vt in quæstione proposita. Cùm igitur equitas l. curabit. habeat locum in omni contractu correspectiuo tam nominato, quàm innominato, Cyn. & Castr. in l. de diuisione, solut. matrimon. Corne. consilio 145. numero septimo, libro secundo, sequitur quod debet etiam habere locum in hoc contractu, in quo Antonellus cedit, vt Camillus det. Et illud videtur tollere omnem difficultatem, quòd Camillus non obligatur ad huiusmodi fructuum præstationem, nisi post adeptam possessionem, quo casu cū verum sit, quòd rerum, & rei fructus reique etiam pretium habeat in manibus, non est dubium habere locum æquitatem l. curabit.

Non obstat, quod Castrum non sit recuperatum vigore huius cessionis, quia cùm exceptio huius cessionis sit deducta in actis, & in sententia ipsa dicatur etiam vigore fideicommissi, consequens est, quòd sit lata etiam vigore cessionis, & eorum partem, quam capiebat Trebellianica, & legitima cedentis, dicitur cessionarius habere virtute d. cessionis.

Tertiò, contra prædictum contractum videbatur facere difficultatem, quòd interesse, de quo agitur, non vi
7 detur taxatum ratione fructuum, sed pretij, & sic † vē induci vsura, ex distinct. Plot. post alios ab eo relatos, in l. si quando, num. 452. 453. & 454. C. vnde vi. Tamē hoc non alias fuit dictum posse substineri taxationem prædictam, quia licèt dicatur interesse pretij non soluti, veritas tamen est, ꝙ hoc interesse pretij non soluti habet relationem & correspectum ad fructus per supra dicta. & fuit dictum, Rotam aliàs tenuisse valere taxationem etiam certam, vbi est proportionabilis ad redditum, & liquidatis fructibus valere interesse correspectiuū promissioni. Placebat ēt creditū Trebellianicæ & legitimæ finitum per sniam non posse hodie reuocari in dubium, quia tanti fecerunt illud in venditione & snia, nisi ostenderetur iam fuisse exactum eo tpe, quo casu cùm prædicta cessio fuisset prorsus inutilis, nulla eius ratio habēda foret. Ex quibus Dñi firmarunt interesse conuentū debere Antonello à die habitæ possessionis d. Castri, præsupposito quod eodem tempore prædictum interesse sit verisimile & proportionabile fructibus. de qua proportione si dubitetur, poterit videri ad partem.

G R A S S I.

Callaguritan. Iuris Arrendan. Die prima Iulij. 1574.

S V M M A R I V M.

1 *Iudicio maioris partis personarum vniuersitatis standum est, & non habetur ratio separatorum corporum etiam quòd personæ vnius ex corporibus vnitis, sint pauciores quàm personæ alterius.*

2 *Illatio ex vno casu exceptuato aliquando fit ad similes exceptuandos.*

D E C I S I O CCCXLI.

FVit resolutum per Dominos in casu, de quo agitur, sufficere cōsensum maioris partis omnium simul,

nec esse necessarium consensum, etiam maioris partis illorum de Fuentmaior, etiam quòd ipsi de Fuentmaior essent minores numero in capitulo q̃ illi de Nauarret. Moti potissime ex latissimis verbis & clausulis vnionis inter præfatas ecclesias, cùm enim per vnionem duæ illæ ecclesiæ sint effectæ vnum corpus & vna vniuersitas,
1 intrant vulgares regu. iuris, quòd † standum est iudicio maioris partis personarum huiusmodi vniuersitatis, & non habetur ratio separatorum corporum, etiam quòd personæ vnius ex corporibus vnitę sint pauciores, quàm personæ alterius. ita in his terminis Abb. in c. pastoralis, in fine, num. 7. versic. secus dic, vsque ad fin. de rescrip. & sequitur Felyn. in c. cùm omnes, sub num. 18. in 8. limit. in fine limitationis, versic. secus, de constitut. cum concord. Aliqui ex Dominis allegabant in argumentum not. per Ias. in l. fin. C. de impuber.

Secundò principaliter moti sunt Domini ex sententia de consensu partium lata per Illustriss. D. Card. Aldobrandinum dupliciter ponderata. Primò, per locum à speciali, dum ait, quòd in vno quidem casu maior pars capituli de Nauarrette, & maior pars de Fuentmaior cõ currat, si beneficium vnius ecclesiæ sit dandum clerico alterius ecclesiæ. Quia regula iam firmata erat contraria, quòd, nempe, beneficia vnius ecclesiæ conferantur clericis natis in eadem ecclesia, non in alia. Vnde contra præfatam regulam dicitur non debere conferri nisi de consensu maioris partis vtriusque ecclesiæ.

Secundo per verba apertissima sequentia, & quòd per declarationem factam in hoc casu de maiori parte, respectiue non præiudicetur alijs casibus, in quibus maior pars omnium simul de Nauarrette & Fuentmaior
2 attendi consueuit. & licèt ex † vno casu exceptuato aliquando inferetur ad similes exceptuandos, Dec. in l. j. de reg. iur. not. in c. j. de confirm. vtil. vel inutil. tamen inter casum exceptuatum in prædicta sententia, & casum exceptuãdum, & alios de quibus agitur in proposita quæstione, visa est Dominis longe diuersa ratio differentiæ, & maximè attentis supradictis.

Ad testes exemplo examinatos vltra quòd non percutiunt casum, de quo agitur, Domini dixerunt deponere per eundem præmeditatum sermonem, nec non magis aliquos iudicare quàm testificare.

GRASSI.

In eadem Callaguritana. Die Lunæ, prima Martij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Procuratores repelluntur à testimonio eius causæ, in qua fuerunt procuratores.*
Id q̃ etiam procedit in procuratore reuocato, propter dolum vel fraudem præsumptam.
2 *Frater potest esse testis pro fratre in causa ciuili.*
Fallit nisi sit causa ciuilis ardua, vel grauis. num. 3.
Quæ extenditur etiam ad consanguineos de linea transuersali vsque ad quartum gradum.
4 *Arbitrarium est iudici admittere in testes consanguineos, vel ne in causa ciuili.*

DECISIO CCCXLII.

QVoniam testium illorũ de Fuentmaior alij fuerunt procuratores & comparuerunt in causa, iuxta 10. præsup. alij verò sunt eorum consanguinei, vt ipsimet in depositionibus fatẽtur, placuit Dominis quoad primos, qui fuerũt procuratores, qui sunt Petrus de Molina, Rocchus de Molina, Matthęus Valiẽte, & Antonius Ruiz, nullam † prorsus fidẽ esse adhibendam, iuxta tex. vulg. in cap. insuper, de testib. vbi Henric. Boic. num. 3. Imo. num. 1. & 2. But. & alij ibi. Faciunt tradita in l. fi. ff. de testib. in c. Romana, eo. lib. 6. Bar. in l. deferre. §. ijdem decreuerunt, de iure fisci. sub num. 2. Io. And. pulchre in reg. cum quid vna via, col. 3. de reg. iur. in 6. Abb. in c. fraternitatis, in fi. de cler. non resid. & placuit ratio, quia ipsi sunt pars in iudicio per plura latè cumulata per Felyn. in c. cum à nobis, num. 14. de testib. placuit mihi decis. 125. in nou. vbi hoc etiã procedit in procuratore reuocato pp dolum & fraudem præsumptam.

Quo ad alios testes consanguineos fuit resolutum, di
2 minutam fidem esse adhibendam, arbitrio tũ Dominorum, † nã licet in causa ciuili frater potest esse testis pro fratre. l. parentes. vbi Bal. & Saly. & Doct. C. de testib. Bar. in l. qui testamento, de testam. But. Ioan. de Ana. & alij in c. cum oporteat, de accus. & pro reg. firmat Felyn. in c. in literis, num. 10. de testib. ex mente aliorum quos allegat,
3 tũ † in causa ciuili ardua, cuiusmodi visa est Dñis causa, de qua agitur, prædicta reg. fallit. Bald. in l. parentes, sub num. 1. vers. aut est causa grauis, vbi ait, q̃ hoc casu non est integer testis, nec facit semiplenam probationem, licèt faciat aliquod indicium, vt per eum ibid. Salyc. ibi. sub num. 2. vers. aut est quæstio ciuilis, sed ardua, & non admittitur, &c. qui ẽt inferius hoc dictum extendit ad consanguineos de linea transuersali vsq; ad quartũ gradum, vt per eum. ad idẽ addidi Soc. consil. 235. nu. 8. qui prædictã doctr. Bal. & Salyc. refert. & cumulatè comprobat Gabr. de testib. conclus. 14. nu. 28. & q̃ † huiusmodi
4 probatio arbitrio iudicis remittatur, vltra Burr. & Imo. in d. c. cùm oporteat, de accus. refert Gabr. d. conclus. 14. num. 25. Visum est etiam Dñis non carere multa suspicio nimiæ affectionis in hac causa in prædictis testibus, quod ex pluribus testibus, qui sunt in hac causa soli, hi pauci super hoc deponunt. pro cõfirmatione supradictæ distinctionis, fuit allegata in his terminis decis. in causa Burgen. præheminentiarũ, sub die Lunæ, 20. Decemb. 1568. corã D. meo Seraphino. quæ hoc ipsum negociũ vt decidere. Ex quibus visa fuit ẽt esse sublata exẽplo deducta, & quod dicebãt prædictos testes esse examinatos parte non opponente in facto, deprehensum est esse falsum vltra alias rñsiones per informantes accõmodatas.

GRASSI.

Aquilegien. canonicatus & prœben. Die Veneris, 26. Martij. 1574. & fuit confirmata die Veneris, 15. Iunij.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio actus seu literarum prouisionalium potest fieri etiam parte non citata: & facienda est, ne sibi contradicant.*
2 *Dignitates & canonicatus non comprehenduntur appellatione beneficiorum.*
3 *Prohibitio expresè facta de beneficijs existentibus in cathedralibus & collegiatis, non tollitur per quamcunque concessionem factam verbis generalibus.*
4 *Literæ missiuæ non requirunt exactam recognitionem: & missæ & receptæ præsumuntur ex earũ subscriptione.*
5 *Notificatio requiritur in reuocatione legati ad tollendum errorem publicum.*
6 *Declaratio subsequens post alia specialia ad præcedentem dicitur noua concessio.*

DECI-

DECISIO CCCXLIII.

FVit resolutum prouisionem Nũtij factam 26. Aprilis, 1572. non substineri ex defectu facultatũ, quia in suis facultatibus expresse prohibetur conferre canonicatus in cathedralibus & collegiatis ecclesijs. Nec etiam posse substineri ex literis Illustriss. Cardinalis Alexandrini, de anno 1567. quia per alias literas de anno 1571. ante vacationem canonicatus, de quo agitur, per eundem Reueren. D. Card. fuerunt limitatæ & declaratæ, nempe, q̃ per literas anni 1567. forma breuij non cẽsetur alterata. Et hmõi declaratio tanquàm consona stylo, & reducens huiusmodi negocium ad pristinã sui formam, ẽm quam regulariter Nuntij non conferunt canonicatus, visa est attendenda, eo maximè quod literæ an-
1 ni 1567. non sunt ita claræ, quin † admittant interpretationem, vnde optimè possunt declarari ab vltimis anni 1571. etiam parte non citata. iuxta cons. Castren. 338. nu. 6. lib. j. Et quod hmõi literæ ita interpretari debeant ne contradicant; facit c. inter dilectos. §. cęterum, de fide instrum. Abb. in c. cum M. col. 2. de testib. plura congerit Dec. cons. 602. num. 5. & 6. Alex. cons. 141. lib. 2. col. 4. & cons. 145. studendo breuitati; col. 2. placuit etiam cons. Dec. 143. col. fin. num. 3. per verba generalia non facile censeri recessum à priori natura actus. ad idem etiã Dec. cons. 195. Addebant aliqui ex Dominis, q̃ hic videmur esse in materia restringibili, dum agitur in prædictis literis 1567. de correctione dispositionis Papæ in facultatibus Nuntij, & correctione styli negocij. Vnde appella-
A tione † etiam quoruncunque beneficiorũ non debent includi dignitates & canonicatus hmõi. arg. eorum quę notat Soci. cons. 260. sub num. 14. & 15. lib. 2. facit tex. cũ ibi not. in c. fin. de prob. & in c. cum illis, eod. lib. 6. Rot. in antiq. decis. 489. & in nou. decis. 119. Et q̃ talia verba vniuersalia etiam geminata non semper includant maiora expressis, sed aliq̃n, vt in materia restringibili includant similia, facit glos. in l. fugitiui. C. de seruo fug. Bar. in l. quidam relegati. ff. de reb. dub. glo. in c. ex literis. de offic. deleg. But. & Imo. in c. sedes, de rescript. licet materia sit lata, ex quibus prædictæ declarationi literarum, anni 1571. tantò magis standum esse dicebant. Et ideo placebat eisdem Dominis, q̃ per verba, *tutti li beneficij, & in qual si voglia modo, &c.* de quibus in literis anni 1567.
3 † non tolleretur prohibitio expresse facta de beneficijs existentibus in Cathedralibus & collegiatis. Sed magis q̃ permissio conferendi beneficia vacantia in mensib. reseruatis ampliaretur per prædicta verba, ad alias reseruationes, vt in effectu ampliatio esset in qualitate reseruationis, non aũt in quacunque qualitate beneficiorũ, attentis præmissis, potissimũ prædicta declaratione anni 1571. quæ in alia positione huius causæ non fuerant Dñis exhibitæ. Placuit etiam eisdem literas anni 1571. videri sufficienter recognitas ex deductis per informãtes. item ex subscriptione Cardinalis præsumi missionem,
4 item rescriptionem, † maximè à cõiter accidentibus, cũ maximè literæ missiuæ non requirant exactã recognitionem, vt sæpe dixerunt Dñi in Rota fuisse resolutũ, cùm non soleant scribi in præsentia testium fuit ẽt dictũ pari referre, an peruenerint ad manus Nuntij vel minus, cùm simus in declaratoria, quæ potuit fieri nedum ignorante Nuntio, sed ẽt inuito. Inno. in c. cum olim, de verb. signif. Fely. & Doct. in c. cùm venissent, de iud. cum concor. licèt omnino ex pluribus coniecturis vrgentibus, de quibus per informantes, potissimum aũt attenta grauitate negocij, subscriptione Cardinalis, item q̃ reperiuntur duplicatæ, videatur oino fuisse præsentatas, ad Cald. cons. 4. de off. deleg. & decis. Mohed. 215. exemplo allega tę placuit responsio, q̃ ibi sumus in reuocatione legati,
5 in qua † ad tollendum errorẽ publicum requiritur notificatio per ibi tradita. Sed hic sumus in mera declaratoria, quæ nihil noui inducit, & incõtinenti operatur effectum suum absq; aliqua notificatione per supradicta.

Attestationem verò prædicti Illustriss. D. Cardinalis, de mense Octobris, anni 1572. in ciuitate Venetiarum, lite pendẽte nemine citato factã, placuit non attendi, tũ quia vĩ continere contrarietatem cum prædictis literis
6 anni 1571. tum † quia declaratio subsequens post aliam specialẽ præcedentem, dĩ noua concessio, vt per Bart. in l. ab executore. ff. de appel. Castr. & Moder. in l. hæredes palam. §. j. de testam. Anch. cõs. 398. cũ ibi cumulatis per Soc. cons. 250. nu. 10. lib. 2. & ideo nõ præiudicat iuri tertio quæsito, vt subdit Soc. ibid. & maximè sequuta morte Pij V. Ex duab. ergo declaratorijs anni 1571. & 1572. placuit magis attẽdi illã de anno 1571. quę facta fuit ante vacationem canonicatus, de quo agitur, q̃ alterã Venetijs factã, vbi iã oĩa supradicta superuenerãt. & sic firmatũ fuit prouisionẽ p S. D. N. Papã Gregoriũ factã intrare.

GRASSI.

Zamoren. spolij del Toro. Die Lunæ, 10. Maij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Spolium satis dicitur probari, probato aliquo ex eius extremis.*
2 *Remedium recuperandæ datur etiam contra bonæ fidei possessorem.*
3 *Spolium purgatum dicitur per interpellationẽ, & oblationem possessionis, etiam fructibus non restitutis. & nu. 5.*
4 *Fructuum retentio non impedit purgationem spolij, sed ne spoliator possit conuenire in petitorio, nisi fructibus integrè solutis.*
6 *Oppositio fieri potest contra spoliatũ de statuto mandante, quòd canonicus non constitutus in sacris, non habeat vocem, etiam quòd semel quis fuerit à capitulo receptus.*

DECISIO CCCXLIIII.

FVit tentum constare de secundo extremo in spolio ab anno 1568. vsq; ad interpellationẽ siue requisitionem factã per confratres ipsi Ioanni de Mon-
1 ron, & spolium satis visum est probari, quia † eo anno non fuit admissus. l. si quis conductionis. C. loca. l. fin. C. de acquir. poss. cum alijs alleg. notatur per Doct. in l. clã possidere. §. qui ad nundinas, de acquir. poss.

Non obst. prædicta ignorantia confratrũ. Quia dato etiam q̃ habuissent iustã causam negandi, satis est quod ipse iustè non cecidit à possessione. non. n. requiritur do
2 lus in conuento, quia † hoc remedium datur ẽt cõtra bonæ fidei possessorem. Innoc. But. & alij in c. sæpe, de restit. spol. & de communi Ruin. cons. 46. num. 6. lib. j. de mente Alex. vt per eum, & sufficit spolium re ipsa, idem Ruin. cons. 5. num. 2. lib. 4. post Bal. & alios quos allegat. Credebant tamen aliqui ex Dominis hoc spolium durasse tantum vsque ad interpellationem & requisitio-
3 nem, & † quando in effectu confratres se obtulerunt paratos admittere eum ad suam possessionem. Quando ergo Abbas requisiuit Ioannem, vt veniat ad interessendum, credebant aliqui ex Dominis constare, quòd confratres non amplius negabant possessionem: nec eis obstabat, quòd fructus non fuerint oblati, vt ideo spolium non diceretur purgatum. Quia dicebant,
4 quòd † illud procedit ad effectum, vt talis non possit

conuenire in petitorio, nisi fructibus integre solutis. & ita dicebant loqui rex. in c. conquerente, de restit. spol. & Bal. ibi. & decis. Rot. in nou. 319. dum dicit, aliàs in petitorio non debet audiri, & loquuntur omnes alij relati per Gabriel. de restit. spoliat. conclus. j. num. 10. & per Aym. cons. 140. num. 3. Rip. in §. nihil commune, nu. 50. Ista enim sunt duo separata & diuersa & penitus non se attingunt, vt declarat Menoch. in j. remed. recuper. nume. 276. cum seq. qui quàm plures refert. Vnde renuncians spolio potest petere fructus.

Secundò dicebatur, quòd confratres nõ tenebantur ad fructus, ad quos non probantur condemnati. Et credebant ijdem Domini, quòd cùm hæc requisitio fuerit facta à prælato quòd sufficeret, quia ipse habet administrationem. c. edoceri. vbi latè Felyn. de rescrip. Ægid. decis. 696. Maximè, quia ad inuicem omnia correspondẽt. Confratres enim requisiuerunt, item dixerunt quod ostenderet acceptationem, item quod ipsi erant parati admittere, item coram iudice procurator obtulit, quod admitterent eum, item non appellauerunt à sententia. postmodum Abb. eum requisiuit. Ex quibus credebant
5 prædicti Domini constare, quòd † confratres tunc non perseuerarunt in spolio. igitur inferebant deberi prædicto Ioanni fructus pro illo medio modico tempore ab actu non admissionis, vsque ad prædictam requisitionẽ. licèt Domini firmarent pro maiori parte. tamen aliqui sub aliquo dubio credebant forte posse sibi obstare dictum Alcia. cons. 41. vbi vult, quòd contra spoliatũ pos-
6 sit obijci de statuto mandante, quòd † canonicus non constitutus in sacris non habeat vocem, etiam quòd semel quis fuerit à capitulo receptus. Alia discursus & exercitationis gratia aduertebantur. Hoc enim tantum firmatum est in prædicta positione constare de spolio Ioãnis Monroy ab anno 1568. ob non admissionem eiusdem Monroy, vsque ad actum requisitionis & oblationis prædictæ. An autem per dictam interpellationem & requisitionem confratrum spolium dicatur purgatũ de cętero. Et an aliquid possit opponi prædictæ interpellationi, voluerunt Domini, vt reseruaretur, & videretur ad partes.

GRASSI.

Roman. domus de rosa. Die Lunæ, 19. Nouembris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Possessor quilibet præsumitur in bona fide, nisi probetur de mala.*
2 *Bona fides inducitur ex instrumento, & ex coniecturis etiam facilè præsumitur ad tollendam malam fidem, quę in delictum sonat.*
3 *Titulus legati, & institutio hæredis excludunt malam fidem.*
Item mutant causam possessionis, nec alia declaratio requiritur. num. 4.

DECISIO CCCXLV.

FVit resolutum non constare de mala fide, sed magis de bona fide Faustinæ in casu proposito.
1 Primò, quia ex regula quòd † quilibet possessor præsumitur in bona fide, nisi probetur in mala. l. penul. C. de præscrip. long. temp. Secundò, ex instrumento anti quissimo venditionis factæ Peregrino de Cardelinis, domino dimidiæ domus, de qua agitur, de alia dimidia de anno 1570. Quod instrumentum licèt aliquibus in locis corrosum, tamen eum habuerunt pro satis legali, tum ex decisione quod sufficienter sit adminiculatum iam facta die 7. Februarij, 1570. coram bo. me. Finetto. Tum etiam quia secundum Dominos, isti defectus verborum, qui legi non possunt, nõ sunt tales, vt ex alijs ver. bis instrumenti, item ex probabili & penè necessaria ratione recti sermonis suppleri & declarari nequeant. Ex. quo instrumento dicebant Domini inferri ad bonũ ius auctorum Faustinæ, nempe d. Peregrini de Cardellinis
2 eius Aui, vt bene deducitur per informantes. Quod † instrumentum placuit Dñis saltem ad effectum inducendi bonam fidem, quæ ex coniecturis facilè præsumi solet, & ad euitandum malam fidem, quæ sonat in delictũ contra l. merito. ff. pro soc. Stante enim huiusmodi titulo præcedente præsumitur Faustinæ & auctorum possessio ex illa causa processisse. l. 2. C. de acquir. poss. Alciat. reg. 2. præsump. 24.

Tertiò ad corroborationem prædictorum placebat Dñis testamentum matris Faustinæ, in quo ipsa legat hanc ipsam domum, quam vocat propriam ipsius testatricis, eidem Faustinę. item eandem Faustinam vnà cum Camilla sorore hæredem vniuersalẽ instituit. & sic duo
3 tituli resultant Faustinæ, scilicet legatum, & institutio hæredis, qui † ambo excludunt malam fidem. Ad excludendam igitur eãdem malam fidem, & indebitam perceptionem fructuum, præsumenda magis est possessio Faustinæ, ex titulo habili & bono ad id, quàm inhabili & malo per vulg.

Ex aduerso, quòd Faustina fuerit in mala fide, allegatur, quòd præcedebat instrumentum obligationis dotis, in quo hæc domus erat Faustinæ hypothecata pro sua dote. probatur ergo per testes possessio Faustinæ, quæ videtur præsumenda ex titulo præcedenti, scilicet ex hypotheca.

Hoc motiuum non placuit Dominis, quia huic possessioni magis videntur applicari prædictæ præsumptiones, quia etiam dato, ꝙ motiuum esset verum, superue-
4 niente postea † titulo legati & institutionis hæredis, ipsa potuit mutare sibi causam possessionis, nec requiritur alia declaratio. Crescen. decis. 148. Than. decis. 52. Achil. de possess. decis. 7. quia cum sibi legatur pignus & ipsa acceptat legatum, amplius non possidet nomine pignoris, sed iure dominij, quia Franciscа mater titulo legati, non hypothecæ Faustinę domum reliquit. Legans enim rem hypothecatam, dominium & proprietatem quam habet, legare videtur. vt declarat Pau. de Cast. in l. si res obligata, col. fin. sub num. 8. versic. item adhuc oppono. ff. de leg. j. Acceptatio autem legati colligi facilè videbatur ex possessione semper continuata, vt ex dictis præsumptionibus.

Contrarietates quæ deducuntur ex articulis, visæ sunt nullius considerationis. Stante ergo prædicta serie & obseruantia facti plenius per informantes Faustinæ relata, dicebant Domini satis constare de bona fide ipsius Faustinæ habentis ius & titulum à suis auctoribus. Quod confirmari videtur ex confessionibus ipsius Pauli in locis per eosdem informantes Faustinæ allegatis, Raynaldum nullũ ius habere in d. domo, sed quòd erat propria Franciscæ: quod aperte confirmatur ex dicto testamento Franciscę, in quo dicitur, domum esse propriã ipsius testatricis, & in quo vt domina legat. & secundum prædicta placebat etiam possessionem Pauli fuisse iure familiaritatis, stante origine & obseruantia prædicta, quæ non obstantibus exemplo deductis placuerunt Dominis saltem ad hunc effectum præsumptionis bonæ vel malæ fidei in casu, de quo agitur.

GRAS-

GRASSI.

Reatin. Castri Postæ. Die Veneris, 10. Decembris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio ad opponendum testibus non est danda.*
2 *Testis primo dicto standum est, & non vltimo.*
Immo si iuratus post triduum rediens deponat cõtrarium, non creditur. num. 3.
Et etiam si in mortis articulo dixerit se falsum deposuisse, non creditur. num. 4.
5 *Restitutio minori non datur in obligatione quæ habuit originem contra maiorem.*
6 *Executio iam primo loco petita, impediri non debet per restitutionem in integrum.*
7 *Mandatum quodcunque sufficit ad petẽdum restitutionem in integrum.*
8 *Restitutio in integrum, an detur aduersus tres conformes, Rota modò negatiuam, modò affirmatiuam tenuit.*
Immo an detur aduersus tres conformes super spolio latas, est quæstio valde dubia. num. 9.

DECISIO CCCXLVI.

OMissis nonnullis fuit resolutum, in casu, de quo agitur, nullo modo esse locum restitutioni in integrum, nec retardari debere executionem rei iudicatæ.

Primò, mori sunt Domini, quia in effectu nihil gestũ
1 est cum minoribus. Secundò, quia petitur † restitutio ad effectum opponendi testibus, quæ de iure non est danda, quia oppositiones sunt odiosæ. Tertiò aliqui dicebant, quòd nõ videatur releuans restitutio ad effectum, vt testes pro Maresijs examinati contrarium deponant.
2 Rot. de testib. decis. 19. in nou. quoniam † primo dicto standum est, per plura ibi allegata. Abb. in cap. cum in tua, num. 9. versic. aut ex interuallo. Bur. num. 5. & Felyn. num. 4. versic. secunda conclusio, de testib. & est communis opinio, prout testatur Corn. cons. 27. sub nu. 15. versic. & dato à fortiori, volum. 3. Dec. in cons. 189. nu-
numero 6. Immo † si testis iuratus post triduum rediens
3 deponat contrarium, eius testimonio vltimo non creditur, tum propter longum interuallum, tum quia præsumitur subornatus & informatus, tum etiam quia varius in sua depositione, primo vnum deponendo, postea contrarium, vt dicitur ad literam in d. decis. 19. Immo si
4 testis † in mortis articulo dixerit se falsum deposuisse, non nocet parti, vt habetur per Bar. in l. si quis in graui. §. j. ff. ad Sylla. Bal. in auth. si testis productus, sub num. 3. versic. quid si testis. C. de testib. & in l. generaliter, nu. 10. C. de non num. pecun. Quartò, aliquibus placebat nõ es-
5 se locum restitutioni, quoniam † quando obligatio habuit originem contra maiorem, non consideratur persona minoris. l. apud Iulianum, in prin. ex quib. cau. maior. Doct. in d. §. in hac. Nec sibi conceditur restitutio in integrum, ex edicto de minor. l. melius. ff. de minor. ita Rolan. vbi supra, num. 2. Quintò, placuit ratio per informãtes deductã, quòd si primo loco iam petita esset execu-
tio, tunc † per restitutionem in integrum non debet im-
6 pediri, vel retardari executio. Pau. de Cast. in auth. quæ supplicatio, sub nu. 3. versic. vel dic melius aut incipit ab executione. C. de precib. Imper. offeren. vbi etiam attesta tur aliàs ita esse iudicatum. & tradit Rip. in l. 4. §. condemnatum, ante num. 31. versic. aliquando petitur restitutio. ff. de re iud. Alex. in cons. 225. col. fin. versic. quia ita demum, lib. 6. Soci. cons. 78. sub num. 4. circa fin. volum. 3. Put. decis. 10. de restit. in integ. & in decis. 279. incip. die 11. Iunij, lib. 2. Cor. decis. 161. & 178. & ita dixerunt aliàs fuisse resolutum in vna Beneuentan. coram Iunio. die 29. Decembris. 1557. & in alia Vercellen. decimarum. coram Caputaque. 6. Iulij. 1558. Sextò & vltimo, prædicta confirmantur, quia † nullum adest speciale, vel generale mandatum minorum ad petendum
7 huiusmodi restitutionem: immo citata parte ad docendum de huiusmodi mandato, si quod habet apud acta, vsque ad hanc horam nullum exhibuit. Quare sine vlla contradictione Domini dixerũt locum esse executioni.

Domini in quæstione proposita omiserunt illam di-
8 sputationem, † an aduersus tres conformes minor restituatur, in qua Rota alias variè promisit, & aliqñ secuta est opi. Bal. & Alex. negatiuam, ne tres sniæ tanto dispendio & labore obtentæ sint ludibrio, aliqñ secuta est opi. Salyc. affirmatiuam, vt plenè per Cassad. de rest. in integ. decis. j. num. 3. saltem qñ vel ex nouis vel ex antiquis aliquid appareat, quòd præsumptionem calumniæ excludat, quam etiam varietatem opin. referunt apost. ad Bal. in l. vnica, sub nu. 16. in verbo, nunquid, ne lic. tert. prouoc. & Couar. pract. quæst. lib. j. cap. 25. num. 7. Nec etiã
9 omnino placuit, quod † in spolio nõ daretur restitutio, quia hoc videtur dubium & habere multam difficultatem. videmus. n. qꝙ in spolio ecclesia restituitur. Io. And. Anch. Gemin. & Franc. in c. j de in integ. rest. in 6. Achil. de rest. in integ. decis. 5. & restitutio sui natura retardat executionem rei iudicatæ. Ant. Aug. qui plures refert in reperr. de restit. in integ. num. 3. sed quicquid sit de prefatis, fuit resolutum prout supra.

GRASSI.

Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ. Die Mercurij, 24. Nouembris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Tempus mortis in detractione legitimæ inspicitur quoad quantitatem bonorum: quoad qualitatem, tempus petitionis. & num. 4. ex magis communi. & num. 5.*
2 *Legitima non augetur etiam quòd bona augeantur post obitum testatoris sine industria hæredis.*
3 *Legitima detrahitur contra voluntatem defuncti: secus in legatis.*
4 *Legitima quãdo detrahitur, inspicitur tẽpus mortis quoad ipsa bona: secus quoad eorum valorem. & num. seq.*
6 *Legitima debetur de bonis, & corporibus hæreditarijs, & dicitur quota bonorũ, & nõ hęreditatis, nec successionis.*
7 *Augumentum prouciens ex corpore debito legitimæ, cedit lucro ipsius.*

DECISIO CCCXLVII.

DOmini dicebãt videri multum difficile decidere hanc q. ex authoritatibus: nam pro informantibus tenet Corn. & Cur. iun. in cõs. alleg. quibus addebant Bertr. qui hoc bene dicit, cons. 141. nu. 15. cũ seq. in j. par. & posset forte addi Bal. relatus à Fab. in au-
then. nouissima. vbi dicit, ꝙ quoad † quantitatẽ bonorũ
1 inspicitur tps mo. tis, quoad qualitatem, tps petitionis. Contrariã opi. latissimè tenet, vbi hũc articulũ ex professo tractat, Cur. sen. qui refert eã esse cõem, cõs. vlt. nu. 30. & per tot. Ias. in auth. nouissima, nu. 5. C. de inof. test. vbi sub nu. 6. dicit, ꝙ nemo discrepat. Paris. cons. 45. nu. 31. cum seq. lib. 2. Bertran. cons. 418. nu. 3. lib. 7. hoc idem

videtur velle Nat. cons. 156. num. 6. Port. consil. 93. numero 97. Crot. cons. 120. num. 15. vbi refert cons. Curt. sen. quem etiam refert Rip. in l. in quartam, num. 46. ff. ad l. Falc. cum quibus posset forte iungi Alex. cons. 13. num. 15. lib. 2. vbi dicit, satis est, quòd filius habeat legitimam tantum de bonis quæ habebat pater tempore mortis suæ, inspecto statu & qualitate, in quo & in qua sunt bona tempore mortis ipsius patris. quæ opin. com-
2 probatur ex illa receptissima sententia, quòd ēt † quòd bona augeantur post obitum testatoris sine industria hæredis, non tamen augetur legitima. l. etiam. §. fin. l. si patronus ex debita. §. fin. de bon. liber. quæ ll. etiam si loquantur in legitima debita patrono, habet locum etiam in legitima debita alio. vt per Pau. de Cast. num. 4. Alex. num. 6. & Hercul. in l. in ratione, la 2. ff. ad l. Falcid. Crot. in l. fratrem à fratre, num. 42. cum seq. ff. de condic. indeb. Soci. cons. 22. in fi. lib. 3.

Et licèt in contrarium faciat tex. in l. serui qui apud
3 hostes. ff. ad l. Falcid. quod serui †augent hæreditatem ad fauorem legatariorum, tñ resp. ꝙ legatarij habent secundum voluntatē defuncti, legitima aūt detrahitur contra voluntatem defuncti, quæ solutio fuit ēt Sal. in l. scimus. §. repletionem, in vers. in contrarium. C. de inoff. testam. quam opin. & solutionem sequitur Afflict. decis. 382. Et
4 in effectu est indubitata regula †quòd inspiciatur tēpus mortis. Rip. in c. cum M. sub num. 38. vers. arbitror opin. Bal. Cagnol. in §. 4. l. Papinianus. in 5. præmisso, num. 8. qui plurimos refert. ff. de inoff. testam. Ias. in l. quod seruus. ff. de condic. ob caus. vbi testatur de magis communi, sub num. 12. versic. sed communior opin. Sed iura & authoritates istæ non bene videntūr applicari huic quæstioni. quia d. l. etiam, & d. l. si patronus ex debita. §. fin. loquuntur de augumento extrinseco quando bona ipsa augentur, vt tunc inspiciatur tempus mortis, quoad ipsa
5 bona, sed † quoad valorem auctum de eisdem bonis in eodem statu remanentibus, videtur forte alia ratio, vt non in ea pariter attendatur tempus mortis. Et istud est quod dicit Curt. iun. & Bertran. Diuersitas rationis in valore videtur liquere ex hoc, quia si legitima debetur de corporibus & bonis hæreditarijs, corpora & bona ipsa sola videntur esse in obligatione, non autem valor, qui verè & principaliter non videtur deberi. Legitima enim, vt est notum, debetur de bonis & corporibus hæreditarijs. l. Papinianus. §. 4. ff. de inoff. testam. & dici-
6 tur † quota bonorum, & non hæreditatis, licèt in hoc sit difficultas apud Doct. an dicatur saltem quota successionis, quia legitimam videtur habere filius vt hæres. Tiraquel. de iure primog. q. 35. num. 10. licèt alij distinguāt quoad æs alienum & quoad successionem. Et in summa ex prędicta ratione inclinabant Domini, tempus mortis debere attendi, cùm dicatur quota bonorum & corporū hæreditariorum, non autem valoris, quia si de corporibus, vt dictum est, legitima debet detrahi, non videtur
7 afferri ratio, cur † augumentum proueniens ex illo corpore debito, non cedat lucro ipsius legitimæ, vt bene sentit Bertran. nu. 15. & 16. Et huic motiuo dicebant, quòd Curt. sen. non bene videtur respondere, licèt pro responsione dicat, ꝙ ita statutum est per illas leges, & quod argumentis non est vtendū, quæ tamen leges non loquuntur in istis terminis particularibus: Illud quod dicitur quod repletio fit ipso iure. §. repletionem. in augumento legitimę, est verum, sed secuta petitione. Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, reuerratur, nu. 14. plenius Menoch. consil. 77. num. 23. Et propterea stantibus difficultatib. prætatis Dñi nihil resoluerunt, sed dixerunt videndum esse, vel an ex facto ēt ratione moræ hæc quæstio decidi posset, vel quod videantur rationes huius opinionis.

GRASSI.

Hispalen. pensionis 200. ducatorum. Die Veneris, 4. Nouembris. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Citatio facta ad domum, vel secundum stylum sufficit, vt valeat.*
2 *Clausulæ solitæ in mandato appositæ illud substinent vt valeat.*
3 *Suspensio petitorij præiudicat in eodem iudicio, & inter easdem personas.*
4 *Arbitrium iudicis in iudicando intelligi debet prout de iure licet.*
5 *Exceptio rei iudicatæ obstat agenti iudicio retinendæ.*

DECISIO CCCXLVIII.

1 FVit dictum, nullitatem ex defectu citationis non esse considerabilem, tum quia † citatio ad domū sufficit. Rot. de dolo & contum. decis. 8. in antiq. & prima, eo. tit. in nou. Tum maximè, quia dicta citatio est secundum stylum, cùm fuerit facta in Acie campi Floræ, & ad domum secundum solitum, & licèt relatio nō adsit per vnum cursorem, dictum est sufficere, quod adsit per duos, & visa est Dominis hæc obreptio multum leuis.

Altera nullitas ex defectu mandati pariter nō placuit.
2 Nam imò † clausulæ mandati exemplo ponderatæ visæ sunt sufficientes, & placuit alleg. decis. Ægid. 5. quam sequitur Felyn. in c. sedes, col. 10. versic. considera quarto, de rescrip. Rot. decis. 375. in nou. Alia nullitas ex defectu iurisdictionis, quia esset suspensum petitorium corā
3 A. C. pariter non placuit. Quia † suspensio petitorij præiudicat in eodem iudicio & inter easdem personas, non inter diuersas. Suspēsio ergo facta inter Dominicum & Alphonsum non præiudicabit in alio iudicio Dominici cum Didaco, cùm maximè Didacus noua persona nouā commissionem iactationum obtinuerit. & si etiā posset dici non esse nouum iudicium, ꝙ ex prædictis non placebat, tamen respondebatur per Dños esse recessum à d. suspensione petitorij per ipsum Dominicum pensionarium, quatenus ipse obtinuerat ab A. C. post d. suspensionem petitorij declaratoriam contra Didacum ob nō paritionem literarū, vnde facto eiusdem Dñici petentis, d. suspensio est sublata, & sic ista ēt nullitas nō placebat.

Alia nullitas in d. sententia D. Veralli visa est Dominis
4 considerabilis ex defectu iurisdictionis, nempe, quia cōmissio † Didaci fuit reformata, vt staret sine retardatione solutionis pensionis arbitrio Rotæ, quod intelligi debet prout de iure: sed de iure erat quod constito de literis & possessione Dominici, ꝙ deberet procedi cū d. clausula, & manuteneri in sua possessione, nec debuit præiudicari Dominico in hoc suo iudicio possessorio per progressum & expeditionem in petitorio. Sed etiam respon debatur, quia cùm præcederent tres sniæ super nullitate pensionis, super qua consensus erat præstitus, & consequenter cùm constaret de notorio non iure pensionarij in petitorio, idem pensionarius non erat manutenēdus
5 in d. possessione. Quia † agenti iudicio retinendæ obstat exceptio rei iudicatæ in petitorio. de communi Rip. in §. nihil commune, num. 97. post alios omnes ibi. Card. in clem. vnica. q. 15. cum seq. de cau. possess. & proprie.

Dubitabant autem Dñi, an illæ sententiæ nocerent Dominico pensionario, & an ipse fuerit legitimè citatus in

illo iudicio, vt sibi obstet d. exceptio rei iudicatæ, an magis dicatur res inter alios acta. Voluerūt igitur in specie de hoc dubitari, an exceptio rei iudicatæ obstet Dominico agenti retinendæ in casu, de quo agitur.

GRASSI.

In eadem Ispalen. pensionis. Die Veneris, 27. Ianuarij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, sine retardatione, suspendit, vel limitat iurisdictionem.*
2 *Possessorium nunquam suspendit petitorium, quando in eodem iudicio ab vno intentatur petitorium, & ab alio possessorium retinendæ.*
Fallit si ab eodem intentatur possessorium, & petitorium simul num. 3.
3 *Actor si in incorporalibus vult releuari ab onere probandi, debet prius terminari possessorium, quando ab eodē vtrunque intentatur.*
Fallit, nisi possessio repugnet primo statui. nu. 5.
4 *Iudicium nullitatis est præiudiciale, & absorbens possessorium.*
5 *Possessorium retinendæ prius terminatum non releuat ab onere probandi, quando possessio est contra ius, vel repugnat primo statui.*
6 *Delegatio iudici facta, vt ex suo arbitrio procedat, intelligitur de iure.*
7 *Clausula, sine retardatione, sine alia clausula, non impedit executionem, quando constat de non iure.*

DECISIO CCCXLIX.

1 DOmini erant pro validitate sententiæ, etiam fatē do (vt est verum) quod clausula, † sine retardatione &c. suspendat, vel limitet iurisdictionem. Itē quod clausula, arbitrio Rotæ, intelligatur prout de iure per allegata. Et mouebantur ex infrascriptis.

Nam licèt de iure sit, quòd quilibet in sua possessione manuteneatur, tamen de iure non est, quòd, quando
2 † ab vno intentatur petitorium, & ab alio intentaē possessorium retinendæ, quia intentans petitorium hoc casu non contendit se possidere, possessorium suspendat petorium. Immo hoc casu vtrunque iudiciū procedit. Bar. in §. nihil commune. in 4. not. nu. 26. & ibi bene Rip. nume. 164. vbi quòd facilius admittitur cumulatio in hoc casu, quando intentatur à diuersis. Quia non potest intrare obiectum cōtrarietatis, quod idem etiā dicit Crot. consi. 105. nu. 3. Menoch. de retinen. in 3. remed. numero 533. Quo ita stante dicebant, sententiam, de qua agitur, esse validam: nam si clausula, arbitrio Rotæ, intelligitur prout de iure est, vt dixi, sequitur ꝙ possessoriū retinendæ non suspendit petitorium, quando ab vno intē tatur petitorium, ab alio possessorium retinendæ si non contendant eadem possessione se possidere, quia nulla regula impedit hūc cōcursum ex supra & alias allegatis.

Non ob. quæ in contrarium adducūtur. Et Primò, ꝙ
3 in incorporalib. si actor velit releuari † ab onere probandi, prius debet terminari possessorium. Barto. in d. §. nihil commune, nu. 18. cum alijs alleg. Quia doctr. Bar. in d. §. ibi procedit, quando ab eadem persona, nempe ab actore intētatur petitorium, & possessorium: at hic secus est. Nam prius fuit actum de nullitate pēsionis per Didacū. Et Dominicus aduersarius intentauit remed. retinen. & ita loquuntur Docto. allegati. Immo istò casu videretur
4 prius procedendum super † iudicio nullitatis, quod est præiudiciale, & absorbens possessorium. Bar. in l. ordinarij, nu. 13. de rei vend. Et si dicatur, ꝙ Didacus remanet reus, quia commisit causam iactationum, &c. Respondetur ꝙ etsi, quoad introductionē iudicij, sit reus, tamen in sua exceptione est actor, qa tenetur docere de nullitate pensionis. Dicebatur insuper, quòd si velimus, ꝙ Didacus sit reus, sequitur, ꝙ Dominicus aduersarius erit actor, qui intētat possessorium, & Didacus reus, qui intē rat petitorium. Et in vtroque casu idem videtur dicendum, quia debet prius decidi iudicium magis præiudiciale, & quod aliud absorbet.

Secundò dicebatur, quòd nec in abstracto, nec in con
5 creto procedit oppositio. Non in abstracto, quia † etiam quod essemus in casu, in quo ab eodem intentaretur petitorium, & possessorium sūper pensione, nō haberet locū illa ratio, ꝙ ideo debeat prius terminari possessoriū retinēdæ, vt possessor releuetur ab onere probādi. Quia hæc possessio, quæ est contra ius, & quæ imponit seruitutem beneficio, & repugnat primo statui beneficij, nō releuat ab onere probandi. Bar. in l. si prius. ff. de oper. no. nunc. latiss. Rub. Alex. in §. nihil commune, nu. 289. cum seq. In concreto non applicatur, quia cum Didacus dicere pensionem nullam, ipse non poterat prætendere, ꝙ possessio sua releuaret eum ab onere probandi. Nā ipse aliquam possessionem non contendebat. Et propterea non potest prædicta oppositio applicari huic casui.

Non ob. quòd signatura, quando constat de possessio-
6 ne, det clausulam, sine retardatione, quia † remisit in casu nostro hanc materiam ad Rotam, vt procedat cū ea, vel sine, arbitro suo, & sic prout de iure. Vnde subdebāt aliqui ex Dominis, quòd licèt signatura apposuerit hanc clausulam seruando suum stylum, tamen in hoc casu stā te clausula, arbitrio, quæ vt supra dictum est, exponitur, prout de iure, stylus delegantis non est seruandus à delegato, sed magis seruanda est dispositio iuris communis, quia in hoc nulla videtur differentia inter ordinarium, & delegatum. Io. And. in rub. de constit. col. fi. vbi Ant. de Butr. num. 8. quos alij Doct. sequuntur, videlicet Alex. in l. fola. de iurisd. om. iud. quicquid dixerit Ang. in
7 l. mandata. §. & si prætor. ff. de offi. eius. † Addebant alij, ꝙ confirmatione prædictorum, quòd etiam, vbi est clausula simplex, sine retardatione, sine alia clausula, tamē denegatur executio, quando constat de vitio in ventre, & sic de non iure. Sarnen. in comped. signat. nume. 84. cum seq. Cassad. decis. 10. de rescrip. Achil. prima, de pension. Item 3. de commission. cum simil.

Quæ dicuntur de possessorio recuperandæ, non obstant, quia non est intentatum recuperan. fuit etiam allegata decis. Afflic. 155. nu. 2. & 3.

GRASSI.

In eadem Ispalen. Die Veneris, 6. Aprilis. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Effectus rei iudicatæ, quando est suspensus per commissionem restitutionis in integrum, debet procedi perinde ac si omnia essent integra.*

DECISIO CCCL.

REsolutum non constare de non iure Dominici ad effectum, de quo agitur, scilicet, vt impediatur manutētio. Venit enim Dominicus ante omnia manutenendus. Quia non constat de non iure suo rōne

hæresis,

hæresis, cùm absolutio præcedat prouisionem canonicatus. Ideo si pars prætendit Mudanam relapsum, debet probare de tempore prouisionis, & reseruationis.

Neque etiam ob. illegitimitas, quia cùm adsit dispensatio, licèt non sit iustificata, tamen suffragatur in hoc possessorio, & deinde in petitorio poterit iustificari.

Non ob. res iudicata super nullitate pensionis. Quia eius effectus est suspensus per commissionem restitutionis in integrum. Ideo debet procedi perinde ac si omnia essent integra. Cassad. de rescrip. decis. 13. & de sequest. pos. & fruct. decis. 1. Ideo cùm de quasi possessione Dominici constet, & habeat literas expeditas, ante omnia venit manutenendus.

GRASSI.

In eadem Ispalen. Die Lunæ, 28. Maij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Absolutoria in petitorio ferri potest postquam est decisum, possessorium suspendere petitorium.*
2 *Petitorium & possessorium, quando ab eodem non intentantur, non debet prius terminari possessorium ad effectum releuandi ab onere probandi in incorporalibus.*
3 *Dominium quando incidenter allegatur, possessor præsumitur dominus.*
4 *Petitorium si proponatur ab vno, & ab alio possessorij, debent vnica sententia terminari.*
5 *Iniustitia quæcunque etiam non notoria sufficit ad retractandum sententiam ad effectum restitutionis, etiam q transierit in rem iudicatam.*

DECISIO CCCLI.

RESolutum, sententiam absolutoriam, de qua agitur, non esse iniustam, stante illegitimitate Mudanæ resignantis. Et licèt allegetur dispensatio super ea, tamen non constabat eam esse iustificatam. Et cũ iam fuerit decisum, quòd hoc possessorium suspẽdebat
1 petitorium, bene † potuit ferri sententia absolutoria in petitorio ex prædicto capite, quia dispensatio non erat iustificata &c. Nam hæc possessio non est præter ius, quicquid dicat Guid. Pap. decis. 629. per tot. & signanter in fi. ver. ista possessio est præter ius, sed magis est contra ius, & non releuat ab onere probandi, vt fuit resolutum in vna Placentin. coram R. P. D. Robusterio, de anno 1570. vel 1571.

Nec ob. quòd quãdo quis vult releuari ab onere probandi in incorporalibus, debet prius expediri possessorium. Quia † hic petitorium, & possessorium non intentabatur ab eo, vt fuit resolutum coram me. ex quia resolutione resultat ratio diuersitatis.
2
Nob ob. quòd quando literæ sunt expeditæ, & cõstat de possessione, non admittantur exceptiones requirentes altiorem indaginem. Quia hæc exceptio non requirebat altiorem indaginem, ex quo in actis non apparebat de iustificatione dispensationis.

Non ob. quod † possessor præsumatur dominus, qñ
3 incidenter dominium allegatur. Quia hic principaliter de dominio quærebatur, cùm esset commissa causa sup nullitate &c.

Secundò, quia possessio contra ius, vt dictum est, non releuat ab onere probandi.

Non ob. quòd consenserunt huic pensioni, & eius solutioni existentes in solutione. Quia ex quo dispensatio non est iustificata, non habebant ius, & consequẽter per hoc non tollitur, quin sententia sit iusta.

Non ob. quod auctor Didaci consenserit ipse huic pẽsioni, quia hoc esset videndũ particulariter, & potius resolutio innuit contrarium, quatenus in prædicto cõsensu vocatur prætensa pensio &c. Ad effectum tamen præsentis disputationis aliqui Domini dubitabant, an possit dici, quòd nihilominus idem R. P. D. Iudex in d. sententia grauauerit Dominicum ex eo, quòd omisso possessorio pronunciauit tantum super petitorio, & hoc cũ præsuppositio, quòd coram eo constaret de literis Dominici, & eius quasi possessione. Mouebantur ex communi doctr. Bar. in §. nihil commune, num. 37. quæ vult, quòd
4 † vbi ab vno proponitur petitorium, & ab alio possessorium, debent vnica sententia terminari, quem sequũtur ibidem Fab. Accoramb. nume. 173. & alij, & de cõmuni Soc. iun. num. 382. post Alex. & Iaſ. ibi. Et omissio huiusmodi licèt non faciat nullitatem, vt per Alex. ibid. nume 1098. tamen negari non potest, quin faciat grauamen, quod forte sufficere posset ad obtinẽdum restitutionẽ:
5 nam † ad hunc effectum qualiscunque iniustitia etiam non notoria sufficit ad retractandum sententiam, etiam quæ transiuit in rem iudicatam, vt fuit resolutum coram R. D. Seraphino in vna Auximan. dotis, Lunę, 14. Martij. 1575. maximè in supremis tribunalibus, per decis. Guid. Pap. 215. sub nume. 8. & 368. Quo stante ijdẽ Domini inferebãt, secũdam sententiam declaratoriam posse confirmari in parte tangente possessorium: in parte verò tangente petitorium, & reuocationem præfatæ primæ sententiæ, debere reuocari, nisi Dominicus interim velit iustificare suas literas. Subdebant etiam, Dominico videri posse subueniri per summarijssimũ possessorium etiam pendente ordinario, vt nuperrime fuit resolutũ in illa Lucan. pensionis coram eodem R. P. D. Seraphino. pro absolutione tamen pensionis præsentis difficultatis, & pro veritate prædictorum fuit dictum, q videretur sequens dubium in primis, nempe, præsuppositio, quod prædicta sententia sit iusta, an constet de sufficienti causa præstandæ restitutionis in integrum Dominico in casu de quo agitur. Et si partes agant circa doctr. prædictas in d. §. nihil commune, an debuerit possessorium, de quo constabat, terminari simul cum ipso petitorio.

GRASSI.

Zamoren. Spolij de Thoro. Die 10. Octobris. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Spolium purgatur per oblationem realem, & veram, non autem verbalem.*
2 *Fructus in libris computorum descripti, dicuntur liquidi.*
3 *Liquidatio fructuum petita à parte ante omnia facienda est, vt de attentatis dicitur.*
4 *Oblatio quæ in restitutione spolij non continet refectionem damnorum, & expensarum, est reijcienda.*
5 *Succumbens in negotio principali de stylo Rotæ condemnatur in expensis.*

DECISIO CCCLII.

QVoad primam partẽ dubij fuit conclusum, spolium non esse sufficienter purgatum. Et dicebant Domini oblationem confratrum esse deficientem, ergo non induci purgationem, nec litis renunciationem. Ang. Aretin. post Bal. in l. liti. in 2. not. num. 1. C. de

C. de litig. Oblatio autem primò deficit, quia nõ est certa, quatenus in mandato confratrum dicitur consulere quicquid ei debebatur, & habere debebit: ista enim verba, habebit, vel habere debebit, important litis liquidationem, in quibus possunt cadere plures instantiæ, vt est tritum in Rota. igitur redditur suboscura, & incerta, nõ autem vera & realis, ergo non sufficit, per alias dicta. placuit dictum Bal. in l. 1. nume. 1. C. ne liceat tert. prouoc. Marsil. sing. 128. & 129.

Nec placuit, quòd huiusmodi fructus videantur illiquidi. Quia † immo videbantur certi per relationem ad
2 libros ipsorummet confratrum, quibus descriptæ sunt singulis annis portiones quarumq; rerum, ex qua relatione resultat certitudo. l. 1. C. de sent. quæ sine cer. quantita. cum concordant. Ideo subdebant aliqui Domini, q poterat confratres, factis computis ex suis libris, huiusmodi fructus liquidare, & realiter soluere, ex Baldo, Matthesil. & alijs prædallegatis. & spoliũ vere dicetur purgatum ex alijs resolutionibus. Vel si alias fructus essent
3 obscuri, dicebant aliqui quod † parte petente ante omnia negotium liquidationis debuit absolui, vt in simili de attentatis dicit Ant. Aug. lib. 3. decis. 712. & in repert. ti. de attentat. num. 18. Caputaquen. lib. 2. decis. 32. Peregrin. decis. 48. & 65. lib. 3. & alij allegati.

Secundo, non placuit oblatio prædicta, quia non con
4 tinet expensas, quæ † tamen debent refici, item damna. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune, nu. 50. de acquir. pos. cum alijs allegatis.

Nec obstat, quòd in sententia de partibus non sit facta condemnatio in expensis. Quia satis est, quod sit fa
5 cta condemnatio in curia, & de stylo † Rotæ succumbẽs in negotio principali condemnatur in expensis.

Quoad secundam partem dubij fuit pariter resolutũ, confratres non esse censendos in bona fide ad effectũ, vt excusentur à restitutione fructuum. cum enim non admiserint Ioannem, vt alias est dictum, huiusmodi non admissio reputatur expulsio, & ei æq paratur. Put. de fructibus decis. 2. & de restitut. spoliat. 8. Præterea, vt etiam est dictum, hoc remedium datur etiam cõtra bonæfidei possessorem, & ad fructus perceptos. Rot. de restit. spol. decis. 10. in antiq. & alias fuit dict in decisione sub die 22. Maij, 1574. cum ibi allegatis, plures refert Achil. decis. 1. de fructib. Ad consi. Alcia. 41. per confratres allegatũ plures Domini dicebant forte posse de eo dubitari, & multa in contrarium allegabant in materia spolij. quicquid tamen sit de eius veritate, dicebant procedere vbi defectus esset notorius in spoliato. cõtra autem Ioannẽ, quod non satisfecerit statutis confratrum, non videtur defectus saltem notorius, stante dispensatione apostolica sibi concessa, ad decis. 25. de restitu. spoliato. in antiq. fuit dictum eam procedere respectu fructuum, qui percipi potuerũt, nõ respectu fructuum realiter perceptorum, vt ad literam d. decisio, qui debentur à die spolij siue intrusionis. Thelmen. decis. 38. & 122. Ad decis. 10. eo. ti. de restit. spolia. in nou. loquitur in materia violentiæ in remed. vnde vi, quæ non est materia nostra. fuit allegata decis. 7. de dolo & contu. in nou. post condemnationem cessat omnis bona fides, & ideo non excusatur à restitutione fructuum. Immo nec probabilis causa litigandi excusat à condemnatione huiusmodi fructuum, vt ibi legitur circa prin. fuit etiam per aliquos allegatus Negusant. de pigno. in 5. par. prin. secundæ par. 3. mẽbr. num. 18. versi. quarto amplia. in argumentum, quod expensæ litis etiam debeant contineri in ipsa oblatione, de qua materia oblationis ibi multa habentur. Et addebãt aliqui tanto magis dari moram in confratribus stantib. interpellationibus 10. vt per Ang. & alios allegatos.

GRASSI.

Bononien. apothecarum. Lunæ, 25. Ianuarij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatus non contratabulat, nec petit supplementum legitimæ.*
2 *Legitima potest dari cum restrictione effectus legitimationis.*
3 *Clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, apposita in legitimatione, quid operetur, cum nume. sequen. & numero 7.*
5 *Filij legitimati habent ius vniuersale, & filiationis.*
6 *Clausula, prout pater in testamento sibi relinquet, operatur quòd legitimatus non possit in plus succedere, quàm sibi pater reliquerit.*
7 *Clausula, sine præiudicio, quæ legitur in facultatibus, censetur repetita etiam in legitimatione.*

DECISIO CCCLIII.

PLacuit, quòd hæc materia restringeretur, & particulariter videretur, an simus in legitimatione, vel dispensatione. Nam primo casu, si sumus in dispẽsatione, materia aliquibus Dominis non videbatur ha-
1 bere difficultatem, quia † dispensatus non contratabulat, nec petit supplementum legitimæ. Alex. in rub. ff. de lib. & posth. sub num. 3. ver. nisi forma legitimationis, & post eum ibi per Iaſ. clarius, nume. 13. & 14. Dec. in l. prima, nume. 10. ver. & quod dictum est, C. de bon. pos. contratab. Zucchard. in l. posthumo. nu. 45. C. eo. ti. in repetitione facta super præludijs, quę incipit, posthumorum species. Curt. iun. consi. 75. nu. 1. 8. & per tot.

In qua dubitatione licet Alcia. consil. 202. numero 1.
2 cum seq. videatur velle, quòd non possit dari † legitima cum restrictione effectus legitimationis, tamen ipsemet consil. 217. tenet contrarium. Hanc opi. etiam post multos videtur tenere Tiraq. in l. si vnquam. in verbo, donatione largitus, numero 317. secũdum magnam impres. alias secundum paruam, num. 295. cum duob. seq. C. de reuoc. donat. An autem hæc sit legitimatio, vel dispensatio, dixerunt particulariter videndum esse, & licèt distinguat Zuccard. in d. l. posthumo. nume. 43. an restrictio fiat circa ipsam restitutionem natalium, tamen putabant super hoc melius cogitandum. Secundo autem casu, nempe, si esset legitimatio, credebant aliqui, non esse
3 elaborandum † circa intellectum clausulæ, sine præiudicio venientium ab intestato, quia siue teneamus opinionem, quam Rota alias dixit esse magis communem, q hæc clausula præseruet successiones etiam transuersaliũ ab intestato, siue opinionem Anchar. consi. 153. num. 5. & Soc. consil. 41. numero 9. lib. 3. quòd solum præseruet ius succedendi descendentibus, siue opin. eiusdem Soc. d. consil. 41. & sequitur Zuccard. vbi supra num. 59. qui propter verbum, descendentium, intelligitur de filis, semper sumus in istis casibus, & licèt Rota videatur alias
4 transiuisse cum hac opinione, quòd hæc clausula operetur solum, quod iste legitimatus posset succedere ex testamento, non autem ab intestato, vt per Put. decis. 307. aliàs 313. In causa Pisanę. proposui dubiũ 2. Maij 1550. vnde de plano videretur intrare, quòd non debeatur legitima huiusmodi legitimato, quia succedere non potest ab intestato ex allegatis, quibus infinita possent addi, tamen hoc non obstante in casu, quòd essemus in legitimatione, materia magnam haberet difficultatẽ: stãte

enim

3 enim quòd sint effecti legitimi, sequitur, † quòd ex cõsequenti ius haberet vniuersale, & ius filiationis. limitatio igitur quæ fit de legitimatione, intelligitur in illis casib. proprie, in quibus limitat, nec vltra extenditur. Vnde Alciat. consil. 217. ait, quòd intelligitur, quatenus de necessitate infert: & propterea vbi voluit, quod in legitimatione in qua aderat clausula, prout pater in testamento sibi relinquet, quod tũc legitimatio intelligatur solum,
6 quando succederet ex testamento, quòd † tunc in plus non possit succedere, quàm sibi pater relinquet. Similiter Curt. iun. consil. 254. lib. 3. consuluit in casu, in quo erat prohibita petitio supplemẽti legitimæ, & quod succederet solum in partibus, in quib. eum instituit pater, quod nihilominus legitimatus possit, stãte legitimatione vniuersali, etiam si sit grauatus fideicommisso retinere ex fideicommisso legitimam, & Trebellianicam, qui casus proximus videtur huic casui nostro.

His accedit, quod dicit Paris. consil. 7. nume. 95. cum seq. lib. 2. Cephal. consil. 117. nume. 7. lib. 1. Applicando igitur, cum Philippus legitimetur etiam ad successionẽ ab intestato (licet cum clausula sine præiudicio venientiũ
7 ab intestato) hæc clausula nihil operatur, † nisi quãdo de præiudicio venientium ab intestato tractatur. Cùm igitur pater instituerit venientes ab intestato, & per reiectionem huius oneris non præiudicatur venientibus ab intestato, sequitur, q̃ sit plenè legitimatus, & quòd cùm legitimatio non loquatur in hoc casu, ipse debeat habere legitimam, quod bene comprobatur ex his, quæ late ponit Zuccard. in d. l. posthumo, num. 46. cum pluribus seq. vbi vult, quòd stante hac, & ijs solitis clausulis, legitimus possit nihilominus contratabulare testamentum, quando non præiudicatur venientibus ab intestato, vt quia in testamento non sunt instituti venientes ab intestato, quod si sibi non deberetur legitima, & non succederent ab intestato, secus esset dicendum ex late traditis per Corn. consil. 57. nu. 4. & consil. 116. nume. 2. lib. 2. vbi ius petendi supplementum, & contratabulandi ac querelandi testamentum regulatur à successione ab intestato, & vt dicit legitima sumit initiũ à successione ab intestato. Cùm ergo tunc non præiudicetur venientibus ab intestato, non videtur excludendus. Quæ tamen fuerũt considerata non gratia decidendi, sed discursus pro informatione partium, & vt ipsa materia restringeretur, quia visa est admodum difficilis. Et addebant ad prædi-
8 cta † clausulam, sine præiudicio, quæ legitur in facultatibus, non autem in ipsa legitimatione, an censeatur repetita in legitimatione, & dicebant videri, quod sic. cap. porrò. de priuileg. Soc. iun. consil. 120. sub num. 20. lib. 2. quia nemo dat, quod non habet. Dicebant etiam posse videri, quatenus opus sit, an possit dari legitimatio, quæ habeat effectum limitatum, & sic sit vera opinio Pau. de Ca. in l. sed si hac §. patronum. ff. de in ius voc. cum pluribus cumulatis in decis. Achil. s. de legitimat. Et an possit diuidi ius filiationis à iure successionis, de qua per Dec. in l. si hæc. ff. de iurisd. omnium iudic. Gabriell. de legit. conclus. vltima, fuit tandem restricta ad hoc, vt dubitarem, an sumus in legitimatione, vel dispensatione.

GRASSI.

Bononien. apothecarum. Veneris, 27. Maij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, apposita in legitimatione, in quibus casibus nihil operetur.*
2 *Legitimatus etiam cum clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, potest contratabulare, nisi eis inferat præiudicium.*

DECISIO CCCLIII.

1 DOmini dixerunt materiam esse restringẽdam ad duo capita. Primum, an simus in retentione, q̃ clausula, absque præiudicio venientium ab intestato, nihil operatur in hoc casu Curt. iun. consi. 254. q̃d est inter consi. Dec. allegatum, quod aliqui Domini dicebant esse consi. Dec. non Curt. prædicti, quia idẽ Dec. se allegat in l. precib. nu. 24. & Dec. sequitur Rip. in l. centurio. nu. 48. & apostil. ad Dec. in d. consil. qui plura allegat, quæ aliquibus Dominis placebant.

Secundum caput est, an ex reiectione huius oneris inferatur aliquod præiudicium venientibus ab intestato, quia legitimatus etiam cum prædicta clausula põt
2 contratabulare testamentum, † quoties ex contratabulatione non infertur præiudicium venientibus ab intestato, quia prædicta clausula, de qua agimus, solum prouidet venientibus ab intestato, & non attenditur, neque obstat, vbi non datur nouum præiudicium per allegata per Dominos tunc, & per plura vulgar. & alias in hac causa allegata.

GRASSI.

Bononien. apothecarum. Mercurij, 28. Martij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Legitima an debeatur legitimato cum clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, quòd sic. sed in contrarium est communis opinio. nu. 7. & 9.*
2 *Clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, est strictè intelligenda, & non comprehendit casum testamenti. & nu. 10. & 11.*
3 *Legitima est portio eius, quod quis esset habiturus ab intestato.*
4 *Succedere qui non potest ab intestato, præteritus non rumpit testamentum.*
5 *Clausula, quòd filius legitimatus non possit succedere, nisi in eo quod pater sibi reliquerit, quid operetur.*
6 *Ab intestato qui non admittitur, nec etiam admittitur ad rumpendum testamentum.*
8 *Filia exclusa ab intestato censetur etiam exclusa à petitione legitimæ facto testamento.*
10 *Legitima tollit omne onus etiam substitutionis factæ in fauorem vltimi decedentis.*
11 *Legitimatus non potest impugnare testamentum patris, secundum omnes.*
12 *Filia per statutum exclusa extantibus masculis, non censetur exclusa petere supplementum legitimæ ex testamento: nisi sint instituti aliqui masculi ex illis, qui ab intestato eam excludebant.*
13 *Ius commune non assistit, vt illegitimus non possit succedere, nec legitimatus cum clausula, sine præiudicio venientium ab intestato.*
14 *Legitimatus vsque ad eam portionem, quæ patri videbitur, potest ex fideicommisso detrahere legitimam, & Trebellianicam.*

DECISIO CCCLV.

QVia alias de hac materia in discursu partib. dato late est dictum (ad quem discursum nunc Domini in multis se retulerũt) ideo multis tũc dictis

dictis omissis, fuit tentum quoad dubium propositum per maiorem partem Dominorum, qui viderant, aliqb. tamen contradicentibus, legitimam deberi Philippo le-
1 gitimato † cum clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, non obstante, quòd adsint filij legitimi, & naturales à patre hæredes instituti &c. Moti sunt Domini hanc opinionem sequentes, quia cùm Philippus fuerit plene legitimatus, sequitur, quòd ei debeatur legitima ac si esset legitimus per Doct. alias allegatos, quorũ partem recenset Dominus Parentius in sua informatione, hoc stante ex Dec. & Alexan. alias allegat. dicebant, quòd hæc clausula stricte est intelligenda in casibus tantum, in quibus loquitur. Vnde cum dicat, sine præiudicio venientium ab intestato, debet intelligi in solo casu ab in-
2 testato, † non autem facto testamento. Gozad. consi. 6. numero 33. & nume. 77. Zuccard. in l. posthumi, nume. 48. de bon. pos. contratabu.

Ex quo inferebant, quòd cùm non simus in successione ab intestato, sed ex testamento, sufficit, quòd legitimatus non possit plus consequi, quàm ipse legitimus. Zuccard. vbi supra sub num. 58.

Non obstãt ea quæ in contrarium deducuntur, quia
3 omnia ad vnum fundamentum reducuntur, quòd † legitima est portio eius, quod quis esset habiturus ab intestato. Vnde cùm legitimatus hoc casu non possit ab intestato succedere, non est locus huic declarationi.

Nam omnibus ijs rationibus bene respondet Rui. cõsil. 40. lib. 3. alle. vnà cùm alijs adductis per D. Parentiũ. Maximè, quia hoc casu res non potest reduci ad causam intestati: bene tamen verum est, quod idem Ruin. in §. & quid si tantum. in prima lect. nume. 177. in simili quo ad hoc videtur tenere contrarium. & in add. nou. ad d. §. sub num. 60. addit istam rationem, nempe, quia regula est,
4 quòd † qui ab intestato succedere non potest, præteritus non potest testamentum impugnare, quæ regula, p passiuam interpretationem extenditur ad filium, cui minus legitima est relictum. Vnde in casu nostro idem fortasse videretur dicendum. s. quòd cùm iste filius sit prohibitus succedere ab intestato, quo casu regula est, quòd non possit contratabulare testamentum, non poterit ẽt impugnare, quando aliquid sibi est in testamento relictum, & sic ista dispositio recipiat passiuam interpretationem à iure communi &c.

Sed pro responsione dicebant, quòd ista extensio passiua non procedit, vbi adest diuersa ratio prout declarat Roman. in auth. similiter. sub numero 101. C. ad l. Falci. hic autem subest diuersa ratio, quia quando nil est relictum, testamentum rumpitur, & res reducitur ad causam intestati: cùm verò agitur ad supplementum, res nõ reducitur ad causam intestati, & ita punctualiter respondet Ruin. d. consi. 40. sub nu. 12. lib. 3.

Nec ob. consi. Dec. 264. col. fina. Quia ibi legitimatio
5 erat facta cum alia clausula, nempe, † quòd non posset filius succedere, nisi in eo, quod pater voluit. Ias. autem consi. 202. & in rub. de lib. & posth. loquitur etiam in diuersa materia, nempe in clausula, quòd succedere possit si pater consenserit.

Et licet pro maiori parte prædicta opinio teneretur, tamen aliqui Domini contrariam sententiam veriorem existimabant, & id quidem vrgentibus etiam rationibus. Et in primis aliquas communes traditiones præmittebant.

Et primo statuebant regulam, quòd legitimato cum
6 hac clausula, sine præiudicio, &c. non † debetur legitima ex eo quod ab intestato excluditur à legitimis, & naturalibus, & hanc esse communem opinion. tradit Dec. consi. 296. nume. 2. post multos quos ibi allegat, reprobata contraria opinione Salyce. in auth. nouissima, C. de inofficio. testamen. Ruin. consil. 17. numero 5. versic. sed prẽmissis, libro secundo. Add. ad d. consi. Dec. 296. idem Dec. consilio 525. numero quarto, cum alijs quos citat Hieronimus Gabriel.

Secundò addebant aliam regulam, quòd † qui non
7 admittitur ab intestato, non admittitur ad rumpẽdum testamentum, nec illud impugnandum. l. cum quæritur. l. omnimoda. in fi. de inof. test. Ale. consil. 19. nu. 4. li. 6. & late ibi add. sub litera, A.

Tertiò, corroborabant istas regulas ex his, quæ cõmuniter tradunt Docto. in l. Gallus. §. & quid si tantum, q̃
8 † filia exclusa ab intestato cẽseat ẽt exclusa à petitione legitimę testamento facto, cuius dicti ratio cõmuniter est recepta, quia alias sequeretur, quòd filia veniens contra voluntatem patris esset melioris conditionis, quàm veniens præter voluntatem. Contra text. in l. maximum vitium. circa med. C. de liber. præter. Alexan. in d. §. & quid si tantum, nume. decimosexto, versi. primo casu. Si ergo ab intestato nihil potest consequi, sequitur, quòd neque etiam ex testamento quicquam consequitur contra patris voluntatem, & ideo etiam præteriri, & exhæredari potuit.

His stantibus clara videtur dubij resolutio negatiua,
9 non deberi legitimam Philippo, quicquid † consuluerit, & male, secundum prædictos Dominos, Paris. consil. 7. lib. 2. & Cephal. qui eum sequitur consil. 117. lib. 1. Melius Dec. qui contrarium respondit consil. 264. col. pen. ver. sed quicquid sit.

Neque ob. quòd hic non agatur de præiudicio venien tium ab intestato, quia talis legitimatio non solum præseruat hoc præiudicium, sed etiam facit, vt sola voluntas testatoris attendi debeat, cum non possit legitimatus voluntatem paternam impugnare, per supradicta 2, & ita quamuis cessaret vnus effectus legitimationis, tamen per hoc alij non cessant.

Secundò bene secundum prædictos Dominos respõ detur, quod hic agitur etiam de præiudicio venientium
10 ab intestato, nempe, filiorum legitimorum, nam † si debeatur legitima, poterit onus substitutionis reijci, & per consequens annullari substitutio vltimo in eorum fauorem facta.

Tertiò, & alio, & magis in specie consideratur eorum præiudicium ratione quotæ legitimæ, vt hic deducitur per D. Gabriel.

Quod dicitur, clausulam, sine præiudicio &c. non habere locum testamento facto, vt per Gozad. & alios exẽ-
11 plo alleg. tollitur secundum prædictos, quia † hoc est verum ad effectum, vt relictum in testamẽto teneat etiam nolẽtibus filijs legitimis: sed quod ideo legitimatus fiat capax impugnationis paternæ voluntatis, hoc videtur cõtra omnes conclusiones, vt in specie Ang. consi. 264. per Gozad. allegat. tenet, quòd clausula illa, sine præiudicio venientium ab intestato, operetur, quòd legitimatus nõ potest venire contra testamentum, si reperiantur instituti illi qui successissent ab intestato.

12 Curt. sen. consil. 37. tenet quidem, quòd † filia per statutum extantibus masculis ab intestato exclusa, non cẽseatur exclusa petere supplementum legitimæ ex testamento, sed loquitur in casu, in quo non erant instituti in testamento aliqui masculi ex illis qui ab intestato eam excludebant, vt videre est sub nu. 23.

Ruin. consi. 40. lib. 3. non solum non facit contra istã opin. quin potius eam confirmat, nam sub num. 12. considerat, quod de iure communi filia potest ab intestato
13 succedere: † sed in casu isto neque iure communi hic illegitimus potest succedere, neque vigore legitimationis,

quia

quia fuit limitata, sine præiudicio &c. Ideo non habet facultatem impugnandi testamentum. Aduertendum ēt, Doct. istos loqui in longe diuersa questione, & in qua est præcipua ratio, quòd filia habet pro se dispositionem iuris communis, quæ non militat in casu isto, in quo ius commune, nec illegitimo assistit, nec legitimato cum illa clausula, quoties adsunt filij legitimi. Et ideo sequit, ꝙ ratio, quàm maxime ponderant ibi Doct. quod testator testando, & aliquid relinquendo videtur voluisse recedere à dispositione statuti, & transire ad ius commune, nō potest in isto casu applicari, quia totum id quod ex testamento capit legitimatus, id capit iudicio testatoris, non legis beneficio, cùm non possit, vt supra dictum est, testamentum impugnare de iure communi, quemadmodum potest filia prætērita, vel in minori quantitate, quàm sit legitima, instituta, & ideo non potest habere locum in hac specie facti consideratio illa voluntatis. Ideo valde dubitabant ijdem Domini de decisione
14 Dec. consil. 257. vbi vult, † quod legitimatus vsque ad eam portionem, quæ patri videbitur, possit ex fideicommisso detrahere legitimam, & Trebellianicam, nam pro fundamentali decisione adducit rationem, quia in dubio testator videtur cogitare, & velle illud, quod lex disponit, quæ ratio respectu Trebellianicæ, quæ detrahitur etiam ab hærede extraneo, potest procedere: respectu verò legitimæ, minime cum dispensato, cùm de iure tali dispensato non debeatur legitima, nisi pater instituendo eum dixisset iure legitimæ, tuncenim ex patris volun tate legitimam consequeretur.

Sed qa materia ista visa est maximè difficilis, & pars est admodū pauper, placuisset, ꝙ partes concordarent.

G R A S S I.

Perusin. censuum. Lunæ, 17. Maij. 1574.

S V M M A R I V M.

1 *Appellari potest à sententia continente mixturam. & numero 6.*
2 *Sententia, quòd possit retineri possessio, donec fuerit satisfactum, dicitur continere hypothecariam, sed contra, numero 10.*
3 *Sententia dicitur continere mixturam cum petitorio, quando quis condemnatur ad liberè dimittendum possessionem.*
4 *Possessio in Saluiano dicitur momentanea, in hypothecaria non: & idem est adiudicare possessionem in perpetuum, quod adiudicare dominium.*
5 *Possessio, quæ est penes violentiam passum, dicitur perpetua, & non momentanea: & ideo datur appellatio à sententia lata contra inuadentem rem suam litigiosam.*
6 *Appellatio datur à sententia continente mixturam cum petitorio. secundum omnes.*
7 *Appellatio semper datur, quando præiudicium est irreparabile in petitorio.*
8 *Appellatio etiam datur, quando agitur ad possessionem vigore contractus.*
9 *Appellatio non datur à sententia lata in mero possessorio, & intrat Aegidiana.*
10 *Clausula, donec fuerit satisfactum, apposita in sententia, importare dicitur momentaneam possessionem.*

D E C I S I O CCCLVI.

DOmini erant varij, & multi videbantur inclinare, quòd in casu proposito esset locus appellationi,
1 quia † sententia continet mixturam. Bal. consil. 141. numero 7. libro primo.

Mixturam autem continere sententiam prædictam probatur.

Primò, quia dicit, retinendam donec, & quousq; fue-
2 rint integraliter satisfacti, vult ergo hæc † sententia, ꝙ isti possint retinere possessionem bonorum, donec fuit satisfactum, ergo non est momentanea, immo idem cōtinet, quod hypothecaria, & sic petitorium, quia & illa non auocat, nisi possessionem retinendā donec fuerit satisfactum, & tamen Barto. in l. prima, ff. de Saluian. interdict. dicit quod hæc quæ datur ex isto interdicto, est mo
3 mentanea, illa ex hypothecaria non. Si enim † quando quis condemnatur ad libere dimittendum possessionē, sententia dicitur cōtinere mixturam cum petitorio, Alexan. consil. 96. colum. prima, lib. primo, quem sequitur Soc. in l. rem quæ nobis. colum. 10. num. 34. versic. circa sextam princ. quæstionem. de acquir. possess. quia non potest dici libere dimissa, quæ per petitorium potest auocari, tantò magis continebit petitorium hæc, quæ vult, quòd isti permaneant in possessione, donec sint satisfacti. Et quamuis Aretin. in §. item Seruiana. in fi. Instit. de actio. quādo ponit formam libelli hypothecariæ, & Saluiani interdicti, ponat istā clausulam in ambobus, videlicet, retinendę, &c. tamen Roffre. in libel. de Saluia. interdict. illam non apponit, & Ang. citat Bar. in l. prima, ff. & C. de Saluian. interdict. vbi de hoc nihil dicit, immo in
4 d.l. prima, ff. de Saluian. interdict. numero quarto, potius dicit contrarium, dum in Saluiano inquit, quòd † possessio est momentanea, in hypothecaria non, & tamen in hypothecaria permanet possessio apud creditorem, nisi quousque sit satisfactum.

Non enim videtur posse excusari, quin canonizetur debitum. Nam vt inquit Afflic. decis. 299. nume. 7. & 8. idem est adiudicare possessionem in perpetuum, quod adiudicare dominium. & similiter Rip. in cap. sępe, numero 102. versicu. item loquitur, de restitu. spoliat. dicit quod in illo remedio datur appellatio, quādo fertur sententia contra inuadentem rem suam litigiosam, quia
5 † possessio perpetuo est remansura penes violentiā passum, & communiter non est momentanea. Ita igitur videtur dicendum in casu proposito. Immo Grat. consil. 108. nume. 16. lib. secundo, voluit, quòd quando libellus solum est aptus ad petitorium, detur appellatio, & in
6 summa hæc est communis omnium opinio, ꝙ † quādo sententia continet mixturam cum petitorio, detur appellatio, vt post Bal. in d.l. vnica, C. si de moment. pos. col. secunda, num. 8. & post alios ab eo relatos, Grat. consilio vltimo, nume. 49. libro secundo, Ias. consil. 187. col. prima & secunda, late Bero. consi. 110. lib. 3. vbi vult, quod id locum habeat etiam, quando in diuersis capitulis sentētia feratur, cùm enim affert damnum irreparabile huiusmodi sententia, in qua voluit iudex quod retineatur possessio donec adimpleantur omnia contenta in senten-
7 tia, clarum est, quod datur appellatio, quæ † semper datur, quando præiudicium est irreparabile in petitorio. Barto. in l. secunda, colum. secunda, de appel. recip. Ange. in d.l. vnica, nume. 3. si de mom. possess. Abb. in cap. cum ad sedem. num. 30. de restit. spol. Marant. qui etiam alios refert de ordine iudic. in secundo artic. princ. emergenti in vltima parte iud. numero 244. alias secundum aliā impres. 299. fol. 94.

Maximè, quia dicitur alia clausula; nempe, & donec fuerint obseruata præmissa &c. ex istis enim quasi in necessariā antecedentiam videntur canonizari illi contractus. Non enim est dubium, quin hoc argumentum procedat etiam in sententia. Aym. post Pau. de Cast. cōs. 174.

nume. 2.

8 nume. 2. Vnde † in simili videmus, ꝙ si agitur ad possessionem vigore contractus, datur appellatio. Bal. consilio 210. nu. 5. lib. 5. Grat. d. consil. vlt. num. 51. lib. 2. Marant. vbi supra, nu. 250. alias 305. secundum meam paruam impress. Anton. Nicel. de concord. gl. col. 8. num. 26. &c. Alij existimabant in sentētia prædicta agi de mero pos-
9 sessorio. igitur † non admitti appellationem, & intrare Ægidianam, ad tradita in l. 1. C. si de moment. possess. cū quamplurib⁹ late cumulatis per Dec. consi. 28. ante fi. primæ col. vers. sed in his qui. innumeros cogerit Corn. consi. 10. nu. 7. lib. 4. & ibi late ponderare videtur Dec. quod cum possit intētari petitorium, quod in casu proposito fuit suspensum, poterit reparari præiudicium illatum per hanc sententiam nō obtinendo in eo possessionem reuocabilē, vt late ibidem per Dec. Et dicebant,
10 quod clausula, † donec fuerit satisfactum, videtur importare momentaneam possessionem, & quòd mixturā non induceret, vt dicebant alias fuisse firmatum in vna Foroliuien. coram Reuerendissimo D. meo Paleotto, allegabatur etiam alia Senogallien. bonorum coram Do. Gropperio, de clausula, ad effectum continuandæ possessionis donec satisfecerit &c. quam dicebant non importare mixturam, sed merum possessoriū, & alia eiusmodi, quæ discursus, & excitationis gratia sint adducta.

G R A S S I.

Valentin. seu Panormitan. illegitimitatis. Lunæ 18. Martij. 1577.

S V M M A R I V M.

1 *Probationes leuiores sufficiunt ad matrimonium probandum, quoad effectum succedendi. & nu. 10.*
2 *Fama sola sufficit ad probandam filiationem legitimam.*
3 *Fama sola est sufficiens ad constituendum in quasi possessione legitimitatis.*
4 *Familiæ & lineæ appellatione intelligitur de tota.*
5 *Dictio, aliqua, est precisa, & omnia comprehendit.*
6 *Adminicula coniuncta cum fama faciunt plenam probationem in legitimatione probanda.*
7 *Legitimi, & nobilis appellatione veniunt etiam legitimati ad excludendum delictum.*
8 *Adminicula non sunt necessaria in probanda filiatione legitima antiqua.*
9 *Tempus viginti annorum dicitur antiquum in probanda filiatione legitima.*
10 *Matrimonium quando principaliter non venit in controuersiam, sed agitur de successione, leuiores probationes ad illud probandum sufficiunt.*

D E C I S I O CCCLVII.

DOmini inhærētes resolutioni vltimo in hac causa factæ, perstiterunt in sententia, ꝙ auus, abauus, & proauus D. Petri Sanchey probentur legitimi ad effectum succedēdi in bonis, de quib. agitur. Moti ex regula alias deducta. s. quia nunc non agitur de
1 virib. matrimonij, sed ad effectum succedendi, † quo casu sufficiunt leuiores probationes, vt per glo. in c. lator. q. fil. sint legit. Bal. in l. filium. in secunda lect. col. 2. de his q. sunt sui vel alie. iur. Salyc. in l. non nudis. col. fi. sub nu. 6. ver. si autem incidenter (vbi pulchram rationem differē tiæ assignat, scilicet fauorem legitimitatis sine periculo animæ) C. de probat. Gemin. vulg. consil. 27. bene refert, & sequitur Paris. cons. 57. nu. 41. cum seq. & sub num. 46. ait communem, lib. 4. Ferret. cons. 49. nu. 1. cum seq.

Quo stante dicebant Domini, vltra dicta in prædicta decisione, in qua perstiterunt, & quę sibi adhuc placuit,
2 probari legitimitatem prædictorum per famā, quę † sola sufficit ad probandam filiationem legitimā, vt per Alberi. in d.l. filium, sub. nu. 6. ver. item probatur per cōmunem opinionem, & famam. Rui. cons. 51. nu. 18. volu. 5. & consi. 128. nu. 10. vol. 4. Alciat. respon. 6. sub nu. 18. Reuerend. Do. meus Paleott. dicens communem in cap. 23. sub nu. 3. 4. & 5. de noth. & spur.
3 Constituitur enim D. Petrus in † quasi possessione legitimitatis ex prædicta fama sola. Bar. in l. de minore. §. plurium, nu. 30. de quæstion. Tiraq. de nobil. ca. 10. nu. 8. qui quamplures addit. Dec. cons. 54. bonus tex. in l. si mater. C. ne de stat. defunc. & transfertur onus probandi cōtrarium in aduersarium l. si filius. l. circa, de prob. Alcia. Paleot. Ferret. & alij prædallegati, alios refert Duen. reg. 299. numero 13.

Satis aūt videtur probari publica vox & fama legitimitatis non solū trium, de quib. agimus, sed ēt omnium ascendentium ipsius D. Petri, siue D. Ximenij p primum testem Franc. de Ort. Item per quartum Baldassarem super 1. artic. quatenus dicunt D. Petrum Sancherum esse de domo & familia de Calatayut per lineam masculinā
4 sine aliqua macula illegitimitatis, quæ † verba secundū Dños de necessitate videntur referenda ad totam familiam, & lineam de Calatayut vsq; ad D. Petrum Vinculatorem, ex vi & significatu verborum prædictorum. si n. aliquis ex ascendentib. esset natus ex illegitimo matrimonio, licet per subsequens mrimonium legitimaretur, tn remaneret macula originalis. Rolan. alleg. cons. vl. nu. 19. cum seq. potissimum, nu. 26. 31. 32. 37. lib. 2. Ant. de Rosel. in tract. de legit. de caus. fi. in princ. Cephal. consil. 82. nu. 29. qui plura congerit. & cons. 111. nu. 14. lib. 1. maxime stantibus verbis, sine aliqua macula, de quib. per pri-
5 mum testem: dictio † enim illa, aliqua, est precisa, & omnia comprehendit. Aym. consi. 294. nu. 4. cum alijs ab eo allegatis. Seruiebant pro adminiculo dicta per sextum testem, iuxta s. interrogatoriū de auditu, à quib. senibus, quod Ximenius auus & alij eius antecessores descēdebāt ex legitimis matrimonijs per lineam masculinam ex familia de Calatayut, perpendēdo verba, de legitimis matrimonijs per lineam &c. multum significantia. Eandem publicam famam respectu aui inclusiue probant secundus, & quintus, aui, & proaui etiam inclusiue tertius, & sextus omnes super primo artic.
6 Et hæc maxime procedunt, † qñ cum probatione aliæ adminicula concurrunt ēt secundū aliā opinionē. Abb. in c. transmissæ. nu. 10. qui fil. sint legi. Saly. in l. ea quidē. nu. 140. C. de accus. Paris. cons. 19. nu. 10. & 52. li. 2. Grat. respon. 146. nu. 5. vol. 2. Ferret. d. cōs. 49. sub nu. 3. ver. præterea in casu nostro. Pro adminiculis aūt satis placebant testamenta, ponderata, vt per informātes D. Petri, & alia in vltima decisione considerata, potissimum quatenus
7 sępe vocantur nobiles, legitimi, quæ † qualitates magis proprie, & in potiori significatu significant tam legitimos quàm legitimatos ad excludendum delictum, item fauore prolis, & matrimonij, & ex alijs præsumptionib. similibus relatis per Barb. consi. 68. in princ. fere per tot. primam col. quod incip. omnipotentem. lib. 4. & vt plene per pdictos informātes, & alias fuit decisum p Dños.
8 Quin potius subdebant aliqui Dñi, ista † adminicula non esse necessaria, qñ tractatur de probanda filiatione legitima antiqua, vt per Salyc. in d.l. ea quidem. nu. 140. Prob. in add. ad Io. Monac. reg. scienti, numero 25. Præpos. in capi. transmissæ. nume. 9. qui fil. sint legit. Immo Ferret. d. consilio 49. sub numero 3. inquit, quòd in hac
9 materia probandæ filiationis legitimæ, † tempus 20.

annorum dicitur antiquum. Barbat. d. consil. 68. colum. tertia, versic. item nec etiam. volum. 4. Videmus enim in simili, quod in legitimitate auctoris sufficiunt probationes leuiores, & non requiruntur exactæ. Put. decis. 77. libro 3. cum simil.

Fuit ergo firmatum per Dominos non esse recedẽdũ à resolutione iam facta etiam respectu trium prædictorum, ex Gemin. & alijs supra deductis, quam opinionem
10 Rot. pluries est sequuta, nempe † vt in casu proposito ad effectum succedendi, & quando non agitur principaliter de viribus matrimonij, prædictæ probationes sufficiant, vt in resolutionibus per informantes allegatis. Ad deducta exemplo satis placuerunt responsiones accommodatę pro parte D. Petri, quę etiam ex prędictis virtualiter dixerunt esse sublata.

GRASSI.

Burgen. Iuris sepelliendi. Veneris, 10. Iunij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Derogatio regulæ de iure quæsito non tollendo, oportet esse omnino expressa.*
2 *Suggestiones possunt esse non solum vbi factum, sed etiam vbi verum narratur.*
3 *Suggestiones impetrantium si probantur adesse, regula de iure quæsito non tollendo, non intrat, nisi ei specialiter derogetur.*
4 *Patronis non censetur præiudicatum ex sola narratione, quòd beneficium esset de iure patronatus.*
5 *Derogatio etiam requiritur in concessione facta à Principe, qui ad inuerecundam petitionem, & suggestionem alicuius cogitur concedere non concedenda.*
6 *Derogatio specialis etiam in concilio requiritur, quamuis dispositio in eo fuisset narrata.*
7 *Derogatio specialis requiritur etiam quòd Papa intellexerit præiudicium: immo etiam in dispositionib. motu proprio, & ex certa scientia.*

DECISIO CCCLVIII.

1 FVit resolutum stricte ad derogationem reg. de iure quæsito non tollen. esse necessariã expressam † derogationem d. regu. maximè attenta ampliatione fe. re. Pij Quinti, & dixerunt non sufficere scientiã Papæ siue implicita sit, & quæ desumatur ex clausula, ex certa scientia, siue explicita, & vere narrata, semper enim dixerunt requiri expressam derogationem. Moti sunt. Quia, vt colligitur ex proemio, reg. emanauit, ne propter varias impetrantium suggestiones tolleretur ius tertij: sug-
2 gestiones enim possunt esse non solum vbi falsum, sed ẽt vbi verũ narratur, propter quas licet Papa inducatur ad rescribendum, hoc noluit vllo modo intelligi, si per eas tolleret ius tertij, in quo actu præiudiciali Papa voluit, q̃ in specie de sua mente cõstaret per specialem, & expres-
3 sam derogationem. Vbicunque ergo adsunt † suggestiones impetrantium, vt apertè colligitur in quæstione nostra ex narratiua supplicationis monialium, tunc voluerunt regulam non intrare, nisi habeat specialem derogationem, & pro hoc placuerunt Dominis no. per Sarnen. in proem. reg. q. 5. sub nu. 2. cum seq. & per tot. qui plura cumulat, quod vbi requiritur in specie derogatio, vt est in reg. Cancel. in specie autem in reg. nostra) non sufficit generalis derogatio, sed requiritur specialis. ad idem aliquibus placebat Felyn. in c. nonnulli. in prin. col. 3. nu. 2. & col. seq. in fi. sub nu. 3, de rescrip. & num. 2. versi. obstat huic fallentiæ, & ver. limita primo. idem Fely. in ca. cum inter. nu. primo, & quarto, vbi subdit Rotam suo tempo-
4 re semper obseruatum, quod † ex sola narratione, quod beneficium esset de iure patronatus, non censetur præiudicatum patronis. Item in materia huius reg. Sarnen. super reg. de iur. quæsi. q. 1. num. 21. & q. 6. sub nume. 2. Mohedan. decis. 82. Et in hoc proposito suggestionis placuit ratio allegata per tex. in l. 1. C. de pet. bon. subl. libro 10. vbi requiritur derogatio etiam in concessione facta
5 à Principe ea ratione, quia † aliquando ad inuerecundã petitionem, & suggestionem alicuius cogitur Princeps concedere, non concedenda. Placuit etiam argumẽtum ex Bal. in c. primo, §. libellariæ. versi. illud est. de pac. constant. non sufficere scientiam Principis, quando rescribit contra factum proprium, sed requiri clausulam derogatoriam. tradit idem Bal. in l. eam quam, num. 31. C. de fideicommiss. vbi pariter requiritur clausula derogatoria in facto detestabili, vt per eum. Quæ videntur comprobari ex communi opinione, de qua attestatur Alexan. in l. tertia, §. si is. numero septimo, ff. quod quisque iur. & in add. ad Barto. in l. fina. in verbo, requiratur. C. si contra ius. quòd vbi tractatur de graui alicuius præiudicio, non sufficit certa scientia. Et prædicta procedunt, & loquuntur, non solum vbi colligitur scientia ex narratis, & dispositis, sed etiam vbi est clausula, ex certa sciẽtia. Aliqui addebant, quòd simile videmus in Concilio,
6 in † quo requiritur derogatio specialis, quamuis eius species, & dispositio fuisset narrata. Rip. post Archidiac. & alios in capitu. primo, sub numero octauo, de iudic. Placuit etiam decisio corã bo. me. Oradin. in causa Alulé. exhibita per informantes, vbi in regula de iure quæsito nõ tollen. Domini dixerunt requiri derogationem
7 specialem, etiam † quòd Papa intellexerit præiudicium. Demum perpendebant additionem Pij Quinti ad hanc reg. quæ vult requiri specialem derogationem etiam in dispositionibus ex motu proprio, & ex certa scientia. Et aduertebant, quod verba additionis non dicunt, vbi sit clausula ex certa scientia, vt sic videatur restringere regulam ad illam scientiam Papæ implicitam, quæ importatur per clausulam ex certa scientia, sed simpliciter, & generaliter referuntur ad impetrationes ex certa scientia factas.

Ad deducta exemplo videbatur Dominis resultare responsio ex præfatis. Et satis etiam placuerunt responsiones datæ per informantes Capituli, & præfata referũtur ad reg. ipsam, & eius naturam. An autem ea intrent præsuppositio, quòd ius cõe assistat monialibus, iuxtare solutionẽ aliàs factam, Dñi resoluerũt, qđ agatur ad partes.

GRASSI.

Legionen. Capellanię. Veneris. 8. Martij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Nepos non natus in potestate aui non gaudet eius municipio originario.*
2 *Patria potestas soluitur per contractum matrimonij, etiam post eius dissolutionem ex l. 47. Thaur. in Hispanijs.*
3 *Verbum, semper, omne tempus, & omnem casum includit.*

DECISIO CCCLIX.

1 DOmini dixerunt, Gasparem non esse originalẽ loci de Mãtilla respectu Bernardini aui, quia † ipse non est natus in potestate d. aui. Luc. de Pen. in l. filios. in fine, de munic. & origin. libro decimo, & ibi etiam Ioan. de Plat. Barto. in l. assumptio. §. primo, numero primo, circa fin. de munic. Quod autem natus non fuit in potestate aui, apparet, quia ex l. 47. Thaur. in
2 Hispanijs, † per contractum matrimonij soluitur in totam patria potestas, ita quod etiã, quod dissoluatur matrimonium, nihilominus remanet sui iuris, d. l. 47. & ibi glo. in versi. sia habido. & in versicu. para siempre. & ibi etiam Palat. rub. item Couarr. super quarto decret. parte secunda, capitu. septimo, §. primo, nume. decimoquinto, licet tamen prædicta per modum resolutionis sint capta, tamen aliqui dubitabant, an prædicta dispositio l. thauri intelligatur in præiudicium ipsius filij, item an possit dici inducta ad eius fauorem, vel matrimonij, quo casu non videtur retorquenda in odium eorum, tamen vt dixi simpliciter est capta resolutio hæc, non obstante clara, & generali dispositione d. l. cuius verba sunt hæc, el Sizo de ohisa casado sea hauido per mancipado en todas las casas para siempre. ponderando prægnantiam verborum, en todas las casas. qui enim totum dicit, nihil excludit. Item para siempre nam verbum, sem-
3 per, omne † tempus includit, & omnem casum. Rot. in l. secunda, per illum tex. vbi Doct. ff. solu. matrim. & hanc opinionem ibi tener gl. in verbo, pater emancipando. in versi. intellige.

GRASSI.

Bononien. alienat. bonorum de Pipinis. Lunæ, 9. Decembris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Tempus secundi contractus, an & quando sit inspiciendus. & nu. 7. & 9. in fi.*
2 *Dictio, tunc, denotat extremitatem temporis.*
3 *Ecclesia reducta ad paupertatem debet pro se retinere seu dum, secundum omnes.*
4 *Coloni, qui terras fertiles reddiderunt, & eorum hæredes sunt præferendi in locatione fienda ab Ecclesia: nisi maior vtilitas inueniatur ab ea locando alijs. & num. 6.*
5 *Contractus de rebus ecclesiæ non est validus, si ab alijs potest haberi maior vtilitas.*
6 *Hæredes coloni qui reduxit terras Ecclesiæ ad culturam pro solita, & antiqua pensione, præferendi sunt extraneo plus offerenti secundum aliquos.*
7 *Causa concessionis cessante, non potest dari res ecclesiæ pro eodem canone, & si sit solita locari.*
8 *Canon rei ecclesiæ locatæ debet augeri re meliorata, quemadmodum, & minui re deteriorata.*
9 *Ecclesia locans in forma consueta pro minori pretio quàm ab alio facta diligenti inquisitione inuenisset, dicitur læsa.*
10 *Locatio facta secundum modos, & qualitates consuetas respicit fauorem ecclesiæ, vt non possit fieri alienatio, nec alteratio in præiudicium ipsius.*
11 *Bona ecclesiæ solita locari possunt concedi pro eodem canone si pluris res non valet, & plus de ea repertum non fuisset.*
12 *Ecclesiæ res semel alienata cum debitis solemnitatibus, dicitur effecta alienabilis sine alia solemnitate. & numero 17.*
13 *Consuetudo alienandi conuertitur in naturam.*
14 *Inuestitura feudi antiqui debet peti ab hærede infra annũ & diem, quæ nullum ius tribuit, nec possessionem, sed antiquam si est iusta, confirmat.*
15 *Prælatus potest alienare bona ecclesiæ in consanguineum*

pro eodem pretio, quod ab alio reperiri potest.
Immo fraude cessante potest alienare in consanguineum, sicut in extraneum. nu. seq.
16 *Alienatio facta à prælato in consanguineos præsumitur in fraudem potius, quàm in vtilitatem ecclesiæ.*
17 *Res ecclesiæ solita alienari potest locari sine solemnitate iuris.*

DECISIO CCCLX.

1 FVit pet Dominos resolutum, inspiciendum esse † tẽpus contractus celebrati cum Pipino, non autem primi contractus (qui primus contractus cum tota sua origine prorsus adhuc ignoratur). Mouebantur Domini ex pluribus. &

Primò, per tex. in extraug. ambitiosæ. de rebus eccle. non alienan. in illis verbis, præterquàm in casibus à iure permissis, ac de rebus, & bonis in emphyteusim ab anti quo concedi solitis, & tunc in ecclesiarum euidenti vti-
2 litate. dictio enim † illa, tunc, denotat extremitatem temporis. l. 4. §. 1. ff. de cond. & demon. l. pen. ff. de testamen. tutel. Bal. consi. 57. nu. 2. ver. 2. vol. 2. Rom. consi. 19. nu. 2. qui loquitur in materia emphyteusis cum alijs allegatis per informantes.

Secundo, per tex. in c. 2. de feud. ibi (si videris expedire) quæ important arbitrium boni viri, vt considerat in hoc proposito tex. illum Præpos. in c. 1. col. pe. in 12. fallen. nu. 32. in fi. qui feud. dar. pos. Curt. iun. de feud. in 2. par. q. 1. ante fi. ver. pro qua. & q. 2. in fi. quia quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex causa. ff. de interro. actio. Hinc est, quòd si † Ecclesia est reducta ad paupertatem, debet posse retinere, vt dicunt omnes, feud. in d. ca. 1. qui feu. da. poss. & ibi in specie Aluar. colum. sexta, in fi. versic. interdum, & versic. nisi ecclesia. plene Capyc. in inuest. feud. in versicu. feudum dant. con clus. 7. fol. 144.

Tertiò, per text. & ibi glo. in c. ad aures. de reb. eccles. 4 non alien. vbi qui laborarunt † terras, & eas fertiles reddiderũt, ac eorum hæredes, præferẽdi sunt in locatione fienda, nisi tunc alijs ad maiorem vtilitatem Ecclesiæ possint locari, quamuis illa inductio possit habere difficultatem, multum tamẽ Dominis placebat expositio, & declaratio ad d. c. ad aures, quam facit Henri. Boich. in c. nulli. col. 3. ver. quarto ex causa. de reb. eccl. non alienan. quæ videtur bene in terminis.

Quartò, mouebantur ex theorica Abb. in d. cap. ad au-
5 res, nu. 4. in vlt. not. vbi dicit, quod contractus † de rebus ecclesiæ non est validus saltem in effectu, si potuisset habere ab alijs maiorem vtilitatẽ, debet enim prælatus contrahere cum illo, cum quo maiorem vtilitatem habere potest, quæ sunt formalia verba Abb. & sentit Imo. ibidẽ sub nu. 1. ver. item nota, quod procedere videtur secũdũ aliquos Dominos etiam in rebus solitis alienari, quia si comparet agnatus & comparet extraneus qui maiorem quantitatem offerat, debet ille agnatus (si vult præferri) dare quãtum extraneus offert, vt post Bar. ibi dicit Rip. in l. prima, nume. decimotertio, ff. de priuileg. credit. Gabriel. de iure emphyteu. conclus. prima, numero 28. & licet quando est reducta ad culturam à prædecessore res habeat difficultatem, nam tunc aliqui Doct. existimant,
6 etiam quòd extraneus plus offerat, quòd tamen sit † danda cognatis eorum qui reduxerunt ad culturam pro solita, & antiqua pensione, vt per Rip. ibid. nu. 14. cum seq. tamen in hoc casu non constat de tali reductione. Secundo ẽt in talem euẽtum si Ecclesia offerat meliorationes illis agnatis, plus offerens prefertur. Rip. ibi sub numero 16. vbi subdit, quòd prædicta procedunt in eisdem, vel

similibus pactis, non si plus offeratur, &c. sed non sumus in hoc casu.

Quintò, quia quotiescunque cessat causa primæ concessionis, tunc non potest dari † res Ecclesiæ pro eodem
7 canone etiam si sit solita locari. ita Abbas in capitu. vt super. sub numero vndecimo, versicu. ego crederem, de rebus eccles. non alienan. quem sequitur Curt. iun. in dicta secunda parte, d. quæstio. prima, ante fi. versicu. hic videmus, vbi inferius statim vocat singularissimas d. decisio. Abbas in d. capitu. vt super. Rebuf. de alienat. rei Ecclesiæ, numero trigesimo quarto. Afflic. in constit. regn. libro primo, rub. 73. de feud. & salar. numero 89. Bernar. bene. consilio 256. numero octauo, in secunda par. libro primo, secundum antiquam impres. Et sic apparet non esse verum, quòd attendatur absolute tempus primi contractus, tunc enim hoc procedere aliqui existimabant, quando essemus dubij, & non reperiretur plus offerens, & adesset eadem causa, sed quando apparet, & reperitur plus offerens, & non adsit eadem causa, tunc videtur magis, quòd intrent supra allegata.

Sextò, aliquibus Dominis placebat hæc ratio, nempe,
8 quia duo sequerentur absurda primum, quia licèt † causa finalis concedendę emphyteusis sit melioratio, tamen hoc ipsum beneficium meliorationis nunquàm sentiret Ecclesia, quia semper Prælatus rem melioratam daret, vel relocaret amico, vel consanguineo pro eodem antiquo pretio. secundum, quòd diminuta, vel deteriorata re Ecclesiæ, sequeretur quidem tunc diminutio canonis in ea relocanda (si ad Ecclesiam reuersa esset) non autem è contra augeretur canon eadem re aucta, cõtra regulam contrariorum, & contra alias plures iuris æquitates, & vt per informantes pro canonicis.

Septimò, aliqui allegabant Bar. in auth. qui rem, numero 6. ver. dixi vobis, & ibi Cagnol. sub nu. 58. versicu.
9 subiungit, dum dicit, quòd † Ecclesia locans in forma consueta pro minori pretio, quàm ab alio facta diligenti inquisitione inuenisset, dicitur lęsa. & ideo hoc casu ei datur restitutio, iuxta text. in capitu. primo, de restitut. in integ. vbi Butr. sub num. 19. Cùm ergo locare pro minori pretio, quàm ab alijs possit haberi, reputetur in iure considerabilis lęsio, non videtur illa tolleranda, etiam in casu proposito, in quo maxime vtilitas Ecclesiæ ex expressa iuris dispositione est spectanda, vt patet in d. cap. secundo, de feud. & in d. extrauagan. ambitiosę, supra allegatis.

Vltimò fuit dictum pro ista sententia, quod scilicet, inspiciatur tempus secundæ concessionis, aliàs fuisse resolutum coram R. P. D. meo Cotta 23. Maij. 1567. in vna Perusin. Molendini.

Non obstât in contrarium allegata: nam Pau. de Cast. in l. etiam, numero 4. in fi. & Alexan. sub numero 4. vers. limita. ff. solu. matrim. & Imo. in l. quod dicitur. la secunda, ff. de verborum obliga. in fi. idem Dec. consilio 142. sub num. 1. versic. & prædicta maxime. Couar. variar. resolut. lib. 2. c. 17. nume. 4. cum alijs concord. iutelligendi sunt secundum Dominos rebus sic stantibus, & quando
10 res tunc non plus valeat: quod † enim sub eisdem qualitatib. non nouis, nec insuetis fieri debeat locatio, istud respicit fauorẽ Ecclesiæ, idest quod non possit fieri alienatio, nec alteratio in præiudicium Ecclesiæ, vt omnes Doct. conueniunt, Aluarot. in d. ca. 1. col. 7. qui feud. dare pos. & alios cumulat Capyc. vbi supra in 15. conclus. fol. 146. apud quos videri poterit, & istud est, quod dicit Seisel. in contrarium allega. in Specul. feudor. in 8. limit. in prin. folio 219.

Non obstat auctoritas Afflic. in ca. 1. nu. 4. de cler. qui inuest. fec. & Bero. consi. 86. in primo. Quia primo respõdetur, quod allegata per eos non probant eorum intentionem. Secundò, quod illę decisiones cum alijs cõcord.
11 quæ possunt ad hoc allegari, quod † bona solita locari possint concedi pro eodem canone, procedunt, vt supra dictum est, quando res pluris non valet, & de ea plus repertum non fuisset, & sic rebus ita stãtibus, nemo enim ex citatis loquitur, quãdo plus fuerit oblatum, & si plus reperiri potuisset, qui est casus noster.

Minus obstat, quòd ista non dicatur alienatio, sed exe cutio antiquæ alienationis, vt per Doct. in d. c. 2. de feud. Quia pro responsione dicebatur, quod illud dictum, q̃ locatio postea facta sit executio antiquę, debet intelligi
12 hoc pacto, nempe, q̃ † quando res semel fuit alienata cũ debitis solemnitatibus, videtur ex tunc statutum, & ordinatum quasi in vim illius primæ alienationis, quòd de cætero possit res illa alienari: & propterea, quãdo reuertitur ad dominũ directum, & de nouo alienatur, in hoc dicitur executioni demandari antiqua alienatio, vt declarat Cur. iun. de feud. in d. secunda par. d. q. 1. colum. 2. ver. quarto me mouet. sed non est statutum ab initio, q̃ possit res alienari pro eodem pretio, immo tex. in d. c. 2. de feu. videtur velle contrarium, quatenus dicit, si videris expedire, & in d. extrauag. ambitiosæ, dum inquit, & tunc in Ecclesiarum euidenti vtilitate.

13 Minus etiam obstat, q̃ † consuetudo alienandi conuertatur in naturam, per reg. tex. in l. pater. §. quindecim. de leg. 3. vt per Bal. in Margar. in vers. prolatus concedit. Anchar. in c. 2. nu. 1. de feud. & Imo. ibidem num. 6. in fi. cum concor. vbi quod attenditur vsus & natura, ad quã est destinata res. Quia respondebatur, fatendo quidem, quòd res solita potest alienari sine solemnitate, sed moderando, & declarando, iuxta d. extrauag. ambitiosę, nempe, si tunc cedat in euidentem vtilitatem, & sic vna lex per aliam interpretatur. l. non est nouum. ff. de legibus, cum vulgar. & satis est si in hoc casu remittitur obseruatio solemnitatis.

Non ob. glo. in cap. primo, in vers. à minore, per quos fiat inuestit. quia non facit ad propositum, ibi enim tex. gl. & Docto. omnes loquuntur de feudo antiquo, & de
14 inuestitura feudi antiqui † quam hæres debet petere infra annum, & diem, quæ nullum ius penitus tribuit nec possessionem, sed antiquam possessionem, si est iusta, cõfirmat, & tunc intrat bene, quòd dicit gl. quod non alienat, sed alienatum à maioribus comprobat, vt bene ibi declarat Henric. in prin. & Præpos. col. 1. & 2. & Aluarot. similiter col. 1. & 2. & præsertim sub nu. 2. in fi. vbi dicit quod illo casu feudum est in bonis feudatarij.

Non obstat similiter Aluarot. in c. 1. nu. 7. versi. opponо, cum glo. fina. & versicu. sed tu dic. si de inuestit. tur.
15 dem. & ver. seq. quatenus ipse dicit, quòd potest † prælatus alienare in consanguineum, quia satis est, quòd non lędatur Ecclesia, ex quo consanguineus tantundem dat: quia dicebant Domini debere intelligi, idest tantundẽ, quantum ab alio reperiri potest, non enim dicit Aluar. quantum dabant antiqui, sed dicit ijsdem pactis, & conditionibus sicut alter, quo casu infertur eius dictum à Curt. iun. de feud. in d. 2. par. q. 7.

Nec facit, q̃ Prælatus posset alienare res solitas alie-
16 nari, in consanguineũ, quia † ẽt potest non solitas, qñ vt Prælatus, nõ autẽ vt simplex œconomus, id facit, & cessat fraus. Alcia. de præsump. reg. 1. præsump. 29. sub nume. 3. ver. sed quicquid sit, sed in dubio, & regulariter talis alienatio in consanguineos præsumitur potius in fraudem, quàm in vtilitatem Ecclesię, vt per Doc. communiter in auth. quibus cunq;. C. de sacrosancc. eccle. Alc. in d. præsump. 29. nume. 1. & 3.

Minus facit dictum Collect. in capit. secundo, numero vigesimoquarto, de feud. quia non propterea dicit, q̃
17 possit alienari pro eodem pretio, nec cum damno Ecclesiæ, vel quid simile, sed † tantum quod res solita potest locari sine solemnitate iuris. Intrant ergo responsiones supra alijs idem dicentibus datæ, & licèt subdat idẽ Collect. quod vtilitas caducitatis cedit commodo Prælati, & computatur inter fructus prælati, tamen non dicit propter hoc quod possit Prælatus denuo locare cum damno, & præiudicio Ecclesiæ etiam, quod ipse Prælatus maiorem consequi posset vtilitatem, sed soluit ibi dubium emergens, ad quem pertineat commodum illius caducitatis, quod nihil ad q. nostram.

Præterea dicebant Domini, quòd tempore suo non erat edita extrauagans, ambitiosæ. de qua supra quæ extrauag. Paulina facit ius commune, & recedit à primo iure communi. Peregrin. decisio. 225. in vna Romana. circa med. libro 2.

GRASSI.

Paduan. decimarum. Mercurij, 4. Iulij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus est iudex competens in sua causa.*
2 *Sententia lata sine citatione est ipso iure nulla.*
3 *Iudex secundus aditus principaliter super nullitate primæ sententiæ, non potest ipsum confirmare, aliàs iniustitiam facit.*
4 *Iniustitia notoria ex actis facit nullitatem, & numero sequen.*
5 *Sententia lata in possessorio, quæ tamen ferri debebat super dominio de quo in actis constabat, dicitur esse nulla.*
6 *Sententia lata super petitorio suspenso, cuius probationes clarè constabant, quæ tamen ferri debebat super spolio, non dicitur nulla, nisi aliqualiter probationes redantur dubiæ.*

DECISIO CCCLXI.

1 NVllitas ex defectu iurisdictionis nõ placuit, quia sumus in ipso Episcopo litigante, & agente. Vnde † in eius causa visus est competens iudex Nuncius Apostolicus.

2 Defectus autem citationis ad sententiam visus est releuans, & nullitatem claram inferens, † quatenus non fuit seruatus terminus, nec per actorem accusata contumacia partis non comparentis, qui defectus operatur, quòd citatio dicatur circunducta, & sic sententia redditur nulla sine citatione. Alexand. in l. si finita. §. Iulianus. numero vigesimoquarto, ff. de dam. infect. Ias. in l. properandum. §. & si quidem, numero septimo, de iudic. Roman. consilio 454. nume. decimotertio, Tiraq. de retract. Lignag. §. 15. gl. secunda, sub numero 9. versicu. & idem cum pars aduersa.

3 Stante ergo nullitate prædictæ sententiæ secunda etiam redditur nulla. Cùm † enim coram secundo iudice fuerit principaliter intentata nullitas, non debuit secundus iudex primam confirmare, & confirmando fecit iniustitiam. Barto. in l. si vt proponis. in fi. C. quomodo, & quando iudex. Bal. in l. tale pactũ. §. qui puocauit. in fine, ff. de pact. Franc. in capitu. dilecto, numero vigesimoquinto, colum. 10. versicu. vlterius aduerte. de appella. Alexand. consil. 111. sub numero quarto, versic. secus, quando esset non solum appellatum, sed etiam de nullitate dictum. volum. 5. ex Innocen. & Barto. vt per eum, vt tunc sententia nulla confirmari non possit. Iniu
4 stitia † autem notoria ex actis facit nullitatem. Paris. consilio 107. numero 9. & 11. in quarto, cum vulg.

5 Placebat etiam alia nullitas, nempe, † quòd de dominio constitit, & propterea non potuit pronunciari in possessorio, (quod tamẽ in suo loco erit bene discutien. & firmandum.) Et licèt hoc caput videatur potius percutere iniustitiam, quàm nullitatem sententiæ, tamen infertur etiam ad nullitatem, quia hoc modo iniustitia esset notoria, quæ æquiparatur nullitati (vt dixi.) Quæ nullitas comprobabatur per aliquos Dominos, nam si etiã
6 suspenso petitorio, quando ex probationibus antea factis constat de bono iure, vltimus spoliatus non restituitur, Ægid. decisio. 404. cum sequen. nisi, vt dicit Ægid. aliqualiter reddantur dubiæ probationes, ergo idem in casu proposito.

Quod tamen caput, & alia super iniustitia sententiarum fuerunt reuocata per Dominos, si quid releuans pro parte Episcopi deducatur. fuit tamen resolutum intrare nullitatem ex dicto capite circunductæ citationis.

Et licet Dominus Episcopus obtinuerit commissionem sanatoriam, tamen in ea explicite excipiuntur nullitates ex tribus. & dum legerem Dominis verba d. com missionis, dixerunt nullitatem præfatam non esse sanatam, immo eam in specie exceptam, quia, vt dixi, iste est defectus citationis ad sententiam.

GRASSI.

Ciuitatis Castel. supplementi legitimæ. Lunæ, 13. Ianuarij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas à matre non adita transmittitur ad filios, & numero 11.*
2 *Aditio hæreditatis probatur etiam ex verbis enunciatiuis alicuius actus.*
3 *Aditio solo animo fit etiam, quòd nihil hæreditarium attingatur.*
4 *Conditio suspensiua suspendit etiam animum adeuntis.*
5 *Hæredi hæredis declarationi etiam statur circa aditionem hæreditatis.*
6 *Actiones confunduntur per aditionem hæreditatis factam sine inuentario fallit, vt nu. 12.*
7 *Aditio non præsumitur in hæreditate damnosa.*
Immo nec ex possessione rei hæreditariæ modicæ non præsumitur aditio & nu 8. Fallit, vt nu. 9.
Sed nec etiam ex exactione modicę rei. nu. seq. in fi.
8 *Aditio hęreditatis inducitur ex fructuum exactione: nisi esset modica exactio.*
Item inducitur ex contractu facto super re etiam minima, qui non poterat fieri citra ius, & nomen hęredis. numero 9.
Item per solutionem debitorum, & retentionem bonorum, & alia similia. nu. 10.
11 *Hęreditas non adita transmittitur ad hęredes, vt adeunda, non vt adita.*
12 *Actio rei vendicationis non confunditur per aditionem hęreditatis.*
13 *Vsusfructus reseruatio demonstrat dominium fuisse transfactum in donatarium.*

DECISIO CCCLXII.

DVbitaui, an constet, Mariam, Petrum, & Leonem adiuisse hæreditatẽ Ioannæ donatricis, q̃ † hẽditas

licèt etiam à Marietta eorum matre non est adita, tamen transmissa fuit, iuxta text. in l. prima, C. de his qui ante aper. tabul. cum alijs allegatis. Hanc autem aditionem agentes ad legitimam conantur elicere ex infrascriptis actibus.

Primò, ex transacto, vel cõpromisso de anno 1551. de quo in tertio ꝓsupposito, in quo Matia, Petrus, Leo,
1 & procuratores alterius partis promittunt, ꝙ † in euentum, in quem ad eos deuenerint aliqua alia bona hæreditaria, & quæ essent de bonis hæreditarijs d. Ioannæ, ꝙ Maria, & Titta deberent ex illis eorum ratam, videlicet legitimam, ergo ex ipsis verbis etiam, quòd essent enunciatiua, inducitur aditio. Barto. in l. gerit, nume. 34. ff. de acquirenda hæredita. Aretin. consilio 136. in principio,
5 quia † aditio solo animo fit, etiam quòd nihil hæreditarium attingatur. Iaſ. in l. suo hærede. numero septimo, ff. de acquirenda hæredita. & est text. in l. si auia. C. de iure deliberan.

Primum hoc motiuum Dominis non placebat ex pluribus. primo in d. scriptura compromissi conditionaliter dicitur, in euentum, in quem &c. & sic est suspensiua
4 conditio, quæ † suspendit etiam animum adeuntis, vt per Barto. in d. l. gerit, sub numero 31. versic. præterea id quod dicitur.

Secundò, quia in actu dubio circa aditionem statur
5 declarationi nedum hæredis, sed † etiam hæredi hæredis, an voluerit adire hæreditatem. Aym. consil. centesimononagesimo septimo, sub nume. quarto, versic. amplius in actibus dubijs post Barto. Bal. Soc. Corn. & alios per eum allegatos.

Tertiò, quia præsupposito, quòd Ioanna decesserit ab intestato, dispositio illa non potest applicari, nec congruere successioni ab intestato, sed bene donationi, nam si ibi tractabatur de successione ab intestato, rata Titæ, & Mariæ non fuisset legitima, sed medietas omnium bonorum, ex quo erant filiæ Margaritæ, & Blanciæ, & subintrabant in locum earundem matrum suarum. Auth. de successio. ab intesta. §. primo, sed bene erat dicta portio legitimæ congrua, & conueniens prædictæ declarationi, quia cùm ipsæ eam approbent, voluit tamen habere suam legitimam, declaratq́ue si detegerentur alia bona, de illis deberent etiam habere legitimam, cùm enim donatio esset vniuersalis omnium bonorum Do. Ioannæ, si bona illa sic detecta comprehendebantur in dicta donatione, debebant dictæ Titta, & Maria habere suam legitimam super illis.

6 Maximè, quia † si istæ donatariæ voluissent adire hæreditatem Ioannæ ab intestato, non conficiendo inuentarium, de nihilo seruiet illa approbatio donationis, quia per aditionem confundebantur actiones, vt Paris. consil. decimosexto, numero quadragesimonono, libro secundo. frustratoria ergo fuisset illa approbatio, & in omnem euentum stantibus supradictis saltem actus allegatæ aditionis est dubius. Vnde intrare videtur regula, quòd quamuis in hæreditate lucrosa de facili præsumatur aditio, in damnosa tamen secus. Et † hinc est,
7 quod ex possessione rei hæreditariæ modicæ non præsumitur aditio, ne quis propter rem modicam præsumatur se immiscere voluisse in hæreditate, & oneribus hæreditarijs. Aym. consilio trigesimotertio, numero duodecimo.

8 Secundus actus allegatus pro aditione est exactio illorum fructuum 100. florenorum decursorum tempore Dom. Ioannę, & circa hoc fuit dictum animaduertendum esse, quòd sibi debebantur fructus decursi ab obitu Ioannæ, qui fuit de anno 1547. vsque ad diem transactionis, quæ fuit de anno 1554. & ita debebantur sibi fructus horum annorum. Item quòd sibi debebantur fructus decursi à die consignationis vsque ad diem donationis, quæ donatio fuit de anno 1533. consignatio præsupponitur, quod fuerit de anno 1527. sed cùm ista importent modicam quantitatem, & valde tenuis est quantitas, quæ pertinet ad Ioannam, quæ non essent debita donatarijs, nam facto diligenti calculo per Dominos valde modicum erat, quòd remanebat ipsi Ioannę: Dixerunt Domini non esse ex exactione istius modicæ rei hæreditariæ. de facili arguendam aditionem, sicut non arguitur, vt supra dictum est, ex possessione modicæ rei hæreditariæ. Iaſ. in l. prima, §. veteres, numero decimotertio, de acquiren. hęredita. Aym.
9 dicto consil. decimotertio. Et † quamuis ex contractu celebrato super re hæreditaria etiam minima inducatur aditio. Natt. consilio 448. numero decimooctauo, istud est verum, quando est clarum, quòd ille actus non poterat fieri citra ius, & nomen hæredis, sed secus in casu proposito, cùm sic potuerint actus fieri vti à donatarijs. Et quamuis forte vti donatarijs præfati fructus non deberentur, tamen forte ipsi hoc prætendere poterant. non enim est verosimile, quòd ex ista modica quantitate voluerint adire ab intestato, & confundere iura donationis quam semper acertime defenderant. Natt. vbi supra.

10 Solutio debitorum Ioannę, † retentio bonorum, & alia per Fucciolos deducta, fieri potuerunt ab illis tanquàm donatarijs, & sic constat de alio titulo, vt alias resolutum fuit.

Non obstat, quod debita essent posteriora donatione, quia de hoc non constat.

Non obstat, quod adiuerint hæreditatem Margari-
11 tæ eorum matris, quia † non propterea sequitur, quod adiuerint hæreditatem Ioannæ, quæ hæreditas transmittitur, vt adeunda, non vt adita, vt per Castren. in dicta l. prima, numero sexto, C. de his qui ante aper. tab. & ibi Corn. num. 6.

Vltimo per aliquos Dominos addebatur pro responsione, quod per aditionem sunt confusæ actiones, quod tollitur ex dictis Bal. in l. si vxor. C. de bon. aut. iud. posſid. sub numero secundo, versicu. sed quid si hæres. refert Purpurat. in l. debitori. numero trigesimoseptimo,
12 C. de pact. vbi quod † non confunditur rei vendicatio, quia licèt hæres teneatur insolidum, alia tamen sunt bona testatoris, alia hæredis, & sic illa bona donata rema-
13 nent sua perinde ac si ab extraneo donata essent. Hic † autem fuisse translatum dominium apparet ex reseruatione vsusfructus, vul. l. quisquis.

Vnde prædicta bona donata remanerent propria donatariorum, non obstante aditione, & si ea extaret, quia ex præfatis non daretur hoc casu cõfusio. & quamuis in hypothecaria Purpurat. in dicta l. debitori, numero trigesimonono, C. de pact. conetur probare, quod hæc quæstio sit inutilis, tamen ex hoc exemplo videtur apparere non esse inutilem. Sed de veritate, & effectu prædictorum alias agetur. Ad alia, vt per informantes. Inclinarunt ergo Domini non videri concluden ter probari aditionem in casu proposito.

G R A S S I.

Callaguritan. thesaurariæ. Die 14. Maij. 1576.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio instrumentalis nullius est momenti alio reperto in possessione, nisi sint inter se compatibiles.*

Possessio

2 *Possessio interpretatur secundum qualitatem tituli præcedentis.*
3 *Possidere quilibet potest diuersis respectibus.*
4 *Possessio clandestina non est manutenibilis.*

DECISIO CCCLXIII.

MAnutenendum esse Ioannem in possessionem tituli thesaurariæ, quia ipse probat suam possessionem per instrumentũ capitulariter 9. Febr-
1 uarij. 1572. Plura quæ exemplo opponuntur facile, tolluntur. Nam † quod hæc possessio fuerit instrumentalis, & propterea nullius momenti, cùm Aluarus ipse prius fuerit in possessione 23. Iunij, 1570. non placuit Dominis, quia huiusmodi possessiones non sunt incõpatibiles: cùm enim titulus beneficij vacaret, vt bene deducitur per informantes Ioannis, dicebatur vacare ipsum beneficiũ, vt fuit resolutum corã R. D. Chiroga, & corã R. D. Aldobrãdino in vna Abulen. canonicatus, qđ manifestè apparet, quia Papa thesaurariã vacantem per resignationẽ Aluari cõfert, vnde possessionẽ Aluari in-
2 terpretabantur, scilicet † secundum qualitatem tituli præcedentis. l. 2. C. de acquir. poss. Namque præsumitur ex præambula forma perfeueraſte. l. pen. ff. de vsucap. Alciat. consi. 31. num. 7. Cùm igitur vnus haberet titulum,
3 & alter haberet fructus reseruatos, quilibet † potest possidere diuersis respectibus. Doct. late in c. licet causam, de probat. Bar. in l. si duo, num. 4. ff. vti possid. Rip. in l. ait prætor. §. si iudex, num. 15. de re iudic. Et eodem modo tollitur secunda oppositio Aluari, quòd hæc possessio Ioannis fuerit momentanea, quia Aluarus postea possedit. Item tertia quod hęc possessio fuit capta absente Alu-
4 aro, & † propterea cùm sit clandestina, ab ipso non sit manutẽnibilis. l. j. vti possid. Nam procederet, si Aluarus possideret titulum, quo casu possessiones essent incompatibiles, quod non est, vt dixi in hoc casu. Eadem distinctione possessionum attenta cessat quarta & quinta opposicio, quòd possessio Ioannis possit dici spoliatiua præcedentis possessionis Aluari. Nam respectu sui tituli tantum Ioannes possidet, cui in nullo lædit ius cõtra reseruationem Aluari. Quia quando ipse erit præsens, iste non residebit, sed tantum, quando Aluarus erit absens. Firmarunt igitur dandum esse mandatum Ioanni respectu solius tituli, & sine vllo præiudicio reseruationum ipsius Aluari.

G R A S S I.

Burgen. Iuris sepelliendi. Veneris, 4. Maij. 1576.

S V M M A R I V M.

1 *Verbum, quomodolibet, importat ius qualecunque quantumuis minimum, & cuiuscunque generis directi vel indirecti, & etiam impropriè sumpti.*
2 *Ius quæsitum etiam de iure speciali, dicitur ius aliquo modo quæsitum.*
3 *Præscriptio acquisita dicitur secundum ius: aliàs regulariter dicitur odiosa, & contra ius.*
4 *Derogatio specialis requiritur etiam in statutis & priuilegijs ad effectum vt locus non sit regulæ de iure quæsito non tollendo.*

DECISIO CCCLXIIII.

REsolutum, in casu, de quo agitur, intrare regulam de non tollen. ad fauorem capituli, etiam quod ius commune magis assistat Monialibus. Mouebantur Domini, quia prædicta regula præseruat ius quomodolibet quæsitum, & dicebant, verbum, quomodolibet, de quo in regula, referendum esse ad verba, ius quæsitum, non autem ad verbũ sequens, tollatur, & hunc videri eis ra-
1 tionabilem intellectum. Et perpendebant vim & energiam † dicti verbi (quomodolibet) quod importat ius qualecunque quantumuis minimum, & cuiuscunq; generis directi vel indirecti, & etiam improprie sumpti. glos. in clem. j. §. j. in verbo, quomodolibet, de statu monac. & in clemen. 2. pariter in verbo, quomodolibet, de sent. excom. sicut in simili verbum, quibuscunque, siue quæcunque, propter eorum genetalitatem trahuntur etiam ad casus improprios & abusiuos, per vulg. doctrinam Alciati in l. mouentium, nu. 6. de verb. signif. refert & plures addit Tiraq. de retract. lign. §. j. glos. 7. num. 20. cum pluribus sequen. Non est autem dubium, quod ius
2 † competens capitulo, etiam quod sit quæsitum de iure speciali, dicitur ius aliquo modo quæsitum, ergo in eo intrat regula. Addebant etiã aliqui Domini videri odiosum auferri beneficia Principum, quæ non dicuntur cõtra ius commune, sed de iure communi. l. j. de constitut. Princ. c. decet, de reg. iur. lib. 6. cum concord. vt in simili de præscriptione dicit Paris. in c. veniens, sub num. 16.
3 in versic. tamẽ, de præscript. quæ † licet dicatur odiosa & contra ius, tũ vbi est acquisita, dicitur secundũ ius, cuius dictũ satis aliquibus Dominis placebat, & maximè, quia dicebant, quòd illa regula quod fatens actibus, per quos redimus ad ius commune, debet intelligi, quando reditur ad ius commune quoad omnes, non autem quoad præiudicium particulare alicuius, iuxta eundem Paris. num. 10. versic. nam regula. & apostil. ad Abb. in d. c. veniens, sub num. 22. in verbo, pactum, in fi. apostil.

Non obstant tradita per Sarnen. in reg. de non tollen. iure quæsito. q. 12. Primò, quia nec ipse firmat, sed se remittit ad id, quod super eo Rota sentiret. Secundò, eius rationes non placebant Dominis, nam allegat Cur. iun. cons. primo, num. 22. Cassan. cons. 66. nu. 63. qui loquuntur de potestate Principis, quando redimus ad ius commune, de qua nos non agimus. Nec enim prędicti Doct. in terminis huius reg. vel de ea loquuntur. & ita etiam potest responderi Capic. decis. 41. incip. regula de non tollen. quæ pariter fundatur super dictis Sarnen. & supradictis cons. Curt. & Cassan. ita etiam ad Gabriel. de iure quæsito, conclus. j. num. 28. & ad Curt. iun. cons. 5. num. 29. & ad plura alia exemplo deducta, Gozad. consil. j. num. 35. & cons. 8. num. 4. quia loquuntur de potestate, non de voluntate, & nihil prorsus de materia istius regulæ, de qua sola agitur. Et circa hoc placuerunt responsiones accommodatæ per informãtes capituli, quę videbãtur bene applicari. Et pro cõfirmatione præsentis resolutionis & responsione ad prædictum dictum Sarnen. allegabant eundem Sarnen. q. 15. in fi. in eadem regula, vbi refert esse resolutum in Rota, locum esse præ-
4 dictæ regulæ, † etiam in statutis & priuilegijs, quando tollitur ius quæsitum ex eis, etiam quod esset per Papã amplissimis verbis eis derogatum, quia regula requirit indiuiduam mentionem. & sic etiam vbi rederemus ad ius commune. Placuit etiam decis. Mohedan. 82. item Put. decis. 32. in primo. in iure considerabili, & maximè, in iure radicato & incorporato. Roman. alleg. per Put. decis. 263. in secundo, concluſum fuit etiam allegata decis. eiusdem 233. statutum. vbi ait, statuta dare ius considerabile, & de eis habendam esse mentionem, quæ tamen statuta, vt plurimum sunt cõtra ius commune. per vulg. Et in effectu hæc sententia visa est magis æqua & rationabilis. Placuerunt etiam aliqua alia deducta pro

hac

hac parte. Ex quibus dicebant satis resultare responsiones exemplo deductis vltra applicatas per capitulũ. Reseruarunt tamen præiudicium Monialium ex clausula, sine præiudicio &c. vt si quid sentiant, audiantur.

Non enim intendunt Domini vllo modo eis præiudicari debere per supradicta: si verè docentur de aliquo præiudicio extra tamen humationem ipsam, cùm enim fuerit narrata in literis capituli, satis constat, Papam voluisse præiudicare.

LANCELLOTTI.

Roman. 20000. Lunæ, 28. Aprilis. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Acquisitio potest fieri etiam per nomen fictum hæredis.*
2 *Acquirere sibi præsumitur, qui animum præscribendi habuit.*
3 *Possessor malæ fidei si quid facit quod non potest facere nisi tanquàm hæres, censetur illud facere nomine hæreditario: secus in claris. num. seq.*
Item si quod facit, respicit hæreditatem, & seipsum, in dubio censetur nomine proprio. num. 4.
5 *Onus iniunctum declarat quid veniat in dispositione.*
6 *Possessor malæ fidei acquirit hereditati etiam inuito possessore.*
Fallit, quando non dicit se emere nomine hæreditario. numero 8.
7 *Hæreditas consentire non potest: ideo actus cum ea initus nullius est momenti.*

DECISIO CCCLXV.

DOmini steterunt in decisis sub die Veneris, 14. Martij proximè præteriti, etiam cum præsuppósito, quòd Leo esset malæ fidei possessor, & quæ nunc adducuntur contra dictam resolutionem, in primis dicebãt tolli posse vnica respõsione, quia scilicet procedunt in casu dubio: at in casu, de quo agitur, clarè constat de mente Leonis, qui expressis verbis titulatus est pro se & hæredibus suis & successoribus, & persona ab eo nominanda. Nec repugnat, quòd dixerit se emere
1 vti hæres Alphonsinæ, quia † non per hoc prohibetur tanquàm hæres Alphonsinæ sibi acquirere, etiam quòd sciret se non esse verum hæredem: voluit enim vti hęres Alphonsinæ sibi & suis hæredibus acquirere, maximè, stante difficultate nominandi, quæ sicut fuit sibi & non dictæ hæreditati Alphonsinæ acquisita, ita etiam casale fuit sibi quæsitum. Præsertim, quia simpliciter dicit, pro persona, quam ipse Leo tanquàm Ioan. Baptista duxerit nominandam. ex quo constat, quòd cùm posset quemcunque sibi bene visum nominare, quòd intentio sua non fuit acquirere hæreditati. Nec placuit responsio data ad illa verba, pro suis successoribus, scilicet, quòd potuisset ipse & sui successores præscribere ius annullandi testamentum. Quoniam, præter id quod videtur satis extraneus intellectus, tamen ex hoc videtur potius colligi,
2 quod si habuit † animum præscribendi, quòd voluit sibi acquirere. Non obstat etiam illud fundamentum, ꝙ quotiescunque malæ fidei possessor quid facit, quod nõ
3 potest facere nisi tanquàm hæres, quòd † censeatur illud facere nomine hæreditario, per doctr. Castren. in lectura Auinionen. in l. quid si possessor, num. 2. versic. si vero erat malæ fidei possessor, de petit. hæred. & sequitur Cum. in l. Imperator. §. fin. in j. lect. de leg. 2. Verum Leo non potuit emere pro seipso & ad sui vtilitatem, nisi hæreditario nomine, quia cùm ius emphyteuticum esset in hæreditate Alphõsinæ, vt fuit resolutum, & Leo obliget successores in casali pro releuatione indemnitatis monasterij contra Dominicum de Maximis, ergo censetur etiam obligare d. ius emphyteuticum, quod Leo facere non poterat, nisi nomine hæreditario. Nam huic fundamento respondetur, quòd illa doctrina Cas-
4 tren. procedit quando sumus in dubio: at hic † sumus in claris, quòd Leo emit sibi & hæredibus suis & ibi etiã fatetur Cuman. si emptio fuisset facta nomine proprio, quòd aliud esset. præterea doctr. Castren. potius probat contrariam opinionem, quia vult quod si possessor malæ fidei aliquid facit quod non potest respicere nisi hæreditatem, prout est solutio legatorum & debitorũ hæreditariorum, tunc in dubio censetur facere nomine hæreditario: si verò id quod facit, potest respicere & hæreditatem, ac se ipsum, tunc in dubio censetur facere nomine proprio, per reg. legis, & magis. de solut. & l. pro hęrede. §. j. de pet. hæred. At hic versamur in secundo casu, nam acquisitio facta per Leonem, non respicit necessariò hæreditatem, quia malæ fidei possessor vult sibi, & non hęreditati acquirere. vt habetur in d. l. item veniũt. Quo verò ad obligationem successorum in casali, resp. quòd Leo obligat suos successores respectu directi dominij, quod tunc ipse emebat, & quòd non erat translatum in Alphonsinam, non autem obligat respectu iuris emphyteutici. Illi ergo erãt successores Leonis, ad quos
5 perueniebat ius illud qđ ipse emebat. Prętereа † si ex one re iniũcto declaratur quid veniat in dispositione. l. Proculus, de vsufruc. cõstat quod hoc onus imponitur Leoni, quia ipse obligabat personam suam ad hanc releuationem. Ideo apparet, quòd noluit acquirere hæreditati, sed suæ personæ, quemadmodum suam personam ad hanc releuationem obligabat. & quod Leo promiserit releuare indemnem monasterium, non repugnat quominus non potuerit emere nomine proprio, & in omnẽ euentum hæc obligatio non potest tollere clara verba, per quæ dicit se emere pro se, & persona nominanda ab
6 eo. Non obst. quòd malæ fidei † possessor acquirit hæreditati etiam inuito possessore, ex not. per Alberic. & Castren. in d. lect. Auinionen. in d. l. item veniunt, num. 1. versic. tamen aduerte. Quia resp. quòd necesse est, quòd emat nomine hæreditario, vt ibi in princ. declarat idem Castren. sed Leo non emit nomine hæreditario. Minus facit quòd mandatum, cuius vigore Leo emit, & illius notitiam habuit, esset restrictũ ad vendendum Alphonsinæ, & per consequens eius hæreditati: & propterea præsumi debet, quòd Leo emerit d. nomine hæreditario, cùm aliàs emptio fuisset nulla tanquàm facta contra formam d. mandati, quia non valet consequentia, Leo potuit emere pro se, ergo emit pro hæreditate Alphonsinæ, nam verba repugnant, cùm expresè dicant, quòd emit pro se & suis hæredibus. Præterea siue bene, siue male Leo fecerit, hoc non arguit, quòd voluerit al-
7 teri acquirere, quinimò † mandatum non poterat esse sufficiens ad vendendum hæreditati, quia venditio requirebat consensum emptoris & hæreditas consentire non poterat, Bart. in l. licèt, in prin. num. 3. de pet. Itaque cùm non teneat actus initus cum hæreditate, non tenebat etiam quod esset initus nomine hęreditario à Leone malæ fidei possessore, quia mandatum non se extendebat ad hoc, & consensus explicandus erat per verum hæredem, non autem per putatiuum, & propterea potuisset verus hæres nolle accipere, & Monacæ potuisset contradicere, & sic cessante illo mandato nõ validè emebat pro hæreditate, quia mandatum ad hoc se non extẽdebat. Placebat Dominis etiam alia responsio, quia malæ fidei

læ fidei possessor non acquirit hæreditati, quando expresè non dicit se emere nomine hæreditario, vt bene fuit aliàs deductum, & tunc etiam deducunt informantes per not. in l. item veniunt, de pet. hæred. Quoad obseruantiam subsecutam, quòd cum postea casale peruenerit ad Reginam, videatur tolli omnis dubietas, fuit dictum quod Clemens quando vendidit casale, non dixit, illud pleno iure spectare ad Catherinam, sed vendit suo & illius nomine subdendo spectare ad ipsum pleno iure dicto nomine. Præterea ex quo pretium casalis fuit positum in monte sub nomine hæredum Cosmi, potius videtur constare de contraria obseruantia.

ROBVSTERII.

Vrbeuetan. hæreditatis. Veneris, 14. Iunij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis, in qua sunt verba expresè denotantia donationem inter viuos, restricta intelligitur ad eam.*
2 *Copula, &, posita inter genus & speciem non ampliat, sed illud declarat.*
3 *Donatio irreuocabiliter facta repugnat donationi causa mortis, & cuilibet vltimæ voluntati.*
4 *Leues coniecturæ sufficiunt, vt dicatur quis voluisse se restringere ad modum expressum.*
5 *Qualitas donationis irreuocabiliter inter viuos, posita in vna parte orationis, intelligitur repetita etiam in alia illi copulata. & num. 13.*
6 *Verba qualificata copulatiuè in eadem oratione non possunt pro parte acceptari & separari à qualitate.*
7 *Interpretatio obscura & intollerabilis, reijcitur ab omni dispositione.*
Item quæ repugnat subiectæ naturæ & ratione recti sermonis. num. seq.
8 *Clausula, omni meliori modo, non potest substinere actum in quo verba sunt clara pro nullitate.*
9 *Dispositio in dubio non est restringenda ad vnum tantum modum, quando ex alijs potest substineri.*
10 *Verbum, dono, simpliciter prolatum, comprehendit fideicommissum, etiam si non appareat de voluntate disponendi per viam vltimæ voluntatis.*
11 *Clausula, omni meliori modo, ostendit claram mentem disponentis, quòd saltem in genere cogitauit de validitate actus.*
12 *Dispositio quælibet recipit interpretationem à verisimilitudine, quòd disponens de tali casu saltem in genere cogitauit, & si interrogatus fuisset, idem respondisset.*
13 *Copula, quæ potest se habere ad vnum & eundem subiectum, & ad diuersa simul, in dubio refertur ad diuersa. & num. 20.*
14 *Copulæ natura est ampliare subiecta, & non restringere, & stat implicatiuè pro, etiam.*
15 *Præsumitur quis velle facere actum omni meliori modo etiam secundario.*
16 *Donatio simplex est latè interpretanda in fauorem donatarij, quamuis sit stricti iuris.*
17 *Donatio facta generaliter, cui postea subsequatur species, dicitur facta gratia maioris demonstrationis.*
18 *Specificatio facta per copulam, &, dicitur facta ad ampliandum, non autem ad restringendum.*
19 *Sequentia quando æquè principaliter se habent ad præcedentia, æqualiter etiam stant dispositiuè, non autem declaratiuè.*
20 *Copula, &, in dubio extendit dispositionem ad casum magis dubitabilem. & numero 22.*
21 *Dispositio fauorabilis & latè interpretanda non debet restringi, quæ tamen restringeretur, si copula, &, non se extenderet ad alium subiectum.*
22 *Declaratio illa dicitur probabilis, & secundum rationem recti sermonis, quæ copulam in dubio de sui natura ampliat, non autem restringit.*
23 *Dispositiones duæ cumulatiuè factæ præsumendæ sunt, & non priuatiuè.*
24 *Donatio facta irreuocabiliter inter viuos non substinetur ex clausula, omni meliori modo, sed debet substineri eo modo quo potest, pro validitate actus.*
25 *Reseruatio vsusfructus an fuerit inutilis vel ne in donatione inter viuos, si deberet valere in vim fideicõmissi, totum pendet à libera voluntate disponentis.*
26 *Copula, &, exponi potest aliquando pro, idest, si actus non destruatur.*
27 *Dispositio restrictiua ad donationem irreuocabilem inter viuos, non potest substineri in vim fidicommissi: & num. seq.*
28 *Verba restricta & limitata ad aliquem modum non recipiunt interpretationem extensiuam.*
29 *Actus restrictus ad vnum tantum modum, non vlterius extendit effectum suum.*
30 *Species vna conuentionis non potest ex se ipsa transire in aliam.*
31 *Actus à principio nullus non potest valere alio modo propter legis resistentiam.*
32 *Actus debet substineri pro validitate, nisi verba ei repugnent.*
33 *Impropriatio aliqua verborum potest fieri pro actus validitate.*
34 *Pactum contra substantiam illius actus requiritur, cuius verba possunt impropriari ad illum modum, secundum quem actus substineri potest.*
35 *Dispositio restricta ad vnum modum, fauore descendentium, vt valeat, debet extendi, vt valeat alio meliori modo.*
36 *Iuramentum non se extendit vltra id, super quo præstitus non est consensus.*
37 *Iuramentum, quod facit valere donationem inter patrem & filium, tollit incapacitatem, non autem facit transire de vna specie in alium contractum.*
38 *Disponens descendentium fauore censetur fecisse actum omni meliori modo, si non potest eo expresso modo valere.*
39 *Verba, quocunque modo, quid operentur.*
40 *Donatio simplex est fauorabilis, in qua fit plenissima interpretatio contra concedentem.*
41 *Donatio simplex facta à parentibus morte confirmatur, & habet vim relicti.*
42 *Dispositio l. donationes quas parentes. C. de dona. inter vir. & vxo. quo casu procedat.*
43 *Donatio à principio nulla non potest transire in aliam speciem, vt valeat.*
44 *Prouisio hominis quibus casibus non faciat cessare prouisionem legis.*
45 *Iuramentum facit valere actum eo meliori modo quo potest, secundum communem.*
46 *Donatio inter viuos facta descendentibus cum iuramento valet omni meliori modo.*
Idq; eò magis, cum actus magis obligatorius transeat in minus obligatorium, non è contra, nu. 47.
48 *Iuramentum habet vim specialis expressionis, vbi non datur defectus consensus.*
49 *Coniecturæ, an contrahentes voluerint se restringere ad illam speciem contractus vel ne, multæ enumerantur.*

Disponens

50 Disponens non censetur etiam ex iuris dispositione se restringere ad vnum modum tantum.

51 Copula, &, implicatiua disponit æquè principaliter & de per se, non autem accessoriè.

52 Statutum annullans donationem inter viuos factam sine solemnitatibus, nõ se extendit ad fideicommissum & vltimam voluntatem, in quam donatio transiret. & numero 5.

53 Dispositionibus principalibus sublatis, corruunt omnia accessoria etiam quæ aliàs ex dispositione legis venirent.

54 Dispositio nulla in vna parte principali, remanet valida in alia parte æquè principali.

55 Dispositio de omnibus bonis suis omni meliori modo, dictus stare de per se, & æquè principaliter.

DECISIO CCCLXVI.

QVamuis super hac difficultate causa fuerit p me pluries in relationibus proposita 19. Aprilis, 31. Maij, & hodie 14. Iunij. tamen non potuit aliquid firmari, quia Domini non erant concordes. Et distinguebant difficultatem in tres partes.

Prima, an attentis verbis dispositio sit restricta ad donationem irreuocabilem inter viuos. Secunda quid ex interpretatione iuris. Tertia, an saltem valeat in vim fideicommissi.

Quoad primam partem tenebant aliqui, quod si attendimus contextum verborum, ibi, nomine ac titulo donationis irreuocabiliter inter viuos, & post mortem
1 duraturæ habere voluit & mandauit, illa † sunt limitata ad donationem irreuocabilem inter viuos. ex l. vbi ita donatur, de donat. cau. mort. cũ alijs adductis in decis. 4. Februarij proximi facta. Nam standum est verbo in contractu expresso etiam quod adessent aliquæ præsumptiones in contrarium, Oldra. cons. 159. in primo dub. cum alijs per Aym. cons. 20. num. 4. Et vbi verba sunt clara, debent cessare glos. & disputationes Aduocatorum. Bal. cons. 174. in fi. lib. 2. Aym. cons. 4. num. 21.

Neque obstat, cùm dicitur, quòd hic adsint duæ dispositiones, vna, in qua fit donatio omni meliori modo, & ista non sit restricta, alia quæ incipit ibi, & nomine ac titulo donationis irreuocabiliter inter viuos, & ista venit ampliatiuè & non restrictiuè ad præcedentem pro validitate actus, ne aliàs in totum corruat. Nam respondebant, quod immo ibi vnica tantum fit dispositio, nã
2 cùm præcedat genus & statim sequatur species, † copula, &, posita inter genus & speciem non ampliat, sed illud declarat, & limitat. Bart. in l. quæsitum. §. si quis fundum. nu. 6. cum seq. de fund. instruc. Alberic. in dictio. in verbo, &, il 1. circa fin. & sic restringit dispositionem ad ad istum modum donationis inter viuos.

Et quod disponens voluerit declarare qua specie donationis donabar, apparet, quia donat irreuocabiliter,
3 quod repugnat vltimis voluntatibus, quæ † ad libitum reuocari possunt, & reseruat sibi vsumfructum & partem bonorum, vt possit de illis disponere, quod non fecisset pure & simpliciter, prout fecit, si voluisset fideicõmittere, sed euentualiter, vt latè deducitur in d. decis. 4. Februarij. Ex quibus postea adiectis declaratur intentio in præcedentibus, nam sequentia magis influunt in præcedentibus quàm econtra. l. si seruus plurium. §. fin. de leg. j. cum alijs per Oldra. cons. 55. num. 2. & sufficiũt
4 † leues coniecturæ, vt dicatur quis voluisse se restringere ad modum expressum. Cald. & alij per Dec. in c. cum super, ante fin. de affin. legal.

Pro quo etiam facit, quòd illa verba, dedit, cessit, tradidit, & donauit, in quibus exemplo fundatur ista donatio, omni meliori modo, vt dicitur facta, non habent
5 orationem perfectam, nisi † iungantur cum alijs positis in eadem oratione, quę non exprimunt bona donata, vt ex se patet, quæ tamen bona donata statim in eadẽ oratione exprimũtur cum ista qualitate donationis irreuocabiliter inter viuos & post mortem duraturæ, adiectis verbis, habere voluit & mandauit, vltimis ex pluribus copulatis, quæ porriguntur ad alia verba in eadem oratione copulata, dedit, cessit, tradidit, & donauit. l. hic. §. Caio. & ibi not. Bar. & alij de fundo instruc. Oldr. cõs. 8. in prin. Soc. cons. 27. num. 13. in 4. Dec. cons. 92. num. 2. cum seq. Paris. cons. 72. num. 35. vsque ad 44. in 4. qui loquuntur in legatis & vltimis voluntatibus, in quibus fit lata interpretatio. l. nec semel. §. j. quando dies leg. ced. declarat Seysel. in l. fin. num. 37. de constit. Princ. Innoc. Anch. Zabarel. Abb. Imo. & alij in c. cum dilecti, de donat. vbi sentiunt idem in donatione dum disputant tantum de qualitate in diuersis capitulis. & nunquam de qualitate in eadem oratione apposita, vt ex eadẽ ratione idem sentiunt Ias. & alij in l. talis scriptura, de leg. j. & in l. j. C. de liber. præter. Dec. in c. secundo requiris, de appel. Et sic omni meliori modo dedit omnia bona sua nomine & titulo donationis irreuocabiliter inter viuos, & eodem nomine & titulo cessit, & similiter tradidit, & donauit, referendo d. qualitatem donationis irreuocabilis singulis verbis supra positis, iuxta glos. & alios per Aym. cons. 98. num. 11. cum seq.

6 Vnde cum omnia verba † sint qualificata copulatiuè in eadem oratione, non possunt pro parte acceptari & separari à qualitate. Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsijt, de libera. legat. Abb. Imo. & alij in c. bonæ, il secondo, num. 29. de postul. prælat. Grat. respon. 151. nu. 22. in 2. Nam totum non fit sine suis partibus. l. qui vsufructu, de verb. oblig. l. si quis cum potuit, de excep. rei iud. cum alijs per Grat. d. respon. 151. num. 21. in 2. Et vbi aliquid additur vel detrahitur, noua fit dispositio. l. j. §. si quis simpliciter, de verb. obligat. l. ius ciuile, de iustit. & iure. cum alijs per Soc. cons. 87. num. 9. in 4.

Non obst. quod aliter interpretãdo donatio esset nulla, & pro validitate actus debet admitti quælibet interpretatio. Quia † id verum est, dummodo non sit extra-
7 nea & intollerabilis, aut obscura, calumniosa, & iudaica: talis enim interpretatio ab omni dispositione reijcitur. Zab. & alij per Seysel. in d. l. fin. num. 68. cum seq. & num. 91. de constit. Princ. Aym. cons. 3. num. 23. & dicitur talis, quando repugnat subiectæ materiæ, aut sumi non potest ex verbis expressis. glos. & alij per Seysel. in d. l. fin. num. 60. cum seq. aut salua ratione recti sermonis fieri non potest. Ang. & alij per Seysel. in d. l. fin. numero 67. prout in casu isto, nam velle quod verba ista, dedit, cessit, & tradidit, & donauit, referãtur ad clausulam, omnia eius bona, dimissis verbis intermedijs positis in eadem oratione, quæ qualificant verba donata,
8 videtur extraneum & intollerabile de iure, & repugnare † subiectæ naturæ & rationi recti sermonis, vt ex præmissis apparet, ideo bene post alios inquit Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 34. & Aym. in rub. de leg. j. numero 130. quòd vbi verba sunt clara, non potest subsistineri actus alio meliori modo. Non obstant iuramentum & clausula, omni meliori modo, quoniam placebant Dominis adiecta in d. decisione, 4. Februarij.

Aliqui verò renebant, quod immo attentis verbis dispositio non sit stricta ad donationem irreuocabilem
9 inter viuos, sed † quòd disponens, qui volebat principaliter inter viuos & irreuocabiliter expresse donare, cogitans quod si sic restringeret ad illum modum tantum,

tum, eius dispositio ex aliquo impedimento forte sibi incognito non posset sortiri effectum, ideo voluit duas æquè principaliter facere dispositiones, vna in principio, in qua donat nepotibus, omni meliori modo. & in ista nullum adest verbũ de irreuocabilitate & donatione inter viuos, sed generaliter donat absentibus coram quinque testibus, quo casu verbum, dono, non repugnat fideicommisso, etiam si non appareat quod vo-
10 luerit † disponere per viam vltimæ voluntatis. l. miles ad sororem, in prin. l. cùm pater. §. donationis, de leg. 2. cum alijs per Corn. cons. 254. num. 3. lib. 3. & dispositio huiusmodi non dicitur restricta magis ad donationem irreuocabilem, quàm ad fideicommissum, aut aliũ modum. l. j. circa fin. vbi etiam Imo. in glos. j. testatur de communi. de donat. cau. mor. Roman. cons. 171. num. 6. & cons. 513. num. 2. Bertran. cons. 168. num. 6. lib. 3. in 2. par. Corn. cons. 254. col. 2. in 3. Dec. cons. 169. num. 2. in fi. Aym. cons. 139. num. 2. Paris. cons. 33. vol. 3. Soc. iun. cons. 67. lib. 3. Abb. cons. 65. num. 6.

Præsertim stante clausula, omni meliori modo, in di-
11 cta dispositione expressa, quæ †claram ostendit mẽtem disponentis, vt saltem in genere cogitauerit de validitate actus omni meliori modo. Alex. cons. 176. nu. 4. in 5. Dec. cons. 14. num. 2. Aym. cons. 141. Afflict. decis. 144. num. 2. Paris. cons. 90. num. 10. Rip. in d. l. j. §. si quis ita, num. 17. de verb. oblig. Et idem est, ex quo adhibuit solemnitates requisitas in fideicommisso & non necessarias in donatione irreuocabili. Soc. in d. l. j. §. si quis ita, in fi. de verb. oblig. & quælibet dispositio recipit interpre-
12 tationem à verisimilitudine, quòd † disponens de tali casu saltem in genere cogitauerit, & si interrogatus fuisset, idem respondisset, iuxta glos. in l. pactum. §. fin. de pact. cum alijs per Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumptio. 34. num. 12. & per Gabriel. de reg. iur. conclusio. 4. & conclusio. 10.

Alia postea fuit dispositio specialis donationis inter viuos & irreuocabilis ad tollendas difficultates & ostendum enixam voluntatem donantis, quæ incipit ibi, & nomine ac titulo donationis, &c. & ista non limitat præcedentem dispositionem omni meliori modo factã, sed illam ampliat & extendit etiam ad donationem irre-
13 uocabilem inter viuos, tum † quia verba præcedentia sunt clara, in quibus donat omni meliori modo, & dein de adiecta copula, &, etiam nomine ac titulo donationis irreuocabilis, quæ vbi copulat qualitates, vt hic omni meliori modo, & irreuocabiliter, nec apparet expresse, vel per coniecturas, an illas copulet respectu diuersorũ subiectorum, vel vnius eiusdem subiecti, in dubio refer-
14 tur ad diuersa subiecta, quia † natura illius est ampliare. Bar. & alij in l. si is qui ducenta. §. vtrum, de reb. dub. Ale. cons. 75. num. 15. lib. 7. & cons. 101. num. 8. cum seq. lib. 3. & stat implicatiue pro, &, vt in l. prima, iuncta glo. ff. sol. matrim. cum alijs per Soc. in l. filius, num. 6. de liber. & posthum. Ias. in l. prima. §. municipes, nume. 4. de acquir. possess. Paris. cons. 92. num. 15. in primo. & consil. 42. num. 9. in 3. Tum quia in dubio præsumitur quis
15 † velle facere actum omni meliori modo etiam secundariò. Dec. post alios in d. cap. cùm super, col. fin. versic. est extra istos casus, de offic. deleg. Rip. in d. l. prima. §. si quis ita, num. 28. de verb. oblig. aliter tamen, vt actus subsistineatur, receditur saltẽ aliqualiter à natura verborum. Nam præsumptio validitatis actus prævalet omnibus alijs. Pau. & Alex. & alij per Dec. in l. postquam liti, num. 23. C. de pact. & in cap. quoniam Abbas, col. 5. versic. limitatur, de offic. deleg. & cons. 87. num. 3. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 34. & tantò magis, cùm verba in casu isto capiant propriè hanc interpretationem,

16 vt supra dictum est. Et donatio † ipsa quamuis non sit de enumeratis in §. actionum, Instit. de actio. tamen cùm sit simplex, vera, & liberalis, latissimè patet in fauorem donatarij. d. c. cum dilecti. vbi Innoc. Abb. & cæteri omnes, de donat. Bertran. cons. 730. num. 1. versic. præterea, in 2. in nou. Claud. in d. l. fin. num. 38. de constit. Princ.

Non obstat quod præcedat genus & sequatur species, quia non ideo restringitur dispositio generalis, sed
17 cùm † donatio irreuocabilis magis donantem grauet taliter specificando, dicitur facta gratia maioris demonstrationis, ad tollẽdum ambiguitates. l. regula. §. & licèt, de iuris & facti ignor. l. stipulationes, de verb. obli. & sic ad fauorem donatarij. Vnde inducta ad concedendum, non debent operari ad detrahendum, & minuendum, vt bene in his terminis post Dec. & alios Aym. cons. 127. num. 7. versic. quarto foret, cum seq. Præsertim, quia specificatio non est facta per dictiones limitatiuas, sed ampliatiuas, nam vt dictum est dictio, &, stat ampliatiuè,
18 quo † casu specificatio sine dubio dicitur facta non ad restringẽdum, sed ad ampliandũ, vt post Bar. & alios deducit Soci. cons. 300, col. 2. lib. 2. Aym. d. cons. 227. nu. 7. ante fin. nec adest ratio aliqua cur disponens voluerit statim corrigere & limitare dispositionem generalem ita prudenter pro validitate actus factam, vt considerat Dyn. in rub. de reg. iur. in 6. Bart. in l. si pluribus, de leg. 2. & passim Ias. & alij in l. talis scriptura, de legat. j. & in l. j. C. de liber. præter. Dec. in d. c. secũdo requiris, de appel.

Non obstant reseruatio vsusfructus, & alia sequetia, quæ solent declarare præcedentia. Nam dicebant, quòd
19 † donans voluit æquè principaliter donare irreuocabiliter inter viuos, & credidit eius dispositiones in omnib. partibus esse validas, & ita credens adiecit illa omnia bona. l. quoties. de verborum obliga. l. quoties. de regul. iur. cum alijs per Dec. consil. 77. numero 7. in fi. cum seq. & in d. cap. cum super. colum. fina. de offi. delega. Alc. de præsump. reg. 3. præsump. 35. Sed non ideo fit, quin ipse saltem in genere etiam cogitauerit de validitate actus, casu quo non posset substineri iuxta modum expressum, & satis est de his in genere cogitasse. l. qui iure. de milit. testam. cum alijs per Gabriel. de reg. iur. conclus. 4. nu. 1. cum sequen. prout disponentem cogitasse verum est ex clausula omni meliori modo, & verisimiliter, vt supra dictum est.

Non obstat, quòd verba præcedentia non possunt separari ab illa qualitate, nomine & titulo donationis irreuocabiliter inter viuos, cũ sit qualitas adiecta vltimis verbis ex pluribus copulatis. Nam respondebant, quòd
20 illa procedunt, vbi † apparet expresse, vel ex cõiecturis, quòd copula coniungit, & restringit: sed vbi sumus in dubio, aut adsunt coniecturæ, vt hic, quòd disponens voluit inducere duo subiecta, & illa implicare per dictionem, etiam, tunc non qualificat alia verba copulata, sed ampliat, & extendit dispositionem ad alium diuersum subiectum. fuit ex mente Bar. Alexan. Soc. & aliorũ, nam dictio implicatiua nõ qualificat, sed ampliat dispositionem ad casum magis dubitabilem, & implicat minus dubitabilem. Gemin. consil. 132. num. 1.

21 Præterea vbi dispositio † est fauorabilis, & late interpretanda, restringeretur. Ias. in l. talis scriptura, num. 40. ver. 7. de leg. 1. Dec. in d. cap. secundo requiris. col. fi. versi. octauo, de appel. Nec hic est posita qualitas in eadẽ oratione, sed diuersa, cùm vt intuẽti patet, iste qualitates reganẽ à diuersis verbis, videlicet donauit, & habere voluit Bar. in l. prætor. §. eritque differentia. vi bonor. rap. Cur. senior consil. 51. num. 15. Soc. consi. 67. num. 14. lib. 3. & consil. 29. numero 13. lib. 4. Paris. in d. consil. 72. numero 37. in quarto.

Non

Non obstat,quod dispositio sit vnica, & non possit diuidi à qualitate,quia hic plures sunt dispositiones distinctę,& separatæ, & æquè principales, vt dictum est. & sic non intrant no. in d.l. prima, §. si quis simpliciter. cum alijs allegatis.

Non ob.quòd ista sit interpretatio extranea,ac repugnet subiectæ materiæ. Quoniam immo colligitur ex verbis expressis, & secundum propriam naturam verborum,nam † vt dictum est,copula in dubio de sui natura ampliat, non restringit.Ideo est probabilis, & iuridica declaratio, ac secundum rationem recti sermonis expositio.Seisel.in d.l.fin.num.60.& 67.de constit.Prin. & in l.j.in prin.num.4.de noui oper.nunc.

Non ob.tex.in d.l.vbi ita donatur,de donat.cau.mor. in illis verbis,reuocabiliter inter viuos.Quoniã admittebant isti Domini, quòd disponens voluit donare irreuocabiliter inter viuos,vt dare constat ex dictis verbis,non taxatiue & priuatiue ad alias dispositiones, sed cumulatiue & implicatiue.Voluit enim disponens,vt dispositio sua haberet effectum, duas principales dispositiones facere,vt supra dictum est. Et in dubio præsumendę sunt
23 duæ † dispositiones cumulatiuè factę,& non priuatiuè, & limitatiuè, cùm non sit præsumenda correctio etiam modica, præsertim incontinenti,nisi clarè probetur.l.nã ad ea.& ibi not.ff.de cond.& demon.cum alijs per Alex. in cons.148.num.6.in prin.lib.j. Dec.cons.602. num.5. cum sequen.& in simili Federic.de Sen.cons.147.versic. quæritur. Abb.cons.54.num.2. versic.nam vbicunque, lib.j.Ruin.cons.50.num.9.cum seq.in 5. Calder.cons.2. circa med.de præben. Felyn.in c.auditis, col.5.in fi.eod. tit.Balb.de præscript.in 2.par.5.part.princ.q.11.num.7. cum sequen.

Non obstãt cons.Alex.14.lib.j.Ias.cons.5.lib.3. Aym. in rub.de leg.j. num.130. cum alijs in decis.4.Februarij adductis. Nam ibi communiter præsupponunt, quod poterat valere etiam vti donatio inter viuos irreuocabi-
24 liter, & vti donatio causa mortis, & † sic non agunt de validitate actus vt hic,sed dicunt, quòd cùm sit facta irreuocabiliter inter viuos, talis non subsistineatur alio meliori modo, imò quòd debeat subsistineri eo modo quo potest pro validitate actus. tenent Bal.cons.108.nu.8.in fi.lib.3.Soc.cons.130.137.&735.lib.2.Aym.cons.52.nume.4.& cons.139.nu.10. cum seq. Rolan.cons.8.nu.22. cũ seq.in j. Et in isto casu cessat difficultas,ex quo adest clausula expressa, omni meliori modo, & donans fecit plures principales dispositiones, vt supra dictum est.

Nec potest dici, quod fuerit inutilis reseruatio vsusfructus & aliorum,de quibus ibi, si deberet donatio valere
25 in vim fideicommissi,cùm † totum hoc debeat metiri, non à veritate,sed ab opinione disponentis,qui in his habet liberam potestatem.l.is qui putat.l.hęres institutus, in prin.de acq.hæred.cum alijs per Aym.cons.88.nu.14. cum seq.Vnde secundum intentionem disponentis non erat inutilis reseruatio, sed prudens, & efficax, cum putaret donationem irreuocabilem inter viuos in omnibus suis partibus valere,vt supra dictum est.

Nec obst.quod clausula, omni meliori modo, sit sine copula & restricta ad donationem irreuocabilem, ideo non operetur in alio modo,quàm in expresso,aut descẽdente ab illo. Quoniam intrat etiã difficultas,si verũ est, ꝙ tota dispositio est restricta ad donationem irreuocabilem inter viuos. Sed totum oppositum est probatum in casu isto, quòd donans duas fecit dispositiones & separatas, & quidem æquè principales, meritò prædicta non intrant in casu isto.

Nec obst.quod copula, &,stet expositiue pro, idest.
26 Quoniam † admittebant Domini hanc expositionem, si actus non destrueretur, sed quia ita interpretando actus redditur nullus, esset intollerabilis & extranea expositio, & contra propriam naturam verborum. Aym. cons.102.num.7. in prin.

Quoad secundã partem Dñi pariter erant varij. Ali-
27 qui.n.sentiebant, quòd cum disponens † se restrinxerit ad donationem irreuocabilem inter viuos, talis actus censeatur ex dispositione iuris restrictus ad illum modum, & non subsistineatur in vim fideicommissi, quamuis interuenerint solemnitates, quæ requiruntur in fideicommisso,& donatio sit facta nepotibus, & præsupponebant,quòd statutum vrbis,de donat.int.viu.& cau. mor.habeat locum in casu isto,ob non seruatas solennitates d.statuti,quamuis donatio sit facta per auum nepotibus suis.Nam qũ dubitatur, an subsistineatur in vim fideicommissi,præsupponuntur alia habilia.l.pactum.vbi Dec.in princ.C.de collat.& alibi sæpè.vt per Aym.de antiq.temp.parte 3.nu.27.Et sic quando non valeat in vim donationis inter viuos,aliàs frustra de fideicommisso disputaremus. Itaque dicebant, quòd attentis verbis donans restrinxit se ad donationem irreuocabilem inter viuos, quæ si non potest valere vt præsupponitur, illa non valebit in vim fideicommissi,vel alio modo quo potuis-
28 set valere, ex quo † verba sunt limitata ad illum modũ tantum.l.multum interest. C.si quis alteri vel sibi. d.l.1. §.si quis ita.vbi Rip.nu.30.de verb.obliga.cum alijs per Cagnol.in l.fi.nu.247.C.de pact. Et in terminis per Aymo.consi.171.nu.17.& in rub.de leg.1.nu.130.

Accedit: nam licèt præsumendum sit,quòd quis velit facere actum validum omni meliori modo, tamen
29 hoc est in dubio,non † vbi apparet, quòd vno tantummodo fecit, nec sumus certi, an alio modo fecisset saltẽ sub illa forma, quia tũc voluntas operatur tm̃ in illo modo expresso,non in alio non expresso.Dec.in d.c.cum super,ante fin.de off.deleg. Soc.cons.vlt.col.j.ante fi.lib.4. quia actus agentium nõ operatur vltra eorum intentionem,l.non omnis.& ibi not.ff.si cert.petat. quæ intentio colligitur ex verbis, quia illa inuenta sunt, vt dicentis sententiam exprimant. l.Labeo, de suppellect.leg. cum alijs per Aym.cons.35.num.6. Alciat. in l.j. in princ. de
30 verb.oblig. Nec vna † species conuentionis potest ex se ipsa transire in aliam. l.si ego, si cer.petat. cum alijs per Roman.cons.517. num.24. Ideo in voluntate interpretanda diuinare non debemus, cùm propositum in mente retentum nihil operatur.l.si alij, de vsufruct.leg. cum alijs per Aym.cons.161.num.11.cum seq.

Præterea, cùm donatio ista præsupponatur pro nunc nulla ab initio ob non seruatas solemnitates statuti Vr-
31 bis, † si non valet vti talis,non potest valere alio modo, propter legis resistentiam.Gemin.in c.j.nu.3. de postul. prælat.in 6.Felyn.in c.cum super,in fi.de off.deleg. Rip. in d.l.j.§.si quis ita, num.31. de verb.oblig. & bene facit l.cum lex,de fideicom. cum alijs per Cassad.de iurepat. decis.5. Nam statutum Vrbis habet decretum irritans geminatum, & valde prægnans, ibi,& irrita sit & nulla, & nullum ius donatario ex ea acquiratur, nullaq; oriatur,nec exerceri actio valeat.

Non obst.quòd pro validitate actus donatio inter viuos facta interpretatur causa mortis,vel fideicõmissum,
32 & è contra † prout patitur validitas illius. Bal.Rom. & alij per Soc.cons.130.num.6.cum seq.& cons.137.col.j. & 2.lib.j.cons.235.col.4.lib.2.Quoniam respondebant, quòd si hoc intelligitur ita simpliciter,est contra ea quę supra dicta sunt, de ea quæ facit limitare actum ex vna causa tantum,& se restrinxit. Ideo dicebant,ista omnia de validitate actus esse intelligenda, quando verba non essent clara, nec cõtenta in dispositione repugnant,quin saltem

saltem ex aliqua interpretatione impropria possent verificari in illa secundario modo, secundum quem actus
33 subsistineri posset, vt Soc.met.se ipsum declarat in d.cons. 107.post prin.Aym.cons.52.nu.6.Nam † pro validitate actus bene potest fieri aliqua impropriatio verborum,vt ibi per Aym.& alios,sed nõ magna vel extranea. Alciat.de præsump.reg.3.præsump.34.nu.6. cũ seq.prout vbi verba sunt clara. & reseruatio vsusfructus, & alia cõtenta in ea aperte repugnãt fideicõmisso, vt dictũ est.

Non ob. ꝙ imò pro validitate actus requiritur pactũ contra substãtiam actus, vt valeat omni meliori modo. Pau.& alij per Afflic.decis.338.nu.5.cum seq.Soc.d.cons. fil.107. Quoniam dicebant id procedere, vbi verba saltem ex aliqua impropria interpretatione, possunt trahi ad modum illum, secundum quem actus subsistineri po-
34 test, quia † possunt impropriari & trahi ad illum sensum, & tunc vt actus subsistineatur, pactum contra substantiam illius actus reijcitur. Bart.in l.vbi ita donatur, in 3.oppos. Signor.de Homod.num.3.Pau.nu.2.& cùm tunc sumus in præsumenda partium intentione, non sunt in materia regulæ,si nõ valeat quod ago vt ago,&c. vt per Soc.d.cons.107. col.j. sed vbi verba sunt clara, & aperta,restricta ad actum inualidum vt hic, & tũc quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui, & imputandum est partibus si voluerunt facere actum inutilem. Dec. consilio 33. ante fin. versic. non obstat quod inhibitoria,&c.

Non obst. ꝙ simus in dispositione aui inter nepotes, in qua licèt verba sint limitata ad aliquem disponendi
35 modum, tamen † non censetur,auum se restrinxisse ad illum modum expressum,sed fauore descendentiũ censetur voluisse facere illam dispositionem etiam alio meliori modo. glos.in l.fi.C.famil.ercis.& glos.in verbo, voluit. in l.cohæredi. §.cum filiæ. & ibi Doct. ff.de vulgar. substit. Quoniam respondebant id esse fauore liberorũ in vltimis voluntatibus tantum, non autem in dispositione inter viuos, restricta ad vnum actum, quamuis parentes disponerent in fauorem eorumdem filiorum, vt dicebant aperte probari in l.donationes quas parentes. C.de donat.inter vir.& vxor. multipliciter ponderando illum tex.cum alijs per Bald.cons.430. in princ.lib.j. & in l.si mortis, nume. 4. C.ad l.Falcid. & in l.executorem,num.34.C.de execut.rei iud.Ideo stat regula supra firmata de eo qui se restrinxit.

Nec obst. dum dicitur, quod iuramentum hic interpositum habeat vim clausulę,omni meliori modo.Nam
36 † respondebant, quòd vbi principalis dispositio est restricta ad certum contractum, quã partes voluerunt & non alium facere, vt eorũ verba demonstrant,tunc sicut clausula,omni meliori modo, absq; copula nõ operatur nisi circa illum expressum, aut descendentẽ ab illo, vt in d.decis.4.Febru.Ita nec iuramentum,quod tantum operatur & præstat,quantũ adest de consensu.Are.cons.24. in prin.Rip.in d.l.j.§.si quis ita, num.28. de verb.oblig. Aym.cons.102.num.7.versic.secundo respondeo.Ceph. cons.44.num.26.vsque ad fin.Siluan.cons.40.num.32. cum seq.& sic operatur tantum vbi adest defectus solẽnitatis,non autem substantiæ vel consensus. Roma.consil.517.num.24.Dec.in d.c.cum super,num.11.de offic. deleg.& Add.ad eundem Rom.cons.525.in fi.

Et quamuis donatio inter patrem & filium in potestate addito iuramento subsistineatur, tamen non est ex
37 eo quod † propter iuramentum de vna specie trãseat in alium contractum, sed quia iuramentum tollit illam incapacitatem, quæ est inter patrem & filium à iure ciuili introductam, & propter naturalem obligationem facit illã valere in eadẽ sui specie, vt late cumulat Clar. in §.donatio.q.8.in fi. sed nos sumus in casu,in quo dispositio deberet transire de vna specie in aliam.

Aliqui verò tenebant,ꝙ nec etiam ex dispositione iuris censeatur disponens restrinxisse ad donationem irreuocabilem,sed fecisse actum omni meliori modo.

Primò,quia inter descẽdentes,quorum fauore dispo-
38 nẽs non præsumitur se restrinxisse ad actũ † expressum, censetur omni meliori modo fecisse.l.Aurelius.§. Titius testamento.in fi.de lig.leg.l.2.de dona.l.creditur. §.1.mãda. cum alijs per gl. in verb.voluit in l. cohæredi. §.cum filiæ.de vulg.& pup.vbi Imo.Alexan.Aretin.& Ias.numero decimooctauo, Alexan.in l.hac consultissima, §.ex imperfecto.in fi.vbi Modern. C.de testamen: etiam in omnibus parentum dispositionibus etiam inter viuos. est tex.in d.l.fi.C.famil. erciscun. ibi,siue epistolæ siue quocunque alio modo scripturæ, quibuscunque verbis, vel iudicijs inueniantur relictæ. vbi Bald. numero secundo, post princip.refert gl.exponentem præmissa verba, quo-
39 cunque modo, respectu ipsius iudicij, hoc est † siue ex testamento, siue ab intestato, siue inter viuos, siue in vltima voluntate, & licet Ange. Fulgos.& alij dicant ibi eam dispositionem parentum obseruari, vt voluntas intestati, non ideo sequitur, quòd modus ab initio non fuisset inter viuos, sed quia aliàs erat inualidus, lex illum subsistinet eo modo. Nec videbatur admittenda differẽtia, quę sit inter vltimas volũtates & dispositiones inter viuos,cũ sit verbalis absq; ratione differẽtię,vt post gl.& alios cumulat Aym.cons.187.nu.2. Immo contra d.l.fi. Et cùm simus in donatione pura, & simplici, q̃
40 † est fauorabilis, & recipiat latiorem interpretationẽ, q̃ vltimæ voluntates, vt dicunt omnes in d.c. vlt. de donat. vbi quod in contractib. bonæfidei nõ fit stricta interpretatio,sed plena, in vltimis voluntatib. plenior, in donationib.& beneficijs non solum plena, & plenior,sed plenissima contra cõcedentẽ. & idem Seisel.in d.l.fi.nu.48. de constit.princ.Ideo maior militat ratio in casu isto.

Neq; tex.in d.l. donationes quas parentes, quicq̃ fa-
41 cit in cõtrarium.Nam in ea parte in qua vult,quod † tales donationes morte confirmentur, satis probat hãc sententiam,cum habeat in plurib.vim relicti. vt per Io.And. ad Spe.in ti.de don.§.1.nu.2.in verbo,donationes.Rip.in l.4.num.144,vbi testatur de communi. ad l.Falc. & licèt quandoque requiratur traditio aliqua,vt in l.2. vbi Bal. C.si quis alteri, vel sibi, & bene declarant Salyc. & alij in l.fina.C.famil.erciscun. tamen hoc non facit ad hanc rẽ.
42 nam d.l.donationes. procedit † tantum, quando sunt nullæ donationes propter patriam potestatem. Aretin. consil.17.num.10.ver.venio ad secundum dub.ob quam patet videtur sibi ipsi donasse,vt declarant.Bar. & alij in l.frater à fratre.col.1.de cond.indeb. Alexan. consilio 8. nume.primo,in fi.li.1. nimirum, vt possit colligi aliqua perseuerantia voluntatis, & confirmetur morte, si in eo casu requiratur saltem ficta traditio aliqua, vt per Dec. post alios consil.239. nume. primo. In ea parte verò, in qua ob defectum insinuationis confirmetur morte, ni-
43 hil obstat, † quia eo casu ob legis resistentiam remanẽt pœnitus nullæ ac inefficaces ac sine fomento. Ideo non possunt transire in aliam speciem, vt d.l. cum lex.de fideicommiss.Cassad.decis.5.de iurepatron. & bene declarat Bal.in l.illud,numero 9.C.de sacrosan.eccle. sed in casu isto, vt dictum est,sunt dispositiones diuersæ, & separatæ: vna, in qua fit donatio inter viuos. Et licèt ista pro nunc præsupponatur nulla,& illi obsteret statutum, tamẽ vtile non vitiatur per inutile,vt dicetur:altera, in qua fit donatio omni meliori modo.vnde non ob.d.l. donationes quas parentes.

Non obst. quod prouisio hominis faciat cessare pro-

uisionem legis. Qñ hoc recipit plures declarationes. Pri
44 ma, qñ † prouisio hominis est vtiliter expressa, aliàs se-
cus. Secunda qñ est specialis, secus si generalis. & septem
aliæ, vt pe Gabriel. de reg. iur. conclus. 8. Mouebátur pro-
pter iuramentum quod facit valere actum omni meliori
modo, vt post alios Bero. in c. in presentia, num. 47. cũ
seq. de probat. Parisi. cons. 14. num. 18. lib. 3. Abb. in c. cum
cõringar, num. 27. de iureiuran. Couar. in c. Raynaldus.
§. 3. num. 10. versic. quarto iuramentum, de testam. Alex.
cons. 29. in fi. lib. 3. Matthesil. not. 56. nota hanc. nã suf-
ficit, quod actus habeat formam sufficientem pro illo
actu, in quo volumus substinere dispositionem. Soci. in
d. l. j. §. si quis ita, in fine. Couar. in c. Raynaldus. §. 10. de
testam. Add. magn. ad Matthesil. d. sing. 59. in fine. Vnde
cùm hic adsit forma sufficiens pro fideicommisso, si nõ
valet donatio inter viuos ratione iuramenti, substinebi-
tur in fideicommissum.

Neque in casu isto intrat opinio illorum, qui tenent,
45 † iuramentum non facere, quod actus valeat omni me-
liori modo quo potest valere, sed eo modo quo factus.
vt tenent Soci. & Alciat. in d. l. j. §. si quis ita, nume. 44. de
verb. oblig. Quoniam immo secundum communem &
veram opinionem facit illum valere omni meliori mo-
do. vt bene Couar. in d. c. Raynaldus. §. 3. num. 10. versic.
quarto iuramenti religio. de testam. præsertim cùm iura
mentum in casu isto habeat clausulas ita prægnantes.

Neque hic adest defectus substantiæ vel consensus.
Quia habemus claram & enixam mẽtem donantis, qui
voluit etiam ex tunc cum iuramento, quod bona essent
suorum descendentium, & si id feciſſet per viam dona-
tionis inter viuos, tamen propter iuramentum, & quia
46 † disponitur inter liberos, dicitur non se restrinxisse, sed
consensisse, quod si nõ valet eo modo, valeat omni alio
meliori modo quo potest, vt supra probatum est. & be-
ne facit tex. in l. cum pater. § filius matrem, de leg. 2. ibi,
enixæ voluntatis præces ad omnem speciem successio-
nis porrectæ videntur. Et idem propter affectionẽ inter
descendentes, inquit tex. in d. l. Aurelius. §. Titius testa-
mento, in fine, de liber. leg. & facit tex. in l. j. C. commun.
47 de leg. cũ alijs supra adductis, & eo † magis, cùm nõ aga
tur de faciẽdo trãsire dispositionẽ causa mortis in dona
tionẽ inter viuos, q̃a tunc repugnaret cõsensus, cũ ille vo
luisset posse reuocare, & in plus obligaret, vt per Ruin.
cons. 134. num. 8. in fi. cum seq. lib. j. Sed hic sumus in ca
su contrario, in quo habemus consensum in eo quod est
plus, videlicet, donare statim irreuocabiliter inter viuos,
ergo propter iuramentum voluit quod est minus, cùm
non altereretur forma substantialis, sed tantum accide-
talis & efficacia obligationis. Calder. consil. 11. versic. ad
cuius declarationem. Dec. in authen. qui rem, num. 22.
C. de sacrosan. eccles. Ruin. dicto cons. 134. num. 8. cum
sequen. in primo. Couar. varia. resolutio. lib. secundo,
cap. 16. versic. secundo licet ab eadem constitutione. Nã
iuramentum facit, vt videatur saltem in genere cogita-
tum. Bart. & alij per Gabriel. de regul. iur. conclus. quar-
48 ta, numero 14. etiam † vbi non datur defectus consen-
sus, habet vim specialis expressionis. late post alios Ga-
briel. d. conclus. 4.

Tertiò principaliter facit, quia locus est coniecturis,
an voluerint contrahentes se restringere ad illam speciẽ
contractus, vel nè. Cald. & alij per Dec. in d. cap. cum su-
per, ante fin. de offic. deleg. prout hic adsunt plures.

49 Prima de † clausula, omni meliori modo, expressa.
Secunda, de descendentibus. Tertia, de iuramẽto. Quar-
ta, de quinq; testibus necessarijs in fideicommissis, iux-
ta l. fin. C. de codicil. iuncta l. sed & si stipuler, in fine, &
l. stipulatus. §. Grisogonus, de verb. obligat. Quinta, quia
adest mentio mortis, ibi, post mortem duraturæ. iuxta
not. in l. quæ dotis, soluto matrim. Sexta, quia adest ex-
pressa substitutio, nemine etiam notario recipiente nec
stipulante. Roman. consil. 513. Septima, quia alias actus
destrueretur vt prætenditur exemplo. Octaua, cum sal-
tem de his in genere cogitauerit, & si interrogatus fuis-
set, ita verisimiliter respondisset.

Non obst. quòd disponens se restrinxerit, nam posito
& non concesso quòd attentis verbis ita esset, tamen
50 † nunc agimus ex dispositione iuris, qua attenta, ex
quo sumus inter descendentes, & adest iuramentum,
& concurrunt tot coniecturæ, non censetur donans vo-
luisse se restringere ex allegatis.

Non obst. quod non simus certi, an alio modo vo-
luerit disponens donare, & actus agentium non opera-
tur vltra eorum intentionem. Nam verum est regulari-
ter, sed inter descendentes, & vbi interuenit iuramen-
tum, & concurrunt tot & tantæ coniecturæ, cessat præ-
dicta regula.

Non obst. quòd pro nunc præsupponatur nulla ista
donatio, propter statutum vrbis, quod tollit omnem
obligationem etiam naturalem, & actus non potest va-
lere omni meliori modo. Quoniam est aduertendum,
quòd, vt sæpe est dictum, donans duas facit dispositio-
nes expressas, vnam, in qua donauit omni meliori mo-
do, alteram, in qua donauit ampliatiue & irreuocabili-
ter inter viuos. quæ ambæ dispositiones stãt de per se &
æquè principaliter, tum quia ambæ expresse, tum etiam
51 † quia copula, &, implicatiua disponit æque principa-
liter, & de per se, non autem accessoriè, nec consequuti-
uè. Bart. in l. prima, num. 2. de pecul. leg. Franc. in cap. di-
lecto, quæst. 43. & Dec. num. 7. de appel. Ruin. cons. 53.
num. 6. in fine, lib. primo. Vnde licèt præsupponatur pro
nunc, quòd statutum annuller hanc donationem inter
viuos absque solemnitatibus factam, non propterea
præsupponitur, quòd intret in alia parte æquè princi-
52 paliter de per se stante, in † qua disponens volens face-
re actum validum attribuit solemnitates quæ sunt ne-
cessariæ etiam in fideicommissis, & vltimis voluntati-
bus, & disposuit de bonis suis expresè omni meliori
modo. Ideo erit videndum, an statutum intret in hac
parte, quamuis annuller donationem causa mortis, cùm
sit exorbitans, & quamuis loquatur expresè de dona-
tione causa mortis tantum, non de fideicommisso, nec
de casu mixto, & fauorabili omni meliori modo.

Nec facit quòd vbi lex occurrit & resistit actui, non
oriatur obligatio naturalis, & actus non posset substi-
neri omni meliori modo. Quoniam, vt dictum est, hic
sunt duæ expressæ dispositiones separatę de per se stan-
tes, si statutum intrat in vtraque dispositione, res de pla-
53 no procedit pro nullitate actus, quia † sublatis dispo-
sitionibus principalibus corruunt omnia accessoria, &
quæ aliàs venirent ex dispositione legis, nam cùm sta-
tutum illis resistat, nullum auxilium legis de descen-
dentibus, nec de iuramento, nec de coniecturis potest
intrare, quia dispositio remanet sine fomento iuris &
54 intrant supra deducta. Sed † si statutum non habet lo-
cum in fideicommisso, nec vbi quis expresè & princi-
paliter de bonis suis omni meliori modo disponere vo-
luit, tunc quamuis dispositio sit nulla in vna parte prin-
cipali, remanebit alia pars æquè principalis, quia regula
est, quòd in diuersis & separatis tot sunt dispositio-
nes, quot sunt capita separata, & vtile non vitiatur
per inutile.

Igitur, an attentis verbis expressis disponens dicatur
se restrinxisse ad donationẽ irreuocabilẽ, & si non, an sta
tutũ intret in ea parte, in qua fit dispositio de oĩb. bonis
suis

suis omni meliori modo, videtur necessarium insiste-
55 re in verbis expressis, quia † si non adest expressa di-
spositio, omni meliori modo, quæ stat de per se & æquè
principaliter, oppositio supra facta, ex mente Geminia.
Rip. Cassad. & aliorum videtur vrgens: sed si adest ex-
pressa dispositio omni meliori modo, de per se stãs æquè
principaliter, tunc intrat difficultas, an statutum habeat
locum in ea: nam si non habet locum, res videtur de pla
no procedere, quòd in diuersis & separatis vtile non vi-
tiatur per inutile.

Tertia pars pendet à præmissis, an disponens se restrin-
xerit, & an statutum intret in ista parte, in qua disposuit
donans de bonis suis omni meliori modo, quia si non,
tunc sine dubio dispositio substinetur in vim fideicom-
missi. ex l. miles ad fororem. cum alijs supra adductis.

ROBVSTERII.

Aquilan. monasterij. Mercurij, 20. Decembris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio existentiæ tituli colorati multum releuat in iu-
dicio spolij.*
2 *Probatio quasi possessionis libertatis per scripturas per-
mittitur in iudicio spolij.*

DECISIO CCCLXVII.

RESoluerũt Domini, ꝙ scripturæ, de quibus in pun
cto, sint discutiendæ in huiusmodi iudicio spo-
lij, quia possent in eo esse releuantes pro Illustr.
D. Cardinale de Gambara, si forte probarent nõ existen-
1 tiã tituli colorati, quæ † exceptio releuat in isto iudicio.
Bart. in l. j. §. parui, quod vi aut clam. Achil. de pensio. de-
cis. 3. Neque hic intrant, quæ dicuntur de discolorando
titulo, ꝙ non admittitur in spolio, ex quo non cõstat
de titulo per collationem vel vnionem à superiore fa-
ctam, sed tantum per enunciationes instrumẽtorum pri
uatarum personarum, quæ tamen per declarationem,
aut aliam cõtrariam probationem dictarum scriptura-
rum forte tollitur. & sic essentia tituli colorati, sicut per
falsitatem, vt placebant cons. Gemin. 24. Aym. cons. 299.
Boer. decis. 238. penitus & omnino tollitur, vel forte per
2 dictas scripturas probabitur † quasi possessio libertatis
istius monasterij, quod permittitur in iudicio spolij.
Rot. decis. 11. de restit. spoliat. Et licèt primum extre-
mum, vt prætenditur, fundetur in vltimo statu, tamen
erit videndum in isto spolio, vti de vnito, an ille status
sit considerabilis, si probaretur status præcedens vti de
libero, præsertim si percuteret tempus post enunciatio-
nes, in quibus Rota fundauit titulum coloratum.

SERAPHINI.

Ciuitatis Castelli castri Montoni. Veneris, 10. Maij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio simplex ad feuda, non trahitur ad feuda ex pa
cto & prouidentia.*
2 *Inuestitura feudi ex pacto & prouidentia habet vim con-
tractus, qui per Principem est seruandus.*
3 *Papa potest illegitimum habilitare ad feuda ex pacto &
prouidentia, ex omnium sententia.*
4 *Voluntas potest declarari per verba vniuersalia, etiam
circa ea, quæ requirunt particularem mentionem.*
5 *Dictio, quibuscunque, est vniuersalis, omnia comprehendẽs,
etiam quæ aliàs non venirent.*
6 *Dictio adiectiua non potest stare de per se sine suo sub-
stantiuo.*
7 *Nomina dignitatum in feudis requirunt specialem men-
tionem.*
8 *Clausula generalis in fine posita post specificata, com-
prehendit omnes casus requirentes specialem men-
tionem.*
9 *Clausula, quouis alio titulo, posita in legitimatione ad feu-
da, comprehendit quemuis titulum etiam feudum ex pa
cto & prouidentia.*
10 *Legitimatio facta à Papa ad feuda operatur etiam con-
tra pacta expressa in inuestitura posita.*
11 *Legitimati ad feuda succedunt in feudis hæreditarijs, non
autem in feudis ex pacto & prouidentia, nisi exprsè sit
ei derogatum.*
12 *Legitimatus cum clausula prægnante & amplissima habe
tur vti verè legitimus in omnibus eius effectibus. &
num seq.*
13 *Legitimatio facta cum clausula prægnante, & verbis vni-
uersalibus & geminatis, comprehendit omnes casus etiã
aliàs specialem mentionem requirentes.*
14 *Executio agnatorum facta in legitimatione filij etiam ad
feuda, includit legitimatum debere succedere.*
15 *Legitimati nõ differunt à legitimis, nisi legis dispositio eos
excluderet.*
16 *Legitimatus à supremo Principe ex certa scientia, & de
plenitudine potestatis succedit in omnibus bonis vnde-
cunque & qualitercunque venientibus.*
17 *Princeps supremus de plenitudine potestatis potest tolle-
re ius alteri quæsitum in spe.*

DECISIO CCCLXVIII.

FVit dubitatum cum præsuppositio, quod feudum,
de quo agitur, sit ex pacto & prouidẽtia, & quod
legitimatus ad feuda non potest succedere in feu
dis ex pacto & prouidentia concessis.

An stantibus forma inuestituræ Leonis Decimi, &
clausulis legitimationis Illust. D. Vincentij, ipse dicatur
ad hoc feudum legitimatus. Et difficultatem faciebat
1 præsuppositum illud, quòd simplex † legitimatio ad feu
da, non trahatur ad huiusmodi feuda ex pacto & pro-
uidentia, per consil. Anchar. 308. quem refert & sequi-
tur Afflict. decis. 195. cum alijs deductis pro parte Il-
lust. Domini Ferrantis, in positione huius causæ sub die
Mercurij, 27. Martij, huius anni. Quæ conclusio confir-
matur ex eo quod Princeps non potest alterare inuesti-
turam antiquam, nec in ea comprehensis præiudicare
absque illorum culpa. Cephal. cons. 23. num. 46. & 47.
lib. primo. Sed hoc tantum ei licet ex causa, quam expri
mere debet, vt ibidem per eundem, num. 48. maximè,
2 quia † talis inuestitura habet vim contractus, qui per
Principem est seruandus. Cephal. ibidem, num. 51. Soc.
iun. cons. 115. num. 10. & cons. 160. num. 50. lib. secũdo.
ex quibus pro parte Illust. Comitis Ferrantis conclude-
batur pro parte negatiua, & clausulis inuestituræ, & le-
gitimationis sigillatim respondebatur, illas non esse ta-
les, quæ de necessitate, attenta ratione recti sermonis,
omnino includerent etiam huiusmodi feuda, vt latius
per Excellentes Dominos Informantes.

His tamen non obstantibus in contrariam senten-
tiam itum est, Illust. D. Io. Vincentium esse legitimatũ
et ad feuda ex pacto & prouidẽtia, & ꝓ huius decisionis
3 fundamento illud in primis assumptũ fuit, Papã † posse

illegitimum habilitare ad hmõi feuda ex pacto & prouidẽria, quod nemo negat, quinimo omnes Doc.de hac re loquentes requirunt solum, q̃ hoc exprimatur, & ideo quæstio in præsenti non est super potentia, sed super vo-
4 luntate Pãpæ: si.n. voluit, potuit: voluntas † autem satis declarari potest etiam per verba vniuersalia, etiam circa ea quæ requirunt particularem & expressam mentionẽ, vt per Felyn.in c. postulasti, col.4. vers. declara prædicta, de rescrip. Ruin.cons.73.num.10.lib.3. Ant.Gabriel.de reg.iur.conclus.4.num.4. qui loquuntur in terminis legitimationis, & hoc quando verba generalia post casum expressum apta sunt omnem casum comprehendere, vt post Ruin.tradit idem Gabriel.ibidem, num.7.

Quod autem ex generalitate verborum, & clausularum prægnantia comprehendantur huiusmodi feuda, patet ponderando singulas clausulas inuestituræ.

Primò ibi, in quibuscunq; rebus & bonis mobilibus & immobilibus, ac se mouentibus, ac ecclesiasticis feu-
5 dalibus & emphyteuticis, &c. virtus.n. † dictionis, quibuscunque, est vt sit vniuersalis, omnia comprehẽdens, etiam quæ alias non venirent. Aym.cons.194.nu.1. Sarn. in reg. de triennal.q.2.num.3. post glos.in clem.j. de decim. Et ideo dictio, quibuscunque, adiecta hæredibus facit, vt ẽt veniant hæredes extranei. Aym.cons.127.nu.12. Tiraq.de retract.lignag.§.j.glos.7.num.21. & ita passim tenet Rota, & fuit deductum latius in illa Pharen. pen. coram R.P.D.meo Aldobrandino. Neque ob. quod exẽplo dicitur, dictionem, quibuscunque, determinare dictionem, bonis, non aũt dictionem, feudalibus. quod vẽ-
6 voluisse Cephal.in alleg.cons.23.num.124. Quia † cum dictio, feudalibus, stet adiectiuè ad dictionem, bonis, impossibile est illa à suo substãtiuo separari: aliàs per se sta re non posset, & ideo perinde ac si repetitum fuisset, in quibuscunque bonis feudalibus, & ideo male & contra vulgata grammatices principia locutus est Ceph. si clausula legitimationis erat hoc eodẽ modo concepta. quod tamen satis ex eius dictis colligi non potest.

Secundò facit clausula, etiã si Comitatus, Vicariatus,
7 Marchionatus, Ducatus, &c. Nam † in istis etiã apud feu distas est in confesso, requiti specialẽ mentionem, vt ex Bal.refert Anc.d.cons.308.num.6. cùm ergo post specificationem eorum, quæ requirunt particularem expressionẽ, reperiatur posita clausula generalis in fine, quod pro legitimo habeatur, ac si ex legitimo matrimonio procreatus esset in omnibus & per omnia absq; vlla pe-
8 nitus differentia, de qua mox agemus, succedit † quod legitimatio omnes casus requirentes specialem expressionẽ comprehendit, prout in materia mandatorũ Rota in infinitis causis tenuit. c. qui ad agendum. §. pen. in fi. vbi omnes, de procur.in 6. Cassan.decis.123. aliàs 127. incipien. fuit dubitatum in vna Compostellan.

Tertiò suadetur ex clausula, ac quouis alio titulo deuenire, quæ generalitas videtur omnem complecti titulum, aliàs si excludamus feudum ex facto & prouiden-
9 tia, † non erit verum dicere, quæcunque bona ad eum deuenire quouis titulo posse. sed ponderari potest ratione geminationis dictionum vniuersalium, quę multum in similibus operati potest.

Quartò idem colligitur ex clausula illa, etiam si in emphyteuticis & feudalibus, quæ expresse causatur, quòd legitimi, & naturales seu legitimi constante matrimonio procreati tantum admittantur, ponderan-
10 do, quòd † legitimatio ista etiam operatur contra pacta expressa in inuestitura apposita. Ex quo patet, Papam etiam in genere cogitasse de feudis ẽt ex pacto, & prouidentia, maximè cùm ista formula sit concepta, prout concipi solet in huiusmodi feudis, nulla qualitatis hæredis facta mentione, vt tradunt Doct.in cap.1.§. hoc quoq;.de succes.feud. Clar.in §.feudum.q.9.cũ aliis. neque obstat, quod hæc clausula conuenire possit ẽt feudis hæreditarijs, quòd non negatur: sed interim non potest etiam negari, ex pacto expresso legitimatos excludi sub
11 illa forma, adeo qđ licèt regulariter legitimati † ad feuda succedant in feudis hæreditarijs, tamen non succederent in feudo sub illa forma concesso, nisi dictæ formæ expresè esset derogatum, & ẽt procedit in fideicõmissis.

Quintò, maxime facit illa clausula, vt talis haberi tenere, & reputari, ac sub statutis decreto vsu ac inuestitura feudali comprehendi possit, & debeat in omnib. & per omnia absque vlla pœnitus differentia, & omni prorsus fictione cessante, perinde ac si D. Chiappini eiusq; vxoris filius legitimus, & naturalis eorum legitimo constante matrimonio procreatus esset, quæ clausula adeo est
12 prægnans, vt omnino de eo † iudicandum sit vti de verè legitimo, vt fuit in minus prægnanti clausula resolutum in vna Roman.à Bordesia, coram R.P.D.Aldobrãdino. Nec possumus aliquam restrictionem, seu modificationem hic adhibere, cùm eã excludat dictio, penitus. Paris.cons.45.num.16.lib.4. Nec hoc ratio recti sermonis patitur, vt in simili tradit Bart.in l.si de certa. & ibi Ang.Castren. & Ias.C.de transact. Gabriel.de reg.iur.cõclus.4. num.18. Neque obst. q̃ clausula ista intelligatur
13 facere † equiparationem in casibus tm̃, in quibus loquitur dispositio. vt per Anchar.d.cons.308. Quia in casu Anchar. legitimatio erat restricta ad successionem ex testamento & ab intestato, & sic ad feuda hæreditaria. sed hic tam ex supra deductis constat non esse restrictã; quàm ex tenore huius clausulæ, quæ habet dictiones vniuersales, geminatas, & precisas, & tales, quod salua ratione recti sermonis non recipiunt restrictionem, alioquin non erit verum omnem prorsus fictionem sublatã esse, sine vlla pœnitus differentia: quòd enim est secundum quid, non est absolute tale.

Sextò, ex exclusione agnatorum in illa clausula, nec non ab illorum exclusione, colligitur inclusio istorũ feu-
14 dorum, nam certũ est, quod si Illustr. D.Io.Vincẽtius esset legitimus, excluderet remotiores ab isto feudo, & vti tur ibi verbis generalib. cuiuscunq; dispositionis vigore.

Septimò, ex vltimo vnus ex Dñis cõsiderabat, in inue stitura simpliciter fuisse vocatos filios, & cõsequẽter in-
15 spectis solis verbis venire legitimatos, q̃ nõ differũt à legitimis. §. si quis verò. in Auth. q̃b.mo.nat. effi. leg. nisi legis dispositio eos excluderet. §. naturales. si de feu.fue. cõtro. inter do. & agna. Ideo satis esse, quod Princeps remoueat obstaculum legis. Curt.iun.cons.157.nu.24. & cõs. 310.nu.31.lib.3. Celsus Hug.cons.26. nu.82. Sed huic motiuo videtur obstare præsuppositum, q̃ legitimatus ad feuda non succedat in huiusmodi feudis ex pacto, & prouidentia, nisi diceremus intelligi de pacto, & prouidentia expressa, non autem de eo pacto, quod non ex verborum proprietate, sed ex legis interpretatione venit, quam legem cùm sit iuris positiui, Princeps absque dubio abrogare potest, & pro isto fundamento bene videtur facere decisio quędam facta coram me in vna Bononien. de Bologninis, 22. Martij, 1568.

Quæ verò in contrarium deducta fuerunt, non obstant. Et primò, quæ deducuntur circa potestatem, non habent locum in supremo Principe, qñ ex certa scientia,
16 & de plenitudine pt̃atis rescibit, maximè † in casu isto, in quo cùm istud feudum, de quo agitur, sit feudũ ecclesię Romanæ, præsumitur, Papam de eo habuisse notitiam. Quod verò dicitur, Papam & Imperatorem sine causa priuare non posse vasallos, procedit respectu feudi iam acquisiti, non autem in eo casu, in quo spes est tm̃ futuræ acquisitionis. Ius.n. illud qđ est in spe, est valde debile, & non considerabile, prout fuit decisum in terminis emphyteuticis in eadem Bononien. de Bologninis, corã
17 me. 10. Decembris, 1568. & † tunc in specie fuit reprobatum cons. Cephal. 23. quem nunc informantes allegant, qui etiam ex alio euitari potest, cùm loquatur in legitimante potestatem non habente, vt concludit in fi. cons. Sed & quatenus aliquod adesset præiudicium considerabile, Papa illud substulit respectu remotiorum, vt supra in sexto fundamento dictum est. Voluit enim eos perinde excludi ac si d. Ioan. Vincentius natus esset ex legitimo matrimonio. Et ex his virtualiter sublata sunt, quæ in contrarium deducuntur.

SERAPHINI.

Ciuitatis Castelli de Vitellis. Lunæ, 10. Decembris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Donatio correspectiua ad testamentum, facta cum conditione, quòd si illud mutetur, etiam donatio pariter sit mutata, & è contra, an censeatur annullata per sententiam in contumacia, per quam testator reditur incapax. quod non. num. 6. & seq.*
2 *Banniti sunt intestabilis tam actiuè quàm passiuè.*
3 *Donatio correspectiua ad testamentum non potest reconualidari, sicut nec testamentum.*
4 *Contumax durante contumacia, non debet esse melioris cõditionis quàm præsens pro vero delicto condemnatus.*
5 *Crimen læsæ maiestatis illi incurrisse dicuntur, qui se violenter & armata manu opponunt ministris iustitiæ.*
6 *Sententia lata propter contumaciam, non autem principaliter propter delictum, per comparitionem resoluitur.*
7 *Sententia ea propter contumaciam dicitur lata, ex cuius actis tantum apparent indicia contra reum, non autem clara probatio.*
8 *Sententia in contumaciam purgata, tollitur omnis eius effectus.*
9 *Contumacia non probat delictum, etiam si adsit statutum, vt contumax habeatur pro confesso.*
10 *Condemnati propter contumaciam, habent factionem testamenti actiuam & passiuam.*
11 *Sententiæ ambiguitas declarari & tolli potest ex actis, nõ obstante quòd de stylo curiæ vniformis sit condemnatio propter delictum, & propter contumaciam.*

DECISIO CCCLXIX.

ILlust. D. Alphonsus Vitellius de mense Decembris, 1562. condidit testamẽtum, in quo hæredem instituit bo. me. Illustriss. D. Card. Vitellium eius fratrẽ: eadem die, & loco, & eodẽ Notario, idem Illustr. D. Cardinalis habita notitia de testõ prædicto, & volens versa vice D. Alphonsum recõpensare, donauit eidem medietatem oĩum suorum bonorũ mobilium & immobiliũ, adiecta conditione, q̃ in euentum, in quem Alphonsus
1 mutaret testm̃, † donatio censeretur pariter annullata: & vice versa si reuocaretur donatio, testm̃ quoque censeretur reuocatum & annullatũ ad effectum conseruãdi inter fratres paritatem. Cumq; eodem tpe D. Alphõsus ob prætensa quædã delicta esset per sniam Reuer. D. Gubernatoris Vrbis condemnatus ad pœnas excõicationis, confiscationis oĩum bonorum, exilij, & vltimi suplicij, fuit dubitatum, an hmõi donatio valeret. & pro parte Illust. D. Vincentij Vitellij hæredis pro medietate prædicti Illustriss. D. Card. & rei conuenti allegabatur dictã donationem nullius fuisse roboris & momenti, vt pote q̃ collata in incapacẽ stante d. snĩa, & deducebantur ad hunc effectũ Bullæ à diuersis Rom. Pontificibus, contra homicidas & bãnitos, & alios similes editæ, quæ omnes fuerunt per folic. rec. Pium Quintum renouatæ, quibus continetur dispositio iuris cõis. l. eius qui. §. fi. & ibi Bar. de testam. l. qui vltimo. & ibi Bar. de pœn. & in extraũag. qui sunt rebelles, in verbo, rebellandi, num. 13. Bal. in l. j. num. 15. C. de sacros. eccles. Abb. in rub. de testam. nu. 4. Corn. cons. 55. nu. 13. cum seq. lib. 2. cum alijs allegatis.

Secundò deducebatur, hãc donationẽ fuisse correspectiuam ad testm̃, & ideo altero nullo existente, nempe
2 testõ, per proximè allegata, cum † bãniti sint intestabiles tam actiuè, q̃ passiuè, tam de iure cõi, quàm vigore Bullarum, donationẽ quoque nullius fuisse roboris & momenti, cùm ita inter partes actũ fuerit. Aym. cons. 179. nu. 13. & cons. 230. nu. 2. cum simil. Confirmabatur hoc fundamentũ ex eo, quod data hmõi correspectiuitate,
3 cùm testm̃ D. Alphonsi fuerit nullum, † non potuit postea reconualidari, ex tex. in l. eius, de testam. ideo semper remansisse nullum testamentum, & in consequentiam donationem quoque non valuisse.

Tertiò dicebatur non esse constituendã differentiam inter condemnatum in contumaciam ob non paritionẽ monitorij, & condemnatum pp delictum, tum quia prę tendebatur oẽs sententias curiæ Gubernatoris contra absentes esse sub vna & eadem forma cõceptas, siue sint per contumaciam, siue pp delictum: tum ẽt quia hæc nõ fuit lata propter solam contumaciam, sed pp delictum per septẽ testes probatum prout in copia quæ data fuit.

Præterea contumacẽ durante contumacia non debe-
4 re esse melioris conditionis q̃ † præsens pro vero delicto cõdemnatus. ad not. in c. ex literis, de constit. Et ideo in simili snĩa contumaciali lata contra quendã de Mantaco Rota, in vna Roman. beneficiatus, coram bo. me. Grato, de anno 1563. tenuit, beneficium, quo priuatus fuerat ille, non potuisse recuperari non obstante absolutione subsecuta.

Quartò deducebatur magis in specie bulla fel. rec. In
5 lij Tertij, in qua † opponentes violẽter, & manu armata ministris iustitiæ declarãtur incurrisse crimen læsæ maiestatis, & ideo D. Alphonsum, qui pro simili excessu fuerat condemnatus, subiacere omnibus pœnis, quæ à iure irrogantur his, qui rei sunt læsæ maiestatis. ff. & C. ad l. Iul. maiestat.

His tamen & alijs latius per informantes deductis nõ obstantibus, Domini voluerunt, sentẽtiam fuisse contumacialem, & ideo ea per comparitionem resoluta euanuisse omnes eius effectus. Ideoq; prædictã donationem ex hoc capite inualidam non esse. Moti fuerunt.

Primò, quia in snĩa expresse declaratur, D. Alphõsum incidisse in pœnas contentas in monitorio, ob non pari-
6 tionem ipsius, ex quo † sequitur non pp delictum principaliter, sed pp contumaciam fuisse processum ad hmõi declaratoriã, vt in simili fuit decisum in vna Rom. Canonicat. S. Angeli, coram R. P. D. Cotta, vlt. Febru. 1567.

Secundò, quia an snĩa sit lata pp contumaciam, vel pp
7 delictum, colligi potest ex actis, nã † vbi contra reum adsunt tantũmodo indicia delictũ arguentia, non aũt clara & concludens ipsius delicti probatio, cùm snĩa recipiat declarationẽ ex actis, dicendum est, condemnationẽ tali casu esse factam pp contumaciam, non aũt propter delictum. Sed ex testibus informatiuis curiæ delictũ ipsum non probatur vere, cùm testes qui deponunt D. Alphonsum eripuisse ministris curiæ quendam, vltra quòd sunt

simpliciter informatiui, quo casu delictum non probatur, sunt de auditu, & sunt duo tãtum, nam cęteri testes de visu nihil de eo deponunt. Nec dictum Cardinalis vr cõcludere, tum quia non erat præsens, tum quia videtur
8 tendere ad sui exonerationẽ. Ne † igitur arguatur Iudex de iniustitia, consentaneum est, vt dicamus sniam fuisse latam in contumaciam, qua purgata, vt dictum est, euanescit eius effectus. Alex. in l. si mora, sol. mat. Fely. in c. ex literis, nu. 19. vers. amplia secundo, de constit. Alciat. de
9 præsump. reg. 3. presump. 22. Et † contumacia nõ probat delictum. Bar. in l. absentem, num. 1. de pen. Castren. in l. cum filiusfamilias, num. 3. de verb. oblig. Etiam si adsit statutum, vt contumax habeatur pro confessato, talis. n. confessio est ficta, vt per Bero. cons. 202. num. 41. lib. 3. Neque vigore bullarum quicquam respectu condemnationis in contumaciã immutatur quãtum ad casum, de quo agitur, cùm Dñi eas intelligant procedere in condemnatis propter delicta, non autem propter contumaciam ponderando diuersas clausulas, quæ loquuntur de damnatis de delicto, vel homicidio, & de homicidis & talia committentibus, vt ex lectura earum colligitur.

Neque obstat incapacitas allegata respectu factionis testamenti, quia ea est intelligenda de criminosis, & ban
10 nitis condemnatis propter delictum, nam † condemnati propter contumaciam habent factionem testamenti actiuam, & passiuam. Ang. Aret. post Bart. in §. cum autẽ, num. 8. in fi. Instit. quib. mod. ius patr. potest. solu. Boe. in pract. crim. in tit. banniti quid amittant, num. 12. & 13. Et ideo cessat argumentum sumptum ex actuum correspectiuitate, cùm vterque valuerit ab initio, neque opus sit conualidatione.

Nec confundendi sunt termini condemnati propter
11 delictum & propter contumaciam, ex eo quod † stylus curię Gubernatoris sit vniformis in oĩbus sentẽtijs, quia dato quod res ita se habeat, ambiguitas snię declarari & tolli potest ex actis, vt supra dictum fuit. Neq; quicquã obest decisio facta in causa Rom. beneficiatus Sancti Petri. Quia ex relatione Dñorum, qui tunc tempotis erant in Rota, decisio illa fuit facta ex eo, ꝙ absolutio in illo casu erat restricta, & ẽt erant bona fisci incorpotata, & nũquã fuerat purgata contumacia, immò potius cõstabat condemnationem emanasse propter delictum, non propter contumaciam, quamuis id ex sententia non appareat, sed potuit colligi ex actis, quod etiam ex copia decisionis & forma absolutionis conijcere possumus.

Quantum ad Bullã fe. re. Iulij Tertij, si de delicto constaret, Domini cẽsuerunt particulariter negocium esse discutiendum. Ideo si pars Illust. D. Vincentij velit super hoc capite audiri, ordinatum fuit, vt audiatur.

BVBALI.

Roman. damnorum Carlottæ. Lunæ, 14. Aprilis. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Peritis standum est in æstimatione damnorum.*
2 *Dictio, ad minus, non excludit maiorem summam.*

DECISIO CCCLXX.

DOmini resoluerunnt, relationes peritorum esse conformes, præterquam quoad pretium lignorum & quantitatem arborũ fructiferarum excoriatarum: propterea quoad damna facta ob nõ extirpationem per D. Iulium iuxta formã suæ obligationis; standũ illis esse, & ex illis satis probari æstimationem dictorũ damnorum, in qua tã primi, q̃ secundi periti sunt
1 cõcordes: nam † in æstimatione damnorum standũ est peritis, vt hic per informantes pro Comite. Nec obst. qđ periti augent affictum pro singulo rubro d. tenutę, & tñ silua magna non debebat extirpari per D. Iulium, & sic affictus in illa parte non debebat augeri, quia pro respõsione dr̃ quod periti fecerunt distributionem d. damni in tota tenuta, licèt damnũ esset in parte, & perinde est ac si periti dixissent, quod damnum ob non extirpationẽ ascendit ad scuta 250. quolibet anno durante locatione facta Odescalco. Minus obst. quod procurator d. Comitis declarauit, damna ob non extirpationẽ ascendere
2 ad scuta centum singulo anno, quia † dicit, ad minus, & per hoc non excludit quin pluris locata fuisset, & sic non obstat cons. Alex. 91. num. 8. lib. 6. Præterea illa confessio fuit reuocata per Dominum Comitem, qui potuit reuocare etiam non docto de errore.

Sed qm̃ videtur, quod in vtraq; relatione sit error in calculo, quia periti dicunt, ꝙ damna facta ob non extirpationem important quintam partem affictus facti Domino Odescalco, videlicet, quòd si esset facta extirpatio in d. tenuta per D. Iulium, ꝙ in locatione postea facta D. Odescalco affictus factus fuisset ad quintam partem, nihilominus postea in computo augent ad tertiã partem. Domini dixerunt quod de hoc particulariter videatur.

Quo verò ad æstimationem damni propter incisionẽ lignorum, placuit Dominis pretium declaratum per peritos in vltima relatione, vt reducatur ad rationem duorum Iuliorum pro quolibet passu lignorum.

Nec obst. quod dicitur pro parte D. Iulij quod periti non poterant æstimare damna facta extra siluam magnam, quia D. Iulius tm̃ erat prohibitus incidere ligna in silua magna. Quia respõsum fuit, ꝙ cùm fuerit facta æstimatio per peritos, iuxta formam locationis, præsumendum est, vel quod illæ arbores incisæ extra siluã essent fructiferę, vel quod ille locus della Pissine, vbi facta fuit secunda æstimatio damni, esset pars ipsius siluę magnæ, prout secundi periti attestantur.

Pariter non obst. ꝙ D. Iulius poterat incidere arbores fructiferas existentes in tenuta, quæ essent impedimẽto culturæ. Quia hoc D. Iulius probare debet. Nam cum D. Comes habeat intentionem fundatam super regulam prohibitiuam, D. Iulius tenetur probare exceptionem. iuxta not. per Dec. in l. j. de reg. iur.

Minus obst. ꝙ illi periti non poterant iudicare quo tpe esset factum damnum, & sic cùm fuerit facta æstimatio per annum post locationem, possibile erat, ꝙ damnũ fuisset illatum post locationem D. Iulij, quia dictũ fuit, ꝙ periti cùm essent electi ad æstimationem damni durãte locatione, poterant hoc iudicare, cùm de facili cognoscatur, an incisio sit recens, vel antiqua.

Nec quoad quantitatem lignorum incisorum sunt contrarij, quia quod primi periti nõ æstimarunt, secundi postea æstimauerunt.

Quod D. Iulius teneatur reficere ista damna, iam fuit resolutum in alia positione.

ALDOBRANDINI.

Bononien. 20000. Lunæ, secunda Decembris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Interesse, si non concurrant ad illud requisita, non debetur.*
2 *Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi imputandum est.*
3 *Pœnæ conuentionales non debentur, nisi quatenus concurrant cum interesse.*

DECI-

DECISIO CCCLXXI.

DOmini sine difficultate concluserunt, non deberi aliquod interesse hæredibus Faustinæ saltem à die 24. Nouembris, 1574. quo die fuit per sententiam mandatum consignari depositum Faustinæ.

Ratio fuit, quia hoc interesse ab ipsa tanquàm lucrũ
1 cessans, vel damnum emergens pati nequit, cùm † requisita ad illud obtinendum non concurrant, & Rot. sequitur Mohedan. decis. 208. & 103.

Quò verò ad æquitatem l. curabit, dixerunt illam nõ intrare, quia Sacrati pro hoc tempore non habuerunt rẽ & pretium, ex quo pretium realiter deposuerunt.

2 Nec † aliquid facit, quòd illud nõ habuerit Faustina, quia culpa sua illud non habuit, ex quo noluit facere petitam quietantiam.

Non ob. quòd nemo cogatur facere quietantiam generalem: quia ab ipsis non petebatur quietantia generalis, sed quietantia secundum formam conuentionum, & in hoc bene petebant. Et quamuis procurator Faustinæ offerret se recepturum depositum, volebat tamen effectualiter retinere tot bona, quorum prætendebat cępisse tenutam, quanti erant pęne conuentionales, ex quo offerebat velle solum dimittere bona pro concurrenti quantitate pecuniarum depositarum, quæ prætensio visa fuit Dominis iniustissima. Cùm † enim pęnæ conuẽtionales secũdum opinionem quam Rota amplectitur, non debeãtur, nisi quatenus concurrant cum interesse, & cùm tunc temporis nullum prætendere posset interesse Faustina, succedit necessariò, quod iusta petebãt Sacratus & Beuilacqui petendo quietantiam secundũ formam conuentionum, & iniusta Faustina volendo retinere bona pro pœnis conuentionalibus non debitis.

Et quamuis pro parte Dominorum de Sacrato, & Beuilacquis fuerit appellatum à prædicta sententia de consignando, hoc factum fuit propter pœnas conuentionales, quæ adiudicabantur Faustinæ in d. sententia, & pro quibus dabatur retentio bonorum. Nam respectu consignationis depositi ipsi iam consenserant, quod facta quietantia secundum formam conuentionum consignaretur, sed tota cõtrouersia erat circa pœnas cõuẽtionales.

Et quamuis non esset depositatum interusurium non nullorum mensium decursorum vltra biennium, intra quod Sacratus soluere tenebatur, hoc non obstat, quia deponentes reseruarunt sibi facultatem augendi, vnde si Faustina illud interesse, & non pœnas conuentionales prætendisset, tunc hæc controuersia cessaret.

BLANCHETTI.

Roman. domus. Die 17. Aprilis. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Curator ad vnum actum dari potest.*
2 *Iuramentum ad omnia faciendum, quæ de iure tenetur, comprehendit etiam obligationem de non relinquendo pupillum indefensum.*

DECISIO CCCLXXII.

DOmini dixerunt, mandatum Amatoriæ in persõnam Petri mariti esse sufficiens in casu, de quo agitur, tam respectu actorum, quàm gerendo-
1 rum in hoc iudicio. Curator † enim dari potest ad vnũ actum. Saly. in l. tutores. num. 14. C. de admin. tut. Quod autem Antonius Cardutius fuerit datus curator ad illũ actum tantum constituendi procuratorem, legitur clarè in ipsa deputatione.

Non obstat, quòd iurauerit, pupillã indefensam nõ
2 relinquere, tum † quia in iuramento præstito se facturum omnia, ad quæ de iure tenetur, etiam hæc obligatio comprehenditur, tum etiam, quia satis indefensam non reliquisse Amatoriam cõstat postquàm cõstitutioni procuratoris interfuit, & re ipsa id quod tenebatur, adimpleuerit. Nec etiam refragatur, quod nõ fuerit expresse data facultas litigandi in Ro. cur. quia geminatio verborum vniuersalium coram quibuscunque iudicib. & in quacunque curia complectitur curiam Rom.

Constitutio etiam Ægidiana non obstat, quia illi fuit satisfactum per citationem proximiorum legitimæ factam, vt asseritur, quare in defectum illorum potuit deputari curator.

BLANCHETTI.

In eadem causa. Veneris, 20. Iunij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Mandata tot esse possunt, quot negocia.*
2 *Interpretatio omnis sumenda est pro validitate actus.*
3 *Tutor promittens vtilia facere, & inutilia prætermittere cum iuramento, & obligatione faciendi omnia, ad quæ de iure tenetur, dicitur etiam satisfeciisse dispositioni l. fi. §. omnem. C. de admin. tut. secus si sine iuramento.*
4 *Iuramentum habet vim expressi, vbi adest consensus saltem in genere.*
5 *Iuramentum potest validare mandatum nullum concurrentibus duabus obligationibus, vna de faciendo vtilia & inutilia prætermittendo, & altera faciendi omnia, ad quæ de iure tenetur.*

DECISIO CCCLXXIII.

DOmini dixerunt, non esse recedendum à resolutione facta, 17. Aprilis. 1577. Quamuis enim constitutio procuratoris facta per Amatoriam
1 sit ad plures actus, & non ad vnum tantum, tamen † cùm tot sint mãdata, quot negotia, sufficit, quòd in hoc actu iudiciali subsistineatur. Put. decis. 164. in fi. libro 4. Nam quoad alios actus extraiudiciales sola Amatoria potest allegare nullitatem mandati. si enim fuerint vtiles, substinentur etiam si deficiant solemnitates. Roman. consilio 453. Tiraq. de legib. connub. glo. 8. nu. 26.

Et hanc opinionem amplexi sunt Domini vti æquitati consonam, & quia † agitur de validitate actus, ꝓ quo
2 omnis interpretatio sumenda est, vt in decis. Put. 131. libro 3. & Fab. 18. lib. 2. Et quia non cadit lęsio. Put. d. decis. 164. qui licèt loquatur in statuto Vrbis, tamẽ firmat regulam, quòd iste actus non sit lęsiuus. Et hæc maxime dixerunt Domini stante prægnantia obligationis non solum vtilia faciendi, & inutilia prætermittendi, sed etiam faciendi omnia alia, ad quæ de iure tenetur cum iura-
3 mento. Ex quibus † placuit Dominis quod non habeat locum communis opinio Barto. in l. prætor. ff. de nou. ope. nuncia. Brun. tract. de form. fol. 23. volum. 1. vers. cæterum fortifico. & Tiraq. de legib. connub. gl. 7. num. 94. quod si tutor promittat vtilia facere, & inutilia prætermittere, non tamen sit satisfactum constitutioni Imperatoris in l. fi. §. omnem. C. de admin. tuto. Nam non loquuntur prædicti Doct. in terminis istis, quando vltra dictam promissionem cõcurrit vinculum iuramenti, &

obligatio

obligatio faciendi omnia, ad quæ de iure tenetur. Et licèt controuersa sit illa conclusio, an † iuramentum habeat vim expressi, in quo plures tenuerunt affirmatiuã, vt per Gabriel.de iureiur.conclus.4.& Tiraq.d.glo.7.nume.152.Ant.de Petr.in repe.l.1.ff.de iureiur.num.158. vsque ad 68.Alij vero negatiuam relati per Gabriel.in loco citato, tamen vtraque opi. conciliatur, quòd si adest consensus saltem in genere, iuramẽtum habeat vim expressi.de generali autem consensu hic non dubitatur ex clausula illa,& omnia alia facere ad quæ de iure tenetur.

5 Nec ob.quod aliqui tenuerunt,in isto casu † iuramẽtum non operari hunc effectum, vt per Barba.consi.55. nu.14.& 15.lib.2.Bertrand.consi.82.num.10. cum seq. lib.1.par.2.quia contrarium est verius, quando concurrũt duæ aliæ obligationes supra consideratæ,vt per Fab. d.decis.18.& Cassad.decis.197.Et ex his respondetur tex. in §.fi.Auth.vt qui oblig.se haber.per.res min.& ibi Ange.precipue, cùm lex non procedat annullando actum, quo casu etiam substineturlicèt non sit seruata forma à lege tradita.Dec.consil.17.nu.1.& 2.

ALDOBRANDINI.

Perusin. fideicommissi. Vener. 9. Maij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Substituto moriente ante institutum grauatum, sit caduca illa prima substitutio, & hereditas remanet penes hæredem cum onere restituendi alijs secundo loco substitutis.*

2 *Conditio adiecta primæ substitutioni, quæ defecit, non attenditur, sed illa, quæ reperitur purificata in alijs personis substitutis.*

3 *Fœminæ faciunt deficere conditionem, nisi aliter de mente testatoris appareat. & nu.6.*

4 *Qualitas eadem masculinitatis censetur à testatore repetita, vbi ante & post substitutionem in eademmet parte testamenti fecit mentionem de masculis.*

5 *Coniecturæ plures quibus testator censetur vocasse masculos ad fœminarum exclusionem. & nu.6.& 7.*

7 *Interpretatio in dubio non est facienda in fœmina disponente, vt fœminæ exclusæ videantur, nisi de mente contraria appareat.*

DECISIO CCCLXXIIII.

DOmini absque difficultate concluserunt,factum esse locum fideicommisso in fauorem filiorum masculorũ Praxildę.Castora enim testatrix hæredem instituit Io. Baptistam de Gratianis eius filium, cui si sine filijs decesserit, vel si eius filij decesserint sine filijs,substituit Pompeium,& si Pompeius decesserit sine filijs masculis legitimis, & naturalibus, substituit filios masculos Praxildæ, & si omnes filij masculi legitimi, & naturales Praxildæ, & Ioã.Baptistæ decesserint sine filijs masculis legitimis,& naturalibus, substituit filias D.Io. Baptistæ,& filias fœminas d.Praxildę in capita. Vnde cũ Pompeius qui erat substitutus Ioan.Baptistæ,prædecesse

1 rit,fuit † caducata illa substitutio,& hæreditas remansit penes Ioan.Baptistam cum onere restituendi substitutis post d.Pompeium,& hoc virtute vulgaris substitutionis contentæ in fideicõmissaria. Bar.in l.quãdiu.in fi.de acquiren.hæred.Alex.consi.1.col.1.lib.1. & consil.17. numero 12.& 39.nu.4.& 116.num.4.lib.2.Dec.consi.238. col.2.& 427.nu.10.Soc.iun.consi.94.nu.50.& 101.numero 14.lib.1.&181.nu.46.lib.2.Aym.consi.283.col.1. & 2.Quapropter,cùm,vt dicunt prædicti Docto.non sit habenda in consideratione cõditio substitutionis, quæ

2 deficit,sed illa † quę fuit purificata, non est attendenda conditio adiecta substitutioni Pompei, quia deficit, sed conditio adiecta substitutioni Ioannis Baptistæ, quæ fuit purificata.

Cùm igitur grauatus fuerit Io.Baptista sub conditione, si decederet sine filijs masculis, restituere Praxildæ, ex quo ipsi intrant in locum Põpei, cuius institutio fuit caducata, vt dictum est, hæc conditio fuit purificata, quamuis decesserit cum filiabus fœminis: licèt.n. regula

3 sit, † quod filię fœminæ faciant deficere talem cõditionem,vt latè per informantes pro mulieribus,hæc tamen limitatur,nisi de contraria mente testatoris appareat,de qua mente satis in hoc casu constat, ex quo de masculis non in diuersa parte,sed in eademmet parte testamenti, ante & post d. substitutionem mentionem fecit, quo

4 † casu censetur repetita eadem qualitas masculinitatis. Dec.consi.370.nu.4.Soc. iun.consil.90.nume.17. lib.1. Abb.consi.19.nu.12.Zuccard. in l.fi.num.69.C.de edic. diui Adr.tol.Siluan.consil.64.num.18.Maximè,cùm hic etiam plures concurrant coniecturæ.

Prima,quia non semel tantum,sed pluries fuit repeti

5 ta † in his substitutionibus qualitas masculinitatis. Soc. consil.100.col.fi.lib.4.Dec in l.fœminæ.nu.105. de reg. iur.Grat.consi.65.nu.11.lib.2.Gabriel. de verbo.significi. conclus.6.nu.14.

Secunda, quia prætulit masculos filios Praxildæ filiabus Io.Baptistæ:matre enim exclusa eos substituit Pompeio. Gabriel.de fideicom.conclus.6.Abb.consi.19.nu.9. Bero.consi.113.nu.9.lib.2.

Tertia, & hæc tollit omnem difficultatem, quia defi-

6 cientibus omnibus filijs masculis Io. Baptistæ, & Praxildæ vocat filias fœminas Ioan.Baptistæ, & filias fœminas Praxildæ in capita, ex qua substitutione apparet, quod filiæ fœminæ non possunt facere deficere conditionem, sub qua vocati sunt filij masculi Praxildæ, quia si defuncto Io.Baptista cum filiabus fœminis expirasset fideicõmissum factum ad fauorem filiorum masculorum Praxildæ, nullo modo potuissent eædem filiæ fœminæ Ioã. Baptistæ substitui ipsis filijs masculis Praxildæ, quia illis existentibus prædicti filij masculi nunquàm fuissent admissi,ergo necessario supponit hoc modo testatrix quod non obstante, quod Io. Baptista habuerit filias fęminas, masculi Praxildæ substituti admitti debuerint,ergo non potest dici,quod filiæ fœminæ Ioan.Baptistæ substitutos excludant, nisi velimus dicere, quòd eędem excludunt substitutos,& eisdem quos excludunt,substituantur.

Ex quibus tolluntur coniecturæ omnes in contrariũ adductæ,quamuis enim regulariter in fęmina disponen-

7 te non sit facienda † interpretatio, vt fœminæ exclusæ videantur.Gabriel. late de substitut. conclus.2. id tamen non procedit vbi de mente contraria disponentis appareret, vt in hoc casu. Nec facit, quod testatrix non habuerit rationem agnationis, quia habuit rationem masculinitatis.

RVBEI.

Roman. census. Veneris, 21. Febru. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Libri mercatorum regulariter non probant contra tertium. & nu.7.*

Fallit tamen vbi coniecturæ, & adminicula concurrunt, quarum aliquæ enumerantur, numero 2. cum sequent.

Scriptura

3 *Scriptura etiam priuata, quando verisimilia continet dicitur facere fidem.*

4 *Obseruantia subsequuta operatur, vt instrumentum minus solemne fidem faciat.*

5 *Partita libri mercatorum, quæ tendit ad declarationem eius, quod gestum esse aliunde probatur, fidem facit.*

6 *Partita libri mercatorum probat etiam contra creditorem singularem successorem.*

7 *Creditores, de quibus in partita libri mercatorum, dicuntur tertij.*

8 *Adminicula sumenda sunt aliunde, quàm ex partita mercatorum, vbi agitur de eius fide.*

9 *Institor potest obligare bancum, si pecunia per eum accepta, tangat aliquo modo rationem banchi.*

10 *Institor potest facere etiam ea, quæ ad faciliorem, & commodiorem exactionem tendunt.*

11 *Dispositio l. fina. de exerci. habet locum specialiter in mutuo.*

12 *Institor potest expensas facere in honorem domini sui.*

13 *Institor non potest fideiubendo obligare dominum. Limitatur tamen duobus modis.*

14 *Pecunia si per dominum banchi alicui mercatori tradatur, in dubio præsumitur potius depositum, quam mutuum.*

DECISIO CCCLXXV.

IN vna Roman.census dedi dubium, an constet,pecunias census,de quo agitur, ita acceptas,& versas esse seu concernere causam, vel negotium rationis bancariæ di Montautis, vt Nicolaus vnus ex institoribꝫ. potuerit obligare eandem rationem ad effectum, de quo agitur.Et die Veneris, 21.Februarij.1578. proposita causa, Domini dixerunt, ex isto dubio colligi duas principales difficultates,quarum

Prima est respectu probationis, an scilicet,liber istius rationis, seu partitæ in eo contentæ probent contra creditores.

Secunda difficultas est,an pecuniæ census huiusmodi dicantur acceptæ, & versæ, seu concernere causam, vel negotium banchi.

Circa primam difficultatem, Domini pro maiori parte tenuerunt,quòd in casu isto partitæ libri probent.Nã

1 † licèt regulariter loquendo libri mercatorum non probent contra tertium, prout Rota sępe tenuit, & est conclusio in iure clara,vt patet ex multis, quæ ad hoc allegabant informantes pro creditoribus, quam conclusionẽ omnes Domini admittebant, nihilominus in casu isto maior pars dicebat hoc non procedere, vbi concurrunt

2 coniecturæ,& adminicula † prout in dote confessata est decis. Afflic. 402. & in expressione meritorum facta in donatione, per Dec.in l.si donatione.nume.31. C.de col lat.& in confessione mulieris, seu minoris,Achil.decis.1. de confes.Huiusmodi autem coniecturas,& adminicula colligebant aliqui.

Primò,ex eo,quia partita cantat sub eodem, quo factum est instrumẽtum census: nam ex ista vicinitate resultat quædam correspectiuitas inducens verisimilitudinem, quòd partita sit vera,vt per informãtes pro Petronijs. Tum etiã, quia partita ipsa per se multa exprimit, ex quibus augetur ista verisimilitudo veritatis, vnde suc

3 cedit, quòd † scriptura etiam priuata, quando verisimilia continet, dicitur facere fidem, vt de libris sociorum dicit Soc.consil.291.nu.14.in 2.

Secundò, colligebantur adminicula, quia bancũ per plures annos soluit censum, de quo agitur, & ita ex obseruantia subsecuta ex partitis eiusdem libri: obseruan-

4 tia † enim subsecuta operatur, vt instrumentum minus solẽne fidem faciat,vt post Cy. & Bal. habetur per Aym. in consil.101.nu.4.

Tertiò, quia Paulus Antonius de Soderinis gessit multa negotia cum isto banco, vt apparet præsertim ex partitis concernẽtibus computum ad partem.Et propterea multum verisimile est,quòd istæ pecuniæ redactę ex venditione census fuerint transmissæ ad bancũ, maximè si apparet,quòd tunc temporis d.Paulus Antonius esset debitor banchi, quia tunc etiam videretur adfuisse causa necessaria transmittendi prędictam pecuniam.

Aliqui verò mouebantur,quòd ista partita fidem fa-

5 ceret, quia † partita ipsa tendit ad declarationem eius, quod gestum esse aliunde probatur ex ipso instrumento census,vt per Ruin.in consil.134.num.13.versi. & quãuis d.liber.vol.5.Aliqui autem mouebantur, quòd par-

6 titæ istæ probent contra † creditores istos tanquàm singulares successores,vt per Aretin.in consi.112.ad finem. Aym.consi.29.nu.1.

Quòd verò sint singulares successores, dicebant apparere ex eo, quia isti creditores vendiderunt bona istorũ de Montautis,vt per Paul.de Castr.in consi.247.num.1. post princip.

Aliqui autem Domini in ista prædicta difficultate tenuerunt contrarium. Mouebantur ex prædicta regula,

7 † quod libri mercatorum non probant contra tertium, & adducebant text. in auth. quod habet, iunctis duabus ll.præcedentibus.C. de prob. Quod vero creditores dicãtur tertij,allegabant doctr. Franc.inter consi.Fely.consi. 22.nu.5.cum alijs de quibus per Cephal.consi.101. nu. 27.lib.primo.Et ad illud fundamentum de obseruantia subsecuta, respondebant dupliciter.

8 Primò, quòd † adminicula debebant sumi aliunde quàm ex partitis ipsius libri, de cuius fide agitur per Paul.in consil.149.in 1.

Secundò, quod obseruãtia subsecuta operatur, vt instrumentum faciat fidem, non obstante defectu solemnitatis,non autem, vt probet contra tertium, & ita loquuntur Cyn. & Bal.allegati per Aym. in d. consil. 101. nume.quarto.

Quòd autem isti creditores vendiderint bona istorũ mercatorum, dicebant adhuc in actis non constare, & proprerea in hoc non posse fieri fundamentũ, quod sint singulares successores, & ad illud motiuum de declaratione dicebant non intrare in istis terminis, in quibus obligatio institoris est clara, & nõ indiget declaratione.

Quò verò ad secundam principalem difficultatem re tenta opinione maioris partis Dominorum, quòd partitæ probent, Domini fuerunt varij, sed maior pars tenuit,quod si iustificatur in facto,Paulum Antonium de Soderinis bo.me. fuisse debitorem banchi eo tempore, quo emit istum censum, isto casu potuit institor obligare rationem,fideiubendo pro ipso Paulo Antonio, vt fe-

9 cit, & pro ista opinione allegabant, † institorem posse obligare bancum, dummodo principaliter, vel secundariò pecunia per eum accepta tangat ipsam rationem banchi,vt per Doct. in l.pe.§.seruus,de institit.Vnde cùm pecuniæ redactę ex venditione istius census peruenerint ad bancum, satis dicuntur tangere ipsam rationem, cũ ex illis extinguatur debitum Pauli Antonij. Corrobora tur hoc motiuum ex eo, quia Nicolaus institor poterat exigere debitores ipsius banchi,& solutiones recipere,vt in l.quod seruus.& in l.filiæ.vbi Bar.nume.primo,de solu.Sicut igitur vigore mandati poterat facere ea, q̃ erant

10 necessaria pro exactione, ita † dicendum est, quòd possit facere ea quæ ad faciliorem, & commodiorem exactionem tendunt,vt per Aretin.in consil.29. nume.20.& in

l.si

l.si institorem, quam legit in l.creditor. ff.si cer.peta. quã doctrinam allegant etiam informantes pro creditorib. Vnde cùm facilior esset exactio debiti ipsius Pauli Antonij qui non habebat promptas pecunias fideiubendo p huiusmodi censu, valida dicitur fuisse institoris fideiussio, & ratio bancatiæ remanet obligata. & ad hoc etiam allegabatur Rimin. in l.si institorem. si cer.pet. & ad tex.
11 in l.fi. de exercit. respondebant † aliqui habere locũ specialiter in mutuo, vt per Alberic. ibid. nu. 2. & per Ange. num. 3. similiter ad consi. Alex. 44. nu. 6. lib. 2. respondebatur, illam opinionem posse procedere in institore particulari ad certum negotium deputato, nõ autem in institore vniuersali, & ad hoc allegabatur Alc. in d.l.si institorem, & Ronchegal. in l.eadem. num. 162. in fi. præsertim si verum esset, quod tex. in d.l.fi. de exerc. in qua fundat se Alex. non haberet locum, nisi in mutuo.

Addebant insuper aliqui, quòd in casu isto versamur in fideiussione præstita in fauorem Pauli Antonij de Soderinis, qui multa habebat negotia cum istis mercato-
12 ribus de Montautis, quo † casu potuit institor in ipsius honotem expensas facere, vt per Barto. in d.l. filius familias, nume. 7. de donat. sequitur Petr. de Vbal. de duobus fratribus. 11. q. principali. nu. 89. Mouebantur etiã, quia in casu isto pecuniæ satis dicuntur versę in rem banchi, vt per Card. in c. quod quibusdam. col. pe. versi. sed in eo qui mutuat eccleſiæ. Alberic. in l.fi pro parte. §. in rẽ, nume. 3. de in rem verso.

Contrariam verò sententiam tenebant nonnulli ex Dominis, constituentes regulam, quod institor non po-
13 test fideiubendo obligare dominum, † per text. in l. pe. §. fi. de inst. & ibi Pau. de Cast. in princi. & per tex. in l. fina. quod cum eo. ibi, dicebamus. vbi Pau. de Castr. in princ. Hanc autem regulam dicebãt posse limitari dupliciter.

Primò, quando concurrit scientia, & patientia domini, vt videtur colligi ex verbis tex. in d.l.fi. ibi, sed quia videbatur, prout hoc ibi tradunt Bar. Bal. & Cuma. omnes in prin. & Alberi. in vltimis verbis.

Secundò, quando concurrit cõsuetudo domini, qui sit solitus pro alio fideiubere, vt per Alberic. in d.l.fi. ante nu. secundum, & ibi Cuman. in princ. & latius Pau. de Cast. pariter in prin.

Pro ista etiam opinione adducebatur doctrina Bal. in l. incendium, num. 3. C. si cer. peta. vbi etiam Salyc. vbi
14 concludunt, quòd † si pecunia per dominum alicui mercatori tradatur, in dubio præsumitur potius depositum quàm mutuum, & sic recipiens non potest vti, quia non est ei permissum. Vnde infertur, q; pecunia ipsius Pauli Antonij ratione census venditi licèt peruenerit ad bancum, censetur potius tradita in depositum, quàm in mutuum, & per consequens non potest censeri accepta in causa ipsius banchi, neque in extinctionem debiti ipsius Pauli Antonij. Ex quo inferebant, etiam huiusmodi pecunias non posse dici versas in rem banchi. Quod etiã admittebant plures ex Dominis, qui tenebant contra creditores, quatenùs Domini de Petronijs niterentur solum actione de in rem verso.

Nam quantum ad hoc placebant istis Dominis allegata pro parte creditorum, sed dicebant dari actionem institoriam secundum ea quæ supra allegata sunt.

Quòd si non verificaretur in facto, Paulum Antonium de Soderinis fuisse debitorem banchi eo tempore, quo censum vendidit, & pecuniæ huiusmodi ad bancum peruenerunt, isto casu Domini non fuerunt concordes, propter diuersitatem opinionum, & propterea non potuit capi resolutio, nisi quòd firmetur in facto, vtrum Paulus Antonius de dicto tempore esset debitor banchi.

RVBEI.

Racanaten. hæreditatis. Veneris, 20. Iunij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Verba posita in statuto, ex parte, & latere patris, quot modis intelligantur.*
2 *Interpretatio in materia exorbitanti debet capi, quę minus lędat ius commune.*
3 *Consanguineorum appellatione in materia statutaria veniunt etiam cognati.*
Fallit tamen, vbi statuentes addunt qualitatem masculinitatis. nu. seq.
4 *Statutum faciens mentionem de masculis appellatione consanguineorum, censetur factum fauore agnationis: nisi vlterius procedendo disponat faciens mentionem etiam de fœminis. nu. 5.*
6 *Cognati venientes appellatione consanguineorum in materia statutaria, non censentur simpliciter vocati, sed vna cum fœminis agnatis.*
7 *Statutum loquens de fœminis consanguineis, quarum appellatione veniunt etiam agnatæ, intelligitur per prius de fœminis agnatis.*
8 *Verba, ex parte, & latere patris posita in statuto, non debent intelligi effectiuè, sed tantum comprehensiuè.*
9 *Statutum non intelligitur vocare cognatos, nisi quando aperitur eis via succedendi ex personis fœminarum.*

DECISIO CCCLXXVI.

AGebat Clemens Politus ad hæreditatem Antonij iunioris, qui decesserat superstite Geneura matre, & d. Clemente, prætendebatq́ue hæreditatem d. Antonij ad ipsum pertinere, nõautem ad matrem vigore statuti Racanaten. Et quia probabat se esse coniunctum cum d. Antonio secundum ius canonicum in tertio gradu prout fuit resolutum, propterea dubitatum fuit, an statutum Racanaten. sub rub. 61. lib. secundo, cuius copia detur, procedat in casu, de quo agitur. Et die Ven. 13. Iunij, 1578. proposita causa, in qua etiam fuit data copia reformationis d. statuti, Domini tenuerunt pro Clemente. Verum quia informantes pro Gregorio non acquiescebant huic resolutioni, proposui ẽt sub die Ven. 20. eiusdem eandem difficultatem, in qua Domini maturius re considerata inclinabant contra Clementem, quod mater in casu, de quo agitur, non cẽseatur exclusa vigore d. statuti à luctuosa filij hæreditate, duobus potissimum fundamentis.

1 Primum fuit, quòd illa † verba posita in statuto, ex parte, & latere patris, possunt dupliciter intelligi. Primò modo comprehensiuè, scilicet, seu contentiuè. Secundò modo effectiuè, vt post Nell. in tract. de bannit. in 1. par. q. 9. tradit Soc. consil. 33. nume. 9. lib. 3. & Soc. iun. consil. 97. numero 65. in secundo. Vnde cùm simus in materia
2 exorbitanti, & sic strictè intelligenda, debet capi illa † interpretatio, quæ minus lędit ius cõmune, vt per Tiraq. de retract. in præfat. nu. 62.

Præsertim, cùm statutum respectu cognatorũ, quatenus illos vocaret, non possit dici, nisi odiosum, cùm in illis non conseruetur agnatio, quæ facit, vt statutum dicatur fauorabile, vt per Doct. in l. venia. C. de in ius voc. & propterea cùm Clemens non veniat ex latere patris effectiue, debet censeri non vocatus vigore istius statuti.

Secundum fundamẽtum fuit, quod statutum primo loco vocat consanguineos masculos, vbi filius decedit in

in pupillari ætate, & si dicti consanguinei masculi nõ supersint, vocat fœminas consanguineas solas, matre superuiuente: matre vero non superuiuente, vocat proximiores in gradu consanguinitatis, sed iste non est casus, de quo agitur, quia Antonius decessit superstite matre, & non in pupillari ætate, & ita Clemens ex ista parte statuti succedere non potest. Dum verò statutum vlterius disponit, quod filius seu filia effecta maior 12. annorũ, si decedant sine filijs, vel filiabus legitimis, superstitibus sibi dictis consanguineis masculis, ipsi succedant, & succedere debeant in omnibus bonis d. filij, seu filiæ, detracta quarta parte pro matre, non potest ipse Clemẽs fundare eius intentionem in ista parte, quia indubitatũ est, q; ipse non est agnatus, sed cognatus, cùm descendat ab
3 Alda vxore supra dicti Petri, & licèt in materia statutorum appellatione consanguineorum veniant etiam cognati, & sic descendentes ex fœmina, vt per Bart. in l. cũ quidam. §. quod dicitur. de acquiren. hæredi. Corne. & Soc. iun. per informantes Tiraq. de retract. §. 1, glo. 9. nume. quarto, & seq. Couar. in epito. in secunda par. c. 6. §. 6. num. 2. nihilominus, vbi statuentes addunt illã qualitatem masculinitatis, censentur vocati solum agnati,
4 † & statutum censetur factum fauore agnationis, vt bene per Bal. inter consi. Ang. in consil. 281. cuius opinioni subscripsit se Ang. eius frater in consi. seq. Pau. de Cast. in consil. 91. sub nume. secundo, lib. 2. Socin. consilio 31. libro 1. Ruin. Soc. iun. Rimi. & alij per informantes pro Gregorio allegati.

Et quamuis prædictum statutum procedendo vlterius disponat, quòd si dicti consanguinei masculi non su-
5 pererint, sed † dictæ consanguineæ fœminæ cum filijs seu filiabus alterius consanguineæ, siue consanguinearũ mortuæ, seu mortuarum in omnib. bonis prædictis succedãt detractata tertia parte pro matre, nihilominus ista quoque pars statuti non suffragatur Clementi, ex quo Antonius iunior decessit superstite tantum matre, non autem aliqua seu aliquib. cõsanguineis fœminis, ex quarum persona Clemens tanquàm cognatus possit venire ad successionem, quia iste nõ est casus noster, super quo statutum nihil disponit, & ideo remanet in dispositione iuris communis iuribus vulgar.

Non ob. quod statutum saltem in ista parte vocat cognatos, & per consequens Clemens tanquàm cognatus
6 censetur vocatus. Quia fuit responsum, quòd † cognati non censentur vocati simpliciter, sed quãdo ipsis cognatis aperiretur vi per ipsas fœminas consanguineas agnatas, vt simul cum eis succedant, non autẽ fœminis agnatis non existentibus. Quoniam à verbis statuti non est recedendum. l. quod constitutum, & ibi Barto. de milit. testament.

Non obstat, quòd statutum loquitur etiam de fœminis consanguineis, quarum appellatione veniunt etiam
7 cognatæ. Quia † cùm hoc statutum emanauerit gra consequendę agnationis, vt supra probatum est, debet intelligi de fœminis agnatis, cùm & ipse agnatæ dicantur, & in eis militet fauor agnationis, vt per Corn. in consi. 82. num. 6. lib. 4. cum multis alijs cumulatis per informantes pro Gregorio.

Verum quia visum fuit Dominis, quòd materia iterum proponeretur, propterea die Ven. 4. Iulij, 1578. ꝓposui causam super eisdem, & Domini pro maiori parte fuerunt in voto, quòd Clemens non sit vocatus. moti sunt ex isto secundo fundamento omisso primo, super
8 quo Domini non erant satis concordes. Nam † aliqui ex Dominis considerabant, isto statuto non adaptari illam interpretationem, quòd illa verba, ex parte, & latere patris, debeant intelligi effectiuè, propterea, quòd impossibile, quodammodo eis videbatur, quòd detur casus consideratus à statuto, quòd quis decedat relicto pupillo cũ tribus gradibus effectiuè, vt deducunt informantes pro Clemente. Vnde super isto primo fundamento non potuit firmari resolutio propter diuersitatem opinionũ: sed vt dixi maior pars Dominorũ tenuit contra Clemẽ
9 tem, quia † statutum non vocat cognatos, nisi in casu, in quo aperitur eis via succedendi ex persona fœminarum consanguinearum.

Allegata in contrarium per informantes pro Clemẽte sunt sublata ex supra dictis, & bene respondent informantes pro Gregorio.

LANCELLOTTI.

Roman. Locationis. Lunæ, 9. Iunij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Consensus simultaneus dat perfectionem contractui.*
2 *Contrahentes à communiter accidentibus solent post conclusionem contractus agere de conficienda scriptura, & postea vocare tabelliones.*
3 *Contractus executioni mandatus præsumitur ex actu subsecuto post ipsum contractum.*
4 *Tempus breue inter conclusionem contractus, & scripturam faciendam, demonstrat ipsum contractum esse perfectum.*
5 *Frater admittitur in testem per fratre in ciuilibus pro adminiculo.*
6 *Contractus non dicitur fieri in scriptis, nisi quando dictum est, quòd aliter non valeat.*
7 *Locatio dari non potest sine mercede, & certo tempore. Merces verò ea intelligitur esse, pro qua res est solita locari.*

DECISIO CCCLXXVII.

FVit conclusum constare de locatione prout in illa verba apocæ, in quibus dicitur, *si come hier restai d'accordo.* Nam † si partes sunt concordes, contra-
1 ctus dicitur perfectus propter simultaneum consensum. l. prima, §. conuentionis. de pact. Nec possunt dicta verba referri ad præcedentia, scilicet, *haurei voluto che mi facesse l'instrumento della locatione.* Quoniam ex his, quę præcesserunt, & fuerunt subsecuta, Domini dixerunt hunc intellectum non congruere. Siquidem R. D. Sangallettus solitus erat locare domum istam, & tempore confectæ d. apocæ volebat illam locare, & D. Horatius Oricellarius, qui illam inhabitabat, breui erat dimissurus. & R. P. D. Barberinus desiderabat illam conducere, vt dixit in d. apoca. Immo fatetur, quod dum erat Anconæ, scripserat ad Amicum literas ad hunc effectum, & propterea inferebant nihil obstare. quare his concurrentibus non potuisset hic contractus locationis perfici vnico verbo.

Præterea à communiter accidentibus solent contra-
2 hentes post conclusionem contractus agere † de conficienda scriptura, & postea vocare tabelliones, qui ad rei memoriam illam redigant in scripturam, vt post Fabr. in §. 1. Inst. de emp. & vend. tradit Curt. iun. consi. 348. nume. 18. vol. 3. Tractare autem de conficiendo instrumentum, vel scripturam ante conclusionem contractus, esset præsumere rem insolitam, præsertim cùm cõfectio scripturæ statim, & sine difficultate fiat. ipsa verò conclusio contractus ob frequentes partium dissensiones, solet reputari difficilis, & requirit etiã temporis intercapedinẽ.

Accedit

Accedit etiam verisimile, quia si locatio non fuisset conclusa, D. Barberinus vtique aliquam mentionem fecisset de hac conclusione facienda, dicendo, vellem vt concluderemus locationem, & de ea cõficeremus scripturam. Coadiuuantur præmissa ex subsequenti ingressu D. Barberini in d. domum, per quem præcedens † contractus præsumitur demandatus executioni. vt no. Bal. in l. multum, num. 2. in fi. vbi Salyce. col. 2. ad fi. vers. item quæro.

Nec obstat, q̃ dictus ingressus præsumitur factus respectu instantis sublocationis Domini Oricellarij, cùm precise pro eodem tẽpore d. Dominus Barberinus sublocauerit Francisco de la casa. Quoniam respõdetur, primo, q̃ stantibus verbis apocæ in quib. dicitur, se non ingressurum domum pro breui tempore cõductionis Oricellarij, non præsumitur pœnitentia in contractib. Bal. in d. l. multum. nu. 2. post med. ver. & si dicatur.

Secundò, dependebat à voluntate ipsius D. Barberini sublocare pro tempore sibi bene viso. Addebant etiam Domini pro hac interpretatione alia verba apocæ vbi in fine dicitur, *in poco d'hora faremo la scritta*, & sic præsupponit contractum iam perfectum inter ipsas. Nam † si id non esset, non poterat esse securus Dominus Barberinus, quòd ita in breui temporis spatio confici omnino deberet scriptura, quia alioqui poterat esse quod discordarent in conuentione. ergo præsupponunt, quod omnino conficeretur illa scriptura, quæ necessariò præsupponit eos esse concordes in substantialibus locationis. Comprobantur præmissa ex depositione Domini Francisci fratris D. Sangalletti, qui iuxta 14. 22. & 29. interrog. & iuxta 8. particulare, & super 7. & 8. articulo inquit hanc locationem fuisse factam de cõsensu vtriusque partis pro annua pensione 270. scutorum, & pro tẽpore duorum annorum inchoandorũ post finitam locationem Oricellarij. Et iste testis licèt sit frater † germanus Domini Sangallet i, tamẽ Domini illius depositionem attendunt pro admiculo, quæ depositio coadiuuatur ex dicto Dominici Luparilli, iuxta octauũ interrogatorium. Nec obstant alia verba apocæ ibi, *per poter dar risolutione al signor Horatio Ruccellai*, quæ videntur denotare solum tractatum, quia si fuisset conclusa locatio, vtique potuisset Dominus Barberinus resoluere Dominum Oricellarium. Quia respondetur, quòd ex dictis verbis constat, quod ipse Dominus Barberinus volebat caute negociari.

Nam antequàm domum recepisset ab Oricellario, cuiebat habere scripturam à Domino Sangalleto ne ipse Sangallettus posset recedere à conuentis.

Non placuit etiam Dominis illa interpretatio ad verba, *si come restai d'accordo*, videlicet, vt dicantur remansisse concordes, quòd tractaretur negotium locationis, & quod in euentum, in quem essent concordes, conficeretur scriptura, quoniam hæc interpretatio est multum extranea. Nam per illam diceremus, quod remansissent concordes sub conditione si remansissent concordes.

Non obstat etiã, quod scriptura erat necessaria propter dicta verba, *che mi facesse l'instrumento ouer scritta*.

Nam † contractus non dicitur fieri in scriptis, nisi quando dictum est, quòd aliter non valeat, reiecta opinione Castren. vt per Put. in decis. 43. contractus, vol. 3. Peregrin. decis. 34. in vna Placentin. volum. 1. quam etiã opinionẽ seruari in practica, & ab ea in iudicando non esse recedẽdum, testatur Curt. iun. cõs. 348. nu. 12. 22. & 31. ver. ex præmissis. vol. 3. Et propterea si partes simpliciter conueniant, quòd contractus sit redigẽdus in scriptis, hoc non impedit, quominus probatio rei gestę possit aliter, quàm per scripturam probari, secundum Bal. in auth. sed nouo iure, nume. 11. cum seq. C. si cer. peta. Brun. de forma fol. 13. col. prima, versicu. ad idem facit.

Non obstat etiam, quòd non possit dari † locatio absque mercede, & certo tempore, quoniam quoad mercedem intelligitur de ea, pro qua domus erat solita locari. glo. in l. excepto. C. loca. vbi Bal. nu. 2. & ibi Sal. Iaf. in §. actionum. Inst. de actio. nu. 167. Alex. consi. 107. num. 5. vol. 1. & consi. 206. nu. 1. & 2. vol. 2. & est communis opinio, vt per Ant. Gomes. de contract. c. 3. nu. 4. & ca. 2. nume. 9. in fi. Et Dominus Barberinus vtique debet sciuisse dictam solitam mercedem, ex quo illam soluit Oricellario pro tempore quinque mensium, & præsumitur etiã quod ipse non concluserit locationem, si non fuisset certificatus de mercede.

Quò verò ad tempus constat, quod Dominus Barberinus nolebat conducere pro pauco tempore, vt dicit in sua apoca, & de biennio, deponit expresse D. Franciscus in sua depositione, vt supra dictum est.

Quibus omnibus concurrentibus coniecturis Domini concluserunt rem carere dubitatione, & constare de locatione.

RVBEI.

Bononien. de Pepulis. Lunæ, 27. Ianuarij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Possessionis initium, & eius continuatio faciunt, vt quis sit manutenendus in ea.*
2 *Gesta per tutorem præsentium, qui tamen non adimpleuit solemnia, valent medio tempore.*
3 *Possessio per obliuionem longo tempore perditur, quando quis est negligens, & non possidet corpore alieno.*
4 *Interruptio quasi possessionis non datur, vbi non apparet de scientia aduersarij.*

DECISIO CCCLXXVIII.

IN causa Bononien. de Pepulis dubitatum fuit, an Illustr. Comes Romeus stantibus hincinde deductis, & testibus examinatis, quorum copia detur, sit in tali quasi possessione iurisdictionis, vt sit manutenendus, siue vigore mandati iam decreti, siue de nouo decernẽ.

Et die Lunæ, 21. Ianuarij, 1578 fuit conclusum Comitem Romeum esse manutenẽdum in quasi possessione iurisdictionis non solum vigore mandati iam decreti, sed etiam de nouo decernendi. Cùm † enim constet de initio suæ quasi possessionis non solum post obitum Comitis Alexandri eius patris, sed etiam in vita ipsius, vt patet ex iuribus, de quibus in summario dato pro parte eiusdem Comitis Romei, & cum ipse hodie alleger se possidere seu quasi, & non constet, quod eius quasi possessio sit interrupta, debet manuteneri. Nam qui semel rem possedit, adhuc præsumitur possidere, Rot. decisio. 124. in nou. cum alijs auctoritatibus adductis per informantes.

Non obstant adducta in contrarium.

Et primò, quod mandatum in fauorem Comitis Romei decretum esset iniustum, & nullum, quoniam stante supradicto fundamento apparet de eius iustitia. Tollitur etiam nullitas allegata sub prętextu, quod minores non essent legitime citati, quia † ex actis constat Comitem Philippum fuisse relictum tutorem, & licet non appareat adimpleuisse solemnia, valent tamen gesta per eũ medio tempore, & tollitur omnis difficultas ex quo hodie Comes Romeus petit de nouo decerni sibi mandatum de manutenendo.

Non

Non ob. etiam aliud fundamentum, quod Illustr. Comites aduersarij prętendunt se per decennium possedisse priuatiue ad ipsum Comitẽ Romeũ, pro cuius verificatione dederunt articulos, & testes desuper examinarunt, quorũ dicta fuerũt data prout in summario. Quia fuit responsum testes non probare cõcludenter tempus 10. annorum, quod requiritur ad inducendam obliuionem, ex qua resultat amissio possessionis.

Præterea † tũc per obliuionem longo tempore perditur possessio, quando quis est negligens, & non possidet corpore alieno prout in casu isto, in quo ipse Comes Romeus dicitur retinere suam quasi possessionem non solum animo suo, sed etiam corpore vasallorum, vt per Aretin. in l. si de eo. §. si forte, nu. 6. ad fi. & nu. seq. de acq. pos. Dixerunt † etiam Domini in casu isto non dari interruptionem istius quasi possessionis non data scientia ipsius Comitis Romei, vt per Ruin. consi. 50. nu. 10. vol. 5. & ex istis rationibus, & ex alijs adductis per informantes Domini ita concluserunt.

RVBEI.

Roman. bonorum de Ruffinis. Ven. 20. Decembris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Priuatio inducta per testatorem verbis obliquis propter contrauentionem, substinetur in vim fideicommissi.*
2 *Prohibitio alienationis facta per testatorem, vt in casu contrauentionis bona alienata statim deueniant ad sequentem in gradu, inducit fideicommissum de per se, sine alia expectatione cõditionis, vel mortis ipsius alienãtis.*
3 *Statutum, quòd filij positi in conditione censeantur vocati, ligat etiam clericos.*
4 *Onus probandi, quòd bona sint fideicommisso subiecta, spectat ad fideicommissarium.*
5 *Venditio sola verbalis sine traditione, an sufficiat, vt dicatur contrauentum prohibitioni de non alienando.*
6 *Assertioni contrauenientis non standum in re prohibita.*
7 *Conditio sufficit, quòd semel fuerit purificata.*
8 *Fideicommissum non agnitum ab hærede non reuertitur ad personam cohæredis semel, & simpliciter ab eo exclusam, sed ad sequentes deuoluitur.*
Idq̃, etiam si inter eos esset inductum à testatore fideicommissum reciprocum. nu. 9.
Et tantò magis si illud fideicommissum esset agnitum. numero 10.
11 *Vocatus à testatore, in cuius persona conditio semel fuit purificata, non potest amplius excludi per superuenientem personam, quæ alias ante existentiam conditionis eum excluderet.*
12 *Præiudicium illatum per fideicommissarium in casu alienationis, censetur etiam illatum in casum mortis.*

DECISIO CCCLXXIX.

IN causa Roman. bonorum de Ruffinis, quam proposui sub die Veneris, 20. Decembris, 1577. fuerũt excitatę q̃ plures difficultates de quib. inferius dr. Et super quib. nihil fuit formatum, sed solũ in ista positione fuit tẽtũ secũdum maiorem partem Dominorum, q̃ verba illa, de quib. in testamento D. Marij Ruffini, videlicet, *& li beni cosi alienati si diuolghino in fatto à quelli, alli quali per morte di quelli che alienano, douerano peruenire*, debeant intelligi non secundum dispositionẽ iuris ab intestato, sed secundũ testamentũ ipsius D. Marij, & iuxta illius voluntatẽ seu dispositionẽ quam fecit. quę quidem interpretatio placuit Dñis tanq̃ verisimilis magis conformis intentioni, & menti ipsius disponentis. Cæterę aũt difficultates non fuerunt resolutæ, sed tantũ excitatæ propter maiorem dilucidationem ipsius causæ.

Prima est, an priuatio inducta per testatorem pp̃ contrauẽtionem substineatur iure directo, vel in vim fideicommissi, & † videtur attentis verbis testamenti, quod nõ iure directo, sed in vim fideicommissi substineatur, quoniam verba sunt obliqua, & semel hæres regulariter nõ desinit esse hæres. Bar. Ang. & alij in l. hæreditas. ff. de hære. inst. Paris. cõs. 19. nu. 176. cũ seq. in 2. Aym. cõs. 1. nu. 6.

Secunda, an prohibitio alienationis, de qua in d. testamento D. Marij, stet principaliter de per se, & inducat fideicõmissum statim in euentum contrauentionis, ita q̃ sit duplex fideicõmissum, alterum in euentũ mortis, alterum in euentũ contrauentionis, vel potius d. prohibitio sit sequela fideicõmissi, & illi stet accessoriè, & sit vnicũ tm̃ fideicommissum in euẽrum mortis, iuxta no. p Dec. cons. 636. nu. 3. cũ seq. cum alijs per Ant. Gabriel. de fidei commiss. cõclus. 9. Et in hac difficultate partes vñr admittere, q̃ sit duplex fideicõmissum, vt sup. quod vñ de plano procedere ex lectura testamenti, nã † testator prius prohibet alienationem, & vult quod sequuta contrauẽtione bona alienata statim deueniant ad sequentẽ in gradu, & sic nulla alia expectata conditione, vel morte alienãtis. l. peto. §. frattre. l. cũ pr̃. §. libertis. & ibi gl. 2. de leg. 2. Paul. de Cast. consi. 77. nu. 2. in fi. lib. 1. Ruin. consil. 109. nu. 18. cum seq. & ita fuit dictum in Cauallicen. Baroniæ, & in Roman. Vinearum. de Maximis. del 1576.

Tertia, an per istã substitutionẽ in euentũ contrauentionis sit in aliquo derogatũ alteri substitutioni in euẽtum mortis factæ. Ista non est pro nunc necessaria, vt ex infra dicẽdis apparebit, p̃sertim in decima difficultate.

Quarta, an Ascanius filius Alexandri cẽseatur institutus ordine succes̃iuo post obitũ Alexãdri p̃is, vel potius æqualiter pro virili portione simul cũ patre, iuxta no. p gl. Bar. & Soc. & omnes in l. Gallus. §. & quidã recte. de lib. & posthum. & ista non videtur pro nunc necessaria, ex his quæ in sexta difficultate deducentur.

Quinta, an saltem inter istos institutos cẽseatur inductũ reciprocũ fideicõmissum, iux. no. in l. Titia Seio. §. Seia libertis, de leg. 2. cũ alijs per Gabriel. de subst. concl. 1. nec ista vñr necessaria in casu de quo agitur ex eadẽ rõne.

Sexta, an saltem prima substitutio seu primus gradus vocatorũ p̃ mortẽ D. Alexãdri instituti, incipiat ab Ascanio, & cæteris filijs d. D. Alexandri, vel potius à filijs Iuliæ, & deinde à Mutio, in qua si (vt p̃supponitur) testm̃ est in Vrbe conditũ, & agitur de bonis existẽtib. in vrbe vel eius districtu, vñr q̃ primi substituti per obitũ Episcopi sint Ascanius, & cæteri filij Alexandri positi p̃ testatorẽ in conditione, & statutũ Vrbis est clarum, qđ filij positi in cõditione censentur vocati p̃ statutũ, quod iã conditum erat de anno 1517. vt patet ex confirmationib. lõ † d. statutũ operatur effectũ suũ saltẽ quoad dicta bona existẽtia in vrbe vel eius districtu, plene p̃ Bar. Bal. & oẽs in l. 1. C. de sum. Tri. & fi. cath. cũ alijs p̃ Gabriel. de testã. concl. 4. & fuit late discussum in Terracinẽ. cotã R. P. D. Blanchetto, 1575. & 76. Nec vñr facienda vis, qđ sint bona forte intuitu Ecclesiæ acquisita cũ p̃supponatur facultas testãdi, & statuta vrbis regulariter in istis ẽt cõprehẽdunt clericos, vt fuit dictum coram R. P. D. Robusterio in Portuen. plani vlmi 1567. Et sic Ascanius qui tempore alienationis erat solus filius Alexandri, est in primo gradu vocatorum, & si verum esset, quod postea idẽ Alexander susc̃episset alium, ille etiam esset in primo gradu substitutionis, habita tamẽ ratione temporum, vt supra.

Septima, an propter contrauentionem in vna re sit

inductum fideicommissum in tota hæreditate, seu portione illius qui contrauenit, vel tantum in illa re, in qua fuit contrauentum, quia verba sunt limitata ad rē alienatam, vt ibi, *& gli beni cosi alienati si diuolghino in fatto, &c.* & ita fuit dictum in dicta Roman. vineæ, de anno 1575.

Octaua, an constet, quod Alexander contrauenerit, & quod ad ipsum res videtur sine controuersia si viridariū cum domibus, & casalino existentibus in monte Auentino per D. Alexandrum de anno 1559. alienata, fuerūt in dominio, vel possessa per testatorem vsq; ad obitum D. Marij testatoris, & sic comprehensa sub prohibitione,
4 & fideicommisso, quòd † onus probandi spectat ad Mutium venientem ex fideicommisso, seu contrauentione. Item videndum. §. fi. cum l. seq. de pet. hære. cum alijs p Nat. consi. 400. nu. 2. cum seq. lib. 2. Aduertendum tamē est, an probetur traditio, vt tollatur difficultas, an sola
5 † venditio verbalis sufficiat, quando saltem est habita fides de pretio ex l. 2. vbi Bal. & alij. C. si quis alteri, vel sibi, cum alijs per Dec. consi. 239. nu. 1. in fi. Curt. sen. consil. 8. nu. 3. cum seq.

Nona, an constet de contrauentione ipsius Alexandri & Ascanij propter impositionem cēsus super domo magna del 1560. In qua informantes D. Alexandri petunt ad partem audiri. Et in ista est cōsiderandum, an Mutius verificauerit, quòd ista domus magna esset in bonis testatoris, nam saltem prætextu alicuius partis prætendit Alexander quòd ista domus non erat in bonis Marij testatoris. Insuper est considerandum, an per D. Alexandrum sint verificatæ causæ narratæ in instrumento impositio-
6 nis census, quia † regulariter in re prohibita non statur assertioni contrauenientis. Bar. in l. si forte. de castrē. pecul. cum alijs per Dec. & alios in l. si donatione. C. de collat. Et an in Ascanio detur scientia testamenti Marij, vel ex probabili ignorantia, aut minori ætate excusari possit respectu sui, alioquin respectu Alexandri in portione Marij propter impositionem census super proprietate. At hic si alia non obstant, ita est resolutum in Romana vineæ de maximis, 1576. quòd est inducta deuolutio, & est factus locus fideicommisso. Sed pro nunc istam contrauentionem circūscribo, quia non informat Alexāder.

Decima, an propter contrauentionem Do. Alexandri in venditione viridarij, posito quod illud esset in bonis D. Marij, sit dictum viridarium deuolutum ad filium Iuliæ, & propter non existentiam illius ex vulgari ad Mutium, vel potius ad Ascanium filium d. Alexandri tūc viuentem, vt quomodocunque intelligantur illa verba testatoris videlicet *si deuolghino in fatto à quelli alli quali per morte di quelli che alienano, doueriano peruenire*, hoc est siue intelligantur ab intestato ex dispositione iuris cōmunis, prout dicunt aliqui informantes Do. Alexandri, siue intelligantur ex ordinatione, & lege testatoris in testamento scripta, quod videtur verius, & voluntati testatoris consonum, vt hic benè per informantes Mutij, sem per post obitum d. Alexandri succedit Ascanius tam ex dispositione iuris, quàm ex lege testatoris, quia vt supra dictum est, obtinet primum locum vocatorum per mortem, sicut cæteri filij d. Alex. qui omnes sunt positi in cō ditione, & ex statuto vocati.

Non ob. quod Ascanius non sit amplius in rerum natura, quia sufficit, quòd tempore existentis conditionis
7 viueret, nam † sufficit conditionem semel extitisse. Oldr. consil. 21. cum alijs per Gabriel. de fideicommiss. concluſ. 7. & 8.

Non ob. quod Ascanius non agnouerit huiusmodi fideicommissum prout est necessarium, vt illi irreuocabiliter quæratur, l. 3. §. inuito. & §. acquirere. de bonor. pos. Bar. in l. 4. §. hoc autem iudicium. de dam. infec. Alexā. in l. huiusmodi. col. pe. in prin. de leg. 1. cum alijs per Rolā.
8 cons. 29. nu. 28. lib. 1. Nam † si decessit Ascanius nō agnito d. fideicōmisso, illud ius agnoscendi fideicōmissum sine dubio post obitū Ascanij nō reuertitur ad d. Alexandrum, quia fuit semel simpliciter exclusus, & sic est perpetuo exclusus. Bal. & alij per Dec. consil. 627. numero 8. adeo vt non sit locus pœnitentiæ, nec purgationis moræ: sed indistincte deuoluitur ad sequentes, qui voluntate testatoris parere volunt, vt late post alios Paris. d. consilio 19. numero 138. cum pluribus seq. libro secundo,
9 Aym. consil. primo, col. pe. Etiam † si inter Alexandrum, & Ascanium esset inductum fideicommissum à testatore reciprocum, quia illud non haberet locum in rebus alienatis à quibus fuit simpliciter exclusus, & contraue nit volūtati testatoris, & illam impugnauit, vt post alios
10 per Dec. Paris. & Aym. proxime citatos: Et† tantò magis, si illud fideicommissum esset agnitum per Ascanium, nam ante agnitionem excluso Alexandro durat illud fideicommissum in fauorem sequentium parere volentium voluntati defuncti, vt ibi per eos. Ideo animaduertendum est, an tempore obitus Ascanij extaret alius filius Alexandri, quoniam si alius filius Do. Alexandri eo tempore extaret, ad illum esset deuolutum ius agnoscendi fideicommissum, & si esset agnitum deuolueretur ad eundem ipsum viridarium, quia vt dixi prima causa successionis ex lege testatoris sunt liberi D. Alexandri: alioquin si nullus extaret, tunc succedit Mutius sequens in gradu propter non existentiam filiorum Episcopi, nec Iuliæ ex supra deductis.

Et si forte postea nati essent filij Do. Alexandro non
11 attenderetur in præiudicium Mutij, qui † solus tempore existentis conditionis extabat ex vocatis à testatore, iuxta l. cum pater. §. hæreditatem. & l. prima, de lega. secundo, cum alijs per Iacob. Mandel. de Alba cons. 106. per totum, licèt eueniente morte Do. Alexandri cum fi-
12 lio, vel filijs videndum esset, an per † fideicommissariorum in casu alienationis censeatur præiudicatum fideicommisso in casum mortis, vt per Ruin. consil. 122. numero sexto, cum sequen. & consil. 123. numero duodecimo, in secundo, Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita, numero 413. cum sequen. ad Trebellia. Bursat. consilio 13. nume. 68. cum seq. quod tamen in Cauallicen. Baroniæ Domini tenuerunt del 1576.

Vltima, per obitum Ascanij, ad quem sit deuolutum viridarium, resolutio colligitur ex proxime dictis, quod aut extabant alij filij Episcopi, vel ne. & licet Mutius sit vocatus ex vulgari in defectum filij Iuliæ, tamen id intelligitur si non esset alius anterior, qui excluderet filiū Iuliæ, nam tunc sicut per illum esset excluſus filius Iuliæ, ita etiam Mutius veniens in defectum illius, vt hic bene per Informantes Domini Alexandri.

LANCELLOTTI.

Clusin. pensionis. Die 9. Nouembris. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Probatio in beneficialibus, quòd centum remaneant liberi pro rectore, debet esse concludens.*

DECISIO CCCLXXX.

1 FVit conclusum non satis cōstare, quod remaneant 100. ducati liberi pro rectore, quia † licet testes probent valorem per famam, tamen hęc probatio non

non sufficit in hoc casu, quia non agitur de probādo nō excessu, qui habet præsumptionem aliquam pro se: ideo semiplena sufficit probatio. Ægid. decis. 683. sed sumus in casu, in quo probatio debet esse concludens, quòd vere remaneant centum liberi pro Rectore per modum affirmatiuum, iuxta decis. Mohedan. 148.

BLANCHETTI.

Pampilonen. beneficij de Sos. Die 17. Maij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, quatenus, conditionem importare dicitur.*
2 *Valor beneficij affirmatiuè expressus, debet plenè probari, nec sufficit semiplena probatio episcopi.*

DECISIO CCCLXXXI.

FVit per Dominos resolutum, breue non fuisse sufficienter verificatum per Antonium, cp fructus beneficij excederent valorem 24. cum enim per modum conditionis fuit grauatus onere probandi hūc va-
1 lorem, quod † denotat dictio, quatenus, Barto. in l. 1. nume. 20. de cond. & demon. semiplena probatio Episcopi non sufficit. Dec. in rub. de probat. nume. 153. cum seq.
2 præcipuè, † cùm agatur de probando valore affirmatiue expressum, & habeat contrariam probationem de directo, videlicet attestatio ordinarij in collatione facta Ægidio. Ægid. decis. 683. fuit resolutum in causa Clusin. pen. coram R. D. Lancellotto. Et amouendus esset prout fuit amotus possessor, vt fuit resolutum in vna Vercellen. Canonicatus coram bo. me. Verallo, prima Febru. 1557. & in vna Callaguritan. coram Orad. de anno 1564. Antonius autem ne dum plene, sed nec etiam semiplene probauit valorem istius beneficij. Primus enim testis Petrus de Allegri iuxta 20. & 30. & Michael iuxta 30. & Michael A. iuxta 23. nesciunt onera, ex quo non probant, cum valor probari debeat deductis oneribus, vt passim tenet Rot. reiecta opin. Ripæ, in l. 1. §. si hæres. nu. 29. ad Trebellia.

ROBVSTERII.

Bononien. iurispatronat. Lunæ, 14. Martij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ declaratoriæ in antiquis standum est, & pro ea præsumitur.*
Idq; magis si cum adminiculis adiuuetur.
2 *Obseruantia alicuius actus subsequuta, probat in præteritum idem fuisse.*
3 *Præsumptio pro validitate actus superat alias præsumptiones.*

DECISIO CCCLXXXII.

REsolutum fuit, narratiuam Sixti quarti sufficienter in omnib. fuisse iustificatam, nam in ea parte in qua dicitur ecclesiam deuenisse ad totalē ruinā, satis verificatur ex sentēcia Vicarij de anno 1476. lata, in qua declarat, istos de Mazzolis infra tempus, & etiam antea totaliter realiter, & cum effectu funditus re
1 staurasse, & reædificasse d. Ecclesiam, & cùm † simus in antiquis fere centum annorum in omnibus pro ea præsumitur, & optime probatur, vt late hic per informantes, & tanto magis stantibus tot alijs circunstantijs videlicet tribus testibus coram eodem Vicario de eodem anno examinatis, qui omnes dicunt de facto proprio, quod reædificarunt Ecclesiam totam à fundamentis vsque ad tectum: item concurrit assertio commissariorū, quod de anno 1474. asseruerunt omnia contenta in dictis literis Sixti Quarti esse vera, pro quibus etiam præ
2 sumitur, vt hic per informantes. Item † ex obseruantia subsecuta, quæ in istis maxime prodest, ex Bal. & alijs per Aym. consilio 118. numero secundo, & consil. 188. numero 142.

Non obstat visitatio Vicarij, in qua asserit inuenisse duos muros minantes ruinam. Quoniam d. visitatio fuit de anno 1470. & sic per quatuor annos præcedentes d. assertionem, & literas Sixti, & cùm de anno 1470. iam minaretur ruinam, & adsint tot & tanta de totali ruina tempore literarum Sixti Quarti 1474. sine dubio non præsumitur de vno tempore ad aliud, præsertim pro
3 validitate actus, quæ † superat alias præsumptiones, Dec. post alios in l. postquàm. numero vigesimotertio, C. de pact. In ea verò parte, in qua dicitur, fructus Ecclesiæ non esse sufficientes ad reædificandam Ecclesiam, & præstandum victum rectori, satis etiam verificatur ex dicta sententia Vicarij, & assertione dictorum commissariorum per supra deducta. Et multa, quæ in contrarium adducuntur, non probantur ex actis.

Quò verò ad facultatem Vicarij, de qua in dictis literis Sixti, dixerunt Domini illam non esse verificandam, quia illa verba non erant oratorum, sed quod ille Vicarius asserebat se habere sufficientem facultatem, & hoc verificatur ex gestis per illum Vicarium de anno 1472. Ita quod bene verificatur de facto in omnibus suis partibus ista narratiua.

Neque enim Papa fecit aliquod fundamentum in d. Vicariatu, sed tantum in illo facto per illum assertum Vicarium gesto, vt considerat Crescen. decis. 153. Et hic videtur clarum, cùm Papa det facultatem illis commissarijs supplendi omnes, & quoscunque defectus, valdando id quod nulliter gestum fuisset.

ROBVSTERII.

Bononien. de Burzanis. Mercurij. 28. Nouembris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus dici non potest non comprehensus in literis monitorialibus. & nu. seq.*
2 *Sententia declaratoria trahitur retro ad præambulas res, & pœnas in ea contentas.*
3 *Iusti non comprehensi in censuris non possunt declarari excommunicati.*
4 *Mandatum simplex iudicis per comparitionem partis resoluitur in vim simplicis citationis.*
5 *Dispositio pœnalis quantumuis generalis non trahitur ad casum, vbi non est dolus, vel culpa.*
6 *Scientia illius qui aliquid illicitè, & occultè retinet, differt ab eo qui detinet.*
7 *Literæ monitoriales dubiæ interpretandæ sunt secundum terminos iuris.*
8 *Ordinaria via contra reos certos procedendum est coram iudice competenti.*
9 *Extensio non fit de persona ad personam.*
10 *Potestas omnis ordinarij cessat, vbi Papa manum suam apposuerit.*
11 *Comparens quo casu non dicatur facere litem suam.*
12 *Dispositio l. vbi cæptum. ff. de iud. quo casu procedat.*

DECISIO CCCLXXXIII.

REsoluerũt Domini, quòd Aurelius, & Gabriel nõ potuerunt iustè declarari excommunicati, neq; interdescẽtes in excommunicatione per annũ, & vltra prout in declaratoria 20. Iunij. 1576. in partibus
1 lata. fol. 192. ex eo † quia dicti Aurelius, & Gabriel non comprehendebantur in literis monitorialibus secundo loco in forma signaturæ de mẽse Septembris, 1571. expeditis, de quibus fol. 301. neque in ipsa generali sententia excommunicationis. 11. Decembris eiusdem anni lata, de qua fol. 962. Idcirco fuerunt iniuste declarati inci
2 disse in dictas censuras. Nam † sententia declaratoria trahitur retro ad præambulas censuras, vt ex lectura ipsius apparet. & habetur in l. hæredes palam. §. sed si notam. & ibi Paul. de Cast. & alij de testamen. Sarnen. in reg. de iur. quæsit. quæst. decimatertia, nume. 3. cum sequen. & vt iusta sit, debet declarare, & publicare personas, quæ vere inciderunt in illis censuris, non autem alias, quæ non cõprehendebantur neque peccarunt. ca. cum secundum leges. de hæret. in 6. cum alijs per Felyn. in ca. Rodulphus. col. 21. num. 35. ver. sententia declaratoria. de rescrip. &
3 in cap. ad probandum, numero 6. de re iud. Et sicut † iusti non potuerunt declarari excommunicati, si vere nõ erant comprehensi in censuris, sic non potuerunt in eis interdescere. c. rursus. 11. q. 3. cum alijs per glo. Abb. & alios in c. 1. de iud.

Quod autem Aurelius, & Gabriel non fuerint comprehensi in prædictis literis monitorialibus, nec in generali sententia censurarum, deducebãt Domini ex duob.

Primò, quia, vt apparet in processu fol. 462. cum pluribus seq. & habetur in septimo præsuppositio, Stephanus de mense Maij. 1570. comparuit in Turono Bononien, & mouit iudicium criminale contra dictos Aurelium, & Gabrielem eos querelando, quòd occultauerint, & expilauerint bona cõmunia, & hæreditaria aliàs Simonis patris, & ad docendum de fraudibus, occultationibus, & expilationibus fecit incarcerare dictos Gabrielem, & Aurelium, & ipsos examinare, & interroga-
4 re latissimè, vt fol. 467. cum pluribus seq. & produxit cedulam bonorum hæreditatis, quam partes vocant cedulam status fol. 488. produxit etiam trãsactionem, vt ibi, nec non libtum introituum domus, seu bonorum stabilium, & istam de pluribus quantitatibus frumenti, vt fol. 414. cum sequen. & pluries protestatus fuit. Ex quibus litibus, productionibus, interrogationibus, examinibus, protestationibus, & querelis sine difficultate colligebant Domini, quod saltem in illo iudicio criminali fuerunt deducta in litem, & cõtrouersiam, frumentum del 1568. & 69. canapis, pecuniæ, & alia, de quibus in confessionibus coram D. Vicario ex vi verborum, l. bonorum. de verborum signifi. ex speciali expressione ipsorum bonorum, vt in querelis Stephani, & interrogationibus, & alijs de quibus supra. Vnde cum postea Aurelius, & Gabriel coram eodem D. Vicario Bononien. comparuerint, tam in primis literis monitorialibus quam in secundis, & allegauerint, quòd ipsi non erant occupatores, & sic, quod iustè possidebant vigore testamenti, & q iam lis pendebat super omnibus coram iudicibus competentib. & q non erant comprehẽsi in dictis literis mo
4 nitorialib. vt fol. 313. & 362. sine † dubio, quoad ipsum Aurelium, & Gabrielem prædictæ literæ fuerunt resolutę in vim simplicis citationis, & euacuatæ, vt post Ioan. Paul. & alios deducunt Phil. Prob. in c. 2. nu. 28. de consti. lib. 6. Io. de Neuiz. in Silu. nupt. li. 3. nu. 51. pag. 241. vers. limita quinto. Et tantò magis, cũ post primas literas monitoriales obtinuerint declaratoriam ab eodem Vicario Bononien. quod forma illarum nõ erat seruata, & quod in oẽm casum in aliquo non afficiebãt ipsos, vt fol. 909. Et post secundas literas monitoriales obtinuerũt aliam declaratoriam ab eodem Vicario, & ipse Stephanus etiã approbauit, qđ respectu deductorũ in iudicio inter eos ex vna, & Stephanum ex altera, non sint comprehensi in dictis secundis literis, nec in aliquo vlteriori actu respectu præfatorum comprehẽdi debere, vt fol. 372. cũ seq. sicq; isti ex voluntate Stephani erant exempti ab istis literis, vt post alios Neuizan. in d. Silu. li. 3. pag. 244. nu. 55. ver. limita sexto. Et ex eadem voluntate iudicis, & qualibet iusta cã prout hic. Nã † dispositio pœnalis quantumuis gñalis non trahit ad casum vbi non est dolus, vel culpa, l. si seruum. §. nõ dixit. de acq. hær. cum alijs per Aym. cons. 3. nu. 24. Prob. in d. c. 2. num. 64. cum plurib. seq. & nu. 37. de const. lib. 6. Neuizan. vbi supra num. 55.
5
6
7 † tñ videbantur satis claræ, deberent interpretari, iuxta terminos iuris. c. cãm quæ. vbi Fely. colu. 5. de rescr. post Gem. cons. 47. nu. 3. iuxta quos literæ non conceduntur,
8 nisi contra occultos, nã † contra certos est procedẽdum coram iudice competenti via ordinaria, vt post alios Neuizan. vbi sup. nu. 44. ver. limita secundo, pag. 239. Prob. in d. c. 2. nu. 54. & 59. Aut per denũciationẽ euangelicã. c. nouit. de iud. & ibi no. Bar. in extrauag. ad reprimen. in verb. denunciatione. in fi. Corn. cons. 139. ante fi. li. 2. Rebuf. de pacif. possessor. nu. 22. cum plurib. seq. Ideo cũ dictæ literæ, & excõicatio sint limitatę ad occultos, & ignotos, non debent ad alios referri. l. 4. §. toties. de dã. infec. cum alijs per Tiraq. in l. si vnq̃. in verbo, libertis. in prin.
9 C. de reuoc. dona. Nam † licet de casu ad casum fiat q̃nq; extensio ex verisimili mente, non sic de persona ad psonã. l. si quis ita, §. si quis cũ ignorat, de testam. tut. cũ alijs per Aretin. & alios in l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posth. & Tiraq. in d. verb. libertis, num. 23.

Non ob. quod ẽt principales teneantur reuelare, præsertim, vbi præcedit diffamatio. Q̃m ista est ardua quæstio. vt per Neuiz. d. li. 3. nu. 36. ver. amplia quarto. cũ pluribus seq. Et Dñi nõ fecerũt vim in hoc quod essent principales; quod omnia deducta in confessionib. factis etiã Vicario iam erãt antea deducta in iudicio coram iudice competenti, & Aurelius, & Gabriel comparuerunt, & allegarunt pendentiam litis, & quod iustè possidebant. Et insuper ponderarunt, quod literæ monitoriales, & sententia generalis excommunicationis erant limitatæ ad alias personas, & ignotas, vt sup. Non ob. quod lis criminalis erat solũ sup bonis cõtentis in transactione, q̃m & transactio cõprehẽdit oĩa, & lis erat sup istis bonis cõib. & sup hæreditate Simonis, & fuerũt in specie nominata. Nam quamuis bona confessata non sint descripta in trãsactione, & in statu hæreditatis, tñ verba transactionis sunt prægnantia, & querela Stephani, interrogationes & acta in illo iudicio criminali capiunt oĩa, vt sup. Nõ ob. qđ ordinarius poterat tales literas in vim suæ potestatis ordinariæ concedere, q̃m hic nõ agitur de validitate, sed de

iustitia censurarum, in qua inspicitur ius partis, & nõ sola potestas iudicis. Itẽ videtur ordinarii se restrinxisse ad apostolicam facultatem, vt ibi, iuxta nobis desuper factam commissionem, & ibi, auctoritate apostolica nobis concessa, & ibi, iuxta formam literarum prædictarũ, & omni meliori modo, quo casu non subsistinetur actus ex potestate ordinaria. Ægid. decis. 10. & 108. & in c. cũ
10 ex officij. de præscrip. Immo † cùm Papa apposuerit manum, regulariter cessat omnis potestas ordinarij. ca. cum nñam. de appel. cum alijs per Aym. consil. 296. nume. 1.

Non ob. quod Aurelius, & Gabriel. comparuerint coram Vicario, & ideo suam fecerint istam censurã, vt post Rot. & alios per Felin. in c. grat. col. 3. de of. dele. Quoniã
11 † non procedit, vbi non comparet ad reuocandum grauamen animo renunciandi iuri suo, vt post Inn. & alios ibidem tradit Dec. in secunda limit. & in c. cum teneami ni. in secundo notab. de appellat. prout hic comparuerunt ad allegandum, quod non erant comprehensi in illis censuris, & obtinuerunt super hoc declaratoriam, vt supra.

Plura alia quæ dicuntur circa nullitatem, & iniustitiã dictarum censurarum circumscripserunt Domini, existimantes, quòd ista sufficiant pro decisione istius, & nihilominus intendunt si opus erit, particulatiter alia discutere. Volunt tamen non obstante hac decisione has allegatas cõfessiones Aurelij, & Gabrielis videre, an sint simplices, vel qualificatæ. Et si fateantur aliquid indebitè occultasse ad effectum, vt faciant restituere Stepha-
12 no, quod suum est. Nam † l. vbi ceptum. de iudic. non procedit in casu isto, vt post alios cumulat latissimè ad hanc rem facientes Antonius Gabriel. in titu. de iudic. conclus. prima.

Item ad effectũ, vt videamus, an dicti Aurelius, & Gabriel. si confessi fuerint occultasse aliquod contra conscientiam, comprehendantur nec ne in dictis literis.

SERAPHINI.

Racanaten. donationis. Veneris, 28. Iunij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Statuta loci attendenda sunt in his, quæ concernunt solemnitates contractuum.*
2 *Statuta si sint duo, vnum speciale loci, & alterum generale prouinciæ, attendi debet speciale.*
3 *Dictio, nisi, postposita orationi negatiuæ dicitur ponere actum.*

DECISIO CCCLXXXIIII.

FVit resolutum pro validitate donationis, ex regula quam tradunt Doct. post Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & fide cath. quod † in his, quæ
1 concernunt solemnitates cõtractuum, sunt attendenda statuta loci in quo actus geritur. Neque obstat, quod adsit constitutio generalis Marchiæ, quæ dat aliam formã,
2 quæ non fuit obseruata. Quia † vbi concurrunt duo statuta, alterum speciale loci, alterum vero generale prouinciæ, magis attendi debet speciale loci, vt per tex. in l. fina. C. de testamen. tradit Bar. in consi. 201. inc. in prouincia Anconitana, nume. 2. ver. in contrarium, lib. 1. Soc. consil. 79. nu. 24. lib. 4.

Nec obstat, quod dicatur ista statuta esse inuicem cõpatibilia, quia † cum statutum procedat ponendo ora-
3 tionem negatiuam, & subdendo dictionem, nisi, ista dictio ponit actum, & perinde est ac si dictum fuisset, donationes ita factæ non valeant, per doctr. Bar. in l. actione, sub nume. primo, C. de transact. & ibi Dec. nume. 5. Grat. consil. 126. numero 19. libro secundo, & ideo non potest se compati hoc statutum cum constitutione generali, quia si vult, quod valeat instrumentum cum effectu, ergo & donatio, quamuis aliud sit donatio, aliud instrumentum donationis, vt per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 1. nume. 1.

ROBVSTERII.

Cremonen. Iurispatronatus. Die 21. Maij.

SVMMARIVM.

1 *Opinio Anch. cons. 81. in materia deuolutionis iurispatronatus ad extraneos hæredes, an sit communis, quod sic.*
2 *Gratia iusta ratione fundata, & in corpore iuris clausa dicitur, vbi iuspatronatus competit laycis de iure communi.*
Immo difficilius tollitur gratia in corpore iuris clausa, quam ipsum ius commune. nu. 3.
4 *Prouisio hominis non facit cessare prouisionem legis communis. & nu. 17.*
Immo nec etiam prouisionem legis specialis, vel extraordinariæ, quando ius competens de iure speciali, & illud, quod est de iure communi, concurrunt circa diuersa. nu mero 5.
Idem etiam, quando prouisio legis prouenit ex diuerso fonte, & hominis prouisio non est æquè plena. nu. 6.
Item etiam fauore dotis non facit cessare prouisionem legis specialis. nu. 7.
8 *Lex concedens aliquod ius vel priuatus se immiscens alicui iuri alteri competenti, intelligitur concedere, & se immiscere cumulatiue cum illo, qui habet idem ius.*
9 *Actus semper debet interpretari, ne inducat renunciationem proprij beneficij.*
10 *Ius commune, & speciale ad idem si competit, in dubio præsumitur quis velle vti iure communi, & non speciali etiam in corpore iuris clauso: secus si ad diuersa. & nu mero sequen.*
12 *Dispositio l. quamquam. & l. in testamento. C. de mil. testa. quibus casibus limitetur.*
13 *Regula l. cum prætor, ff. de iud. non procedit, vbi prouisio hominis non facit cessare prouisionem legis, cum alijs pluribus limitationibus.*
14 *Patronus fundans ecclesiam potest remittere iuspatronatus, & illud limitatè inducere in præiudicium descendentium, vel extraneorum hæredum.*
15 *Patroni plures eiusdem beneficij possunt esse ex eadem causa.*
Idq; etiam in hæreditate habet locum; cessante tacita, vel expressa exclusione personæ, & concurrente dispositione legis, & hominis. nu. 16.
17 *Patronus simpliciter exclusus non censetur perpetuò exclusus.*

DECISIO CCCLXXXV.

VEneris 18. Maij, pposui in relationib. an ius patronatus, de quo sup. cessauerit, & Eccl̃ia fuerit effecta libera, extinctis oĩb. de domo, & casata de Stephanis, vel trãsierit ad extraneos hẽdes. & diuisa fuit difficultas in tres partes. Prima, an ĩ hac difficultate opi. Anch. cons. 81. sit cõis. Secũda, an sit de iure vera. Tertia, an applicetur ad casum, de quo agitur. Circa primam hodie 21. Maij, quamuis nullæ fuerint datæ informationes

in facto, nec in iure, sed sola copia fundationis, Domini† opin.Anchar.d.consi.81.dixerunt esse communem, nam in effectu idem tenet Calderin.consil.4. de iurepatron.Rocc.de Curt. relatus per Lambertin.cum quibus ipse transit, de iurepatron.libro primo, par.secunda, q.2. articu.5.fol.122.secundum veterem impress.Cassad.decis.1.numero 3.de iurepatron.Paris.consil.48. num.11. & 21.lib.4.Curt.iun. consil.257.nume.2.& consil.323. nume.2.cum seq.lib.3.Dec.consi.149.nu.2. & in l.2.nume.2.C.de in ius voc.& in l.fœminæ,nu.42.vers. notandum tamen est.de reg.iur.Couar.variar.resolut.lib.2.ca. 18.num.7.versi.3.si proxime scripta considerentur.& latè Ioan.Baptista Ferret. qui contra alios exemplo consulentes consuluit pro ista parte in consil.131. numero 9. in fi.cũ pluribus seq.vbi nu.13.in fi.refert Roc.de Curt. asserentem,quod Anchar.& Calder.in istis cons.non habent contradictorem,quamuis re vera Gem.consi.45.nume.7.in fi.cum seq.teneat de directo contrarium,sed ex præmissis apparet opi. Anchar.esse communem.

Circa secundam partem plures ex Dominis tenuerũt, quod opinio Anch. sit de iure vera ex rationibus per eũ cõsideratis, & ad illam corroborandam considerabant,
2 quòd† si ius patronatus competit de iure communi,seu ordinario ipsis laycis, vera sit gra iusta ratione fundata, & in corpore iuris clausa. Barbat. & alij in cap. quanta, de iudic.Lambertin.de iurepatron.lib.1.par.1.q.1.artic. quarto, nume. 10.& 11.fol.7. de qua videatur, prout de iure communi Felyn. post alios in cap.primo,col.8. numero 10.in 5. Fallent.de rescrip.Gomes.in §.fuerat, nu-
3 mero 31.vertic.neque obstat.Instit.de actio.Immo† difficilius tollitur gratia in corpore iuris clausa, quàm ipsum ius commune. Soc.consil.299.numero quarto, vsque ad fi.lib.secundo, Ias.in l.postquàm liti.colum. fina. C.de pact.Crot. in l.filius familias.§.diui,nume. 92.post med.de leg.primo, Zuccard. in rub.ff. si cer.pet.numero
4 24.in fi.cum seq.Tunc intrat regula, quòd † prouisio legis communis, & ordinariæ, quæ vult,quod ius patronatus transeat ad quoscunque hæredes etiam extraneos,nõ cesset per prouisionem hominis. Barto. in l. si cum dotem.col.prima,in fi. solut.matrimo. cum alijs per Anto. Gabriel.de reg. iur.conclus.8. numero 4.Si vero competit de iure speciali, siue extraordinario,tunc etiam proce
5 dit alia regula, quod † prouisio hominis non facit cessare prouisionem legis specialis, vel extraordinariæ, quando concurrunt circa diuersa. Bar.in d.l.si cum dotem. & in l.si constante.solut.matrimo.& alij per Gabriel.d.conclus.8.num.11.& 13. in quinta limit.prout hic. Quoniã lex prouidit de patronatu ipsi fundatori, & suis hæredibus,& fundator prouidit ipsis de domo de Stephanis,vt bene considerat Calderin.d.consi.4.ante fi.de iurepatro
6 na.ibi, præterea plures esse patronos. Et idem † quando prouisio legis prouenit ex diuerso fonte,& hominis prouisio non est æque plena,vt bene considerat Bal.in l.certi iuris.in fi.C. locat.Ange.in §. item seruiana.col.3.versicu. item si locator. Institut.de actio. & ibi etiam Ias.numero 67.& in l.secunda,numero 195.cum sequen.de iure emphyt.& in l.item quia.nume.quarto,de pact.Prout contingit in casu isto,& bene declarat Gomes.in d.§. fue
7 rat,numero 31.in princip.Ad idem facit † quod sicut fauore dotis temporalis per prouisionem hominis non censetur à prouisione legis specialis, & extraordinariæ recessum,glo. & Bal.in l.fina.C. de pact.conuent.Roma. in l.1.col.antep.in fi.sol.matri.Bal. nouel.in trac. de dot. par.6.priuileg.68.Ant.Gabriel. vbi supra num.10.in 4.limit.Ita dicendum est fauore dotis spiritualis. Nam licet onerosum sit isti particulari Ecclesię habere ius patronatum,vniuersali tamen Ecclesię fauorabile est fauere istis patronis, vt Ecclesiæ dotentur, & ędificentur, vt passim Doct. considerant,& post alios Labert.d.4.ar.nu.3. & 4. fol.6.ideo bene dixit Calderin.d.consi.4.in fi.quod hæc pars vĩ æqua, vt layci alliciantur ad fundandas ecclesias.

Vltimo,si in dubio,quando lex mortua aut viua concedit aliquod ius vel exercitiũ ipsius, vel priuatus se im-
8 miscet alicui iuri alteri competenti,intelligitur † concedere,& se immiscere cumulatiue,& non priuatiuè cum illo qui iam habet idem ius.Dec.post alios consi.3. nu.3. & in patrono donante ius præsentãdi,vt intelligatur donasse cumulatiuè, & non priuatiuè.Dec.consi.542. nu.5. in fi.& consi.609. nu.4.cum seq.& in pluribus patronis Feder.de senis consi.147.versi.quæritur.Abb.consil.54. cól.2.post med.ver.nam vbicunque,lib.2.Rui.consi.50. nu.9.cum seq.in 5.& in alio simili Calder.consi.2. circa med.de præscrip.Fely.in c.auditis.col.5.in fi.eo. ti. Balb. in tract.de præscrip.in secunda par.5.par.prin.q.11. nume.7.cum seq.Multò magis idem fundator constituendo alios patronos noluit se ipsum, & suos hæredes priua
9 re,sed illos accumulare, nam prima charitas incipit à se ipso,& † semper vbi fieri potest,debet actus interpretari ne inducat renunciationem proprij beneficij.ca.sane. de renunc.vbi glo.& Doct.cum alijs per Zabar.consil.30. nu.7.circa med.& etiam considerat Calder.in d.consi.4. in fi.de iurepatron.

Non ob. quod in dubio deberet præsumi fundatorẽ voluisse vti iure communi, & non iure speciali etiam in corpore iuris clauso.l.quamquàm.l.in testamento.& ibi no.Alex.Ias.& alij. C.de testam.mil.l.si quando. ff.de inoffi.testam.& post alios Ias.consi.109.in 4. Bero.q.8. co-
10 lum.3.& 4. Quoniam † verum esset retentis eisdem terminis vbi daremus,quod ius commune, & speciale tenduntad idem.Et sic si daremus, quod circa illam eãdem dispositionem competeret fundari ius patronatus de iure communi, & de iure speciali,tunc intraret, quod videretur sibi reseruasse ius præsentandi competens de iure communi,& non de iure speciali.Lancel.Polit.in tracta.substitu. in materia vulgar.substit. quæst.44.colum. quarta,ibi, non obstat quidem.Rip.in l.centurio,nume
11 ro 25.in princ.& post med.de vulg. & pupil. Zuccard.in rub.si certum pẽta. numero 26.versic.præterea, & in simili Bal.Paul.& alij per Dec.in l.in testamento, numero vndecimo,post med.C. de milit.testamen. Aym.in tract. de antiq.tempor.par.prima, num.39. cum sequen.& ita procedunt Alexand.& alij in d.l.quamquàm.C.de milit. testamen.cum alijs supra allegatis.Sed† vbi diuersi sunt termini, vt hic, tunc secus est,per Polit. Zuccard.Rip. & alios supra citatos, & Dec.in d.l.in testamento, num.11. in fi.C.de testamen.milit. & in l.in contrahendo, numero septimo,cum sequen.de regu.iur.Hippol.sing.84. Alciat.de præsump.regu.3. præsump.36.per tot.Et ideo in istis potius regula firmatur, quòd vtrunque remedium est in consideratione, & ordinarium, & extraordinariũ, seu speciale prout commodius, & vtilius est facienti.Felyn.in c.cum ex officij,nume.31.versicu. sexta conclusio. de præscrip.Alciat.de præsump.reg.3.præsump. 36. nu-
12 me.3.Præterea † reg.l. quamquàm. & l. in testamento. C. de milit. testamen. limitatur in priuilegio, & iure speciali fauorabili, in quo præsumitur, quod quis elegerit viam vtiliorem, & fauorabiliorem, item quando via iuris specialis est æquior, & humanior,item quando resultat aliquod præiudicium parti. Nam semper fit interpretatio ne inducatur renunciatio iuris proprij.item quando attento iure communi actus nihil operaretur, quæ omnes limitationes applicantur hic, & illas cumulat, & corroborat Alciat. in d. præsump. trigesimasexta,per tot.

Non

Non obst.Gemin.d.consi.41. Quoniam ipse non examinat plene istam difficultatem,nec animaduertit ad rationes quas Anchar.adducit.Mouetur enim solum ex eo quod ius patronatus inductus in fauorem masculorum non includit fœminas, quasi vnius inclusio sit alterius exclusio, cui fundamento bene respondent Anch.Cald.
13 & alij supra relati. Non † enim procedit d.regula, quoties hominis prouisio non facit cessare prouisionem legis.vt bene declarat Dec.consi.99.col.fin. versic. quia ad hoc respondetur. Cephal.consi.57.num. 4. & consi.257. num.21.& 26.vt etiam apparet ex præmissis, & plures limitationes ad illam reg.l.cum prætor, de iudic.adducũt Riminal.iun.in prin.Instit.de donat.num.309. vsque ad 314.& Beuincas.in §.actionum, nu.216. vsque ad 226. de actio.quarum aliquę possunt applicari ad hũc casum.

Non obst. quod patronus fundans ecclesiam, potest in totum vel pro parte remittere ius patronatus & limitatè illud inducere in præiudicium descendentium, vel extraneorum hæredum, vt sibi placet.c.significauit, de testam.c.j.de iurepatron.in 6.vbi Archid.& alij. Et ita videtur fundator in casu isto voluisse limitate inducere
14 ius patronatus pro illis de Stephanis, prout Gemin. in d.consi.45.num.8.considerat. Quoniam † id verum esset,si expresse excluisset alios,vel limitatè & taxatiuè induxisset solummodo pro illis de Seraphinis, & in istis terminis loquitur Bal.in d.l.2.in prin. C.de in ius vocan. & ita illum intelligunt Felyn.& alij quos refert Roch. de Curt.in tract.de iurepatron. in verbo, ipse, & is à quo, num. 18. versic. sed hic suboritur quæstio. Paris.consil.48.num.6.Non autem quando prout hic simpliciter exprimit aliquos qui possint præsentare, nam non ideo excludit se ipsum & suos hæredes, vt per Anchar.& Calder. vbi supra.

Non obst.quod sicut expressio masculorum & descẽdentium censetur facta ad exclusionem fœminarum, Abb.consi.36.col.2.lib.j. ita etiam expressio istorum de Stephanis censetur facta ad exclusionem aliorum, vt per
15 Gemin.vbi supra. Quoniam diuersa est ratio, nam † vbi ad vniuersam hæreditatem vocantur masculi, aut adest expressa exclusio fœminarum, vel illi æquipollens, non possunt bona ad alium deuenire, quia duo non possunt esse Domini insolidum eodem tempore.Non sic in casu isto, in quo nihil impedit,vt ex eadem vel diuersa causa, plures nõ possint eodem tempore esse patroni eiusdem
16 beneficij, vt inquit Calder.d.consi.4.Sed † vbi cessat expressa & tacita exclusio fœminarum, & concurrunt dispositio legis & hominis cum regulis supra firmatis,tũc quod dicitur in iurepatronatus, esset in hæreditatibus & alijs bonis,prout inquit Bal.in d.l.2. C.de in ius voc. cum alijs per Paris.d.consi.48.num.6.in 4.

Non obst. quod fundator & sui hæredes videntur in casu isto simpliciter exclusi, nõ autem temporaliter, aut sub conditione, vel modo, quo casu perpetuo,vt dicitur in fœmina simpliciter per masculos exclusa, vt perpetua censeatur exclusa. vt habetur in l.j.§.si sit agnatus. & §.si sit consanguineus, ad Tertul.

17 Quoniam † semper negant Anch.& Calder.quod ipse fundator & sui hæredes fuerint vnquam ab illis de Stephanis exclusi,quinimò ab initio cũ illis inclusi, cùm affirment, & de iure verum sit, quod in isto casu prouisio hominis non facit cessare prouisionem legis.

Non obst. quod iuspatronatus videtur personale & non reale, vt considerat Dec.consi.149.col.2.Lambertin. de iurepat.lib.2.par.2.q.2. art.2. in fi. Quoniam diuersus est casus noster ab illo, cùm non fuerit translatum omne ius in illos de Stephanis,sed remanserit etiam penes fundatorem & eius hæredes, vt apparet ex præmissis.patet igitur quod cons. Gemin.45. in ista parte forte est de illis quæ Rota non solet tenere, vt de pluribus refert Sarnen.in reg.de publican.q.11.num.5.

Circa secundam difficultatem dixerũt Domini, quòd cùm ex facto ius oriatur, & ipsi non habeant plenam facti cognitionem, & de illis omnibus circunstantijs.& quamprimum erunt de facto huiusmodi informati, dabunt resolutionem.

Ista decisio fuit confirmata coram Seraphino, cui postea ista causa commissa fuit die Veneris, 6.Iunij.1578.

SERAPHINI.

Bononien. de Budriolis. Veneris, 13.Ianuarij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium ordinarium, non autem executiuum dicitur,vbi adsunt in actis duo testamenta.*
2 *Executio sententiæ latæ in possessorio est facienda eorum solum quæ reperiuntur in actis deducta tempore ipsius sententiæ: sed in petitorio,etiam eorum quæ post sententiam fuerunt deducta.*

DECISIO CCCLXXXVI.

FVit resolutum circumscriptis omnibus hinc inde allegatis, & adhuc in actis nõ productis, quòd ex deductis coram Gubernatore Bononiæ, non est
1 iustificata ipsius sententia.Primò,quia † cùm adessent in actis duo testamenta,iudicium erat ordinarium,nõ autem executiuum, per doctr.Bart.& alios allegat.in l.fin. C.de edic.diui Adria.tollen. Secundò,non fuit probata in illo iudicio falsitas vltimi testamenti, & ideo pro eo erat pronunciandum.Tertiò,exceptio transactionis habentis clausulas ita prægnantes,erat in illo iudicio releuans, nec poterat allegari ignorantia testamenti, stante correspectiuitate eiusdem,quæ ex identitate loci, temporis,testium,& notarij colligitur.Quartò,statutum Bononien.quod tollit hoc remedium, visum fuit posse hic locum habere, data scientia testamenti, vt supra considerati fuit, & animaduersum distinguẽdos esse effectus
2 huius disputationis. Nam † si ad effectum executionis tantum agitur,ratio est habenda eorum solum, quæ reperiuntur in actis tempore sententiæ, vt per Corn.consil.10.num.2.volum.4. Quando verò agitur super petitorio, tunc habebitur ratio eorum omnium quæ etiam post dictam sententiam fuerunt deducta, adeo quod in hoc iudicio eorum non est habenda aliqua ratio, maximè si est suspensum petitorium.

ALDOBRANDINI.

Florentin. iurispatronatus. Lunæ, 14.Maij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum datur aduersus præscriptionem quadragenariam ex capite iustæ ignorantiæ plenè probatæ.*
2 *Culpa reddit ignorantiam inexcusabilem.*
3 *Ignorantia ad effectum restitutionis in integrum, debet esse omni parte excusabilis.*
4 *Ignorantia ad hoc vt sit excusabilis, debet quis ignorare non solum rem suam alium possidere, sed etiam illam ad se pertinere, vel in ea ius sibi competere.*

DECI-

DECISIO CCCLXXXVII.

DOmini tenuerunt, Simoni non esse dandam restitutionem.præsuppositio enim quod aduersus
1 præscriptionem † quadragenariam detur restitutio in integrum ex capite iustæ ignorantiæ, quod tamen apud Doct. maximè controuertitur, vt constat ex traditis à Tiraq. de retract. ligna. §. 35. glos. 4. num. 35. cum seq. & per Couar. in reg. possessor. in 3. parte. §. 3. Et præsuppositio etiam quod quadriennium currat à die scientiæ, cuius tamen contrarium tenet Couar. vbi supra, d. §. 3. prope fin. omnes tamen Doct. conueniunt ꝙ in omnem euentum talis ignorantia debet esse iusta & probabilis, & plene probata. Ignorantia autem à Simone allegata, Dominis non videtur probabilis, quia cùm esset actor, & ipse de anno 1571. 20. Martij, in libello narrauerit, Margaritam pluries præsentasse, quæ verba saltem binas præsentationes significant, & cùm nõ constet quòd d. Margarita fecerit alias præsentationes quã illas duas in actis existentes, altera 26. Ianuarij, 1542. & altera 23. Augusti. 1559. de illis dicẽdum est Simonem intellexisse. l. 2. C. de acquir. possess. Vnde cùm in prima enuncietur præsentatio facta à patre Margaritæ 17. Augusti, 1528. necesse est quod si Simon vidit has scripturas, dictæ etiam præsentationis in eis narratæ, notitiam
2 habuerit: si verò † non eas vidit, fuit in culpa, cùm sciret Margaritam pluries præsentasse, non perquirendo instrumẽta præsentationum antequàm litem moueret, quod reddit ignorantiam inexcusabilem. Curt. sen. consil. 58. col. 3. versic. solido fundamento.

3 Ad hunc † enim effectum debet esse ignorantia ex omni parte excusabilis, & circa quam nulla interuenerit negligentia. Felyn. in d.c. vigilanti, num. 4. de præscript. Alb. cons. 18. num. 1. post alios ab ipso relatos.

Idq; tantò magis, quia ad obtinendum hanc restitutionem secundum multos opus est, vt quis † ne dũ ignoret, alium rem suam possidere, sed ignoret illam rem ad
4 se pertinere, vel in ea ius sibi competere: alioquin à negligentia excusari non potest. Felyn. in d.cap. vigilanti, col. 4. sub num. 4. versic. secundo contra dictum Petri facit, de præscript.

LANCELLOTTI.

Tricaricen. territorij. Veneris, 9. Maij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua verba alicuius actus siue dispositionis, non probant regulariter, etiam in antiquis, nisi fuerint geminata.*
Quod etiam procedit in narratiua Principis. num. 2.
Et tantò magis, vbi Princeps non potest liberè disponere, & quando agitur de præiudicio tertij. num. 3.

DECISIO CCCLXXXVIII.

MAior pars Dominorum tenuit, quòd priuilegium Regis Rogerij non sufficit pro probatio ne confinium, de quibus in dubio, nisi concur
1 rant adminicula, quia † verba dicti priuilegij ibi, cuius fines sunt isti, sunt narratiua, iuxta doctr. Gemin. in c. si Papa, num. 7. de priuileg. in 6. & ibi Franc. num. 4. Et licèt simus in antiquis, tamen non sufficit vnica enunciatio, sed duæ saltem requiruntur factæ à diuersis perso-
2 nis. Achil. decis. 6. de iurepat. Nec † specialiter est in Principe, quòd sufficiat vnica eius enunciatio in antiquis, quia Dec. in contrarium allegatus in cons. 146. nu. 14. versic. quinto prædicta conclusio. non dicit, quòd sufficiat vnica enunciatio. Nec id etiam dicit Iaf. in cons. 165. col. 3. versic. secundo principaliter, vol. 3. Nam licèt dicat, quòd enunciatiua Principis in antiquis plenè probet, tamen Domini intelligunt de duabus enunciatiuis, per supradictam decis. Achil. qui alios allegat. Præterea
3 † etiam quod vnica enunciatio, siue dispositio Principis probaret in antiquis, tamen hoc non procedit in his, in quibus ipse Princeps non potest liberè disponere, & quando agitur de præiudicio tertij. vt per Aymon. cons. 294. num. 4. & in tract. de antiq. tempor. par. 3. §. 3. num. 16. & 20. Crescen. decis. 89. At Rex Rogerius non potuit aliquid disponere super confinibus territorij ecclesiæ, cùm hoc non spectaret ad suam iurisdictionẽ. & quia hic agitur de prꝛiudicio ecclesiæ Tricaricen. quę est in possessione territorij de quo agitur. Quo verò ad sententiam, Domini ex ea nõ sumebant sufficiens adminiculum, quia est lata inter alios, & est sine processu, & patitur alias respõsiones, de quibus hic per informãtes.

SERAPHINI.

Regien. pensionis. Veneris, 28. Maij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Probatio plena & indubitata requiritur ad cõstituendum quem in quasi possessione iuris exigendi.*
2 *Compensatio & quietantia aquiparãtur solutioni respectu tantum liberationis, non autem ad effectum constituendi in quasi possessione exigendi.*
Idq; procedit multo magis in compensatione facta tertio. num. 3.

DECISIO CCCLXXXIX.

FVit resolutum, confessiones de recepto nõ esse sufficienter adminiculatas, quia † in huiusmodi ma
1 teria ad constituendum quem in quasi possessione ad effectum primi extremi, Rota requirit plenas & indubitatas probationes. iuxta cons. Alex. 139. num. 14. lib. 6. Ant. Aug. in repert. de primo extrem. num. 1. Nam quod adducitur de computatione & quietatione facta à Præposito D. Bernardino in solutione liuellorum, non adminiculatur taliter istas confessiones, vt per eas constet de vera & reali solutione. l. si constat. C. de compẽsat. Tindar. de compen. num. 7. cum alijs per informantes
2 allegatis, nam † quod æquiparetur veræ solutioni, procedit tantum respectu liberationis, non autem vt quis possit dici cõstitutus in quasi possessione exigendi, quod cùm procedat etiam si compẽsatio fiat inter duos, quorum vterque dicitur & creditor & debitor, vt patet ex dictis Bart. Castren. & aliorum in l. Iulianus, la prima, de condit. & demonst. & eiusdem Bart. in l. si ea cautione, in 2. lect. C. de non num. pecun. multo † magis
3 debet procedere, quando compensatio fit tertio vt hic. Nam isto casu oportet quòd constet de vera numeratione tertij ad istum effectum: nos verò nihil de ista habemus, præter solas confessiones. & cùm solutio ista sit per modum fictum, sequitur, quòd quemadmodum cõstitutum contra tertium non probat possessionem eius, cuius gratia fit, nisi probetur possessio constituentis, ita & hoc casu compensatio ista non possit operari quasi possessionem in fauorem Comitis, nisi constet ei fuisse realiter solutam pensionem in præiudicium tertij. Neque quicquam facit adminiculum sumptum ex teste, quia examen non fuit legitimum. Neque obstat, quòd simus in corporalibus, quia licèt ius hoc sit incorporale, tamen possessio sola exactione vera quæritur, nec sufficit confessata.

4 *Actus semper præsumitur ex causa necessaria, & vigore tituli præambuli factus.*
5 *Probatio illa dicitur verisimilis, quæ est coniuncta cum dispositione iuris communis.*

Senen. pontis Arrigi. Veneris, 12. Iunij. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo non est dandum ei, cuius aduersarius constat possidere.*
2 *Possessio instrumentalis non intrat, vbi constat de possessione reali aduersarij.*
3 *Possessio, quæ est apud ecclesiam mortuo prælato, dicitur esse ciuilis, quę parit effectum recuperandæ possessionis, & non ciuilissima, quæ hoc non facit.*

DECISIO CCCXC.

DVbitatum fuit sub die Veneris, 12. Iunij. 1573. an constaret de tali possessione ecclesiæ sancti Leonardi, quoad membrum pontis Arrigi, ita vt non intret possessio D. Equitis Thomasij ad effectum
1 mandati de manutenendo. Et † fuit resolutum constare de tali possessione d. ecclesiæ sancti Leonardi quoad membrum pontis Arrigi, vt non sit dandum mandatũ de manutenendo prædicto D. Equiti. Fundamentũ Dominorum fuit in depositionibus testium nunc examinatorum pro parte Equitis Guasconi, iunctis præsertim iuribus pro parte eiusdem antea productis, de quibus
2 in paruo processu. Vnde † sequitur, quòd probata possessione d. ecclesiæ, non potest dici possessio vacua, & per consequens possessio instrumentalis non intrat.

Quod autem possessio retineatur per ecclesiam etiam mortuo prælato, probatur ex multis authoritatibus hic allegatis per informantes. Rot. decis. 5. num. 4. de restit. spol. in nou. cumulat multa Felyn. in c. constitutus, nume. 19. de rescript. Innoc. & alij in c. cum super. vbi Abb. num. 181. cum seq. de cau. possess. & propriet.

Neque dici potest, huiusmodi possessionem ecclesiæ non esse considerabilem tanquàm ciuilissimam quandã
3 possessionem. Quoniam † talis possessio non est ciuilissima, sed ciuilis, & est considerabilis ad effectum interdicti recuperandæ possessionis, vt probat d. decis. prima, num. 4 de restit. spoliat. quod quidem non cadit in ciuilissima possessione.

Quod autem dicebatur de summarijssimo possessorio, tollitur, stante dicta possessione ecclesiæ, non obstante possessione d. Equitis Thomasij. Quoniam Domini dixerunt non esse attendendum, nisi sit spoliatiua prędictæ possessionis retentæ per ecclesiam.

SERAHINI.

Gadicen. administrationis. Veneris, 25. Iunij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Administratio bonorum ecclesiæ de iure communi pertinet ad episcopum & capitulum simul.*
2 *Actus in dubio censetur factus cumulatiuè potius quàm priuatiuè.*
3 *Actus vnius sufficit pro acquirenda possessione in incorporalibus.*
Limita, nisi agatur de iure acquirendo, secus si de conseruando.

DECISIO CCCXCI.

FVit resolutum, mandatum de manutenẽdo datum
1 capitulo esse reuocandum ex nouiter deductis. Et primò, quia † cùm de iure communi administratio bonorum ecclesiæ pertineat non minus ad episcopũ quàm ad capitulum. vt not. in c. edoceri, de rescript. Reuerendiss. Episcopus habet fundatam intentionem in iure communi, nec non in ordinationibus ecclesiæ, quæ continẽtur in scriptura, quæ dicitur, *de los hazimienfos*, quo casu non sufficit capitulo probare quòd fecerit aliquos actus possessorios, nisi probetur cum ista qualita-
2 te, quòd illos fecerit priuatiuè ad episcopum, cùm † in dubio censeatur potius fecisse cumulatiuè quàm priuatiuè, vt per Federic. de Sen. cons. 147. Calder. de præscrip. cons. 2. Ruin. cons. 50. num. 10. lib. 5. & sæpius fuit tẽtum in Rota, quòd possessio cõpatronorum, qui omnes sunt in possessione præsentandi, cõseruatur per præsentationem vnius eorum. De quasi possessione verò episcopi nominandi factores, ex actibus præsuppositis plenè constat. Nec non de quasi possessione nominandi ædiles, siue fideles ex actibus annorum 1568. 73. & 77. idque
3 sciente & patiente capitulo, quo † casu sufficit vnicus actus pro acquirẽda possessione in incorporalibus. Rip. in c. cum ecclesia Sutrina, num. 52. & num. 64. de cau. possess. & proprie. maximè, cùm non agatur ad effectum acquirendi ius aliquod, sed ad effectum ius ex dispositione iuris communis, & statutorum competens conseruandi. Ideo isti actus sunt referendi ad suam causam, & ad titulum vetum episcopi, non autem ad precariam
4 possessionem vt exemplo prætẽditur. Actus † enim sem per præsumitur ex causa necessaria & vigore tituli præambuli factus. Non obst. quòd dicitur non constare de effectuatione, quia cùm istæ partitæ sint extractæ ex libris capituli, faciunt fidem contra capitulum, maximè cùm sint plura instrumenta. Neque obstant testes, quia habent contra se instrumenta, quibus magis est standũ, maximè, cùm illi de partibus sint nulliter examinati, & conuincuntur in eo quod tangit factores. Testes verò de curia remittunt se ad scripturas, ex quibus conuincun-
5 tur. Et † ista probatio est magis verisimilis, quia concomitata à dispositione iuris communis. Gabriel. de testib. conclus. 4. num. 23

ALDOBRANDINI.

Bononien. correspectiuitatis. Veneris, 26. Decembris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio correspectiuitatis tollitur per actum recompensatiuum.*
2 *Præsumptiones plures tollere & vincere vnam dicuntur.*

DECISIO CCCXCII.

QVia pro parte Illustriss. Domini Cardinalis non informabatur super eo, ꝙ sa. me. Pius Quintus contulisset Prioratum de Articella Illustriss. D. Cardinali ad vtilitatem D. Tiberij, ex quo capite prætenditur ex parte eiusdem Tiberij, vt tollatur correspectiuitas

ctiuitas oriens ex consensibus præstitis resignationi monasterij, & translationi pensionis, coram eisdem Notario & testibus, fuit remissa causa ad Reges ad effectum, vt super omnibus pro parte prædicti Illustriss. D. Cardinalis informetur. & ex his Dominis, qui causam viderant, putabant aliqui ex dicto capite tolli præsumptionem correspectiuitatis, cùm tamen eo stante adsit alia causa, quare in Tiberium potuerit transferri ab Illustriss. D. Cardinali pensio suæ Illustriss. Dominationi reseruatæ super ecclesia Bononien. ob quam † causam resignationis Monasterij Claramonten. cessat præsumptio correspectiuitatis, iuxta decis. Put. 171. lib. 2. maximè, quia hoc modo totus actus redditur licitus, qui secundum aliam interpretationem posset pati secundum eos aliquas difficultates, & quia non videtur verisimile quod fuerint data Tiberio scuta 1500. pensionis soluenda in Italia pro recompensa monasterij existen. in Gallia longe minoris valoris, vt ex responsionibus Illustr. Cardinalis ad positiones Tiberij secundum eos probari videtur. Addebant etiam, quòd si verè pro recompensa monasterij esset translata illa pensio in Tiberium; non appareret ratio, qua resicut in cedula supplicationis resignationis d. monasterij fuit facta mentio de pensione 500. scutorũ, quæ reseruabatur Tiberio in forma, ne ex dicta resignatione nimium dispendium pateretur, ita etiam non fuisset facta mentio de hac pensione translata si eadẽ fuisset causa translationis pensionis mille, quę
2 fuit reseruationis pẽsionis scutorũ 500. Cùm † itaq; plures præsumptiones vincant vnã. auth. itaque. C. commu. de succes. Aym. cons. 145. num. 11. & cons. 149. nu. 17. ex istis præsumptionibus & verisimilitudinibus putabant tolli illam præsumptionem correspectiuitatis, quę oritur ex eo, quòd actus illi resignationis monasterij & translationis pensionis vnico contextu per præstationẽ consensuum coram eisdem Notario & testibus fuerint perfecti. Aliqui verò dubitabant, quòd & si probaretur totum hoc quod prætenditur pro parte Domini Tiberij, id fortè releuare posset ad effectum, vt ipse possit repetere prioratum, non ad effectum vt tollatur præsumptio correspectiuitatis.

Nonnulli autem voluissent quod pro parte Domini Tiberij coadiuuaretur probatio illa, quod pensio Bononien. esset data intuitu prioratus saltem coadiuuando probationem valoris monasterij, quòd id esset talis, vt non mereretur recompẽsam pensionis 1500. scutorum.

ALDOBRANDINI.

Roman. de Lante. Die 13. Ianuarij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio pro se, hæredibus, & successoribus, an intelligatur etiam de extraneis, arbitrio iudicis pendet ex coniecturis decernere.*
2 *Stylus particularis notarij vbi de eo non constat, probandus est per stylum aliorum notariorum.*
3 *Renunciatio filiæ facta patri, quòd eo decedente sine filijs masculis, possit redire ad bona materna, dicitur esse absolutè facta ad fauorem patris, non autem contemplatione filiorum, & quando. num seq.*
4 *Filia renuncians bonis in manibus patris propter dotem, non dicitur sibi præiudicasse in successione ex testamento.*
5 *Renunciatio filiæ facta patri, & pactum pro conseruatione bonorum in familia, differunt.*

DECISIO CCCXCIII.

DOmini fuerunt concordes, quòd stipulatio notarij, de qua in renunciatione Ioannæ ad fauorem Michaelis de Lante præsenti, &c. possit extendi, præsenti & stipulanti pro se, hæredibus & suc-
1 cessoribus quibuscunque. Moti fuerunt, quia † cùm hęc materia plurimum pendeat ab arbitrio iudicis informato à coniecturis. ad not. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liber. & posthum. ex infrascriptis coniecturis ita arbitrati fuerunt. Et primò, quia licèt notarius de hac renunciatione rogatus in instrumentis aliarum materiarum soleat concipere stipulationem pro se, hæredib. & successoribus, cùm illæ tamen materiæ sint transitoriæ ad quoscunque etiam extraneos hæredes, cùm sint venditiones, locationes, confessiones de recepto & similes, in quibus etiam est superflua mentio hæredis. Iaſ. in l. 2. §. si ex facto, de verb. oblig. apparet, quod necessario intelligebat, quod sub illa stipulatione, pro hæredibus & successoribus, hæredes, & successores quicunque comprehenderentur.

Secundò, quia cùm huius notarij particularem stylũ non habeamus in refutantijs, & habeamus stylum reliquorum notariorum huius ciuitatis, secundum quem in refutantijs hæc stipulatio extenditur pro se, hæredib.
2 & successoribus quibuscunque, iste † vti magis particularis cõprehendens casum, de quo agitur, attendi debet, ex illa generali regula, quòd consuetudo probanda est in casu particulari. Alex. cons. 173. col. pen. Cur. iun. consil. 26. num. 10. cum alijs allegatis.

Tertiò, propter pactum à Ioanna appositum, quòd in euentum, in quem decederet pater sine filijs masculis, posset redire ad bona materna. Hinc enim colligebãt vrgentem coniecturam, quòd bonis maternis renunciasset ad fauorem patris absolute, non contemplatione
3 filiorum masculorum, cùm † enim casum obitus patris, sine filijs masculis considerauerit, & in illum euentum sibi prouiderit tantum de regressu ad bona materna, patet ex reg. l. cum prætor, de iudic. quod bona materna remanent sub absoluta dispositione patris, etiam quando filios non haberet.

Non obstat, quòd huiusmodi refutationes censeantur à filiabus fieri contemplatione masculorum, vt per Couar. in c quamuis, in 3. par. §. 3. num. 3.

4 Quia † vltra, quòd, quando filia renunciat propter dotem, tunc multi tenent, quòd non contemplatione masculorum hoc faciat, sed contemplatione dotis. Soc. cons. 34. num. 5. lib. 4. Paris. cons. 26. nu. 35. lib. 2. tamen in omnem euentum forte illud potest procedere ab intestato, sed ex testamento potest parer de bonis renunciatis disponere. Aym. cons. 288. col. fin. & cons. 289. colum. j. Et in omnem euentum dicebant Domini quod illa regula procedit in dubio, sed quòd ex reseruatione iuris regrediendi ad bona materna in euentum mortis paternæ sine filijs masculis, reddebatur hæc materia clara.

Non obst. quod debeat cẽseri facta in executionem statuti. Quia statutum filiam non cogit ad renunciandum. Item quia statutum eas non excludit à maternis bonis.

Non obst. quod Michael pater declarauerit recepisse hanc renunciationem contemplatione filiorum, ex quo mandauit, quòd Victoria alia filia renũciaret fratribus, prout fecerat Ioanna. Quia pater hoc multò expressius in contrarium alio loco declarauit, dum voluit, quòd solum possent habere filij 4000. pro legitima, & eam quantum

quantum potuit imminuere voluit. Ergo non recipit hanc renunciationem ad fauorem masculorum, vt impinguari posset legitima, quam ipse quantum potuit, & fortè quantum non potuit, etiam imminuere voluit, sed contemplatione suæ voluntatis, vt quicquid sibi bene videretur circa hæc bona, disponere posset. & illa verba, quòd renunciet fratribus, dicta fuerunt, quia alijs non poterat d. Victoria renunciare, cùm illis essent hæredes instituti, & quando subiunxit, prout fecit Ioanna, debent intelligi, prout fecit Ioanna patri, & sit sensus quod Victoria deberet renunciare fratribus, prout fecit Ioan. patri, quia relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.

Sicut etiam nihil facit stylus datus pro parte Plautillæ, quia est in longe diuerso casu, nempe in extensione stipulationis interpositæ super pacto inito, super con-
5 seruatione bonorum in familia, in quo † pacto fęminæ semper excludũtur, qui casus longe distat ab isto, & hoc etiam patet, quia multi ex dictis notarijs, qui dicto stylo se subscripserunt, subscripserunt etiã se stylo dato pro parte hæredum D. Ludouici, ex quo apparet quod notarij habent hos casus pro casibus valde differentibus prout re vera sunt.

Quid autem ex hoc sequatur, Domini particulatiter videre volunt, & eis videbatur quòd deberet disputari præsuppositа hac resolutione, an, ex quo Ioãna fuit agnita in suam à patre in testamento, faciat non obstante dicta renunciatione partem ad fauorem masculorũ. Non etiam eis visum fuit necessarium disputare, an hæc sit simplex renunciatio successionis, vel cessio & donatio bonorum sibi in euentum successionis debitorum stantibus præfatis.

BLANCHETTI.

Roman. domus. Veneris, 3. Aprilis. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probari potest ex inuentario, quod in antiquis præsumitur factum cum solemnitatibus requisitis.*
2 *Spolij primum extremum præsumptiuè probari sufficit secundum subiectam materiam.*
3 *Restituendus non est ad possessionem, qui facto suo ab illa cecid erit.*

DECISIO CCCXCIIII.

FVit resolutum primum extremum ecclesię esse sufficienter probatum ex inuentario confecto anno 1475. authoritate iudicis, & cum intersuntu notarij & testium, inter quos enunciatur Sigismundus aurifex, qui habebat domum ibi contiguam, vt ex instru-
1 strumento locationis apparet, & † ex veritate aliorum bonorum in eodem descriptorum, fides ipsius corroboratur. Aym. cons. 158. num. 6. Nec obst. quod non fuerint citatæ personæ interesse putantes in confectione ipsius, quia stãte temporis antiquitate, si dicta citatio erat necessaria, præsumitur, & licèt istud instrumentum solum ad istum effectum non sufficiat, tamen iuncto instrumento locationis facto Nicolao Gabino, confirmatione, authoritate Apostolica, cum causæ cognitione, nec non dicto Lucretiæ & aliorum testium mortuorũ, Dominis placuit esse satis adminiculatam probationẽ
2 primi extremi, quod † præsumptiuè probari sufficit secundum subiectam materiã. Put. decis. 74. lib. 3. & j. decis. de restit. spol. & licèt Lucretia fuerit remissa ad arbitrio, tamen iunctis iuribus, & præstat & recipit adminiculũ. Non tamen ex hoc dixerunt, Rectorem restituendum ad possessionem istius domus, nisi probet lineam Nicolai finitam, cum † facto suo ceciderit à possessione. Bart. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. posses. cum alijs per Paris. cons. j. num. 164. lib. j.
3

GRASSI.

Callaguritan. Thesaurariæ. Veneris, 29 Decembris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Possessio vel saltem petitio possessionis, & publicatio hodie in beneficijs existentibus in cathedralibus copulatiuè requiruntur.*
2 *Conditio quando non stat per implere debentem, habetur pro impleta: nisi aliter de mente testatoris appareat.*
3 *Forma publicationis resignationis beneficij existentis in cathedrali potest adimpleri per æquipollens continuationis possessionis per vnum saltem vel duos menses. Fallit nisi aliter constet de mente disponentis. num. 4.*
5 *Publicatio coram populo facienda, non potest adimpleri per æquipollens.*

DECISIO CCCXCV.

COnstitutio Pij Quinti dat certam formam cum decreto irritante: forma est in beneficijs existen-
1 tibus in cathedrali, quòd debeant publicari eorum resignationes in eadem cathedrali, dum ibi solemnia celebrantur, &c. quod quia factum non fuit in casu, de quo agitur, opponitur intrare d. constitutionem con-
1 tra Ioannem. Exemplo respondetur sufficere † pro publicatione captam fuisse possessionem, ex decis. Cassad. 26. super reg. Sarnen. de publican. q. 11. Aliqui Domini replicabant, quòd ea omnia procedunt in terminis antiquæ regulæ, hodie autem habemus d. constitutionem magis aptam, quæ vult hæc duo copulatiuè concurrere debere, vt ipsa constitutio dicatur adimpleta cum clausula, & non aliter, nempe, quòd capiatur vel saltem petatur possessio, & quod fiat publicatio in cathedrali, &c. dum inibi populi multitudo ad diuina audienda conuenerit publicè alta voce, &c. & aliter factas publicationes vult esse nullius momenti, quo casu videtur intrare simile Bal. in l. si patet, num. 18. in fi. C. de instit. & sub-
2 stit. Dec. in l. in iure ciuili, num. 2. ff. de reg. iur. quod † licèt, quando non stat per implere debentem conditionẽ ea habeatur pro impleta, tamen hoc fallit quando testator voluit, quod vere adimpleatur.

Præterea etiam secundum regulam antiquam non
3 sufficiebat captam esse possessionem, sed † requirebatur pro effectu & æquipollenti publicationis, saltem continuatio possessionis per mensem, vt per Sarnen. in dicta quæst. 11. in addit. ibi, & tenendo opinionem Rotæ, Cassad. d. decis. 26. Put. decis. 353. lib. j. corã D. Mohedano. Achil. decis. j. super reg. de publican. aliàs 7. super reg. quo casu Rota sequitur consilium Gemin. 75. nume. 3. & 4. quòd requiratur publicatio populosa, vel corã multitudine: sed reprobat in eo, quòd non vult sufficere pro publicatione continuationem possessionis, saltem per vnum vel duos menses, vt dicunt Put. & Sarnen. præallegati, qui volunt d. formam publicationis impleri per æquipollens continuationis possessionis, vt supra. Hic autem non probatur aliqua continuatio infra mensem possessionis, nec aliquid æquipollens publicationi requisitæ

quisitæ in d.cõstitutione Pij V. cessant ea omnia, ex quibus deducitur publicatio per Ioannem, quia non fuerunt infra terminum constitutum à d.constitutione. Et ex hoc capite Domini concorditer resoluerunt hanc constitutionem obstare Ioanni in casu proposito, quia non docuit de solemni publicatione, nec de alio æquipollenti infra mensem, iuxta formam d.constitutionis.

Aliqui etiam Domini magnam habebant difficultatem in hoc casu stantibus verbis constitutionis annullantis aliter factas resignationes, & per clausulas valde vrgentes, ibi, sub infrascriptis modo & forma & non aliter publicari, &c. & ibi, alioquin resignationes & cessiones, aliàs quàm vt præfertur publicatæ, &c. cum clausula, sublata, &c. & cum clausula, initum, &c. an † possit
4 adimpleri prædicta forma per æquipolles, ex traditis in simili à Soc. cons.259. vol.2. & per Bald. supradictum. Dicebant enim videri constare de mente Papæ, quòd ista forma sit præcisè, non autem per æquipollens implenda, quia videtur tollere ea, quæ aliàs fuerunt iudicata æquipollentia, item quia est noua prouisio Papæ,
5 vltra quòd nullum adest † æquipollens quoad populum cui debet fieri hæc publicatio, vt per Achil.d.decis.prima, aliàs 7. in fi. & propterea periculosam dicit hanc limitationem Brun.de form. fol.75.col.2. versic.ad idem facit quia vt lite. nam vt ipse ait, de facili potest cadere difficultas super ista æquipollentia. De qua tamen difficultate, quia alij Domini contrarium sentiebant, & materia prædictæ constitutionis Pij Quinti visa est satis dura, fuit dictum, quòd postea poterit agi ad partem, quia causa est exemplaris & digna consideratione: si tamen occurrat quòd Ioannes ostẽdat talia per se esse gesta infra mensem quæ æquipolleant d.publicationi, vt dixi, decisiones allegatæ coram R.P.D. Aldobrandino, fuit dictum, quòd non faciunt ad propositum.

RVBEI.

Cremonen. pensionis. Die 5. Nouembris. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Transitus est facilior in habentibus symbolum.*
2 *Impensæ factæ præsumuntur per illum cuius interest.*
3 *Principalis certioratus præsumitur à procuratore.*
4 *Consensus sufficiens ex actibus positiuis elicitur.*
5 *Notitia certa & clara actus, vbi non præcessit mandatum, requiritur, ad inducendam ratificationem.*
6 *Resignatarius non præsumitur ita de facili approbare expeditiones de proprijs beneficijs, & se pensionibus implicare, nisi visis diligenter ipsis expeditionibus.*
7 *Notitia rei ex actibus consecutiuis præsumitur.*
8 *Consensus præstandus in resignationibus sufficit pro validitate gratiæ vndecunque collectus.*
9 *Regula cancellariæ loquens de consensu præstando in resignationibus, dicitur exorbitans à iure communi, & non procedit in casu mixto.*
Immo loquitur limitate in expeditione literarum, & ad effectum, vt partes non possint pœnitere. num.10.
10 *Consensus formalis, vt non sit locus pœnitentiæ, in correspectiuis requiritur.*

DECISIO CCCXCVI.

IN ea causa Cremonen. pensionis fuit dubitatũ, præsuppositis resolutionibus vltimo loco factis, & mandato Iacobi ad resignandum, consensibus in cancellaria Iacobi, & Hendimij præstitis, & supplicatione resignationis cum illius reformatione, expeditione literarum in fauorem Iacobi & Hendimij, possessione eiusdẽ Hendimij, mandato Iacobi ad consentiendum suspensioni regressus, & partitis & quietantijs vltimo loco pro parte pensionariorum productis: An constet talis consensus Iacobi & Hendimij & illorum procuratoris, qui sit sufficiens in casu, de quo agitur, vel potius requiratur nouus consensus formalis pro dictis literis in fauorem Iacobi & Hendimij expediẽdis. Et die 5. Nouemb. 1578. Dñi dixerunt duas in hoc puncto adesse principales difficultates. Prima, an constet de consensu Hendimij & Iacobi. & in hac fuit resolutũ pro affirmatiua. Primò ex eo quòd in mandatis eorundem, quæ sunt amplissima, colligitur voluntas ipsorum, vt bene deducunt informantes in facto pro pensionarijs. Et licèt mandata ipsa non
1 sufficerent, tamen † in habentibus simbolum facilior est transitus.

Secundò ex pecunijs transmissis ad vrbem, & ex impẽ
2 sis factis de mense Martij, 1554. quæ † quidem impensę debent præsumi factæ per illum, cuius interest. notant Barto. & alij in l.cum seruus. de verborum obliga. accede-
3 nte † præsertim, quòd principalis præsumitur certioratus à procuratore. Roman. consil. 481.

Tertiò ex possessione capta per Hendimium vigore literarum commendæ, in quibus exprimuntur regressus, & reseruatio pensionis, nec non alia in fauorem Iacobi
4 reseruata. Ex † actibus enim positiuis dicitur cõsensus sufficiens. Cassad. decis.3. de rescri. cum alijs adductis in resolutione vltimo loco facta.

Quartò ex mandato dato per Iacobum post dictam commendam, in quo consentit suspẽsioni sui regressus. Vnde intrat regula de qua in l.illud, de acquiren.hæred. & faciunt tradita per Aym.consi.159.num.5.

Quintò ex nominatione facta per Iacobum de personis ad pensionem sibi reseruatam vigore dictarum literarum commendæ, & intrat supradicta regula.

Non ob. quòd ad inducendam ratificationem requiratur certa & clara notitia actus, & circunstantiarum, vt per glo.in c.concertationi.in verbo, sciuerit. de appella. in sexto, & per Paul.de Cast. in consil.allegato, cum alijs adductis per informantes pro Illustrissimo Cardinali.

5 Quoniam † procedunt illa, vbi nullum præcessit mãdatum principalis, ex quo colligitur clara notitia cum omnibus qualitatibus prout hic, vbi habemus mandata clara vtriusque tã Iacobi, quàm Hendimij, vnde intrant supra allegata, quòd voluntas, & consensus probatur ex facto, & ex coniecturis sicut ex verbis, l.Paulus. ff. rem ratam habe. Præterea fuit responsum, quòd in casu nostro non tractatur de ratificatione illius prioris consensus conditionaliter præstiti, sed de ratificatione ipsius commẽdæ in fauorem Hendimij, quę quidem ratificatio resultat ex omnibus actibus supradictis, & propterea cõsideratio, quæ fit per informãtes Illustrissimi Cardinalis, non vrget respectu commendæ, de cuius validitate agitur. Quæ verò traduntur per Rip. in l. qui Romæ. §. duo fratres, numero quinquagesimosecundo, de verbo. obligatio. maxime faciunt pro ista parte, dum ipse dicit, non esse verisimile suos hæredes voluisse obligare se legatarijs, nisi prius habuerint notitiam ipsorum, & viderint contenta in testamento, & subdit, ꝙ non est verisimile, quòd hæres velit se implicare oneribus legatorum & fideicommissorum, nisi prius intellecto toto tenore te-
6 stamenti. Ita † in proposito non est verisimile seu credibile, quòd resignans & resignatarius cum pensionibus & alijs oneribus velit ita de facili approbare expeditiones factas de proprijs beneficijs, & pensionibus se implicare, nisi diligenter viderint expeditiones, & maximè in

isti casu isto, in quo concurrit maior circumstantia, quia apparet semel ex mandatis, quòd ipse Iacobus & Hendimius contendebant de omnibus illis. Neque obstat quod Iacobus potuit credere, quòd literæ erant expeditę cum bono consensu, quia hic intrat tex. in l.non est ferendus, de transact. Nam cùm Iacobus habuerit claram notitiam literarum reseruationis & commendæ &
7 fecerit tot actus positiuos, præsumitur, † quòd habuerit notitiam totius rei, hoc est, quòd consensus non erat simpliciter præstitus, sed sub conditione. vt per Rip. in §. duo fratres, num.52. in fi. & num.54.

Secunda principalis fuit difficultas, an huiusmodi cõsensus ex supradictis collectus, sit sufficiens vel potius requiratur nouus consensus formalis pro validitate gratiæ commendæ, cùm sit noua gratia. In qua quidem difficultate si inspicienda esset dispositio iuris communis, res esset clara, quòd sufficeret consensus vndecunq; collectus, per ea quæ allegant informantes pro pensionarijs, sed difficultatem facit regula Cancel. loquens de cõsensu præstando in resignationibus & pensionibus. Et in hac difficultate fuit tentum, consensum prędictum sufficere, nec esse necessarium nouum consensum formalẽ
8 pro validitate d.gratiæ, quia † regula prædicta respicit expeditionem literarum, & facultatẽ pœnitendi admit, hoc est, vt quis non possit pœnitere, ideo sit necessaria expeditio literarum, quod quidem fundamentum probatur ex decisionibus allegatis per informantes pro pẽsionarijs. Cassad. decis.j. de renun. Put. decis.102. lib.2. cum alijs adductis. Mohed. decis.60. vbi sequitur Cassa. Quo fundamẽto stante respectu Hendimij res videtur clara, tum quia pẽsio & alia reseruata sunt posita in ipsa prouisione beneficij seu in ipsa cõmenda, quo casu intrant decisiones allegatæ, præsertim illa coram bo.me. Fabio Accorambono de anno 1546. in vnã Salamantin. pen-
9 sionis. In istis enim terminis non procedit regula prędicta, quia † cùm regula sit exorbitans à iure communi, non procedit in casu mixto, vt in simili per Cassad. decis.35. Tum etiam quia prædictæ regulæ fuit derogatũ tam in prima gratia conditionali, quàm etiam in ista noua gratia cõmendæ ibi, non obstantibus alijs quę S.V. in eadem præinserta voluit non obstare, cęterisque, &c.

Nec obst. quòd narratiua dum dicitur, accedente cõsensu Hendimij, quia potuit fieri ad maiorem cautelam vel respectu facultatis nominandi, non autem respectu totius reseruationis, & sufficit quod ista derogatio sit in supplicatione absque eo, quòd in literis sit apposita.

Non obst. quod gratia prima cõditionalis fuerit nulla ex eo, ꝙ Hendimius obierit ante emissam professionem, quia veritas est, ꝙ prædicta gratia stabat in pendulo, & erat valida à principio. & propterea cùm superuenerit noua gratia pura, fuit necessarius nouus cõsensus,
10 non quidem formalis, vt supra probatũ est, cum † regula supradicta vltra, ꝙ est exorbitans à iure communi, loquitur limitate in expeditione literarum, & ad effectũ, vt partes non possent pœnitere. Non obst. quod in correspectiuis requiratur consensus formalis. Sarn. in reg. de
11 infirm. q.31. Nam † verum est ad effectum supradictũ, vt non sit locus pœnitentiæ, prout expresse loquitur ibi Sarn. & ita etiã loquitur decis. Ctescen. per ipsum alleg. aliæ verò decisiones in contrariũ allegatæ, videlicet Put. 111. in 3. & Caputaq. decis.3. & 340. procedunt in casu, in quo aliquis indigeret literis, ꝙ esset actor & nõ possideret, alioquin videretur esse contra iuris dispositionem, & tenorem supradictæ regulæ, quod non est dicendum. Similiter non obstat decis. Mohed. 60. & 85. quia hic habemus consensum, vt supra dictum fuit.

Vnde reseruarunt Domini, vt videatur, an pensionarij pro verificatione & canonizatione indigeãt literis cõmendæ cum sufficienti consensu, ita quod sine illis & sufficienti consensu non possint obtinere stante narratiua, de qua in literis expeditis in fauorem Iacobi cum expressione literarum commendæ in fauorẽ Hendimij.

Quo verò ad consensum Iacobi iam ex supra dictis probatum est de eo satis constare.

RVBEI.

In eadem causa. Lunæ, 23. Iunij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Consensus conditionalis, & limitatus præstitus in resignationibus non potest deseruire pro gratia pura.*
2 *Actus factus ex insufficienti mandato, non potest postea ex sufficienti subsistineri.*
3 *Scientia & ignorantia ex coniecturis & circunstantijs colligitur.*
Item ex actus mentione seu nominatione præsumitur. numero 4.
5 *Interpretatio in iure pluribus dicitur esse modis.*
6 *Interpretatio extranea pro actus validitate non multum admittitur.*

DECISIO CCCXCVII.

DIe 23. Iunij, 1578. fuit dubitatũ, stantibus nonnullis præsuppositis, an ex præmissis iuncta iuris cõis dispositione, colligatur talis interpretatio, vt præfatus consensus sit sufficiens pro expeditione literarum commendæ, in fauorẽ Hendimij. Super qua difficultate Domini primo loco firmarũt, quòd in casu isto, si aliunde non cõstaret de voluntate & consensu Iacobi super reformatione commendæ, primus cõsensus, de quo nunc dubitatur, cùm sit limitatus & restrictus ad gratiam cõditionalem ex vi & natura verborum fm resolutionem factã die Lunæ secundæ eiusdem mensis, sine dubio non sufficeret pro reformatione cõmendę, ꝙ est gratia pura, & nõ limitata seu conditionalis, inferens nouum præiudicium resignanti, ex quo plus dimittit si pure resignat, & non cõditionaliter, ideo est necessarius nouus consensus. Neque ob. quod mandatum procuratoris sit amplissimum, & ꝙ potuisset à principio pure, &
1 libere consentire, quia † cùm hoc non fecerit, sed consenserit limitate, & conditionaliter, vt supra dictum est, non potest huiusmodi consensus ita restrictus deseruire pro gratia pura. Confirmatur hoc exemplo procuratoris habentis duplex mandatum, alterum insufficiens, al-
2 terum sufficiens, nam † si restrinxit ad insufficiens, non potest subsistineri actus ex mandato sufficienti, vt per Roman. consil. 446. num.6. versi. quamobrem partem negatiuam. & cons. 496. nume. 4. ver. his tamen non refragantibus. Et placuerunt Dominis deducta hic per informantes pro parte Illustriss. Cardinalis.

Secundo loco principaliter aliqui ex Dominis dubitabant, quòd licèt primus consensus non sufficeret, sed esset necessarius nouus consensus, in casu tamen isto colligebant nouum consensum, & volũtatem Iacobi, quòd voluit resignare præpositurã Hendimio, etiam si interim ei non daretur in commendam. Primò ex mandato Iacobi amplissimo. Secundò ex partitis, ex quibus apparet de voluntate prioris, & Iacobi. Tertiò ex mandato Iacobi ad consentiendum suspensioni regressus. Quartò ex possessione, & obseruantia sub-
3 secuta. Et † ad fundamentum de ignorantia Iacobi

respondebant ex tot circumstantijs scientiam illius posse colligi, vt per Roman. cons. 481. & quia Iacobus dum
4 facit mentionem de comenda, videtur sciuisse † etiam consensum super illa in eisdem Bullis præstitum. l. non est ferendus, de transact. Bar. & alij in l. qui Romæ. §. duo fratres, de verb. oblig.

Tertio loco Domini non videbantur dubitare, quòd gratia comendæ dicatur noua gratia.

Quarto loco dixerunt Domini circa interpretationẽ consensus præstiti per procuratorem, consensum huiusmodi ad effectum, de quo agitur, esse potius inductiuũ
5 quàm interpretatiuum. cùm † enim in iure interpretatio sit multiplex, Bart. in l. ab executore, num. 7. de appel. Pau. de Cast. in l. hæredes palam, de testam. Sarnen. de iure quęs. non tollen. q. 13. Aret. cons. 84. num. 5. Soc. cons. 145. num. 1. in fine. Claud. in l. j. in princ. num. 4. de nou. oper. nun. in l. fin. num. 62. & 67. cum seq. de constit. Princ. Purpur. in l. edita, num. 99. C. de eden. Satis extranea videretur ista interpretatio, quòd consensus præstitus expresse super resignatione conditionali, & qui expresse se refert ad illam, potuit interpretari, vt stet absq; illis clausulis reseruatis valide infrascriptis, & non alias, aliter, nec alio modo. quæ verba inducunt formam & sunt præcisa ex vi & natura ipsorum verborum. Vnde non possunt admittere istam interpretationem declara
6 tiuam, quæ repugnat ipsis verbis, cùm † etiam pro validitate actus non liceat multum extraneam interpretationem admittere. Aym. cons. 52. num. 6. Tiraq. de leg. connub. glos. 5. num. 190. cum pluribus seq. Et bene adductis in contrarium respondent informantes pro Illustriss. Cardinali.

Quinto loco Domini ordinarunt, quòd dubitetur particulariter, an in casu isto requiratur consensus formalis, vel sufficiat consensus resultans ex ipso facto, vt supra dictum fuit.

GRASSI.

Bononien. de Pipinis. Mercurij, 21. Maij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Prædium ecclesiasticum sterile reductum ad culturam opera primorum conductorum, debet dari eorum hæredib. pro eodem pretio. contrarium vide num. 5.*
2 *Melioramenta rei deuolutæ ob lineam finitam transeunt etiam ad hæredes extraneos.*
3 *Pactum respiciens commodum alienantis, dicitur pars pretij.*
4 *Melioramenta alleganti incumbit onus probandi.*
5 *Alienatio facta, vt discedatur à lite, dicitur vtilis.*
6 *Plantatio, stercoratio, & similia non veniunt appellatione melioramentorum.*

DECISIO CCCXCVIII.

QVatuor deducuntur per informantes pro Dominis de Pipinis ad substinendum cõtractum factum cum eis ab ecclesia sancti Saluatoris. Primum est, quòd cùm ab initio hoc prædium esset sterile, & postea fuerit reductum ad culturam opera pri
1 morum conductorum, debent † eorum hæredes reinuestiri pro eodem pretio. c. ad aures. secundum communem intellectum, de reb. eccles. non alienan. per doctr. etiam Bart. in l. quicunque, de om. agr. des. lib. 10. Sed hoc fundamentum non potest applicari ad factum secundum Dominos, quia non apparet, quòd prima locatio fuerit facta, quia res esset sterilis, nec propter ipsam causam sterilitatis, nec minus, quòd postea fuerit reducta ad culturam, de quibus nihil in actis.

Secundum argumentum pro Pipinis est, quòd sui authores plura fecerunt melioramenta, quæ sibi vti cessionarijs illorum de Victorijs debebantur secundum
2 communem distinctionem, quòd † quando res deuoluitur ob lineam finitã, melioramenta debentur, non autem deuoluuntur, & transeunt etiã ad extraneos hæredes. Bero. post alios. q. 19. Clar. de emphyteus. q. 45. Pinel. in 2. par. repet. l. 2. col. 3. num. 7. vbi de communi. C. de rescind. vendit. Vnde inferunt, quod cùm hæc melioramenta sint valoris lib. 4800. & fuerit factum pactum, quòd illa deuoluantur, hoc pactum est pars pre-
3 tij: quodlibet † enim pactum respiciens commodum alienantis, dicitur pars pretij. l. fundi partem. ff. de contrahen. empt. Tiraquel. de retract. §. primo, glos. 18. numero 38. & 69. Sed fuit dictum, quòd hoc fortè bene procederet, si ista melioramenta tanti essent, & æquialerent, sed cùm non probentur, vt dixi, apud acta (dubium autem non est, quin † alleganti melioramenta incumbat onus ea probandi. Bero. cons. 33. num. 6. lib. 2.)
4 non placet posse super eis fieri fundamentum. Visa est etiam Dominis multum inuerisimilis illa attestatio, quòd melioramenta importent lib. 4800. cum vix totum prædium tanti valeat. & cùm in instrumento cessionis hæc melioramenta enuncientur valoris 500. lib. quæ si computentur in pretio adhuc adest læsio, vtiam est decisum in alia positione.

Tertiò allegant, quòd cùm hæc alienatio facta sit, vt
5 discederetur à lite, vtilis fuit, maximè quia † secundum doctr. Bart. l. prima. §. permittitur, de aqua quot. & æstiua. cogebatur ecclesia relocare. Sed respondebatur per Dominos hoc non obstare, quia non propterea cogebatur ecclesia relocare pro eodem pretio, sed ita demum si in euidentem cederet ecclesiæ vtilitatem, & etiam fuit resolutum vltra alia tunc ibi dicta.

Quartò opponitur per Pipinos, quòd testes deponentes super læsione eam non probant, sed fuit dictum, quòd iam etiam resolutum fuit eam probari, & tunc de nouo hoc non reuocatur in dubium, nec de hoc hodie Domini dubitant.

Testes vltimo dati nec placuerunt, quia loquuntur de melioramentis consistentibus in plantationibus, ster
6 corationibus, & similibus, quæ † secundum Dominos de iure non videntur reficienda. l. diuortio. §. impendia. ff. soluto matrim. Menoch. de recuper. remed. 15. numero 513. Et dicebatur, huiusmodi melioramenta nõ esse perpetua, & continuo in re duratura, sed magis seruire pro vberiori, & commodiori fructuum ipsorum perceptione, & boni patresfamilias passim inrebus suis facere consueuerunt. Et ideo non esse considerabilia in hac materia per alleg. Verum quia Pipinis non sunt præfixi termini ad liquidandum dicta melioramẽta, & ego sum accessurus Bononiam, placuit Dominis, quòd tota hæc res oculis subijciatur, adhibito aliquo perito.

GRASSI.

Hispalen. pensionis. Veneris, 13. Februarij. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Gratia etiam solo verbo Papæ perfecta transfert ius pensionis in eum cui est facta.*
2 *Pensionis commodum potest residere penes vnum, & ius eam exigendi penes alium.*

DECI-

DECISIO CCCXCIX.

DOmini constituerunt tres casus. Primus, quãdo sumus in claris, quòd gratia fuerit facta Cardinali Neapolitano, & in eius personam collata, vt quia Papa dixerit, concedimus vobis pensionem mille ducatorum super fructibus istorũ beneficiorum, reperiatis Hispanum, qui teneat illam in persona sua pro-
1 pter pragmaticas. Nam † cùm gratia solo verbo Papæ sit facta & perfecta, ius ipsius pensionis in isto casu residet penes Cardinalem, nudum nomen penes Dominũ Ludouicum, ex allegatis pro parte Illustriss. D. Cardinalis de Medicis. Secundus casus est, quando sumus in claris, quòd gratia fuerit facta D. Ludouico de Torres, vt quia Papa dixerit, constituimus & assignamus pensionẽ hanc super istis beneficijs in personam Ludouici Hispani propter pragmaticas, & volumus quòd illam exigat ad commodum Cardinalis Neapolitani, & tunc dixerunt, q̃ ipsa pensio & ius ipsius residet pœnes D. Ludouicum, & non pœnes Cardinalem Neapolitanum, excepta † vtilitate seu commodo pensionis. ex l. quidã cum
2 filium. & ibi Bal. Ang. & Imo. de hered. instituen. Tertius casus est, quando sumus in dubio, & tunc dixerunt non esse recedendum à verbis supplicationis & literarũ, quæ cantant in personam D. Ludouici, & quia in dubio ista interpretatio videtur multũ proportionabilis subiectæ materiæ, de qua agimus, quæ continet censuras, & multa alia quæ videntur ponere istas suppositiones personarum. Et cum ista distinctione cõciliabant allegata per informantes. Videndum igitur erit, posito, quòd ius resideat penes D. Ludouicũ, an Cardinalis Neapolitanus nominando simpliciter in vita sua, impediuit, vt pensio per eius obitum non sit extincta, vel fuerit necessaria solemnis translatio per D. Ludouicum facienda dum viuebat D. Cardinalis.

GRASSI.

In eadem causa. Lunæ, 18. Maij. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Commoditas pensionis potest in alium transferri sine alia solemnitate.*
Etiam sine scientia & voluntate pensionarij.
Et etiam sine aliqua nominatione.
2 *Voluntas vbi est fundamentum alicuius actus, est probanda.*
3 *Ius & titulus pensionis non extinguitur per obitum eius, qui habet nudam commoditatem in ea.*
4 *Allegans extinctionem pensionis, aut aliam nullitatem debet illam plene probare.*
5 *Facultas transferendi concessa, debet intelligi cum omnibus suis qualitatibus etiam in materia odiosa.*
6 *Ius acceptoris metitur ex iure datoris.*
7 *Qualitas personæ cui fit concessio, & consuetudo concedentis amplam demonstrant, seu limitatam concessionem.*
8 *Dispositionem extendere, & generalem non limitare, maximè differunt.*
9 *Pensionem durare in vita duorum, non refert an illi duo sint vnius Prouinciæ, an verò alterius.*
10 *Vtilitas pensionis translatæ, debet regulari secundum naturam ipsius, & modum & facultatem transferentis.*
11 *Nominationes personarum, quibus fieri debeat solutio pensionis post obitum nominantis, de stylo curiæ valent, attenta qualitate personæ nominantis, & consuetudine concedentis.*
12 *Facultas transferendi dicitur esse materia odiosa, quæ nunquam in simplici dispositione etiã vniuersali & pregnantissima comprehenditur fauore ecclesiæ.*
13 *Concessio quantumuis generalis nunquam comprehendit personam extrinsecam.*
14 *Facultas transferendi in dubio interpretanda est, vt minus grauet ecclesiam quam fieri potest.*

DECISIO CCCC.

DOmini reseruatis pluribus de quibus infra, q̃ si vtilitas Cardinalis Neapolitan. non erat limitata ad eius vitam, & poterat durare post eius obitum ad vitam alterius sibi bene visi, tali casu in concedendo huiusmodi vtilitatem alteri personæ, vel in transferenda illa non requirebatur aliqua solẽnis translatio pensionis per D. Ludouicum faciẽda, sed satis fuit ad impediendam extinctionem pensionis quòd constet de voluntate Cardinalis Neapolitani, volentis transferre vtilitatem huiusmodi. Et ita respondẽrunt ad difficultatem propositam, quæ tantum quærit de solemni trãs-
1 latione facienda, quia † commoditas huiusmodi liberè potuit transferri in alium & cedi. l. nec essario. §. fin. de peric. & commodo rei vend. cum alijs per Bart. & Abb. allegatis, etiam sine scientia & voluntate Domini Ludouici. l. prima. vbi Bald. Salyc. & Ang. C. com. diuid. etiam sine aliqua solemni nominatione, quia non reperitur iure cautum, quòd in transferendo vtilitatem terminorum pensionis decurrentium & decurrendorum requiratur aliqua solemnitas: sed tantum in iure & titulo ipsius pensionis reperitur hoc expressum in literis, & quoad commoditatem & vtilitatem hoc totum pendebat à voluntate Cardinalis Neapolitani, quia est res sua de qua liberè potuit absque aliqua solemnitate disponere,
2 & † non est aliud quærendum in hoc, nisi an constet de voluntate d. Cardinalis. l. nescimus. & ibi Bart. de negogest. Abb. consil. 67. nume. 2. & ideo videmus vtilitates istas per contractus & alias voluntates in alios liberè transferri: aliàs sequeretur absurdum, si requireretur solemnis translatio Domini Ludouici. Nam si illa esset facienda in Italum nominatum per Cardinalem, leges de partibus obstarent: si verò in alium Hispanum, esset superflua & absque aliquo effectu facta. Immo esset contra commoditatem & vtilitatem Itali nominati per Cardinalem, quia si Hispanus recederet vel decederet, non haberet Italus cum quo posset manutenere istam suam commoditatem. & ita tenebant Domini sine difficultate. Reseruarunt tamen, an debeat produci alia scriptura, ad quam ista scheda se refert. Secundò, an ista scheda quæ exhibetur, sit bene recognita & probet perfectam voluntatem Cardinalis. Tertiò, quod dicitur de fraude ad instar societatum. Quartò, an constet de ratificatione Petri Beltrami. Quintò, an in ista sit illamet pensio super eisdem beneficijs. Sextò, an vtilitas fuerit consolidata cum proprietate in persona Domini Ludouici, vel potius fuerit extincta, & an fuerit ipso iure extincta, vel esset cassanda, quia Domini dubitabant, an illa resolutio coram Domino Binarino del 71. fuerit facta cum præsuppposito, quòd pensio esset pœnes Dominum Ludouicum, vel pœnes Dominum Cardinalem. Et difficultatem faciebat istis Dominis, quia si præsupponimus, quòd ius & titulus ipsius pensionis sit pœnes Dominum Ludouicum, prout fuit resolutum co-
3 ram me, difficile † esset, quòd de iure dici possit, pensionem fuisse ipso iure extinctam per obitum Cardinalis habẽtis nudam cõmoditatem, cùm nõ sit aliqua lex vel dispositio Põtificis, quę hoc dicat, licèt ex æquitate qua-

dàm potuisset fauore ecclesiæ per Pontificem cassari, cùm videatur cessare causa præsumpta impositionis dictæ pensionis. Sed quòd sit ipso iure extincta, videbatur istis Dominis durum. & D.Gaspari sufficeret hoc, quòd pensio non esset ipso iure extincta, licèt fortè fuisset cassanda. Aliqui verò existimabant, quòd illa resolutio esset generaliter intelligenda, etiam quòd ius & titulus ipsius pensionis esset penes Dominum Ludouicum, & quòd ita ipsi intelligebant. & cùm in istis esset cõtentio inter Dominos, poterit ad maiorem cautelam dubitari, posito, quòd ius pensionis esset penes Dominum Ludouicum, & sola commoditas penes Cardinalem, & quòd illa sine præiudicio non esset duratura post obitũ ipsius, an pensio fuerit ipso iure extincta, vt super septimo, & super hoc fuit magna altercatio inter Dominos, an commoditas huiusmodi fuerit limitata ad vitam Cardinalis Neapolitan. vel potius si illi placuisset, duratura esset post eius obitum ad vitam alterius. Et quibusdam ex Dominis videbatur quod vtilitas huiusmodi esset duratura post obitum Cardinalis Neapolitan. Primò quia D. Gaspar habet fundatam intentionem tam in literis reseruationis pensionis in persona Do. Ludouici, penes quem, vt fuit resolutum, erat pensio, quàm in literis trãslationis pensionis per felic. rec. Pium Quintum concessis. Igitur nisi probetur extincta tempore translationis,
4 D. Gaspar continuare deberet, quia †allegans extinctionem pensionis, aut aliam nullitatem debet illam probare, quia actus in dubio præsumitur validus ac iustus. l. ei qui dicit, de probat. Ægid. decis. 135. Dec. cons. 11. nu. 8. Aym. cons. 165. num. 1. cum alijs per Moder. in l. 2. nume. 157. & 159. C. de rescin. vend. & quidem clare & cõcludens, cùm veniat obiectiuè. l. sciant cuncti. C. de probatio. cum alijs per Paris. cons. 104. colum. j. in 4.

Secundò, quia literæ reseruationis pensionis in persona Domini Ludouici habent expressam facultatem transferendi generalem & non limitatam, licèt pro parte Illustriss. Domini Cardinalis dicatur, quòd ista pensio erat in confidentiam & ad vtilitatem Cardinalis Neapolitan. tamen, nisi probetur hoc, quòd vtilitas huiusmodi erat limitata ad pẽsionem d. Cardinalis, in dubio ista confidentia & vtilitas debet intelligi generaliter, & cũ
5 omnibus qualitatibus ipsius pensionis, & † sic cum facultate transferendi etiam quòd simus in materia odiosa. Ang. & alij per Aym. cons. 118. num. 14. quia resolutio fit regulariter etiam quoad omnes qualitates ipsius actus. l. à filio. §. testator, de alimen. legat. Pau. & alij per
6 Aym. cons. 45. & 47. nu. 4. & quia † ex iure datoris meritur ius acceptoris. l. grege. §. statuliber. l. lex vectigalis, de pignor. l. si is cui. §. fin. quemad. seru. amit. cum alijs per Ruin. cons. 17. num. 8. lib. j. Ideo cùm pensio esset in personam Ludouici cum facultate transferendi ad cõmodum & vtilitatem Cardinalis Neapolitani, ista vtilitas & commoditas Cardinalis est duratura, vel quousque durat pensio in personam Ludouici & eius translatarij vel quousque Cardinalis & eius nominati viuunt ex proximè allegatis.

Tertiò, nõ solum adsunt verba generalia in fauorem D. Gasparis, sed etiam concurrit qualitas personæ ipsius Cardinalis, qui erat nepos concedentis. & extraiudicialiter ostenditur per agentes D. Gasparis, quòd solitus erat concedens illi dare omnes pensiones cũ facultate trans-
7 ferendi. & sic † tam ex qualitate personæ, quàm ex consuetudine concedentis argui potest, quòd vtilitas nõ fuit limitata ad obitum Cardinalis, sed fuit generalis & ampla, prout literæ reseruationis pensionis cantant. l. filius familias. §. primo, de donatio. l. vel vniuersorum, de pignor. actio.

Quartò, quia hic non agimus de extendẽda dispositione ex qualitate personæ, sed de dispositione generali nõ
8 limitanda, qui † casus maximè differunt: nam licèt in redditibus ecclesiasticis dispositio limitata non extenditur ad casum non expressum, etiam ex qualitate personæ, cùm agatur de præiudicio ecclesiæ, vt fuit consideratum in illa Asconien. pensionis, de mense Aprilis proximi, tamen hic habemus verba pensionis generalia cum facultate transferendi, & dicitur quòd ista verba non sunt limitanda, ex regulis de quibus supra, & tantò magis concurrente qualitate personæ tam dilectæ, & ex consuetudine concedentis.

Quintò, quia cùm habeamus tex. expressum in literis reseruationis pensionis, quòd ista pensio stet cum facultate transferendi, & sic duret ad vitam duorum, non interest ecclesiæ, an duret ad vitam duorum Italorum,
9 vel ad vitam duorum Hispanorum, quia † in istis de iure non reperitur expressum, quòd sit interesse considerabile. Ideo cùm pensio non sit duratura, nisi ad vitam duorum, magis proportionabile & probabile est iuxta verisimilem mentem concedentis, ꝙ duret potius ad vitam duorum Italorum, quàm ad vitã duorum Hispanorum. Et dicere, quòd facultas transferendi sit imposita tantum ad tuendam vtilitatem vnius Itali, & ad illius vitam tantum, est diuinare, immo corrigere literas, quę indistinctè & generaliter dant istã facultatẽ transferẽdi.

Sextò, quia si ius pensionis est penes Dominum Ludouicum, prout resolutum fuit, necesse est fateri, vel quòd vtilitas est consolidata penes Ludouicum per obitum Cardinalis ex pluribus legibus in materia vsus fructus, & alijs similibus legibus per informantes allegatis, quæ maximè videntur vrgere. & tunc etiam D. Gaspar habet intentum suum, cùm pensio per obitum Cardi-
10 nalis non esset extincta. Vel quod † vtilitas ista est regulanda iuxta limites verborum, & naturam ipsius pensionis, & sic quod sit transmissibilis ad aliam personam, iuxta regulas de regulando iure acceptoris, ex iure datoris, &c.

Septimò, quia licèt istæ facultates transferendi petitæ in huiusmodi pensionibus datis Hispanis in confidentiam, non soleant componi prout solent aliæ, id tamen non est ex eo, quòd pensio non sit duratura ad vitam duarum personarum, prout aliæ pensiones cum similibus facultatibus concessæ, sed quia conceduntur familiaribus & alijs personis caris ipsi Papæ, quæ solent eximi ab istis compositionibus, vt notum est.

Octauò, quia ita interpretatur obseruantia & stylus
11 curiæ, quem isti Domini allegabant: nam † Itali in testamentis & alijs dispositionibus nominant personas bene visas, quibus volunt fieri istas solutiones, & soluitur illis pensio etiam post obitum Itali nominantis, prout in vna Maioricen. & in alijs factum fuit. Et licèt fortè quãdoque pensio non fuerit soluta post obitum Itali, id forte fuit, quia Italus non nominauit personam expressè, cui esset facienda solutio, nam nisi adsit expressa nominatio, non veniunt hæredes ab intestato in istis redditibus ecclesiasticis, vt pluries fuit resolutum in Rota. Vel forte persona Itali non erat talis, cui verisimiliter Papa dedisset facultatem transferendi. & non est inconueniens quod ex qualitate personæ dispositio generalis restringatur fauore ecclesię: sed vbi qualitas personæ non repugnat, & consuetudo concedentis, & adest nominatio Itali. dicebant isti Domini, quòd ex stylo curiæ soluuntur istæ pensiones nominatis ab Italis, etiam post obitum nominantium, quæ obseruantia maximè in istis est attendenda ad interpretationem ipsarum literarum pensionis.

Quibusdam

Quibusdam verò videbatur cõtrarium, quòd immò commoditas huiusmodi esset limitata ad vitam Cardinalis Neapolitani, & non duratura post eius obitum etiam ipso Cardinale volente. Mouebantur.

Primò, quòd onus probandi cõtrarium incumberet D. Gaspari, quia hic non habemus dispositionem Papæ, quòd vtilitas ista posset ad alium Italum transferri, & vt minus grauetur ecclesia, in dubio interpretandum erat, quòd vtilitas fuerit illi soli concessa, & non alteri. Nam
12 † ista facultas est odiosa, & nunquam in simplici dispositione etiam vniuersali & prægnantissima comprehenditur fauore ecclesiæ, vt pluries resoluit Rota in pluribus causis.

Secundò, quia in dubio non est intelligẽda alia per-
13 sona extrinseca, iuxta reg. iuris vulgatas. Vnde † licèt partes sint concordes, ꝙ vtilitas esset Cardinalis, cùm tamẽ non probetur, quòd illa vtilitas ad alium ex voluntate Papæ esset transitura, sine dubio interpretandum est, quod fuerit finita per obitum Cardinalis.

Tertiò, quia in istis pẽsionibus voluntas Papę est necessaria, & non pendet à sola voluntate partium, ideo cùm non habeamus voluntatem, quod vtilitas esset ad alium transmissura, cessare debet per obitũ Cardinalis.

Quartò, quia fuit iam resolutum de mense Nouembris, 1571. ꝙ defuncto Cardinale, cuius erat vtilitas huiusmodi, extinguitur ipsa pensio. & illam resolutionem isti Dñi intelligebant etiam si ius pensionis esset penes D. Ludouicum. Quia licèt re vera D. Ludouicus habeat titulum & ius proprietatis ipsius pensionis, tñ cùm hoc factum sit ex necessitate propter leges de partibus, illud ius erat considerandum sine aliquo effectu & commoditate D. Ludouici fauore ecclesiæ, ne contra mentem Papę ecclesia sit grauata, & persona Cardinalis & D. Ludouici & eius translatarij, & sic per tres personas. ideo ex quo commoditas non consolidatur cum proprietate per obitum Cardinalis, pensio erat extincta.

Quintò, quia licèt Cardinalis potuerit sine aliqua solemnitate alium in sua vtilitate nominare, tñ huiusmodi vtilitas finitur per obitum datoris, & sic Cardinalis.
14 Sextò, quia licèt in literis adsit † facultas transferendi, tamen interpretanda erat, vt minus grauaret ecclesiam, & sic pro defensione vtilitatis Cardinalis, & durante vita ipsius, non autem post eius obitum.

Septimò, quia licèt Cardinalis esset nepos Papæ, cui verisimiliter dedisset facultatem transferendi, tñ vt fuit consideratum in Astoricen. pensionis coram D. Decano, de mẽse Aprilis proximi, in istis reditibus ecclesiasticis, ex quo agitur de præiudicio ecclesiæ, qualitas personæ non est in consideratione ad extendendam dispositionem, vbi casus est omissus.

Octauò allegabant isti Dñi stylum, quòd quando discedit Italus, qui habet vtilitatem, semper pensio extinguitur, non obstante, ꝙ in literis pensionis sit clausula transferendi. Et quia Domini erant varij, nihil potui firmare, nisi quòd disputetur hoc, an huiusmodi commoditas esset limitata ad vitam Cardinalis, vel esset duratura post illius obitum stante illius nominatione.

G R A S S I.

In eadem causa. Veneris, 13. Nouembris. 1573.

S V M M A R I V M.

1 *Ius pensionis transferri non potest, nisi literarum seruata forma: secus in vtilitate.*
2 *Adminicula & verisimilitudines tam concedentis quam personæ cui conceditur, attenduntur in transferenda commoditate pensionis.*
3 *Vtilitatem pensionis habens potest agere actione mandati, non autem ad ius aliquod pensionis.*
4 *Pensio & vsusfructus æquiparari dicuntur.*
5 *Mortuo eo, in quo totum ius pensionis residet, licèt commoditas penes alium, omnia extincta dicuntur.*
6 *Dispositio l. cum dotem. ad leg. Falcid. & aliarum similium de vsufructu loquentium, quo casu procedant.*

D E C I S I O CCCCI.

FVit resolutum ex deductis, dici non posse, quòd commoditas Cardinalis fuit limitata ad eius vitam tantũ, sed illam durare pro quibus ipse Cardinalis vellet etiam post obitum ipsius Cardinalis.

Primò, quia Cardinalis & nominati ab ipso habent intentionem fundatam in literis reseruationis, quæ habent facultatem transferendi, ideo qui dicit, cõmoditatem Cardinalis fuisse limitatam, probet. Rota etiam dixit, quoniam agebatur, penes quem esset ius pensionis, de qua etiam in pacto & recognitione D. Ludouici, qui viuere potuit, apparet, propterea cũ Cardinalis habeat commoditatem percipiendi dictam pensionem, debet posse illam transferre, nisi quatenus probaretur limita-
1 ta per Principem, licèt † ius pensionis non possit transferre, nisi seruata forma literarũ. l. vsufructu. & ibi Pau. & alij. ff. sol. matrim. præsertim, cùm illius factum habeat primordium & originem in vita Cardinalis, qui sibi scripsit cedulam nominationis. Concurrat etiã qualitas personæ Cardinalis qui erat nepos Papæ, & solitus erat habere pensionem cum similibus facultatibus, &
2 alia, de quibus per informantes. Quo † casu quando cõcurrunt adminicula & verisimilitudines, magis fundatur intentio Cardinalis & nominatorum. Salyc. in l. matre. C. de contrahen. empt. & alij per Tiraquel. in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 88. C. de reuocan. dona. & Rota renuit pluries. vt per Mohed. & Achil. in collect. de confess.

Secundò mouebantur dicti Domini, quia Rota iam resoluit, quòd ius pensionis & ipsa pensio residet penes D. Ludouicum, & quòd Cardinalis habeat tantum com-
3 moditatem & vtilitatem; † ad quam poterat agere Cardinalis actione mandati, non autem ad ius aliquod ipsius pensionis. l. quidam cum filium, de hæred. instit. & ibi Bal. circa princ. versic. & non. & Ang. ibidem. & Imo. sub nume. 2. prout Rota latè tenuit & fuit deductum 13. Martij proximi. Ideo persona D. Ludouici & eius translatarij est inspicienda, & non alia, vt hic per informantes.

Tertiò, quia Rota hanc materiam pensionis solet pas-
4 sim metiri & diffinire ijsdem regulis, † quibus regulatur vsusfructus, & optimo iure vt hic per informantes. sed commoditas vsusfructus durat non solum, dum veniũt eius cessionarij vel nominati, sed etiam quousque viuit persona, penes quem residet vsusfructus. l. necessariò. §. fina. & ibidem Odofre. Bal. Alberic. & alij allegati. de periculo & commodo & rei vend. Igitur idem in commoditate pensionis.

Quartò, si D. Ludouicus non translata pensione vel eius translatarius decessisset viuente adhuc Cardinale, sine dubio pensio & omnis commoditas cessasset, quia
5 † vt dixi, totum ius residet penes D. Ludouicum, ex d. l. quidam cum filium. ergo non persona Cardinalis & nominatorum. l. si legatũ. ff. quib. mod. vsufr. amit. l. si quis vsumfructum. ff. de vsufruc. leg. Placebant etiam Domi nis alia fundamenta pro parte D. Gasparis adducta.

Non obst.tex.in d.versic.legatum, & in d.versic. quis vsumfructum.& in l.cùm dotem,ad l.Falc.& in l.vsumfructum. Quoniam † procedunt, quando de vtraque persona est facta mentio in ipso instrumento,in quo expresse rogatur, vt restituat vsumfructum tali, quoniam illi tali tunc quæritur ius & finitur ex persona illius, secus quando nulla est facta mentio in instrumento de illa persona prout hic.quoniam tunc totum ius residet in nominata persona in instrumento, & non illa, cui separatim ab instrumento actum fuit,vt daretur,aut reciperet.& ita distinguit tex.in d.l.quidam cum filium. & ita fuit firmatum & responsum die 13. Februarij, prout tunc & nunc responsum fuit ad l.mancipia, cum trib.sequen.C.si quis alteri vel sibi.& Bal.in l.precibus. hic per informantes. & vt in dicta disputatione latè fuit discursum. Ex quibus dicebant etiam Domini esse inhærendum tam decisioni factæ 13.Febru.quo die materia fuit latè discussa, & partes hinc inde latè informarunt, quàm decisioni factæ coram R.P.D.Binario del 71. quo die res ita non fuit discussa & distincta, & in omnẽ euentum dicebant, quòd in dicta resolutione del 1571. fuit resolutum,an constaret de sufficienti nominatione Cardinalis, & Cardinalis potuisset nominare alium in sua commoditate, & ex supradictis apparet Cardinalem se potius nominare alium. item in eadem resolutione dicitur,quòd plures Domini præsupponebant pensionem esse penes Cardinalem, & sine isto præsuppositio non potuisset fieri ista resolutio.ex d.l.quidam cum filium.& ex alijs allegatis coram me 13.Februarij in ista causa. Non etiam defuerunt ex Dominis, qui tenebant, quòd licèt Cardinalis nõ nominasset alium in commoditate, quòd tñ pensio non expirasset, cùm tota resideret penes D.Ludouicum, & quia commoditas fuisset consolidata cum proprietate, licèt fortè ex æquitate potuisset per Papam extingui fauore ecclesiæ, & quòd sufficeret D.Gaspari, quòd non esset extincta ipso iure, neque per Principem. Sed ad hoc non erat necessarium,cùm appareat de nominatione,& si opus fuerit,poterit in illud tempus differi. Nec obst.not.per Bald.in d.l.si legatum.nec dictum Odofredi in eadem lege. Quia procedunt in terminis illius legis,in qua,in eodem testamento, erat facta mentio de vtraque persona,vt supra dictum fuit, quod non est hic. Et eodem modo respondetur ad not.per Batt.in l.si quis vsumfructum. quia procedunt in terminis illius legis. sed nos sumus in d.l.quidam cum filium. vt fuit resolutum 13.Februarij.In alijs accedebant responsiones informantium pro D.Gaspare. Et ita tenuerunt omnes Domini.

GRASSI.

Iacen. pensionis. Lunæ, 20.Iunij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Tertia pars de corpore beneficij potest per statutum tolli. Et in quibus differat à distributionibus.num.4.*
2 *Legata res quando est duobus, cuilibet debetur tota, ita quod si vnus repudiat legatum, alter nihil acquirit, sed non amittit.*
3 *Ius accrescendi, & non decrescendi in quibus differant.*
4 *Distributiones, quæ non dicuntur de corpore beneficij, & tertia quæ adimitur absentibus, quæ est de corpore,maximè differunt.*
5 *Tertia de corpore beneficij non est computanda in materia odiosa.*
6 *Concessiones Principum,licèt latè sint interpretandæ, tamen non comprehendunt ea,quæ alias non comprehenderentur.*

DECISIO CCCCII.

Concluſum,tertiã partem esse computandã inter fructus beneficij ad effectum,de quo agitur,iuxta aliàs dicta in vltima resolutione,cùm d.tertia sit de corpore beneficij, non attento quod per accidens
1 absentibus tollatur. Vnde † tale beneficium de sui natura vere habet suos reditus consuetos, licèt per statutum & consuetudinem hæc tertia tollatur,vt bene in his terminis dicit Staphil.qui satis placuit Dominis (& ita declarat Oldra.cons.118.) de liter.grat. à tergo. versic.& prædicta intelligo,secundum paru.impress.aliàs sub tit. de form.expect.§.noua forma pauper. num.47. Quod aliqui Domini comprobabant, quia præsentes verè non dicuntur lucrari hos fructus, sed magis dicendum absentes amittere. Et ita bene dicebant videri in hoc casu simile de iure accrescendi & non decrescendi. quando
2 † enim res legata est duobus, cuilibet debetur tota, ita quod si alius repudiet legatum, alter nihil acquirit, sed non amittit.l.vnica.§.inautem ad deficientis. C.de cad. tollen.Doct.omnes in l.re coniuncti.& ibi in specie Rip.
3 num.7.de leg.2.vbi †declarat differentiam inter ius accrescendi, & non decrescendi. Ita in hoc casu præsens non dicitur lucrari, sed magis dicitur non amittere. Et
4 † addebant aliqui videri tantam differentiam inter distributiones, quæ non dicuntur de corpore beneficij,vt per Staphil.vbi supra, num.45. & 46. & Oldrad.d.consil.118. & per vulgar. & hanc tertiam quæ adimitur absentibus, quæ est de corpore, vt per Staphil.vbi supra, quanta est inter lucrum & pœnam, & inter dare & adimere,quæ sunt contraria: nam distributiones dicuntur dari,item acquiri seruientibus, hæc verò tertia vere nõ dicitur dari nec acquiri seruientibus, vel præsentibus: cùm enim sit de corpore, qua ratione lucratur quis alias duas tertias, vt corpus beneficij, eadem seruiendo lucratur,& hanc tertiam,quæ & ipsa,vt dixi,existit de eodem corpore non accrescendo corpus beneficij, sed illud non diminuendo: non seruientibus autem vel absentibus bene dicitur tolli & diminui dictũ corpus de ista tertia, & sic in effectu non cedit lucro ipsi beneficiato si sit præsens,vt in distributionibus bene cedit pœnæ absentibus. Et hæc differentia vltra prædicta videtur bene comprobari per testes,vt infra ponderatos, qui vocant dictã tertiam de corpore, item distinguunt eam à distributionibus. Placuerunt etiam aliquibus Dominis dicta in vltima positione, quòd decisiones exemplo al-
5 legatæ, quòd † huiusmodi tertia non videatur computanda, nempe Mohedan.decis.182.Put.decis.prima, de valor.& Oldrad.cons.118. item Aug.decis.742.& 791. lib.tertio. sunt fundatæ in odium regulæ de valore pœnalis & odiosæ, vt bene in eis dicitur, quæ ideo hic secundum aliquos non videtur cadere. non enim videtur continere odium, quòd Papa velit concedere limitatam facultatem Nuntijs. æquum enim videtur, vt Papa dispenset facultates suas pro libera & spontanea vo-
6 luntate sua, & † quamuis contra se in dubio sit lata facienda interpretatio. cap.fin. de verborum significatio. cap.is cui,de præben.in sexto.l.prima, cum sua materia, ff.de constit. Princ. cum simil. tamen non propter hoc non debẽt comprehendi ea quæ aliàs non comprehenderentur, vel quæ apertè sunt diuersa à comprehensis. vt not. Doctores in dicto cap. fin. Ex quibus omnibus fuit firmatum, tertiam prædictam in casu nostro non esse deducendam, sed computandam.

ALDO-

ALDOBRANDINI.

Pampilonen. parochialis de Sangessa. Veneris, 15. Martij. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Ius non abdicatur à resignante, nisi plene quæratur resignatario.*
2 *Constitutio Pij Quinti de publicandis annullat resignationes factas sine publicatione vsque ad initio.*
Quæ tamen loquitur non solum quoad possessionem litigiosam,sed etiam quoad titulum,nu.3.

DECISIO CCCCIII.

Domini tenuerunt,ius nõ fuisse abdicatum à San
1 ctio per regulam ordinariam, quòd † ius non abdicatur à resignante,nisi plene quæratur resignatario,iuxta decisiones pro hac parte allegatas.& dixerunt agendum esse in hoc casu solum de constitutione fe.re.Pij Quinti, non habita ratione aliarum regularum & constitutionum, quia d. constitutio mandat sic & nõ aliter fieri resignationes, ita quòd omnibus alijs fortius inductis ab alijs,vt dictum est, regulis, & constitutioni-
2 bus derogat. hanc † autem constitutionem dixerũt annullare resignationem non facta publicatione vsque ab ipso initio, tum quia dicit fuisse, & esse nullas, tum etiã quia annullat cõsensum præstitum in resignatione, quo consensu sublato impossibile est dicere, quòd abdicatũ sit ius à resignante, ad quod voluerunt etiam desumere argumentum ab alijs regulis antiquis, qui expresse dicebant beneficium vacare per obitum resignantis, & non per resignationem.
3 Nec † placuit Dominis illa responsio, quòd constitutio loquitur in beneficijs tantum,quorum possessio erat tãtum litigiosa, quia dicit etiam quoad possessionem tituli litigiosam, & sic implicat casum minus dubitabilẽ, quando beneficium quoad titulum est litigiosum. Impedimentum etiam sequestri non fuit habitum in consideratione, quia cum constitutio loquatur expresse de beneficio litigioso, clarum est,quòd Pontifex voluit, quòd caperetur possessio beneficij litigiosi, sed quod in alijs forma constitutionis adimpleretur.

Nec etiam nocet prouisio, de qua in dubio, cùm expresse illam annullet. Non obstat etiam restitutio, quia non est iustificata, quæ tamen si fuisset iustificata, ei non obstaret gratia, si neutri, non quia non sit collatio, sed quia dum signatura dixit, dummodo non sit alicui facta collatio, intellexit de collatione valida: hæc autem valida non est, ex quo beneficium non vacabat,cùm ius non esset abdicatum à resignante. Iustificata autem restitutione Domini reseruauerunt videndum in futurum, an Gabriel teneretur dictam resignationem publicare.

Ciuitatis Castelli bonorum. Veneris. 27. Iunij. 1572.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens circa personas non comprehendit forenses,ex communi.*
Immo nec etiam, quoad pœnam impositam petenti debitum post lapsum tempus ab eo terminatum.nu.2.
3 *Solutio quando est destinata in loco certo, attendi debet statutum illius loci.*

DECISIO CCCCIIII.

Concluſum fuit in causa ciuitatis Castel. bonorũ,
1 quòd statuta vrbis in lib.1. c.101. & lib.4.ca.18. non comprehendunt forenses,quia † quãdo statutum disponit circa personam, illos non comprehẽdit, iuxta doctr.Bar.in l.cunctos populos,num.25.versic.sed circa hoc dubitabatur.C.de sum.Trin.& fide catho.quã communiter sequuntur Doct.vt per Rolan.à Val.consil. 24.nu.19.lib.3.At vtrunque hoc statutum dirigit verba in personam creditoris. & licet secundum de quo in d. c.18.videatur directum in rem, ex quo admit fidem articulo,tamen principalis eius dispositio, quæ debet attẽdi,est directa in personam,vt in eius rub. & in prin. & fi. in quo refertur primum statutum, & postea extenditur. Præterea dicta statuta propter exclusionem petitionis debiti elapsis sexdecim annis dicuntur imponere pœnã,
2 & † ideo etiam non ligant forenses, vt per Castr. in l.sequitur.§.si viam.de vsucapion.

Non ob.doctr.Bar.in d.l.cunctos populos, nu.16. vbi vult,quod quando defectus causatur ex contractu, non ex natura contractus, sed ex aliquo facto extrinseco, puta propter negligentiam,vel moram, tunc attenditur locus petitionis,& iudicij,quia ibi mora commissa est.

Nam respondetur id procedere ita demum, si personæ illæ sunt sub illo foro.Verum cum D.Iulius creditor præsupponatur forensis,& lis hęc sit agitata coram A.C. & in Rota,ideo non attenduntur statuta, nisi inter Ro-
3 manos quoad decisoria. Præterea † Bar.in d.l.cũctos populos, nu.18. vult,quod quando solutio est destinata in loco certo,attendi debeat statutum illius loci: at solutio hic erat destinata in ciuitate Castelli, vbi debebat fieri æstimatio,& adęquatio de bonis inibi existentibus,quare ex hoc etiam capite cessaret difficultas.

Et hanc opinionem Domini sunt amplexi, præsertim, quia alias fuit hoc resolutum in causa Camerinen. & Racanaten. de qua per informantes pro parte D.Iulij.

ALDOBRANDINI.

Gadicen. canonicatus. Ven. 5. Martij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Simonia non probatur ex correspectiuitate, vt inducat priuationem ipso iure.*
2 *Extrauag.cùm detestabile, de simo. procedit in simonia reali,non in conuentionali.*
3 *Simonia realis,quæ dicatur.*

DECISIO CCCCV.

Domini fuerũt cum decisionibus antiquis,q † ex
1 correspectiuitate, de qua in dubio, non probetur talis simonia, quæ inducat priuationem ipso iure:licèt enim hæc impediat,ne quæratur ius resignatario,nihilominus illud remanet penes resignantem per allegata.Non ob.extrauag.cùm detestabile. de simon.qa
2 † procedit in simonia reali, non in conuentionali. Cassad.decis.5.de constit.

Nec ob.effectus subsecutus, quia decisiones allegatæ
3 procedunt etiam sequuto effectu: realem † enim simoniam secundum d.extrauag.intelligunt Domini, quãdo aliquid datur, vel recipitur: quod cessat in hoc casu, in quo ad plus fit quædam retentio.quæ intelligentia oritur ex verbis prædictæ extrauag.in ea parte,in qua impo-

nitur

nitur pœna excommunicationis, à qua nõ possint absolui, nisi in mortis articulo, simoniaci, qui hoc crimen cõmittunt, aliquid dando, vel accipiendo, quæ declarat ca sum, in quo tota illa constitutio loquitur, qua propter nisi doceat Ioannes de sancto Val, Petrum resignantem decessisse ante eius impertrationem, fuit dictum, quòd per simoniam huiusmodi non dabat modum vacandi.

SERAPHINI.

Callaguritana beneficij del Burgo. Veneris, 7. Maij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio in causa beneficij facta per legitimum procuratorem post sententiam Metropolitani, est nulla cum attentatis, etiam si lis esset deserta, & paritum sententiæ.*
Et etiam si præsentatio esset facta infra decem dies, quam uis appellatum non fuisset. nu. 2.
Fallit in eo qui non apparet esse procurator. nu. 3.
2 *Attentata non reuocantur lite deserta per viam attentatorum: secus per viam nullitatis.*

DECISIO CCCCVI.

DOmini distinxerunt, quòd aut post sententiam Metropolitani ille, qui appellauit, erat legitimus procurator, & hoc casu † præsentatio est
1 nulla, & attentata, non obstante, quòd postea lis esset deserta, & paritum fuisset sententiæ, quia actus ipse est ipso iure nullus, attenta dispositione clem. 2. vt lit. pend.
2 ideo non potest conualescere. Id autem quod dr, † non reuocari attentata lite deserta, est verum per viam attentatorum, secus per viam nullitatis. Idem esset dicendum si præsentatio esset facta infra decem dies datos ad appellandum, quamuis appellatũ non fuisset, sed hoc non applicatur ad casum nostrum, cum præsentatio fuerit per 23. dies post sententiam.
3 Aut† non constat, quòd ille, qui appellauit, esset procurator, & tunc secus, cùm defectus mandati semper possit opponi. Franc. in c. non solum. de appella. in sexto, Aym. consil. 108.

Quantum ad processus factos cum Ioanne Gencales, dictum fuit, de iure Didacum non teneri, nisi fuerit coram alijs iudicibus in hac causa productus, ita vt sit pars processus istius causæ.

ALDOBRANDINI.

Pampilonen. iurispatronatus. Vener. 16. Martij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio immemorabilis non est necessaria inter compatronos, sed sufficit quadragenaria.*
2 *Compromissum factum in materia iurispatronatus in laycos tanquàm arbitros, & arbitratores tenet.*
3 *Consensus episcopi est necessarius, quando agitur de translatione iurispatronatus de vna persona in aliam, etiam in compatronum: secus in declaratione.*
4 *Solemnitas in actu requisita ex lapsu tanti temporis, præsumitur adfuisse.*

DECISIO CCCCVII.

DOmini cum præsupposito, quòd scripturæ sint in forma probante, concluserunt iuspatronatus pro mediate pertinere ad D. Palatij, quia cùm vtraque pars fateatur iuspatronatus, & agatur inter compatronos, nõ est necessaria probatio immemorabilis præscriptionis,
1 cùm † in hoc casu si de præscriptione agendum esset, sufficiat præscriptio quadragenaria, vt fuit resolutum coram me superioribus diebus in vna Florentin. iurispat. Hic autem constat mediatem pertinere ad D. Palatij ex sententia arbitrali lata de anno 1482. in qua hoc expresse declaratur, & ex institutione Ioannis de Ascona facta à Vicario Pampilonen. de anno 1517. ac ex literis resignationis Ioannis de Ascona de anno 1550. in quibus D. Palatij enunciatur patronus pro medietate, & ex consensu Ferdinandi de eodem anno d. resignationi tanq; patronus pro medietate præstito, & ex effectu subsecuto, vt plene deducitur per informantem per D. Palatij.

Non ob. quòd laudum non teneat, cùm vnus arbiter
2 esset laycus, quia † cum compromissum factum fuerit tanquàm in arbitros, & arbitratores, tenet. Roma. consilio 175. de communi. Dec. in c. 2. in 2. no. de iudic.

Minus ob. quòd cùm videatur agi de translatione iurispatronatus de vna persona in aliam, fuerit necessa-
3 rius † consensus Episcopi, etiam quòd translatio fiat in compatronum, iuxta opin. Io. And. in c. ex insinuatione. de iureparro. quam dicit communem Roch. de iureparo. in verb. pro eo quod. nume. 34. de quo consensu non constat. Tum quia contrarium late defendit Lamberti. in secunda par. primi lib. articu. 12. prima q. princ. Tum etiam quia non sumus in translatione, sed in declaratione. arbitri enim declarant medietatem huius iurispatro-
4 natus pertinere ad D. Palatij. Tum & tertio, quia † ex lapsu tanti temporis præsumitur hæc solemnitas. Doct. in c. Albericus, de testibus. Paris. consil. 104. numero 45. libro primo, Aym. de antiq. tempor. in tertia parte, numero 28. cum sequen. Et cùm vltra compromissum laudũ fuerit ratificatum in consilio loci de Eccharim, in omnem euentum teneret in vim pacti. l. secunda, C. communi. diuid. cum ibi no. & propterea cessant, quæ de defectu mandati dicuntur.

ALDOBRANDINI.

In eadem causa. Veneris, 31. Ian. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Actus quando spectat ad vnam personam, & ad alios plures sub nomine collectiuo comprehensas, collectiuum illud constituit vnam dimidiam, & alia persona habet aliam dimidiam.*
2 *Doctrina Host. in c. postulasti. de concess. præben. est communiter reprobata.*
3 *Iuspatronatus pertinens ad parochianos, vt ad singulos, dicitur spectare collectiuè, non singulariter.*

DECISIO CCCCVIII.

DOmini tenuerunt, Pampilonos posse, & debere absolui à petitione D. Palatij, cum sua vox vna cum aliquibus parochianis constituat maiorẽ
1 partem. Moti fuerunt, quia † quando actus spectat ad vnam personã, & ad alios plures sub nomine collectiuo comprehensas, collectiuum illud constituit vnam dimidiam, & alia persona habet aliam dimidiam. Angel. & Imo. in l. interdum. in princ. & in l. liber homo. §. Titius. il primo, ff. de hæred. inst. Iaſ. in l. iurisgentium. §. fina. nu mero 11. & 12. ff. de proba. Silu. de benefic. parte 2. q. 17. nume. 14. & 15. Fely. in c. pastoralis. il primo, nume. 9. de

reſcrip. & ſic D. Palatij habet vnam vocem, & parochiani aliam. Quo ſtante ſuccedit reſolutio alias facta, quòd ad cõſtituendam maiorem partem, neceſſe eſt, quòd habeat D. Palatij ſecum maiorem partem parochianorũ. Caſſad. 2. de iurepatr. cum alijs tunc allegatis.

Nec ob. doctr. Hoſt. in c. poſtulaſti. de conc. præb. quia
2 † communiter eſt reprobata, vt teſtatur Iaſ. in d. l. iuriſgẽtium. §. fi. ſub nu. 13. ff. de pac. Fely. in d. cap. paſtoralis. in prin. col. fi. ſub d. nu. 8. de reſcrip. & Silu. vbi ſupra.

Non ob. q; hoc iuſpatronatus pertineat ad parochianos, vt ad ſingulos, quia eſto, quod hoc ſit verum, dicitur tamen ſpectare ad ſingulos non ſingulariter, ita q;
3 ſinguli habeant vnam vocem, ſed † collectiue ita quòd omnes conſtituant vnam vocem, vt bene declarat Ruin. conſil. 50. num. 7. lib. 5.

Nec teſtes obſtant, quia licèt deponant, q; in ciuitate Oueten. fuit ita iudicatum, exemplis tamen non eſt iudicandum, & illi iudices potuerunt decipi. vltra quod nihil deponunt de dioceſi Pampilonen. & Regno Nauarre, in quo verſamur, cuius conſuetudinem, & quid in eo obſeruetur, ijdem teſtes dicunt pẽitus ignorare.

Minus ob. q; redderetur inutilis vox patroni, tũ quia vice verſa aliter interpretãdo medietas parochianorum redderetur, & ipſa inutilis. Tum etiam, quia hoc verum non eſt, nam præſentatus à patrõno erit præſentatus q; medietate, & tunc intrare poterit gratificatio ordinarij, & derogatio iuriſpatronatus pro medietate.

ROBVSTERII.

Reatin. iurispatronatus. Lunæ 10. Octobris. 1572.

SVMMARIVM.

1 *Patronus in dubio præsumitur ex priuilegio, & non dotatione, vel fundatione.*
2 *Possessio immemorabilis est necessaria ad constituendum iuspatronatus.*
3 *Confessio debet interpretari in fauorem confitentis, vt minus illi præiudicet, immo debet suppleri, & adiuuari ex præsumptionibus luris iuxta qualitates personarum.*

DECISIO CCCCIX.

TEnuerunt Domini, q; niſi Octauius probet immemorabilem poſſeſſionem cum qualitatib. requiſitis in c. 9. ſeſ. 25. Conc. Trid. in ea parte, in qua tractat de perſonis potentib. habentib. præſumptionem contra ſe, non conſtat de iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione, quia præſumitur, q; Illuſtr. D. Franciſcus Vrſinus, qui dicit ſe patronum, ſit dominus & patro-
1 nus eiuſdem loci, in quo conſiſtit beneficiũ. ideo † intrat ſuſpicio, q; ſit patronus ex priuilegio, vel alias, & non ex fundatione, vel dotatione, vt ex iuris diſpoſitione præſumitur, & in eo. ca. confirmatur. Merito intrat diſpoſitio illius cap. Non ob. plures pñtationes cum inſtitutionib. ac illarum effectu ſubſecuto ab anno 1522. quia iſta quinquagenaria poſſeſſio cum iſtis præſentationib. effe-
2 ctuatis, non ſufficit in iſtis Dominis loci, niſi † vltra illas ꝓbetur poſſeſſio immemorabilis, vt expreſſe ſtatuitur. in eo. c. 9. Non ob. conceſſio Card. Columnæ tunc Epiſcopi Reatin. de anno 1522. in inſtrumento inſtitutionum, in quo fatetur, q; pleniſſime ſibi conſtat de dicto iurepatronatus. Nam Dñi dixerunt, q; ſecundum regulas iuris,
3 † confeſſio debet interpretari in fauorem confitentis, & vt minus illi præiudicet, immo debet ſuppleri, & adiuuari ex præſumptionib. iuris iuxta qualitates perſonarum, & ſic potius eſt præſumendum, q; ſibi conſtiterit de iure patronatus ex priuilegio, ſeu conſuetudine, vel præſcriptione, quàm ex fundatione, vel dotatione.

Non ob. deciſ. Mohed. 153. quia loquitur in poſ. immemorabili, quæ facit, vt poſſeſſor poſſit allegare titulũ fundationis, & ſi ſit perſona ſuſpecta, quia illa præſumptio eſt fortior altera de vſurpatione: ſed confeſſio non inducit hunc effectum, immo contrarium, nam facit vt ſemper interpretari debeat pro confitente. Item hodie il la deciſ. eſt ſublata per d. c. 9. Si tamen probaretur immemorabilis cum iſtis præſentationib. effectuatis quinquaginta annorum, probatur ſufficienter, q; iuſpatronatus præſumatur ex fundatione, vel dotatione, pſertim, ſtãte cõfeſſione p̃dicta. Iõ videat, an adſit iſta immemorabilis.

BLANCHETTI.

Salamantin. parochialis. Lunæ vltima Ianuarij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio in præiudicium reuocantis statim sortitur effectum suum, sed quoad alios requiritur intimatio.*
2 *Mandatum superueniens negotio nondum expedito operatur ratificationem, secus in substitutione, quæ sit vigore mandati, quod tunc non erat.*

DECISIO CCCCX.

FVit per Dominos resolutum, examen esse nullum ex defectu mandati. Antonius enim fuit reuocatus & eius substituti. Didacus autem erat substitu
1 tus ab Antonio 19. Februarij. Vnde † in præiudicium ipsius reuocantis reuocatio immediatè fuit sortita effectum suum. Felyn. in c. ex parte Decani, nu. 19. de reſcri.

Nec ob. quod in reuocatione legitur, quòd notificetur Antonio reuocatio, quia intimatio erat necessaria, vt alijs posset præiudicare, idque de iure intrat, vnde expressum nihil operatur iuribus vulgarib. Nec potest huiusmodi examen validari ex substitutione per Ludouicum de Rybera facta, nam tunc temporis non erat pro-
2 curator. Licèt † enim mandatum superueniens negotio nondum expedito, operetur ratificationem, Fely. in cap. nonnulli. §. sunt & alij. col. 2. ante quartam ampliat. de reſcrip. tamen Ludouicus restringit substitutionem ad mandatum, quod asserit se habere, quod tunc temporis non habebat, ex quo non potest substitutio ex mandato superuenienti substineri. Iaſ. in l. exigẽdi. nu. 9. ver. & consuluit Rom. C. de procura.

Non ob. quod Vicarius admittendo Didacum videatur constituisse illum procuratorem ad hanc causam, quia sequeretur, quòd idemmet iudicis, & partis vices gessisset. Non ob. quòd ad instantiam Didaci comparuerit Andreas seu eius procurator, & eundem pariter citarent, quia hæc exceptio potest quandocunque opponi.

ALDOBRANDINI.

Salamantin. optionis. Veneris, 18. Maij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Optionis natura est, vt successiuè vnus post alium, prout quisque anterior est, optet.*
2 *Dictio, quilibet, est distributiua, & efficit vt vnus post aliũ ordine successiuo admittatur.*
3 *Canonicus quilibet si admittitur ad canonicatum vacantẽ*

ex concordia non distinguendo modum vacandi, ita pariter admittitur ad canonicatum per optionem vacatē.
4 *Canonico antiquiori quando prouideatur de dignitate, salua optione inter dignitates obtinentes.*
5 *Portionarij regulariter dicuntur non esse de capitulo.*
6 *Capituli appellatione soli canonici comprehenduntur.*
7 *Canonicus quilibet censetur habere facultatem optandi, nisi reperiatur expresse prohibitus.*
8 *Verba interpretari debent secundum subiectam materiam optionis, cui magis conueniunt.*
9 *Distinctio ordinum si non seruetur, ecclesiasticus ordo turbari videtur.*

DECISIO CCCCXI.

VAcante 9. Februarij, 1562. canonicatu in Ecclesia Salamantin. per obitum Petri Oldognez illū optauit Ferdinādus de Anguillem antiquior canonicus, cuius Ferdinandi canonicatum successiuè duo optarunt, nempe, Gundisaluus de Paz subsequens antiquior canonicus, & Antonius Axaq; antiquior Portionarius, prætendentes ambo onus optādi ad se pertinere.

Nam Innoc. octauus statuerat, quòd in d. Ecclesia ad dignitates assumerentur Canonici, ad canonicatus Portionarij, ad portiones clerici seruientes in ecclesia. Dein de fuerat inita quædam concordia inter capitulum, & Episcopū, confirmata à Nicolao Quinto de anno 1454. per quam in d. Ecclesia circa collationem beneficiorum introducuntur duo tumi, vnus Episcopi, & alter Capituli, vna enim vice conferre debet Episcopus, alia vice Capitulum, & in tumo capituli in 11. cap. d. concordiæ dicitur, quòd vacante canonicatu, cuius collatio, aut prouisio ad capitulum pertinuerit, possit canonicorum qui libet optare canonicatum illum, quod si plures concurrerint in optando præferatur qui fuerit antiquior, & de canonicatu per eum vacante prouideat capitulum antiquiori portionario. Sed qui sic optando canonicatum obtinuerit, non perdat iura antiquitatis suæ ac si in priori canonicatu maneret.

Vnde prætendebat portionarius, quòd vacante canonicatu, si vnus canonicus illū optasset, canonicatū dimissum p canonicū optātē nō posset alius canonicus optare, sed immediate antiquori portionario deberet: canonicus verò ptēdebat oēs canonicos successiue vnus post alium optare posse, & portionarium nō admittendū, nisi postq̄ vel oēs canonici optassent, vel optare noluissent. Et propterea dubitaui præsuppositis apostolis prædictæ cōcordiæ, ac instrumentis, & testibus pro parte vtriusque partis respectiue productis, & examinatis circa obseruātiā in optando canonicatum per D. Ferdinādum dimissum, an optare possit d. Gundisaluus de Pax canonicus, an verò facultas hæc optandi pertineat ad Antonium portionarium. Et pluries proposita causa, & plene discussa, tandem Domini 18. Maij. 1576. censuerunt ius optādi pertinere ad Gundisaluum canonicum, non autem ad portionarium.

1 Et primo moti fuerunt ex natura † optionis quæ est, vt successiue vnus post alium, vt quisque antiquior est, opter. ca. fi. de consue. in 6. Rot. decis. 61 de consue. Curt. consilio 126.

Secundò ex verbis prædicti 11. cap. concordiæ, in quo ad canonicatum vacantem vocatur quilibet canonicus,
2 quæ † dictio, quilibet, distributiua est, & efficit vt cum coniunctim ad vnum canonicatum admitti omnes non possint, vnus post alium ad canonicatum succedere per alium præcedentem dimissum, ordine successiuo secundum antiquiorem installationem admittatur. arg. corū quæ no. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & posthumis. Anchar. consil. vigesimo septimo, cum aliis allegatis.

Aut enim vacat canonicatus mediante optione, aut non vacat. Si vacat prout videtur innuere illa verba, sed qui sic optando canonicatum obtinuerit, non perdat iura antiquitatis suæ, ac si in priori canonicatu maneret, q̄ superflua viderentur. si mutaretur mediante portione solummodo præbenda, non autem canonicatus. Ergo
3 † cùm ad canonicatum vacantem ex concordia vocetur quilibet canonicus non distinguendo modum vacandi, vocabitur etiam quilibet canonicus ad canonicatū vacātem per optionem. gl. in c. cupientes. de elec. in 6. & in c. si propter. de reser. in 6. Franc. in c. susceptum. num. 3. de reseruat. in 6. & consequenter bene verificabūtur verba huius capituli. Aut non vacat, & tunc pariter verificabūtur verba concordiæ, quia licet mutetur pluries præbenda, tamen semper est idem canonicatus, quia vacat. & propterea bene verificabuntur illa verba, & de canonicatu per eum vacante prouideatur portionario antiquori. de canonicatu enim, qui primo vacabit, bene prouidetur antiquiori portionario, quia vt dictum est, ille solus semper vacat donec dicto portionario fiat prouisio.

Tertiò loco moti fuerunt Domini, maxime propter 10. & 6. cap. eiusdem concordiæ. cùm enim in 10. capitu. disponatur, quòd vacante dignitate de ea prouideatur antiquiori canonico, & in 12. statuatur, quòd vacante dignitate quilibet in dignitate cōstitutus optare possit, necesse est intelligere 10. c. quod † de dignitate prouideatur antiquiori canonico salua optione inter dignitates obtinentes. Ita debet intelligi, & hoc ca. salua eadem
4 optione inter canonicos. Maxime, quia hoc idem facien dum est in 14. cap. dum in eo disponitur, quòd vacante dignitate, cui sit annexus canonicatus, de eo prouideatur antiquiori portionario. Nam & hoc cap. à præcedentibus interpretationem recipit, vt intelligatur salua optione inter canonicos.

Quæ omnia etiam ex eo comprobant Domini, quia cū hęc concordia sit facta ad tollendas discordias tūc vigentes inter Episcopum, & capitulum circa collationē
5 beneficiorum, & cùm † portionarij regulariter non sint de capitulo, c. pe. & ibi gl. in verbo, assirios. de cler. nō resid. vbi Anto. de But. nu. 8. Abb. nu. 9. in fi. idē Abb. in c. 1. nu. 11. de elec. & in cap. cum dilecti. in 1. not. de maior. & obed. c. dilecti. vbi gl. 1. post prin. de excef. prælat. capituli
6 † namq; appellatione soli canonici comprehenduntur. Abb. in c. scriptum. nu. 4. de elec. Dec. in c. eam te. in 2. no. de reser. & fuit etiam dictum in illa Gerunden. anniuersariorum. 16. Ian. præsentis anni, coram R. P. D. de Grassis, non est verisimile, q̄ tunc canonici per d. cōcordiam voluerint sibi præiudicare, cum quæstio non esset inter ipsos, & portionarios, sed inter Capitulum & Episcopū.

Nec quicq̄ facit allegata obseruantia pro parte Antonij, quia non probatur, q̄ vnq̄ aliquis canonicus optare
7 volens fuerit prohibitus, qua † prohibitione cessante, nec possessio, nec status in istis facultatib. acquiri potest. Inno. in c. cum Ecclesia, nu. 5. de cau. pos. & propr. Cyn. in l. 1. col. 3. de ser. & aqu. & in l. 2. col. 5. in fi. C. quę sit lō. consue. Abb. in c. Abbate. nu. 10. de ver. sig. Franc. in c. significante. in 1. no. de appel. & in terminis nostris Franc. post Gem. in d. c. fi. nu. 1. & nu. 4. in fi. de consuet. in 6.

Sicut nil obstant illa verba, per eum vacante, in quib. totum fundamentum portionarij cōsistere videtur. Tū quia, vt dictum est, si non vacat canonicatus, cessare vī obiectum, tum & secundo, quia illa verba eam recipiūt interpretationem quam recipiunt alia cap. eiusdem concordiæ, vt intelligantur, salua optione, vt supra dictum fuit, maximè, quia hæc interpretatio proprie subiectæ materiæ

8 materiæ optionis conuenit, quo† casu verba impropriātur, & restringuntur, vt secundum subiectam materiam intelligantur. l. si stipulatus. ff. de vsur. l. si vno. la prima, ff. locat. Bal. in l. à procuratore. C. mand. Alex. consil. 60. numero 5. lib. 7. Soc. consi. 47. nu. 6. lib. 1. Aym. consil. 245. nu. 5. Rim. consil. 115. nu. 27. lib. 1. Et propterea, vt à materia subiecta interpretationem recipiat, intelligenda sunt, vel salua optione, vt dictum est, vel interpretanda, per eum vacante, idest per eum qui vltimo optauerit.

Quæ interpretatio fuit visa Dominis amplectenda etiam ratione absurditatis vitandæ, ne portionarij inferiores sint melioris conditionis canonicis superioribus,
9 cum ordo † Ecclesiasticus turbari videatur, si ordinum distinctio non seruetur. c. ad hæc. 89. dist. Non etiam obstant illa verba, quod si plures concurrerint in optando, præferatur antiquior canonicus. Quia id maxime naturæ optionis conuenit. Et potuerunt hæc verba apponi gratia tollendæ difficultatis.

SERAPHINI.

Salamantin. pensio. 150. ducatorū. Sabati, 23. Ianu. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua assertio est probanda per eum, qui in ea se fundat.*
2 *Verba, vt asseris, differunt à verbis, vt asseritur.*
3 *Verbum, forsan, nihil affirmare dicitur.*
4 *Reus in exceptionibus dicitur actor.*

DECISIO CCCCXII.

FVit resolutum, onus probandi quanta pensio ex ducatis 150. sit reseruata super fructib. thesauratiæ incumbere d. Francisco pēsionario in casu propo-
1 sito, ea potissimum ratione, quia † hæc est narratiua, & assertio eiusdem Francisci, ergo per eum est probanda, per vulg. c. primum, vbi Io. And. & alij. de lit. contest. li. 6. Rot. decis. 20. de præben. in nou. Ægid. decis. 303. Paris. cons. 49. nu. 31. in 4. Aym. consi. 68. nu. 2. cum sexcentis simili. Ad hoc ipsum ponderabant illa verba, vt asserebas, quæ important incumbere impetranti onus probādi talia asserta, vt per Cassad. decis. 4. num. 1. de prob. per
2 Rot. decis. 77. de rescrip. in antiquis. Verba † n. vt asseris parti referuntur, & hæc differunt à verbis, vt asseritur, Rot. decis. 60. eo. ti. Considerabant enim Domini, q̄ cùm tā sua ipsa pensio, quàm aliæ quæ medietatem fructuū nō excedere narrantur sub eisdem verbis, vt asserebas, pariformiter comprehendantur, qua ratione Frāciscus debet probare non excessum in alijs, quia cum nulla possit afferri ratio differentiæ inter vnum, & alterū casum, vna determinatio, & c. & est vulgatum, q̄ cū hæc recipiāt validitatem pensionis, probatio eorum spectat ad impetrantem, cùm maxime in effectu suo ipsa oratio generalis hunc ipsum casum, licèt non in specie, implicite tamen, & in genere omnino contineat.

Pro resolutione autem eorum, quæ exemplo dicūtur dicebant Domini, quòd nō exceptio in casu de quo agitur, non est exceptio Alphonsi si recte aduertatur, sed eius exceptio est ipsa pensio 150. ducatorū de qua agit, & eius existentia, quæ exceptio satis per eundem Alphonsum præsupponitur probata, vt in 3. & 4. præsuppositis. Igitur prædicta pensione ita cōstituta, & probata, intrat prædicta narratiua, & assertio Francisci, q̄ medietatem fructuum cum alijs non excedat per eundem Franciscū impetrantem probanda, & verificanda per supra dedu-
cta. Et placuit verbum, forsan, omnino referri ad verbū, assignatæ, cui est iunctum, nec posse salua ratione recti sermonis referri ad verbum, non excedebant. Et licèt exē plo dicatur, quòd prædictus Franciscus precise non nat
3 rauit de alia pensione, sed tantum dubitatiuè, & † p prę dictum verbum, forsan, quod nihil affirmat. l. in substitutione, cum ibi no. de vulg. & pup. Alc. consi. 25. nu. 10. lib. 1. tamen pro responsione dicitur, q̄ hanc ipsam pensionem confessus est, & asseruit, quatenus duret, non excedere medietatem, vt ex literis ipsis in vers. vt asserebas, ponderato, vt supra probatum est. Huiusmodi autem pē sionis existentiā allegauit Alphonsus reus pro exceptione, &
4 † hanc ipse probasse præsupponere videtur tanq̄ actor in hac exceptione, iuxta l. 1. & 2. de except. Vnde vt dixi intrat prædicta confessio seu assertio Francisci de eiusdem pensionis probatæ non excessu, quam probare debet per supradicta.

BLANCHETTI.

Placentin. Archidiaconatus. Ven. 15. Martij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Præferendus semper de iure communi est ille, qui est de gremio Ecclesiæ.*
2 *Qualitas principaliter à statuto considerata, illa est attendenda.*
3 *Prior in ordine prior etiam in electione præferendus.*
4 *Originarij canonici præferuntur canonico extraneo, ambo in eadem ecclesia existentibus.*

DECISIO CCCCXIII.

DOmini tenuerunt, q̄ in assequutione Archidiaconatus, de quo agitur, præferatur canonicus extraneus in ecclesia Placentin. originario non
1 canonico. De† iure cōmuni. n. semper, qui est de gremio Ecclesiæ cuicunque præferēdus venit. c. nullum. & c. obitum. vbi Turrecrem. & Præpos. 61. dist. gl. in c. cum inter canonicos. vbi Hos. de elect. Io. And. in c. ne pro defectu. eo. ti. cum alijs allegatis. Idq; optima ratione, quia ppēsior est erga Ecclesiam animus, & deuotio illius, qui in ea obtinet beneficiū, q̄ in illius qui nihil obtinet, quod quidem licet non sit ita de necessitate, vt in contrarium gesta veniant irritanda, tamē conuenit honestati, vt prædicti Doct. attestantur vna cum alijs adductis per scribētes pro Francisco Parsa, quorum allegationes Dominis placuerunt.

Ab hac autem iuris communis dispositione statutum non recedit: nam ad dignitates vocat canonicos, quibus nihil de canonicis instītutis obuiat, & in illis vllā aliam requirit qualitatem, & sic etiam ad Archidiaconatū de Tusillo expresse vocat canonicum, ex quo clare apparet, quòd statutum in mentem prius habuit canonicum, & per consequens qualitatem ecclesiæ.

Quod etiam cōsideratur in illis verbis, nec ad aliquā de dictis dignitatib. assumatur, quandiu in Ecclesia &c.
2 ex † quibus apparet, illam tanquam præcipuam fuisse cōsideratam à statuto, & illam esse seruandam. Rebuf. sup. pragm. sanct. tit. de colla. in verbo, baccalaureo quandiu
3 aderit magister. Quia † qui prior est in ordine, est in electione præferendus. gl. in c. Metropolitano. 63. dist. cum alijs per ipsum allegatis, præcipue cùm subnectat illam clausulam, his igitur circa collationes portionum, canonicatuum, dignitatum, & personatuum secundum æquitatis canonicæ modum taliter ordinatis, ex qua constat,

quòd

quòd æquitati canonicæ voluit conformari, quæ est, ꝙ præferatur existens de gremio alteri de illo non existenti, vt supra dictum fuit.

Non obstant adducta in contrarium. Et Primò allegationibus iuris optime fuit respõsum à scribentibus pro Parra. Procedunt enim illę, vbi cõcurrerent originarius, & extraneus non existens de gremio Ecclesiæ.

Quò verò ad considerationes circa statutum, dum vult, quòd ad vacantes portiones assumantur seruitores chori de ciuitate, vel diocesi, in hoc non discrepat à iure communi, quia agitur de beneficando personam in Ecclesia. Secundò non potest argui ab ista clausula ad clausulam, nec ad aliquam de dignitatibus, quia in ista dicit quandiu in Ecclesia reperiretur idoneus, in illa verò dicit de ciuitate, vel diocesi. Nec quicquam facit clausula,
4 iusta modum, & ordinem prælibatum, quia † intelligitur, quòd ad existentibus in Ecclesia præferantur canonici originarij canonico extraneo, siue seruitor chori de ciuitate, vel diocesi præferatur seruitori chori extraneo, & ita procedit, & intelligitur decisio facta octaua Ianuarij anni præteriti. Tunc enim capitulum informabat pro interesse suo.

BLANCHETTI.

In eadem causa. Mercurij. 30. Octobris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Filius regulariter sequitur originem patris, non autem matris. contrarium vide nu. 3.*
2 *Filij iura patriæ amittunt, vbi auus alibi constituit domicilium.*
3 *Consuetudines quod filius sequatur originem patris, non matris, sunt speciales.*

DECISIO CCCCXIIII.

FVit resolutum tempore vacationis Archidiaconatus, de quo agitur, Doctorem Salinas nõ fuisse dotatum qualitatibus requisitis à statuto fundamẽtali Ecclesiæ Placẽtin. ita vt debuisset præferri Francisco Parrę, statutum enim requirit oriundum ex ciuitate, vel dioce. Placentin. Salinas autem non potest dici talis, tum
1 † quia filius regulariter sequitur originem patris, non matris. l. assumptio. §. filius. vbi Alberi. ff. ad munic. de incolis, & præcipue ad consequendum honores. Bar. in l. fi. §. ijdem rescripserunt, nu. 7. ff. eod. tum quia auia recessit à dioceſi Placentin. & constituit domicilium in dio-
2 cesi Conchen. quo † casu iura patriæ filij amittunt, vt fuit decisum in illa Legionẽ. coram R. P. D. meo de Grassis, & tradit Alc. in l. prouinciales. ff. de verb. ob. Non obstant consuetudines Placent. Burgen. & Callagur. dioc.
3 Quia † cum prædictæ consuetudines sint contra ius cõmune, ꝙ filius sequatur originem paternam, nõ maternam, non excedunt fines suos, & non porriguntur ad aliam dioceſim. Pau. de Castr. cons. 310. nu. 2. lib. 1. Rimin. consil. 9. nu. 27. lib. 1.

BLANCHETTI.

Tuden. beneficij. Lunæ, 7. Octobris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Citatio nimis vaga ratione locorum, est reijcienda.*
2 *Valoris verificatio dicitur esse pars gratiæ.*
3 *Recusans simpliciter comparere non venit amplius citandus.*
4 *Iudici si pars dat licentiam faciendi prout sibi placuerit, non est amplius necessaria citatio.*

DECISIO CCCCXV.

FVit resolutum, examini testium examinatorũ, extra locũ de la Guardia obstare defectum citationis, cùm † citatio, cuius copia data fuit, sit nimis
1 vaga ratione locorum, quæ ratio cessat in testib. examinatis in d. loco si qui sunt, cùm esset certũ in illo loco, ꝙ tenebatur comparere Roderinus. Abb. in c. fi. num. 6. de rescr. Nec hoc casu potest considerari talis contumacia ipsius, quæ operetur, vt amplius non esset necessaria citatio. cùm enim Roderinus non declinet indistincte iurisdictionem iudicis, sed dicat ipsum esse tantum iudicem eorum quæ committuntur in literis apostolicis, perinde est ac si recusasset iurisdictionem, nisi si & inquantũ de
2 iure teneatur. Cùm † autem verificatio valoris sit pars gratiæ, & istius articuli iudex erat Episcopus Tud. & in hoc iurisdictio eius reseruata censetur. Et ita non intrat limitatio, ꝙ recusans comparere amplius non venit citã-
3 dus late Gabriel. de citat. concluſ. 1. nu. 417. Quia † nõ est simplex recusatio. Dixerunt tñ. Domini particulariter vẽdendum, an ex illis verbis, dñatio sua faciat id quod sibi placuerit, detur talis licentia iudici, quę tollat defectũ citationis ad istud examen. Vbi † enim pars talem licentiã
4 dat iudici, non est necessaria amplius citatio ad illum actum. Bal. in l. si quando. nu. 5, & 6. C. de testib. Gabriel. vbi supra num. 346.

BLANCHETTI.

In eadem causa. Mercurij, 16. Octobris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Verba prolata ad vnum effectum non debent extendi ad alium contra mentem, & in damnum proferentis.*
2 *Citatio est de iure naturali, cui renunciari non potest.*

DECISIO CCCCXVI.

FVit resolutũ ex verbis illis, dñatio sua faciat, qđ sibi placuit, ꝓ Roderinũ prolatis, nõ esse datã talẽ licẽtiã iudici, vt potuerit ad examẽ procedere, ipso nõ citato. Si. n. attẽdatur mẽs proferentis, illa fuit, nõ solum non dare facultatẽ, sed omnino ꝓhibere examen, & ver
1 ba † prolata ad vnũ effectũ non debẽt extendi ad aliũ cõtra mentẽ, & in dãnũ proferentis. Aym. cõs. 21. Si verò attendantur verba, ex illis quãuis ꝓgnantib. nisi sint expꝛssa,
2 nõ censetur renũciatũ citationi, q̃ † est de iure naturali, sed his, quæ erant de iure positiuo. Rom. cons. 238. nu. 3. & Menoch. de arbitr. q. 13. nu. 4. Nec ẽt põt dici contumax, quia stante incertitudine citatio erat inutilis, & eò magis, cùm non haberet certũ locũ, prout fuit ꝓ suppositũ in prima positione, sed esset ad omnes villas loci de la Guardia, nõ autem in loco de la Guardia, & alijs locis.

BLANCHETTI.

In eadem causa. Veneris, 11. Aprilis. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Valor antequàm exprimatur, gratia perfecta non dicitur.*

Clausula,

2 *Clausula, cum facultate augendi, non operatur, vt verus valor habeatur pro expresso, sed est facultatiua. & decis. seq. nu. 1.*

DECISIO CCCCXVII.

DOmini pro maiori parte dixerũt bñficiũ vacasse per mortem resignantis, prout in fortiori casu fuit decisum in causa Sabinicen. Abbatiæ corã
1 bo. me. Oradino, 6. Ianu. 1570. Nam † cùm per regulam de valore verus valor debeat exprimi, donec exprimat, gratia non est perfecta, & sic ius remanet penes resignãtem, & præcipue cũ in hac supplicatione valor fuerit ab initio male expressus, quo casu donec augeatur, eadem mala expressio remanet, vt per Soc. in l. pecuniã. nu. 10. ff. si cer. pet. cum Dec. ibidem allegato per D. Bisciam.

2 Nec ob. clausula, cum facultate agendi, quia † nõ operatur, vt verus valor habeatur pro expresso, sed est facultatiua, vt si illum voluerit exprimere, possit, & si exprimat, gratia habeatur pro perfecta. cũ igitur Roderinus non fuerit vsus facultate, & conditioni non satisfecerit, ius nullum acquisiuit, & sic ius non fuit abdicatũ à Didaco, cùm resignans in fauorem nullum ius à se abdicet, nisi illud acquiratur resignatario.

Decisionibus in contrarium allegatis placuerunt responsiones D. Bisciæ, & dixerunt illis non obstantibus in allegata causa Sabinicen. contrarium fuisse decisum.

BLANCHETTI.

In eadem causa. Lunæ, 9. Maij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Facultas exprimendi verum valorem, non modo non operatur, vt expressus dicatur verus valor, sed præsupponit verum non expressum: est tamen in facultate exprimendi.*
2 *Resignatio si non est bona, ius non abdicatur à resignante: secus si est bona. nu. seq.*
3 *Gratia dicitur esse perfecta per solam supplicationem, & ius quæsitum resignatario, & abdicatum à resignante.*

DECISIO CCCCXVIII.

DOmini steterunt in decisis vndecima mensis prę teriti ex tunc allegatis. Clarũ est. n. ꝙ regula de valore vult, ꝙ verus valor exprimatur, quo non expresso gratia redditur nulla, & sic ius non abdicatur à
1 resignante: facultas † autem exprimendi verum valorem non modo non operatur, vt expressus dicatur verus valor, sed præsupponit verum non expressum: reponit tamen in facultate prouisi, vt ille exprimat in literis, ex quo gratia redditur conditionalis. l. 1. & 2. ff. de in diem adiec. Non obstant decis. allegatæ.

Prima enim decisio facta in causa Conchin. coram Thanis, vt ipsemet compilauit in suis decisionib. nu. 39.
2 expresse dicit, † quod si resignatio non est bona, ius non abdicatur à resignante. Et idem etiam declarat Mohed. 327. Aliæ decisiones procedunt, qñ. in supplicatione est facta expressio veri valoris, & in literis male exprimitur, tũc. n. quia per solam supplicationem gra est perfecta, &
3 ius est quæsitum resignatario, ius † est abdicatum à resignante: secus est, vbi ius non est quæsitum resignatario, & gratia habet implicitum statum nullitatis: eo. n. casu ius non abdicatur à resignante, sed status ipsius resignationis pendet, vt si exprimatur in literis verus valor, ius quæratur resignatario: si malus, cùm & literæ, & supplicatio laborent eodem morbo, ius remanet penes resignantem. c. si tibi absenti. de præben. in 6. vbi collatio beneficij facta absenti, donec illi consentiat, operatur tantum, ne ordinarius alteri conferre possit, non autem tribuit ius ante acceptationem.

BLANCHETTI.

In eadem causa. Ven. 13. Iunij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio non inducitur per malam expressionem valoris in resignatione.*
2 *Papa non censetur manum apponere super beneficio, in quo verus valor non exprimitur, nisi ad effectum, vt resignatio sequatur.*

DECISIO CCCCXIX.

FVit resolutum, ꝙ beneficiũ huiusmodi nõ fuit taliter affectũ sedi apostolicę, ꝙ ordinarius de illo nõ
1 potuerit prouidere per obitũ resignantis. cũ †. n. regula de valore inducat tñ nullitatem gratiæ, in quo verus valor non exprimitur, non aũt vacationẽ bñficij, per expressionem malã valoris in resignatione nõ inducitur reseruatio. Abb. in c. inter dilectos. nu. 10. de excess.
2 præla. Cassad. de vnio. nu. 10. & 11. Cùm † Papa non censeatur apposuisse manũ super hoc beneficio, nisi ad effectum, vt resignatio sequatur. Gem. cõsi. 136. prope fi. qua non secuta, ius nulliter fuit abdicatum à resignante, & beneficium remansit penes ipsum, & non vacauit. Non ob. Sarnen. in reg. de infirm. q. 33. quia non applicatur huic casui. Nam resignans hic simpliciter non resignauit, sed in fauorem, vt fuit resolutum. Secũdò, casus Sarnen. est, quando is, qui resignauit, in curia decessit intra 20. dies: hic autem versamur extra hunc casum, & placuerunt Dominis deducta per D. Bisciam.

GRASSI.

Legionen. Capellaniæ. Lunæ, 29. Octobris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio iuris est, quòd quis præsumatur habitare in ciuitate, ex qua est ortus.*
2 *Dictio, vicinus, in Hispanijs importat originarium.*
3 *Dictio, incola, intelligitur de originarijs, & ciuibus.*

DECISIO CCCCXX.

DOmini erant in vtraque parte dubij pro Gaspare. Et quoad primum caput dicebãt probari, ꝙ Bernardinus sit originarius loci de Mansilla, & quod ibi exercuit officium, ꝓsertim secundus, tertius, & quartus maxime, quia secũdus, & vltimus deponũt ẽt de patre Bernardini, ꝙ ibi habitauit, & fuit ibi scriba. Vnde
1 videtur intrare præsumptio iuris, quòd † quis præsumatur habitare in ciuitate, ex qua est ortus. fuit originale dictum Bar. in l. is potest, nu. 17. de acquir. hær. Corn. cons. 46. nu. 16. Et quãuis Alciatus regula secunda, præsump. 15. videatur dubitare de hoc, tamẽ opi. Bar. videtur sequi simpliciter Ias. in §. rursus, sub nume. quinto, de action. qui dicit hanc fuisse opin. Dy. sequitur etiam Balb. in tracta. de præscript. prima parte, quartæ part. in quæstio.

nona, vbi allegat Corn. sequitur etiam Guid. Pap. de præsump. nume. 18.

Et secundum aliquos Dominos consideratio Alciati non videtur obstare, quia si præsumitur quis in ciuitate vnde est, ergo etiam præsumitur esse ex ciuitate in qua degit. tantò magis, quia testes appellant, vicinum, quæ
2 † dictio in illis partibus illud importat, quòd originarius, vt duo Domini mei Hyspani, & q̃ in Ispanijs fuerũt, testati sunt, quo sit vt præsumatur originarius, quia videmus similiter, quòd si quis se vocat de Perusio, præsumatur Perusinus originarius, vt per Rimin. consil. 427.
3 numero sexagesimoquarto, libro tertio. Et † quod illa dictio, incola, intelligatur de originarijs, & ciuibus etiam apparet, quia omnes testes, qui sunt de illo loco, appellantur incolæ. & tertius dicit in fine, quòd filius Bernardini fuit communiter reputatus inter incolas, quod debet exponi, ideſt ciuis, & originarius illius loci, nec enim alius sensus conuenit secundum Dominos.

Quoad secundum caput licèt res non ita clara videretur, tamen pro maiori parte ex pluribus simul iunctis, fuit tentum probari, quòd Gaspar fuit natus viuente Bernardino auo, & aliqui Domini dicebant facile conijci posse ex eius aspectu iunctis dictis aliquorum testium. Nam tertius testis ait Bernardinum obijsse iam sunt 10. vel 12. anni, quod si est verum, non est dubium, Gasparem fuisse natum eo viuo, qui ex facie non solum 12. sed longe vltra 25. excedit. Addendo quartum testem Petrum Ferdinandez, qui examinatus de anno 1571. dicit, quòd ipse testis est ætatis, 38. annorum, & quòd cognouit Bernardinũ per spatium 10. annorum ante eius obitum, & iste ætatis non potest excedere Gasparem in 10. annis ex eius aspectu. Quæ multum videbantur cõfirmari ex literis ordinarij presbyteratus ipsius Gasparis sub data de anno 1563. quo tempore debebat haberi saltem 25. anno, & hodie ex eadem supputatione haberet 38. annos. Vnde maxime videbatur verisimile Dominis, quòd sine dubio Gaspar fuerit natus ante obitum Bernardini per multos annos.

BLANCHETTI.

Legionen. parochialis. Lunæ, 7. Octobris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Tempus quadrimestre datum patronis laycis ad præsentandum, incipit à die scientiæ, non autem vacationis.*
2 *Terminus certus vbicunque à lege præfigitur, necesse est, vt præcedat notitia: aliàs negligentia dari non potest.*
3 *Patrono impedito currit tempus, vbi ipsum ius præsentandi est in controuersia inter ipsos patronos: secus si agatur iudicium inter præsentatos super idoneitate.*

DECISIO CCCCXXI.

DOmini in decisione propositi dubij, an ex lapsu tẽporis collatio beneficij, de quo agitur, sit deuoluta ad sedem apostolicam, illius difficultatẽ restrinxerunt, an à die notitiæ, vel potius vacationis curr
1 rat tempus patrono ad præsentandum. Et † concordes fuerunt, quòd quadrimestre datum patronis laicis ad præsentandum. c. vnico, §. 1. de iurepatro. in 6. incipiat à die scientiæ, non autem vacationis. pro qua plures vrgẽt auctoritates, veluti Hostien. Ægid. Ioan. And. in cap. 2. de supplen. neglig. prælat. Bero. in cap. quacunque, nume. 4. & cap. quoniam, numero 40. de iurepatrona. Rebuf. de deuolut. numero decimo, in fine. Simonet. de iurepatro. quæstio. 35. & hanc amplexa fuit Rota in vna Barchinonen. sancti Antonij coram Peregrino de anno 1553. vel 54. Quæ auctoritates vltra allegatas pro Alphonso maximi fuerunt ponderis apud Dominos, nec ab hac opi-
2 nione discrepat Abb. in consilio 28. libro 2. in fi. Et † pro illa videtur esse ratio, quòd vbicunque à lege præfigitur certus terminus, necesse est, vt procedat notitia, cum sine illa negligentia dari non possit. Barto. in l. genero, numero 6. ff. de his qui no. infa. Abb. in cap. nos quidem. & ibi Couar. de testamen.

Non ob. decis. Rot. 38. in antiquis alias prima de iurepatro. quæ allegat clemen. 6. de concess. præben. quia fundatur super vera & præsumpta scientia expectantis.

Minus etiam obstat ratio Lamber. folio 117. in nou.
3 videlicet, quòd † sicut patrono impedito currit tempus, ita & ignoranti, quia non procedit hæc regula in omnibus casibus, sed tantum si duo patroni simul controuertant ius ipsum præsentandi, quod est fauore Ecclesiæ, vt studio conseruandi ius suum citius liti finem imponant, & ne ecclesia careat pastore, qui minori tẽporis spatio fieri poterit: secus autem si iudicium agatur inter præsentatos super idoneitate, vel cum Episcopo super libertate beneficij. Abb. in c. quoniam. nume. 6. & 7. de iurepatro. vbi etiam Bero. nu. 43. & idem Abb. in ca. cum Papæ, nu. 2. eo. ti.

Nec refragatur, quòd iuspatronatus sit mera gratia, quia gratia hæc est conuersa in ius commune. Goffred. in sum. ti. de iurepatro. nume. 12. Et gratia nemo priuari debet absque culpa. Et hæc exceptio allegari potest per Alphõsum, cùm ex ea inducatur validitas sui tituli. Cassad. de excep. decis. 2.

LANCELLOTTI.

Barchinonen. præceptoriarum. Die 10. Ian. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta per tertium lite pendente inter alios dicitur intrusa.*
Et tantò magis, quando tertius habet causam ab eo, contra quem lis est mota.
Immo q̃, magis, cùm verba mandati, super quo lis pendet, diriguntur ad omnes alios, ad quos de iure pertinere potest.
2 *Possessio non perditur in præiudicium domini per mortem illius qui nomine ipsius domini possidebat.*
3 *Actus possessorius per 30. annos est sufficiens ad iustificationem mandati de manutenendo.*
4 *Dolus, & culpa non debet ei prodesse, qui est eius inuentor.*
5 *Citatio inualida ob aliquem defectum, probata scientia de tali defectu, legitima redditur.*
6 *Dilatoriæ exceptiones debent peti, & allegari coram iudice à quo.*

DECISIO CCCCXXII.

PRoposita causa Barchinonen. præceptoriarum, an sententia A. C. sit iusta, vel iniusta ita, quòd sit danda absolutio, vel potius sit procedendum ad execu-
1 tionem? Domini resoluerunt, mandatum de manutenendo concessum ab A. C. die 30. Martij. 1576. quãuis relaxatum, 12. Maij ad fauorẽ D. Bernardini de Palatios gñalis ordinis sancti Antonij, afficere ipsum D. Michaelẽ. Quia † cũ lis penderet corã eodẽ A. C. de anno 1574. inter d. D. Generalem, & D. Priorem sancti Ioannis Cathaloniæ, possessio capta per Dominum Michaelem est intrusa.

intrusa. vt per Crescent. 142. & 217. Ægi. decis. 709. Maximè cum d. D. Michael de Alenter habeat causam ab eo, cõtra quem lis mota fuit, & aduersus quem fuit peritũ mandatum de manutenendo. s. contra ordinem sancti Ioannis, & eius nomine aduersus D. Priorem, ex Bar. in l. creditores. nu. 23. C. de pignor. & bene resoluit Anto. de
6 But. in c. quia G. nu. 13. de iud. cum alijs adductis per D. Vincentium pro parte D. Generalis, maxime cum verba mandati dirigantur non solum prędicto priori Generali, sed omnibus alijs, ad quos pertinere &c. in fauorẽ D. Præceptoris generalis, tam respectu conferendi dictas præceptorias, & possessionem ipsarum, ac ius exigendi eleemosynas, & super alijs de quibus in d. mandato.

Moti etiam fuerunt Domini, quia possessio capta vltima Martij per D. Michaelem seu verius per procuratores ipsius est turbatiua, & intrusa, cũ possessio dictarum præceptoriarum sancti Antonij Barchinen. & Ceruara esset penes ordinem sancti Antonij, nec vnquàm potuit dici vacans, licet Ioãnes de Sassorera vltimus illarũ possessor nomine religionis decesserit 30. Martij, & sic per vnum diem ante occupationẽ factam per procuratores
2 D. Michaelis: nam † isti religiosi manuales hñtes istas p̃ceptorias, nunq̃ dũr eas possidere, sed ordo ipse est qui possidet, vt per Rebuf. de pacif. possess. num. 329. & bene deducit in terminis Achil. decis. 446. alias 111. de re iud. Ex quo Domini inferebant duo.

Primum q̃ possessio capta per fratrem Franciscũ 12. Aprilis veluti nominatũ à Vicario subrogato in locũ D. Bernardini de Palatios generalis, fuit legitima, cũ ordo sancti Antonij sit in possessione dictarum præceptoriarum, vt testes dicunt, & ex instris constat de iurisdictione, & dotatione dictarũ præceptoriarum, & testes dñr, Ioãnẽ de Sassorera vltimũ possessorẽ habuisse, & possessisse noĩe dictę religionis, vt professum eiusdẽ ordinis fe
3 re per 30. annos, qui † solus actus, qñ adesset sine alijs, est sufficiens ad iustificationem mandati de manutenendo. vt in c. querelam. de elect. & c. consultationib. de iurepatro. gl. no. in ca. si verò. eo. ti. vbi Panor. Dec. consil. 129. & 149. Rip. in c. cũ ecclesia, nu. 91. de cau. pos. & propr. Couar. pract. q. c. 14. nu. 2. ver. tertiũ immo. vbi alios citat.

Secundò inferebant Domini, q̃ facta per D. Gerardũ de Alenter & alijs nomine dicti Michaelis die 13. Aprilis fuerunt turbatiua possessionis legitimæ q̃stæ per Io. Franciscũ. non. n. fuit cõtinuatio alicuius possessionis, cũ nulla fuerit realis D. Michaeli q̃sita possessio, sed tãtũ fuit instrãlis, & veluti de p̃ceptorijs ordinis sancti Sepulchri vniti ordini sancti Ioannis, & sniã lata ad fauorem Frãciscí Porcitę de dictis p̃ceptorijs afficit D. Michaelẽ, veluti turbantem ordinem sancti Antonij in possessione pacifica obtenta & possessio eiusdem Dom. Michaelis nõ est in consideratione ex supra deductis, neq; vigore defectus citationis põt irritari, quia fuit facta modo
4 quo fieri potuit, scilicet, ad valuas Ecclesiæ cathedralis ac in dictis præceptorijs Barchinonen. & de Ceruara, & † licèt non contingeret officia diuina celebrari tpe affixionis, cum fuerit ex culpa D. Michaelis, Dñi dicebant non debere ei prodesse. arg. ca. quia frustra. de vsur. cum alijs vulgar. maxime, quia D. Honofrius de Alenter frater, & procurator D. Michaelis habuit notitiam de dictis citationibus, vt constat de actu facto per ipsum die 30. Ianuarij, vbi fatetur habere notitiam de ipsis in requisitione facta notario, & responsione eiusdem. Ex quo
5 † quando aliquis adesset, defectus ob quem citatio esset inualida, probata tali scientia, citatio legitima redditur, vt voluit Roman. consilio 410. Marsil. in rubric. de probat. numero 371. Ruin. consilio sexagesimoprimo, numero 33. & consilio 117. numero sexto, libro quinto, per tex. iuncta glo. in clemen. causam. de electio. & Rota sępe numero seruat inchoando litem cum procuratore generali absque eo, quod principalis citetur.

Quæ dicuntur de dilationibus dandis procuratori generali ad dubium consulendum, & quòd non debeat
6 exire prouinciam, Domini † dicebant, quòd hæc debuerant saltem allegari coram iudice, à quo emanauit sententia, casu quo esset in aliqua consideratione. arg. l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit. l. si quis ex aliena. ff. de iudic. c. dilectus. de procurat. c. cum dilecti. de dolo & contuma. cum alijs.

Censuræ etiam sunt iustè latæ in personas Ioannis, Francisci, Hieronimi, & aliorum, quia ipsis fuit intimatum mandatum, & in curia reproductum, & seruati termini substantiales, qui non paruerunt realiter, sed verbotenus petendo terminum iuris, & copiam, quæ fuit eis tradita. Quæ Dominis non placebant, cùm constat de ipsorum contrauentione, cum Ioannes Xibandi sit collector eleemosinarum, & Franciscus de Remolonis interuertent possessionem fratris Francisci captam 12. Aprilis, irruendo in eos qui aderant nomine sancti Antonij, & Hieronimus sit depositarius. & D. Michael sit detentor certorum bonorum, & cuiusdam capsæ eleemosinarum. Vnde quousque pareant tanquàm filijs inobedientiæ, Domini denegarunt absolutionem à dictis censuris.

LANCELLOTTI.

In eadem causa. Die 17. Febru. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Possessio sola sufficit ad obtinendum mandatum de manutenendo.*
2 *Titulus ex possessione præsumitur, cum de eo incidenter quæratur.*
3 *Actor, an reus quis sit, initium causæ inspiciendum est, ex communi.*
4 *Possessio ea dicitur intrusa, vbi reperitur alius ante possidere.*

DECISIO CCCCXXIII.

PRoposita causa super eisdem, Dñi tenuerunt, dãdã esse declaratoriã, & moderandã inhibitionem ad fauorẽ D. Bernardini de Palatios. Nõ obstãtib. deductis pro parte Dñi Michaelis. Nã q̃ D. Bernardinus sit gñalis, satis fuit probatum ex testibus in hac causa exa-
1 minatis, qui deponunt de eius possessione, quod † sufficit ad effectum, & in casu, de quo agitur, arg. tex. in c. querelam. de elec. & in c. consultationib. de iurepatr. decis. 1. de rest. spol. in nou. & ex tradit. à Couar. pract. q. c. 14. nu. 2.
2 Cũ †. n. de hoc incidẽter quæratur, nõ oportet disputare de titulo, qui ex possessione prę̃sumitur, arg. eorum, q̃ de dñio tradit Bar. in l. quidã in suo. nu. 4. ff. de inst. & subst. Dec. consil. 221. nu. 4. Crauet. consil. 151. nu. 6. Ceph. consil. 63. nu. 13. li. 1. Menoch. de recup. possess. remed. 11. nu. 30.

Minus Domini dicebãt obstare illud, q̃ non potuerit instituí iudicium per D. Gñalis cũ Priore Cathaloniæ. Nam cũ D. Gñalis egerit corã A. C. remedio l. diffamari. C. de ingen. & manumiss. cõmittendo cãm iactationis, & molestationis, ipse D. Prior dẽ obtinere partes actoris, p̃-
3 ceptor verò gñalis vices rei. nã † ad iudicandũ, an quis sit actor vel reus, principium causæ inspicitur, nõ quod ex accidenti prior prouocet ad iudicium, vt per gl. in c. ex insinuatione. in glo. 3. de procurat. Dec. in ca. cum in-

ter, num. 14. de excep. idem in c. ex literis. num. 7. de proba. & in consil. 3. in fi. sicut initium cõtractus semper attenditur, & eius causa. l. si procuratorem. ff. manda. & in specie circa materiã. l. diffamari. tenet Pan. in c. si quis. in primo not. de for. competent. dicens, quòd debet attendi origo causæ naturalis, non quod accidentaliter contingit. l. qui habebat. ff. de tutel. & per multa fundamẽta hanc partem tuetur Alex. consi. 103. volum. 5. & Couar. var. resol. libro 1. cap. 18. num. 5. & hanc dicit veriorem, & communem Gregor. Lup. ad ll. Hispaniæ partitarum. l. 46. ti. secundo, par. 3. in verb. al Iuez del lugar. & Rota passim seruat. Ex quo Domini firmabant possessionem captam per D. Michaelem vltima Martij esse intrusam, & bene applicari decis. Crescẽ. 142. & 217. & Ægi. 709. citatę in decisione per Dominos 13. Ianu. 1578. & alia tunc deducta.

Minus etiam obstat illud, quod alias dicebatur, quòd si religio possidet, quod non potuit Franciscus agere nomine proprio. Nam dicebant Domini, quòd cùm Franciscus habeat titulum & bonum ius harum præceptoriarum ab habente potestatem, licèt egerit nomine proprio, videtur agere nomine ecclesiæ: vt est decis. in termi nis prima de rest. spol. in nou. Et hic sumus in fortioribus terminis: nam ibi Domini præsupponebant, quòd agens non possidebat, sed tantum habebat titulum, & bonum ius: hic autem Franciscus habuit possessionem legitimam captam, 11. Aprilis, cum possessio D. Michae-
4 lis fuit intrusa; vt † Domini dixerunt alias in ista causa, existente possessione penes ordinem sancti Antonij, vt per Felyn. in cap. constitutus, num. decimooctauo, de rescri. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune, numero 25. de acquiren. possessio. Paris. consil. 24. numero 26. libro primo, & fuit tentum in terminis. 12. Iunij, anno 1573. coram D. Decano in causa Senen. pontis Arrigi.

Quòd præceptoriæ huiusmodi sint manuales, vel ne, parum refert, stante pro vero prout Domini alias dixerunt, quod possessio nunquàm potuit dici vacans, cum sit penes religionem.

ROBVSTERII.

Legionen. Zamoren. pensionis. Die 10. Octobris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus dispensatus super clericatu, non indiget alia dispensatione super illegitimitate.*
2 *Pensio est quodam ius temporale separatum, & formale de per se distinctum ab ipso beneficio. & nu. seq.*
3 *Præbenda est eadem cum beneficio, sed pensio est diuersa, & separata.*

DECISIO CCCCXXV.

NIhil resolutum. difficultatem facit, quia illegitimus secundum opinionem, quam tenet Rota, non est inhabilis ad obtinendum pensionẽ, nisi ratione clericatus, ex quo illegitimus non potest esse cle
1 ricus. Ideo cùm † sit dispensatus super clericatu, non indiget alia dispensatione super illegitimitate, & hanc opinionem, vt dixi, seruat Rot. vt per Sarnen. in regu. de annal. q. 21. in fi.

Quò verò ad aliam inhabilitatem ex eo, quòd sit reseruata super beneficio paterno, videbatur aliquibus, q
2 non esset considerabilis, quia † pensio est quoddam ius temporale separatum, & formale de per se distinctũ ab ipso beneficio. Achil. decis. 6. de liti. incl. lite penden. Vn-
de non intrat, quod dicitur, quòd incapax totius sit etiã incapax partis, quia pensio non est pars beneficij, sed ius quoddam formale de per se.

Nec minus, quod dicitur de præbenda, quæ de patre
3 in filium non potest transire, quia † præbenda est eadẽ, sed pensio est quædam diuersa, & separata.

LANCELLOTTI.

Roman. domorum. Lunæ, 3. Iunij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Bona expresse alienari prohibita non comprehenduntur in generali obligatione bonorum. & quare. nu. seq.*
2 *Bona, quę verisimiliter est, quemquam non fuisse in specie obligaturum, non comprehenduntur in generali obligatione bonorum.*
Quod procedit etiam si obligatio sit concepta per verba vniuersalia, nu. 3. ex communi.
Item etiam quando ageretur de præiudicio ipsius alienantis. nume. 4.
5 *Bona emphyteutica non dicuntur venire in generali obligatione, nisi de illis sit facta mentio.*
6 *Bona emphyteutica possunt pignorari, & veniunt sub generali hypotheca. ex communi. & quare nu. seq.*
Fallit, vt nume. 8.
7 *Translatio bonorum non fit per pignus, sed remanent in bonis pignorantis.*
8 *Alienationis appellatione lato sumpto vocabulo venit etiam pignus.*
9 *Bona alienari prohibita veniunt in generali obligatione, quando obligans non haberet alia bona, quàm alienari prohibita.*
10 *Actori alleganti seu fundanti se in negatiua, incumbit onus probandi.*

DECISIO CCCCXXVI.

DOmini pro resolutione præsentis dubitationis firmarunt infrascriptas iuris conclusiones.

1 Prima, quòd † in generali obligatione bonorum non cõprehenduntur bona expresse alienari prohibita sub pœna, iuxta doctr. Bar. in l. codicillis. §. instituto. nu. 5. de leg. secundo, quem ibi sequitur Imo. in fi. Alex. in l. si constante, numero 26. solut. matrim. & in consilio 41. nume. 1. volum. 6. & alij relati per Negusant. in tract. de pignor. par. 2. membr. 2. nume. quadragesimo secundo, Lup. in cap. per vestras. fol. 170. colum. prima, numero 3. Grat. resp. 54. in princip. volum. secundo, Gabriel. de regu. iur. concluf. 12. nu. duodecimo, Marsil. sing. 314.

2 nume. 2. ratio † est, quia in obligatione generali non cõtinentur bona, quæ verisimile est, quemquam in specie non fuisse obligaturum. iux. l. obligatione generali. de pigno. prout non est verisimile, q quis voluerit obligare bona sua, per quã obligationem illa deuoluantur. Et
3 † hæc conclusio procedit, ẽt si obligatio sit cõcepta per verba vniuersalia. vt no. Bar. in d. §. instituto. nu. 5. cuius opinio est cõmunis, vt late deducit Cagnol. in l. si. nume. 255. C. de pact. Negus. in d. 2. membr. nu. 37. Soc. in l. si is qui ducenta. §. vtrum, nume. 4. de reb. dub. Pinel. in rub. C. de rebus cred. par. prima, nume. 47. qui etiam inquit, quòd est vetior opinio, quam ibi comprobat p plures rationes, & latius cæteris tenet add. ad Marsil. not. 136. Curt. iun. consil. 26. numero 8. versicu. præterea. Gabriel. d. concluf. 12. numero 38. in quibus locis reprobant dicti Doct. consi. Dec. 30. Et † hæc opinio procedit
4 absque

absque difficultate, quando ageretur de præiudicio ipsius obligantis, vt deducit Curt. iun. in d. versicu. præterea. Grat. d. consil. 54. nume. decimoseptimo. Nec intrat consi. Iaf. 124. numero 4. libro secundo, quia in casu suo aderant alia verba, quàm vniuersalia, videlicet, quòd bona illa haberentur pro descriptis, & confirmatis.

Secunda est conclusio secundum aliquos ex Dominis, quòd in generali obligatione tunc dicuntur venire
5 bona emphyteutica, quando † de illis facta est mentio, puta quia obligata sunt omnia bona etiam emphyteutica, secundum Gozadin. consi. 20. in fi. Gabriel. in d. concluf. 12. numero decimonono, & late per Bero. consilio 127. nume. 12. volum. 1. vbi inquit ita intelligendos esse eos Doct. qui simpliciter dicunt sub generali obligatione venire emphyteutica.

Tertia est conclusio, quòd bona emphyteutica ve-
6 niunt sub generali hypotheca, quia † possunt pignorari, iuxta opin. glo. in l. fi. versicu. alijs. C. de iure emph. quę est communiter approbata, vt dicit ibi Salyce. col. 3. versicu. quæro, an latius, & ibi Iaf. numero 78. Crot. in l. filiusfamilias. §. diui, numero 90. ff. de leg. primo, Iul. Clar. de emphyteusi. quæst. 18. Suarez de commun. opin. in versicu. emphyteusis, numero 104. Bero. consil. 127. numero primo, volum. primo, Grat. d. respons. 54. nume. 5. Gabriel. d. concluf. 12. numero 17. & 18. Negusant. in d. secundo membr. numero 28. versicu. sexto amplia. Affli.
7 decis. 191. Ratio † est, quia d. l. fi. non simpliciter prohibet alienationem, sed prohibet vendi ius emphyteuticarium, & illud in aliud transferri: per pignus autem non fit huiusmodi translatio, quia remanet in bonis pignorantis. l. pignus. C. de pignor. & illud non immutat causam dominij. l. sicut. §. ti debitor. quibus mod. pigno. &c. & ita declarat Salyc. in d. l. fina. & ibi Iaf. d. num. 82. Imo. in cap. potuit, nume. 15. ver. in ea gl. col. 7. de locat. Bero. nu. 94. Negus. d. membr. 2. nu. 29.

Quarta est conclusio limitatiua præcedentis, quòd
8 † quando prohibetur alienatio lato sumpto vocabulo, tunc censetur etiam hypotheca prohibita. glo. in l. fi. ver. vel hypothecam. C. de reb. alienan. vel non. Soc. consi. 75. col. 2. versi. sed his non obstantib. volum. 1. Negus. in d. 2. membr. nu. 31. & latius in 3. membr. nu. 71. Barb. in rub. de reb. eccle. non alienan. nu. 77. Rebuf. in tract. de rebus eccle. non alienan. in prin.

9 Quinta est conclusio, quòd † in generali obligatione veniunt bona alienari prohibita, quando obligans non haberet alia bona, quàm alienari prohibita, ne tunc redderetur frustratoria dicta obligatio. Gerard. sing. 35. Gabel. d. concluf. 12. nume. quarto, late Marsil. in rub. de fideius. quæst. 27.

Ex prædictis conclusionib. Domini inferebant ad decisionem dubij, quòd cùm istæ domus fuerint concessæ in emphyteusim Bernardino sub expresso pacto, q non possit illas quouis modo, & quouis quæsito colore alienare sine expressa licentia officialium societatis sancti Rocchi, aliàs quòd deuoluantur, &c. alienationis lato sumpto vocabulo appellatione est etiam prohibita illarum hypotheca, vt in quarta concluf. & propterea, vti bona prohibita sub pœna alienari, non veniunt in generali obligatione facta per D. Bernardinum, etiam si obligatio sit concepta per verba vniuersalia, vt in 1. cõclusione.

Præterea secundum aliquos Dominos domus etiã nõ comprehenduntur in d. obligatione, quia in ea non est facta mentio de bonis emphyteuticis, vt in secunda conclusione. An autem dictæ domus comprehendantur ex eo, quòd Bernardinus non habebat alia bona, vt in quin
10 ta conclusione, fuit dictum, † quòd actori alleganti seu fundanti se in hac negatiua incũbit onus illam probãdi. Ruin. consil. 49. nu. 4. vol. 5. Gabriel. de proba. concluf. 7. nu. 14. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 6. nu. 2. Nisi pro parte societatis adducerentur coniecturæ, quòd D. Bernardinus non haberet alia bona. Reseruarunt etiam Domini videndum esse, si ex coniecturis præcedentibus siue subsequentib. d. obligationem Bernardini, constare possit, quòd sua intentio fuerit obligare etiam istas domos emphyteuticas.

ALDOBRANDINI.

Pampilonen. parochialis de Arzaletta. Veneris, 21. Maij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Lusor redditur inhabilis ad beneficium curatum obtinendum, & alijs huiusmodi causis.*
Fallit, nisi recreationis gratia in conuiuio luderet. nu. 4.
2 *Clericus aleator est indignus, cui beneficium conferri debeat: & si est publicus, collatio est ipso iure nulla: si occultus, irritanda.*
Immo nec ratione consuetudinis est excusandus. nu. 3.
3 *Offensa in illis magis plectibilis est, per quos ad excusandas excusationes in culpis, delinquendi auctoritas vsurpatur.*
4 *Clerico licitum est recreationis gratia in conuiuio ludere.*
5 *Quantitas modica intelligitur secundum conditionem personarum.*
6 *Sacerdos relinquens missam ceptam sine præuentu patentis molestiæ, est excommunicatus.*
7 *Exactio importuna eleemosinæ est euitanda in missa.*
8 *Absolutio dari non potest à sacerdote sub conditione de futuro.*

DECISIO CCCCXXVI.

DOmini dixerunt, Gundisaluum inhabilem esse
1 ad huiusmodi beneficium curatum. Moti fuerunt, quia † testes probant ipsum esse lusorem. 2. 3. 9. 14. qui cùm non sit incola loci de Arozaletta, suppleat defectum, quoniam ex hoc possent pati reliqui existentes de illo loco. probant ẽt, q missa cepta, reliquit altare, & missam intermisit. primus sup quarto, secũdus ad 3. interrog. arti. addit, sextus ad quartum, septimus super tertio, octauus sup quarto, nonus 13. super quarto, 15. sup. primo, decimusnonus ad primum interrog. Probat similiter, q nolebat absoluere cõfitentes, nisi cũ cõditione, q sibi offerrent, vt probant omnes fere testes.

Quibus conclusionib. stantib. & cum presupposito, q agatur de ipso beneficiando, quia adhuc est in cõtrouersia, an præsentatio de ipso facta debeat admitti, cùm fuerit ab eius institutione appellatum, Domini habuerunt ipsum pro tali, cui beneficium curatum conferendum
2 non sit. Clericus † aleator indignus est, cui bñficiũ conferri debeat, & si est publicus, est ipso iure nulla collatio: si occultus, irritanda. c. inter dilectos, vbi Abb. & alij. de excess. prælat. Nec est ratione consuetudinis excusan-
3 dus, quia † in illis magis plectibilis est offensa, per quos ad excusandas excusationes in culpis, delinquendi auctoritas vsurpatur. d. c. inter dilectos.

4 Sicut non obstat, quòd † clerico licitum sit recreationis gratia in conuiuio ludere, vt tradit non minus per quàm maximè doctus Nauar. in enchir. capitu. decimonono, quòd saltem ad euitandum inhabilitatem, & repetitionem admittit contra Philipp. Abb. in d. capitu. inter dilectos, nume. 7. quia testes tollunt hanc difficultatem.

Secundus enim dicit, quòd est publicum, & notorium, quòd multũ ludit ad primeram, & alios ludos, & quod sibi in facie fuit dictum, quòd ludebat omnibus noctib. vsque ad diem, & quòd detraxerat filios, & scholares populi. Tertius Gundisaluus est lusor & ludit ad primerã, & alios ludos, & vidit eum ludere per plures, & diuersas vices ad primeram magnam quantitatem pecuniarum, & magna resta cum multis, & in pluribus domibus, & hoc est publicum, & notorium. & nonus solitus est ludere, & vidit eum ludere pluribus vicibus vsque ad quantitatem trium, vel quatuor ducatorum. Cùm enim testes dicant eum lusorem, & ludere ad primeram ac magnam quãtitatem pecuniarum, & in istis consumere noctes, hæc excedunt fines conuialis recreationis, & militare videntur plura tradita ab eodem Nauar. in d. cap. decimonono, & per Doct. in d. cap. inter dilectos. Modica enim † quantitas intelligitur secundum qualitatem
5 personarum, & talis, quòd eam faciliter quis donaret. Ange. in verbo, ludus, nume. quinto, & ibi Siluestr. numero quarto, in eorum summ. Immo etiam in ludis permissis non licet secundum græcam constitutionem C. de relig. & sumpt. fune. ludere, nisi solidum vnum, etiam quod quis vel maxime sit dives.

6 Sacerdos † etiam qui sine præuentu patentis molestiæ missam ceptam relinquit, est excommunicatus. capitu. nihil. vbi Archidiac. Turrecrem. & Præpos. Summ. Aste. de defect. in miss. in prima quæst. ca. nullus Episcopus. de consecra. dist. 1.

Et quæ pro ipsius excusatione deducuntur ob Episcopi excommunicationem latam in non offerentes, non obstant, quia de tali excõmunicatione nullibi in actis
9 constat, & † importuna potius visa fuit eleemosynæ exactio in missa euitanda, vt in Conc. Triden. sess. 22. in decr. de euitan. in miss. Minus ob. allegata dissimulatio. Quia immo nonus testis dicit, quod vltima Dominica mensis Augusti dimisit omnino missam ceptam, nec eã perfecit, cum quo videtur concordare decimustertius.

Absoluere etiam parochianos cum illa conditione, quòd offerent, non placet Dominis, quia sub conditio-
8 ne de futuro † absolutio dari posse non videtur. Tabien. in verbo, absolutio. numero 17. & quia non penitus nequit absolui.

Et quamuis hæc fortasse priuationem ipso iure non inducant, cùm tamen non agatur, vt dictum est, de Gun disaluo priuando, sed de eo instituendo, videtur Dominis alius quærendus, qui curam animarum, quæ est ars artium, melius exerceat, talis enim exempli parochum populo præficere Dominis non placet.

ALDOBRANDINI.

Abulen. canonicatus. Veneris, 27. Nouembris. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas quò temporis spatio extincta esse dicatur.*
2 *Beneficium non vacat, nisi per obitum obtinentis ius in re.*
3 *Extensio regulæ, de vacantibus per obitum familiarium Cardinalium etiam quod à familiaritate recesserint, intelligitur secundum terminos eiusdem regulæ.*
4 *Beneficium non vacat per obitum obtinentis ius ad rem ex causa de præterito.*
5 *Distinctio, quæ fit inter ius ad rem ex causa de præterito, & alia iura ad rem, quo casu procedat.*
6 *Regula de non publicandis quo casu locum non habeat.*
7 *Regressus concessio operatur restitutionem tituli, non autem translationem.*
8 *Clausulæ, tam vigore præsentium, quàm antiqui tituli, & in omnibus, & per omnia ac si non resignasset, quomodo intelligantur.*
9 *Regula de regressu non habet locum in regressu purificato post extinctam familiaritatem.*

DECISIO CCCCXXVII.

DOmini distinxerunt materiam in plures difficultates. Quarum Prima fuit, an Franciscus tempore quo factus fuit locus regressui, desijsset esse familiaris Illustris. Domini Cardinalis. In qua difficultate cum nihil certi in facto habeamus, nihil etiam certi
1 iuris statui potuit. Videbantur † tamen Domini sentire, quòd extincta fuerit familiaritas prædicta, si verum est, quòd D. Franciscus per 20. annos abfuerit.

Secunda fuit, præsupposito, quod eo tempore cessauerit familiaritas, (alioquin res careret omni dubitatione) an regula tertia habeat locum in iure ad rem, an in iure in rem tantummodo. Et Domini dixerunt habere locum in re propter verba clara ipsius regu. ibi, vacans
2 per obitum, cùm † beneficium non vacet, nisi per obitum obtinentis ius in re. capitu. si electio. de elect. in sexto. Bonifac. in clemen. prima, numero quadragesimoseptimo, vt lite penden. & rursus ibi, & in quibus, & restrictiuam inductam per illa verba, quoad beneficia, quæ priori familiaritate durante, dixerunt referendam esse ad vtrasque partem alternatiuæ de qua in extensione prædictæ regulæ. l. nam hoc iure. ff. de vulgar. & pupilla. vltra quòd & si referantur secundum intentionem informantium pro Illustrissimo Domin. Cardinali solum quoad vltimam partem prædictæ alternatiuæ, videlicet, quando familiaris transit in familiarem alterius Cardinalis, nihilominus non sequitur, quòd regula ha-
3 beat locum in iure ad rem. Cùm † enim ea loquatur in beneficio vacante per obitum familiarium Cardinalis, & deinde fiat extensio, vt procedat etiam quod à prædicta familiaritate recesserint, ista extensio intelligitur retentis terminis regulæ quoad beneficia vacantia per eorum obitum. l. sed si manente. ff. de precar. & in simili casu Aym. consil. 57. nume. 23. & ita videtur etiam tenere Sarnen. in hac regula, quæst. 24. Cassad. de priuil. decis. 5. numero octauo.

Nec ob. quòd regula secunda sit præambula, & præparatoria reg. tertiæ, quia licèt sit regula præparatoria quoad quid, cùm reseruet beneficia, non tamen est inducta ad effectum regulæ tertiæ tantum, ex quo facta fuit non solum intuitu collationis à Papa de consensu Cardinalium, sed etiam collationis ab ipso faciendæ. Tum quia in regula tertia reseruantur, & dignitates maiores post Pontificales, de quibus tamen nulla fit mentio in in regula secunda. Tum etiam, quia in beneficio vacante per obitum familiaris Cardinalis defuncti, quando talis familiaris non transierit in familiam alterius Cardinalis, vt supra, habet locum regula tertia. Tum etiam quia beneficium est reseruatum, nec tamen eidem locus esse potest. Nec fuit habita in consideratione decisio Fabij allegata, quæ est eadem cum decis. Achil. vltima super hac regula, quia diuersa erat quæstio illius à nostra.

Tertia huic succeffit difficultas, an saltem prædicta regula haberet locum in iure ad rem ex causa de præterito. In qua fuit etiam conclusum pro negatiua ex eisdem
4 rationibus, quia † per obitũ obtinẽtis tale ius, quamuis ex causa de præterito, non vacat beneficium. Et in hoc placebant

5 placebant decis. Put. allegatæ. illa enim † distinctio quæ fit inter ius ad rem ex causa de præterito, & alia iura ad rem, procedunt quo ad alios effectus, nẽpe, ad effectũ vt non veniant sub derogationibus, & ita loquitur decis. Cassad. allegata, non autem ad effectum quod beneficium censeatur per mortem obtinentis tale ius vacare, vel non, de quo nemo dubitat.

Sed quia informantes pro parte eiusdem Illustriss. D. Cardinalis contendebant, Franciscum stantibus tot tantisq, sibi in hoc beneficio reseruatis, titulum in beneficio, & sic ius in re retinuisse, non autem illum transtulisse. Quia illud, quod resignauit, videtur quoddã ius
6 ad eum simile accessui taliter, quòd † in eo non habet locum regula de publican. vt per Sarnen. in d. regula de public. q. 2. cum alijs pro hac parte allegatis. Propterea quarto loco dubitatum fuit, an hoc verum esset, & conclusum, in resignatarium transiuisse verum titulum, & veram proprietatem beneficij, quod etiam dicebant plures fuisse resolutum, & signanter 28. Iunij. 1558. in vna Hispalen. canonicatus, coram R. P. D. de Rubeis, quod esse verum demostrando dicebant ex verbis ipsius resignationis, in quibus canonicatus vacans per talem resignationem confertur. item quia conceditur regressus per cessum vel decessum. item quia est indubitatũ, quòd sumpto regressu, & stantibus reliquis reseruationibus si decessisset Bracamontes, beneficiũ vacasset per eius obitum taliter quòd conferri potuisset. Et lectura ipsius supplicationis videtur tollere hanc difficultatem.

Non obst. quod in hac resignatione non habeat locũ regula de publican. quia non est ex eo quod resignatarius non habeat proprietatem, sed quia cessat ratio regulæ, cùm nullus decipiatur, ex quo resignãs habet omnem administrationem.

Vltima remansit dubitatio circa clausulas expressas, cùm enim Papa concedat Francisco vt possit regredi ad ius suum in omnibus & per omnia, ac si resignasset, vi-
7 debatur † non translatus, sed redditus titulus Francisco, & consequenter illum recuperasse cum omnibus suis qualitatibus, cum quibus illum prius habebat. l. filio quem. ff. de libe. & posthum. vbi bene Pau. de Cast. nu. 4. & etiam ibi Ias. multa cumulat. Ruin. cons. 76. num. 5. lib. 5. ponderando maxime illa verba, in omnibus & per omnia, perinde ac si resignasset, vt per Ror. in antiq. decis. 290. Et hic intrabant omnia quæ de fictione translatiua dicebantur. In qua etiam dubitatione fuit conclusum contra Illustriss. D. Cardinalem, tum quia hæc omnia secundum Dominos videbantur cessare stante inhabilitate extremi à quo, cùm tẽpore quo factus fuit locus regressui, iam cessallet familiaritas in Francisco, & sic cũ res deuenisset ad eũ casum à quo incipere non poterat. Tum etiam, quia negari non potest, quin hæc primi tituli verificatio proficiscatur à noua gratia taliter, quòd facto loco regressui, requiritur noua acceptatio beneficij, quæ noua gratia rempore quo eius conditio putificata fuit, reperit Franciscum non familiarem: vnde sequitur, quòd Franciscus consequutus fuerit ius in re tempore quo desietat esse familiaris, & consequenter
8 cessat regula. Et propterea † Domini dicebant, clausulas illas, videlicet tam vigore præsentium quàm antiqui tituli, & in omnibus & per omnia ac si non resignasset, intelligendas esse ex tunc quando fit locus regressui.

Fuit etiam dictum per aliquos Dominos, quòd hæ clausulæ videntur solitæ in regressibus, & quodammodo accessoriæ, per decis. 3. Februarij, in causa Placentin. & consequenter cùm Rota iam resoluerit, regulam non
9 † habere locum in regressu purificato post extinctam familiaritatẽ, vt per Put. decis. alleg. cessat oĩs difficultas.

Addebant etiam aliqui, quòd cùm reseruatio insurgat ex regula 3. inducatur obligatio quædam respectu Papæ conferendi cum consensu Cardinalium, & cum per resignationem & recessum à familiaritate extincta fuerit illa obligatio, & Papæ remanserit liberatio, non potest non superueniente noua familiaritate intrare illa retractatio, quæ est ab aliquibus scribentibus decisa pro Illustriss. D. Cardinali. l. bonorum. ff. rem rat. haber. Quia tamen materia est multum exemplaris, & magna moles scripturarum data fuit Dominis, noluerunt in hoc aliquid firmare, sed dixerunt quod in sequenti Rota iterum proponerem, & admonerem agentes vtriusque partis, vt circa hoc insisterent si quid plus scribere volebant.

ALDOBRANDINI.

Burgen. decimarum de buxedo. Veneris, 23. Ianuarij. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia restituitur ex iusta causa aduersus præscriptionem quadragenariam.*
2 *Ignorantia iuris communis allegari non potest, secus si de iure speciali, vel ex priuilegio.*
3 *Læsio enormissima non consideratur respectu rei quæ præscribitur, sed respectu totius patrimonij.*
4 *Incorporatio seu erectio parochialis censetur facta sine præiudicio aliarum parochialium.*

DECISIO CCCCXXVIII.

DOmini dixerunt, fratres non esse restituendos, quia & si regula sit pro ecclesia quod ea restituatur aduersus præscriptionem etiam quadra-
1 genariam, hæc † tamen regula intelligitur subsistente iusta causa, quæ Dominis hic subesse non videbatur. Si enim monasterium prætendit restitutionem ex capite ignorantiæ, dicebant, quòd siue ius sibi competat ex priuilegio, siue ex dispositione iuris communis, ignorantia
2 ab eo allegari non potest, quia † quoad priuilegium illud in laudis antiquis, de quibus in præsuppositis, enunciatur, & super eo fuit pluries discussum: quo verò ad ius commune, notum est illius ignorantia prætendi & suffragari non posse. Si verò prætendit hanc restitutionẽ vti enormissimè læsum, dixerunt talem enormissimam læsionem non probari, ex quo ea non consideratur re-
3 spectu rei, quæ præscribitur, nam † eius respectu præscriptio semper lædit, sed habita consideratione ad totum patrimonium, vtputa quando dempta re præscripta parum aut nihil supereset ecclesiæ contra quam præscriptum fuit. Soc. cons. 266. nu. 24. cum seq. lib. 2. quã opin. solita est Rota sequi Ant. Aug. de restit. in integ. ex quo tollitur etiam illud fundamentum monasterij, dum prætendit habere incorporatam parochialem, ratione cuius prætendit de iure sibi decimas deberi. Quia & si hoc verum esset, intrat nihilominus præscriptio: nec docetur de causa, cur aduersus eam restitui debeat, ex quo vt dictum est, neque ignorantiam allegare potest, & læsio enormissima ab eo non probatur. Dixerũt tamen Domini, quòd viderem quoad parochialem, an probetur quòd vere sit parochialis, & an etiam probetur existentia illius, & quòd etiam esset incorporata monasterio de tempore illo antiquo, videlicet, ante annum 1394. Si enim non probatur de illo tempore ex alio ca-
4 pite cessauit difficultas, quia † hęc incorporatio, seu erectio

ctio semper censebitur facta sine præiudicio aliarum parochialium, quibus hæ decimæ, vel ex dispositione iuris communis, vel ex antiqua, aut concordia, aut consuetudine, vt monasterio debebantur. Et in omnem euentum dixerunt tolli hoc fundamentum ex prædicta responsione.

SERAPHINI.

Callaguritan. matrimonij. Lunæ, 26. Ianuarij. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non dissoluitur per denunciationem ne fieret.*
2 *Matrimonium clandestinum non annullat decretum Concilij Tridentini.*
3 *Concilium non publicatum in aliqua parochia non afficit illos de eadem parochia.*

DECISIO CCCCXXIX.

FVit resolutum, quòd circumscripto priori matrimonio satis cōstat de matrimonio inter Mariam de Mecado & Petrum per testes. 5. 7. & 9. qui de eo deponunt contracto per verba de præsenti. Nec obst.
1 quòd fuerit denunciatum ne fieret, quia † per hoc non dissoluitur. c. ex literis, de matr. contr. inter. Franc. Marc. decis. 710. 712. 713. lib. 2. Nec obst. concilij decretum, cùm interuenerint presbyter, testes, & licentia. Præterea † illud decretum non annullat matrimonium, vt
2 fuit decisum coram R. P. D. Gropperio, in vna Sauonen. matrimonij, 21. Aprilis, 1570. Præterea cùm non fuerit publicatum concil. de illo tempore in illa parochia,
3 † non afficit propter decretum publicationis in eodem appositum, quod per generale decretum Bullæ non est sublatum. Gozad. cons. 72. num. 10. Bart. in extrauag. ad reprimendum. §. non obstantibus, num. 9. & 10. & conuenit obseruantia pœnitentiariæ de dispensat. in 3. & 4. de ignoranter contracto in locis, in quibus non est publicatum concil. Ideo videndum erit, an prius matrimonium probetur.

SERAPHINI.

In eadem causa. Lunæ, 14. Decembris. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Verba, promitto me non accipere aliam vxorem, iuncta responsione mulieris consentientis important matrimonium. ex communi.*
Et eo magis, vbi concurrit tractatus, & alia similia. numero 2.
3 *Testes concordantes in substantia, licèt in forma discordent, probant.*
Fallit tamen, nisi testes se restrinxerint ad verba, dicendo illa fuisse expressa & formalia verba.
4 *Testis se referens ad id, quod in priori examine deposuerat, an probet.*

DECISIO CCCCXXX.

FVit resolutum sufficiēter probari matrimonium, de quo agitur, ex dicto duorum testium, nempe,
1 Martini Abbatis S. Petri, cùm † ex communi sententia Doctorum verba illa, promitto me non accipere aliam vxorem, &c. iuncta responsione mulieris consentientis important matrimonium de præsenti. Ioan. And. Card. Abb. Præpos. in c. ex parte, de sponsal. Ias. in l. actione, num. 4. de transact. & ibidem Dec. de communi Præpos. ibidem Alex. cons. 8. num. 4. Ioan. Bapt. Ferret. consil. 79. nu. 8. Couar. in epit. par. 2. cap. 4. §. 3. num. 6. quam opin. tenuit Rot. vt per Caputaq. decis. 63. lib. 3. & licèt multi per eundem Couar. allegati & ipsemmet teneant contrarium, tamen noluerunt Domini reddere à com-
2 muni sententia, maximè † in hoc casu, in quo plura concurrunt prout per informantes, & præsertim tractatus per eosdem testes probatus. Nat. qui alios cumulat consil. 250. num. 3. cum alijs.

Difficultas quæ exemplo fit in eo quod interrogati de verbis formalibus, non conueniant, visa fuit leuis ex rationibus aliàs considerati per Dominos in causa Bochomagen. coram D. Sarmiento, 15. Martij, 63. cùm isti
3 † testes concordent in substantia. iuxta cons. Gram. 50. num. 42. & 44. inter cons. ciuil.

Nam illa verba, promitto vobis, sunt apta comprehendere illam Mariam. & ista discordantia est modica, quando testes non se expresse restrinxerant ad verba, dicendo illa fuisse expressa & formalia verba. Corn. consil. 172. nu. 7. maximè cùm simus in causa matrimoniali, in qua consensus, nō autem verborum formalitas attenditur. Nec placuit obiectum quod exemplo fit contra hoc examen, ex eo quod se retulerint ad prius exa-
4 men, quia † sæpius Rota contrarium firmauit approbādo doctr. Bart. in l. eos, nu. 6. ad l. Cornel. de falsi. & Alex. & alij in l. legata inutiliter, de legat. primo. & in specie fuit firmatum coram me in vna Toletan. pensionis, 17. Nouembris, 1567.

SERAPHINI.

In eadem causa. Lunæ, 9. Aprilis. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Libellus criminalis debet in specie facere mentionē de anno, & mense, & alijs qualitatibus.*
Fallit in delicto successiuo. num. seq.
Item in leuibus delictis.
2 *Delictum successiuum non indiget specificatione anni, & mensis, & aliarum qualitatum.*
3 *Arbitrarium est iudici, an sit facienda specificatio diei in libello criminali, vel ne.*

DECISIO CCCCXXXI.

QVoad primum articulum Domini non curabant de alia maiori specificatione, quia satis explicatur dies, cùm dicatur, eo die quo iuit
1 Vallitoletum. Circa † quartum, & quintum desiderabant omnino specificationem anni & mēsis & aliarum qualitatum. iuxta mater. l. libellorum, de accusat. quia magnum crimen articulatur.

Quoad septimum de inebriatione non curabant de
2 maiori specificatione, quia † est delictum successiuum. Bart. in d. l. libellorum, num. 16. Alciat. in l. edita, nu. 29. C. de eden. & ibi Purpur. num. 52. Rom. cons. 191. nu. 8. Item quia leue videtur delictum, quo casu talis specificatio non requiritur. Alciat. vbi supra, & Purpurat. ibidem versic. sexto in leuibus. per doctrinam Barbat. in l. leuia. ff. de accusat.

Similiter quoad octauum non curabant de maiori specificatione, quia exprimitur mensis & annus, dies autem non est exprimendus. d. l. libellorum. & ibi Bart.

Et

3 Et † quamuis, quando pars petit istam specificationem, sit arbitrarium iudici, an sit facienda, Bart. in l. si quis reos, num. 10. de public. iud. Bosl. tit. de inquisit. nu. 92. Clar. in pract. crimin. q. 12. versic. dixi etiam, tamen cum simus in procuratore in curia, qui non potest ita esse informatus, & cum materia sit recens, Domini arbitrabātur sufficere hanc specificationem, vt fuit etiam dictum in vna Auximan. bonorum. Quoad nonum articulum continentē concubinatum, cum istud delictum necessario habeat tractum successiuum, existimabant sufficere articulatam specificationem, cùm sit specificatus mensis & annus. Quoad decimum de inimicitia non requiritur maior specificatio: sed si probatio non concludet, erit damnum articulantis. Circa vndecimum desiderabant maiorem specificationem: agitur enim de graui & turpi delicto, nempe lenocinio, &c. Et sic fuit dictum, quòd quartus, quintus & vndecimus melius specificentur, reliqui visi sunt satis clari.

BLANCHETTI.

Bononien. hæreditatis. Lunæ, 28. Maij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Mulier non potest relinquere plus secundo viro, quàm eius filiæ ex primo matrimonio. & num. 6.*
Fallit, si æqualiter relinquit. num. 8.
2 *Filij iniuria & damno affici non debent nouercalibus delinimentis.*
3 *Statutum potest derogare l. hac edictali. C. de secund. nupt. cum concordantibus.*
4 *Interpretatio in dubio facienda est, vt derogatum legi non censeatur.*
5 *Mulier lucratur dotem ab alio sibi datam, & reddi stipulatam.*
6 *Dispositio l. hac edictali. C. secund. nupt. non prohibet mulieri testamenti factionem.*
7 *Mulier non prohibetur relinquere plus filijs natis ex secundo matrimonio, quàm ex primo.*
8 *Statutum recipit interpretationem passiuam, vt mulier possit relinquere secundo viro, seruata æqualitate à iure decreta.*
9 *Amor maternus filiorum primi coniugij non debet deterioris effici conditionis ex noui coniugij blanditijs.*
10 *Statuta contrariari in duobus iuri communi si possunt, semper interpretanda sunt, vt in vno tantum aduersentur.*
11 *Recessus omnis à iure communi est odiosus.*
12 *Statutum potius debet interpretari superfluum, quàm quis indebitè damnum patiatur.*
13 *Verba apposita ad dirimendas difficultates, superflua dici non possunt.*
14 *Derogatio ad l. hac edictali. C. de secund. nupt. non potest inferri ex statuto loquente de præseruatione legitimæ.*

DECISIO CCCCXXXII.

CVm fuerit aliàs in rerum natura D. Diana de Putijs, quæ aliàs sibi cum dote à Ducissa Ferrariæ assignata scutorum 10000. contraxit matrimonium cum magnifico D. Antonio Amerino, ex eoque procreauit filiam fœminam nomine Lucretiam, postmodum mortuo d. primo marito contraxit matrimonium cum D. Francisco Capraria cum eadem dote, quam postea instituit hæredem vniuersalem prout in testamēto, cuius copia data fuit, relictis D. Lucretię eius filię, ex primo matrimonio tantum, scutis bis mille pro eo toto quod petere posset. Defuncta d. Diana, D. Lucretia filia non contenta legato præfato egit contra victricem remedio l. hac edictali. C. de secun. nup. D. Franciscus autē replicabat de statuto ciuitatis Bononię, sub titulo de dotibus restituendis, in §. item dicimus, il secondo, cuius tenor datus fuit, causa huiusmodi ad curiam deuoluta & mihi cōmissa, hodie 28. Maij, 1579. proposui in Rota dubium per partes concordatum. An Diana potuerit in eius testamento plus relinquere Francisco secundo viro, quàm Lucretiæ eius filiæ ex primo matrimonio, præsuppositis sanè factis, testamēto & statuto prædictis.

In cuius decisione patres statuerunt, Dianam nō potuisse plus relinquere secūdo viro, quàm filiæ ex primo
1 matrimonio. Clara † est enim pro hac parte iuris communis dispositio in l. hac edictali. & in l. pen. §. fin. C. de secun. nup. in §. optime, in Auth. de nupt. quibus si pater & mater contraueniant, Rota aliàs voluit quod filia cōsequeretur legitimam iure naturæ sibi debitam, & reliquum hæreditatis inter filiam & nouercam hæredē instituta diuideretur. Ioan. Pau. decis. prima. licet aliqui Domini voluerint, quòd relictum filiæ adiudicetur hæredi instituto & reliquum hæreditatis filiæ, Corn. consil. 118. lib. j. & alij in d. decisione allegati. Et optima quidem ratione hanc æqualitatem seruandā esse lex statuit,
2 ne † nouercalibus delinimentis filij iniuria & damno afficiantur. l. 4. ff. de inoffic. testam.

Sed quia præsentis controuersiæ fuit statutum, Domini illud non obstare dixerunt: iuris enim conclusiones infrascriptas claras admiserunt.

Quod † statuto potuit derogari l. hac edictali. & ꝙ derogatio requiritur expressa, vel saltem quod verba sta
4 tuti sint taliter concepta, vt compati nō possint cum ipsa lege, vt optimè Bero. q. 119. num. 5. Et † quod in dubio ea facienda sit interpretatio, vt illi derogatum non censeatur. Soc. iun. cons. 70. num. 2. lib. 2. vbi dicit quod fere omnes Doct. ita concludunt.

Ex quibus conclusionibus certissimum est secundā non applicari huic quæstioni, quia derogatio expressa non legitur in statuto, minus etiam constat de tali dispositione, quæ aduersetur l. hac edictali. Nam in §. item
5 dicimus. primo statuitur, quòd † mulier lucretur dotē sibi ab alio datam & reddi stipulatam. & hæc refragat l. si cum dotem. ff. soluto matrim. l. ex dote. C. de pact. cum alijs per D. Tiberium. Datur & eidem facultas testandi de huiusmodi dote & bonis, & hęc non repugnat
6 l. hac edictali, quia † testamenti factionem non prohibet. Additur etiam statutum, quòd mulier testari possit, etiam si sit in patria potestate, & in hoc derogat patriæ potestati, non autem d. legi, quæ solum prohibet, ne vxor in testamento quod facere potest ex bonis & dote sua, plus conferat secundo viro, quàm vni ex filijs primi matrimonij. Hoc enim solum sibi prohibitum reperi-
7 tur. & † ideo potest ipsa mulier condere testamētum, & plus relinquere filijs natis ex secundo matrimonio, quàm filijs primi. Aym. cons. 193. nu. 11. Dec. cons. 246. cum alijs allegatis in addit. dummodo plus non relinquat secūdo viro quàm filijs primi matrimonij. Ex quibus verbis cum non derogetur l. hac edictali, & necessaria derogatio non inferatur, debet statutum † recipere
8 interpretationem passiuam à iure communi. Alex. in l. j. §. lex Falcidia, num. 7. ff. ad l. Falcid. videlicet, vt testari possit in fauorem secundi mariti, seruata tamen æqualitate à iure decreta. argum. l. si quando. C. de inoffic. testam. & tradit inter recentiores Cephal. cons. 256. numero 20. cum seq. lib. 2.

Et ita iudicarunt Domini. primò, quia statuentes voluerunt,

luerunt, quòd per pactum de lucranda dote non possit nocere filijs primi matrimonij, vt supra in eo. statuto, vers. saluo. & nō datur ratio per quā voluerint illi id permittere, vt faciāt in testamento. si quis enim fauor publicus cōsiderati posset, is magis viget in primo casu: nam potuissent statuentes fauore matrimonij dare facultatē paciscendi, vt facilius inuitarentur ad contrahenda matrimonia cum viduis, qui fauor in muliere nupta cessare videtur. Immo cùm prospexerint filijs eo casu quo minus vigebat periculum, cùm maternus amor, illa nōdum in potestate mariti constituta, adhuc vigere præ-
9 sumi possit, non videtur dicendum, quod † ijsdem voluerint præiudicare tunc temporis, quando traducta ad domum viri secundi potuit ex noui coniugis blanditijs primorum filiorum deterior effici conditio. iuxta d.l.4. ff.de inoff.testam. ex quo inducēretur, quòd ipsi statuentes voluissent se corrigere, quod nō præsumitur. Alciat. in reg.2.præsump.præsump.28.

10 Secundò, quia † quando statuta possunt in duobus contrariari iuri communi, semper interpretanda sunt, vt in vno tantum aduersentur. Rom.cons.199.num.6. statutum autem hoc derogat in duobus iuri communi, vt supra dictum fuit, non debet ergo ad tertium casum extendi, vt in fere simili statuto tradit Soc.cons.110. nume.3.lib.3. sequeretur enim quod statuentes vno & eodem cōtractu voluerint patri iura patriæ potestatis dotanti ius ex stipulatione & dotē reddi proueniens, & filijs ius successionis adimere, quorum fauore cum eisdē legitimam reseruet, non sunt verba superiora ambiguè
11 concepta in eorum odium retorquenda, odiosus † enim est omnis recessus à iure communi, vt idem Rom.consil.448.num.2.

Tertiò, cùm statuto caueatur, quòd marito reseruetur pars quam lucrari debet secundum formam statuti, apparet quod non disponit quando vxor secundum virum hæredem instituisset. casus igitur iste tanquàm omissus remanet sub dispositione iuris communis.

Non obstant allegata pro D.Francisco, quæ cùm conclusiones iuris per ipsos allegatæ fuerint receptę, ad vnicum fundamentum reduci posse videntur, videlicet quod derogatio existentiæ filiorum in clausula, non obstante quòd talis mulier, &c. & præseruatio legitimæ filijs in alia clausula, dum tamen ipsis liberis, &c. essent superflua.

Quia respondetur primò, quòd potius ferendum est
12 † aliqua verba nō solum, sed etiam totum statutum esse superfluum, ne quis indebitè damnum patiatur. glos.& Doct.in l.fin. §.in computatione. vbi Pau.de Cast. ff.de iure deliber.& de communi vltra allegatos per scribenter pro D.Lucretia testatur Dec.cons.37. num.70.vers. præterea.& plures congerit Ruin.in l.Gallus.§.si filiam, num.178.ff.de liber.& posthum.

Secundò tollebant difficultatem, quia potuisset dubitari, an mulier ab alio dotata, qui sibi dotem reddi stipulatus fuisset, vel filiafamilias potuisset testari etiam quod habuisset filios ex quocunque matrimonio, ideo statuentes qui hanc testamenti factionem concesserunt tali mulieri, voluerunt tollere hanc difficultatem, vt ēt si liberos habeat, possit condere testamentum, & ita ver-
13 ba non stant ociosè, quæ † cum ad diuimendas difficultates apponantur, superflua dici non possunt. l.j. §.ego puto.ff.de ædil.edic.l.non solent.ff.de reg.iur.

Quo verò ad alia verba, dum tamen idem, aliqui ex Dominis dixerunt, quòd apposita fuerint ad maiorem declarationem, & ita præsumendum esse, nam cū.s. statuentes decreuissent, quòd inter filios primorum matrimoniorum & vltimum virum dos æqualiter diuideretur, potuisset probabiliter dubitari, an muliere decedente testata dos esset diuidenda, & statuentes voluerūt quod sufficiat filijs relinquere legitimam, & marito portionem statutariam, & hoc fortè fieri potuit, quia quando mulier habet alia bona vltra dotem, etiam virtute huius statuti, tenetur de illis relinquere legitimā filijs, vt in illis verbis, legitima totius dotis, & eius augumenti, & aliorum bonorum, marito autem præseruatur tantum lucrum partis dotis, & eius augumenti. quare nimirum si eo casu quo mulier habet alia bona prēter dotalia, statutum voluit vt ex dote plus relinquere cogatur marito, quàm filijs præcedentium matrimoniorū, cùm is nihil consequi possit in alijs bonis vxoris non dotalibus, in quibus filij habent ius legitimæ.

Alij autem sentierunt, præseruationem legitimæ nō intelligi tantum de portione debita iure naturæ, sed ēt de debita ex dispositione iuris positiui, ex eo quod statutum non simpliciter loquitur secundum formam iuris, sed immediatè annectit formam statutorum. & in om-
14 nem † euentum omnes in eo conuenerunt, quod ex hac clausula non potest inferri derogatio ad l. hac edictali. Nam cùm ius ascēdentium non fuerit reseruatum ad effectum derogandi d.legi, idem erit dicendum de iure filiorum & descēdentium, cùm sint positi in eadem oratione, & conceptione verborum.

ALDOBRANDINI.

Roman. donationis de Massis. Mercurij, 27.Martij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Conditio voluntaria dicitur ea, quæ non est necessaria.*
2 *Conditio voluntaria debet adimpleri in forma specifica.*
Etiam quòd matrimonio contrahendo adiciatur. num.3.
4 *Conditio voluntaria habetur pro impleta, quando stat per eum, cuius interest, conditionem non adimpleri.*
Fallit tamen, quando in euentum non purificationis conditionis est facta particularis prouisio.
Item fallit, quando apposita fuit conditio pendens à voluntate contrahentis.num.5.
Hanc sublimita, nisi adsint verba importātia arbitrium boni viri.
Item fallit, nisi constet de mente, quòd conditio verè adimpleatur.num.6.
7 *Ratio mentiua non inspicitur in conditionibus voluntarijs.*
8 *Argumentum, si disponens fuisset interrogatus, ita respondisset, quo casu non procedat.*

DECISIO CCCCXXXIII.

DOmini concluserunt, fratres donatores nō posse cogi ad præstandum consensum, nec conditionem propterea habendam esse pro adimpleta, quia huiusmodi conditio cum nō esset necessaria ad huiusmodi donationes, nec ad effectum, quòd donata
1 bona donatarijs quæri possent, † remansit merè voluntaria, Bart.in l.Gallus.§.& quid si tantum, col.j. ff.de lib.
2 & posthum. quæ † voluntaria conditio debet adimpleri in forma specifica. l.qui hæredi. l.Mœuius. ff.de condit.& demonst. Bar.in d.l.Gallus.§.& quid si tantum, col.j. vbi Bal.& Imo.col.2. versic.in eadem glos. Castr.num.7. Ias. num.27.& 28. Soc.latissimè in l.j. col.14. versic.octauo notabiliter. ff.de vulg.& pupil.& cons.259.col.2.num.3. vers. aliquādo & secundo, lib.2.& ita ruditer sunt adimplendæ, prout conceptæ sunt & formaliter & specificè & verba

verba sonant. Ana.post cons.Tig.22.nu.3. Soc.iun.consil.102.num.36.& 37. lib.j. & cons.180. num.41.lib.2.
3 quæ † conditio hoc casu tenet, etiam quòd matrimonio contrahendo adijciatur, quia non tractatur de pœna vel damno, sed de lucro, vt per Felyn. in cap.j. numero 15.de sponsal. Aym.post alios ab ipso relatos, consil.8.num.primo.

Non obst. quòd quando stat per eum, cuius interest conditionem non adimpleri, huiusmodi conditio habe
4 tur pro impleta. Quia † id non procedit, quando in euētum non purificationis conditionis est facta particularis prouisio, vbi dicitur, sinautem ad fauorem eorū qui vxorem de consensu omnium fratrum & matris duxerint. Cuma.cons.38.Dec.in l.j. sub num.1.C.de instit.&
5 substit. Item † non procedit quando fuit apposita condi tio pendens à voluntate contrahentis, vt fuit factum in hoc casu, vt per Alex.& Ias.in l.centesimis.§.j.ff.de verb. oblig. Dec. in l. iure ciuili, in fi.ff.de reg.iur. quod bene fieri potuit. l.cum ab eo. §.j. & ibi glos. ff.de contrahen. empt. Et licèt hæc limitatio sublimitetur, vt non procedat, quando huiusmodi conditio fuit adiecta per verba importantia arbitrium boni viri, tamen talis sublimitatio hic non applicatur, quia nullum adest verbum im-
6 portans arbitrium boni viri. Non † procedit etiā quando constat de mente, quòd illa conditio verè adimpleatur, vt constat in hoc casu. Dec.in d.l.iure ciuili, num.2. ff.de reg.iur.

Non obstant authoritates in contrarium allegatæ, quia omnes procedunt in dispositione statuti, non in contractibus sub conditione voluntaria celebratis, quę est adimplenda, vt dictum est in forma specifica. In qui-
7 bus † voluntarijs conditionibus non inspicimus rationem mentiuam. Soc.in l.j.num.18. in princ.versic.& ad
8 istas rationes.ff.de vulg.& pupil. Et hoc † casu non procedit argumētum, si disponens fuisset interrogatus, ita respondisset, nec potest extendi etiam ad casum similē. Dec.cons.89.col.pen.nu.3. allegatus in cōtrarium. Curt. iun.cons.176.num.4.cum seq.lib.3.

RVBEI.

Bononiensis de Solimeis. Veneris, 8.Martij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Notarius non cogitur habere notos contrahentes ante cōfectionem instrumenti, sed sufficit quælibet notitia ex assertione ipsorum se esse tales.*
Immo nec etiam testes.num.seq.
2 *Testes non coguntur cognoscere testatorem ante actum testandi, sed sufficit cognitio illa, quæ habetur per aspectum ipsius testatoris in ipso actu testandi.*

DECISIO CCCCXXXIIII.

IN causa Bononien.de Solimeis dubitatum fuit, an de iure requiratur, & sit necesse, quòd notarius & testes cognoscant testatorem, ita quod aliàs testamētum in scriptis conditum sit nullum. Et die Veneris prima præsentis mensis Martij, 1577. proposui causam, & quoad difficultatem de notario, Domini fuerunt con-
1 cordes, quòd non sit necesse, notarium † habere notos contrahentes ante confectionem instrumenti, sed satis esse, quòd habeat notitiam eo modo quo potest, videndo personas ipsorum asserentium se esse tales. Bald. in rub. C.de fide instrum.num.10. & seq. Ruin.cons.189. num.17.volum.j.

Quo verò ad testes non potuit capi resolutio propter diuersitatem opinionum. Et quia nonnulli ex Dominis non viderant causam, & ideo die Veneris 8.eiusdē, iterum proposita causa, fuit tentum etiam respectu testiū
2 non esse necessarium, quòd † ante actum testandi testes debeant cognoscere ipsum testatorem, sed sufficere, ad hoc vt testamentum substineatur, cognitionem illā quę resultat per aspectum ipsius testatoris in ipso actu testandi, quia tex.in l.si non speciali. C.de testam. aliud non requirit, & sicut expressit de alijs solemnitatibus, ita ēt expressisset de ista. Et pro fundamento decisionis placue runt Dominis authoritates & rationes adductæ per informantes pro Bernardino, in eorum informationibus & memorialibus, & fuit allegata doctr.Bart. in l.2. §.item Labeo, num.4.ff. de aqua plu.arcen. vbi loquitur de cognitione per visum.

Non obstant authoritates allegatæ in contrarium. Signor.Ias. Bero. & Ferd.Vasq. quia quoad hoc loquuntur sine lege. Vnde erubescimus cū sine lege loquimur. l.illam. C.de collat.

Similiter rationibus fundatis super suspitione fraudis, quæ potest committi in suppositione personæ, bene fuit responsum per informantes pro Bernardino, quorum responsio placuit Dominis. Et ita fuit conclusum per maiorem partem Dominorum.

BLANCHETTI.

Pampilonen.beneficij de Sos. Die Lunæ, 27.Octob. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Veritas in beneficialibus præualet opinioni, & sufficit rem ita se habere tempore quo iudex procedit, licèt existentiam ignoret.*
2 *Conditio existentiæ, & cognitionis, quæ sit.*
3 *Conditio de futuro non data certa scientia actus, substineri non debet.*
4 *Probationes arbitrariæ possunt suppleri, & dicuntur factæ in tempore etiam eo elapso.*
Fallit, nisi iudex ad eas se retulerit in sententia.

DECISIO CCCCXXXV.

FVit per Dominos resolutum, sententiā A.C. esse satis sufficienter iustificatam: licèt enim ex testibus examinatis pro verificatione Breuis excessus valoris beneficij scutorum 24. non esset probatus, prout fuit resolutum 17.Maij, 1577. tamen ex testibus examinatis in iudicio liquidationis satis iustificatur & probatur d.excessus. Non obst.doctrina Bart. in l.multum in-
1 teresse, num.4.ff.de condit.& demonst. quia † in beneficialibus veritas præualet opinioni, & sufficit rem ita se habere tempore quo iudex procedit, licèt existentiam ipse ignoret. Ægid.decis.359. Rot.in nou. decis.166. & in antiq.decis.171. Felyn.in c.sciscitatus, num.12. de rescrip.Rom.sing.13. Curt.iun.cons.63.num.11.

Non obstat, quod fuerit eidem conditionaliter attributa iurisdictio, quia † hæc est conditio existentiæ, non autem cognitionis. Card.in c.fin.in vltima glos.de præ-
2 sump.& ibi Felyn.num.33. Bal.in l.non dubium, nu.13. C.de legib. Et cùm sit expressa per verbum præsentis tēporis, & non futuri, non inducit propriè conditionem,
3 ita † vt non data certa scientia, actus substineri non debeat. l.cùm ad præsens.ff.si cer.pet. Præterea cùm iudici
4 † aliqualiter cōstiterit de eo excessu, & probationes sint arbitrariæ, possunt suppleri, & dicuntur factæ in tem-

pore

pore etiam tempore elapso. argumento eorum quæ tradit Dec. in auth.si quis in aliquo. C.de eden. Præcipuè cùm ad illas iudex se non retulerit in sententia. Achil. de re iudic.decis.3.

Vltimò non obstat, quòd testes examinati in hoc iudicio liquidationis, non faciant fidem in negotio principali, quia cùm fuerint inducti ad probandum perceptionem fructuum, & liquidandos illos, necesse erat, ꝙ probarent valorem. Dixerunt tamen videndum, an constet quod fructus huius beneficij consistant in distributionibus quotidianis.

R V B E I.

Cremonensis pensionis. Mercurij, 27. Nouembris. 1577.

S V M M A R I V M.

1 *Probatio semiplena super valore quo casu sufficiat.*
2 *Gratia, perinde valere, tollit defectum dispensationis.*

D E C I S I O CCCCXXXVI.

DVbium fuit, an gratia sit sufficienter iustificata in casu, & ad effectum de quo agitur, in quo licèt informantes pro parte Illustriss. Cardinalis insisterunt tantum super defectu clericatus Hendimij, Domini tamen generaliter respondentes ad dub. die Mercurij, 27. Nouembris, 1577. sentiebãt, gratiam esse iustificatam ex depositionibus testium, quarum copia data fuit. Et in primis respectu valoris expressi quod nõ excedit ad summam 1500. ducat. auri de camera, secũdum communem æstimationem, probatur ex 6. 7. 9. & 11. teste, qui clarè super hoc & concludenter depo-
1 nunt, præsertim super primo articulo, cùm † sufficiat semiplena probatio. Ægid. decis. 683. Secundò verò quoad ætatem Hẽdimij, gratia est iustificata ex octauo teste à 24. interrog. vbi deponit se vidisse dẽ anno 1541. &c. & super tertio articulo, vbi deponit de publica voce & fama, & ex quarto teste à 25. interrogatorio, iũcto quinto teste super eodem 25. interrogatorio, & super tertio articulo, in quo etiam deponit de publica voce & fama. Similiter quod Iacobus Gadius esset Magister generalis ordinis Humiliatorũ, & quod Sebastianus de Ferrarijs esset præpositus ecclesiæ Cathedralis Cremonen. dixerunt Domini probatum esse ex testibus vltimo loco examinatis in curia, prout in copia quæ data fuit Dñis.

Postremò quoad clericatum Hendimij iustificatur
2 narratiua, stante gratia, perinde valere, † de qua in actis, quæ tollit defectum dispensationis factæ à Vicario Cremonen. in fauorem eiusdem.

Neque obstat consideratio informantium pro parte Illustriss. Cardinalis, quod in dicta gratia, perinde valere, dicatur quod fuerit prouisum vel prouideri concessum ipsi Hendimio, & tamen gratia resignationis huius præposituræ est longe post datam ipsius perinde valere, & per consequens narratiua illa videbatur falsa. Quoniam responderunt Domini præsumendum esse pro bona expeditione literarum quæ erant expeditæ sub data currenti, & per consequens narratiua, perinde valere, subsistineatur ex eo, quia potuit procedere alia supplicatio istius resignationis, prout in rei veritate apparebant hæc omnia ex originali supplicatione Dominis ostensa, absque eo quod sit necessarium illam apud acta producere. Super quibus tñ omnibus si Illustris. D. Card. voluerit particulariter audiri, dixerunt Dñi esse audiendum.

R O B V S T E R I I.

Albanen. solutionis debitorum aliàs donationis. Veneris, 23. & 30. Maij. 1578.

S V M M A R I V M.

1 *Traditio alteri facta, non præiudicat donationi, in qua adsit amplissima hypotheca.*
2 *Res donata ante donationem hypothecata, potest à creditoribus auocari donec eis fuerit satisfactum.*
Intellige tamen, vt num. 5.
3 *Portionis appellatione intelligitur de ea, quæ pleno iure ad aliquem spectat.*
4 *Res transit cum sua causa & onere suo.*
5 *Creditores non possunt auocare rem donatam, nisi comparuerint & probauerint fraudem donantis.*
6 *Fraus à se in donando commissa difficile est probare.*

D E C I S I O CCCCXXXVII.

PRincipaliter fuit actum de satisfactione debitorũ Dom. Christophori, in quo fuit constituta regula pro Illustrissimo D. Cardinali donatario, quòd regulariter ipse non teneatur ad satisfaciendum de bonis Albani creditoribus d.D. Christophori, nisi illi sint cũ hypotheca, & ante donationem factã, quia perfecta donatio conditionem non recipit, & alteri per alterũ non potest fieri iniqua conditio, & qui prior est in tempore potior est in iure. & tantò magis, cùm in donatione ad-
1 sit amplissima hypotheca, quo † casu traditio alteri facta non est quoad hoc alicuius momẽti. l. qui balneum. l. potior. ff. qui pot. in pigno. habeant. cum alijs per Gabriel. de empt. & vend. conclus. 2. nume. 36. ver. octauo limita. vnde cessant, quæ pro parte Do. Christophori dicuntur de traditione tam in facto, quàm in iure, vt hic bene per informantes D. Cardinalis.

Ad illa verò debita, quæ fuerunt contracta ante donationem cum hypotheca tali quæ capiat rem donatã, bene tenetur D. Cardinalis, licèt fuerit sibi postea facta donatio, & secuta sit traditio, quia vigore hyporhecæ anterioris posset à se auocari res donata pro obseruatione contractus præcẽdentis, quousque esset illi satisfactum de interesse, quod ascendit ad summam illius crediti an-
2 terioris, & † sic sequitur idem effectus. Oldra. cons. 154. num. 4. cum alijs per Tiraq. de retract. conuent. §. 3. glos. prima, nume. 4. & Anto. Gabriel. ibidem nume. 29. versi. tertio limita. Et isto respectu, hoc est, quoad anteriora creditа cum tali hypotheca, quę comprehendat Albanũ, bene intrat, quod dicitur pro parte D. Christophori, ꝙ in sequenti donatione, dum dicitur de portione sua ciui-
3 tatis Albani, est † intelligenda de illa portione sua, quæ pleno iure spectabat ad eum, vt post alios cumulat Aym. consil. 144. nume. 9. non autem de illa rata, quæ actione hypothecaria auferri poterat ab eo. l. omnes actiones. §.
4 non videtur. de reg. iur. res † enim transit cum causa, & onere suo. vt post Paul. & alios considerat Dec. in cã. Ecclesia sanctæ Mariæ. num. 53. ver. & pro ista opinione, de const. & in c. nouit. numero 13. in fi. vers. sed contra istã. de iudic. Ias. in l. qui Romæ. §. flauius. num. 14. de verbo. oblig. Non autem applicatur ista ratio ad debita postea contracta ex supra deductis. Immo, vt dicebant Domini, non reperitur iure cautum, vt si donans soluat debitum, possit agere contra donatarium rei particularis. &
5 † licèt quandoq; creditores possint auocare à donatario particulari rem donatam, vt post alios Abb. cons. 102.

num. 2.

num. 2. in fine, cum sequen. lib. secundo. Guid. Pap. decis. 105. Dec. cons. 237. num. 6. versic. sexto. tamen id videndum esset, si creditores comparerent & probarent fraudem donantis, & alia requisita, vt videntur præsuppone re Doct. citati. & tradit Rip. in c. cum M. Ferrarien. nu-
6 mero 160. cum sequen. Nam † difficile videbatur quibusdam quod Dominus Christophorus possit allegare fraudem in his à se commissam fuisse iuxta not. per Rotam in antiq. de testam. decis. 8. Vnus tamen ex Dominis tenebat, quòd nõ est necessaria probatio fraudis in ista reuocatoria à creditoribus intentata, de quo tamẽ cùm opus fuerit, agetur. An autem hic adsint debita præcedentia, aut sequentia sint cõtracta in extinctionem præcedentium, & actiones sint cessæ, & intrent supra deducta, esset ad partem videndum, præsuppositа clara serie facti, quia partes multa dicunt & fingunt, quæ non legũtur in scripturis datis, & præcipuè quoad domum doanæ, & creditum d. Lælij Vrsini, nam alia in pluribus bene euacuantur in memoriali Biscіæ. quoad collocationem dotis super grano, Domini dixerũt non esse facien dam super illo.

S E R A P H I N I.

Meliten. præcedentiæ. Veneris, 5. Decembris. 1578.

S V M M A R I V M.

1 *Actus factus præsentibus partibus præsumitur ritè & rectè factus.*
2 *Actus vnius non sufficit pro iustificatione consuetudinis.*
3 *Consuetudo non inducitur ex actuum varietate, nisi eorum certa & determinata causa probetur.*
4 *Sententia habens tractatum successiuum & continuatum, continuò dicitur grauare.*
5 *Præsumptio pro sententia potissimum oritur ex acquiescẽtia partis, quæ postea elidiтur ex contradictione.*
6 *Præsumptio iuris specialis non habet locum aduersus claram probationem sumpt. am ex iure communi.*
7 *Arbitrarium est iudici, an sententia sit de antiquo, vel ne.*
8 *Præsumptio, quæ oritur ex antiquitate, facile eliditur per contradictionem.*

D E C I S I O CCCCXXXVIII.

FVit dubitatum, an sententia lata de anno 1532. in fauorem venerabilis linguæ Aragoniæ esset iustificata, vel saltem pro ea esset præsumendum. Et quantum ad caput iustificationis, quia illud poterat intelligi dupliciter tam respectu rititudinis quàm respectu rectitudinis. Quantum ad rititudinem aliquibus ex Dominis placebat attenta dispositione capituli primi, de concil. & iudic. ponderando dicti capituli summariũ & rationem generaliter in eo positam, qđ facile pro riti-
1 tudine præsumi posset, maximè † cùm totum negotium gestum sit partibus præsentibus. ad not. per Innoc. in c. cùm in iure peritus, de offic. delegat. Rot. decis. 301. in nou. cum alijs cumulatis per Gabriel. de sent. conclus. 5. num. 16. Et licèt appellatum fuerit, tamen postea causa fuit deserta ob non prosecutionem appellationis. Sed respectu rectitudinis & iustitiæ d. sententiæ, Domini pro maiori parte censuerunt, snam non esse iustificatam, nã ex actis illius iudicij cùm nulla hic extent, nulla potest desumi iustificatio: ex ijs verò iuribus quæ producta fuerunt hic in curia per partes & quæ percutiunt tempus ante snam, non posse elici iustificationem sufficientem, cùm n. intentio prædictæ venerabilis linguæ sit probare alternatam præcedentiam. s. vt Pillerij, seu Baiuliui antiquiores præcedant recentioribus, vtique talis intentio ex actis productis non probatur, cùm nõ solum sit probandum aliquando Drapperium præcessisse Admiratũ, sed etiam quod ille Drapperius erat prius creatus Admirato. Et ideo Dominis non placebat id, qđ pro parte venerabilis linguę Aragonię in suis vltimis memorialibus petebatur, nempe vt separatim viderentur iura pro eius parte facientia, quia cùm sententia velit vt seruetur ordo antiquitatis, vtique ex prædictis iuribus nihil omnino colligi potest, quod præcedentiam hoc modo qualificatam probet. Nam licèt in facto aliàs per Dños firmiter dicatur, quod de anno 1475. adest quoddam ve-
2 stigium alternatæ præcedẽtiæ, tñ † quia est vnicus actus, non sufficit pro iustificatione cõsuetudinis prætensæ. ad not. per Bal. in rub. C. quæ sit long. consuet. in 2. q. Bart. in l. de quibus, pen. col. vers. quæro iuxta hoc, de legib. & cùm ex scripturis productis per venerabilem linguã Italiæ appareat de pluribus actibus in eius fauorem, vtique ex his quæ varię seruata leguntur, non inducitur consue-
3 tudo, nisi † huius varietatis certa & determinata causa probaretur. Bart. in l. 2. in prin. ff. mat. cum alijs deductis per Aym. cons. 95. num. 5. Dec. cons. 111. num. 12.

Quantum verò ad secundam dubij partem, an pro d. snia sit præsumendum, fuit similiter dictum, ꝙ quamuis reg. sit pro lingua Aragoniæ, ex his quæ tradit Gabr. tit. de sent. conclus. 5. per tot. tamen ex multis concurrẽtibus in casu, de quo agitur, non poterat locum habere huiusmodi præsumptio. & primò propter stylum Rotæ non habemus talem præsumptiuam iustificationẽ, nisi in sentẽtijs valde antiquis puta 100. annorum, & in quibus clara est obseruantia. Nec ob id, quod exemplo dicitur, hic non agi de executione d. snię, quia † cùm ha-
4 beat tractum successiuum & cõtinuatum, continuò grauat, & quotidie mandatur executioni, & si repelleremus linguam Italiæ, vtique sententiam exequeremur.

Secundò, cessare præsumptionem ex eo quod toties
5 fuit reclamatum & protestatum, vnde cùm † præsumptio, quæ facit pro sententia, potissimum oriatur ex acquiescentia partis, vt tradunt Doct. in c. quoniam contra, de probat. ea satis ex contradictione videtur elidi.

Tertiò consideratum fuit nullum casum accidisse in insula Melitæ post annum 1532. ex quo possit dici scripturas, per commissarios de ordine consilij visas, fuisse deperditas. & ideo præsumptio hæc non potest fundari in dictis scripturis, cùm iam eas partes exhibuerint hic in curia, quod si velimus eam fundare in eo, ꝙ testes potuerint deponere, vtique in immẽsum hæc præsumptio erit extendenda, & mirum quod in re tam graui, si fuissent examinati testes, quòd agentes pro venerabili lingua Aragoniæ non procurassent eorum dicta in scriptu ris redigi ad perpetuam rei probationem, cùm ex stabilimento hoc facere permissum sit.

Quartò non esse habendã rationẽ huius præsumptio nis ex eo, quòd in contrarium adest pro parte venerabilis linguæ Italiæ dispositio iuris cõis, & generalis præcedentiæ per alias linguas obseruatæ fm ordinem cap. j. de baiuliuis. ex quibus Rota aliàs resoluit, linguã Italiæ
6 habere fundatam intentionẽ, & † ideo non esse locũ præsumptioni iuris specialis aduersus claram probationẽ sumptam ex iure cõi. Bal. in c. ficut, in fi. de re iud. Imo. in l. si quis cũ aliter, col. fi. de verb. obl. cũ alijs cumulatis ꝑ Gabr. d. concl. 5. nu. 35. Neq; obstare snię ꝑdictæ anti-
7 quitatẽ, quia, † an snia sit de antiquo, est arbitrariũ, prout ex cõmuni Doct. sententia tradit Gabriel. eo. tit. con-
8 clus. 4. num. 40. Præsumptio † autem, quæ ex antiquitate oritur, facile eliditur per contradictionem, veluti

fuit resolutum cotam me in vna Tudertin. bonorum, die 23. Maij, 1569. Non obst. transitus in rem iudicatã, quia in Rota nõ attenditur, vt supra dictum est, nisi constet de iustitia, & si sententia fuit iniusta, non transiuit in iudicatũ, & in super fuit oppositum de nullitate. Non obst. etiam obseruantia subsecuta, quia non fuit pacifica, sed pluribus contradictionibus & protestationibus interrupta, prout ex actibus deductis pro lingua Italiæ colligitur, ex quibus per maiorem partem Dominorũ concluſum fuit, præsumptionem allegatam non suffice re. Si tamen super istis velit venerabilis lingua Aragonæ audiri, iterum Domini mandarunt vt audiatur.

SERAPHINI.

Caullicen. bonorum. Lunæ, 7. Maij. 1571.

SVMMARIVM.

1 *Administratio bonorum si est data tutori, pupillo non competit remedium cap. reintegrandæ. etiam si non adsit authoritas iudicis: secus si non est data. num. 3.*
2 *Authoritas iudicis in bonis pupilli non requiritur respectu translationis possessionis.*

DECISIO CCCCXXXIX.

1 DOmini votarunt cum distinctione, aut legitimè constat de tutela tutorũ, qui interuenerunt in transactione, nec † non de decreta eis administratione. iuxta doctrinã Bal. in l. si infanti, quæst. 7. C. de iure deliberan. Soc. cons. 153. num. 2. lib. secundo. Put. decis. 427. lib. secundo. Et tunc tenuerunt non competere Domino Ioacchino, remedium cap. reintegrandæ.
2 licèt non adsit authoritas iudicis, cùm † ea non requiratur respectu translationis pensionis. ad not. per Alex. in l. possessionem. ff. de acquiren. possess. numero 2. & ita tenuit aliàs Rota, vt refert Put. decisio. 277. incipien. minor alienauerat, libro tertio. Achil. decisio. prima, de
3 reintegrat. Si verò † non constat de decreta administratione, tenuerunt competere huiusmodi remedium: Hoc enim casu non transferri possessionem, maximè in pupillo, censuerunt per allegata. Ideo erit in facto videndum, an legitimè constet de decreta administratione.

ALDOBRANDINI.

Roman. rescis. concordiæ. Lunæ, 12. Ianuarij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Transactio rescindi non potest ex causa enormissimæ læsionis, nisi restitutis acceptis.*
2 *Supplementi pretij electio pertinet ad emptorem, non autem ad venditorem.*
3 *Iuramentum excludere dicitur remedium l. 2. C. de rescind. vend.*
4 *Verba, quouis modo, comprehendunt omnem modum per quem indirectè contractui non stetur.*

DECISIO CCCCXL.

1 DOmini concluserunt Illustr. & Reuer. P. D. Iuliũ non esse audiendum, nisi restitutis acceptis vigore transactionis, in qua † dicit se fuisse enormissimè læsum. Et hoc tam ex dispositione iuris communis, quàm vigore pacti, de quo in d. transactione vigore iuris communis, propter l. si diuersa, C. de transact. Afflic. decis 220. num. quarto, Gram. decis. 66. num. 66. Paris. consilio 96. numero 112. libro 1. Et ita alias fuit resolutum coram R. D. meo Robuster. in vna Tiraſonẽ. decimarum, in qua etiam Domini denegarunt remissoriam ad probandam enormissimam læsionem, eo quia pars accepta non restituebat.

Nec ob. quòd non agat R. P. D. Iulius ad rescissionem
2 cùm tantum petat suppleri pretium, quia † huiusmodi electio supplementi ad ipsum nõ pertinet, sed ad Illustr. D. Iacobum. l. 2. C. de rescinden. venditio. capi. cum dilecti. de empt. & vend. & propterea Bal. in d. l. 2. nume. 19. vocat hoc beneficium rei. vltra quod in omnem euentum petens huiusmodi supplementum vere non stat cõtractui, ex quo in contractu de certo pretio conuentum est, vt bene declarat Couar. in ca. quamuis. in 3. par. §. 4. numero 8. Alioqui, vt animaduertit Pinel. ad d. l. secundã, in 3. par. cap. primo, numero 5. si vera esset huiusmodi assertio, falsa esset communis illa concluſio, quòd †
3 iuramentum excludat remed. d. l. 2. quod etiam est de mẽte Cagnol. in d. l. 2. nume. 96. vigore pacti, quia verba illius visa fuerunt Dominis satis clara propter illa verba vniuersalia & generalia (aut contra eam quouis modo veniri.) Negari enim non potest quin Illustr. D. Iulius ali quo modo veniat contra d. transactionem dicendo se fuisse in ea enormissimè læsum, & petens supplemẽtum pretij. Et rursus ibi (vel quomodolibet opponendo) ex
4 quibus tolli videtur omnis difficultas. Hæc † enim verba omnem modum etiam per quem indirecte contractui non stetur, comprehendunt. glo. in ca. vt inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. in 6. Rebuf. ad concord. in form. mand. de prouid. ver. aliam quamcunque.

ROBVSTERII.

Ferrarien. prætensionum. Veneris, 19. Decembris. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Identitatem allegans probare tenetur, quæ non præsumitur.*
2 *Pluralitas præsumitur contra eum qui probare tenetur, non autem identitas.*
3 *Identitas non probatur ex sola assertione vnius partis.*
4 *Probatio identitatis in genere non sufficit, sed in specie, & super certa causa debet restringi.*
5 *Literæ probant contra recipientem, & penes se retinentem, & producentem.*
6 *Concordia re integra extinguitur per contrarium dissensum vtriusque compositoris.*
7 *Dispositio quælibet restringitur ad suam causam.*
8 *Literæ non disponere, sed enunciare dicuntur.*
9 *Confessio non concludens de necessitate interpretatur pro confitente.*

DECISIO CCCCXLI.

QVoniam agentes pro Sereniſſimo Domi. Alphonſo Duce Ferrariæ oppoſuerunt contra Illuſtriſſimum D. Aloyſium Cardin. Fratrem de quadã promulgatione D. Federici Capellati continente plura capitula, vt dicebaẽ inter ipſos cõpoſitores concordata, dubitaui hodie ĩ relationib. ſtãte cõcordia de eligẽdo duos cõpoſitores electione ſubſecuta, ac electorũ acceptatione,

acceptatione, literis Domini Biſcię promulgatione concordatorum per Dominum Capellatum facta, quorum omnium copia in neceſſarijs detur, an in capitulis promulgatis dicatur cõcordatum per Dños cõpoſitores. Et reſolutum Dominis nõ conſtare, quòd in capitulis promulgatis concordauerint compoſitores. Primò, quia is qui dicit, ambo compoſitores concordare in ijs eiſdẽ ca
1 pitulis promulgatis, debet † probare hanc identitatem capitulorum, aliàs nihil agit. l. duo ſunt Titij. ff. de teſtamen. tutel. declarant Bar. Imo. & alij per Corn. conſ. 144. num. 11. cum ſeq. lib. 4. Aym. conſ. 112. num. 5. & 6. Nam in materia probationum quæ debet neceſſario concluÌ
2 dere, præſumimus † pluralitatem contra illum qui probare tenetur. Bart. & alij per Ruin. conſil. 46. nume. 16. in quarto. Alex. conſ. 119. numero 3. verſic. ergo ad hoc, lib. primo. Neque huiuſmodi identitas probatur ex aſſertione dicti Capellari, vna cum allegatis adminiculis,
3 nam † ſola aſſertione vnius compoſitoris ſine dubio nõ probat. cap. pendentiam, de offic. deleg. Rot. eod. tit. deciſ. 4. & 7. Pau. de Caſt. & alij per Thom. Ferrat. cautel. vltima. Pariſ. conſil. 85. numero 29. cum ſequen. lib. tertio. Et multo minus hic, cùm ſit facta tempore quo dictus Biſcia tunc non potuit propter abſentiam concordare. l. fin. C. de fide inſtrumen. & iure haſ. fiſcal. lib. 10. l. ſi donationis. & ibi Angel. ante fin. C. de donatio. notatur in authen. ſi quis in aliquo. C. de eden. Et adminicula conſiderata præſertim per Dominum Coraſium non pertcutiunt identitatem huiuſmodi capitulorum, ſed tantum in genere quædam capitula, non magis iſta quàm alia. Et cùm ius probationis cõſiſtat in certa cauſa, hoc
4 eſt in qualitate horum capitulorum, non ſufficit † probatio in genere, ſeu per diuerſa media, quorum quolibet neceſſario non infert ad id, de quoagitur. Bald. in l. actor, numero 3. C. de probat. Aret. in cap. licet cauſam, numero 15. eod. tit. Corn. conſil. 186. colum. penul. verſic. vnde applicando, lib. 3. Alex. conſ. 100. num. 3. verſic. nec prædictis obſtat, lib. primo. Præſertim cum D. Biſcia literis d. Card. capitula fuiſſe alterata. Erat igitur probandum vtrunque, ſcilicet fuiſſe concordatum, & ſpecie in iſtis capitulis promulgatis. l. j. §. ait prætor. & ibi Bart. ne quid in flu. m. publ. idem Bart. conſ. 194. com munitas Soccigrani. in 3. dub. cum alijs per Alex. d. conſil. 100. num. 3. conſ. 119. num. 3. verſic. ergo ad hoc vt dicatur, lib. j.

Secundò principaliter mouebat Dominos, quòd nec etiam de facto, nec in genere appareat cõpoſitores fuiſſe concordes inter ſe in aliquibus capitulis ab eis promulgandis, immo totum contrarium, vt conſtare dice-
5 bant ex omnibus literis Biſciæ, quæ † contra recipientẽ, & penes ſe retinentem & demum producẽtem procul dubio probant. l. cùm filiusfamilias, ad Maced. clem. j. de procurat. cum alijs per Aym. conſ. 201. num. 6. in ſecundo. Apertè enim hęc literæ cantant, quod ſi vnquam cõpoſitores in aliquibus ab eis capitulis promulgãdis concordarunt, id non durauit, vt ibi, *V. S. mi tornò à dire che non intendeua hauer fatto niente*, & ſic cùm ante pro-
6 mulgationem res eſſet integra, concordia † illa fuit extincta per contrarium diſſenſum vtriuſque compoſitoris. l. quæque, de ſolut. cum alijs per Barbat. cõſ. 47. col. 6. in ſecundo. & non dicitur concordatum, quòd non durauit. l. non videtur, de acquiren. poſſeſſ. l. qui ſic, de ſolut. Et quod in hac re poſtea geſſit Biſcia, id fuit ad effectum concordiæ promulgandæ, non à compoſitoribus, ſed ab ipſiſmet partibus, & præſertim à Domino Duce. vt ibi, *Io ho hauuto sempre mira che la concordia vsciſſe di mano di S. A.* & in alijs locis hic per informantes Cardinalis ponderatis. Ideo tanquàm geſtum extra
7 cauſam compoſitionis, à cõpoſitoribus promulgandæ, non eſt attendendum: quælibet † enim diſpoſitio reſtringitur ad ſuam cauſam. Bald. Salyc. & alij per Felyn. in cap. cum officij, de præſcript. Aym. conſil. 3. num. 15. & ad finem & effectum ad quem dirigitur. cap. illud. & ibi Butr. & alij, de præſumpt. cum alijs per Bald. in l. ad probationem. C. locati. Riminal. conſil. 272. numero 20. cum ſequen. & tantò minus egrediuntur finem & effectum concordiæ Ducis, quia literæ hæc non
8 emanarunt à principali, ſed à compoſitore, & vt plurimum † non diſponunt, ſed enunciant, vt poſt alios deducit Dec. in l. ſecunda, numero 63. cum ſequen. C. de eden. Crot. in tract. de teſtibus, parte ſeptima, num. 276. & 280. & quaſi attenduntur termini cap. licèt, de procurat. in ſexto. quibus inniuntur alij informantes, ex electione alterius compoſitoris, hoc eſt Sereniſſimi Ducis, apparet de mutatione voluntatis, vt per gloſ. in verbo, quandiu, in d. c. licet.

Non obſtat, quòd pro nunc circunſcribitur effectus concordiæ de qua in puncto. Quia id verum eſt reſpectu validitatis promulgationis, vt expreſſe proteſtantur informantes Domini Ducis, ſed non reſpectu finis concordiæ & cauſæ vti à compoſitoribus promulgandæ. Dubium enim non poteſt diuidi à ſuo fine & cauſa, & merito, vbi ambæ partes ſuper his informant. Non obſtat, quòd Biſcia in ſuis literis dicit, *ſono ſtato ſempre fermo reputandoli iuſti*. Quia verum ſi confeſſio prin-
9 cipalis de neceſſitate concluderet, alioquin † interpretatur pro confitente. l. non hoc. C. vnde leg. cum alijs per Aym. conſil. 157. numero 9. multo minus concludit iſta quæ eſt facta à tertio compoſitore, vt ſupra dictum eſt: nam ſolum concludit quod eas penes ſe iuſtas reputauit, & ſemper hanc tenuit ſententiam, quòd eſſent iuſtæ, non autem vt ſuper eis pronunciaret. præſertim cum ex eiſdem literis apparet quòd ſemper fuit huius intentionis, vt concordia proueniret à manibus Domini Ducis, & quòd non tranſmittit, niſi ea quæ ſibi viſa ſunt conſona menti Domini Ducis, & ſic non Capellati, ſubdens, *& però potrà S. A. accettare la remiſſione*, & hæc bene quadrant cum alijs ponderationibus factis ab informantibus Domini Cardinalis.

Neque placebat quod dicitur hic eſſe plures concordias, nam cùm appareat de reuocatione Capellati & de remiſſione in Dominum Ducem, illa prima concordia per diſſenſum vtriuſque compoſitoris euanuit, vt ſupra deductum eſt. Vltimò non obſtant literæ vltimo loco productæ. quoniam illę affirmant magis hanc eandem ſententiam, vt bene deducit hic idem Dominus Biſcia, cuius dicta placuerunt Reueren. Dominis meis, die 19. Nouembris, 1578.

BRAVI.

Salamantin. parochialis de Gaiates. prima Decembris. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio à regula ita debet interpretari vt minus lædat ius commune quàm fieri posset.*
2 *Exceptio ad præseruandum facta, dicitur esse fauorabilis.*
3 *Verba in dubio sunt intelligenda stare demonstratiuè, non limitatiuè, nec restrictiuè.*
4 *Collatio de iure reseruatur successori episcopo.*
5 *Interpretatio in dubio facienda est contra patronum ex priuilegio.*

6 Præsentatio facta lite pendente cum alio præsentato non valet.

DECISIO CCCCXLII.

PRoposita causa parochialis de Gaiates Salamantin. diœcesis, prima Decembris, 1578. super dubio, an præsentatio in fauorem Garsiæ de Buica per Excellentiss. Ducem de Alua sit canonizanda. & Domini dixerunt non esse locum canonizationi. moti ex eo, quia indultum fe.re. Pij Quinti excepit menses concessos ordinarijs per regulas Cancellariæ reseruatorias octo mensium, vt in ipsis ordinarij sua authoritate valeant prouidere, nec ad id priuilegium extenditur. Et cùm inter menses reseruatos ordinarijs sit mensis Septembris, ergo indultum non potuit capere eius vacationem, cùm dicto mense vacauerit, etiam si sedes episcopalis de eodem tempore vacet: hæc enim interpretatio
1 sumenda est, † quia per istam exceptionem ita intellectam minus læditur ius commune, & ita latè debet interpretari, vt illud minus corrigat, ad glos. in verbo, numerandum, in c. statutum, de præben. lib. 6. Alex. in l. si constante, num. 5. vbi Ias. num. 173. ff. sol. matrim. Aym. de antiq. tempor. 4. par. princ. num. 4. idem consil. 135. Tiraquel. de retract. in præfat. num. 59. Tum etiam fue-
2 runt moti Domini, quia † illa exceptio solum facta est ad præseruandum, iuxta glos. in cap. cum olim, de consuetud. quam sequitur Felyn. in cap. causam quæ, numero 10. de rescript. Ias. in l. quominus, quæst. 11. ff. de flumin. Tiraquel. de iud. in reb. exig. verific. si non solum Princeps rem, quia ius qualecunque sit, competit ei de iure. ergo debet attendi. argumento l. si proprietarius. ff. de damno infecto. Et dicebant Domini dictum indultum solum capere illa beneficia quæ priuatiuè ad ipsius Pontificis collationem pertinent, non autem quæ cumulatiuè cum ordinario, & talem fuisse Pontificis intentionem ex d. exceptione Domini iudicabant.

Nec obst. verba illa, de quibus ipsi ordinarij, quia suscipienda sunt stare non limitatiuè, nec restrictiuè, sed
3 † potius demonstratiuè, prout in dubio sunt intelligenda. Bart. in l. Centurio, numero 31. ff. de vulgar. idem in l. cum pater. §. mense, numero 8. ff. de legat. secundo. Alexan. consil. primo, volum. primo. Dec. consil. 324. numero tertio. cum alijs citatis per Paris. consil. quarto, numero 36. volum. quarto. aliter enim intelligendo innumera possent multiplicari inconuenientia, quod episcopo absente, infirmo, vel ignorante, D. Dux posset præsentare, quod deuium à ratione & mente concedentis existimandum est.

Neque, obstat quòd cum sedes vacaret de mense Septembris, & sic collatio pertinens ad Papam, quia cùm
4 † hæc collatio de iure reseruetur successori episcopo. cap. illa, vbi omnes. ne sede vacan. Pauin. de poteſt. cap. sede vacan. quæst. prima, parte secũda. Papa idem voluit præseruando iura ordinario in quatuor mensibus per regulam concessam, per quod tamen non ligantur eius manus, cùm sit ordinarius ordinariorum. & hæc coad-
5 iuuãtur, quia † in dubio desumenda est interpretatio cõtra patronum ex priuilegio, cum in eo cesset ratio retractationis ædificandi ecclesias, vt per Lambert. de iurepatron. prima parte, primi libri, quæst. 10. articulo 3. fuerunt etiam moti Domini ex lite inter Didacum primo præsentatum & Bernardum Mendano, quæ adhuc
6 durabat, & † ita non valuit præsentatio, argumento cap. primi, vt lite penden. lib. sexto. & quæ passim dicuntur in eius ornatu & extensione ad præsentationem, per Calder. consil. primo, vt lite penden. Cassad. decis. tertia, numero secundo, vt lite penden. Sarnen. decisio. 31. libro primo.

BLANCHETTI.

Vrbeuetan. Castrorum. Lunæ, 19. Ianuarij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Filij spurij & bastardi possunt succedere ex pacto: alias sunt insuccessibiles.*
Immo nec etiam filij simplices naturales possunt succedere. num. 3.
2 *Casus plures comprehensi sub vna oratione debent pariformiter determinari.*

DECISIO CCCCXLIII.

FVit resolutum, filios natos ex vxorato & soluta esse vocatos ex verbis pacti ad exclusionem filiarum legitimarum & naturalium q. Petri Pauli de Ceruaria. Habent enim fundatam intẽtionem in verbis pacti, ibi, succedant spurij, & bastardi.

Nec ob. quod isti non possunt succedere patri. auth. licet. C. de natur. liber. Salyc. in l. prima, C. de concub. cũ
1 alijs allegatis, quia † non agitur de succedendo patri, vel auo, sed est successio Berardi ex pacto, ex quo istis potuit acquiri. Afflic. decis. 99. Rolan. consi. 88. vol. 3.

Nec repugnatur etiam, quòd isti vocentur sub vna & eadem oratione, quæ æqualiter debeat omnes casus determinare, per l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupilla. Quia
2 placuit Dominis responsio allegata, quòd † non procedat, vbi non militat eadem ratio. Bal. in l. si cum dotem, in secunda colum. ff. solu. matrimo. Imo. in l. Caius. nu. 2. eodem ti. cum alijs adductis per D. Burghesium. Secundò respondebatur, quia cum pacisc entes vocauerint spurios exclusis filiabus fœminis, si eos tamen vocasse cen-
3 sentur, quæ possunt patri succedere, vtique cùm † nec etiam simplices naturales sint patri successibiles. d. auth. licet. & Authen. quibus mod. natur. effic. sui. §. discretis. versicu. si quis defunctus fuerit. dispositio ipsorum ita restricta corrueret.

Nec repugnat præsumpta voluntas ipsorum ex odio coitus, quia præponderat præsumptio conseruandi agnationem. Videndum tamen erit, an ex quo isti vocantur, pactum valeat tanquam ad delinquendum irritans.

SERAPHINI.

Roman. census. Mercurij, 10. Decembris. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecam specialem habens, non potest redire ad generalem, nisi facta discussione specialis.*
2 *Agens contra tertium possessorem, tenetur probare rem hypothecatam fuisse possessam per debitorem.*
3 *Confessio ad liberandum facta probat contra confitentem.*
4 *Exceptio dilatoria debet opponi ante litem contestatam. Item ea opposita si iudex ad vlteriora processit, censetur eam reijcere. num. 5.*
6 *Appellatio potest interponi à processu ad vlteriora, per quem iudex censetur reijcere exceptionem dilatoriam.*

Exceptio

7 Exceptio dilatoria non habet locum in saluiano interdicto.

DECISIO CCCCXLIIII.

FVit dubitatum, an sententiæ latæ in fauorem Ven. Hospitalis sancti Spiritus contra Dominum Ioan. Baptistam de Blanchis essent exequendæ? & pro parte Blanchi dicebatur non esse exequẽdas attenta eorum notoria iniustitia quæ deducebatur ex pluribus.

Primò, quia Vincentius fideiussor Pallonæ nõ se obligauerat Buccabellæ pro censibus decursis & decurrendis, & ideo non potuisse condemnari Blanchum possessorem domus, quæ erat tunc temporis d. Vincentij, ad soluendum census decursos.

Secundò, quia Ludouicus habens specialem hypothecam super domo censuata non poterat redire ad gene-
1 ralem, nisi † facta discussione ex his quæ tradunt Doct. in l. 2. C. de pignor. & hypot. Bald. in l. prosecutionem, & auth. hoc si debitor. C. de pignor. & hypot. Nat. consi. 251.

Tertiò, quia † agens contra tertium possessorem tenetur probare rem hypothecatam fuisse possessam per
2 debitorem. Bal. in l. rem alienam, numero 9. de pigno. act. cum alijs, sed testes super hac re examinatos huiusmodi possessionem non probare.

Quartò, quia prætendebatur constare de restitutione dictorum scutorum 200. & ideo solutione extinctam esse omnem obligationem, solutionem verò probari dicebatur ex confessione Ludouici probata per Domini-
3 cum & Iulium, hancq; † confessionem sufficere ad liberandum, per ea quæ tradit Felyn. in c. si cautio, num. 27. de fide instrum. Dec. consi. 163. Paris. consi. 120. num. 4. lib. 3. Soci. iun. consi. 32. num. 18. lib. 2. Put. decis. 2. lib. 2.

Quintò & vltimò ex eo quod legitime nõ constitit de euictione domus censuatæ, cuius euictionis prætextu Ludouicus habuit recursum aduersus domum ipsius Blanchi vti possessam per Vincentium, & fidem productam non facere fidem, cum habeat relationem ad acta Senatoris, de quibus non constat. Hæc sunt in effectu quæ pro hac parte contra sententias deducebantur.

Quibus non obstantibus in contrariam sententiam itum fuit. Et primò non obstare, quòd Vincentius non se obligauerit de soluendis censibus, quia cùm obligauit se ad damna & interesse, potuerunt peti census decursi & decurrendi ratione interesse: cũ istud sit interesse ex sui natura certum & liquidum.

Secundò non obstare, quòd nulla facta discussione non possit Ludouicus agere cõtra tertium possessorem,
4 tum quia ista exceptio est dilatoria, & † ideo debet opponi ante litem contestatam. Aret. in l. in fraudem, colum. 4. versic. aduertas, de actio. Negus. de pignor. primo memb. 8. par. num. 34. Alex. consi. 32. & 34. lib. 4.
5 Gabriel. de fideiuss. conclus. prima, num. 12. Tum † quia si fuit opposita, & iudex nihilominus processit, censetur hanc reijcere per processum ad vlteriora, Castren. in l. fi. col. 2. si cer. pet. Corn. consi. 85. lib. 4. col. penul. Gabriel.
6 vbi supra, conclus. prima, num. 57. & † ideo necessarium erat appellare, vt fuit aliàs coram me decisum in vna Roman. domus, 29. Martij, 1574. Potest etiam dici ex
7 sententia Soc. consi. 80. col. 2. vol. 3. hunc † exceptionem nõ habere locum in Saluiano interdicto, quamuis Nat. supra citatus eam confutet.

Tertia obiectio quoque sublata est, ex lectura duorũ testium Petri & Sanctui pro Ludouico examinatorum, qui bene probant possessam fuisse domum per Vincentium, quod sufficit, cùm obligauerit bona tam præsentia, quàm futura.

Quarta quoque oppositio non placuit, quia non est concludenter probata, nec dicta testium super confessione Ludouici concludũt, maximè stantibus circunstantijs facti, cùm nullibi appareat de noua census constitutione, nec de prioris cessatione. Nec est verisimile virum senem & cautum fuisse ita contracturum, vt exemplo prætẽditur, & depositio Christinæ Pallonæ videtur optimè declarare, quomodo factum se habuerit.

Quinta obiectio, quod non constiterit legitimè de euictione domus censuatæ, fecit subsistere Dominos, quia licèt adsit fides in actis, tamen ex ea non constat de iustitia sententiæ Capitolinæ: & ex quo Rota non solet approbare sententias extra Rotam latas, si hæc causa esset Rotalis, non daret executionem sententijs, nisi gustata aliqualiter iustitia sententiæ latæ in Capitolio, per quam fuit euicta illa domus: sed si tamen fuit euicta, res videtur clara deueniendum ad executionem sententiarum pro Ven. Hospitali Lataruon.

SERAPHINI.

Bononien. de Budriolis. Die Veneris, 25. Nouembris. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non potest se fundare super productione processus, cuius copia parti non fuit data.*
Eo magis, quando pars deuenit ad specialem productionem nonnullarum scripturarum. num. 2.
2 *Acta facta in alio iudicio etiam inter easdem personas, non probant, nisi producantur.*
3 *Scripturæ tantum; quarum copiã pars dedit, de actis dicuntur esse, non autem reliquus processus.*
4 *Productio limitatè facta ad illum tantum finem restringitur, & probat.*
5 *Acta facta cum procuratore fiscali non probant in iudicio ciuili.*
6 *Statutum mandans procedi de plano, & mãnu regia, non tollit substantialia iudicij.*
Et tantò magis, cùm procurator processerit in vim commissionis habentis clausulam, prout de iure.
7 *Iurisdictio iudicis criminalis est distincta ab illa iudicis ciuilis.*
8 *Iudex non debet se mouere ex his quæ sunt extra acta. contra Abbat. & alios.*

DECISIO CCCCXLV.

DVbitatum fuit, an productio cuiusdam processus criminalis facta pro parte Mazzatæ fuerit talis, vt iudex potuerit se in ea fundare, respectu omnium contentorum in d. processu, & quorum copia non fuit parti tradita. Et fuit vnanimiter per Dominos conclusum, talem productionem non fuisse sufficiẽ
1 tem, nam † cùm fuerit verbalis tantum, iudex nõ potuit in ea se fundare. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in versic. de plano, num. 3. ad fin. Roman. consi. 156. num. 3. idem consi. 519. per tot. Dec. in c. j. num. 64. de probatio.
2 Non † enim probant acta facta in alio iudicio etiam inter easdem partes, nisi producantur. Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune, numero 3. de acquiren. possess. Alex. in l. 2. in fine. & ibi Curt. iun. num. 108. C. de eden. Matthes. singul. 160. nota singularem. vbi bona addit. Maximè, cùm eadem pars postea deuenerit ad specialem productionem data copia nonnullorũ constitutorum. Vnde † illa tm̃, quorum copiã dedit, sunt de actis,
3

noh autẽ reliquus processus.vt post Abb.Castren.Are. Alex.& alios quos allegat Senat.Pedemon. decis.prima, num.47. & 50. Ias.in l.sciendum.§. morte, numero 28. de noui oper.nuncia.Aym.consi.121.in fine. Cagnol.in l.2.num.125.C.de eden. Soc.iun.cons.134. numero 3. lib.secundo. Concurrit etiam in hoc casu, quòd in illis copijs notarius testatur reliqua omissa de volũtate producentis, & hoc, quia illa productio fuerat limitate facta ad effectum probandi, bona, de quibus agebatur,
4 fuisse in hæreditate testatoris, ideo † ad illum tantum finem suffragari debet productio.Ægid.decis.630.Grat. cons.14.num.17.lib.primo. Præterea illa acta non erãt facta inter easdem partes, sed cum procuratore fiscali.
5 ideo † non probabant in iudicio ciuili, ita vt iudex illis moueri debeat.Bal.in l.secunda,numero 19. & ibi Dec. numero 44. C.de eden. Felyn.in cap.causam quæ,il primo, numero 14.de testib. Bart.in l.secunda. §.hoc edicto,numero 5. de vi bon.rapt. Capic.decis.107.num.3. Non obst.statutum Bonon.de arbitrio potestatis. vbi in causis miserabilium personarum mandatur procedi de
6 plano & manu regia, quia † hoc non tollit substantialia iudicij.Aret.in cap.dilecti,numero 13.de iudic. Bart. in dicto versic.de plano,numero 3.ad fin. Maximè,cùm procurator hic processerit in vim commissionis habentis clausulam, prout de iure. Bald.in l.quæcunque, numero 13.C.de seru.fugit. Aym.consil.171. Mohed.decis.204.Cresc en.decis.121. cum alijs per informantes
7 allegatis.Non obst.quod esset idem tribunal, quia † immo iurisdictio Auditoris criminalis est distincta à iurisdictione Auditoris ciuilis.l.solemus. §.latrunculator, de iudic.Cresc en.decis.167. maximè hic,vbi aderat specialis commissio. & sententia Abb. & Felyn. in cap.pa-
8 storalis.§.quia verò,de offic.delegat.quod † iudex possit moueri ex his quæ sunt extra acta, non est vera, vt per Didac. Couar.varia.resolutio. cap.primo,numero 9.lib. primo. Neque etiam opin.Guido.Papæ decis.29. Quia ibidem per Didac. reprobatur sub nume.7. Cassad. decis.12.numero 8.super regu. Quibus stantibus conclusum fuit per Dominos non posse Ægidianan locum habere in proposita specie facti, cùm sententia ex eisdem non sit iustificata & ad eum effectum non potest ex nouiter deductis iustificari, vt pluries fuit in Rota resolutum per cons.Corn.10. lib.quarto. & eo minus hodie, cùm reperiatur illa sententia lata Bononiæ reuocata hic in Curia.

ALDOBRANDINI.

Bononien. translationis pensionis. Veneris, 23.Ianuarij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Consensus præstitus vnico contextu super rebus diuersis efficit actus correspectiuos.*
2 *Facultas pœnitendi tollitur ex præstatione consensus in beneficialibus.*
3 *Dispositiones tot dicuntur separatæ,quot sunt res: nisi appareat de mente contraria contrahentium.*
4 *Beneficium resignatario nisi irreuocabiliter quæratur, ius non abdicatur à resignante.*
Idẽ etiam in translatione pensionis procedit.
5 *Clausula,nec aliàs aliter,conditionem importat.*
Item etiam formam.
6 *Iure acceptoris resoluto, idem ius remanet penes transferentem.*

DECISIO CCCCXLVI.

DOmini concluserunt dimissionem prioratus & resignationem monasterij factas à Tiberio in fauorem Illustriss.D.Cardinalis, ac reseruationem 500. scutorum super fructibus d. monasterij, & translationem pensionis 1000. scutorum super fructibus mensę ecclesiæ Bononien. factã ab eodem Illustriss. D.Cardinali in fauorem prædicti D.Tiberij, fuisse adinuicem taliter correspectiuitas, vt vna annullata omnes corruant.Ratio fuit, quia licèt diuersæ sint datæ,& etiã diuersæ missæ supplicationum resignationis, & translationis pensionis,vnico †tamen contextu fuerunt præstiti consensus coram eodem notario & testibus super vtraque supplicatione, quod solum materiam correspectiuam reddit. Achil.decis.vnica, de resignat. ex nor.communiter per Doct.in l.petens.C.de pact. ex præstatione
2 enim consensus negotium vere concluditur, quia †tunc tollitur facultas pœnitendi.Crescen.decis.75.Non obst. quòd quando quælibet res habet suam recompensam,
3 cesset huiusmodi correspectiuitas,cùm † tunc tot dicantur dispositiones separatæ, quot sunt res. ex reg.l.scire debemus. ff.de verb.oblig. per tex.in l.cum eiusdem, & l.si plura. ff.de ædil.edic. Tiraquel.de retract.lign. §.23. glos.j.num.17. Quia non procedit hæc limitatio,quando de contraria mente contrahentium siue disponentium apparet.d.l.cum eiusdẽ.§.interdum, de ædil.edic. Dec.cons.421.col.j. Tiraq.vbi supra,num.20. & in hoc sufficit, quòd vnus ex contrahentibus vnum sine alio non accepisset.d.§.interdum.Alex.in l.j.§.sed si mihi, nume.19.ff.de verb.oblig.

De mente autem Illustriss.D.Cardinalis hoc casu dixerunt clare constare ex verbis ipsiusmet translationis: consensit.n.cassationi pensionis mille scutorum conditionaliter, dummodo alia similis mille scutorum validè reseruetur Domino Tiberio,& non aliàs,aliter, nec alio modo.ex quibus infertur, quod mens sua fuit totam & integram pensionem transferre taliter, quòd si tota & integra d.Tiberio irreuocabiliter non quærebatur, nil à se abdicare voluit.Abb.in c.cum pridem,de pact. quod
4 enim de resignatione sæpissimè decisum est, † quod nõ abdicatur ius à resignante, nisi irreuocabiliter quęratur resignatario beneficiũ. Mohed.decis.328. magna difficultas.procedit etiam in translatione pensionis.Mohed. decis.81. Corradus de Grassis. Cùm itaque Cardinalis voluerit,quòd reseruaretur alia pensio d.Tiberio eiusdẽ quantitatis & qualitatis, si hoc non verificatur, corruit tota.Mohed.d.decis.81.Data itaque nullitate reseruationis pensionis super monasterio, corruit resignatio monasterij.corruente resignatione monasterij, corruit etiã translatio pensionis saltem pro rata 300. ducatorũ pro recompensa monasterij,vt fatetur d.Tiberius,& illa corruente corruit tota,quia Cardinalis conditionaliter cõsensit translationi, si tota quæreretur Tiberio, propter
5 clausulam, nec aliàs,aliter, quæ † conditionem importat.Abb.in c.insinuante, num.6. quod cler.vel vouen. & etiam famam, ad Bart.in l.de his, de transact. Dec.consil.528.num.11. & hoc idem dixerunt fuisse resolutum in vna Cęsaraugustan. pensionis, coram bo.me. Grato. & signanter 26. Iunij,1566. in qua causa fuerat prius idem tentum coram bo. me. Caputaq. ex qua decisione tollitur fundamentum factum super diuisibilitate: nam & in ea eramus in materia diuidua respectu personarum.ibi enim transferens habebat facultatem trãsferendi pensionem vsque ad summam 150.scutorũ, & nihilominus trãstulerat pensionem ducentorũ in duos

suos

suos familiares centum pro quolibet, & sic ratione personarum versabatur casus ille in materia diuidua.Et nihilominus,quia transferens consenserat cassationi 200. dummo ex pensione 200. reseruaretur centũ pro quolibet ex illis,Rota resoluit, quòd tota corrueret, & ꝙ non esset reducibilis. Quamuis igitur Cardinalis transferret 700.pro prioratu,& 300.pro monasterio, cum tamẽ cõditionaliter cõsenserit cassationi, vt dictum est,dummodo pensio mille scutorum reseruetur Tiberio validè, ex quo valida non est reseruatio respectu totius, corruit in totum, quia defuit conditio, sub qua Cardinalis cassationi consensit, & consequenter defuit ipsa cassatio per-
6 inde ac si facta nõ fuisset, & † ius remanet penes ipsum transferentem.l.pecuniam.ff.si cer. pet.vbi Dec.nume.4. l.necessaria.in princ.ff.de peric.& commo.rei vend.Mohedan.d.decis.328.

Quæ omnia Domini comprobabãt ex eo, quòd vt apparet ex responsionibus Domini Tiberij ad positiones Illustriss.D. Cardinalis,concluſa recompensa pro prioratu Cardinalis summopere instetit,vt Dominus Tiberius resignaret sibi hoc monasterium, interponendo etiã auctoritatem Pij Quinti fe.rec.& quod hoc desiderium esset habendi ambo simul,& non vnum sine alio,deprehẽditur secundum Dominos ex eisdem responsionib. vnà cum facto subsecuto,quia,vt dictum est,ex dictis respõsionibus apparet,quòd prius fuit tractata,& concluſa re compensa pro prioratu, & deinde fuit cęptum tractari negotium resignationis monasterij,& tamen D. Cardinalis distulit effectuare negotiũ retentionis prioratus, donec etiam simul & semel cõcluderetur resignatio monasterij: signum, quod vnum sine alio habere nolebat, quia si prioratum sine monasterio habere voluisset, concluſa recompensa danda pro illo, quæ fuit antea concluſa, fuisset negotiũ illud expeditum, & executioni demandatum, non autem dilatum,donec vna cum alio concluderetur, quia forte difficultates,quæ potuissent oriri in conclusione resignationis monasterij,potuissent causare in d. Tiberium pœnitentiam prioris negocij iam concluſi,cui periculo non se subiecisset Cardinalis, si vnum sine alio habere voluisset, quia recepisset prioratum, & deinde negotium resignationis tractasset.

SERAPHINI.

Lamacen.administrationis. Lunæ, 12. Ianu. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, vt asseritur, refertur ad partem: secus de verbo, intelleximus.*
2 *Citatio non est necessaria in actu distributionis, & assignationis.*
3 *Sententia lata præsente parte supplet defectum citationis ad eam audiendam.*
4 *Mutatio ex legitima causa facta valet.*

DECISIO CCCCXLVII.

DVbitaui,an sententia, vel decretum, quod emanauit in fauorem monialium de Mochique, sit confirmandum, vel reuocandum. Et pro parte Andreę opponebatur, quòd breue fe.me.Pij Quinti,cuius vigore fuerat factum decretum, erat subreptitium ex multis in informatione facti deductis.Præterea sententiam fuisse nullam ex defectu citationis.

His tamen non obstantib. Domini contrarium cẽsuerunt. Et quod attinet ad priorem obiectionem, dixerũt non posse opponi de subreptione, cùm breue non emanauerit ad alicuius petitionem, vt ex lectura apparet, & verbum, intelleximus, non est referẽdum ad partem, vt
1 dicitur † de clausula, vt asseritur, vt per Rot. decis.60.de rescrip.in antiq.Bisigner. decis.6.de præben. Cassad. decis.4. de probat.numero 9. Ideo nihil est per ipsam partem verificandum.

Quantum ad secundam obiectionem fuit dictum, ꝙ
2 † citatio non erat necessaria in actu distributionis,& assignationis,quia forma illa, vocatis vocandis,respicit tãtum priorem partem Breuis,vbi Papa mandat,vt fiat indicatio, notificatio & specificatio bonorum relictorũ, ad hunc enim effectum erant citandi administratores.

3 Præterea † dato,ꝙ requireretur citatio, satis est, quod sententia lata fuit præsente procuratore Andreæ,de cuius mandato constat in actis,quicquid exemplo dicatur. Cassad.de iud.decis.2.nu.3.

Quantum ad potestatem Papæ super mutatione huius dispositionis non fuit dubitatum, & maxime mouit Dominos, quod si ex hac mutatione fit aliquod præiudicium alicui, vtique fit fratribus minoribus de obseruantia, qui non solum non reclamant, sed etiam consentiunt, cùm fuerit facta distributio cum interuentu Ministri generalis: Andreæ verò nullum omnino infertur præiudicium, & ideo non est,cur ipse conqueratur, &
4 † mutatio ex legitima causa facta est,nempe incapacitatis fratrum.clem.ex his.§.cumque annui redditus.de verbo.signifi.& ibi Card.nu.17.& Anch.nu.14.Federic. de sen.consil.12.Gemin.consil.40.cum alijs per D. Moscherium deductis.

Vnum tãtum fuit per Dominos excitatum dubiũ, ꝙ sententia videtur lata contra formam breuis in ea parte, in qua dãtur annotati in tot regalia pro eleemosinis, missis,& cera,& oleum pro lampadibus, nec non triticũ monasterio de Ferraria. Cùm in breui Papa mandet, vt prius assignetur portio pro fabrica, & ornamentis ecclesiæ de Ferraria, & residuum distribuatur pro necessitatibus aliorum monasteriorum: sed si bene perpendantur verba breuis,vtique Papa nõ assignat residuum pro alijs monasterijs exclusiuè ad monasterium de Ferraria, sed vtitur verbis,quæ & hoc ipsum monasterium comprehẽdere videntur,ibi, attentis singulorum monasteriorum, & domorum huiusmodi necessitatib.dictio.n. huiusmodi, refertur ad omnia monasteria, de quibus fuerat facta mentio. Alia etiam circa hoc fuit orta difficultas, ꝙ si Papa propter incapacitatem commutauit huiusmodi dispositionem, vtique in eundem scopum incidisse videtur Illustrissimus executor, qui in distributione assignat tot regalia, de quibus supra,nec non oleum,& triticum monasterio de Ferraria.Super qua difficultate videndum est, quid pars, quæ pro confirmatione sententiæ instat,respondeat.

SERAPHINI.

Penestrin. bonorum. Lunæ, 16. Martij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Filiæ de iure communi subintrant in locum patris in successione patrui vnà cum alijs patruis.*
2 *Pactum, per quod filiæ debeant dotari, non excludit eas absolutè à successione, nisi in euentum dotationis, vel mortis.*
3 *Representatio habet locum etiam in fideicommissis.*
4 *Statutum excludens filiam dotatam intelligitur tantum excludere ab hæreditate dotantis.*

Idem

Idem in pacto, per quod filiæ dotentur.

3 *Dictio, descendentes, apposita in pacto excluſiuo fœminarum, intelligenda est reſpectu pacisentium.*

6 *Verba, vt infra, in dubio ſtant demonſtratiue.*

DECISIO CCCCXLVIII.

FVit reſolutum non eſſe habendam rationem portionis bo.me.Stephani iunioris in caſu, & ad effectum, de quo agitur, ſed tres partes tantum conſtituēdas bonorum pacto ſubiectorū, cùm.n.poſt obitū bo.me.Franciſci,& antea tranſactionem obierit Stephanus, dubium non eſt de iure communi, iſtas Illuſtriſ. filias ſubintrare in locum Franciſci eorum patris,& † admitti ad ſucceſſionē patrui vna cum alijs patruis. Auth. vt fratrum filij.§.1.& ibi Bar. & Ang.& auth.ceſſante. & ibi gl.Bal.& cæteri.C.de legit.hęred.& ideo ſolum eis facit negotium pactum initum inter bo. me. Stephanum ſeniorem & Alexandrum,per quod excluduntur filię fęminæ à ſucceſſione: ſed cùm excluſio prima ſit facta cū pacto expreſſo, quod filiæ dotentur, non operatur hæc excluſio, niſi quòd vel actu dotentur,vel per hæredes nō
2 ſteterit,quominus dotentur.Et † ideo huiuſmodi pactū non impedit effectum acquiſitionis iuris communis, licèt ſit reuocabilis in euentum dotationis,vel mortis ante tempus nubile, cùm cenſeatur adiecta tacita cōditio, ſi nupſerint,ad no.per Docto.in l. Titia.§. Titio genero. de cond.& demonſtra.& hinc ſequitur, quòd cùm dotatio eas excludat tam à portione patrui, quàm patris,error, qui prætenditur pro parte ipſarum,eſt conſiderādus etiam habito reſpectu portionis patrui,cui etiam in trā ſactione in ſpecie renunciarunt.

Nec ob.quòd in pacto vocentur deſcendentes gradatim,quia hæc diſpoſitio non excludit † repreſentationē,
3 quæ etiam in fideicommiſſis locum habet, vt per Soc.cōſil.126.num.11.& 13.lib.1.

Non ob.Soc.iun.conſi.73.nu.15.lib.1. Quia non loquitur in ſucceſſione ex fideicommiſſo aſcendentiū. Cōfirmantur prædicta vrgenti ratione,quia pactum nō excludit fęminas à ſucceſſione legitimæ conſanguineorū, ſed à bonis,locis,ciuitate,caſtris, & opidis,in pacto comprehenſis,& ſic excluduntur à certis rebus, non autem à ſucceſſione. Et ideo repreſentatio impediri ratione pacti non poteſt.vnde ſequitur, quòd in his bonis poſſunt petere dotes à quibus propter dotes ſunt excluſæ, alias
4 in eis ſucceſſuræ, prout in ſimili ſi † ſtaturo filia dotata excludatur,intelligitur tantum excluſa à dotantis hæreditate, vt poſt Bal.Caſtren.& alios refert Brun.in ſtatuto ſtantib. maſculis,art.8.q.16.nu.59.Et ideo videtur onus eſſe reale, ſaltem hoc reſpectu, quòd ſequitur quoſcunque præfatorum bonorū poſſeſſores, qui excludere non poſſunt fœminas, niſi eas congruenter dotauerint.

Et inſuper ex præmiſſis infertur non eſſe interpretādū pactum, vt voluerint abſolute excludere fœminas à ſucceſſione tranſuerſalium,ex eoque voluerint fœminas deſcendentes tātum dotari, quia propter ſupradicta obſtat ratio proemij,in quo habetur,Stephanum,& Alexādrum fratres deueniſſe ad laudabiles,& honeſtas conuēt iones,quæ ita interpretando,nec laudabiles, nec hone-
5 ſtæ eſſent.Ideo † dictio,deſcendentes,(ſi modo legendū eſt,deſcendentes, & non, deſcendentibus, ita vt ad maſculos referatur)intelligenda eſt reſpectu pacisentium: repugnat etiam interpretatio iuris communis,quam ſupra ex Brun. retuli. Excluderētur enim à ſucceſſione eorum de quorum bonis dotari non poſſunt. Et in ſumma nō obſtat, quod in pacto,in ea parte,in qua mandat dotari,dicatur, vt infra, quod eſt præcipuum fundamentū

6 contrariæ partis,quia verba † illa,vt infra, ſtant demonſtratiuè, non limitatiuè,prout ſemper in dubio accipiuntur,& vrgentiſſima ratione demonſtratur: nā ſi ſequens diſpoſitio intelligeretur limitatiuè,ſequeretur,quòd ſolum filię morientis ſine maſculis dotandæ eſſent,non autem filiæ morientis cum maſculis, quod eſt abſurdiſſimū.& ideo clauſula illa, vt infra,potius refertur ad qualitatem dotandi, nempe,condecenter,& honorificè ſecūdum qualitatem temporum,& familiæ, vel ad prouidendum filiabus,quæ patre eſſent orbatæ:illis enim quæ patrem haberent,cenſuerunt ſatis eſſe proſpectum.

Non ob.quod filiæ eſſent melioris cōditionis, quàm maſculi, quia liberum eſt maſculis, ſi expedire eis videatur, eas ad portionem, quæ iure communi competeret, admittere.Quare concluſum fuit pro Illuſtr.filiabus.

SERAPHINI.

Portuen. bonorum. Lunæ, 10. Nouembris. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſuccedens debitori ſi agat pro reſtitutione dotis, debet prius agere contra bona libera,& poſtea contra alia ex pacto obligata.*

2 *Onus docendi extare alia bona vltra in inuentario deſcripta,alleganti ſpectare debet.*

3 *Bona pacto ſubiecta non poſſunt pro reſtitutione dotis obligari, propter anteriorem hypothecam vocatorum in pacto.*

4 *Diſpoſitio auth.res quæ. C.commu. de leg. non habet locum in contractibus,ſecundum communem.*

5 *Nec etiam in prohibitione tacita: ſecus in expreſſa, per quam impeditur dominij translatio.nu.5.*

6 *Verba,præmiſſis exceptis, appoſita in pacto, per quod tollitur facultas teſtandi,tollunt omnem diſponendi facultatem etiam in vltima voluntate.*

7 *Alienatio rei donatæ prohibita cenſetur per hypothecam.*

DECISIO CCCCXIX.

FVit dubitatum, an bona pacto comprehenſa potuerint obligari pro reſtitutione dotium Illuſtr. Dom.Margaritæ Aquauiuæ,& Illuſtr.D.Clericis? Quantum ad dotem Margheritæ nullo diſcrepante reſolutum fuit, quòd ex quo conſtitutio dotis præceſſerat pactum, omnia bona cadebant ſub hypotheca ratione prætēſæ dotis, licèt maiori parti Dominorum placeret, vt extantibus alijs bonis,præter ea quæ in pacto continētur, fieret ex illis reſtitutio, & in ſupplementum poſtea
1 fieret ex bonis in pacto comprehenſis, attento † quod Illuſtriſſimæ filiæ ſunt hæredes Sciarrę hæredis pacisentium.l.cùm à matre.C.de rei vend.& ibi no.gl.Put.Pau. & Sal.Bar.in l.fi.§.in computatione. nu.6.de iure deli. & ibi Bal.Pau.Alex.& Iaſ.Pinel.in l.1.C.de bo.mater.par.3.
2 nu.79.Sed † onus docendi extare alia bona,maximè ſtā te inuentario,incumbere Illuſtr.Do.Iulio,l. fi.§.licentia. & ibi Iaſ.C.de iure delib.Alex.conſi.55.num.6.in princ. Dec.conſi.519.nu.7.Curt.ſen.conſi.27.nu.17.Aym.conſil.19.Tamen reuocatum fuit in dubium, an Illuſtr.filię teneantur prius agere contra alia bona non comprehēſa pacto,ex quo in facto fuit deductum, Margaritam de ceſſiſſe poſt obitum Sciarrę, & ideo filias ſuccedere ei ex perſona propria, non autem mediante perſona ipſius Sciarræ.Et ideo fuit ordinatum, vt ſuper hoc videretur, quo pacto factum ſe habeat, quod ſi executio fieret in alijs bonis, taxandus eſſet valor contentorum in inuentario,

tario,qui non videtur aſcendere ad magnam ſummam. Nam quod attinet ad caſale nouum, videtur bene ex facto tolli hanc prætenſionem D.Iulij, attentis inſtrumentis dotalibus D.Iſabellæ. Et in omnem euentum Domini haberent rationem fructuum perceptorum, maximè ad effectum ſeparationis.l.mulier.§.cum proponeretur. ad Trebel.Roma.conſil.232.in fi. Quantum verò ad dotem Illuſtr.D. Claricis, Domini pro maiori parte tenuerunt, bona pacto ſubiecta non potuiſſe pro eius reſtitutione obligari, attenta † anteriori hypotheca vocatorum
3 in pacto.ad l.aſſiduis.C.qui pot. in pigno. hab. Oldrad. conſil.114.in fi.

Non ob.tex.in auth.res quæ.C.commun.de lega.quia
4 † ſecundum communem opin.illa auth.non habet locū in contractibus inter viuos.vt poſt gloſ.dicit Bal.in l.nulla.in fi.C.de iure dot.& in cap.primo,§.donare.in princ. qualiter feud. olim alienari pot.Alexand.in l.filiusfamilias,§.diui.nume.10.& ibi laſ.nume.32. & Crot.numero 58. Ambroſ. de opizo. nume. 57. Loantes.nu.1140. de leg.primo.But.conſi.77.num.2.Soc.conſi.75.libro 1. Rimin.conſil.215.num.12.lib.1.Aym.conſil.19.in fi.Tamen ſuper veritate iſtius opinionis pars poterit auditi particulariter, ſtantibus his quæ exemplo deducuntur, ex ſententia Pau.de Caſt.conſi.80.num.1. in prin. quam ſequitur Dec.conſil.519. Ambroſ. de Opiz.d.§.diui. numero 137. Videtur enim hoc caſu militare eadem ratio veriſimilitudinis, quòd pater noluerit eximere bona ſua neceſſariæ obligationi, quam ponderat Caſtr.d.authen. res quæ.num.10. & ideo tenent etiam multi, quòd non poſſit.quos refert Roland.conſil.85.num.30.lib.primo, Guid.Pap.deciſ.96.per tot.Bolog.in d.§.diui, num.283. Lup.in rub.de donat.§.16.nume.14.verſ.pater. Retenta
5 † tamen priori opinione, Domini dicebant non obſtare, quod dicitur eam procedere in prohibitione expreſſa, per quam impeditur dominij translatio.vt per Iaſ.in d.auth.numero 25. & in l.filiusfamilias.§.diui.num.69. vbi Crot.num. 57.Loantes.num.140. Soc.iun. nu.151. cum alijs per informantes allegatis. Nam tenebant hic adeſſe expreſſam prohibitionem ponderando illa verba,
6 præmiſſis † exceptis,poſita in facultate teſtandi,quæ videtur tollere omnem facultatem diſponendi etiam in vltima voluntate.l.cùm pater.de iudic.l.Labeo. de compenſ.Iaſ.in l.prima, de offi.eius, nu.80.Dec.nu.40.

Præterea hic adeſt hypotheca † propter quam cenſe-
7 tur prohibita alienatio rei donatæ.Barto.in d.§.diui.numero 14.Rip.num.81.Crot.nume. 99. & dicebant nos eſſe in donatione, in qua ipſo iure transfertur dominiū in donatarium.Neque obſtare,quòd pro parte filiarum dicitur, pactum factum de bonis reſtantibus poſt mortem,propter illa verba, poſt eorum mortem reſtantibus. Quia iſte intellectus deſtruit totam diſpoſitionem, cùm in ea detur facultas teſtandi, & diſponendi de omnibus alijs bonis p̄miſſis exceptis, q̄ exceptio redderetur vana & ſuperflua,ſi pactū reſtringeretur ad reſtantia. Et ió placebat Dñis intellectus datus p̄ D. Gabriel. ne inducatur contradictio.Dec.conſi.285.nu.4.cum alijs allegatis, & poſſet etiam veriſimiliter dici erratum eſſe à notario extendendo reſtantia pro reſtantib.quo caſu referri poſſet abſque aliqua voluntatis, & literæ violatione ad illa verba diſponendi de omnibus alijs bonis.

ALDOBRANDINI.

Rom.hæreditatis de comitibus.Lunæ,24.Nouemb. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Sententia continens vnum extenditur ad aliud,ſine quo illud vnum,ſuper quo lata eſt,nō poteſt fortiri effectum. Idē procedit etiam in petitione.nu.2.*

3 *Maiora expreſſis non veniunt in neceſſariam antecedentiam,niſi aliàs actus non valeret.*

4 *Iudex pronuncians fideicommiſſarium immittendum eſſe in poſſeſſionem bonorum, cenſetur pronunciaſſe in neceſſariam antecedentiam hęreditatem debere reſtitui.*

5 *Actiones duæ, quarum vna ſit præparatoria alterius, poſſunt eodem tempore ſubordinatè intentari.*
Et hoc etiam ſi ſecunda actio ab initio orta non ſit, ſed omninò ſit ab initio oritura, quia tolleratur propter lites dirimendas. nu. ſequen. ex communi.

6 *Litium dirimendarum gratia multa tollerantur, quæ aliàs non tollerarentur.*

7 *Sententia,quòd actiones tranſierint in fideicommiſſarium propter iniuſtam renitentiam in reſtituendo, dicitur declaratoria.*

8 *Expreſſum ſatis illud dicitur, quod venit in neceſſariam antecedentiam.*

9 *Interpretatio omnis facienda eſt pro ſententia, & ad excludendum ſpolium ſeu delictum.*

DECISIO CCCCL.

DOmini ſteterunt in reſolutis ex eiſdem rationibus & auctoritatibus, de quibus in reſolutione, quamuis enim † ſententia ſit ſtricti iuris,ex
1 vi tamen attractiua continens vnum indiſtinctè, trahitur ad aliud,ſine quo illud vnum,ſuper quo lata eſt, non poteſt ſortiri effectum,vt dicit Ang. conſil.257.ſub nume.6.prout in hoc caſu,in quo abſque reſtitutione hęreditatis poſſeſſorium, ſuper quo iudex pronunciauit, locum habere nequiuiſſet.

2 Quod † cùm nedum procedat in ſententia, ſed etiam in petitione,Pau.de Caſt.conſil.85.nume.2.lib.2.& tradunt Doct.in rub.C.qui admit.vbi Dec.nume.74. ceſſat conſequenter reſponſio data, quod cùm huiuſmodi reſtitutio non eſſet petita, ſententia nequeat hoc continere. Quia immo petitio hoc continebat, ex quo pars non poterat conſequi illud, ad quod expreſſe agebat ſine tali reſtitutione. Ceſſat etiam alia reſponſio,quod ſtante ſuſpenſione petitorij non adeſt poteſtas ita pronunciandi.Quia vt fuit dictum in reſolutione, ſuſpenſio non impedit,quominus adduci poſſint ea quæ ad obtinendum in poſſeſſorio ſunt neceſſaria, prout videmus in cauſa beneficiali, poſſe,non obſtante ſuſpēſione, adduci titulum coloratum,vt tunc fuit dictum.

Non obſtat, quòd in neceſſariam antecedentiam non veniant maiora expreſſis.Quia vltra,quòd hoc magnam patitur difficultatem,vt liquet ex adductis per Cur.iun. in l.2.de iur.om.iud.nume.12. cum ſeq.& à Dec.in rub. C.qui admit.num.88.& in capitu.præterea.de of.deleg.
3 non † procedit,quando alias actus non valeret, quia tūc ex reg.l.illud.de acquiren. hære. comprehenduntur etiā maiora expreſſis neceſſaria ad actus validitatem. Dec.cōſil.77.col.3.prope fi.ver.tertio dici poteſt,& in d.rub.C. qui admit.nu.80. Accedit quod cum adducatur hoc ad effectum poſſeſſionis,non poteſt dici quid eo maius.

Pariter non obſtat, quod male dixerunt Doct.neceſſariam eſſe reſtitutionem, ſi iudex ſemper in neceſſariā antecedentiam pronūciaret hęreditatem reſtituendam. Tum,quia Doct. dicunt non competere huiuſmodi remedia ante verbalem reſtitutionem factam: non tamen
4 dicunt,iudicem pronūciantem fideicommiſſarium immittendum eſſe in poſſeſſionem bonorum,non pro nunciare in antecedentiam neceſſariam hæreditatem debuiſſe reſtitui.

Tum

Tum & secundò, quia hoc remedium non semper dirigitur contra hæredem debentem restituere, sed etiam contra tertios possessores, quo casu argumentum procedere non potest, cum ipsi restituere non teneantur.

Non etiam ob. quod fuerit pronunciatum super remedio priusquàm competeret, vel illico, quod competere cepit, quia cõsiderandum est, quòd † duæ actiones, quarum vna sit præparatoria alterius, vt in hoc casu, in quo actio ex testamento, quæ datur contra hæredem ad restituendam hæreditatem ad nõ. per Bar. in l. si legarus. ff. ad Trebellian. per glo. & Doct. omnes in l. & sine scriptura. C. ad Trebellian. est præparatoria remedij possessorij competituri post dictam restitutionem, possunt eodem tempore subordinatè intentari. & licèt hæc secunda actio ab initio orta non sit, cum tamen pendente iudicio ex contumacia, & renitentia non restituentis nedũ spes sit, quod oriatur, sed omnino sit oritura ab initio, deduci potest saltem eam subalternando, petendo vt hæres restituat hæreditatem saltem verbaliter, & postquàm restituerit, vel postquàm propter contumaciam, vel renitentiam ipsius habenda fuerit pro restituta ad effectum translationis actionum, immittatur in possessionẽ. Tolleratur † enim hoc propter lites dirimendas, vt declarat post glo. magnam in l. prima, in fi. ff. de actio. emp. Rom. consi. 392. numero 12. 13. & 14. quem sequitur Felyn. in c. significantibus. nu. 23. de libel. oblat. Dec. in l. edita. numero 70. C. de eden. declarat etiam glos. in c. Raynaldus. ver. demum. in verbo, venirent. de testam. vbi Couar. attestans. de communi. §. primo, numero 9. Salyce. in l. prima, numero quarto, de iud. & cum causa esset commissa summariè, censetur ab initio deductum omne ius etiam hoc pacto, ex ijs quæ resoluta fuerunt in illa Roman. donat. 50000. coram me. Accedit, quòd hæc videtur declaratoria, quòd † actiones transierint in fideicommissarium propter iniustam renitentiam in restituendo, vt per gl. in l. sancimus. §. cum aũt. C. ad Treb.

Non ob. quòd statutum de tribus conformibus debeat intelligi in ijs, in quibus expresè sententiæ sunt cõformes, quia † satis dicitur expressum, quod venit in antecedentiam necessariam, vt dictum est, quoniam saltem non sumus in formalibus ex allegatis. Tiraq. de ll. connub. glos. septima, §. septimo, numero 179. in 9. quæstio. expressit.

Quæ omnia Domini dicebant admittenda facilius esse ad subsistendum sententiam, vt bene deducit Dec. d. consil. 77. col. pe. & † ad excludendum spolium, & attentata, & sic ad delicti exclusionem.

SERAPHINI.

Portuen. bonorum. Veneris, 20. Martij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Gratia etiam motu proprio facta est nulla, quando adest defectus intentionis: immo etiam est ipso iure nulla, & numero 6.*
Et etiam si deficiat potestas.
2 *Actus sine potestate & voluntate constitui non potest.*
3 *Subreptio duplex esse dicitur: & quomodo differat à defectu intentionis. & nu. 6. & 7.*
4 *Motus proprius non firmat priuilegium contra ius alterius.*
5 *Falsitas causæ annullat gratiam quantumuis motu proprio concessam.*
6 *Præiudicium leue & magnum, quod dicatur, & quos pariat effectus.*
7 *Agendum non est in gratia generali de defectu intentionis, sed de comprehensione, vel non comprehensione.*
8 *Gratia à principio nulla potest confirmari per consensum superuenientem.*
9 *Distinctio inter defectum intentionis respectu gratiæ, & defectum intentionis respectu effectus, & executionis eiusdem.*

DECISIO CCCCLI.

DVbitaui præsupposito pacto, & gratia, & quod sine veri præiudicio d. gratia in quibusdã euentibus discordet, in quibusdam concordet cum pacto, an d. gratia sit ita nulla ex defectu intentionis Papæ, vt nunquàm etiam clausulæ in ea appositæ illam vnificent? Et causa pluries proposita tandem sub die 20. Februarij, Rota resoluit, gratiam fuisse nullam à principio ex defectu intentionis, reseruata generalitate, siue euentualitate. Et demum 20. Martij, fuit eadem decisio per Dominos confirmata.

Præcipua fundamenta decisionis fuerunt. Primò auctoritas Doct. in c. causam quæ. il secondo, de testib. vbi glo. Host. Ioan. And. Ægid. Abb. Fely. Are. & alij per infor 1 mantes allegati, qui † omnes vno ore dicunt, gratiam, etiam motu proprio factam, esse nullam, quando adest defectus intentionis: & licèt nõ dicant esse ipso iure nullam, tamen sunt etiam aliqui, qui hoc dicunt, veluti Paris. consi. 74. num. 32. lib. 4. & hoc idem videtur firmare Cassad. decis. 3. de pens. nu. 3. in fi. vbi tradit, gratiam factam de pensione, non facta mentione de alia prius imposita, esse nullam, etiam si motu proprio facta sit, & demum, nu. 5. tradit eam esse nullam ipso iure, & licèt fundet se etiam in subreptione, id euenit, quia in casu suo gratia erat ad partis postulationem, sed non tollit æquiparationem, quam facit subreptionis, & defectus intentionis. & ita sunt intelligendi Doct. qui passim æquiparant subreptionem, & defectum intentionis.

Secundo pro hac sententia facit euidens ratio, quia cùm in constituenda gratia requiratur potestas, & volũtas, vtique altera deficiente, gratia est à principio nulla, 2 nam † actus sine voluntate, & potestate constitui non potest. Bal. in l. omne verbum. C. commun. de lega. Alex. consil. 52. nume. 30. lib. 4. Imol. in l. qui soluendo. de hæred. instituen. & in l. filio præterito. in vltima quæsti. de in iust. rup. testam.

Tertiò, quia non bene videtur constitui differentia inter subreptionem, & defectum intentionis, quantum attinet ad hunc effectum. quia etiam defectus intentio- 3 nis potest dici subreptio. Ea † enim est duplex, altera. q̃ prouenit ex parte impetrantis, altera, quæ oritur ex re ipsa, primam tollit motus proprius, secũdam non. Ægi. 392. & 475. & d. c. causam quę. il 2. nu. 1. de testib. Rebuf. in form. mand. apost. in verbo, motu proprio, in 29. speciali. in fi. Bonif. in clem. per literas. nu. 11. & 12. de præb. Fel. in c. in nostra. in 10. corol. de rescrip.

Quartò faciunt Doct. passim dicentes, quod † motus 4 proprius non firmat priuilegiũ contra ius alterius. Abb. in c. ad aures. nu. 5. de rescrip. But. in c. per venerabilem. nu. 15. qui fil. sint legit. Prepos. in c. quia circa. nu. 4. de cõsang. & affi. Rui. consi. 123. nu. 16. lib. 3. Gem. consi. 104. Curt. sen. consi. 35. nu. 37. Rot. in antiq. 444. cum infinitis alijs qui deduci possent, ex quibus colligitur, quòd si motus proprius non firmat priuilegium, illud ab initio esse nullum.

Quintò, in indiuiduo, de quo agitur, hoc tantò facilius procedit ex eo, quod Papa videtur motus ex falsa cã, cùm dixerit, Illustris. D. Iulium esse horum bonorũ verũ dominum,

dominum, quæ verba iuxta subiectam materiam, cùm agatur de perpetua applicatione, sunt intelligẽda de eo dominio, ex quo nascebatur valida perpetua applicatio: 5 sed † falsitas causæ perpetuò annullat gratiam, quantũuis motu proprio concessam. Fely. post Anch. in c. ad aures, nu. 9. de rescrip. & in d. c. causam quæ. nu. 3. cum alijs per informantes allegatis.

Non ob. in contrarium deducta. & primo doctr. Butr. in c. mãdatũ. añ nu. 14. & in c. capitulũ sanctę Crucis. nu. 24. de resc. Quia aut loquitur cõtra auctoritatẽ cęterorũ Doctorum, vel in casu suo militat particularis rõ, prout 6 considerat Cassad. d. decis. 3. nu. 5. de pension. nempe † distinguendo inter leue & magnum præiudicium, vel etiã ex alio potest considerari ratio particularis, quia re vera ibi non adest defectus intentionis, cùm indistincte siue primæ literæ sint præsentatæ, siue non, teneant secundæ literæ, secundum opinionem Abb. ibi in fine, & in c. capitulum. nu. 4. Et ipse secundæ literæ censentur habere clausulam, si primus ius suum non prosequatur, vt post Imo. in d. c. mandatum. nu. 5. Et valde probabilis est hęc sententia, vt non adsit defectus intentionis respectu cõcessionis secundarum literarum, quia Papa in gratiam plurium rescribere potest. Et in hoc non deficit intentio, tamen non vult inuitum ordinarium pluribus mandatis grauare, quod colligitur ex eo, quòd si super eodẽ corpore bene impetratæ essent literæ, tunc essent omnino subreptitiæ, & nullæ: nam propter incompatibilitatem gratiarum appareret manifestè de defectu intẽtionis. Præterea in illamet materia multi tenent, quòd gratia etiam motu proprio concessa, non teneat, vt p Franc. in c. si postquàm, nume. 6. de præben. in 6. & ibi idẽ But. num. 5. & 6. & ita vis non erit in differentia, quam constituit Butr. inter subreptionem, & defectum intentionis, sed in præiudicio tertij, quod indistincte annullat gratiam, secundum eos.

Non obstat, quòd quando gratia est generalis, ea non corruat ex casu particulari, in quo versatur tertij præiudiciũ, quia gra, de qua agitur, nõ vr gnalis, sed particularis cõprehensio. n. plurium euẽtum nõ facit gratiam ge- 7 neralem, quod patet † quia si essemus in gratia generali, non esset agendum de defectu intentionis, sed de comprehensione, vel non comprehensione. Soc. consi. 13. numero 8. libro 1. Præiudicium verò hic est certum, & indubitatum respectu secũdo genitorum, si qui adsint, sed de euentualitate alias erit videndum.

Non ob. quòd si gratia esset nulla à principio, nõ posset confirmari per consensum superuenientem, cuius cõ 8 trarium tradidit Soc. consil. 115. lib. 3. Quia † hoc negari meritò potest, cum neque Soc. loquatur in cõsensu ex post facto superueniente, sed in consensu præstito in ipso actu, & forte etiam ita indistincte non procederet ẽt secundum istam lecturam, nisi data Papæ scientia. Ægi. decis. 632. Præterea defendit Socin. in suo casu non adfuisse defectum intentionis sub numero 3. hic vero nõ potest negari aditum, cùm Papa ignorauerit pactum.

Non ob. distinctio, † quæ fit exemplo inter defectum 9 intentionis respectu gratiæ, & defectum intentionis respectu effectus, & executionis eiusdem, quia ista differentia est verbalis, cùm non possit separari hoc casu effectus ab ipsa gratia. statim enim, quòd applicantur bona primogenito, infertur præiudicium cæteris filijs inseparabile ab ipsa concessione, nec potest hoc præiudiciũ præseruari per clausulam, sine præiudicio, nam est incompatibilis cum dispositione, adeo quòd vel dispositionem viciat, vel à dispositione vitiatur, ne actus reddatur nugatorius. Et quæ dicuntur de hac clausula generaliter subintellecta in omnibus concessionibus, habent locum, quando potest stare vnà cum principali dispositione.

Et ita fuit pro nullitate absoluta gratia cõclusum. Deinde die Ven. 3. Aprilis proxime pręteriti, fuit causa proposita super euentualitate in prędcedenti positione reseruata. Et per Dominos conclusum retenta priori decisione eam non facere, quominus gratia sit nulla, quia huiusmodi euentualitas nõ tollit defectum intentionis. Ridiculum enim esset dicere, quòd Papa voluerit gratiam huiusmodi pendere perpetuo à voluntate successorum D. Iulij, ita vt modo valida quorundam respectu esset, modo inualida. Maximè, cùm simus in materia prophana, in qua Papa sine consensu vocatorum in pacto de potestate ordinaria nihil constituturus fuisset. Et ideo perstiterunt in resolutis.

ALDOBRANDINI.

Roman. hæreditatis de comitibus. Veneris, 21. Iunij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Statuta Vrbis comprehendunt etiam clericos tanquàm statuta Papalia.*
2 *Appellatione districtualium comprehẽduntur etiã clerici.*
3 *Conueniri quis potest etiam in loco domicilij, quando rei vendicatio intentatur.*
4 *Statuta loci attenduntur, vbi res est sita, quando agitur de iure aliquo exre proficiscente: secus si ex ipso iudicio proueniat.*
5 *Statuta loci iudicis quibus casibus attendantur.*
6 *Statutum minuens appellationes dicitur respicere ordinaria, non autem decisoria.*

DECISIO CCCCLII.

DOmini concluserunt, statutum de duabus conformibus habere locum in casu, de quo agitur, quia ex illius lectura apparet nõ esse restrictum ad forum capitolinum, cùm in eo claris verbis disponatur, quòd seruetur in omnibus curijs, & sic etiam apud nos, vt fuit resolutum in vna Roman. domus coram Do. Binarino. Nec ob. quod Illustris, & R.D. Abbas vti clericus illi non subijciatur, quia est etiam resolutum coram 1 R.D. Robusterio, quòd † statuta Vrbis comprehendunt clericos, quia sunt statuta Papalia. Et quamuis informantes pro Domino Abbate velint constituere differentiam inter statuta quatuor librorum præcedentium, quæ admittunt posse dici Papalia, ex quo cõdita fuerunt à deputatis à Papa, & nouas reformationes, quæ nõ possunt dici Papales, quia conditæ fuerunt à personis deputatis à populo, & simpliciter fuerunt cõfirmatæ à Leone Decimo, quæ confirmatio non extendit statuta ex allegatis, tamen talis differentia Dominis non placuit, quia Leo ante confirmationem deputauit duos Cardinales Iacobatium & Sanctorum quatuor coronatorum, qui prę fatas nouas reformationes viderent, & examinarent, & sic adfuerant etiam deputati à Papa, quia omnia nostra facimus, & Papa deinde ipsas confirmauit, & iussit obseruari vbique in Vrbe & eius districtu, sicut obseruantur alia statuta.

Sicut etiam non obstat, quòd hoc statutum veniat ad extensionem statuti, 167. lib. 1. & ppterea debeat ab ipso limitationem recipere. Quia ratio recti sermonis nõ patitur hanc restrictionem, vt intelligatur de his qui litigant in foro capitolino. Nam mandat hoc statutum primum statutum seruari in omnibus curijs contra ciues, incolas,

incolas, & districtuales, & sic non se restringit ad litigantes in curia capitolij, sed satis est, quod lis vertatur inter ciues, incolas & districtuales, & istos Illustr. Dominos esse tales non ambigitur, idque tanto magis, quia
2 † appellatione districtualium comprehenduntur etiam clerici secundum Roma. singul. 446. And. Sicul. consilio primo, col. 16. prope fi. lib. 3. Alex. in l. in prouinciali. §. in publico. nume. 12. ff. de ope. noui nunc. & consil. 41. numero 5. lib. 7. & Doct. in c. fi. de of. deleg. in 6. quod nullam videtur posse recipere difficultatem, cum Papa. hoc casu sit dominus districtus, à quo indistinctè distringi possunt.

Non etiam obstat, quòd castrũ Patricæ sit vltra 40.
3 mill. Quia etiam † quando intentatur rei vendicatio, potest quis conueniri in foro domicilij. gl. communiter approbata in l. fi. C. vbi in rem actio. vbi Bar. Bal. Salyce. & alij Doct. in c. sanè. vbi Abb. numero 4. de foro competẽ. Cùm igitur hic fuerint conuenti à bo. me. Illustr. D. Tor quato isti Illustr. fratres respectu iudicij, debent attendi statuta loci iudicij, non autem loci rei, de qua controuertitur: quia † tunc demum attenduntur statuta loci,
4 vbi res est sita, cum agitur de iure aliquo ex re proficiscẽti. Abb. in c. quod clerici. numero 11. de foro competen. Tiraq. de retrac. Lignar. glo. prima, nume. secundo. Et ita procedunt dicta in illa Teracinen. coram R. D. Blanchetto, in qua agebatur de statuto repellente fœminas dotatas à successione bonorum: hic autem non agitur de iure proficiscente ex re, sed de lesione ortũ habẽte in ipso
5 iudicio, & postquàm iudicium ceptum est, quo casu † attenduntur statuta loci iudicij. Bal. in l. cunctos populos numero 20. & ibi Ias. num. 21. qui loquitur magis in terminis nris, C. de sum. Tri. cũ. n. lesio, quę per sniam infertur, de cuius appellatione tractatur, originetur in ipso iudicio, debent attendi statuta loci iudicij, nõ rei, de qua controuertitur, vt videmus in simili, cùm petitur restitutio in integrum, circa quam attenduntur statuta loci iudicij, quando lesio prouenit ex ipso iudicio, vel in ipso iudicio, secus si tractatur de lesione antea causata, puta in contractu. Salyce. in dicta l. cunctos populos. numero septimo, cum alijs allegatis, idque tanto magis, quia iam est resolutum in vna Bononien. coram R. P. D. Ro-
6 buster. quòd † statutum tollens vnam appellationem, & minuens appellationes, dicitur respicere ordinatoria, nõ autem decisoria, per no. per Franc. in cap. si duobus. §. primo, ver. quid autem si laycus. & in cap. vt debitus. col. 8. ver. septimo quæritur. de appel. & in simili dicitur de statuto tollente omnem exceptionem præter exceptionem solutionis. Fely. in c. quoniam. num. 12. de const. Et quãuis stante hac resolutione videretur hoc statutum seruãdum solum in curia capitolij, tamen propter expressa verba d. statuti fuit resolutum coram Do. Binarino, vt hoc non obstante vbique seruetur in vrbe, atque etiam vt dixi apud nos.

ALDOBRANDINI.

Bononien. de Luparis. Veneris, 11. Aprilis. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Actiones directæ remanent penes cedentem voluntarium, non autem necessarium. & nu. 4.*
Sed an sint inutiles, vel ne, sunt opiniones. numero 2. & sequen.
3 *Actiones directæ tanquàm inhærentes ossibus, non possunt transferri.*
4 *Cessio quando fit ex causa necessaria, illicò ius directum remanet inutile penes cedentem. ex communi. secus si ex causa voluntaria.*
Amplia etiam quod in cessione esset clausula, ponens in locum suum.
5 *Scientia sola, quæ elicitur ex libello sufficit ad tollendum exercitium directarum actionum, quæ remanent penes cedentem.*
6 *Actio spolij nõ venit in actione generali, nisi de ea fiat particularis mentio.*
7 *Exceptio dominij obstat agenti spolio.*
8 *Exceptio, tu cessisti omne ius tibi competens in his bonis, quando opponi possit à cessionario.*

DECISIO CCCCLIII.

DOmini cõstituerunt regulam pro Buccamatio, quòd penes ipsum tanquàm cedentem voluntarium, non autem necessarium, non obstante
1 cessione, remanserunt † directæ actiones. l. 3. C. de noua. cum ibi no. Doct. in l. si cum emptore. ff. de pact. vbi Ias. Paul. de Cast. in l. facta. §. si hæres. nu. 4. ff. ad Treb. & difficultas penes eos remansit circa limitationes. Tres enim afferebantur, sed vnam ex facto subtuli.

Prima erat super verbis amplissimis ipsius cessionis,
2 ex quibus videtur inferri, quòd † directæ remanserint omnino inutiles penes cedentem, per plura quę allegantur pro Hieronimo, & licèt Afflic. decis. 375. nume. 22. velit, quòd non obstantibus huiusmodi verbis etiã stante scientia cessionarij, remaneant nihilominus penes cedentem efficaces, tamen Paris. consil. 19. nume. 66. cum seq. lib. 3. multa adducit contra dictam decisionem. Et faciebat difficultatem aliquibus ex Dominis, quòd in hac cessione sunt ampliora verba, quàm essent in casu decis. Afflic. maximè ponderando constitutum. Buccamatius enim constituit se possidere hæc iura nomine Lucatelli emptoris: sed tamen replicabatur per aliquos ex Dominis, quòd huiusmodi constitutum non potest
3 aliquid operari respectu directarum actionum, quæ † cũ inhæreant ossibus, non possunt transferri in alium. Bar. in l. non potest. num. 18. ff. de leg. primo. Sed hoc omisso, cùm hic versemur in cessione facta ad commodum cessionarij, ex quo huiusmodi iura venduntur à Buccamatio Luçatello, iungendo huiusmodi verba ita ampla cum scientia Lupari d. cessionis, quæ scientia liquet ex processu nuper producto, res tranit sine difficultate, qa hæc videtur vna ex limitationibus, quę communiter tradit. ad d. l. 3. vt per Paris. d. consi. 19. nume. 66. glo. in l. fina. ff. de transact. vbi Doct. quod aliqui ex Dominis admittebant esse verum in cessione facta ex causa necessaria, puta quando in ortu directarum quis adstringitur ad cedendum, vt in hærede grauato de restituendo, & in procuratore stipulãte procuratorio nomine, secus quã-
4 do fit ex causa voluntaria, nam † quando cessio fit ex causa necessaria, illicò ius directum remanet inutile. l. 1. §. 1. & §. quamquàm. ff. ad Trebel. vbi vero fit ex causa voluntaria, remanent efficacia iura directa, donec interueniat vnum ex illis tribus de quibus in d. l. 3. C. de nouat. vt declarant bene Ang. in l. facta. §. si hęres. ff. ad Trebel. etiã quod in cessione esset clausula, ponens in locum suum, reprobata opin. Ange. in d. l. si cum emptore, quia ipsemet tenet contrarium in d. l. 3. C. de nouat. & in l. qui quadraginta, ad Trebellian. Paul. de Cast. in dicta l. si cum emptore. nu. 4. Rom. in l. si in prouinciali. §. si ego. ff. de oper. nunciat. Ias. in l. non qui eorum. §. qui Caium. nu. 3. de leg. 1.

Et si ad tollendum exercitium directarum sufficeret

5 statio, quia † sufficeret scientia elicita ex libello, qui præcedit contestationem litis, vt arguit Alberi. in d. l. 3. nume. 2. ver. in contrarium.

Secunda limitatio erat, quòd Lucatelli egissent in partibus contra Luparum super restitutione horum bonorum, quod dixi non esse verum, quia lis agitata non fuit super restitutione huiusmodi bonorum, sed super expulsione cuiusdam coloni.

6 Tertia afferebatur limitatio, quia † non vĩ, quòd hæc actio spolij veniat in actione gñali, nisi de ea fiat particularis mentio. Sarnen. de triennal. q. 11. ver. secũdus casus. Mohedã. decis. 324. Et licèt hoc prima facie videatur facere ad fauorem Buccamatij, tamen dicebant Domini, q cùm non sit translata hæc actio mediante cessione in Lucatellum, ipse eam intentare non posset, nec potest etiam intentare Buccamatius, ex quo cessit omne ius sibi competẽs, & sic dominium omnium bonorum à se abdicauit. Vnde huiusmodi † exceptio videtur obstare agẽti spolio, vt per Soc. in l. rem quæ nobis. in 9. q. ff. de acquirẽ. pos. cum alijs allegatis. Videtur enim, quòd possit
8 Lucatellum, ipse eam intentare non posset, nec potest etiam intentare Buccamatius, ex quo cessit omne ius sibi competẽs, & sic dominium omnium bonorum à se abdicauit. Vnde huiusmodi † exceptio videtur obstare agẽti spolio, vt per Soc. in l. rem quæ nobis. in 9. q. ff. de acquirẽ. pos. cum alijs allegatis. Videtur enim, quòd possit Luparus, contra quem sunt cessæ actiones directæ Buccamatij, opponere, tu † cessisti omne ius tibi competens in his bonis. Aym. consi. 191. nu. 3.

Et quamuis Rota teneat, q non dicatur constare notorie de non iure agentis spolio, nisi per cõfessionẽ partis, vel per rem iudicatam, tamen dicebant satis constare de non iure per confessionem partis stante huiusmodi cessione, qua mediante omne ius sibi competens in huiusmodi bonis transfert Buccamatius in Lucatellũ, quæ tamen ab alijs Dominis non admittebantur, quia non dicitur constare de non iure, quandiu de iure constare potest. Et propterea dixerunt, quòd materia restringatur ad huiusmodi limitationes.

ALDOBRANDINI.

Pharen. pensionis. Die 24. Ianu. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Pensio dicitur esse materia odiosa.*
Eo q magis in quota fructuum.
Immo magis, vbi cum ea adest dispensatio. nu. seq.
2 *Dispensatio vulnerat ius commune: & stricte intelligitur etiam proprio motu facta. nu. 7.*
3 *Actus regulatur à principali intentione disponentis, nisi materia sit odiosa.*
4 *Regula de impetr. benef. vac. per obit. fam. Card. dicitur esse odiosa, licèt sit inducta ad fauorem Cardinalium, & Papæ intentio sit illis fauere.*
5 *Dispositio odiosa respiciens publicam vtilitatem dicitur fauorabilis: alias secus.*
6 *Beneficia, vt sine diminutione conferantur, publicè interest.*
7 *Extinctio pensionis restituit beneficium ad pristinam libertatem, & dicitur fauorabilis. nu. seq.*
8 *Ecclesiæ maior debetur fauor quàm publicæ vtilitati.*
9 *Pensiones secundum ius primeuum sunt compatibiles cum cathedralibus.*
10 *Odium quando est rationabile, dispositio potest latè interpretari.*

DECISIO CCCCLIIII.

FVit per Dominos tentum, materiam, de qua in secunda parte regulæ Adriani, esse odiosam, nõ aũt
1 fauorabilẽ, quia † pensio cùm sit seruitus & onus reale, est consequenter odiosa, Pau. de Roman. de Pension. capitu. octauo, nume. 22. Cassad. decis. 3. circa prin. de pens. & 4. nume. 6. eodem tit. Sarnen. de infirm. q. 16. Caccialup. de pens. quæstio. octaua, Gigan. q. 96. Maximè, cum sit in quota fructuum. Felyn. in cap. ad audientiam. colum. secunda, ver. secundo, de rescrip. Caccialup.
2 de pension. quæst. 6. Gig. quæstio. octaua. Et † quia vnà cum pensione in ea continetur etiam dispensatio, quæ & ipsa odiosa est, cùm vulneret ius commune. c. 1. de fil. presbyt. Ægid. decis. 482. & consil. 32. col. 2. Paris. consil. 37. num. 11. lib. 4.

Non ob. quod actus iudicetur fauorabilis, & odiosus à principali intentione disponẽtis. l. qui exceptionẽ. ff. de
3 cond. ind. Doc. in l. venia. C. de in ius voc. Quia † hanc regulam admittebant Domini in materia natura sua non odiosa, sed indifferenti: alioquin existẽte materia natura sua odiosa, intentio disponentis eam mutare nõ põt. Tiraq. de retrac. lig. in præfat. nu. 66. Quod Dñi cõfirmabant ex eo, quia videmus, q dispensatio est odiosa, vt dictũ est: & tñ principalis intentio disponẽtis est fauere dispensato, non aũt eum odio prosequi. Et similiter videmus, q † reg. de impetr. ben. vac. per ob. famil. Card. est inducta ad fauorem Cardinaliũ, & principalis intentio
4 Papæ est illis fauendi, & tñ odiosa ac stricte intelligenda vocatur, post Ægi. decis. 632. & Sarnẽ. in d. reg. q. 1. nu. 2. & q. 16. in fi. ac q. 18. num. 3. prope fi. qui Sarnen. licèt postea in d. q. 1. dicat illam late interpretandã, id dicit in pręiudicium concedentis, contra quem semper concessiones latissime intelliguntur. l. fi. ff. de const. prin. Et hinc Domini dicebant, q quando dispositio, quæ alias odiosa videretur, emanat ad fauorem publicum, vt sunt leges penales, quia reip. interest, ne delicta remaneant impunita, & in statutis excludentib. filias fœminas, cum similiter reip. intersit, vt bona in familijs, & inter masculos cõseruentur, per quos respublica conseruatur, tunc intentio disponentis iuncta cum hoc publico fauore potest operari hunc effectum, vt materia dicatur fauorabilis. Sed quando dispositio de se, & suapte natura est odiosa, & contra iuris dispositionem, & intentio fauendi nõ cõtemplatur ad publicam vtilitatem, sed ad priuatam, vel vnius, vel certorum hominum vtilitatẽ, tunc dispositio
5 remanet odiosa, vt † videmus in dispensatione, quæ respicit priuatam vtilitatem, in qua intentio disponẽtis est fauendi dispensato, non eam fauorabilem reddit, quam distinctionem cõprobant ex no. à Io. And. Gem. & Frãc. in c. fi. de ver. sig. & eam applicabant casui nostro hoc pacto, publice interest, vt † beneficia sine diminutione cõ
6 ferantur, item ne destinata ad vnum pium vsum, in aliũ conuertantur. clemen. quia contingit. de relig. dom. Cũ igitur contra hanc publicam vtilitatem Papa dispensęt in fauorem Cardinalis, fauor vnius particularis Cardinalis habet contra se publicam illam vtilitatem, & materiam suapte natura odiosam, vt est pensio, & consequenter intentio disponentis eam fauorabilem reddere nequit ex supradictis.

Nec ob. quod etiam adsit fauor publicus propter sub stentationem Cardinalis, vt per Rom. cõs. 378. Tũ quia etiam ex alia parte grauabatur alter Cardinalis, cui diminuta cõferebatur Ecclesia Faren. & impediebatur, ne pensio extingueretur. Tum quia iste fauor publicus, vt Cardinalis se decenter substentare possit, sapit quãdam generalitatem, non autem respicit particulariter materiam retentionis pensionis. Ex alia autem parte habemus particularem publicam vtilitatem, vt beneficia diminuta non conferantur, & vt destinata ad vnum pium vsum, ad alium non conuertantur, quæ particularis publica vtilitas in ista materia debet præferri;

illi gñali publicæ vtilitati, ꝙ Cardinalis congrue se substentare queat. Et in oẽm euentum dicebant, ꝙ cũ negari non possit, quin extinctio pensionis sit fauorabilis, qa
7 † restituit beneficium ad pristinã libertatem. Gig. de Pẽ. q. 45. nu. 7. & ꝓpterea cassati potest, dũmodo id nõ fiat anticipata solutione sine auctoritate superioris, licèt sine ea constitui nequeat, Præpos. in c. Agatosę. in fi. 63. di. Sarnen. de infer. q. 16. Gigan. d. q. 45. Necessario ẽt infertur, ꝙ impedimẽtum, ne extinguatur, dicatur odiosum, quia impedit, ne beneficium suam recuperet libertatẽ, & sic ex tali impedimento quædã inducitur prorogatio seruitutis, quæ reddit materiam odiosam, vt dicitur de facultate transferendi. Sarn. d. q. 16. Maxime, quia negari non potest secundũ Dños, quin ex ista retentione præiudicetur tertio, nempe Ecclesiæ Faren. à qua pro toto illo tempore aufertur medietas fructuũ, quo casu dispẽsatio ẽt motu proprio facta strictè intelligitur. Fel. in c. po
8 stulasti. nu. 9. ver. vltimo, in hac secunda limitatione. de rescr. Cũ † præsertim Ecclesiæ debeatur maior adhuc fauor, q̃ publicę vtilitati. Fel. in c. nonnulli. nu. 53. de rescr.

Ex quibus cessat fundamentum factum pro parte hæredum, ꝙ quando agitur de pensione iam imposita, illa fauorabilis sit. Gig. q. 96. nu. 5. & resp. 25. nu. 15. quia illud forte potest procedere, quãdo tractatur de illius exe cutione: sed quando tractatur de impediendo ne extinguatur illis modis, quibus extinguitur de iure communi, vel de stylo, tunc quia impedimentum hoc impedit, ne beneficium suam recuperet libertatem, dicitur odiosum per supradicta.

Cessat etiam quod dicebatur, ꝙ per istam retentionẽ
9 reuertimur ad ius primęuum, secundum quod † pẽsiones sunt cõpatibiles cũ cathedralib. quia per remotionẽ ẽt huius dispensationis reuertimur ad ius cõe, secũdum quod beneficia sine diminutione conferenda sunt, & destinata ad vnum piũ vsum, ad aliũ conuerti nõ debẽt.

Non ob. quòd quando tertio ex iusta causa præiudicatur, materia large sit interpretanda, nec dicatur odiosa. c. tua nobis. vbi Abb. num. 4. de verbo. significa. Seisel. in l. fi. ff. de const. princ. Et quòd quando concurrit odiũ, & fauor, tota dispositio iudicatur fauorabilis. c. non du-
10 bium. vbi Abb. de senten. excommu. Quia † hæc omnia procedunt, quando odium est rationabile, sed quando habet in se quandam irrationabilitatem, tunc etiam ꝙ concurrat fauor propter principalem intentionẽ disponẽtis, fit nihilominus stricta interpretatio, vt in alijs materijs odiosis. Seisel. in l. vnica. num. 16. & 17. C. de in ius voc. Hæc aũt dispositio si late interpretetur, videtur reduci ad quandam irrationabilitatem, ꝙ Cardinali assecuto plures Ecclesias cathedrales opulentas, ex quibus substẽtari cõmode possit, si detur retẽtio medietatis fructuũ alterius Ecclesię, satis dñr modici reditus, & propterea cessat hoc casu iusta causa piudicandi Ecclesiæ. Et ꝓ hoc ẽt vnus ex Dñis considerabat illa verba, vt decẽtius substentari valeat, licet. n. rõnabile sit, vt Cardinalis decẽter sui status dignitatẽ substinere valeat, vt tñ illã plus q̃ q̃ decẽter substentare possit, non vr̃ ita rõnabile. Sed alij Dñi super hoc non faciebant considerationẽ. Aiebant enim, verba illa significare, vt decentius, verbi gratia, q̃ nunc facere potest, non aũt decentius, quàm conueniat.

ALDOBRANDINI.

Barchinonen. collegij. Veneris, 3. Aprilis. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus solus sine consensu capituli, an possit concedere facultatem beneficiatis faciendi collegium.*
2 *Qualitas personæ tollit suspitionem, quod aliquis eius nomine asserere voluerit.*
3 *Confirmatio habens clausulam, ex certa scientia, cum tenore concessionis inserto, dicitur validissima.*
4 *Confirmatio tollit defectum potestatis quem intellexit. Immo etiam sufficit scientia in genere.*
5 *Papa scire præsumitur iuris dispositionem.*
6 *Confirmatio non operatur in præiudicium tertij, nisi tale præiudicium sit narratum.*

DECISIO CCCCLV.

IN hoc dubio plures incidebant difficultates. Prima erat, an isti beneficiati ex se possent de iure communi facere collegium. Et Domini erant concordes,
1 quòd non poterant per allegata. Secunda erat, † an Episcopus solus sine consensu, vel consilio capituli posset cõcedere hanc facultatem. Et in hoc Domini nihil firmarunt, quia materia est multum difficilis, & hæc disputatio visa fuit eis non necessaria stante confirmatione apostolica, cui confirmationi licèt plura opponantur, Domini tamen dixerunt illam esse bonam, & suffragari beneficiatis, vno reseruato, an videlicet, priuilegium hoc per contrarium vsum, vel per non vsum sit sublatum. Dum enim primò obijciebatur confirmationem esse subreptitiam, quia concessio Episcopi facta fuit post confirmationem, vt constare videtur ex data vtriusque, Domini responderunt, quòd ex pluribus circunstantijs constat de errore datæ concessionis Episcopi, vel confirmationis apostolicæ. Primò, quia in d. confirmatione inseritur totus tenor concessionis vna cum omnib. suis solẽnitatibus. Secundò, quia Pãpa dicit, quòd adhibuit causæ cognitionem, & fecit d. concessionem diligẽter inspici. Tertiò, quia Episcopus concedens tunc temporis erat
2 in Vrbe, & erat orator Regis Hispaniarum, adeo † quòd qualitas personæ tollit suspitionem, quòd aliquis eius nomine asserere voluerit, illum concessisse, quæ non cõcesserat. Quæ confirmatio cum non solum habeat clausulam, ex certa scientia, sed etiam † habet insertum totũ
3 tenorem concessionis, vt dictum est, de eius viribus dubitandum non est. Inno. in c. inter dilectos. de fide instr. Ruin. consi. 31. nu. 5. lib. 1.

Nec ob. decis. Crescen. 139. quia ibi confirmatio non erat facta ex certa scientia, vt in hoc casu, & ibi etiam probatur contrarium ex exhibitione relati, quod hic minime contingit.

Secundò dicebant non obstare, ꝙ confirmatio nõ tollit defectum potestatis. Rot. deci. 2. de cõfir. vti. vel inuti.
4 in nou. Quia † hoc non procedit, qñ illum defectũ intellexit. Rom. & Prepos. in c. cenomanensiũ. 56. dist. Fely. in c. 2. col. 3. nu. 51. de rescrip. Brun. cõsi. 86. nu. 2. Et in hoc casu fortasse sufficeret scientia in genere, per ea que tradit Alexan. consil. 111. num. 16. lib. 6. de quo tamen tractandum non est, quia habemus scientiam specificam Papæ, cùm constet de insertione concessionis Episcopi, ex qua insertione apparet prædictam concessionẽ fuisse factam à solo Episcopo, non autem ab Episcopo, & Ca-
5 pitulo. dispositionem autem iuris † Papa scire præsumitur. c. 1. de consti. in 6.

Et quãuis confirmatio nõ operetur in piudiciũ tertij,
6 hoc † est verũ, dũmõ tale piudiciũ nõ sit narratũ. Dec. in c. tua nobis. nu. 7. de confir. vtil. vel inut. Sarnẽ. de iur. q̃. non tollen. q. 1. In hoc autẽ casu satis narratum fuit dictum piudiciũ, ex quo narratur cõcessio, prout iacebat.

Et cùm ad hoc quoad Capitulum leue sit præiudicium, eius citatio non fuit necessaria.

ALDO-

ALDOBRANDINI.

Roman. pretij domus de Palellis. Lunæ, 13. Ian. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Nouatio est expresè fienda.*
2 *Nouatio, quæ tendit in præiudicium nouantis, non præsumitur fieri.*

DECISIO CCCCLVI.

DOmini dixerũt ex deductis in puncto non esse recessum à forma primi instrumenti: nouatio
1 † enim debet expresse fieri. l. fina. C. de nouat. Et quamuis Doct. admittant quod per contractum secũdũ contrarium, & incompatibile cum primo nouetur primus, hic tñ non dat̃ talis contrarietas, & incõpatibilitas.

Quo. n. ad commissionẽ sanct. me. Pij Quinti, illa non ob. tum quia habet relationẽ ad instrm, tum ẽt, quia licèt in ea fiat mentio de summa, talis mentio fuit facta ad faciliorem expressionẽ, quia domus fuit vendita pro ptio scutorũ 4000. soluendorũ in grano. Qñ igitur Papa dixit, ꝙ residuũ vsq; ad integrum pretiũ 40000. scutorum deponatur, intellexit de pretio 40000. scutorum debito, qđ erat granum & ordeũ. Nec facit, ꝙ penes acta nõ possit deponi, quia ita poterat deponi penes acta granum, sicut pecuniæ, mediãte, vel cedula mercatoris, qui fateretur habere in depositũ tot rub. grani, vel ẽt actuali consignatione facta notario causæ de grano existente in granario consignando sibi clauem, idq; tantò magis, quia hæc consignatio emanauit ad fauorem dictorũ de
2 Palellis, vnde non fit verisimile, quòd † cùm talis nouatio tendat in eorum præiudicium, quod eam facere voluerint. Dec. consi. 97. nu. 5. Non ob. secunda commissio, quia ea reformata fuit.

Non ob. etiam oblatio, quia ea fuit conditionalis, habito consensu D. Horatij de Maximis, qui habitus non fuit. Item quia d. oblatio non habuit effectum, ergo renunciatio dispositioni prædicti instrumenti, quæ per eã inducebatur, non ob. Dec. consil. 149. numero 3. in fine. Bal. in l. si debitor. §. primo, ff. quibus mod. pigno. vel hypothe. soluat. Et ita etiam non ob. oblatio de qua per te stem vltimo loco examinatum, quia nec illa habuit effectum, vltra quod ille est testis vnicus.

ALDOBRANDINI.

Lucan. Decanatus, Vener. 22. Martij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Causa finalis ex proemio colligitur.*
2 *Dispositio quelibet, an sit odiosa, vel fauorabilis, inspicitur, quænam fuerit principalis intentio disponentis.*
3 *Actus principalis, seu quod principaliter agitur, inspicitur in quacunque materia.*
4 *Dispositionem fauorabilem reddere solet illud, quod tendit ad pristinam libertatem.*
5 *Remotio priuilegij tribuentis iuspatronatus, videtur potius fauorabilis, quàm odiosa.*
6 *Constitutio vel statutum contra ius commune respiciens publicam vtilitatem, fauorabile dicitur.*
7 *Annullatio actus dicitur continere pœnam, nisi fiat in fauorem ecclesiæ.*
8 *Constitutio quæ fit ad obuiandum fraudibus non dicitur annullare substantiam actus, sed tantum inducere formam.*
9 *Confirmatio duplex vinculum consequi dicitur.*
10 *Regressus & accessus sunt diuersi & separati termini.*
11 *Solicitudo onerosa Pontificalis officij multis indiget ministris.*
12 *Priuilegia tertio damnosa veniunt reuocanda. Fallit, nisi tale præiudicium esset ex causa à iure approbata. nu. seq.*
13 *Dispositio tertio præiudicialis, ex causa tamen à iure approbata, dicitur fauorabilis, & non odiosa.*
14 *Princeps potest etiam proprium contractum reuocare ex causa publicæ vtilitatis.*
15 *Princeps reuocans proprium contractum, per viam legis non tenetur ad recompensam.*
16 *Dispositio, per quã reducitur res ad sui pristinum statum, etiam quod alteri præiudicetur, dicitur fauorabilis.*
17 *Concessio tota dicitur gratiosa, quando illud, quod soluitur, non æquiualet concessioni.*
18 *Ius patronatus non acquiritur ex augumento dotis.*
19 *Dispositio continens odium, & fauorem, tota dicitur fauorabilis. Eoq; magis quando principalis intentio disponentis est fauere. num. 20.*

DECISIO CCCCLVII.

DOmini cõcorditer tenuerũt, reg. Adriani esse fauorabilem, non aũt odiosam. Moti fuerũt, quia
1 cũ ex proemio, ex quo † cã finalis elicit̃, l. fi. ff. de hære. inst. deprehendebatur, ꝙ principalis intẽtio Adriani fuit afficere, vt Põtifices possint de bñficijs, psonis qualificatis ecclesię vtilib. & necessarijs prouidere, & vt Inno. ẽt dicit, cuius vestigijs inhærẽdo (ingt Adrianus) se obuiare, ne auctoritas sedis apostolicæ, & ordinariorũ in dies minueretur, & ne bñficia detrimẽtũ paterẽtur, prout in dies asserebat contingere, & consequẽrer solũ fauere, nõ aũt odio aliquẽ prosequi: sequitur, ꝙ talis regula sit omnino fauorabilis ex illa receptissima Doc. cõclusione, qđ
2 † ad cognoscendum, an lex, vel alia quæuis dispositio sit odiosa vel fauorabilis, inspicitur, quænã fuerit principalis intẽtio disponẽtis. l. qui exceptionẽ. nu. 1. vbi Bar. Paul. de Cast. & alij. ff. de cond. indeb. Bar. in l. si quis nec cãm. nu. 6. ff. si cer. pe. Cald. cõs. 14. de ver. sig. Tiraq. de retract. lign. §. 30. gl. 1. nu. 5. Rom. cõsi. 4. nu. 7. & 328. nu. 3. Doc. in l. venia. ff. de in ius voc. vbi Dec. nu. 5. & Rimin. col. 3. Aym. consi. 118. nu. 9. Mil. in verbo, lex dr̃ fauorabilis, vel odiosa, cum alijs allegatis, & maxime quando fauor, vt hic est immediata causa dispositionis. Aretin. in l. Gallus.
3 §. & quid si tantum. nu. 91. & † generale est, quod in quacunq; materia inspicitur, quod partialiter agitur. l. rogati. l. si quis ne causam. ff. si cer. peta.

Quibus accedit, ꝙ per hãc reg. bñficia reducuntur ad
4 pristinã libertatẽ, & ad primũ ipsorũ statũ, quod solũ † dispositionẽ fauorabilẽ reddere solet. c. ab exordio. 36. dist. Fely. in c. cum oẽs. col. 3. de const. Ias. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. cum alijs allegatis ꝙ Ferret. q̃ loquitur de reuocatione gratiæ, consi. 357. nu. 23. & cõs. 358.
5 nu. 3. cum alijs adductis. Vltra † quod etiam remotio priuilegij tribuentis iuspatronatus videtur potius fauorabilis, quàm odiosa. Pau. de Cittad. de iurepatro. in quarta par. nume. 3.

Non ob. ꝙ de iure communi deceat beneficia Principũ esse mansura, & cũ hæc regula tollat priuilegiũ, dicat̃ ẽt contra ius cõe, & consequenter odiosa, Gemin. consil. 35. nu. 2. cum alijs adductis pro parte Do. Io. Pauli. Quia
6 † etiam quod constitutio, vel statutum sit contra ius,

est nihilominus fauorabilis, quando intentio condentis fuit fauere, vt dicunt Doc. de stat. fœminas excluden. in d.l. venia. C. de in ius vocan. & similiter statutum Toletan. de non recipiendo in capitulo descendētes à Iudęis, & Mauris, & statutum vrbis prohibens dari in dotem vltra summam duorum millium, sunt contra ius commune, & tamē Rota has ambas dispositiones inspecta principali intentione statuentium iudicauit esse fauorabiles, vt hic per informantes.

Sicut non ob. quod annullatio actus contineat pęnā, & quòd vbi agitur de pœna, materia dicatur odiosa, ga
7 † huiusmodi annullatio sit in fauorem ecclesiæ, & collationis pontificiæ, & ordinariæ, quo casu dispositio dicitur fauorabilis, non obstante tali annullatione. Dec. post Alexan. quem alleg. in capitu. cognoscentes. in prima lectura, nume. 5. cum sequen. de constit. & fuit resolutum coram R.P.D. Robuster. in illa Roman dotis in fortioribus terminis.

Nec faciunt in contrarium decisiones allegatæ, quia omnibus bene respōdetur per informantes. regula. n. de
8 qua per Cassad. 35. super reg. est merè bursalis. Et † constitutio clementis de extenden. cēsibus claris verbis annullat consensus, non autem gratiam, quia emanauit solum ad obuiandum fraudibus, quæ fiebant circa præstationem huiusmodi consensuum. Et similiter decis. Mohedan. 351. non fundatur super eo, an dispositio sit odiosa, vel fauorabilis, sed super clausulis amplissimis priuilegij concessi Marchioni Astoricen. vt fuit etiam visum anno superiori coram R.D. Seraphino in vna Astoricen. Archidiaconatus. Quemadmodum etiam decis. 27. Put. de concess. præben. non fundatur super hoc, sed super eo, quòd illa receptio in canonicum, est facta secundum di-
9 spositionem iuris, quę † postea cùm à Papa confirmatur, duplex consequitur vinculum, quod fortius stringit, & propterea non cadit sub reuocationibus de hoc non facientibus mentionem, secundum gl. in clem. dudum. de sepult. Achil. decis. vnica, de confirm. & cùm indulta sint fauorabilia, ex quo tollunt obstacula collationis ordinariæ, apparet, quòd de regula modificatiua indultorū ad istam non potest inferri, cùm in ea non militent ea quæ
10 militant in ista, vt supra dictum est, & cùm etiam † regressus & accessus sint valde diuersi, cùm vnus præsupponat ius de præterito, & alter de futuro, ex vno ad aliū non potest fieri illatio, quæ non sit ex diuersis. Et consequenter non obstat decis. Put. 7. de regress.

Et denique non obstat, q̄ huiusmodi regula tollat ius tertij, quo casu dicitur odiosa, vt per Gem. d. consi. 36. cū alijs alleg. Primò, quia cùm ex illa possit Papa prouidere de beneficijs personis qualificatis ecclesiæ vtilib. & ne-
11 cessarijs, à iure approbata est, cùm † sollicitudo onerosa pontificalis officij multis indigeat ministris. capitu. inter sollicitudines. de purg. can. 22. distin. cap. in nono, qui præsertim literati quibus Ecclesia plurimum indiget, capi. cum ex eo. de elect. in sexto, remunerandi sunt. capitu. cm secundum Apostolum. de præben. & taliter est approbata, vt propter ea summi Pontifices iustissime reseruationes fecerunt, vt per Simonet. de reseruat. quęstio. secunda. Sicut etiam à iure approbata est illa alia causa, quod in dies minuebatur auctoritas ordinariorū,
12 & beneficia deteriorabantur. Cùm enim † priuilegia tertio inspiciunt esse valde damnosa, reuocanda sunt. capi. suggestum. de decim. vbi Abb. nume. 3. & 4. quæ cum ita sint, sequitur, quod cum principalis intentio huius constitutionis fuerit fauorabilis, licet exinde resultet præiudicium tertij, cum tamen hoc prę iudicium inferatur ex
13 causa à iure approbata, dispositio † remanet nihilominus fauorabilis. c. si propter. de rescr. in 6. vbi gl. & Doct. in capitu. tua. de verborum signifi. ca. ex parte. il 3. de decim. vbi Abb. numero 3. & 4. & melius idem Abb. in d.c. tua. numero 4. de verborum signific. Ioan. Monac. in d.c. si propter. & ibi etiam Prob. in addi. Arch. col. 2. in prin. Butr. numero 18. & Geminia. nume. quinto, Anchar. numero tertio, Felyn. in cap. postulasti, col. 10. in prin. versicu. fallit. quarto. de resc. Seisel. in l. fina. num. quinto, cum pluribus sequen. ff. de const. princip. Et hinc quoque est, quòd l. cum auus. ff. de cōd. & demonstr. & l. si vnquàm, C. de reuoc. donat. dicuntur fauorabiles, vt per Tiraq. in d.l. si vnquàm. in verbo, libertis. nume. 63. licet alteri per eas præiudicium inferatur, quia tale præiudicium infer
14 tur ex causa honesta, & à iure approbata, maxime, quia hæ causæ publicam vtilitatem concernunt, ex quat † Princeps etiam proprium contractum reuocare potest. Felyn. in capi. nouit. colum. sexta, de rescrip. præsertim per
15 viam legis, quo † casu secundum Docto. ad recompensam non tenetur. Dec. in c. quæ in Ecclesiarum. nu. 21. de constit. Gozad. consi. 5. nu. 21. Aym. de antiq. temp. 4. par. nu. 237. & consi. 135. nu. 3. cum seq. Parisi. consi. 1. nu. 45. cum seq. lib. 1.

Secundò, quia cùm per hanc reductionem reuertan
16 tur beneficia ad eorum pristinum ius libertatis, talis † dispositio est fauorabilis etiam quòd ex ea alteri præiudicetur. Curt. iun. consil. primo, numero 22. Cassan. consilio 66. numero 63. Goffred. consil. 14. nume. 63. Sarnen. de iure quęs. non tollen. q. 16. Gozadin. consi. 1. nu. 35. & consi. 26. nu. 54.

Nec etiam fuit habitum à Dominis in consideratione, quòd huiusmodi priuilegia sint cōcessa ex causa onerosa. Tum quia ex supradictis patet solutio, tum etiam
17 quia † quando illud, quod soluitur, non æquiualet concessioni, tota concessio dicitur gratiosa. Soc. consi. 4. numero 59. & consil. 87. num. 12. lib. 3. Boss. in pract. crim. ti. de princip. numero 153. & ita dicebat vnus ex Dominis fuisse semper seruatum, & practicatum, vt videmus in materijs componendis, quæ nihilominus remanent gratiosæ, & illas obtinens non dicitur eas habere ex causa onerosa, quia illud quod soluitur, non æquiualet ei, quod sibi conceditur. Quod autem in hoc casu non æquialeat, est manifestum, quia dotatio æquiualens iuripatronatus est, quando in totum Ecclesia dotatur, non
18 quando dos solum augetur, quia ex tali augumento † de iure non acquiritur iuspatronatus, Lambertin. de iurepatro. in princ. art. 6. q. princ. 1. par. primi lib. & articu. 2. eiusdem quęstionis.

Quæ omnia eo facilius admittēda sunt, ex quo etiam
19 quod † dispositio hæc contineret odium & fauorem, tamen diceretur tota fauorabilis. c. non dubium. de sentē. exc. vbi bene Abb. idem Abb. in c. in literis. nu. 34. de resti. spol. Anch. consil. 37. post med. & 215. nu. 8. Crot. in l. omnes populi. nu. 227. Aym. consi. 18. nume. 10. maxime
20 † quando principalis intentio disponentis est facere, quo casu hęc conclusio videtur transire sine difficultate. Dec. & alij in l. venia. C. de in ius voc. cum alijs supra in prin. adductis.

ALDOBRANDINI.

Tiburtin. Castri Sambuci. Lunæ 1. Decembris. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Transactio per errorem facta non valet.*
2 *Decretum iudicis debet interponi cum causæ cognitione, alioquin esset nullum.*
3 *Error in facto, & in iure vitiat decretum.*

Immo

Immo etiam quod sit iuris, vitiat cessionem mulieris.
4 *Causa proemialis influere in dispositiuam dicitur.*

DECISIO CCCCLVIII.

DOmini pro maiori parte tenuerunt, sententiam R.P.D. Cottæ non reddi notoriè iniustā ex cessione Mariæ de Antiochia facta de anno 1536. ad fauorem Iacobi de Zambeccarijs, quia eis visum fuit
1 errore ducta, tunc cesserit, quo † casu transactio non valet. Cald. consi. 1. de transa. Quod autem errauerit, deprehenditur ex ipsa narratiua cessionis, in qua dr̄ subhastationem factam fuisse corā Aragonia, qui per prius tulerat sniam ad fauorē Iacobi, licet eā non subscripsisset, & tamen ex inspectione actorum apparet talem subhastationē, & deliberationem non fuisse factam corā Aragonia, sed coram Spinosa de anno 1523. Quam subhastationē ēt Dñi resoluerunt esse nullā taliter quod fructus interim percepti veniebant computādi in sortē. Vnde si sciuisset Maria cedēs, quod illa subhastatio nō tunc, sed longe ante fuisset facta, vel quod creditum Mariæ de la Scarpa, vel erat extinctum, vel saltem in magna quantitate imminutum, ex quo computandi erant in sortem fructus 11. annorum, verisimiliter ita non cessisset, nec iudex suum decretum interposuisset.

Maximè, quia vt Domini considerabant, contractus
2 mulierum recipiunt robur à decreto † iudicis, quod debet interponi cum causæ cognitione, alioquin esset nullum, quam cognitionem recipit iudex ex illis consanguineis, vel curatore, qui tunc in celebratione cōtractus interuenerunt, quia ratione saluari huiusmodi decreta dicit Gabriel de sent. conclus. 7. nu. 34. Vnde cùm in hoc casu tantum absit, quòd cōsanguinei vel curator bene informauerint iudicē, vt immo nec ipsi essent de hoc negotio plene informati, cùm factum longe aliter recenseant, quàm se haberet, cessat consequenter valor illius decreti, ac nullus redditur contractus. & quamuis exprimatur vnus casus nullitatis subhastationis, qui non erat etiam verus, quod scilicet subhastatio erat facta coram Aragonia, qui per prius tulerat sententiam quā nō subscripserat: sententia enim nondum subscripta nullo modo fieri potuit subhastatio, non enim apparet, quod Maria sciuerit, quando fuit facta illa subhastatio, & sic quando fructus interim percepti in sortem venissent cōputandi. Ex his igitur dicebant Domini erratum fuisse
3 in facto, & in iure, qui † error vitiat decretum. Affli. decis. 118. & etiam quod sit iuris, vitiat cessionem, præsertim mulieris. Rui. consilio 111. numero 6. libro 5.

Non ob. dispositiua cessionis, tum quia & in dispositiua adest error cum dicatur, & quia Iacobus remisit expensas, ad quas tamen Maria teneri non poterat, cum vnam sententiam pro se haberet, quæ non reuocabatur
4 ex eisdem. Sarnen. de annali. q. 41. tum quia † causa proemialis influit in dispositiuam, quia ideo Maria cessit p̄ istis, quæ in dispositiua apponuntur, quia vera putabat esse quæ in narratiua dicta fuerāt. Soc. consi. 159. nu. 20. lib. 2. Et sic veris existentibus narratis, ipsa mouetur ad cedendum habita recompensa, de qua in dispositiua.

ALDOBRANDINI.

Roman. domus de Palellis. Veneris, 19. Aprilis. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia numerata quando venire dicatur in solutione: & quando non numerata.*
2 *Solutio facta in grano & sic in vna specie non potest variari in alia.*

DECISIO CCCCLIX.

DOmini dixerunt, comitē Paulum teneri ad deponendum pretiū, ēt quod non fuerint p̄stitæ cautiones. Nec ob. quod Palelli venditores non adimpleuerint contractum, quia hæc obligatio ad deponē dum non prouenit ex ipso contractu, sed ex cōmissione directa A.C. in qua hoc expresse mandatur, nēpe quod p̄ summa pro qua est cautū, iudex cōpellat Comitem ad satisfaciendum, pro summa vero pro qua non est cautū ad deponendum: ad effectum prædicti depositi non fuit necessarium verificare, quod esset cautum. An autem teneatur deponere in pecunia numerata, vel in pecunia, nil fuit firmatum, quia hoc pendet ab intellectu verborum cōtractuum, an granum, ordeum, & alia sint in solutione tantum, an verò & in obligatione. Et quod sint tantum in solutione, ponderabantur ab aliquib. ex Dominis illa verba, hanc autē venditionē fecerunt pro pretio, & nomine pretij 40000 scutorum soluendorum in
1 hunc modum, videlicet, quæ † verba videntur sonare, q̄ pecuniæ sint in solutione tātum, iuxta terminos tex. l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. de sol. ad quod ab aliquibus dupliciter respondebatur.

Primo, quod in illis verbis habetur relatio ad sequentia capitula confecta vulgari sermone, in quibus vere cō sistit substantia ipsius contentionis. Alia autem verba sunt verba stipulationis notarij, ex quibus conuentionibus apparet, quod granum, & alia sunt ne dum in solutione, sed etiam in obligatione.

Secundò respondetur, quòd cùm iam Comes soluis-
2 set partem grani, & sic elegisset soluere in grano, nō † poterat variare. ad no. in l. serui electione. de leg. 1.

Quo aūt ad oblationē Comitis acceptatā à D. Paulo, nihil fuit firmatum, licet aliquib. ex Dominis videretur conditionalis, dum dicitur in ea, habito consensu à Do. Horatio de Maximis, qui non fuit habitus.

Concluserunt tamen Domini, q̄ ex pecunijs depositatis curarem, quod emerentur census, vel loca montiū, quæ stare debeant pro euictione domus, & fructus interim debeant istis Dominis venditoribus consignari, vt possint eorum iura defendere.

ALDOBRANDINI.

Valentin. matrimonij. Mercur. 21. Maij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, nisi, posita post dictionem negatiuam, affirmat in exceptione negatiua illud, quod fuerat negatum in præcedenti oratione.*
2 *Verba affirmatiua posita post orationem negatiuam respicere dicuntur initium actus, & illum determinare.*
3 *Verba, quæ denotant initium actus, non executionem, important matrimonium de futuro. ex communi.*
4 *Verba, non habeo aliam vxorem, nisi te, significant matrimonium de præsenti.*
Item verba, nolo aliam vxorem, nisi te. nu. 5.
Itē verba, promitto non accipere vxorem aliā nisi te. nu. 6.

DECISIO CCCCLX.

DOmini circūscriptis oībus confecturis, & inspectis solis & nudis verbis, concluserunt illa significare

sponsalia de futuro, non autem matrimonium de præsenti, quia cùm Petrus vsus fuerit illis verbis, nulla alia erit mea vxor, nisi tu, vt deponit Hieronimus Pentor ad quintum dum dicit, quòd Petrus dixit, nulla alia futura est mea vxor nisi tu, & super quinto, non sum ducturus aliam nisi vos. Et Hieronima Torres super quarto dum ait, Petrum dixisse, quod non erat futura alia vxor, nisi
1 Beatrix. Et † dictio, nisi, posita post dictionem negatiuã sonat & affirmat in exceptione negatiua illud, quod fuerat negatum in præcedenti oratione. l. actione, cum ibi no. C. de transact. Infertur, quòd cùm præcedentia verba non negent, nisi de futuro, quia Petrus dicit, quòd non erit alia vxor sua, ergo oratio sequens affirmatiua, nisi tu, ponit de futuro, & sic tu eris mea vxor, vel futura eris mea vxor, non videtur dubitãdum quin huiusmodi verba significassent solum matrimonium de futuro, nõ autem de præsenti, quia † respiciunt solum initium actus
2 ita etiam prolata hoc pacto illud idem significare debẽt, vt bene post Anton. de Butr. & Barto. declarat Alex. consilio 152. numero tertio, libro quinto. Et hinc videmus, quòd si quis dicat, promitto non accipere aliam in vxorem, nisi te, illa dictio, nisi, hoc casu ponit potentiam negatam in præcedenti, & perinde est ac si dictum esset, promitto accipere te. Cepol. consil. ciuil. cons. primo,
3 numero decimoquarto, quando † enim verba denotant initium actus, non executionem, important matrimonium de futuro. Abb. & alij in ca. ex literis. de sponsal. de communi testatur Couar. in epith. in secunda par. cap. quarto, §. 1. nume. 4. & late dictum fuit in illa Ragusin. matrimonij.

Non ob. quòd quando dictum est, non habeo aliam
4 vxorem, nisi te, hæc † verba matrimonium de præsenti significent, quia omisso quod Couar. vrgentibus rationibus reprobat hanc opinionem in loco supra citato. nume. 6. cũ seq. & vt ipse dicit, vrget fortiter contra hanc opin. tex. in l. Titia. §. fina. de manumiss. testam. Domini dixerunt, quòd hæc opinio non applicatur casui nostro, quia ideo Doct. ex illis verbis negatiue prolatis, non habeo aliam vxorem sine te, affirmãt probare matrimonium, quia si affirmatiue prolata fuissent dicendo, habeo te in vxorem, secundum Docto. matrimonium de præsenti significassent, vt per Docto. in capitu. ex parte. de sponsal. Et in casu nostro verba, de quibus agimus, affirmatiue prolata, non matrimonium de preȩsenti, sed de futuro significant, ergo eandem significationem retinere debent negatiue prolata, & ita declarat Abb. in d. capitu. ex parte, nume. septimo, vt videatur concipere quȩstionem, quando quis vtitur his verbis, promitto non accipere aliam, nisi te, & non habebo aliam vxorem, nisi te, tamen quando ponit determinationem prędictę quȩstionis, illam ponit in illis verbis, non habeo aliam, nisi te. Quia hæc verba, habeo te in vxorem, cùm respiciant executionem actus, vt dicit Abb. vbi supra, affirmatiue prolata important matrimonium de præsenti. Et Ias. in l. actione. numero quarto & quinto, ponit verba, quæ affirmatiue prolata important matrimonium, vt sunt il-
5 la, nolo † aliam vxorem nisi te, & non habeo aliam, nisi te, & ita loquitur Siluestr. in summ. in verbo, matrimonium, il secondo, numero decimo, Barto. consil. 6. numero vigesimonono, non facit ad propositum. Ferret. consil. septuagesimonono, numero octauo, loquitur quando dictum est, nolo aliam vxorem nisi te, quæ similiter affirmatiue prolata important matrimonium. Solus ergo Alexan. de Negus. consilio octauo, numero quarto, & Dec. in l. actione. numero septimo, C. de transactio. lo-
6 quuntur quando dictum est, promitto † non accipere vxorem aliam, nisi te, quæ affirmatiua prolata important sponsalia tantum, sed inaduertenter loquuntur, quod patet, quia ambo citant Docto. & præsertim Abb. in capitu. ex parte. de sponsal. loquentes quando illa verba affirmatiue prolata important matrimonium de præsenti, vt bene declarat Alexan. in d. consilio 152. numero tertio, lib. 5.

BLANCHETTI.

Sabinen. confinium. Lunæ, 29. Aprilis. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Flumina, riui aquarum, & montes propriè diuidunt territoria.*
2 *Appositio custodum vnà cum creatione pœnarum probat rem esse illius, qui custodes apponit, & pœnas exigit.*

DECISIO CCCCLXI.

FVit resolutum constare siluas curiæ incipientes à fossato aquæ viuæ, & loca nuncupata locatore & finocchiaro esse in territorio Mõtisnigri, &quo-
1 ad siluas probatur ex limite aquę viuæ. Proprium † enim est talium locorum, vt sunt riui, aquarum flumina, & montes diuidere territoria. Bal. in capitu. cum causam, de testibus. probatur etiam ex appositione custodum, q͡ homines Mõtisnigri, de qua Nardus, Dominicus, & Hippolitus de ciuitate Reatin. Arminius & Matthęus super decimo deponunt, & eorum dicta coadiuuantur ex inquisitionibus, & accusationibus incipientibus ab
2 anno 1539. custodum † autem appositio vna cum creatione pœnarum probat rem esse illius, qui custodes apponit & penas exigit. Bal. in capitu. primo, §. conuenticulas, de pac. iur. firman. Docto. in l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. Nat. consil. 672. nu. 7. 10. & 11.

Quo vero ad locum del Iocatore adsunt enunciationes in instrumentis antiquissimis, quæ æquipollent famæ, quæ in antiquis plene probat. Concurrunt etiam depositiones testium consideratæ à scribentibus pro Illustr. D. Maherbal, & vicino, quod etiam firmarunt Domini ex eisdem de loco de Finocchiaro, circumscriptis tamen exceptionibus tam contra testes, quàm contra iura prædicta, & probationibus Illustrium Do. Francisci & Henrici.

BLANCHETTI.

In eadem Sabinen. confinium. Lunæ, 14. Octobris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Confessio, vt præiudicet confitenti, debet esse clara, aliàs dubia interpretatur in eius fauorem.*
2 *Inquisitio & exactio pœnarum subsecuta non præsumitur nisi probetur.*
3 *Enunciatiua vnica etiam in antiquis non probat, sed saltem debeant esse duæ.*

DECISIO CCCCLXII.

DOminis probationes Illustr. Dom. Francisci, & communitatis sancti Ioannis non visę sunt multum vrgentes, nã consideratis illis tribus locis, de q͡b. in dubio, videlicet siluis, iocatore & finocchiaro.

Quoad siluas dixerũt, quod ex instrumentis nulla potest elici probatio, quòd sint in territorio montis sancti Ioannis, nec literæ ad hoc suffragantur, quia cõfessio
1 vt præiudicet, debet esse clara, aliàs † dubia in fauorem confitentis debet interpretari. l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. & ex prædictis literis illud solum inferri potest, quòd quando Communitas Montisnigri emit glandes à domino, prohibuit ius pascendi hominibus Montis sancti Ioannis, non tamen sequitur, quòd ideo siluæ essent de territorio ipsorum, quibus pasci prohibebatur. Nulla notio fieri potest ex incendio d. montis sancti Ioannis, quia non probatur quod adessent scripturæ, quæ ad huiusmodi negotium spectarent, & illæ combustæ fuerint.

Decreta inquisitionum etiam nihil operantur, cum
2 non probetur † inquisitio & exactio pęnarum subsecuta. Fab. in §. æquè si, num. 14. & 15. de actio. Guid. Pap. decis. 315. Cassan. cons. 64. num. 31. Nec etiam argui potest à finibus diœcesis, ad iura territorij, quia sunt diuersa, vt deducitur pro parte Illust. D. Vicini.

Probatio verò, quæ oritur ex testibus, non infert ad probationem iurisdictionis, sed ad possessionem & dominium terrarum & ius pascendi, quod ius etiam habuisse Communitatem Montisnigri in eisdem terris, probat quartus testis in 8. articulo, & ad 27. interrog. & 20. super 3. 6. 7. & 8. articulis.

Nec obst. appositio custodum, de qua primus & 6. super articulo, quia sunt singulares, & de auditu, & quæ dicta sunt de depositione ipsorum quoad siluas, statuerũt, quod loca Iocatore & Finochiaro essent subiecta, nec suffragari videntur quod hæc duo loca sint de territorio montis sancti Ioannis ex enunciatiua instrumento-
3 rum, quia † licèt enunciatiua probet in antiquis huiusmodi examen. glos. in c. cum olim, de cens. cum alijs de quibus per Syluan. cons. 57. num. 7. tamen necesse est quod sint saltem duo enunciatiua. Sed vnica tantum adest antiqua enunciatio, super qua fieri possit fundamentum, Hanc tamen probationem Domini reijcere voluerunt consideratis in concursu probationibus vtriusque partis.

BLANCHETTI.

Florentin. bonorum. Lunæ, 10. Decembris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Res ecclesiæ non possunt alienari, nisi vel ex causa necessitatis, vel euidentis vtilitatis, quæ sunt probandæ.*
2 *Instrumenta dicta testium corroborant, & ab eisdem corroborantur.*

DECISIO CCCCLXIII.

DOmini fuerunt concordes non probari à monialibus talem metum, qui sufficiat ad rescissionem contractus. dixerunt tamen pro parte Illust. D. Aloysij non esse probata, quæ hniusmodi ven-
1 ditionem substinere possint: res † enim ecclesiæ, vel ex causa necessitatis, vel ex causa euidentis vtilitatis alienari debent. c. 2. de reb. eccles. non alienan. in 6. Rebuff. de alien. rer. eccles. nu. 84. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 17. num. 2. Quorum saltem alterum ab ipso probandum est. Alex. cons. 160. num. 5. lib. 6. Nec quicquam sibi prosunt testes examinati in summario iudicio, quòd alienatio cederet in euidentem vtilitatem monialium, quia vbi vtilitas ecclesiæ deducitur in controuersiam, huiusmodi testes nullam fidem faciunt, vt fuit resolutum in vna Agrigentina Palatij coram bo. me. Oradino, de anno 1568. quibus addiderunt per secundum & 27. testes monialium probatam esse læsionem, quibus adminiculantur secundus ad 14. super 7. & 23. iuxta 14. qui in suis dictis, cùm nullam particularem affectionem habeant ad causam, & reddant optimam rationem dicti sui, plenissimè probant. Soc. iun. cons. 73. ferè per totum, lib. 2.
2 Accedunt † etiam instrumẽta, quæ & testium dicta corroborant, & ab eisdem corroborantur. Cagnol. in l. 2. nume. 233. C. de rescind. vend. & maximè adiuuant huiusmodi læsionem ex lege Leonis, licèt non prohibeat minus pretium 40. florenis, tamen ex illa generali prohibitione maioris pretij præsumitur, quod pluris terræ communiter venderentur.

BLANCHETTI.

Regien. bonorum. Mercurij, 27. Nouembris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Remedium l. si quis conductionis. C. loca. non datur contra singularem succesſorem.*
2 *Actio personalis non datur contra singularem succesſorem.*
3 *Legitima dicitur quota bonorum, non quota hæreditatis. ex communi.*
4 *Fundalem titulum allegans facit cessare præsumptionem aditæ hæreditatis.*
5 *Actus qui possunt fieri citra ius & nomen hæredis, in dubio nunquam debent iudicari vt hæreditarij.*
6 *Feudum si sit hæreditarium, sufficit, quòd succedentes sint hæredes primi inuestiti, non autem vltimi decedentis.*
7 *Depositum tacitam reconductionem non infert.*

DECISIO CCCCLXIIII.

DOmini dixerunt esse recedendum à resolutionibus factis, quòd Reuerend. D. Episcopus sit in probatis in remed. l. si quis conductionis. C. loca. per ipsum intentato pro recuperatione istorum bo-
1 norum, hoc † enim remedium non datur contra singularem succesſorem. Alex. cons. 12. num. 6. lib. 4. Cagnol. in l. neque pignus, num. 8. de reg. iur. Neque obstant tradita per Alex. in l. si aliena, num. 6. ff. sol. mat. qui solum dicit, quòd ideo agenti ex dicto remedio non potest referri quæstio dominij, quia referẽs negat restituere spoliato, non autem dicit quod competat condictio ex ista lege contra singularem succesſorem, cùm enim sit actio
2 personalis. §. appellamus, Instit. de actio. non † datur contra succesſorem singularem. Rip. in l. j. num. 23. ff. ad Senatusconsul. Trebel. & quamuis posset dici in rem scripta, tamen vt illa contra hos Illust. Comites competeret, necesse sit probare, quòd ipsi possideant ista bona, quod tamen non probatur.

Non obst. quòd cùm Comites Alphonsus & Camillus non obseruauerint, quæ sibi fuerunt mandata in testamento patris, non possunt se illo iuuari: & etiam cùm
3 succesſerint in legitima, dicuntur succesſisse † in quota hæreditatis. Cyn. in l. ex facto, la 2. ff. de hęred. instit. quia cõmunis opinio est contra ipsum, vt ibi per Doct. quòd sit potius quota bonorum, & tenet Ias. in auth. nouissima, num 3. C. de inoff. testam.

Non obst. quod cùm possideant Castra, præsumendi
4 sunt hęredes, quia cùm allegent † titulum feudalẽ, cessat præsumptio aditæ hæreditatis. Aym. consil. 197. numero quarto. & actus † qui possunt citra ius & nomen hæredis fieri, in dubio nunquam debent iudicari vt hæreditarij.

ditarij. Bald.consilio 224. libro secundo.

Non obst.quod feudum sit hæreditarium, quia quatenus hæc essent huiusmodi, sufficit † esse hæredes primi inuestiti, non autem vltimi decedentis, per Clar.in §.feudum.q.9.& Mohed.decis.226.

Non obstant dicta testium, quòd sint hæredes Comitis Alexandri. Quia stante testamento eorum dicta quoad hoc declarant.

7 Vltimò non obstat † depositum, quia ex illo non potest inferri tacita reconductio, iuxta dispositionem l.ité quæritur.§.sit impleto.ff.loc. Sed hoc casu esset probanda scientia vtriusque, vt ibi Bart.num.2. & Pau.de Cast. num.6. quæ hic non probatur.

BLANCHETTI.

Legionen. parochialis. Veneris, 8. Nouembris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Probatio, quæ elici potest ex vicinitate loci, cessat non probata publica voce & fama.*
Ea verò quæ inducitur ex attestatione alicuius nobilis viri, & si sit Papa, non sufficit contra tertium.

DECISIO CCCCLXV.

DOmini circunscripto capite deuolutionis ex defectu potestatis conferentis, super quo Alphonsus erit particulariter audiendus, dixerunt, Didacum debere melius probare tempus scientiæ patronorum, quòd beneficium per Ioan. de la Penna fuisset resignatũ, & resignatio admissa ab ordinario. Probatio
1 enim † quæ elici posset ex vicinitate loci, cessat nõ probata publica voce & fama: quæ verò inducitur ex attestatione Illust.D. Didaci, non sufficit contra tertium, Paris.cons.19.num.47.lib.3.& in attestatione Papæ, tenuit Rota per Mohed.decis.270.

Secundò in attestatione prædicta, dum fidem facit se sciuisse admissam resignationem factam per D.Ioãnem ab ordinario, nõ exprimit tempus scientiæ, sed tantũ dicit, quòd postea sciuit. quod est nimis ambiguũ in hoc casu, quo tempus scientiæ patronorum debet probari per Didacum, cùm sit fundamentum intentionis suæ. per l.cùm actum.ff. de neg.gest.

Hæc tamen Domini non reiecerunt, sed dixerunt esse coadiuuanda.

BRAVI.

Vrbeuetan. deuolutionis. Die 20. Iunij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Onus probandi ei incumbit, qui dicit solutionem factam fuisse.*
2 *Emphyteusis & contractus locationis ad longum tempus æquiparantur in caducitate incursa ob non solutionem canonis.*

DECISIO CCCCLXVI.

DOmini tenuerunt, bona, de quibus agitur, esse ad ecclesiam deuoluta ex capite nõ solutionis. c.potuit, de loc.l. fin. C. de iure emphyt. quam
1 † solutionem fuisse factam ipsis Federico & fratri onus probandi incumbit.glos.in verbo, repellere, versic.item quis probauit, in l.2.C.de iure emhyt. vbi Ias.num.132. Anch.in d.c.potuit, num.24. vbi Imo.num.14.Aym.cõsil.j.num.10. Gabriel.de probat.conclus.6.num.21.Hercul. de proban.negat.num.36.facit l.j.C.de probat.l.qui commeatus.ff.de re milit.

Depositum non releuat, quia nõ factum de tota summa, & post factam declarationem à capitulo & multo post incursam caducitatem, vt bene deducunt informantes pro capitulo.

Minus placuit illud, quòd non sumus in contractu emphyteutico, sed locationis. Quia licet Domini multũ de hoc dubitabant, & magis pro parte capituli inclina-
2 bant, quòd sit contractus emphyteuticus, tamen † cum agatur de incursa caducitate rei ecclesiasticæ ob non solutionem canonis, nihil interest, quòd sit contractus emphyteuticus, vel locationis ad longum tempus. iuxta authen.qui rem.C.de sacrosan.eccles.

Neque prætensa ignorantia excusat, cùm hoc tollatur ex facto, cùm caducitas sit incursa tam ex persona patris Dominorum de Albanis, quàm ipsius Federici, & Felicis, qui mota lite, & instrumento producto ipsis citatis & articulis factis per ipsos, non veniunt excusandi.

Illud verò caput deuolutionis ob negationẽ factam per dictos de Albanis, non placuit Dominis, cùm fuerit ad alium finem, & sic excusabilem, vt per informantes pro parte ipsorum. summè tamen Domini desiderant, vt ecclesia benignè agat cum ipsis Federico, & Felice.

ROBVSTERII.

Roman. damnorum & interesse. Lunæ, 17. Februarij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Requisita ad probationem damni emergentis, quænam sint.*
2 *Pactum per quod stetur iuramento damnum & interesse passi, valet, ex communi. secus in statuto.*
Sed an extendatur in quacunque summa quantumuis magna, in iudicis arbitrio residet.num.seq.
3 *Summa vbi est magna, quæ in damnum passi iurantis arbitrio residet, ibi non desinit suspicio doli.*
4 *Arbitrarium est iudici de interesse & damnis deferre iuramentum patienti, etiam stante pacto super ipsis vallato.*
5 *Iurans præsumitur esse omni exceptione maior.*
6 *Approbatio partis in contractibus facit, vt etiam inhabiles admittantur.*

DECISIO CCCCLXVII.

QVamuis testes pro parte Francisci adducti nihil releuent, vt Domini sine difficultate tenebant ex ipsorum lectura, & ex adductis pro parte Constantij, nihilominus quoad difficultatẽ proposita tenuerunt non satis constare de damno emergen-
1 ti dicti Constantij, quia † non sunt probata requisita per Pau.de Cast.in l.3. de eo quod certo loco. cum quo in istis solet transire Rota, vt per Mohed.decis.103.

Non obst. quæ dicuntur de pensionibus domus venditæ, quoniam in hoc dicebant Domini bene esse aduertendum, an de illis pro rata sua fuerit satisfactum Constantio, & quidem pro integro tempore quo Franciscus fuit in mora libere deponendi. Nam si pro toto isto integro tempore non fuit satisfactum, intendunt, quòd integrè

integrè illi de dictis pensionibus pro rata sua satisfiat. iuxta l.curabit.C.de actio.emp.

Non obstant iusta causa & excusationes imaginatæ. Quia iam est resolutum in ista causa quòd nullæ hic adsunt legitimæ excusationes, neque causæ.

Quo verò ad iuramẽtum stante pacto, quòd de damnis & interesse stetur iuramento ipsius Constantij, dice-
2 bant aliqui illud esse intelligendum quòad † quantitatem, quando aliàs constaret de damno. Bald.& alij per Dec.cons.83.num.3.Riminal.cons.56.num.7. Sed repli cabatur per alios id esse verum in statuto, sed in pacto, in quo dicebant communem opin.esse, tale pactum valere, & illi esse standum, vt attestatur Plot.in l.si quando. §.48.num.1.22.versic.similiter.C.vnde vi. nihilominus
3 maximè contendunt Docto. vbi † summa est magna seu considerabilis, an præsumatur dolus, ex his quæ notat Bart.cons.168. & Alex.cons.47. num.4. cum seq. & ibi Addit.In quo Rota aliàs in vna Roman.de Rucellarijs, seu de Fabijs coram R.P.D.Binatino 1570.tenuit, quòd vbi summa, pro qua iuratur, est considerabilis, non debet iudex confirmare, vel deferre tale iuramentum, nisi concurrant coniecturæ, vel verisimilitudines, ex quibus
4 moueri possit ad ita credendum. nam † totum hoc reducitur ad arbitrium iudicis. vt ibi per Doct.Afflict.decis.91. & per Aym. de antiq.tempor. parte j. num.205. cum pluribus seq. præsertim num.208.

Neque hic cadit difficultas mota per Plot. in d.§.48. versic.tertio fallit, & Aym.d.j.par.num.211. quod iurãs debet esse omni exceptione maior, nam † talis quilibet
5 esse præsumitur, vt bene per Couar.in c.relatum, il primo, de testam. Item in contrahentibus & paciscentibus
6 datur approbatio partis, quæ facit † vt ẽt inhabiles admittantur. Bart.Corn.& alij per Aym.consil.56.num.9. Nisi igitur Constãtius summam damni passi exprimat, & illam verisimilem saltem ex coniecturis & circunstantijs reddat, Domini non potuerunt aliter dicere, nisi quod non liquet de isto damno passo, præsertim in magna quantitate, vt Constantius extraiudicialiter asserit.

SERAPHINI.

Astoricen. Archidiaconatus. Veneris, quarta Maij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Pronunciandum est in dubio pro non reuocatione priuilegij.*
2 *Beneficia Principum non debent interpretari secundum materiam testamentariam.*
3 *Derogatio maior requiritur in priuilegijs quàm in vltimis voluntatibus.*
4 *Clausula, quorum tenores, dicitur attestari de stylo.*

DECISIO CCCCLXVIII.

DOmini confirmarunt resolutionem factam sub die 19.Martij proximè præteriti, quòd per regulam reuocatoriam non sit sublatum indultũ
1 ex rationibus tunc deductis, & maximè, quia † in dubio potius est pronunciandum pro non reuocatione priuilegij, iuxta doctr.glos.25.q.2. in summa, prope fin. quam allegat & sequitur Rom.cons.327.in princ. & vltra tunc deducta fuit dictum ex dispositione Clementis, quòd fortitum fuit naturam meræ dotationis, vt apparet ex verbis illis, ac si ex vera dotatione & fundatione competeret, ex eo quòd voluerit non posse derogari sine ipsius Marchionis consensu ad instar iurispatronatus laicorum, cui nunquam solet Papa in totum derogare, sed pro medietate, quare regulandum est secũdum naturam veri iurispatronatus ex dotatione & fundatione competentis.

Neque doctrinæ exemplo allegatæ in materia testa-
2 mentaria multum mouebant Dominos, cùm † materia illa sit fauorabilis, hæc verò sit odiosa.Sil.de benef.q.14. num.3.parte 3. Nam testamenta à sola pendent testantis voluntate, nec cuiquam fit præiudicium, cum ius ali quod non fit ante obitum testatoris cuiquam quæsitũ. Quod confirmatur ex eo, quòd ex sui natura vltima voluntas est ambulatoria vsque ad vitæ extremũ. Beneficia autem Principum decit esse permanentia. Quare nihil mirum si maior sequitur expressio in derogando priuilegio, quod est de sui natura irreuocabile, quàm in testamento, quod est ambulatorium vsq̃ue ad mortẽ, & maximè, q̃ si in eo adsit duplex clausula derogatoria,
3 † requiritur maior derogatio, iuxta ea q̃ tradit Couar. in 2.parte rub.de testam.nu.19. vers.quarto constat, bene facit Curt.iun. cons.110.in fi.

Non ob.decis.68. Put. de præben. Quia ibi in priori concessione non aderat forma data futuræ derogationi, prout in casu de quo agitur. & ibi constabat de enixa mente Papæ ex multis argumentis.

Nec obst. decis.38. Cassad. super reg. quia ibi aderat clausula, quorum tenores, & si bene tota consideretur,
4 potius facit in contrarium, maximè, vbi † attestatur de stylo apponendo clausulam, quorum tenores.

Vltimò non obstat dictio illa, insoliti, quia hæc derogatio dato quod sit amplissima, tamen non excedit terminos derogationis specificæ, quæ habet vim indiui duæ, ac si de verbo ad verbum totus tenor insertus foret, prout in indulto requiritur, cum non adsit concomitantia clausulæ, quorum tenores, & ideo clausulę indulti sunt fortiores, cùm Papa nolit per clausulas generalem idem importantes conferi derogatum. Et ita perstiterunt Domini in resolutis cum antiquis decisionibus in hac causa factis.

ROBVSTERII.

Leodien. hæreditatis. Lunæ, 29. Octobris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio legati cessat statim per cessationem legationis.*
2 *Regulæ secundæ æditionis ligant statim à die assumptionis Summi Pontificis.*
3 *Publicatio, de qua in regulis secundæ æditionis, intelligenda est à die assumptionis.*
4 *Regulæ primæ æditionis, quæ renouantur ab omnibus Pontificibus, videntur esse de stylo, & de iure.*

DECISIO CCCCLXIX.

SI causa possit ex alio capite expediri, placeret Domi nis circũscribere istud, ne detur occasio annullandi tot actus subsequutos vigore reualidationis, de qua in puncto: alioquin si cã est decidenda ex isto capite circunscripta obseruantia, vt infra, resoluerunt Domini, quod regulæ secundæ editionis de mensib. Martij, & Septembris 1515. factæ extendunt regulam 13. in prima editione factam ad facultates seu reualidationẽ bo. me. Card. de Monte, 16. Martij. 1513. concessas, quamuis d.regulæ primæ editionis fuerint in Cancellaria publicatę vltima eiusdem mensis Martij. Ac etiam resoluerunt,

runt, quòd dictæ regulæ secundæ æditionis comprehendunt etiam aliam reualidationem eiusdem Cardinalis del 1520.concessam. Et quamuis quoad primam reualidationē 16. Martij, putarēt non esse necessariā resolutionem, cùm oēs facultates d. Cardinalis cessauerint del
1 1516.per † cessationem legationis, vt in c. præsenti, de offic. leg. in 6. tamen respondendo ad punctum, si fortè in ista causa esset necessaria resolutio, mouebat ipsos,
2 quia † regulæ ligant statim à die assumptionis summi Pontificis, vt expresse dicitur in illis, & referūt Sarnen. in procem. reg. q. 2. num. 14. & Aug. num. 1. & faciunt not. per Abb. & alios in cap. 2. num. 7. versic. venio ad secundum, de constit.

Et licèt istæ regulæ secundæ æditionis dicant, post publicationem, tamen dicebant Domini, verba esse intelligenda secundum subiectam materiam, vt in istis regu
3 lis publicatio † intelligatur à die assumptionis, ex quo ab illo die legant. c. j. & ibi Abb. & alij, de postul. prælat. Et tantò magis, cùm publicatio in cancellaria in istis regulis primæ æditionis non fiat ad effectum vt innotescant, quia † cum tenouentur ab omnibus Pontificibus, videntur esse non tantum de stylo, sed etiam de iure. vt inquit Dec. in c. ad aures, num. 10. in fi. de cōstit. Cassad. decis. 3. in fi. eod. tit. cùm appareat de voluntate approbatoria ipsius noui Pontificis, vt per Sarnen. in d. q. 2. num. 14. & ideo in ipsis regulis dum loquuntur de prima æditione promiscuè ponitur verbum, publicatio, & æditio, quia in istis regulis primæ æditionis idem pollent publicatio & noua æditio, ex quo sunt solitæ fieri semper à quocunque Pontifice, & fieri cum decreto, quod statim ligent & sic dicuntur fieri solemniter, vt supra dictum fuit.

GRASSI.

Panormitan. illegitimitatis. Lunæ, 10. Ianuarij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Causam illegitimitatis debet probare, qui dicit filium esse illegitimum.*
2 *Filius in dubio præsumitur esse legitimus, nisi contrarium probetur. ex communi num. 7.*
3 *Onus probandi incumbit ei qui dicit filium illegitimum. ex communi.*
4 *Cohabitatio longa inter virum & mulierem sufficit saltem ad legitimitatem præsumendam, licèt non sufficiat ad inducendum matrimonium inter ipsos.*
5 *Matrimonium præsumitur propter præsumptam legitimitatem filiorum: per se solum autem non præsumitur nisi probetur.*
6 *Probatio à communiter accidētibus sufficit ad matrimonium probandum.*
7 *Filius an & quando præsumatur illegitimus, & è contra legitimus, vide longam distinctionem. & num. 10. cum sequen.*
8 *Qualitas illegitimitatis matrimonij probanda est per eum qui dicit non fuisse legitimum: secus si matrimonium absolutè negetur.*
9 *Legitimus quisque præsumitur, vt manuteneatur in possessione.*
10 *Actor in materia illegitimitatis debet plenè probare suam intentionem etiam quod constitat in negatiua: nisi esset pro actore vehemens præsumptio.*
11 *Regulæ tres sunt constituendæ in materia legitimitatis, seu illegitimitatis probandæ.*
12 *Possessio vel quasi in materia legitimitatis est considerandæ.*

DECISIO CCCCLXX.

PRoposito dubij materia visa est Dominis latissima, varia, & difficilis, & ideo nihil potui per modum resolutionis capere, ex multis quæ fuerunt relata discursus gratia.

Et in primis dicebant, regulam esse, quòd dicenti incumbit onus probandi, quoniam Laurentius & Anto-
1 nius, qui † committunt causam super illegitimitate, videntur, quòd teneantur eam probare. & ad hoc videtur tendere c. lator, qui fil. sint legit. per glos. in c. si forte. §. defectum, de elect. in 6. & illi qui pro hac parte allega-
2 bantur, dicebant, quod † filius in dubio præsumitur legitimus. glos. & Abb. in c. lator, num. 6. qui fil. sint legit. Felyn. in c. per tuas, col. fin. de probat. Dec. in c. cum eccle sia, num. 39. de constit. & cons. 54. num. 2. Curt. sen. consil. 52. col. j Ioan. Fab. in §. fin. Instit. de adopt. Alberic. in l. filium, num 11. qui sunt sui vel alien. iur. & in l. Senatores, num. 4. ff. de Senator. Paleot. de not. & spur. cap. 20. & hanc esse veriorem & receptiorem opinionem testatur Couar. in epit. parte secunda, cap. j. num. 5. Sed hoc magnam videbatur habere difficultatem, quia & si hæc sit regula, tamen multæ & magnę authoritates dixerūt, quod quis in dubio potius præsumatur illegitimus quā legitimus. Rot. decis. j. de præscrip. in antiq. Bar. cons. 42. num. 1. lib. j. Archid. in c. si forte, col. 7. de elect. in 6. videtur potius transire ad contrariam opinionem cum glos. Dec. in l. emancipati, num. 3. & ibi Ias. num. 3. C. de collat. idem Ias. in l. post dotem, col. j. ff. sol. matr. Alciat. de præsump. reg. 2. præsump. 2. nu. 5. & reg. 3. præsump. j. num. 10. Aym. cons. 38. num. 1. Ias. in l. nec pro. C. de testam. cum alijs de quibus per Couar. in epit. 2. par. cap. 8. §. 2. in princ. Canonisti magis communiter in d. c. lator, & in c. veni. qui fil. sint legit. id enim expresse dicit Abb.
3 antiq. in d. c. lator, in fi. vbi ait, qui † dicit aliquem illegitimum, probare debet. Hostien. & alij vt infra particularius referam. & quamuis Reuerend. Paleot. de not. & spur. cap. 20. num. 3. & seq. contrarium tenuerit, tamen contrariam opinionem aliqui ex Dominis credebant esse magis receptam, vt ex supra dictis, & infra dicendis constabit. Quamuis enim multi Doctores allegentur pro hac parte, tamen vt plurimum illi sequuntur Abb. in d. c. lator, qui fil. sin legit. qui loquitur in casu, in quo constabat, quòd saltem diu cohabitauerunt insimul.
4 Quamuis † enim inter ipsos hoc non sufficiat ad inducendum matrimonium, tamen sufficit ad legitimitatem præsumendam, qui est casus separatus, vt considerant Doc. quos infra citabo. & responsio quam tradit Paleot. ad aliud dictum quod matrimonium sit quid facti, & ideo non præsumatur, nou omnino placebat. dicit enim ipse quòd quocunque quis si vertat, agitur de præsumendo facto, quia hæredes non nascuntur sine parentum commistione, quia ea satis est probata, ex quo filius est ortus. sed agimus de præsumendo contra coniunctionem alio facto, nempe quòd parentes contraxerunt matrimonium.

Et quamuis Innoc. in d. c. lator. distinxerit, aut quæritur, an præsumatur matrimonium quoad ipsum matrimoniū inter cōtrahentes, & non præsumitur: aut quoad legitimitatem, & præsumitur matrimoniū, adeo quòd obijciens de illegitimitate eam probare debet, quia illud est in fauorem matrimonij, & vt matrimonia clandestina fiant manifesta, hoc est in fauorem filij, vt illi
5 sint legitimi, & eius ratio videtur bona, quia † legitimatio procedit ex matrimonio, vt filia à matre, nec potest præsumi pro legitimitate, quin præsumatur pro matrimonio, & propterea Abb. summat cap. peruenit, qui fil. sint leg vbi non cōstat de matrimonio, qui dicit, id probare debet. & quamuis Corn. in l. si emancipati. C. de loca. nu. 3. cum seq. voluerit quod cum à communiter accidentibus matrimonia contrahantur, & à communiter accidentibus homines legitimi nascantur, quæ proba-
6 tio † à communiter accidentibus sufficit. l. neque nateles. C. de probat. tamen animaduertit ibi Cagnol. quod hæc probatio à communiter accidentibus hic non sufficit, quia non quandoque, sed perspepè homines illegitimi nascuntur.

Doct. igitur in hac materia duobus in locis magistraliter distinguere videntur, nempe in d. c. lator, & in d. c. peruenit, qui fil. sint leg.

7 Prima eorum distinctio est ista, † aut non constat de matrimonio, aut de quasi possessione matrimoniali, sed tantum de coniunctione de recenti, & tunc viuis parentibus ea non suffragatur, ipsis autem mortuis, si fuit longa, & res non est de recenti, hoc sufficit ad hoc vt filius probare non teneatur se legitimum: alioquin si nihil cōstet de matrimonio neque de possessione, sed solū quod fuit tractatus tamquam filius, præsumitur illegitimus. Butr. in d. cap. lator, num. 14. & 15. & in hac distinctione intrat dictum Abb. in d. c. lator. quod defunctis parentibus qui se tractarunt vt vir & vxor ad effectum legitimationis præsumitur matrimonium, quia minor requiritur probatio ad effectum legitimationis. Soci. consilio 27. lib. . . .

Alteram etiam tradunt distinctionem in c. peruenit, eo. tit. quòd aut filius agit ad hæreditatem, & ipse debet probare legitimationem, quia cū hoc iudiciū ordinetur ad petitionem hæreditatis, videtur, quòd filius vti actor debet ipse probare: aut contra ipsum agitur, & tūc subdistinguitur, aut negatur filius, & ipse debet probare se filium & legitimum: aut negatur qualitas, & sic legitimitas, & tunc, aut quis negat etiam matrimonium inter parentes, & tunc debet filius probare, quia matrimonium, vti quid facti, non præsumitur, & negans habet intentionem fundatam de iure: aut non negat matrimonium, sed dicit non fuisse legitimum, & tunc dans de impedimento debet ipse probare. Abb. ibi in fi. Præpos. nume. 3. Nat. cons. 421. vbi reprobat Aym. & iste casus videtur magis proximus terminis nostris, in quibus Laurentius & Antonia petunt committi causam super inualiditate prætensi matrimonij, &c. & sic cùm dent de inualiditate prætensi matrimonij, videtur etiam quod ipsi dantes de inualiditate, & sic de impedimento, probare debeant. Dubium tamen habebat circa hoc, quia Anto. de But. & Abb. videntur velle & præsupponere, ęp quis fateatur matrimonium, hic autem dicitur præsumi, & sic omnes non videntur fateri matrimonium. & Henrich. Boich. in d. c. peruenit. dicit, quòd ille qui purè non
8 opponit, quod non adsit matrimonium, sed † opponit matrimonium nō legitimum, ipse probare debeat, ideo aliquibus placebat particulariter videri, an versemur in hoc casu, quòd matrimonium dicatur confessatum. sed aduertebant, quòd nec hoc videretur tutum ad expeditionem dubij, quia in omnem euentum reuocabuntur confessiones, & opponetur simpliciter de illegitimitate, &c. Faciebant etiam aliquam difficultatem, quòd qō quis est diffamatus de illegitimitate, debet se purgare, & si nō est infamatus, & semper vixerit vt legitimus, relinquitur conscientiæ suæ. sed fuit dictum quod forte id procedit in foro conscientiæ, quia allegat c. mulieri, de iureiuran. & ita intelligit Præpos. qui expresse hoc dicit
9 in foro conscientiæ. Et † quamuis quis præsumatur legitimus, vt manuteneatur in possessione beneficij, Rot. in antiq. decis. j. de præsump. illud est, quia quis non debet spoliari, &c. & quia adest aliqua præsumptio postquam est in possessione eius, quod non competit, nisi legitimis, aliàs secus per prædicta.

Alij Domini dicebant. Primò, inspiciendum esse, quis actor, & quis reus verè dicatur in hac causa, nam actor
10 † debet plenè probare intentionem suam etiam quòd consistat in negatiua, ex allegatis per informantes, nec sufficit præsumptiuè probare, sed concludenter. Achil. decis. j. de probat. Hinc vitam allegans debet probare, quod etiam alij ex Dñis dicebant esse admittēdum, nisi pro actore esset præsumptio vehemens, quę releuaret ab onere probandi. Couar. var. resolut. lib. j. cap. 9. licèt ipse possideat, nisi commissio esset talis, in qua possit comprehendi molestationem. iuxta decis. Achil. j. de actio. hoc enim casu committens causam diceretur reus. ideo dicebant esse videndum diligenter ad hunc effectum commissionis, & si in ea possunt comprehendi molestationes: dicebant alij videndum tres vias expediendi causam. & die Lunæ, 7. Febru. 1575. fuit tentum intrare hu iusmodi decis. Achil.

11 Prima, quis † dicatur actor, vel reus iuxta supradicta. Altera bene firmare in iure, an quis præsumatur legitimus ad effectum succedendi. Tertia, quis possideat propter commodum possessionis. vulg. §. cōmodum. Ægid. decis. 76. in fi. & 471. etiam in fi. cum allegatis. Et dicebant possessionem hoc casu debere intelligi legitimitatis vel illegitimitatis, non bonorum, quæ possessio bonorum ad præsens negotium non releuat, quia nō agitur in hoc iudicio de bonis, sed de validitate vel inuali-
12 ditate matrimonij, & an † Petrus sit in quasi possessione legitimitatis, vel minus. iuxta glos. in d. c. lator. Gemin. in d. c. si forte, num. 4. de decim. in 6. Nam hoc casu dicebant iudicem ecclesiasticum posse præfigere terminum. tex. in d. cap. lator. Dec. in cap. ex literis, num. 4. in fine, de præben.

Alij dicebant videndum, an opponatur de illegitimitate incidenter, an principaliter, & tandem in tanta varietate fuit dictum, quòd iterum ponatur.

BRAVI.

Achorotiu. fructuum. Veneris, 16. Iulij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Consensus formalis donec sit extensus in libris camerę, licita est pœnitentia.*
Quod procedit etiam si adesset instrumentum.
2 *Resignatio, vt reseruetur pensio, est quidam contractus innominatus.*
3 *Res integra non dicitur etiam quod præparamenta facta fuerint.*
4 *Consensus formalis per modum tacitum non potest impleri.*
5 *Cassationis materia iisdem regulis regulatur, quibus resignationes beneficiorum cum reseruatione.*
6 *Ius in materia resignationis non abdicatur à transferente, nisi irreuocabiliter quæratur translatario.*
7 *Pœnitentiæ est locus, vbi sumus in his personis, sine quorum consensu expediri nequeunt literæ.*
Etiam quòd præstiti fuerint parui consensus. num. 14.
8 *Actus correspectiui habentur pro vno actu tantum, ita quod vnus nequit ab alio separari.*
9 *Forma semper dicitur esse individua.*

Pensio,

10 *Pensio, regressus, & similia possunt cassari coram solo notario & testibus, & quomodo procedat. & num.* 12.
11 *Extensio consensuum duos parit effectus, vnus vt literæ expediri cum eo possint, alius vt ex eo tollatur facultas pœnitendi.*
12 *Literæ non sunt expediendæ super cassatione, sed super reseruatione pensionis, quæ expediri nequeunt sine formali consensu.*
13 *Notarius cancellariæ etiam mutato procuratore de stylo, consensus extendit.*
14 *Consensus parui in resignationibus non operantur actum perfectum.*

DECISIO CCCCLXXI.

PRoposui dubium, an sit locus pœnitentiæ in casu, de quo agitur, cum præsupposito quòd, sine veri præiudicio, adesset aliud mandatum cum pacto consensu præstito per D.Paulum, & fuit resolutum per Dominos locum esse pœnitentiæ. Moti, quia sumus in correspectiuis & conditionalibus, non enim D. Ferdinandus voluit cassare reseruationem fructuum, nisi re-
1 seruata sibi valida pensione, quo casu † consensus dicitur formalis, & donec sit extensus in libris cameræ vel cancel. licita est pœnitentia, vt per Sarn. de infirm. resign. q.31.num.2. vbi dicit procedere etiam si adesset instrumentum, de quo stylo testatur Crescen. decis. 75. Fab. decis.48. Mohed.decis.289. cum alijs cumulatis per informantes pro D.Ferdinando, cuius ratio potest esse, qa
2 isti contractus, nempe, † resigno vt reseruetur pensio, videntur quidem contractus innominati, in quibus licita est pœnitentia re integra, & etiam quòd vnus impleuerit, si alius perfectè non adimpleuerit, licèt aliquid fecerit. Bar. in l. si pecunia, num. 11. ff. de cond. cau. data. vbi Ias. num. 6. & 11. Claud. in l. si ita stipulatus, col. 9. de
3 verb. oblig. & † non dicitur res integra, etiam quòd præparamenta facta fuerint, vt per Ias. in d.l. si pecunia, nume. 6. glos. ordinaria in l. iurisgentium, in princ. in part. facias. vbi Bart. num. 1. Ang. num. 4. Alex. num. 12. ff. de pact. Soc. in l. si pactum pro pœna, num. 5. Curt. iun. in l. cum proponas, num. 3. & in l. si petens, num. 39. C. de pact. Parui autem isti consensus potius sunt quædã præparamenta, quàm quòd verè rem perfectè demonstrẽt, quod ex modo illos annotãdi patet, quia notarius quando illos annotat, solum apponit diem, mensem, & annũ & nomen procuratoris vel principalis, si principalis illum præstet, deinde si pars vult illum sibi consignat, & quamuis pro parte D. Comitis dicatur quod hoc non procedit fauore piæ causæ, tamen contrariũ tenent multi, de quibus per Tiraq. de priuil. piæ cau. priuileg. 133. & alij cumulati pro parte Domini Ferdinandi, & iste stylus procedit, & quòd aliunde consensus colligatur, vt est quando fuit soluta compositio, vt per Put. decis. 19. de renuncia. cuius consideratur ratio, quia hoc nõ supplet consensus extensionem expressam, cùm potius tacitus videatur. arg. ca. dilecti. de appella. l. reprehendenda. C. de insti. In casu præsenti pro forma erat necessarius cõsensus expressus, vt ex verbis supplicationis constat ibi, eiusdem Ferdinandi consensus expressus accedat, & ibi de consensu, quæ conditionem inducunt, vt per Put. decis. 18. libro 3. & ita formam, vt per eundem decis. 87. lib. 3.
4 Nec † impletur modo tacito, vt per eundem Put. decis. 182. libro 1. per Sarnen. reg. de impetr. benef. vacan. per obitum famil. Card. quæst. 11. lib. 2. Dec. in c. dilecti. numero 2. de appella. Tiraq. de legib. connub. glo. 7. nu. 52. Et dicebãt Domini talem stylum procedere in cassatione pensionis, vbi fit ad effectum, vt alia reseruetur. Mo-
5 hedan. d. decis. 87. Quia ista † materia cassationis, vt quid aliud reseruetur, regulatur eisdem regulis, quibus regulantur resignationes beneficiorum cum reseruatione. Et
6 hinc est, quòd non abdicatur † ius à transferente, nisi irreuocabiliter quæratur translatario. Mohed. decis. 83. & & fuit tentum de isto anno coram R. D. Aldobrandino in illa Bononien. pensionis inter Illustr. Cardinalem de sancta Cruce, & D. Tiberium Crispum.

Nec ob. quod dicitur pro parte D. Comitis, quia supradicta procedunt solum, quando tractatur de potentia eius qui potest actum perficere, & cuius consensus requiritur in camera, vel cancellaria ad perfectionẽ actus. Vnde super cassatione ad perfectionẽ actus reseruationis, nõ requiritur cõsensus D. Ferdinandi, sed tm illustr. D. Cardinalis super reseruatione pensionis, q̃ non sit locus pœnitentiæ ex parte D. Ferdinãdi. quia fuit rnsum, q̃ dictæ decis. indistinctè loquuntur, q̃ in conditionalibus & correspectiuis sit locus pœnitentiæ: quotiescunque enim sumus in his personis, sine quorum consensu expe-
7 diti nequeunt literæ, est † locus pœnitentiæ, quia illi consensus dicuntur formales, vt per Sarn. d. q. 31. nu. 2. militant. n. considerationes in hoc casu, quæ in alijs, nẽpe, quod actus adhuc non dicitur perfectus, quòd hac de causa daretur huiusmodi consensus in manibus partium, & quia in istis signatura Papæ habet tacitam conditionem, si partes perseuerauerint in eadem voluntate, quæ rationes aliàs placuerunt Dominis. vt per Paleot. decis. 82. Compostel. Archidiaconatus.

Nec obst. dicere, quòd respectu D. Ferdinandi actus sit perfectus, quia cùm ipse correspectiuè cassaret pensionem, & conditionaliter si alia pensio loco reseruatio
8 nis fructuum sibi reseruetur, donec perfectè non est, reseruata pensio ex parte sua nõ erat perfecta, sed adhuc pendebat. & ratio est, quia isti † actus correspectiui habentur pro vno actu tantum, vt vnus nequeat ab alio separari. ad not. in l. petens. C. de pact. Corn. consil. vltimo, libro 1. & 10. & 36. libro 2. Tiraq. in l. si vn quàm. in verbo, donatione largitus. nume. 117. C. de reuocan. donat. Aym. cons. 153. nu. 8. neque debent diuerso iure censeri. arg. l. vltimæ. ff. de accept. l. etiam. §. ex causa. ff. de minor. Aym. consil. 16. nu. 4.

Quod tantò magis, & ex abundanti admittebant Domini, quia vt attestantur practici, consensus Illustris. Cardinalis non potest extendi sine consensu D. Ferdinandi. quemadmodum igitur consensus Dom. Cardinalis erat formalis, ita est formalis ille, sine quo iste adhiberi, & extendi non potest, quia vnus est pars alterius in hoc ca
9 su, & forma † semper est individua. Bal. in l. si veritas. C. de fideicom. Alexan. in l. si is qui quadraginta. §. quidam. ff. ad l. Falc. Dec. consil. 532. nu. 8. Vnde cum quilibet ex istis consensibus influat in totam dispositionem, sequitur, quòd donec ambo sint perfectè extensi, actus non dicitur perfectus, qui pro vnico habetur, & propterea tanquàm ab actu imperfecto liceat resilire.

Neque mouit Dominos, quod pro parte D. Comitis
10 dicebatur, quòd † pensio & regressus & similia possunt cassari coram solo notario & testibus. glos. & ibi Prepos. in c. Agathosa. 3. distinct. Sarnen. de infirm. q. 16. nu. 4. quia hoc procedit in simplici cassatione, non in ea quæ fit correspectiuè ad effectum alterius reseruationis, vt per Mohed. decis. 189.

Nec concludit, quòd hic vertitur interesse ecclesiæ, ex quo in aliqua parte liberatur à reseruatione fructuum, quia in hoc nõ cõsideratur interesse ecclesiæ, sed partium voluntas, vt patet ex verbis suppletiuis, in qua Sanctissimus adiecit clausulam, & de expresso consensu Ferdinandi, quod ex supra dictis intelligendum est de expresso

expresso consensu extenso, vt non sit locus pœnitentiæ.

Minus iuuat dictum Comitem illud, quòd pro parte sua dicebatur, quòd non versemur in casu, in quo literæ non requirebantur, quòd non sit locus pœnitentiæ. nam Sanctissimus quoad cassationem derogauit regulæ. Nam fuit responsum, quòd derogatio non est quoad regulam de præstandis consensibus, immo summus Pontifex adiecit contrarium, cùm dixit, de expresso consensu Ferdinandi, sed derogatur regulę de non iudicando iuxta formam supplicationis, quæ derogatio præsupponit nihilominus consensus præstitos, & annotatos. Extensis enim consensibus in libris cameræ, vel cancellariæ, tunc subintrat derogatio, quòd sola signa-
11 tura supplicationis sufficiat. Extensio † enim consensuum habet duos effectus, vnus effectus est, vt literæ expediri cum eo possint, alius est, vt ex eo tollatur facultas pœnitendi. & ita fuit tentum in vna Paduan. canonicatus, coram Illustrissimo Cardinali Aldobrandino, de anno 1557. vbi Rota firmauit, quòd quemadmodum ad tollendam facultatem pœnitendi consensus debet esse extensus, ita etiam ad eundem effectum debeat esse extensa ratificatio, vt ratificans pœnitere non possit. Tantoque magis hoc impulit Dominos, vt de his
12 non curarent, quia † super cassatione non sunt expediendæ literæ, sed super reseruatione pensionis, quæ expediri nequeunt sine formali consensu Domini Ferdinandi, vt fuit dictum.

Neque impedit, quòd huiusmodi consensus non requiritur, nisi ad expeditionem literarum, quia immo requiritur ad effectum tollendi facultatem reuocandi consensum prædictum.

Nec placuit quod decisiones loquantur, quando agitur de consensu pro oneranda ecclesia, quia immo loquuntur quando agitur de abdicando iure ab aliquo, ad effectum, vt quid reseruetur, vt est in reseruatione pensionis. cassatur enim prima, vt alia reseruetur, & nihilominus, quamuis ista cassatio sit vtilis ecclesiæ ex eo, quia fit ad effectum vt alia reseruetur, est locus pœnitentiæ, vt dictum est. In isto enim casu requiritur ad effectum reseruationis authoritas Papæ, & Papa eam interponit, dummodo ambæ partes in eadem voluntate permaneant. & hinc est, quòd literæ sine amborum consensu expediri non possunt, & propterea secundum antiquum, & inueteratum iuniorem̃que stylum est licita pœnitentia.

Neque obstat illud, quòd adducitur de diuersitate rationis, nempe, quòd respectu cassationis non requiruntur literæ, quia si hæc esset bona ratio, decisio Mohed. centesimaoctuagesimanona, esset falsa. Sed ratio est, quia reseruari hoc casu pensio non potest, nisi de consensu amborum, & consensus vtriusque influit in totam dispositionem, cum (vt fuit dictum) versetur in correspectiuis, & conditionalibus actibus, qui habentur pro vno. Pariter fuit responsum ad id, quod di-
13 cebatur de mutatione styli, quia † etiam mutato procuratore notarius Cancel. extendit consensus. Nam notarius hoc relinquit postea iudicandum his, ad quos pertinet, an fuerit, vel non fuerit locus pœnitentiæ, & an literæ suffragentur.

Et multum impulit Dominos ad id tenendum, vt sit locus pœnitentiæ, quia ambæ partes sequutæ sunt fidem huius styli, & sic intentio istorum non fuit fa-
14 cere actum perfectum, quia † fuerunt præstiti tantum parui consensus relicti in manibus partis. Immo (vt attestatur Dom. Hercules Fortionolus testis pro parte Dom. Comitis productus) & in facto proprio consensum Illustrissimi Domini Cardinalis ipsumq̃uemet mandatum fuisse consignatum procuratori Dom. Ferdinandi, quod ad nullum alium effectum factum fuisse iudicandum est, nisi vt arbitrio possit deliberare, an vellet, vt actus fieret irreuocabilis, & consensus extenderetur, vel potius pœniteret.

Ex qualitate enim facti arguitur bene qualis fuerit intentio partium. ad l. primam, §. diuus. vbi omnes. ff. de Sicarijs.

ROBVSTERII.

Albanensis collationis dotis. Lunæ, 23. Februarij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Collatio dotis facienda super bonis viri propter eius vergentiam ad inopiam, debet fieri super bonis talibus, ex quibus mulier possit libere fructus percipere, & se & familiam suam alere.*
2 *Mulier potest exercere suam hypothecam dotis super omnibus bonis viri siue generaliter, siue specialiter hypothecatis, ex quibus pacificè possit fructus percipere.*
Immo ea in parte collocata, potest super reliquis bonis pro rata hypotheca exerceri. num. 3.

DECISIO CCCCLXXII.

FVit resolutum, quòd Illlustrissimus Dominus Cardinalis teneatur ad liberationem casalis Campileonis ab oneribus, de quibus in puncto, aut debent assignari Dominæ Clarici tot bona Albani, libera & exempta ab omni onere, ex quibus possit percipere tot fructus pro concurrenti quantitate prædi-
1 ctorum onerum. nam † quando mulier petit, propter vergentiam viri ad inopiam, collocari suam dotem super bonis viri, iuxta terminos l. vbi adhuc. C. de iure dotium. debet fieri collocatio super bonis talibus, ex quibus mulier possit liberè fructus percipere, & se, & familiam suam alere. dicta l. vbi adhuc. cum alijs per Soci. consil. 111. sub numero octauo, libro tertio. Sed casale Campileonis, super quo collocatio fuit facta, reperitur oneratum censu 1000. scutorum, & credito afflictuatiorum, quæ diminuunt creditum ipsius. l. prima. §. si hæres. vbi not. & post alios Rip. sub numero vigesimoquinto, ad Trebellia. meritò liberari debet hoc onus, vt Illustr. Domina Clarix possit liberè istos fructus percipere.

Nec obstat, quòd census debeat præiudicare donationi anteriori, quia (vt dicebant Domini) non est census, qui præiudicat donationi, sed dos Illustris Dominæ Claricis, eo quia dos ipsa est anterior donatione. Præterea ex quo in instrumento census dicitur, quòd imponitur census, vt extinguatur debitum Illustris Dominæ Helenæ filiæ Dom. Victoriæ de Sabellis, quæ etiam erat anterior creditrix, & vere postea cesserit, vt ex partitis apparet, succedit iste census in locum ipsius Victoriæ, iuxta l. primam, vbi no. C. de his qui in prior. loc. succed.

Nec obstat, quòd cum dos sit anterior censu, possit Do. Clarix exercere suam hypothecam super casale Cam-
2 pileonis, non obstante censu. Quia † respondebat Domini, quòd cùm mulier habeat suam hypothecam specialem super alijs bonis Albani, nõ cogitur exercere suã hypothecam super casale magis, q̃ super Albano, & põt

dimittere rem litigiosam & accipere bona, ex quibus pacificè fructus percipere possit, & hoc, vt ex illis alimentari possit. d. l. vbi adhuc. cum supra citatis.

Secundò respondebant, quòd non est verum, Dominam Claricem potuisse, non obstante censu, exercere hypothecam super casale, quia consenserat impositioni census, & de euictione illius promiserat, in præiudiciũ cuius propter illius consensus nihil facere poterat, cum saltem obstasset sibi exceptio. Vnde licet sibi præiudicauerit respectu census super casali, non tamen sibi præiudicauit, quin possit eandem suam hypothecam exercere super illis bonis Albani sibi specialiter hypothecatis. l. iubemus. C. ad Velleian. Et ita etiam respondebant ad id, quod pro parte Illustrissimi Domini Cardinalis dicebatur de credito affictuariorum, quòd Illust. Dom. Clarix ad illud teneatur, eo quia de anno 1574. consenserat locationi, & sic ad illam, & omnia in ea contenta, tenebatur, & quod postea de anno 1578. eandem ratificaue
3 rit, quia † licet hoc sibi noceat, vt teneatur illi stare, non tamen sibi nocet, quominus super alijs bonis, in quibus sibi non præiudicauit, possit pro rata exercere hypothecam suæ dotis. l. iubemus. C. ad Velleia. Bal. sing. 27. Soc. consil. 200. colum. j. versic. & primo quod dicta renunciatio, in secundo. Et licet etiam de anno 1578. ratificet dictam obligationẽ, & de nouo locet, nihilominus quatenus ratificet, nihil facit de nouo, ex quo per prius per instrumentum del 74. erat iam obligata. quatenus verò de nouo locat, hoc non etiam fecit, quia ipsa non petit liberationem ab isto nouo onere, sed ab antiquo iam de anno 1574. quo casale remanet obligatum pro scutis 700. quæ anticipatè soluerant affictuarij, vt in puncto dicitur.

ORADINI.

Roman. contrauentionis. Lunæ, 11. Decembris. 1570.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia & ecclesiasticæ personæ possunt vt partes & priuatæ personæ petere pœnas legales vltra damna & interesse. ex communi.*
2 *Exactio licita est, quæ fit lege permittente.*
3 *Pœna quotuplex esse dicatur.*

DECISIO CCCCLXXIII.

COnclusum fuit, quòd ecclesia & ecclesiasticę personæ possint, vt partes & priuatæ personę petere
1 †pœnas legales vltra damna & interesse, & quod hæc fuerit communis opinio Canonistarum in c. cùm dilecti, de arbit. Hanc enim opin. in d. c. cùm dilecti. tenuerunt Hostien. in §. quia tamen, versic. ad pœnam. qui allegat plures tex. ad hoc. & ita intelligit Hostien. Siluest. in summa, in verbo, pœna, num. 25. versic. quarto. quicquid alij de Hostien. aliter senserint. idem tenet ibidem Ioan. And. referens Hostien. & etiam ibi Abb. num. 12. & Henric. Boich. Ant. de But. nu. 12. idem tenet Archid. in c. fraternitatis. 12. q. 2. & ibi etiam Ægid. Turrecrem. qui latè dispurat in versic. ad secũdum. & Fortun. de vlt. fin. illat. 18. num. 288. allegarunt etiam aliqui sum. Ang. in verbo, pœna, num. 2. versic. quotuplex est pœna. & nume. 19. versic. verum exigẽs pœnam maiorem. Dec. & Cagnol. in l. quod à quoquã, num. 7. de reg. iur. & Card. in d. c. cum dilecti, in 6. oppos. Anchar. num. 4. 16. not. Roman. cons. 510. num. 21. Hostien. in sum. de pœnis. §. inferiorib. versi, sed nunquid. sum. Aften. parte prima, lib. tit. 38. art. 9. in for. sum. de furbug. de pœnis. q. 2. Præpos. in c. quoniam, distinct. 18. num. 12. Quæ opinio probabilis est, quia † huiusmodi exactio fit lege permittente, & pro ea faciunt plures tex. vt in c. in legib. versic. proinde. 12. quæst. 2. & in cap. statuimus, vbi glos. allegat alios tex. 16. quæst. j.
2

Sed an in casu nostro simus verè in pœna legali, conuentionali, vel mixta, † videatur, & an dicatur pœna excessiua, vel requiratur causa. iuxta trad. per Dec. in d. l. quod à quoquã. & Gomes. in tit. de actio. §. sic itaque, nume. 16. & in §. ex maleficijs, in 2. notab. in fine. Poterit (si opus erit) considerari.
3

ROBVSTERII.

Arimin. bonorum. Die Lunæ, 14. April. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Filius naturalis est incapax emphyteosis ecclesiasticæ. ex communi.*
Quæ procedit etiam si sit postea legitimatus. ex communi. num. 2.
Limita, nisi in acquirendis, vel de verisimili mente prælati inuestientis appareat. num. 3.
4 *Ecclesia dicitur esse speculum pudicitiæ.*
5 *Ecclesia etiam contrahens cum aliquo præsumitur scire eius conditionem.*
6 *Ecclesia recipit probos viros licèt illegitimos.*
7 *Effectus ex scientia oritur, qui ex ignorantia cessat.*

DECISIO CCCCLXXIIII.

DOmini videbantur concordes in constituenda regula pro Laura, & limitatione pro Vincẽtio, sed difficultas fuit in applicatione regularum:
1 naturales enim † sunt incapaces emphyteusis ecclesiasticæ Bart. in l. ex facto. §. si quis rogatus, num. 8. in fine, ad Trebel. & ibi Alex. num. 17. Hercul. & Rip. num. 62. qui attestantur de communi. Bal. in l. generaliter. §. cum autem, num. 2. C. de institit. & substit. Abb. in c. in præsentia, num. 25. Dec. num. 4. Felyn. num. 24. Paris. num. 86. de probat. Tiraquel. de nobilit. cap. 24. num. 17. Iul. Clar.
2 in §. emphyteusis. q. 30. 31. & 32. & ibi † ampliant communiter etiam ad naturalem tantum, & ad legitimatũ post. Alexan. cons. 94. num. 5. & cons. 126. num. 7. lib. j. & cons. 60. num. 4. lib. 2. Dec. cons. 171. in princ. Ruin. consil. 180. num. 5. lib. j. Grat. cons. 79. num. 14. in primo. & de communi Ias. in d. l. generaliter. §. cum autem, num. 9. Hanc regulam limitabant Domini in successione, vt regulariter naturalis tantum vel legitimatus non possit succedere in emphyteusi ecclesiastica, sed non in acquisitione, sed bene põt bastardus volente ecclesia acquirere bona ecclesiastica in emphyteusim, cùm totum hoc pen
3 deat à verisimili mente prælati ecclesiæ. & † sic non alia ratione videntur isti incapaces, nisi ratione verisimilis mentis prælati ecclesiæ. Bal. in l. tanquàm, num. 36. C. de fideicom. quæ cum sit nobilis & speculum pudicitiæ, nõ
4 intelligit in dubio de istis filijs abusiuis, † vt inquit Bal. in cap. quæ in ecclesiarum, num. 42. aliàs 59. de constit. Sed quando bastardus est vir probus, & vitæ commendabilis, tales recipiunt ab ecclesia, & contrahendo cũ bastardo videtur habere notitiam de illius qualitate. l. qui cum alio contrahit, de reg. iur. cum alijs per Dec. in c. in præsentia, nu. 47. Meritò dicta regula nõ habet locum in bastardo acquirente ab ecclesia, & ita præsupponunt Bal. in d. cap. quæ in ecclesiarum, numero 43. de constit.

& omnes

& omnes in d. §. si quis rogatus. & in d. c. in præsentia. & d. §. cum autem. & Card. Paleot. in tract. de not. & spur. cap. 31. Et quamuis dictum Bal. in d. c. quæ in ecclesiarum, nu. 43. dum dicit, quòd isto casu naturales filij. stipulantis possint succedere, à plerisque reprobetur. vt animaduertit Paleot. dicto cap. 31. numero 4. tamen in eo qđ præsupponit, bastardũ posse sibi & suis legitimis descendentibus bona ecclesiæ acquirere, non habet (vt puto) contradictorem.

Sed difficultatem fecit apud Dominos in isto casu, an intret regula, vel limitatio, ex quo Vincentius non venit ex successione, sed ex propria acquisitione cum voluntate ecclesiæ facta, vt apparere videbatur ex concessione ecclesiæ illi facta del 1561, 9. Iulij.

5 Nec videbatur obstare ignorantia, quæ in † dubio regulariter non præsumitur, vt in regulis iuris, & alijs cumulatis per Roman. consil. 216. numero 8. Grammat. decis. 81. numero 11. Nam dicebant aliqui id non procedere in contrahente prout hic, nam ecclesia contraxit cum Vincentio, vt in instrumento cotam A. C. fol. 66. 9. Iulij. 1551. facto. Ideo satis præsumitur sciuisse eius conditionem. d. l. qui cum alio contrahit. cum ibi not. de regul. iur. & considerat hoc in terminis Dec. in dicto cap. in præsentia, numero 47. de probatio. & facit Roman. dicto consil. 216. numero 8. Grammat. decisio. 81. numero 11. & facilius hæc videbantur admittenda si Vincentius probaret eius probitatem & laudabilem vi-
6 tam de eo tempore. Nam † vt bene considerat Dec. in dicto cap. in præsentia, numero 47. ecclesia recipit probos viros licet illegitimos. Et licèt quilibet præsumatur bonus, tamen vt intret hæc dispositio legis quæ nõ aliàs intraret nisi cum ista qualitate, non sufficit ista præsumptio, sed est probanda in specie probitas & laudabilis vita. & cum isto præsupposito isti Domini respondebant ad defectum mandati oppositum contra inuestituram Vincentij, quæ non est facta ab ipso Abbate, sed à quodam Vicario in absentia Abbatis. Nam licet Vicarius nõ potuisset admittere bastardum, stante præsumptione cõtra ipsum, tamen quando est bonæ conditionis & famę, videtur cessare difficultas.

Aliqui verò putabant, quòd immo intrabat regula in casu isto, quia vt cesset regula, est probanda notitia
7 ecclesiæ, nam vt inquit Bal. ex scientia † oritur effectus, qui ex ignorantia cessat. in dicta l. tanquàm, numero 39. C. de fideicommis. facit glos. in cap. primo. §. naturales. vbi etiam Aluarot. si de feu. fuer controuer. & in cap. secundo. §. personam. per quos fiat inuestit. Roman. dicto consil. 216. numero 8. Alexan. consil. 70. numero 14. lib. tertio. Felyn. in cap. præterea, numero 8. in fine, cum sequen. de restitb. cogend. Ias. in l. Barbarius, numero 14. de offic. præsid. Grammat. decis. 81. numero 11. neque hic probatur aliquo modo scientia ecclesiæ, vt dicebant isti Domini, quoniam ille sic erat Vicarius Abbatis, nec aliquo modo procurator, sed Vicarius Episcopi, qui nihil potest in istis. Et requirebatur scientia Prælati vel reseruatarij fructuum monasterij, quæ hic non datur, immo totum cõtrarium, cùm Cardinalis Carolus parum post hoc in mense Octobris 1561. expresse reprobauerit hãc inuestituram, & Annibal commendatarius parum post idem fecit.

Neque receptiones affictuum quicquam faciunt, qa sunt per procuratores assertos, & post dictas declarationes & inuestituras Lauræ, cui tunc non potuerunt præiudicare. Alia limitatio de contractu oneroso non placebat ex eadem causa, quod semper requiritur voluntas & scientia ecclesiæ, cuius sunt bona. Videndum igitur est, an intret regula vel limitatio stante serie facti.

ROBVSTERII.

Roman. iuris congrui. Die 5. & 15. Iunij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Præferendus est dominus in pari causa omnibus alijs emere volentibus.*
2 *Correctio iurium non inducitur nisi expresè dicatur.*
3 *Dispositio loquens in casu simplici non intrat, vbi illi aliquid additur.*
4 *Dispositio corrigens ius commune ab ipso recipit interpretationem passiuam.*
5 *Interpretatio necessaria inest cuilibet dispositioni, proueniens à verisimilitudine rationis, aut rei natura, vel æquitate scripta.*
6 *Constitutio noua, quæ potest plures effectus contra ius operari, interpretatur, vt vnum tantum operetur, & minus corrigat ius commune quàm sit possibile.*
Etiam si vtatur terminis vniuersalibus.
7 *Pars vna declarat aliam vbi est eadem ratio.*
8 *Ius quæsitum semper intelligitur cum sua causa.*
9 *Arbitrarium est iudici oblationem partis reijcere vel admittere.*
10 *Aedificium in dubio cedere solo dicitur, nisi res sit clara, vel coniecturæ & probationes in contrarium appareant.*
11 *Dominium limitatum producit limitatum effectum.*
12 *Aedificare in re sua quilibet potest ad arbitrium suum.*
13 *Ius sibi competens potest quandocunque ante sententiam quis declarare.*
14 *Præoccupationi, seu præuentioni locus non est, vbi constat de alicuius iure antiquiori.*
Item vbi ius vtriusque prouenit ex diuersa causa. num. 15.
16 *Præoccupationis siue præuentionis materia non habèt locum, nisi quando omnia sunt paria.*

DECISIO CCCCLXXV.

PRoposui dubium, an in domo controuersa D. Virginius sit præferendus Domino Marcello, vel è contra, in casu, de quo agitur. Et cum præsupposito, quòd Dominus Virginius velit ædificare æquè sumptuosum ædificium, prout d. Marcellus, vel parum minus secũdum capacitatem sui soli tam respectu domus inhabitatæ quàm locatæ. Maior pars Dominorum tenuit, quòd in domo controuersa d. Virginius sit præferendus d. Marcello.

Mouebat Dominos, quòd de iure cõmuni inter alia sunt inducta duo in fauorem Domini. Alterum ꝙ non cogatur vendere rem suam, sed sit in re propria moderator & arbiter. l. dudum. C. de contrah. emp. l. in re man
1 data. C. mand. Alterum † diuersum & separatum ab isto, quod in pari causa dominus est præferendus omnibus alijs volens id facere. l. si cum dotem. §. fin. ff. sol. matrim. l. ex facto, de pecul. cum alijs per Roman. consil. 22. numero 5. cum sequen. Ias. in l. fin. num. 2. & 12. C. de iure emphyt. & not. glos. in verbo, equali. qualiter olim feud. po. ali. & ibi Aluarot. in §. porro, versic. quæro. cum glos. & idem not. Guiliel. de Cuneo, Rayn. & Alberic. Bald. & Angel. in l. Imperator, de pactis. Aret. in l. si mihi & Titio, colum. fin. de verborum oblig. Alexan. consil. 22. numero 6. in fine, lib. 6. Cepol. consil. ciuil. 45. numero 4. versic. & pro hoc allego. Capic. decisio. 99. in principio, & fine. Tiraquel. de retract. lignag. §. 21. glos. vnica, numero 3. & 4.

Cùm igitur Dom. Virginius vti dominus domorum, habeat fundatam intentionem suam, quia habet hæc duo à iure communi inducta, longe inter se diuersa, & separata, & obtulerit se paratum velle ædificare ad ornatum vrbis, iuxta exemplum ab eo exhibitum, Dominus Marcellus qui nititur iure nouissimo cõstitutionis Gregorianæ, debet clarè, & non per subauditos intellectus, probare, quòd eadem constitutio corrigit in vtro-
2 que casu ius commune. Nam † correctio iurium non inducitur nisi expresse dicatur. l. vnum. C. de inoffic. donat. Doctores in cap. cum expediat, de electio. Et vbi sunt plura obstacula, si remouetur vnum, remanet aliud. l. si pro fure, in principio, de condict. furt. cum alijs per Bal. in l. cum lex, de hæred. instituen. Aymon. consi. sexto.
3 numero 55. Et dispositio † quæ loquitur in casu simplici, non intrat, vbi illi aliquid additur. §. sequens. Instit. de actio. l. hoc legatum, de legat. tertio. cum alijs per Cuman. Alexand. Ias. & alios in l. Titiæ textores, de legat. primo. & in l. secunda, de verborum obligat. Cępol. consil. vltimo, colum. 8. in secundo dub. Corn. consil. 63. colum. 3. in secundo. & consil. 19. colum. secunda, in quarto. Sed bene visis & perspectis clausulis omnibus dictæ constitutionis, illa hoc tantum agit, vt dominus in certis casibus propter ornatum vrbis, cogatur inuitus vendere, & in hoc solo intendit ius commune corrigere, & nullum verbum quando dominus vellet & posset pariter ædificare ad ornatum vrbis, prout satis rationabile & æquum est, vt de hoc non cogitauerit in ea Princeps iustissimus & sanctissimus. Sed in non expressis voluerit suam constitutionem referre ad ius commu-
4 ne, & † ab ipso recipere passiuam interpretationem. l. sciendum. & ibi not. qui satisdare cogant. l. prima. §. lex Falcidia, ad leg. Falcid. cum alijs per Bart. & alios in l. secunda. ff. de legat. primo. & Bald. consilio 29. in quinto.
5 Inest enim cuilibet dispositioni † interpretatio necessaria, quæ prouenit à verisimilitudine, vel puncto rationis, aut rei natura, vel æquitate scripta. Bald. consil. 343. cauenda sunt, in principio. & consil. 411. quidam Mediolanensis, colum. prima, circa medium, in primo. Ita vt non trahatur ad excessiua, vel vbi euidens esset iniquitas, aut à sapientibus reprehendi posset, vt latè cumu-
6 lat Aymon. consilio tertio, per totum. Et † vbi noua constitutio potest vnum vel duos effectus contra ius operari, interpretetur vt vnum tantum operetur, & minus corrigat ius commune quàm sit possibile. cap. cum dilectus. vbi not. Butr. & alij, de consuetud. l. vt gradatim. §. & si lege, de muner. & honor. cum alijs per Gozad. consilio 29. numero quinto. & licet vtatur terminis vniuersalibus, nihilominus recipit declarationem passiuam, vt non comprehẽdat casus particulares, vt minus quàm fieri possit, deroget iuri communi. glos. Bald. & alij in l. prima. C. si fine cens. vel reliq. & de communi Bertrand. in l. hac edictali, numero vigesimosecundo, & vigesimooctauo. C. de secund. nupt. Tiraquel. de retract. lignag. §. primo. glos. vnica, num. 4. & late Anto. Gabriel. de legibus, conclus. j. per tot.

Vnde vel huiusmodi constitutio in hoc recipit interpretationem à iure communi, vt intelligatur præseruatum ius domini idem facere volentis, vel si posset inducere duos effectus contra ius, videlicet, quòd dominus inuitus cogatur vendere, & quòd non præferatur in re propria, operabitur tamen primum effectum, super quo expresse disponit, non autem secundum, de quo nihil agit.

Immo ex quo in pluribus, & præcipuè §. tertio, & §. decimo. in primis præfert dominum ædificare volentem, ex hoc clarè pater, quòd in hac parte noluit ius cõmune corrigere, sed illi inhærere, & ab illo interpreta-
7 ri, nam † vna pars declarat aliam, præcipuè vbi est eadem ratio. l. qui filiabus. vbi Bart. & alij, de legat. primo. cum alijs per Dec. consilio 15. numero 2. cum sequen. & consil. 480. numero 2. cum sequen. Anto. Gabriel. de testam. conclus. 10.

Non obstat, quòd per locationem factam de domo contigua fuit quæsitum ius dicto Marcello, ita quod non potuit dictus Virginius ab illo contractu recedere & alium offerre in præiudicium dicti Marcelli. Quo-
8 niam † respondebant Domini, quòd fuit quæsitum ius cum sua causa. iuxta tradita per Pau. de Cast. in l. priuilegia. C. de sacrosanc. eccles. Dec. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, numero 53. versic. & pro ista opin. de constitut. in cap. nouit, numero 13. versic. tertio ampliatur, de iudic. Nam acceptatio debet fieri cum sua qualitate. Angel. in l. apud Celsum. §. si hac, versic. & iste tex. de dol. except. Soc. consilio 91. numero sexto, libro quarto. Tiraquel. de retract. conuent. ad finem tit. numero quarto, & sequen. sed causa & qualitas est, quòd dominus possit in re propria semper quod sibi placeat, facere. l. in re mandata. C. mandati. l. altius. C. de seruit. & quod in hoc præferatur omnibus alijs. l. finali. C. de iure emphyteu. Ergo non potest hoc ius Dominus Marcellus acceptare, nisi cum prædicta causa & qualitate reuocationis.

Nec placebat quod dicitur oblationem dicti Virginij fuisse factam ad cumulationem. Quoniam nec in dubio, nec in casu isto ex coniecturis facti id præsu-
9 mere potest iudex, in † cuius arbitrio totum hoc repositum est. glos. in l. fluminum. §. finali, de damno infecto. cum alijs per Menoch. de arbitr. iudic. libro secundo, centuria secunda, casu 156. ante finem. & ita fuit dictum in Barchinonen. tronetæ coram R. D. Seraphino & Cantucio, de anno 1577.

Non obstat, quòd Dom. Marcellus sit dominus cellę uinariæ, & vnius cubiculi, & cuiusdam camini existentis in domo viciniori controuersa, & quòd totum residuum deberet cedere solo. l. obligationum fere. §. placet.
10 de action. & obligatio. Quia † vti dicebant Domini, ędificium solet cedere solo ab initio, vbi res est dubia, cuius erit ædificium vel ne, sed non vbi adsunt coniecturę, vel probationes in contrarium, aut alias res est clara, quod solum est vnius, & ædificium alterius. & per Soci. in reg. 111. limit. quarta, & limit. vltima, prout in casu nostro, in quo res est clara, quòd ademptis istis particulis totum ędificium est Dom. Virginij.
11 Potius intrant aliæ regulæ, quòd † limitatum dominium limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acquiren. rerum dominio. l. cancellauerat. de his quæ in testam. delent. Et cùm agatur principaliter de superficie, & non de solo, est attendendum dominium ædificij, & non soli. l. si quis nec causam. ff. si certum peta. & vbi sunt plures Domini, attẽditur dominium potentius, & quod magis cohæret. Sebast. & alij per Afflic. decis. ducentesimaquinquagesimatertia, Ioan. de Amic. consil. primo, numero tertio, & sequen.

Nec alius potest habere maiores aut fortiores adiacentias, vel cohærentias in domibus de quibus agitur, quàm ipsemet Dominus, qui fere in omni parte est vicinus dominus, & cohærẽs intus, & extra, & iuxta partes, quæ præcipue debent deseruire ad ornatum Vrbis.

Non ob. maior situs, maior adiacentia, & maior necessitas D. Marcelli.

Quoniam istæ qualitates considerantur per constitutionem in casu suo, & sic vbicũq; dñs nollet aut nõ posset ad ornatũ vrbis ita, vt vicinus, ędificare, in quib. terminis non versamur, sed in terminis iuris communis, quoniam constitutio non cogitauit de isto casu, meritò non sunt in aliqua consideratione, sed an dominus velit & possit ita ornatè aut parum minus ædificare.

Vltimò non obstat, quòd Dominus Marcellus præuenerit Domino Virginio in ædificando, monendo, & alia faciendo, vt in puncto præsupponitur. Quoniam respondebant Domini, quòd cùm D. possit quandocun-
12 que † in re sua iure proprio ad arbitrium sum ædificare. d. l. altius. & ibi not. Bald. C. de seruit. cum alijs per Menoch. de arbitr. iudic. dicto casu 156. in princ. & sic habebat ius & actionem vsque ab initio, licet forsan sibi deficeret exercitium quousque declarasset: potest ta-
13 men † quandocunque ante sententiam ita declarare. Alexan. consil. 28. in fine, lib. primo. Dec. in l. filiæ licet, numero quarto, in fine. C. de collat. Corn. consil. 40. numero 16. lib. secundo. Soc. consil. 40. colum. secunda, in tertio. Alcia. in l. cum proponas, la secunda, numero 11. C. de pact. Put. lib. tertio, decis. 316. Præterea dicebant, quòd cùm Dominus Virginius habeat ius magis antiquum, quia est dominus domus, & Dominus Marcellus non habeat ius, nisi à die, quo per bullam petijt re-
14 tractum, non † est locus præoccupationi per litis contestationem, sed ille prefertur qui ius petendi magis antiquum habet. Bart. in l. si pluribus, sub numero primo, versic. si vero non. vbi etiam Aret. col. quarta, versic. vltimo adhuc, de legat. primo. Nam qui primum habet esse, habet primum fuit, vt inquit Bald. in l. si pluries, numero 3. C. de condict. inser. Rursus ius vtriusque prouenit ex diuersa causa. Ius enim Domini Virginij prouenit eo, quia est Dominus & vicinus, ius verò dicti Mar-
15 celli eo, quia vicinus tantum, ideo † non attenditur hoc casu aliqua prætensio. Bart. in dicta l. si pluribus, numero primo, versic. si vero non petitur. quem omnes ibi sequuntur, vt ibidem dicit Alexan. nume. tertio, de
16 legat. primo. Materia enim † præoccupationis non habet locum, nisi quando omnia sunt paria, vt post Igneũ dicta l. dudum, numero 87. ad fin. C. de contrahen. emptio. dicit Tiraquel. de retract. lignag. §. vndecimo, glos. decima, sub numero secundo. & in proprijs terminis est de mente Aret. in dicta l. si pluribus, col. quarta, in fine, versic. sequere ergo, cum sequen. Ergo non habent locum quæ dicuntur de præoccupatione. Ad alia bene respondent informantes.

ALDOBRANDINI.

Ciuitatis Castelli Castri Montonis. Lunæ, prima Decembris. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Depositum solutionis satis dicitur probare solutionem.*
2 *Tempus incertum obligationi adiectum nõ constituit quem in mora sine interpellatione.*
3 *Interpellatio est necessaria in pura stipulatione ad constituendum in mora debitorem.*
4 *Obligatio ante purificationem conditionis orta non dicitur.*
5 *Conditionis euentus non constituit statim debitorem in mora. & num 7.*
6 *Tempus quod conditionem purificat nunquam in mora constituit, sed requiritur interpellatio.*
7 *Lapsus angustissimi temporis non potest constituere debitorem in mora.*
8 *Dictio, statim, est intelligenda cum aliquo temperamento.*
9 *Actor agere volens debet prius adimplere ex parte sua quæ tenetur: nec ei prodest allegatio impedimenti.*
10 *Venditio purificata est perinde ac si ab initio purè contracta fuisset, & illico quæsitum ius.*
11 *Conditio, si promissa obseruentur, quæ in contractibus reciprocis inest, impedit exercitium actionis, sed non ortum obligationis. & ideo non suspendit. num. 12.*
13 *Tempus breue per dictionem, statim, significatum, residet in arbitrio iudicis.*
14 *Emptio, & venditio, item locatio & conductio promiscuè vnum pro altero accipiuntur.*

DECISIO CCCCLXXVI.

DOmini concluserunt satis constare de adimplemento tam respectu solutionis bis mille scutorum, quàm ratificationis Illust. D. Chiappini & Ioan. Vincentij.

Nam quoad solutionem, cùm de mense Februarij, 1576. in contumaciam Illust. Domi Ferrantis nolentis recipere, pecuniæ prædictæ ab Illust. Domino Ioan. Vin-
1 centio depositæ fuerint, satis † dicitur constare de solutione. l. acceptam, cum ibi not. de vsur.

Nec obst. quod cùm in concordia dicatur, *li quali promesse pagarli in contanti subito ottenuta la detta facultà, & habilità*: quæ fuit obtenta 20. Nouembris, 1572. iam redditus fuisset morosus, cùm inter depositum & dictam habilitationem interesserit spatiũ quatuor annorum & plus. Quia sine interpellatione non po-
2 tuit constitui in mora, cùm † tempus incertum huic obligationi adiectum fuisset, assecutionis, scilicet beneplaciti summi Pontificis. Bald. in l. magnam, in j. quæst. C. de contrahen. & committen. stipul. & in l. & si post res, in 4. quæst. ff. qui satisdare cogan. Ias. in l. si ita stipulatus, numero 7. de verborum obligat. Dec. consil. 2. numero 5. cum alijs allegatis. Cui responsioni non obstat limitatio Soc. consil. 288. sub numero 22. versic. circa quartam quæstionem, lib. secundo. Quia omisso quod contrarium late deducit Bero. consil. 205. nume. 6. cum pluribus sequen. lib. tertio. dictum Soc. de quo videtur dubitare Purpur. in l. vnum, numero 21. ff. si cert. petat. in omnem euentum procedere posset, quando post tempus incertum apponitur dies aliqua certa, vt in casu suo, & hic nulla dies adiecta fuit, quia licet dictum fuerit statim debere solui, expressum tamẽ fuit per illã dictionem solum id quod tacitè inerat, die enim non apposita confestim debetur. l. eum qui calendis. §. fin. ff. de verborum obligat. l. si promissor. §. primo. ff. de eo quod certo loco. §. omnis stipulatio. Instit. de verborum obli-
3 gatio. Sicut igitur in pura stipulatione, † in qua quis statim debet, necessaria est interpellatio ad constituendum in mora debitorẽ. l. si ex legati causa, de verborum obligatio. Ita fuit necessaria in hoc casu, in quo vt dictum est, solum effectus puræ stipulationis per supradictam dictionem, *subito*, expressus fuit: obtento enim beneplacito Papæ, & sic purificata conditione, perinde erat ac si pure ab initio venditio contracta fuisset, vt infra dicetur.

Quod ex alio comprobatur, nam cùm hæc obligatio esset conditionalis, vt admittunt informantes pro Illust. Domino Ferrante, licèt obtenta fuisset habilitatio à
4 tempore existentiæ summi Pontificis, & † consequenter ante purificationem conditionis, obligatio adhuc orta non esset. l. eadem. §. Cato, de verborum oblig. Alciat. ibidem. Bartol. in l. ita stipulatus, numero 49. de verborum obligatio. Si illa dictio, statim, deberet ope-

rare hunc effectum constituendi in mora, sequeretur, quod eodem momento fuisset orta obligatio & reddi-
5 tus obligatus morosus, quod absurdum est, † euentus enim conditionis hac de causa in mora non constituit, vt declarat Bart. in dicta l. ita stipulatus, numero 50. de verborum obligat. Iaſ. in l. ſi ex legati causa, numero 11. ff. eodem. Cuman. consil. 186. colum. prima, versic. cæterum alia consideratio. Fulgos. consil. 125. colum. j. Dec. consil. 2. colum. 2. Bero. bene in proposito. d. cons. 250. num. 10. lib. 3.

6 Tempus † enim quod conditionem purificat, nunquam in mora constituit, sed necessaria est interpellatio. Salyc. in l. magnam, num. 7. C. de contrah. & cõmit. stipul. Dec. cons. 323. col. 2. versic. si verò veniret, ibi, pro quo ille promittat.

Nec obst. si dicatur, ꝙ non eodẽ momento oritur obligatio & mora hoc casu, ex quo per purificationem conditionis oritur obligatio, vt per lapsum alicuius temporis debitor postea constituitur in mora. Quia ne dum qñ est apposita dictio, statim, sed etiam quando est apposita dies aliqua simul cum conditione, necessaria est interpellatio ad hunc effectum, si vera sunt tradita à Dec. d. consil. 2. col. 2. & Bero. d. cons. 205.

7 Sed tollitur difficultas in hoc casu, quia † lapsus talis anguſtissimi temporis cum dicatur statim debere solui, non potest constituere in mora, vt bene declarat Bald. in l. si mihi & tibi. §. si quis seruus, in final. verb. ff. de legat j. & sequuntur ibi Castren. Alexan. & Iaſ. numero 5. & de communi testatur Bero. in tract. de mora, num. 2. in fine.

Et si replicaretur hoc tempus non esse minus breue,
8 ex quo dictio illa † non est intelligenda ita amare, sed cum aliquo temperamento. iuxta tex. in l. quod diximus. C. de solut. glos. in §. fin. Instit. de inutil. stipulat. & in §. omnis. Institu. de verborum obligatio. in verbo, confestim. respondetur quòd lapsus ipsius temporis nunquam constituit in mora, nec excludit interpellationem, quia etiam quando purè quis promittit, confestim debet. dicto §. omnis. & nihilominus, vt ibi not. glos. datur aliquod modicum tempus, quod aliqui voluerunt esse decem dierum, aliqui arbitrarium, & idem voluit glos. in §. fin. Instit. de inutil. stipul. cuius temporis lapsus in mora sine interpellatione non constituit. l. ex legati causa, de verb. oblig.

Et ex his tolluntur pro contraria parte adducta, quibus etiam particulariter satisfaciendo Domini dixerũt non obstare tradita à Bald. Salyc. & Castren. in l. item illa. ff. de constit. Princ. & Anchar. consil. 86. Aymon. con-
9 sil. 151. Cùm † ea omnia procedant in actore agere volente, qui procul dubio debet prius adimplere, nec ei prodest allegatio impedimenti. Dec. in l. cum proponas, la seconda, in tertio notab. C. de pact. Aym. dicto consilio 151. numero 10. & liquet ex summario Bart. ad l. itẽ illa. qui loquitur in actore, hic autem versamur in reo voluntario, quia pro parte Illust. Domini Ioan. Vincentij fuit commissa causa iactationum & molestationum.

Similiter non obstat quod venditio hæc duplicẽ conditionem contineat. Quia immo vnicam tantum continet, nempe si fuerit habilitatio obtenta, qua impetrata
10 fuit illico putificata venditio, † perinde ac si ab initio pure contracta fuisset, & illico quæsitum ius. l. fin. §. primo. vbi Ang. ff. de vulg. & pupil. Dec. in l. pecuniam quã. numero quarto. ff. si cert. petat. Illud vero quod tangit solutionem pretij, non importat conditionem, sed obligationem, nempe, quòd emptor pretium omnino solue
re teneatur, ad quod venditori datur actio ex venditõ. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actio. emp.

Nec obstat, quod in contractibus reciprocis insit conditio, si promissa obseruentur. Quia id verum est, sed
11 hæc † conditio non impedit ortum obligationis, sed exercitium actionis. Dec. in l. filiæ licet, numero quarto, in fine. C. de collat. bonorum. Et hinc est, quod iudicium procedit parte non opponente, & sufficit offerre pendente iudicio. Put. decisio. 140. lib. secundo. Inest igitur hæc tacita conditio non obligationi, sed executioni,
12 quo † casu non suspendit. Iaſ. in l. item quia, numero 21. & 22. ff. de pact. Et sic non obst. consil. Aret. & alia in contrarium adducta, quia ea procedunt, vbi tractatur de quærendo aliquid, hic verò agit Do. Vincentius de iure quæsito conseruando.

Nec obst. pactum resolutiuum, quia satis in tempore fuit factum depositum, non obstante illa dictione, *subito*, per supra deducta. Et quia satis etiam dicitur fecisse
13 in tempore, postquàm deposuit in initio litis, cùm † præsertim hoc tempus soleat residere in arbitrio iudicis. Menoch. de arbitr. lib. secundo, centuria prima, casu se-
14 ptimo. Aliquibus etiam Dominis placebat, quòd † cùm non esset expressus locus, requireretur declaratio. Aſflict. decis. 316. numero quarto. Et quamuis isti Domini sint eiusdem ciuitatis, & ibi habeant domum, tamen non apparet, quòd ibi Dominus Ferrantes haberet procuratorem sufficiens mandatum habentem ad recipiendum huiusmodi pecunias.

Et videndum, an esset bona habilitatio ipsa respectu ratificationum, quorum defectus dupliciter consideratur. Primò, quia non adest obligatio cameralis. Secundò, quia Illust. Dominus Ioan. Vincentius ratificat venditionem nomine suo factam ab Illust. Domino Paulo d. Ferranti, non autem factam à Ferrante Paulo nomine suo & fratris, sed dicti Ioan. Vincentij. Domini dixerunt primum defectum tolli ex eo, quòd cùm Paulus contraxisset nomine absentium, obligãdo eos in forma cameræ, absentes prædicti ratificando omnia gesta ab ipso, ratificant consequenter & obligationem illam generalem nomine ipsorum contractam. l. asse toto, de hæred. instituen. respectu verò ratificationis Illust. Domini Ioan. Vincentij dixerunt potius fuisse errorem notarij quàm partis, ex quo in ratificatione enunciatur in-
15 strumentum celebratum per Illust. Dominum Paulum sub tali die, & rogatum per talem notarium, ex quibus apparet per incuriam notarium dixisse, dictum Paulum vendidisse cùm emisset, vltra quod † hæc nomina apud Iureconsultos promiscuè vsurpantur. l. veteres. ff. de actio. emp. & idem vidimus in locatore & conductore. Alciat. lib. quinto. parergo. cap. 15. Azzo. in summa, de actio. emp. num. 3.

B V B A L I.

Panormitan. illegitimitatis. Veneris, 20. Iunij. 1579.

S V M M A R I V M.

1 *Dispensatio potest causare bonam fidem, quæ sufficit ad legitimationem prolis, etiam quoad successionem in foro contentioso.*
2 *Filij dicuntur fructus matrimonij, qui dantur bonæ fidei possessori.*
3 *Matrimonij quasi possessio colorata sufficit quoad effectum legitimationis prolis.*
4 *Authoritas superioris licèt erretur in iure tamen causat bonam fidem.*

Emptor

5 *Emptor scienter emens rem alienam, si credidit vendentem habuisse mandatum à domino, dicitur esse in bona fide.*
6 *Error iuris an causare malam fidem dicatur.*
7 *Bonafides in dubio semper præsumitur.*

DECISIO CCCCLXXVII.

DOmini concluserunt ex dispensatione obtenta p Ioannem del Campo seniorem, & Elisabet de Agata super matrimonio inter eos contracto, fuisse causatã bonam fidem taliter, ꝙ filij ex eisdẽ procreati dicantur legitimi ẽt quoad effectum successionis in foro contentioso. Mouebantur, quia dispẽsatio obtenta à commissario subdelegato in vim bullæ cruciatæ non est restricta ad forum conscientiæ tantum, licèt eius facultas esset ita limitata, sed potius videtur quod ipse voluerit simpliciter dispensare, cùm declaret prolem suscipiẽdam legitimam, & mandet huiusmodi suam dispensationem ab omnib. obseruari, quæ clausulæ videntur repugnare dispensationi in foro conscientiæ duntaxat, nã si debet ab omnib. obseruari, hæc verba ita generalia cõprehendunt etiam forum contentiosum. hæc igitur dis-
1 pensatio potuit causare bonam fidẽ, quæ † sufficit quoad legitimationem prolis etiam quoad effectum successionis in foro contentioso, sicut sufficit bona fides in p-
2 scriptione. tex. in ca. si virgo. 34. q. 2. filij † enim sunt fructus matrimonij, qui dantur bonæ fidei possessori. Dec. consi. 153. col. 2. quem sequitur Soc. iun. cõsi. 62. nu. 38.
3 cum seq. lib. 3. Et † quoad illum effectum legitimationis prolis sufficit quasi possessio matrimonij colorata, ca. ex tenore. vbi Abb. & Prepos. nu. 3. qui fil. sint legit.

Non ob. quod ille commissarius subdelegatus nõ habebat facultatem ita dispẽsandi, quia † auctoritas supe-
4 rioris licèt erretur in iure, tamen causat bonam fidem, vt bene per Bal. in l. prima, nume. 23. C. de furt. sicut in
5 simili, qui sciẽter rem alienam emit, † dicitur esse in bona fide, si credidit vendentem habuisse mãdatum à Domino, vt post Dy. declarat Couar. in regula possessor. secunda par. §. 7. nume. 1. Excusantur igitur dicti coniuges à mala fide, si crediderunt illum commissarium habuisse istam facultatem simpliciter dispensandi. Nec etiam obstant verba posita in dispensatione ibi, pro animarum salute dispensamus, quia nõ per hoc dicitur restricta ad forum conscientiæ, nam etiam si dispensetur in vtroq; foro, potest dici dispensatio pro animarum salute in matrimonio contracto, quia absoluit ab excommunicatione, & concedit licentiam permanendi in matrimonio sic contracto.

6 Pariter etiam nõ obstat, quòd † error iuris causet malam fidem, quia ad hoc Domini respondebant posse applicari limitationem traditam à Fely. in c. de quarta, nume. 24. de præscrip.

Et eo magis inclinabant Domini in istam opinionẽ,
7 cũ † in dubio præsumatur bona fides. l. pe. vbi Doc. C. de contra. emp. Paris. cons. 104. num. 110. lib. 1. quæ etiam causatur ex iniustis titulis. Aym. consilio 145. numero decimoquarto, in fi.

B L A N C H E T T I.

Callaguritan. Prioratus. Lunæ, 21. Iunij. 1579.

S V M M A R I V M.

1 *Argumentum à præcedentibus & subsequentibus in iuris cessi materia validum est.*
2 *Confessio iuris alieni, non autem proprij ex quibus coniecturis colligatur.*
3 *Depositarius nomine alterius se faciens censetur ius proprium renunciasse.*

DECISIO CCCCLXXVIII.

FVit per Dominos resolutum, dari tales actus positiuos Francisci, ex quib. censetur renũciasse rei iudicatæ, cuius ius fuerat sibi ab Andrea cessum ad effectum vt intret allega. Lap. In huiusmodi materijs li-
1 cet argueret † à precedentib. & subsequentib. Bal. in l. multum interest. nu. 6. & ibi Sal. C. si quis alter. vel sibi. Si antecedentia hic considerentur, omnia videntur gesta ad vtilitatem Ioannis. Nam dum ageretur causa pensionis, Ioannes nunq̃ comparuit, defendit solus Franciscus causam, composuit cum Andrea, & post compositionem, & acquisitum sibi ius Andreæ soluit vsq; ad obitum Ioannis, obtinuit se deputari sequestratarium, appellauit à
2 sequestro decreto ad fauorem Ioannis. Ex † quib. omnibus inducitur confessio, ꝙ ius fuerit Ioannis, non autẽ proprium. l. publia. §. fi. ff. depos. Rip. in l. si aliquam rem. nu. 38. ff. de acquir. pos. Non ob. quod Franciscus de sancto Petro sequestratarius appelletur laycus, & ita possit dubitari, an sit idem qui obtinuit ius Andreæ, nam videtur potius error notarij. cũ. n. fuerint deputati duo sequestratarij, videlicet, Franciscus Ximenes & Franciscus de sancto Petro prestimoniarius, non est præsumendũ, qđ Ximenes excedendo mandatum mandauerit consignari fructus alteri Francisco, & facere actum nullum contra formam sibi præscriptam, quare præsumendũ est, quod erronẽ fuerit enunciatus laycus. Non ob. quod in intimatione dicatur incola, quia incolatus nõ excludit cleri
3 catum. Cùm † igitur se fecerit depositarius nomine alterius, censetur ius proprium renũciasse. arg. eorũ quæ dicit Abb. in c. ex ore. nu. 5. & 8. de his q̃ fiunt à maio. par. cap.

Nec refragatur, quod Franciscus potuit hoc facere ad commodum Alphonsi de sancto Petro, tum quia nemo præsumitur iactare suum. l. cũ de indebito. ff. de ꝓb. tum etiam, quia respiciebat fauorem Ioannis, cũ ex fructib. beneficij id quod Franciscus ius habebat, ęs alienũ Ioãnis solueretur. ex quo magis adiuuatur præsumptio renunciationis rei iudicatæ ad fauorem Ioannis.

L A N C E L L O T T I.

Ragusin. emphyteusis. Veneris. 20. Iunij. 1578.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia per quam pronunciatur, locationem factam fuisse in euidentem vtilitatem ecclesiæ, supplet omnes iuris solemnitates solitas adhiberi in locationibus rerum ecclesiæ: immo locatio præsumitur esse vtilis prout expri mitur.*
2 *Examinatio testium parte citata, & datis articulis non est necessaria in formandis processibus sine euidenti.*
3 *Breuitas temporis non nocet in inspicienda, & cognoscenda sterilitate loci.*
4 *Remissio de omnibus iuribus intelligitur arbitrio boni viri.*
5 *Statutum non potest impedire liberam facultatem locandi bona ecclesiæ seruata iuris forma.*

DECISIO CCCCLXXIX.

FVit resolutum, locationem esse confirmandam, quia fuit facta in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, vt con-

stat

ſtat ex ſententia lata per iudices commiſſarios apoſtolicos, qui vna cum notario & canonico reipubl. Raguſinę acceſſerunt ad bona locata, & illis diligẽter inſpectis, & examinatis à duob. antiquis incolis dictorum locorum & peritis in huiuſmodi æſtimationib. pronunciarunt locationem factam fuiſſe in euidentem eccleſiæ vtilitatẽ,
1 quæ † ſententia non ſolum ſupplet omnes iuris ſolẽnitates ſolitas adhiberi in locationib. rerum Eccleſiæ, iuxta conſi. Abb. 41. vol. 1. Dec conſ. 242. Capic. deciſ. 16. cum alijs de quibus hic per informantes. Verum etiam operatur, vt dicta locatio præſumatur eſſe vtilis prout expri mitur ſecundum dictum Bal. in c. 1. num. 7. qui feu. dar. poſ. Alex. conſi. 79. nu. 18. vol. 1. Soc. conſi. 15. num. 28. in fi. vol. 1. Iaſ. conſi. 54. nu. 2. ad fi. ver. moueor. Pariſ. conſil. 24. nu. 5. vol. 4. Gabriel. de ſentent. conclu. 5. num. 2. Nec neceſſe fuit dictos teſtes examinaſſe parte citata & datis
2 articulis. Quia † in huiuſmodi proceſſibus hæc nõ ſunt neceſſaria, cum non procedatur iudicialiter, ſed inter volentes, vt per Abb. in d. conſi. 41. nu. 1. verſi. ex quibus. nã iſta vtilitas eſt conſideranda, vt ibidem nu. 3. cum alijs ſupra deductis. Præterea propter decretum interpoſitũ omnia præſumuntur ſolemniter acta. Nec ob. quòd eadem die, qua fuerunt præſentatæ literæ ſacræ pœnitentiariæ dictis iudicib. ipſi acceſſerunt ad locum, & eadem die etiam tulerunt d. ſententiam. Vnde ex breuitate temporis præſumitur non fuiſſe adhibitam bonam cauſę cognitionem. Quia reſpondetur, quod ex actis non cõſtat de die præſentationis literarum, ſed in proceſſu dicti iudices poſt præſentationem literarum acceſſerunt ad loca. Vnde pro validitate actus præſumi debet, quòd non eadem die fuerint præſentatæ, ſed ante. Accedit, quod cauſæ cognitio verſabatur in eo. ſi loca erant taxata, & ſterilia, vnde ex oculari inſpectione potuit etiam incon
3 tinenti hoc videri, & ſic † breuitas temporis non obſtat, vt late per Gabriel. d. concluſ. 5. num. 24. Minus põt colligi mala informatio dictorum iudicum ex eo, quia repererunt loca fuiſſe meliorata per D. Ioannem, & in illis fuiſſe plantatæ vites, quæ omnia non potuerunt fieri à die 9. Ianuarij, 1560. de quo tempore fuit factũ inſtrumentum d. locationis, vſque ad diem 22. Iulij euſdẽ anni, de quo tempore iudices acceſſerunt ad loca, & tulerunt d. ſententiam. Quia licèt inſtrumentum fuerit factum d. die 9. Ianuarij, tamen contractus fuit factus die 4. Martij, 1559. vt dicitur in d. inſtrumento, & ſic potuerunt iſta fieri ſpatio 16. menſium.

Nec ob. non conſtare de mandato procuratoris Archiepiſcopi. Quia fuit dictum, quod ex productione dictarum literarum pœnitentiariæ per ipſum factæ, & ex obſeruantia d. locationis per ſpatium 18. annorum, & ex quo dicti iudices tulerunt ſententiam in palatio Archiepiſcopi exiſtente in inſula, vbi ſunt bona locata, ſatis conſtat ad effectum, de quo agitur, de dicto mandato. Quæ dicuntur de remiſſione facta de omnibus ſuis iuribus in præſentia Reuerendiſ. D. Archiepiſcopi, & de acceptatione ſententię ferendæ per eundem, & quod poſtea D. Archiepiſcopus declarauerit d. locationem eſſe
4 nullam, non ſunt viſa Dominis releuantia, quia † remiſſio huiuſmodi intelligitur arbitrio boni viri. Iaſ. in l. ſi ſic legatum. nu. 30. de leg. 1. cum alijs adductis. Et declaratio Archiepiſcopi eſt etiam nulla, ex quo eſt fundata in Concil. Trid. ſeſ. 25. c. 15. & in bulla Pauli 4. de rebus eccl. non alien. & in ſtatuto Raguſij, & in obſeruãtia pactorum, quæ fuerunt facta inter prædeceſſorem Archiepiſcopum & D. Ioannem. Nam d. concil. & Bulla loquuntur de locationibus factis in damnum Eccleſiæ. At locatio, de qua agitur, conſtat fuiſſe vtilem per ſupradictã.

5 Quòverò ad ſtatutum Raguſin. illud † nõ poteſt impedire liberam facultatem locãdi bona Eccleſiæ ſeruata iuris forma, vt no. Dec. poſt Bal. & alios in c. eccleſiæ ſanctæ Mariæ, num. 92. de conſtit. Præterea non comprehẽdit locationes confirmatas auctoritate apoſtolica, in obſeruantia pactorum non eſt probata, nec etiam comprehendit locationem de qua agitur. Stante igitur validitate locationis Domini inferebant, Archiepiſcopum teneri ad reſtitutionem pecuniarum ex quo ſententiæ latæ contra d. locationem reperiuntur nullæ & iniuſtæ.

DECANI.

Roman. Vinearum de Maximis. Die 4. Februarij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus impoſitio ſuper re prohibita alienari, an faciat cadere cenſuarium ab omni iure ſibi competente, vide diſtinctionem.*
2 *Alienare vbi quis prohibetur, prohibetur etiam actum facere, per quem alienatio ſequi poſſet.*
3 *Prohibitus alienare ſub pœna incidit in pœnam, licèt immediatè non alienet, ſi præcedit factum ipſius, ex quo ſequitur alienatio.*
4 *Cenſuarius ratione cenſus per ipſum impoſiti ſuper re prohibita alienari, non tenetur de euictione.*

DECISIO CCCCLXXX.

IN cauſa Roman. vinearũ propoſita Lunæ, 4. Februarij, 1577. Domini pro reſolutione puncti diſtinxerunt materiam in tres difficultates, quarum.

Prima fuit, an prętenſio Dominorum de Maximis dicatur requirere altiorem indaginem, ita vt nõ poſſit impedire Dominam Margaritam immitti in poſſeſſionem vineæ, de qua agitur in ſummario poſſeſſorio. & in iſta prima difficultate non potuit capi reſolutio propter diuerſitatem opin. Nam aliqui tenebant contra d. Margaritam ex adductis per informantes Dominorum de Maximis: aliqui vero fuerunt in contrario voto per ea quæ allegant hic Theophili, & per ea quæ ſcribit Iaſ. conſilio 44. numero 4. ad finem in primo, & propterea nihil fuit firmatum.

Secunda fuit difficultas, an Iacobus dicatur cecidiſſe ab omni iure ſibi competente ſuper domo magna ratione impoſitionis cenſus. & circa hanc difficultatẽ fuit concluſum ſecundum maiorem partem Dominorum,
1 quòd † aut cenſus fuit impoſitus ſuper fructibus domus, & tunc Iacobus non diceretur cecidiſſe, aut cẽſus eſt impoſitus ſuper domo vna cum hypotheca, & iſto caſu Iacobus cecidit, per tex. in l. fina. C. de reb. alie. nõ alienan. vbi Bal. & Salyce. Fulg. conſil. 92. numero 2. & fuit diſtinctio Barto. in l. codicilli. §. inſtitutor de lega. 2. & in terminis de cenſu impoſito ſuper re prohibita alienari, Pet. Foller. in prax. cenſual. fol. 167. num. 41. qui alios allegat. Et † pro confirmatione facit illa concluſio, quòd
2 vbi quis prohiberur alienare, prohibetur etiam actus facere, per quem alienatio ſequi poſſit, vt per Dec. cõſi. 94. num. 5. & conſi. 282. num. 2. cum alijs cumulatis per Tiraq. de retract. §. 1. gl. 14. nu. 14. ver. quibus malo accedere. & citat Aret. in l. in duobus. §. vbi duo. in fi. de duobus reis. & alibi, quòd † prohibitus alienare ſub pœna
3 incidit in pœnam, licet immediate non alienet, ſi præcedit factum ipſius, ex quo ſequitur alienatio. Et aliqui ex Dominis allegauerunt Alex. in conſil. 159. num. 3. vol. 3. & ita fuit cõcluſum per maiorem partem Dominorum in iſta ſecunda difficultate, non obſtantibus allegatis in contrarium,

contrarium, quæ poſſunt verificari in primo capite ſupradictæ diſtinctionis. Vñ ſi cẽſus impoſitus ſup domo magna eſt talis, vt cõprehendat ſub ſecundo capite diſtinctionis, Margarita eſt in tuto reſpectu iſtius domus.

Tertia difficultas, quę non videtur neceſſaria, ſi intrat ſupradicta diſtinctio Dominorum, an Margarita teneatur de euictione. in qua † difficultate fuit cõcluſum Mar
4 garitã non teneri, quia Iacobus ipſe non tenetur de euictione vineæ, & ita non habet locum tex. in l. cum à matre. C. de rei vend. per allegata hic per Thophilos. Pinel. in l. 1. par. 3. nu. 83. in decima limit. qui alios allegat.

Quod autem Iacobus non teneretur; probatur, quia contractus venditionis vineæ fuit nullus ſtante prohibitione teſtatoris, & ſtante proteſtatione per eum facta, q̃ ſicut ſuffragatur Margaritæ, ita ſuffragaretur ipſi Iacobo. Et addebant aliqui ex Dominis ex ſuprabundanti, quod Domini de Maximis non poſſunt agere ad pretium ratione euictionis vineæ, ex quo D. Lucas eorum auctor emit ſcienter rem prohibitam alienari, vt fuit alias reſolutum.

SERAPHINI.

Toletan. beneficij. Veneris, 18. Nouembris. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Tempus quatuor menſium in beneficijs non currit, niſi à die habitæ notitiæ vacationis.*
Idẽ etiam in beneficijs reſeruatis ex diſpoſitione Conc. Triden. ſeſ. 24. de reforma. c. 18. nu 2.
3 *Qualitas beneficij, & longitudo temporis vacationis remouent obſtaculum ignorantiæ.*

DECISIO CCCCLXXXI.

DVbitaui, an ſtãte Bulla fe. re. Pij Quinti in qua ſibi reſeruat beneficia curã animarum hũtia, & alias ſedi Apoſtolicæ reſeruata, ad quæ concurſu facto iuxta formam Conc. Trid. nemo per ordinarios fuerit electus, aut intra ſpacium quatuor menſiũ à die vacationis notificata non fuerint ipſis vel ſucceſſoribus ſuis, ad quos collatio pertinet, electio huiuſmodi obſtaret Didaco agenti ad beneficiũ, de quo agitur, cum vacauerit de menſe Februa. 1573. notificatio vero fuerit de menſe Septembris, 1574. Et per Dominos vnanimiter
1 fuit concluſum, † tempus quatuor menſium non currere, niſi à die habitæ notitiæ vacationis. ca. quia diuerſitatem. de conceſ. præb. c. licet. & ibi Inno. de ſupplen. neg. prælat. Roch. de iurepatro. in verbo, honorificum. q. 25. Anch. & Inno. in c. nos quidem. de teſtamen. Bal. in l. 1. ſi quis caut. Alex. in l. pen. ſi quis teſtam. lib. Roman. conſil. 28. Rot. deciſ. 263. in nou. Io. And. & Abb. in c. fi. de iure patro. Tiraq. de retract. Lignag. §. 35. gloſ. 4. nu. 7. cum alijs per informantes allegatis.

Nec ob. conſi. Soc. 108. nu. 14. li. 4. exemplo allegatus. Quia Pius Quintus limitat hanc facultatẽ ad 4. menſes,
2 quæ † iam competebat ordinarijs etiam in beneficijs reſeruatis ex diſpoſitione Conc. Trid. ſeſ. 24. de reform. capi. 18. tamen quia huiuſmodi ignorantia debet eſſe veri ſimilis, & probabilis, dixerunt Domini bullam obſtare Didaco, cùm allegata ignorantia ſit omnino inueriſimi
3 lis, attenta † qualitate beneficij, & longitudine temporis vacationis. Abb. in d. c. quia diuerſitatem. nume. 7. de conceſ. præb. Bal. in l. 1. C. ad Maced Grat. reſp. 42. nume ro 26. lib. 1. & in terminis Rom. conſ. 481. Achil. de ſupplen. neglig. prælat. deciſ. vnica. Maxime cũ adſit fumus ſcientiæ, qui colligitur ex litera miſſiua Alphõſi de Torres, quæ eſt in ſummario ſub nu. 2. in illis verbis, quod iam olim obtinere procurauimus in fauorem D. Garſię, de quo Do. Garſia ſimiliter meminit prima notificatio prouiſionis, quæ eſt ſub nu. 4. ſummarij. Ideo omnes diligentiæ poſtea factæ nullius ſunt momenti, quia non ſunt factæ in tẽpore, & ideo concluſum contra Didacũ.

LANCELLOTTI.

Gerunden. beneficij. Ven. 12. Iunij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Maſculus deſcendens ex fœmina dicitur etiam de genere in materia iuriſpatronatus: ſecus in alijs materijs.*
2 *Negatiuam ſimplicem quis non tenetur probare.*
3 *Ius tertij allegari non poteſt, niſi eo volente.*

DECISIO CCCCLXXXII.

DOmini fuerunt pro canonizatione præſentationis factæ de D. Ant. Garau. Quoniam cõſtat de iure patronatus præſentantis tum ex inſtrumẽto fundationis, tum etiam ex pluribus præſentationib. ſortitis effectum. Et licet d. fundator mandet præſentari eos, qui ſunt de ſuo genere, & D. Antonius proueniat ex
1 illius linea fœminina, tamen in hac materia † iuriſpatronatus quis dicitur de genere etiam quod deſcẽdat ex fœmina, iuxta deciſ. Caſſad. prima de iurepatro. quicquid ſit in alia materia, prout in l. 1. de iure immun. & in alijs locis adductis per informantes pro D. Paulino, vt declarat Dec. in l. fœminæ. nu. 65. de reg. iur. Tiraq. de legibus connub. par. 1. gl. 1. nu. 38. & bene per Couar. in ca. Raynaldus. in prin. nu. 13. de teſtam.

Non ob. quòd fundator mandauerit præſentari presbyterum ſi adſit, quo non exiſtente, eum qui intra annum poſſit promoueri, & ſi nec talis adſit, velit præſentari clericum, & tamen non probauit D. Antonius qui eſt ſimplex clericus, quod alij prædicti non adſint. Nam reſpondetur, quod cùm nullus ſe opponat, & D. Anto. ne-
2 gat alios adeſſe, non † tenetur hoc probare, iuxta doctr. Alex. in l. is poteſt. nu. 15. verſi. conclude. vbi Iaſ. nu. 83. de acquir. hære. Couar. var. reſol. lib. 2. c. 6. num. 6. Tiraq. de retract. Lign. §. 11. glo. 1. nume. 5. Gabriel. de probat. concluſ. 6. nu. 23. Vltra quod adſunt teſtes qui probant famam huius non exiſtentiæ.

Non ob. etiam quod adſit quidã Pontius habẽs qualitates requiſitas à teſtatore, inter quem, & D. Ant. pendet lis in partibus. Quia, vt ſupra dictum eſt, cùm is ſe nõ op
3 ponat, non † poteſt allegari ius tertij, niſi tertio volente, & hodie lis eſt inter Antonium & extraneum, nõn autẽ cum oppoſitore. præterea is ſuccubuit in partib. Reſeruarunt Domini, an ex quo non probatur, quòd Antonius ſit conſtitutus in 14. anno prout requirit Conc. Triden. ſeſ. 23. ca. 6. ſed tantum ſit conſtitutus in 12. anno, ei obſtet d. concilium. In qua difficultate Illuſtr. Cardinalis cõgregationis ſacr. Conc. Triden. cenſuerunt non obſtare, die 2. Iulij. 1579.

LANCELLOTTI.

Maceraten. parochialis. Lunæ, 14. Martij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Incompatibilitas triplex eſſe dicitur.*

Beneficia

2 *Beneficia etiam simplicia requirunt residentiam de iure communi fallit ex consuetudine.*
3 *Residentia continua requiritur ad inducendam incompatibilitatem: aliàs nulla incompatibilitas erit.*
4 *Beneficium primum vacat per assecutionem secundi in his, quæ sunt incompatibilia.*
5 *Beneficium primum si non vacat ipso iure, electio est habentis vtrunque.*

DECISIO CCCCLXXXIII.

PRo resolutione præsentis dubij Domini considerabant plures difficultates in hac materia. Prima est, an parochialis, & canonicatus, sint de iure beneficia incompatibilia. Secunda, an sint talia ex dispositione Conc. Trid. Tertia posito, quod sint incompatibilia, an per assecutionem secundi vacet primum. Quarta, an si non vacant, saltem potuerit D. Prosper priuari secũdo vel potius id sit in electione sua. Verum in primis placeret, quòd si ex facto posset hæc materia decidi, id fieret, quia si vere essent qualitates istorum beneficiorũ, p vt referunt informantes pro parte Prosperi, res cateret difficultate in eius fauorem. Sed quia ad primã, & secundam difficultatem aliquib. placebat distinctio Card. in
1 consi. 3. Vbi † considerat triplicem incompatibilitatem, & omissa prima & secunda specie, tertia est in duob. beneficijs requirentibus residentiam continuam, ita quòd non posset quis in ambobus residere, & hanc incompatibilitatem admittũt omnes. quod autem canonicatus re-
2 quirat residentiam, non est dubium, præsertim quia † de iure communi beneficia, etiam simplicia requirunt residentiam, vt per Abb. in c. penul. nume. quinto, de cletic. non resid. Ægid. in cap. 1. num. 21. & q. 2. nume. 3. & licet ex generali consuetudine simplicia non requirant residentiam, tamen non militat in canonicatibus, quia differentia est inter consuetudinem, & consuetudinem, nã vna potest esse consuetudo, quod quis non lucretur fructus, nisi resideat, alia vero, quod omnino residere teneatur, prima non inducit incompatibilitatem, secunda inducit. Ægid. post Innocen. & antiq. in d. c. primo, numero 3. Et ad † inducendam incompatibilitatem oportet,
3 quod requiratur continua residentia, vt videntur dicere omnes Doct. Sed difficultas hæc tollitur ex Concil. secũdum quod res non videtur habere difficultatem. Vnde sequitur, quod si est impossibilis residentia in vtroque, ita quod non possit deseruire in ambobus, hęc beneficia erunt incompatibilia: si autem posset in vtroque deseruire, non essent incompatibilia, nec secundo, nec tertio modo, prout loquitur Card. in d. consil. 3. Federi. de sen. in consil. 120. in fi. & vtrunque sequitur Prob. in add. ad Monac. in cap. 1. colum. 5. in princ. de consuet. in 6.

Quoad tertiam, an per assecutionem secũdi vacet primum in his, quæ sunt incompatibilia, iuxta d. tertiã speciem de qua per Card. in d. consi. 3. Oldra. in consi. 165. tenuit opin. negatiuam: tamen Card. in d. consil. 3. tenet
4 † quod vacet primum, quod videtur cõprobari ex Cõc. Trid. in sess. 7. c. 4. vbi loquitur de quibuscunque incõpatibilib. vigore quorumcunque canonũ, nec se restringit ad d. c. de multa. quia dicit præsertim, & quoad vacationem inducit vacationem secundum terminos c. de multa. Quoad quartam aliquib. placebat, q si non vacat ipso
5 iure primum, † electio esset habentis vtrunq;, vt p Abb. in c. fi. de cler. non resid. Quare fuit dictum, quod particulariter dubitetur hoc modo, videlicet, pſup. quod canonicatus in Ecclesia Racanaten. requirat residentiam, quæ non potest compati cum residentia beneficij curati in Ecclesia Maceraten. & quod Prosper fuerit prius assecutus d. canonicatum, quàm d. beneficium curatum. An d. Prosper potuerit de iure vel ex Conc. Triden. sess. 7. cap. 4. priuari d. beneficio curato, seu potius sit in electione sua dimittere, vel d. canonicatum, vel d. curatum beneficium.

LANCELLOTTI.

Maceraten. beneficij. Ven. 17. Iunij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia duo incompatibilia obtinens post monitionem habet electionem dimittendi vnum, & alterum retinendi.*
2 *Dispositio c. nonnulli. de cler. non resid. quo casu loquatur. Item c. de multa. de præb. procedit in eo qui contendit retinere. num. 3.*
4 *Conc. Trid. sess. 7. c. 4. quomodo intelligatur.*

DECISIO CCCCLXXXIIII.

STricte ad dubium fuit concluſum, q d. Prosper nõ potuit priuari beneficio curato, de quo agitur, pp
1 eius incõpatibilitatẽ cum canonicatu. Sed † vel fuit in electione sua, quando fuit monitus dimittere canonicatum prout dimisit, & retinuit curatum, iux. cõsi. Oldradi 165. cum alijs adductis, & fuit additum cõs. Anch. 59. in fi. vel vacauit d. canonicatus tanq beneficium primo loco obtentum, iuxta opi. Inn. in c. fi. de cler. non resid. quæ vtraque opinio potest deseruire Prospero. quia d. beneficia non sunt incompatibilia ratione curiæ, sed
2 residentiæ. Non † ob. c. nonnulli. de cler. non resid. quia non loquitur de huiusmodi incompatibilitate, & licet Doc. illud extendant ad beneficia requirẽtia residentiã, tamen hæc extensio non fit ratione pœnæ, sed ad hunc tantum effectum, vt beneficia requirentia residentiam debeant conferri his qui possint residere, sicut conferri possunt curata, vt hic per informantes. Minus etiam facit, q Prosper retinuerit vtrunque per plures annos, & propterea fuit vtroque priuatus, iuxta cap. de multa. de
3 præb. Quia † respondetur quod d. ca. procedit in eo, qui contendit retinere, & prout ibi dicit gl. in verbo, contendit vsque ad litis contestationem: At Prosper præter id quod potest dici habuisse iustã causam ex qua fuit passus vtrunq; retinere per ordinarium, & quia est modici valoris, tamen ipse non contendit, sed monitus statim di-
4 misit canonicatum. Quo † vero ad Concil. Trid. sess. 7. c. 4. quatenus refert d. ca. de multa. nihil de nouo addit, sed tantum nouum vinculum imponit: quatenus vero refert sacros canones, illi minus obstãt, vt supra dictum est, & quia etiam requiritur semper contentio, quæ hic cessat pro parte d. Prosperi. Alia vero quæ dicuntur, sunt extra dubium.

ROBVSTERII.

Albanen. alimentorum. Lunæ, 13. Octobris. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta debentur donatori à donatario iuxta quantitatem fructuum, & redditus, non autem iuxta valorem bonorum donatorum. num. 2.*
Immo etiam iuxta decentiam, & conuenientem honestatem qualitatis personæ. nu. 3.
Et computandi sunt fructus dotis vxoris in tali quantitate constituenda. nu. 4.

DECISIO

DECISIO CCCCLXXXV.

1 QVoad primam difficultatem, an debeantur alimenta Domino Christophoro, resoluerũt Domini affirmatiuè, quòd debeantur, ex gl. in verbo, voluerit, in l. fina. C. de reuoc. donat. vbi etiam Rip. q. 49. num. 264. & seq. Aym. consi. 51. num. 5. post Ang. & Imo. in l. Nesennius. §. fi. ff. de re iud. Maynar. in l. in cõdenatione. de reg. iur. Rimin. in §. 1. nu. 551. Inst. de actio. Modern. Mediolanen. recep. sentent. in verbo, donatio. q. 11. Non ob. clausulæ venditionum, quia tendunt solũ ad effectum validitatis donationis.

Non ob. negatio, quia solum negauit qualitatem, sed nõ veritatem, & essentiam donationis cum dixerit fuisse simulatam, & in confidentiam.

Non ob. quod ipse Do. Christophorus non agnouerit debitum ipsius donationis. vt in l. fi. de cess. bono. Quia dixerunt id esse extra punctum.

2 Ad secundam resoluerunt, quod † regulariter debentur iuxta quantitatem fructuum, & reddituum, non autem iuxta valorem bonorum donatorum. Imol. Alex. & alij in l. Imperator. ad Treb. Salyc. & alij per Rip. in d. l. fi. num. 164. in fi. C. de reuoc. dona. cum alijs hic per infor mantes D. Cardinalis allegatis, qui bene respondent ad Alex. in l. maritum. solu. matri.

Ad tertiam. s. qualitatem Do. Christophori, respondeunt Domini, alimenta esse taxanda, nõ solum iuxta ne-
3 cessitatem, sed † etiam iuxta decentiam, & conuenientẽ honestatem qualitatis personæ suæ. Bal. in l. 2. nume. 1. C. quod cum eo. Alex. ad Bar. in l. in condemnatione. de reg. iur. Ang. & Imo. in l. Nesennius. col. fi. de re iud.

Ad quartam, & vltimam partem de summa resoluerunt, quòd in huiusmodi quantitate constituenda † cõ-
4 putandi sunt fructus dotis vxoris D. Christophori. l. vbi adhuc. & ibi no. C. de iure dot. & in l. si constante. sol. matrimo. cum alijs hic adductis, & absque illorum verificatione, nec non valoris fructuum rei donatæ, difficile videbatur aliquid statui posse. Per modum tamen prouisionis pro nunc donec certior habeatur cognitio valoris dictorũ fructuum rei donatæ, Domini arbitrati fuerunt, vt dentur Domino Christophoro pro alimẽtis huiusmodi quolibet anno scuta mille & ducenta computatis dictis fructibus dotis vxoris, de quibus tamen fructibus dotis deducantur onera si quæ sunt, & illis deductis suppletio fiat ad dictos fructus dotis vsque ad summam 1200. scutorum ex fructibus Albani pro rata dictorum fructuum, & hoc cum facultate augendi, vel minuendi visa meliori liquidatione fructuum bonorum donatorum.

DECANI.

Colonien. electionis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio extraiudicialiter interposita, quòt requisita habere debeat.*
2 *Instrumentum habens solemnitates requisitas ad publicum instrumentum, probat.*
3 *Appellatio extraiudicialis legitimè debet intimari ipsi appellato.*
4 *Notitia quæcunque appellati de appellatione succedit loco legitimæ intimationis.*
Immo etiam si notitia sit præsumptiua, sufficit.
5 *Appellationis tenor si perlegatur ab appellato, vel porrigatur sub authentica scriptura, & eidem tradatur, sufficit pro legitima intimatione.*
6 *Forma seu dispositio tex. in cap. vt circa. de elec. in 6. debet seruari in appellatione extraiudiciali.*
7 *Obseruantia palatij circa materiam non merè obiectiuam, sed de iure dantis.*
8 *Forma specialis appellandi extraiudicialiter dicitur inducta per c. vt circa. de elect. in 6.*
9 *Episcopus iurare tactis scripturis non est obligatus. Fallit in grauibus, nu. 10.*
11 *Iuramentum fuisse præstitum tactis scripturis, creditur notario referenti.*
12 *Publicatio non requiritur in electione facta per formam scrutinij.*
13 *Appellans & obijciens contra electionem tenetur exprimere certam formam electionis.*
14 *Specificatio dicitur sufficienter facta, quando ea exprimũtur, quæ reddunt obiectum clarum, & certum.*
15 *Obijciens in personam dicitur etiam obijcere in formam electionis.*
16 *Vtile per inutile in separatis non vitiatur.*
17 *Specificatio requirit expressionem loci, temporis, & personæ, & aliarum qualitatum.*
18 *Libellus seu oppositio generalis admittitur in delictis habentibus tractum successiuum: aliàs secus.*
19 *Hæresis crimen continuo non committitur.*
20 *Assertio in crimine hæresis contra catholicam fidem est necessariò exprimenda.*
21 *Reus non posset se defendere si teneretur probare negatiuam.*
22 *Contemptus in crimine hæresis non probatur, nisi per deductionem facti positiui.*
23 *Missam audire quisque tenetur in diebus festis, nisi se excuset ex causa rationabili. nu. 23.*
24 *Secta dicitur habitus animorum, & propositum in malo circa falsam disciplinam.*
25 *Hæreticus est ille, qui circa ea, quæ sunt fidei, errat per intellectum, & pertinaciter hæret erroriper voluntatem.*
26 *Causa rationabilis excusat nedum ab hæresi, sed etiam à peccato mortali.*
27 *Ius quando arctat aliquem ad singularem expressionem facti, non sufficit expressio in genere.*
28 *Defensio non potest, nec debet aliquo modo tolli.*
29 *Iurans debet iurare omnia, & singula esse vera, non autem alternatiuè.*
30 *Restrictio ad caput inualidum facta in alicnius electione non dicitur, nisi clarè constet.*
31 *Obiectus contra personas eligentium debent esse tales, q illas repellant.*
32 *Sententia lata in absentia procuratoris substinetur si verè erat absens, licèt iudici de tali absentia tunc non constiterit.*

DECISIO CCCCLXXXVI.

IN causa Colonien. electionis seu confirmationis Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalis deputati demandarunt mihi tanquàm Decano, vt proponerem huiusmodi dubium, an Illustrissimo Principi Erasto essent cõcedẽdæ literæ compulsoriales, & remissoriales, & quod habitis votis Dominorum meorum referrem ipsis Illustrissimis Dominis, quid Rota sentiret, & quod ante relationem per me faciendam neutri partium votum Rotæ publicaretur. Et vlterius quoniam agentes pro Reuerendissimo Electo asserebant se non habere ordinẽ seu commissionem ab eorum principali informandi Rotã super huiusmodi dubio, ordinarunt ipsi Illustr. Cardi-

nales

nales vt omnes scripturæ, & informationes datæ ꝑ parte ipsius Electi dū causa coram ipsis Illustrissimis antea discussa fuerat, nobis transmitterentur, prout transmissæ fuerunt. Habitis igitur informationibus, & scripturis vtriusque partis, visum fuit Rotæ dubium propositum resolui non posse, nisi distingueretur in nonnullas difficultates particulariter disputandas, cùm in eo totum negotium huius causæ contineretur. Vnde cępimus tractare, an esset incipiendum à iuribus ipsius Electi qui fundabat eius intētionem in decreto ipsius electionis, ꝑput in instrumento desuper confecto, cuius copia data fuit: an verò à iuribus ipsis Illustrissimi Principis, cuius intētio consistebat in instrumento appellationis extraiudicialis per eum interpositæ, pro cuius iustificatione petebat literas compulsoriales, & remissoriales, & quòd interim retardaretur confirmatio petita pro parte ipsius Electi. Et fuit resolutum iuri & rationi cōsonum esse incipere à iuribus Illustrissimi Principis tanquàm petētis literas compulsoriales, & remissoriales, & in hanc partē substinentis partes actoris.

Et quoniam principale fundamentum prædicti Illustrissimi Principis consistebat in instrumento appellationis pro eius parte extraiudicialiter interpositæ ab electione facta, cepimus discutere, an instrumētum ipsius
1 † appellationis haberet omnia requisita, videlicet, an esset confectum manu tabellionis, & an appellatio ipsa esset interposita coram personis authenticis, aut persona, quæ super hoc testimonium perhibeat veritati. vt inquit tex. in ca. vt circa. de electio. in 6. Et fuit resolutum sine
2 difficultate aliqua pro affirmatiua, quia † instrumentū ex sui facie ostendebat omnes solemnitates requisitas ad publicum instrumentum. ad glo. in l. generali. C. de ta bul. lib. 10. & Docto. in cap. secundo, de fide instrum. & quod appellatio fuerat interposita coram Nuntio Sanctiss. D. N. in illis partibus, & licet adesset recognitio manus ipsius notarij, sine qua remanebat tanquàm priuata scriptura, quam constat fidem non facere. l. instrumē ta. C. de proba. Oldrad. consil. primo, numero 3. agentes tamen ipsius Illustrissimi Principis pollicebantur se facturos, vt recognosceret. Vnde Rota voluit ex rei verisimilitudine sine interim, dū aliæ difficultates disputanē, habere hoc instrumētum sine veri præiudicio pro sufficienter recognito. Et quoniam vltra præmissa ad effectum, vt causa dicatur ad sedem apostolicam deuoluta,
3 requiritur etiam, quòd † appellatio extraiudicialis legitimè intimetur ipsi appellato, vt in clem. causam. de electio. fuit dubitatum, an esset legitimè intimata. Et fuit resolutum pro affirmatiua, nam ex instrumentis, quorū copia data fuit Dominis, clarissimè deprehendebatur, quod prædicta appellatio deuenerat ad notitiam ipsius Electi. Primò ex diligentijs factis per D. Adrianum tanquàm procuratorem ipsius Principis ante castrum ciuitatis Brullen, ad effectum intimandi prædictam appellationem. Secundò ex instrumento appellationis, seu intimationis factæ in capitulo Colonien. seu coram nonnullis canonicis de huiusmodi appellatione ꝑput latius in d. instrumento continetur. Tertiò ex alio instrumento, in quo notarius asserit in Oppido Kempen. in platea propè templum prænominato D. Electo equo insidē ti veram collationatā copiam retrotractę interpositę appellationis omni meliori modo, quo potuit, insinuasse, intimasse, & notificasse, quam copiam prædictus D. Electus ad se recepit, & retinuit, & insuper recensēt multas circunstantias pertinentes ad colligendam notitiam ipsius Electi prout latius in ipso instrumento continetur.

Ex quibus Domini resoluerunt constare de sufficien-
4 ti † notitia ipsius Electi, quæ succedit loco legitimæ intimationis. Nam tex. in d. cle. causam. §. verum. ostendit, satis esse, quòd appellatus verisimiliter notitiam habuerit, & habetur per Acchil. decisio. 16. de appella. & idem tradit Rot. decis. 26. eo. ti. in nou. Roman. consi. 360. numero 4. & consil. 410. nu. 2. Sarnen. in compend. vtriusque signat. num. 68. Immo Card. in d. clemen. causam. in prin. tenet sufficere, quòd de notitia constet saltem præcipuè ad effectum deuolutionis, de qua agitur, vt ibi per eum. q. 26. num. 18. cum alijs adductis per Fely. in c. cùm contingat. col. pen. de rescrip. Prout etiam indubitatum
5 est sufficere, vel quòd perlegatur tenor † appellationis, vel quòd porrigatur sub authentica scriptura, & tradatur appellato, vt patet in d. clem. causam. & ibi gl. in verbo, porrecta, cum qua transeunt ibi alij Docto. Non autem requiritur vtrunque copulatiuè, vt etiam colligitur ex supra allegata decis. Rot. 26. de appel. in nou. Constat autem ex supradictis copiam authenticam fuisse porrectam ipsi D. Electo, & ita concluſimus constare de sufficienti notitia, & intimatione.

Hæc autem decisio fuit facta cum prę ſuppoſito, quòd prædicta instrumenta essent in forma probante, & quod deberent recognosci.

Stantibus igitur prædictis fuit suborta difficultas, an in huiusmodi appellatione debuerit seruari forma, seu dispositio tex. in d. c. vt circa. de elect. in 6. iuncta cle. constitutionē. eodem ti. Et licèt sub die Ven. 5. Decembris, anni præteriti. 1578. non potuerit fieri resolutio, nihilominus causa iterum proposita sub die Ven. 12. eiusdem
6 fuit concluſum, † quòd Illustris. Princeps erat astrictus dispositioni dictorum iurium in c. vt circa. & in cle. constitutionem. §. primo, quia in sua appellatione extraiudiciali directè tendit contra formam electionis, & contra personas eligentium, & electi, licèt etiam includat ius, suum indirectè tamē, & hanc partem in terminis tradit Oldrad. consil. 170. Ioan. Franc. in d. ca. vt circa. & ibi Archid. col. prima, ver. se opponunt. Card. Anchara. Imol. & Vital. in d. clem. constitutionem. Mil. in repert. in verbo, articuli. vbi in fine dicit videndum esse Oldra. in consil. suis. Rot. decis. 36. de appel. in nou. Bisignet. deci. 2. de excep. Fastol. dub. 24. qui bene facit in proposito. Pro ista ēt parte ponderabatur tex. in d. clemē. constitutionem. ibi, directe respiciunt & c. Illustris. autem Princeps venit tanquàm competitor, vel oppositor, & vult augere ius, quod prætendit sibi competere per subtractionem votorum propter incapacitatē eligentiū, & electi, prout deprehēditur ex tenore suæ appellationis, prę sertim ex ver. quocirca &c. & per consequens cùm metiamur ius ex parte actoris, vt in l. cùm quædam puella § fina. de iur. om. iudic. Materia est igitur obiectiua, & subijcitur prædictæ dispositioni.

Non obstant allegata in contrarium. Quia Mil. in verbo, appellatus, non tangit istam difficultatem, Rot. autē decis. prima. de sequestr. possess. & fruct. in nou. & decis. fin. de excep. in antiq. loquitur in alia materia, quādo sci licet aliquis producit alioquin gratiam, vt puta gratia, si neutri, quam quis vult verificare dando obiectus contra partem aduersam, tunc dicitur materia non mere obiectiua, sed de iure dantis, prout etiam loquitur Cas-
7 sad. decis. 2. de excep. vbi † attestatur de obseruantia palatij. Sed in terminis nostris, in quib. versamur in appellatione extraiudiciali ab electione facta, iura magis stricte procedunt, vbi quis principaliter tanquàm competitor, vel oppositor obijcit in forma electionis, & contra personas eligentium, & electi. Vnde Doct. in d. c. vt circa.
8 dicunt illum tex. inducere † specialem formam appellandi, vt ibi per Ioan. And. numero 5. in fi. & per Imo. in d. clem. constitutionem. nu. 17. vers. in causa vero bñficiali.

Vnde

Vnde non potest inferri ex prædicta obseruantia Palatij ad decisionem casus nostri, stantibus præsertim tot auctoritatibus in contrarium, de quib. supra. Ægid. autem in decis. alleg. 482. & 532. loquitur in genere secundum prædictam obseruantiam palatij, vnde nō facit ad rem, de qua agitur.

Prædicta aūt decisio fuit facta non informantib. agētibus pro parte D. Electi, & dum adhuc essemus in Rota, superuenit quędā cedula Illustr. Cardinalis de sancta Cruce, in qua significabat mihi, ꝙ visum fuerat suis Illustr. dominationib. concedere dilationē triū mēsiū agētib. D. electi, & quod ppea erat superſedendū in causa, q̄ siluit vsq; ad finem mensis Februarij p̄sentis anni, 1579.

Postea vero de ordine Dnorū Cardinaliū fuit iterū reassumpta causę cognitio, & Rota ordinauit vt videret, an in huiusmodi appellatione fuit seruata forma dictorū iuriū in c. vt circa. & in cle. constitutionē. omissa illa oppositione, q̄ fuerat facta per aliquos ex Dnis cōtra Illustr. Principē, ꝙ ipse tanq̄ existēs episcopus nō poterat eligi, sed debebat postulari, vt ꝑ Doc. in c. fi. de postu. plavbi Host. Ægid. & alij, ex quo agentes affirmabāt ipsum Illustr. Principē esse sufficiēti dispēsatione munitū, ita vt potuerit eligi, possęq; hmōi dispēsationē Dnis ostēdere, sed rogabant, ne cogerent exhibere, nisi necessitas negotij illud requireret. Fuit igit informatū sup p̄dicta difficultate, licèt agētes pro Dño Electo inscriberēt suas informationes coră Illustr. & Reuer. Dnis Cardinalib. deputatis. Et die Ven. 20. Febr. 1579. cā proposita, nō fuit facta resolutio, sed dilata ad aliā, ex quo informantes pro parte Illustr. Principis in eorū memorialib. cōquerebant de angustia tpis, & quod nimis durū eis videret, ꝙ cā tanti momēti vna tm̄ parte informāte ꝓponeretur, cū ipsi esſent parati informare pro alia Rota. Et sub die Lunæ 9. Martij cū per informantes hinc inde multæ difficultates excitarent, fuit per Dnos restricta materia ad duo capita. Alterū respectu iuris, an esset formiter ꝓbitū ꝑ Illustr. Principē. Alterū quoad obiectū contra formā electionis respectu scrutinij, in quo vī fundare se appellatio, nulla facta mentione de cōpromisso determinato, prout inferius latius. Super quib. duob. capitib. die Ven. 13. eiusdē cā proposita incipiendo à capite iuris, incidit qō non parum controuersa inter Doct. Aliquib. tenentib. † episcopū non esse obligatū iurare tactis scripturis, vt post gl. in d. c. vt circa. tenet Spec. ibi nu. 31. Arch. Ioan. Monach. & Prob. ibi in addi. & Anch. Rot. decis. 7. de iureiurā. in antiq. Alijs verò tenentib. cōtrarium, vt per gl. in d. c. vt circa. in verbo, corporaliter. in fi. in add. ex quo vī recessisse à prima opinione, vt dicit Abb. in c. fi. nu. 6. de iuramento cal. Imo. nu. 5. Barb. nu. 6. Præpos. in c. eps non flagitetur. 11. q. 1. & opinionem hanc gl. vī sequi ibi Ioan. And. Gem. Franc. sub nu. 9. qui citat Pau. in cle. constitutionē. Io. Valquel. in compend. sexti. in d. c. vt circa, in tertia conclu. vbi dicit, ꝙ est opi. vera. Card. in cle. constitutionem. nu. 8. Imo. nu. 20. Butr. in d. c. fi. nu. 8. de iur. cal. Imo. nume. 3. & 5. Abb. nu. 6. saltem in grauib. Barb. latissime. nume. 6. cum plurib. seq. Capr. in d. c. fi. col. 4. in lectura manuscripta. Præpos. in d. c. Episcopus nō flagitetur. Couar. in c. quamuis pactum. de pactis. lib. 6. §. 1. nu. 3. in 1. par. relectionum. ex quibus apparet, quòd Doctor. magis cōmuniter tenent, † Episcopū debere iurare tactis scripturis saltem in grauib. & ita posset distingui, vt contraria opinio procedat in leuibus, non autem grauib. prout in casu nostro Aufrer. in addi. ad capel. Tholos. decis. 161. Quicquid tamen sit de iure, dixerunt Domini, difficultatem hanc tolli ex facto. cùm. n. in ipsa appellatione post
9 26. cap. in vers. ne autem quis suspicetur. ipse Illustrissimus Princeps dicat, quòd iurat per sancta Dei Euangelia corporaliter à se tacta, satis apparet fuisse satisfactū opin. eorum qui tenent tactum scripturarum requiri. & licet notarius in initio huius instrumenti appellationis non asserat iuramentum fuisse præstitum tactis scriptu-
10 ris, nihilominus dicit † Illustrissimum Principem præstitisse iuramentum inibi deductum, & per consequens per viam relationis apparet scripturas fuisse tactas, cùm relatum sit in referente cum omnibus suis qualitatibus. vulg. l. asse toto. de hæred. institu. Non ob. quod notarius dicat corporaliter more prælatorum. Quia ista verba supplentur, stante, quòd de ipso iuramento relato constat, & de modo quo fuit præstitum respectu tactus scripturarum. Fuit igitur firmiter præstitum iuramentum, & cùm Illustrissimus Princeps iurauerit se credere contenta in sua appellatione esse vera, & se posse probare, cōcluſum fuit seruatam fuisse formam d. ca. vt circa. respectu iuramenti. Ea verò, quæ in contrarium adducuntur per informantes pro D. Electo contra iuramentum, possent procedere, si non appareret de iuramento relato per dictum notarium, per ea quæ supra dicta sunt.

Quò verò ad secundam difficultatem non fuimus satis cōcordes in ista positione, nisi quod si de iure veniret esse, quòd obijciens contra electionem teneretur specificare vnam ex tribus formis, tunc vtique Illustr. Princeps in sua appellatione non diceretur bene specificasse cōtra formam cōpromissi determinati, vt patet ex tenore ipsiusmet appellationis, præcipue qñ obijcit, quod nō facta publicatione fuit deuentū ad electionē, quod repugnare vī compromisso determinato, cuius forma est di-
11 uersa à forma scrutinij, quia † nō requiritur publicatio. vt in c. cum dilecti. & in c. quia pp. & ibi Doct. de electio. Propterea fuit ordinatū, vt videremus, an de iure requiratur expressio formæ electionis in materia tex. in c. vt circa. & cle. constitutionem, ita vt Illustr. Princeps sufficienter obiecerit contra formā electionis factæ per viā compromissi determinati, & die Lunæ 23. eiusdē mēsis Martij fuimus concordes, ꝙ de iure in ista materia nō repe-
12 ritur cautū, ꝙ † appellans, & obijciens contra electionē teneatur exprimere certam formā electionis. Nā p̄dicta iura cū sint satis rigorosa, & cōtinentia nouā dispositionē, non debent extendi ad casus nō expressos, vt ꝑ Card. in d. cle. constitutionē. §. cæterū. nu. 4. in fi. Ant. de But. in d. c. vt circa. in prin. & placuerunt Dnis rōnes, & fundamenta deducta per informantes pro parte Illustr. Principis. Nā in primis tex. in d. c. vt circa. hoc non dicit, neq; ob. ꝙ ibi dicatur, omnia & singula, quia tex. subdit, quæ in formā intendunt obijcere, vel personas, & per consequens satis est, ꝙ obiectus concludant ad nullitatem electionis, quæcunq; ex tribus formis fuerit seruata. Non ob. etiam, quòd tex. in d. clem. constitutionem. requirat
14 debitam circunstantiarū specificationem, quia † tunc dicitur sufficienter facta specificatio, quando ea expriman tur, quæ reddunt obiectū clarū, & certum. vt per Card. ibi in §. cæterum. in prin. nu. 2. Anchar. ibi, nu. 3. Non tñ ex hoc inferti potest, quòd debeat fieri specificatio certę formæ, cùm circunstantiæ possint influere æqualiter in omnes tres formas, de quib. in c. quia propter. & ca. cum expediat. in 6. & ita per expressionē circūstantiarū satisfactū censetur supradictis iurib. cū obiectus tendāt ad nullitatē electionis, quacunq; forma facta fuerit. & ita vī esse de mente glo. in d. c. vt circa. in verbo, formam. Prout etiam non vrget, ꝙ tex. in d. c. vt circa. videatur præsup-
15 ponere, † ꝙ obijcere in formam, vel in personas sint diuersa. Nam Doct. tam in c. 1. de electio. in 6. q̄ in d. ca. vt circa. concludunt, quòd obijcere in pſonā sit obiectus in formā electionis, vt ꝑ Io. And. in d. c. vt circa, num. 12. & ibi Franc. nu. 5. Arch. d. c. 1. nu. 2. ad fi. & ibi Gem. nu. 10.

ad fi.& ad tex.in d.c.1. de elect.in 6. fuit resp̃sum prout superius dictum fuit. Præterea Arch.ibi.nu.2. super verbo, factam, addit, vel faciendam, & propterea apparet, quòd obijciens non tenetur specificare certam formam electionis. Postremò non obstat, q̃ obiectus dati per Illustrissimum Principem videatur respicere viã seu formã scrutinij, non aũt compromissi determinati. Quia fuit re
16 sponsum, q̃ in ista materia vtile † per inutile nõ vitiatur, vt per Card.in d.cle. constitutionem.§.cæterum.in 6.q. nu.1.Imo.nu.4.& 5.Ant.de But.in d.c.vt circa.num.16. Vnde quatenus istq obiectus sint sufficienter specificati secundum iuris dispositionem, & sint tales qui necessariò inferant ad nullitatem electionis quacunque forma sit facta, potest Illustris. Princeps super illis insistere. Et ita Domini ordinarunt, quòd in sequenti positione ageretur de istis obiectibus, & in primis de illis, qui tangunt personas eligentium.

Proposita igitur causa die Ven. 3. Aprilis fuit resolutum, q̃ obiectus, de quibus in 11.12.& 13.cap.seu positionibus appellationis ipsius Illustris.Principis, non sunt
17 sufficienter specificati, cùm † clarissimũ sit requiri exp̃ssionem loci, temporis, & personæ, aliarumq; qualitatũ. vt per omnes Doc.in d.cle.constitutionem. vbi Card.in §.cæterum, & ibi Imol.num.4.Vital.in princ. & alij oẽs. post gl.in d.c.vt circa.vbi Io.Monach.num.9.ad fi.& Archi.col.2.post med.ver.omnia, & singula, concludentes ea omnia requiri, de quibus in l.libellorum, de accus.& est decis.Rot.18.de testib.in nou. Dum igitur in 11.arti
culo prædictæ appellationis opponitur contra duos capitulares, videlicet, Hermandum, Adolphum comitem à Solms iuniorem & Ioãnem Vimnurbergh, dudum ab orthodoxa fide catholica Romanæ Ecclesiæ desciuisse, sacrasq; ceremonias Ecclesiasticas non solum contẽpsisse atque spreuisse, sacroque missæ officio ad inuocandũ Spiritumsancti gratiosum lumen celebrato tam ante quàm ipso die electionis interesse noluisse, verum etiam sese manifestos sectarios verbis, factisque hoc ipso tum alias satis superq̃ue declarasse &c. Diximus huiusmodi obiectum respectu hæreticæ prauitatis tanquàm nimis generalem, & contra iura prædicta requirẽtia debitam circunstantiarum specificationem, non esse attendendum. Et licèt informantes pro Illustrissimo Principe li-
18 mitarent hoc non procedere in † delicto habente tractum successiuum, vt per Barto.in d.l.libellorum.numero 16.Purput. Alciat. & alij recentiores in l.edita. C. de edendo, nihilominus fuit responsum, limitationem non
19 applicati ad casum nostrum, ex † quo crimen hæresis cõtinuo non committitur, & ita respondet Roman. ad dictum Barto.in consi.191.nume.8. Præterea Barto. videtur requirere specificationem saltem anni, vel mensis, vt per Ægid.2.q.8.c.fi.§.libellorum.nu.17. Rursus dato, q̃ ista limitatio procederet, tamen quoad illas circunstantias non est attendenda, ex quo erat necessarium expri-
20 mere, quænam essent † assertiones, quæ isti duo tenent contra catholicam fidem, vt per Spe.in ti.de hære.nu.1. vbi ponit formam libelli contra hæreticos, & ibi exprimit locũ, & locum loci, & qualitatẽ. vt verbi gratia dixit, in tali loco &c. sacramentum altaris nullum esse, dãnat matrimonium, non credit resurrectionem &c. & tradit Simanc.de cathol.inst.ti.de accusa.nu.11. quæ omnia in isto primo articulo omissa fuerunt. Neq; obstat, q̃ prædictæ responsiones non tollant difficultatem respectu abominationis missæ Spiritussancti, cũ sit exp̃ssus certus dies, & locus loci. Quia fuit dictũ, q̃ debebãt exprimi certa signa, aut facta, ex quib. colligeretur huiusmodi abominatio, q̃ cùm cõsistat in intellectu, qui vult de ea obijcere, non põt se fundare simpliciter in eius iudicio, sed necesse est, vt exprimat signa aut facta, ex quib. ea colligatur, alioquin non dẽ satisfeciste debitæ circunstãtiarũ
21 specificationi, ex † quo reus nõ posset se defendere probando negatiuã, vt dicunt Doct.in d.cle.constitutionẽ.§. cæterum.& in d.ca. vt circa. & licèt adsint illa verba, dictis factisq;, nihilominus apparet, q̃ sunt nimis g̃nalia, cùm non fuerit expressum, quæ & qualia fuerint, vt bene deducit Aym.in consi.262.nu.3.& seq.

Et præmissa confirmantur, dũ.n. objcitur de contẽptu sacrarum ceremoniarũ ad inducendã hæresim, ne-
22 cesse erat deducere factum positiuum: aliter † n.cõtemptus ipse nõ probatur, vt per Fel.in c.si quis.nu.7.de maio.& obe.Siluestr.in verbo, contẽptus. post prin. Pariscõ sil.41.nu.24. in 4. prout ẽt non probatur ex eo qđ p̃dicti canonici sacro missę officio interesse noluerint, cum iste non interuẽtus sit restrictus ad duos dies tm̃, secundũ vi-
23 delicet, & quintũ Decemb. Vñ † cũ non essent dies festi, non tenebãtur de p̃cepto missam audire. Bea. Ant.2.par. sum.ti.9.Pisanel.in verbo, missa. Rosel.eodem verbo, nu. 13.& Siluestr.in verbo, missa, il 2.nu.1. Insufficiẽter etiã fuit oppositũ, q̃ p̃dicti duo canonici declarauerint sese
24 manifestos sectarios: nã † cũ secta sit habitus animorũ, & propositũ in malo circa falsam disciplinã, vt per gl.in cle.ad nostram.in verbo, sectã.de hæret. debuit exprimi, & specificari in quo versarẽ istud p̃positũ, & habitus. nã cùm hæresis cõsistat in intellectu, ex quo secundũ Beat. Thom.& cõiter oẽs, vt refert Siluestr. in verbo, hæresis,
25 il 1.nu.j. hęreticus † est ille, q̃ circa ea q̃ sunt fidei, errat p̃ intellectũ, & pertinaciter hæret errori p̃ voluntatẽ, cũ sit species infidelitatis, q̃ est in intellectu subiectiua, sicut & fides eius cõtraria, & ita hæresis per necessitatẽ suppo nit errorẽ in intellectu. Bea. Ant.in 2. par. lum. ti. 12. c. 5. §.1. Lambert. de hæret. q. 9. nu. 4. & 5. Propterea ad cõclu dendum tale crimen, exprimenda sunt talia facta, vel dicta, ex quib. colligatur talis error, quo fit, vt huiusmodi oppositio, q̃ missæ interesse noluerint, nõ sit concludẽs, cũ ẽt si de præcepto fuissent obligati interesse, vt puta in
26 die festo, † possint ex aliqua rationabili cã se excusare nedum ab hæresi, sed ẽt à peccato mortali. Siluestr. in verbo, missa. el 2. ver. dr̃ 6. Dum aũt subiũgitur, q̃ id fecerũt abominantes missam, ex qua abominatione cõcluditur hæresis, qualitates tñ seu circunstantiæ hmõi abominationis nõ fuerunt bñ specificatæ, quia debuerunt exprimi certa signa verbis, aut factis, ex quib. deprehẽdi posset talis abominatio, qa vt dicit Imo. in d.cle. cõstitutio-
27 nem.nu.4. qñ † ius arctat aliquẽ ad singularẽ exp̃ssionẽ facti, non sufficit exp̃ssio in gñe, nisi circunstantiæ speci fice exprimãtur. Circunstantię aũt dñr illæ, à quib. subsũtia facti circuitur, & ad factum circunstant, & consequẽter cũ ista abominatio missæ sit qualitas, quæ circũstat factũ non auditionis missæ, debuit specifice exprimi, in quo consistebat ista abominatio, & q̃nã signa talis abominationis canonici illi dederant. Alioquin posset in p̃batione huius criminis vagari, modo vnum, modo aliud
28 signum prosequendo, & facile tolleretur modus dispositionis, quod † satis prohibitum esse probatur per iura, & auctoritates supra allegata, præsertim per Arch. in d.c. vt circa.col.2.post med.ver.omnia, & singula. & faciunt tradita per Lambert. de hæret. q.28.nu.16.

Quò verò ad 12.articulum, in quo opponitur contra Raynaldum comitem à Solms vnum ex suctratoribus de manifesto concubinatu retinendo focariam domi suæ, concluſimus, obiectum non esse sufficientem, non quidẽ ex defectu tpis, & loci, sed quia nõ exp̃ssit nomen ipsius focariæ, prout exprimere tenebatur ex allegatis in p̃cedenti positione, & Boer.in gl.ad Mãdagottum. c.60. in prima forma, in verbo, pro eo quod in talẽ clericũ &c.

& idem

& idem diximus super 13.articulum contra eundẽ, quod percusserat suum confratrẽ non expresso illius nomine.

Quoad 14 & 15.in quibus opponitur de defectu mãdatorum, licèt prima facie visum fuerit, quod in huiusmodi obiectibus, tanquàm negatiuis non requiratur huiusmodi specificatio, nihilominus re diligenter considerata, fuit concluſum huiusmodi obiectos, tanquàm al-
29 ternatiue conceptos, non posse subsistineri, quia † iurare debet omnia, & singula esse vera, nõ autem alternatiue, scilicet illa aut illa, vt in c.is qui contra.de elect.lib.6. Et similiter sine difficultate fuit reiecta 16. positio contra Sebastianum Dubergensem, tanquàm nimis generalem, & incertam.

Postremò reiecimus ẽt obiectus contra Decanũ vnũ ex suctratoribus tanquàm male, & insufficienter specificatos, vt in 17.18.19.& 20. cap. prædictæ appellationis, excepto tamen illo fundamento, quod ipse Decanus nõ fuisset promotus ad sacros presbyteratus ordines, quatenus de iure teneretur, cùm iste sit obiectus negatiuus, in quo prædicta specificatio non requiritur. Propterea Domini ordinarunt, q̃ in sequenti positione videretur, an de iure requiratur, q̃ Decanus siue sit curatus, vel non, debeat se facere promoueri ad sacros ordines.

Similiter, q̃ discutiantur alij obiectus contra personã Electi. Tertiò, an releuet fundamentum informantium pro parte Illustris. Principis super eo quod cõtra instrumentum huiusmodi appellationis nihil fuerat oppositũ pro parte Reuerendis.Do. Electi, stante citatione, vt ipsi prætendebant decreta per audientiam contradictarum.

Dilata aũt fuit p̃positio dictarũ difficultatũ propter festa paschalia vsq; ad diem Lunæ, 4.Maij præsentis annĩ. In qua Domini in primis fuerunt in eodem voto super specificatione obiectus respectu mãdatorum, per tex. in d.c.is qui contra.& ibi gl.& Doc.de elect.in 6. fuit etiam secundo loco resolutum, q̃. si Decanus Colonien. est canonicus prout præsupponebant informantes pro Domino Electo, obiectum illum de non promotione ad sacros ordines, non esse alicuius cõsiderationis: licèt.n. de iure debeat ad presbyteratum promoueri, vt est tex. in c.1.de ęta.& qualita.cum alijs allegatis per informantes pro parte Illustris. Principis, nihilominus eius votũ põt subsistineri tanq̃ votum canonici, cui de iure cõperit electio. vt per Inn.in c.2.in fi.de inst.Gem.in ca.fi.sub nu.5. ad fi.ver.Dominus Ioan.de Imo.de præb. in 6. Neq; obstat, q̃ videatur dedisse votum tanq̃ Decanus & per consequens, quod se restrinxerit ad caput inualidum, & ita eius votum fuerit nullum, vt per Rom.in consi.445.nume.6.& seq & 496. quod Rota canonizauit in quamplurimis causis, vt in decisionib. allegatis per aduocatos Illustrissimi Principis, quæ sunt satis notæ. Quia fuit respõ-
30 sum, q̃ illud procedit, vbicunq; † constat, q̃ quis se restrinxerit ad caput inualidum, & ita seruat Rota: sed in casu isto illa expressio Decanatus potest dici facta gratia demonstrandæ dignitatis, ideo substinetur actus ex capite valido, vt per Rom.consi.243.nu.9. & seq. faciunt tradita per Fely.in c.cum ex officij.nu.31.in 9.concluſ.ver. dixit etiam Bal.de præscrip. & per consequens obiectus iste cum non repellat eum tanquàm canonicum, sed tã-
31 quàm decanum non debet attendi, cùm † obiectus cõtra personas eligentium debeant esse tales, q̃ illas repellant, vt in d.c.vt circa.de elect.in 6.

Tertiò concluſimus, quòd obiectus cõtra personam Electi non sunt sufficienter specificati, & per consequẽs non sunt releuantes. Fundamentum Dominorum fuit in his quæ dixi superius contra obiectus factos in persõnam eligentium, cùm enim supertus firmatum sit requiri expressionem loci, & personarum taliter, quòd ipse appellans non possit vagari cum discrimine alterius partis per ea quæ supra allegaui, apparet ex lecturamet ipsius oppositionis hæc non fuisse seruata, & licet referat se ad prenominatos, & ita per viam relationis videatur facta expressio personarum, nihilominus hoc non obstante fuimus in eodem voto.

Primò, quia relatio non est certa, cùm dicat, cũ quibusdam prænominatis, & ita non apparet de quibus intelligat, vnde obiectus remanet incertus. Secundò quoniã obiectus dati contra p̃nominatos, non sunt sufficientes tanquàm malè specificati ad illos repellendos, vt patet ex allegatis, & per consequens conuenticula, vt prætenditur, cum illis habita non possunt esse releuantia contra personam ipsius Electi ad illum repellendum. Præterea non dicitur, quæ & qualia fuerint prætensa conuenticula, & ita carent debita circunstantiarum specificatione.

Quod autem in eadem petitione 25.dicatur de ambitione ipsius Electi, tollitur secundum Dominos ex decreto ipsius electionis, cui se omnes canonici præter ipsum Illustrissimum Principem, subscripserunt.

Vltima fuit disputatio super fundamẽto, quod dedu cebatur super non oppositione facta contra instrumentum appellationis. In qua difficultate concluſimus, motiuum non esse releuans, cùm tota vis ipsius consistat in quadam citatione executa per audientiam contradictarum, absque tamen ordine seu approbatione Dominorum Cardinalium deputatorum, qui statim, quòd de hmõi citatione notitiam habuerunt, nobis attestati sunt, huiusmodi citationem præter eorum intentionem emanasse, neq; illam velle approbare. Vnde Rota noluit huius citationis aliquam rationem habere, vltra quod in tot disputationibus nihil aliud egerunt agentes pro Electo quàm opponere contra ea omnia, quæ continentur in huiusmodi instrumento appellationis. Illud autem quod dicebatur valere citationem per cõtradictas absque decreto iudicis, posset procedere stante generali mandato notarij, non tamen contra vel præter intentionem iudicis, vt puta quando proceditur contra procura
32 torem absentem, & iudex profert sentẽtiam, quæ † substinetur si in veritate procurator erat absens, licèt iudici de absentia tunc non constiterit, vt per Ioan. Paul.decis. 115. & habetur etiam per Crescentium decis.18. Tunc enim censetur iudex etiam ab initio decreuisse ipsam citationem. At hic secus est, cùm ipsi Illustrissimi, & Reuerendissimi deputati huiusmodi citationem nolint approbare.

Ex quibus ita, vt supra, resolutis satis superq̃ue secundum Dominos poterat inferri ad resolutionem dubij respectu literarum compulsorialium, & remissorialiũ, quòd non essent concedendæ ipsi Illustrissimo Principi per supradicta.

Ad maiorem tamen satisfactionem obtulimus, vt si vellet super huiusmodi dubio particulariter informare, nos audituros. Cùm autem significassem agentibus, & aduocatis ipsius Illustrissimi Principis, vt deberẽt informare, ipsi recusarunt. Vnde iterum de voto Dominorũ significaui, quòd deberent informare cum præsupposito, q̃ resolutiones fuissent factæ contra Illustr. Principẽ, quod iterum facere recusarunt, & dixerunt, quòd volebant audiri iterum super illo fundamento de non oppositione facta contra instrumentũ appellationis, & quod volebant hoc petere, vel ab Illustrissimis Cardinalibus deputatis, vel à Sanct.Do. N. Iterum autem vocatus accessi ad ipsos Illustrissimos Cardinales congregatos, & requisitus retuli summatim ea omnia, quæ fuerant per Dominos resoluta.

DECANI.

Facultatis testandi in spurios.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Pij Quinti reuocatoria facultatum testandi, & disponendi de rebus ecclesiasticis in illegitimos edita, an comprehendat bona patrimonialia, vide longam distinctionem.*

Item quoscunq; etiam laycos comprehẽdere dicitur. nu. 2.

3 *Fallit in personis regularibus, & alijs clericis secularibus in sacris constitutis, vt possint in suos, vel alienos spurios, pauperes, & bonæ conditionis, & famæ disponere ex causa dotis, vel alimentorum.*

DECISIO CCCCLXXXVII.

DVbium fuit, stante reuocatoria facultatũ testãdi & disponẽdi de reb. Ecclesiasticis in illegitimos edita, cal. Febr. 1567. per sac. me. Pium Quintũ. & attestatione eiusdem facta 5. Martij. 1572. quarũ omnium copia Dñis in necessarijs detur: An d. reuocatio cõprehendat bona pr̃imonialia, q̃ nullatenus proueniunt ex aliqb. Ecclesijs, vel beneficijs fructibus seu reb. ipsorũ beneficiorum. Et si non est, an d. attestatio sit declaratio interpretatiua, vel potius noui iuris inductiua, & sit seruanda non solũ in casu ibi expresso, sed gñaliter in alijs casibus dissimilibus, etiam q̃n illi qui non habent prolẽ legitimam, disponunt ex priuilegio, aut cõcessione iuris communis in alienos filios illegitimos de bonis pr̃imonialibus. Fuit etiam ordinatum, vt videtur an in aliquibus dicta constitutio indigeret declaratione, vel correctione, & in quibus.

Super quib. Rota sub die 27. Martij, 18. & 27. Maij, & 20. Iulij, 1579. resoluit q̃d huiusmodi reuocatio dũ tollit priuilegia, licentias, dispositiones, facultates & alia indulta dispensandi in illegitimos, cum sit exorbitãs reuocando ea, q̃ decerent esse mãsura, intelligitur † de facultatib. & indultis competentib. ex iure speciali, nõ aũt de iure cõi. & ideo licet verba illius quoad bona sint valde prægnantia, & satis clara, tamen esset distinguendũ, quod aut fit dispositio in quoscunq; illegitimos vigore iuris communis, & tunc hæc constitutio non comprehẽdit bona pr̃imonialia, quia verba illius sunt limitata ad indulta, & priuilegia ex iure speciali competentia, vt patet ex illius lectura, in prin. & in ver. ita vt priuilegiorum. & potentius est ius cõe quam ius speciale, & sublato iure speciali regulariter non est sublatum ius commune. Aut fit dispositio in illegitimos vigore solius legitimationis seu alterius facultatis ex iure speciali competẽtis, & tunc quia constitutio reuocat quoad hoc quascunq; facultates ex iure speciali competentes, & loquit̃ de bonis cuiuscunque qualitatis, speciei & naturæ, & de peculio alias q̃ ex rebus ecclesiasticis confecto, vt in plurib. locis d. constitutionis, & præsertim in prin. & ante fi. sine dubio tunc non potest fieri dispositio in illegitimos, ẽt de istis bonis patrimonialib. quia verba visa sunt clara, & præsertim stante declaratione eiusdem conditoris, q̃ est mere declaratoria, & intelligitur retentis eisdem terminis constitutionis declaratę, vt scilicet comprehendat bona patrimonialia, non quando de iure communi, sed quando ex iure speciali fit dispositio in illegitimos prout contingerat in casu d. declaratoriæ, in qua presbyter disposuerat in filium suum spurium non pro alimentis, vel dote, sed de tota substantia, & hæreditate sua, & in his casibus tantum est seruanda d. declaratoria, non autem in dissimilibus, quando ex dispositione iuris communis quis posset dispensare in illegitimos.

2 Fuit etiam resolutum, quod huiusmodi † constitutio comprehendit quoscũq; ẽt laycos, tam auctoritate apostolica, quàm imperiali, tollit etiam piam dispositionẽ. extendit etiam principalem dispositionem ad parentes, filios, descendentes, ascendentes, vel alios cognatos ipsorũ illegitimorũ viuis vel mortuis ipsis illegitimis.

Quæ oĩa visa sunt digna declaratione, & moderatione, ita videlicet, quod more layci, aut clerici coniugati, vel simplices clerici seculares nullum obtinẽtes bñficiũ Ecclesiasticum quoad bona patrimonialia, vel alia quæcunq;, non tñ ex beneficijs, fructib. pensionib. & alijs rebus ecclesiasticis ab ipsis cõfecta, nullo mõ cõprehẽderẽtur in ista cõstitutione, ẽt si obtinerẽt bona ecclesiastica.

Quò verò ad personas regulares, & alios clericos seculares in sacris cõstitutos, vel obtinẽtes bñficia ecclesiastica, esset declaranda † constitutio, vt omni dolo, & fraude cessante, possent iuxta dispositionẽ c. cũ haberet. de eo q̃ dux. in matr. quam pollu. per adulter. in suos vel alienos spurios, pauperes, & bonæ conditionis, & famæ disponere ex causa dotis, & alimentorum, iuxta dispositionem d. c. cum haberet. in primis, tamen de bonis patrimonialibus, aut alias, quàm ex beneficijs acquisitis, & in subsidium ex fructibus, pensionibus &c. beneficiorum.

Et quamuis, vt dicitur, Ægidius fecerit cõstitutionẽ, quæ tollebat dispositionẽ d. c. cùm haberet, tñ illa recessit ab aula, & non reperitur inter suas constitutiones, & poterat intelligi, quando habebant alia bona.

Et demũ esset corrigẽda totaliter illa pars de ascẽdẽtib. & descẽdẽtib. cognatis ipsorũ spuriorũ, omni dolo & fraude cessante, quia irrationabilis, & nimis dura lex.

SERAPHINI.

Portuen. bonorum. Veneris. 16. Octobris. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Legitima non debetur ex pacto continente promissionem mutuam ex honesta causa, & onerosa. Fallit, vt numero 6.*

2 *Legitima non potest grauari in vltimis voluntatibus: secus in contractibus. & de ratione differentiæ.*

3 *Ius nullum quoad legitimam competit filio in alienatis titulo oneroso.*

4 *Donationes reciprocæ non sunt veræ donationes, nec habent causam lucratiuam: donationes tamen esse dicuntur. num. 5.*

6 *Dos quando reuocari dicatur vsque ad legitimam proposita querela inofficiosæ dotis.*

7 *Donatio remuneratoria est potius permutatio quædam, & titulus oneroſus, quàm simplex donatio.*

8 *Legitima detrahitur etiam in substitutionibus reciprocis. Immo etiam in donatione remuneratoria. nu. 9.*

10 *Causa oneroſa in donatione consideratur, quando ea respicit commodum, & vtilitatem ipsius donantis.*

11 *Causa quatenus communis cum donatione, eatenus donatio non dicitur esse simplex, sed quatenus excedit causam, dicitur propriè donatio.*

12 *Venditio quatenus facta est pro minori pretio quam res valeat, admittit querelam inofficioſi.*

13 *Grauamen legitimæ imponitur per fideicommissum reciprocum.*

14 *Contractus inspecto initio dicitur oneroſus, & inspecto euentu lucratiuus.*

Casus

15 *Casus mixtus in materia fauorabili comprehenditur sub lege loquente de simplici.*

16 *Aes alienum, vt impediat detractionem legitimæ, debet esse contractum ex titulo oneroso, & causa necessaria, non autem voluntaria.*

17 *Opinio Dyn. in l. hæreditarium. de bon. auct. iud. possid. quomodo intelligatur, & aliorum eum sequentium.*

18 *Doctr. Bal. in l. 1. de his, quæ in fraud. patro. in fi. quomodo intelligatur.*

19 *Donatio inofficioſa re, & consilio in totum reuocatur ab extraneo, si re tantum, vsque ad legitimam.*

DECISIO CCCCLXXXVIII.

DVbitatum fuit, an ex bonis pacto comprehensis debeatur legitima? Et pro parte negatiua deducebatur.

1 Primò, q̃ † pactum huiusmodi cùm contineat ꝓmissionem mutuam ob honestam cãm, & onerosam, ad gl. in l. licet. C. de pac. Oldr. cons. 139. nu. 3. Alber. in l. fi. C. de pac. col. 2. Ale. cons. 83. nu. 14. li. 2. æquiparat emptioni spei, & euentus. Io. Fab. in l. 1. C. de inof. don. num. 4. Dyn. in l. hæreditarium. de bo. auct. iud. possid. & iõ quod capit̃ vigore huius pacti, prouenit ex cã onerosa, vt post d. gl. tradit Purpur. ibi. nu. 12. Anch. cons. 101. col. 2. in fi. Tiraq. in l. si vnquàm. in verbo, donatione. nu. 133. C. de reuoc. don. Bal. in l. 1. in fi. C. si in fraud. patr. Curt. iun. cons. 81. nu. 5. Soc. iun. cons. 143. nu. vlt. lib. 1. Iul. Clar. §. donatio. q. 2. ver. item quæro. Ant. Gabr. de donat. concluſ. 1. nu. 65. Ex quibus sequitur ex tali contractu præiudicari legitimæ. glo. in l. cùm à matre. C. de rei vend. Barto. in l. non vsque adeo. si à pat. quis fuer. manumiſ. & in d. l. hæreditarium. Saly. in l. 1. C. de inof. dona. q. 8. nu. 11. Ang. nu. 5. Castr. ibidem in fi.

Secundò confirmatur ex eo, quòd Alexandri constitutione in l. si pater filiæ. C. de inof. testam. cautũ fuisset, ex reciproco fideicommisso non dari querelã inofficioſi ratione dubij euentus, qui facit, vt filia non censeat̃ grauata, & hæc constitutio ex Doct. sententia sit correcta p l. quoniam in priorib. quæ omne grauamẽ reijcit, hocq;
2 locum habeat in fideicommiſſis, non † tñ procedit in cõtractib. ex sententia Bal. in d. l. 1. C. si in frau. patr. in fine. Anchar. cons. 101. col. 2. in fi. Tiraq. in d. l. si vnquàm. in verbo, donatione. nu. 140. Et ratio differentiæ inter vltimas voluntates, & contractus videtur esse, quia in vltimis voluntatibus lex omnem cõditionem, & onus ipso iure à legitima reijcit. In contractibus vero requiritur querela ad rescissionem. tot. ti. C. de inof. donat. Rui. consil. 26. lib. 3. Caccialup. in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substit. Tiraq. in d. verbo, donatione. nu. 140.

Tertiò facit, quia hæc bona debentur ex contractu. Oldra. cons. 139. in prin. Ias. cons. 175. nu. 4. lib. 4. Suar. in d. l. quoniam in priorib. limit. 16. ergo hoc debitum ante omnia est detrahendum, quia potentius ius est creditorum, quàm filiorũ. l. Papinianus. §. quarta, de inof.
3 testamen. & † in alienatis titulo oneroſo nullum ius cõperit filio. Barbat. post Card. in c. Raynut. nu. 36. de testamen. Couar. ibidem §. 10. nu. 91.

Quartò, quia huiusmodi reciprocæ donationes non sunt veræ donationes, nec habent causam lucratiuam,
4 & ideo † quæ disponuntur in veris donationibus, locum sibi in istis non vendicant, vt latè prosequitur Tiraq. in d. l. si vnquam. verbo, donatione. numero 130. 133. & 139. post Ioan. Fabr. & Guid. Pap. consil. 214. col. 5. Oldra. d. cons. 139. num. 3. cum alijs quos allegat Ias. & Suar. in locis supra citatis.

Quintò videtur ꝓ hac parte facere infrascripti Doc. Dy. in l. hæreditarium. de bon. auth. iud. possid. & ibidem Cuman. Ioan. Fab. in l. prima, nume. 4. C. de inoffi. don. Bal. in l. prima, in fi. C. de his quæ in fraud. patr. Paris de Put. & Lud. numero 52. Caccialup. in eo. tract. num. 81. Anchar. consil. 101. numero 5. Guid. Pap. consil. 214. numero 6. consil. 218. numero 10. Tiraq. in l. si vnquàm. in verbo, donatione largitus. numero 130. & 140. Pariſ. cõsil. 26. in fine. libro secundo, Cucchus de legiti. §. legitima est quota bonorum. numero vigesimoprimo, & melius cæteris Palat. in repet. rubri. de donat. inter vitum & vxor. §. 50. nu. 17. Pro contraria parte facit.

Primò, quia licèt donatio mutua non sit simplex, &
5 gratuita donatio, vt supra deductum est, tamen † donatio est, vt probat tex. in l. quod autem. §. si maritus. in fi. de donat. inter virum & vxor. Curt. iun. conſ. vndecimo, numero 9. Maxime verò in casu, de quo agitur, in quo contrahentes vsi sunt verbis prægnantiſſimis dum voluerunt habere vim perpetuæ inuiolabilis, merę, & irreuocabilis donationis inter viuos. idem probat tex. in l. cum hic status. §. si ambo. de donat. inter virum & vxo. Alexã. in l. licet. numero 4. C. de pact. Suar. in d. l. quoniam in prioribus. in quinta limit. numero decimoseptimo, cum ibi per eum deductis. & ideo regula est pro hac parte p l. primam, C. de inof. donat. ex quo sequitur eos qui limitationem afferunt, eam concludenter probare debere.

Secundò facit, quia licet titulus dotis dicatur titulus oneroſus. l. fina. §. si à socero. qui in fraud. credit. l. ex promiſſione. de actio. & obligatio. tamen † quando ex euen
6 tu fit locus lucro dotis, puta prædecedente vxore, tunc reuocatur vsque ad legitimam, proposita querela inofficioſi dotis, vt per Bal. & Castr. in l. prima, de inoffi. dot. Afflict. deciſ. 86. numero tertio. Non est ergo verum absolutè, quod quæuis causa oneroſa faciat, vt detrahi non possit legitima, sed ea demum, quæ est vere, & mere oneroſa, non autem vbi adest lucrum admixtum, tunc enim dicitur causa quasi lucratiua, vt est tex. iuncta glo. in l. apud Celſum. §. si quis autem. verſ. proinde. de doli excep. Iaſ. in §. item si quis in fraudem. nu. 29. Insti. de actio. vt paulo post latius deducitur.

Tertiò hoc idem comprobatur exemplo donationis
7 † remuneratoriæ, quæ neque ipſa est simplex, & gratuita, sed potius permutatio quædam, & titulus oneroſus. l. Attilius regulus. de donat. l. sed & si lege. §. conſuluit. in fi. de petit. hæredita. Tiraquel. d. verbo, donatione largitus. numero 12. & tamen ex ea legitima detrahitur. Castren. in auth. vnde si parens. nume. 7. & ibi Iaſ. num. 15. ad fi. C. de inoffi. testam. Bero. consil. 71. nu. 9. in secunda primi. Aym. consi. 165. nume. 4. & 6. cum alijs per informantes adductis.

Quartò facit, quia in substitutionibus reciprocis, ni-
8 hilominus detractio † legitimæ locum habet, non obstãte dispositione l. si pater puellæ, quæ est correcta per l. quoniam in prioribus. vt per gl. Bar. Bal. Saly. Castren. & Iaſ. in d. l. si pater. & de communi testatur Dec. conſ. 456. col. 3. Gabriel. de legit. concluſ. prima, numero 6. Quare cum fideicommiſſa, & substitutiones in contractu fieri possint, l. vt hæredibus. de leg. 2. l. quoties. C. de don. quæ sub mod. Bal. consil. 244. in secundo, Aym. consi. 19. nu. 8. consequens est, vt ex eis legitima detrahi possit, vt tradit Dec. consi. 613. numero primo, circa fin. & nume. 4. & 5. Goffred. in l. Titio centum. §. Titio genero. col. vltima, de cond. & demonstra.

Quintò pro hac parte stat auctoritas infrascriptorũ Doc. Alb. & Ang. in l. hr̃ditariũ. de bon. auct. iud. poſ. Ro. cõſ. 26. nu. 1. & 9. Dec. cõſ. 613. nu. 2. Bertrã. cõſ. 54. nu. 3.
9 & nu. 14. li. 4. Quib. † accedũt in argũ, q̃ tenẽt, donationẽ remuneratoriã admittere detractionẽ legitimæ, Ca-

stren.in auth.si parens.numero 7. C. de inoffi.testamen. Iaſ.ibidem nume. 15.& in l.ex hoc iure. nume.62.de iuſti.& iur. Aym.conſi. 165.nu. 5. 10.Fabr. exemplo allegatus in l. 1.C.de inof.teſta.ver.ſed quid ſi pater dedit, cum aliis infra deducendis.

Hanc poſteriorem ſententiam in pacto, de quo agitur, ſecuta eſt Rota, & per duas poſitiones plene diſcuſſa,& præcipuum fundamentum conſtitutum eſt ex eo,
10 quod cauſa onerosa † in donatione conſideratur,qñ ea reſpicit commodũ,& vtilitatem ipſius donantis,ſecus verò ſi ea reſpicit commodum donatarij, vel ex ea donans nullũ commodum percipit.l.ſi extraneis. de iur.do.Rip. in l.ſi vnq̃.nu. 26.& 27.C.de reuoc.don.in pacto aũt,de quo agitur,plures diſpoſitiones cõtinentur. Nã quilibet ex contrahentib.quandiu ſuperſint filij deſcendẽtes,donat filijs ſuis deſcendentibus, & ſic tot ſunt donationes, quot deſcendentes.l.quoties. C.de bon.q̃ ſub mod. Alia diſpoſitio continet donationem,q̃ fit filijs deſcendẽtib. ex altera linea in euentum,q̃ propria linea defecerit.Ad ſunt & aliæ, quas opus non eſt referre, cũ ad præſentem inſpectionẽ nõ faciant.Prior ergo illa diſpoſitio,quę fit in fauorem filiorum durante vtraq; linea, nullã hẽt cãm reſpicientem vtilitatem donantis, neque vlla adeſt reciproca donatio inter patrem & filium: nam cùm dono filijs meis,vt tu dones filijs tuis, nihil vtilitatis ſentio ex hac donatione:ſed in poſteriore, quãdo dono filijs tuis, & tu dones meis,adeſt quędam viciſſitudo, & mutua illa ſpes concernens commodum vtriuſque. Cùm autem legitima, de qua agitur, ſit legitima Sciarræ filij Alexandri, quæ ei ſtatim debebatur mortuo Alexãdro, apparet hic agi de detractione legitimæ in caſu prioris diſpoſitionis, non in caſu ſecundæ diſpoſitionis, veluti ſi filiæ ex propria perſona hodie peterent legitimam, & ſic in in caſu, in quo nulla ſubeſt cauſa onerosa. detrahitur.n. legitima ex perſona Sciarræ ex priori donatione, ꝓ qua nullum paciſcentes conſequebantur commodum. Et licèt iſti euentus in præſenti facti ſpecie mixti videantur
11 propter correſpectiuitatem,nõ tamen obeſt,quia† quatenus cauſa concurrit cum donatione, eatenus non dicitur eſſe ſimplex: quatenus verò excedit cauſam,dicitur proprie donatio,& declarat Aret.conſi.decimoſeptimo, numero 9.Tiraq.loco ſupra citato.numero 148.Bertrã. conſilio 46. numero tertio, in primo. Sicque in propoſitó,quatenus ſumus in caſu primæ diſpoſitionis, nõ inconuenit dicere, donationem eſſe ſine aliquo onere reſpectu deſcendentium ex proprijs filijs, hæc enim bona conſequuntur titulo merè lucratiuo. Quatenus vero ſumus in ſecundo eam habere cauſam onerosam. Idẽ ob-
12 ſeruati conſtat in venditione, quæ † quatenus facta eſt pro minori pretio, quàm res valeat,admittit querelam inoffic.Doct. communiter in d.ca. Raynutius.& ibi Couar.§.10.numero 9.de teſtam.Idem in dote, quæ quandiu eſt penes maritum conſtante matrimonio non reuocatur, vt ſupra fuit deductum. Et hanc diuerſitatẽ donationum, & cauſarum manifeſtè oſtendit donatio facta deſcendentibus Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini Marci Antonij,quę non poteſt dici ex cauſa onerosa,cum pro eorum parte nihil prorſus in hoc pacto collatum fuerit.

Et hoc ſtante fundamento clarè apparet, rationẽ diuerſitatis datam inter contractus, & vltimas volũtates, de qua in ſecundo fundamento, quod ſit exemplo, non obſtare,cũ ratio correctionis.l. ſi pater puellæ. per l. qñ
13 in priorib.ſit quia † per fideicommiſſum reciprocũ imponitur grauamen legitimæ, vt animaduertit Iaſ.in d.l. ſi pater. num.1. Quod plene verificatur in caſu iſto, nec tollitur ex eo quòd in vltimis volũtatibus pater nõ poſſit grauare in legitima, ſed in contractib.poſſit ex cauſa onerosa: excluſa enim cauſa onerosa,excluditur quoque hæc facultas grauandi legitimam per contractum: nã ſi fiat,reuocatur per viam querelæ.Et ita ẽt tollitur primũ argumentum, quod ſit de contractu oneroſo, & auctoritates allegatæ tendunt ad alium effectũ, vt infra dicẽt. Sed ex alio tolli põt,nã non quoduis onus ſufficit ad im
16 pediendum detractionẽ legitimæ, vt ſupra deductũ fuit in ſecundo fundamento pro hac parte, & onus hic appoſitum eſt talis naturæ,vt ſtatim ꝙ fit acquiſitio per cõditionis implementum, reperiatur commodum donationis penes donatariũ abſq; eo ꝙ quicq̃ ei obſit, vel ab eo auferatur.Itaq; licet conuentio habeat ſpeciẽ oneris, tñ effectus eſt mere lucratiuus,quale eſt pactũ de lucranda dote in caſu Bal.& Caſtren.in d.l. 1.C.de inof. dot. Neq;
14 eſt abſurdum,ꝙ inſpecto † initio contractus dicat oneroſus,& inſpecto euentu lucratiuus. vt per Bal. cõſ.401. nu.1.lib.2.Iaſ.in l.ſi donaturus. §.fi.num. 15. de cond.ob cauſ.Io.de Gar.in auth.ex teſtamento, nu.88. C.de ſecũ. nup.Rub.Alexan.in l. hac edictali.nu.59.C.de ſecũ.nup. Et ideo aliqui Docto.dicunt huiuſmodi donationes non eſſe mere lucratiuas, ſed habere onus annexum.Salyc.in d.l.licet.Tiraq.loco citato.nu.133.& Ang.in l.ſancimus. nu.3.C.de don. Et ex hac reſpõſione poteſt deduci aliud fundamentum pro hac parte, nempe, quòd cũ verſemur
15 in materia fauorabili, & legitima, † ſub lege loquente de ſimplici comprehenditur caſus mixtus,& ita ſub lege prima, C.de inof.donat. loquente de donatione ſimplici, comprehenditur etiam hæc, de qua agimus. ad no.ꝙ Doct.in l.2.de verb.ob. quando mixtum habet aſſumere naturam ſimplicis, aſſumit naturam eius, quod eſt fauorabilius.Iaſ.in d.l.2.nu.5.

Tertium fundamentum de ęre alieno ante omnia de ducendũ facile tollitur: debet.n. eſſe æs alienũ cõtractũ ex titulo oneroſo,& ex cauſa neceſſaria, nõ aũt ex cauſa
16 voluntaria,alias† non impedit detractionem legitimæ. Caſtr.conſ.354.nu.2.Aym.conſ.141.num.5.& cõſ.165. nu.4.gl.fi.in l.ſeruum quoque.§.fi. de procur.& gl.fi.in l. rem legatam.de adim.leg.Soc.conſi.148.col.6.in fi.li.1. Corn.conſilio 190. numero octauo, lib.quarto, Rip.libro 3.reſponſ.cap.10.de verbo. obliga.Pinel.in l.1.in 3. par.numero 26.C.de bon. mater.Couar.d.c.Raynutius. §.10.nume.9.

Quartum quod huiuſmodi reciprocæ donationes nõ ſunt verę donationes ex ſupra deductis, eſt ſublatũ, nam in quibuſdam non regulantur ſecundum regulas donationum,in aliquib.ſecus, prout vel ſubeſt eadem rõ, vel diuerſa. Vnde cùm ſupra oſtenſum fuerit in his ſubeſſe eandem rationem detrahendi legitimam propter grauamen, & quia non continet cauſam merè oneroſam, itẽ quia cõtinet fideicõmiſſa,& ſubſtitutiones,cõſequẽs eſt, vt regulentur ad inſtar donationũ inofficioſatũ,& fideicõmiſſorũ,& ſubſtitutionum,ex quib.debetur legitima.

Quintò, & vltimo nõ obſtant auctoritates. Et primo
17 † auctoritas Dy.in l.hæreditariũ.de bo.auth.iud.poſſid. vltra quod habet caſum longe à nõ diuerſum,qa ibi immediate hæreditas ex pacto deferebaẽ ſuperſtiti, & nullũ adiunctum erat onus fideicommiſſi filijs ex vna linea prouenientib. prout in caſu propoſito, vt fuit ſupra deductum, ea procedit in cauſa vere onerosa, vt declarat ibi Barto. Adeo quòd niſi cauſa ſit vere onerosa, diſſentiat à Dyno,& ſic non vr ex ſimplici reciprocatione,q̃ in qõne Dy.ꝓſupponebatur, conſenſus ad hoc vt dicaẽ cõtractus ex cã onerosa.& ibi Alberi.idem ſentit.& ſi bene aduertatur, idem ſentire videtur ipſemet Dyn. prout eum intelligit Ang.ibidem, qui aperte pro hac parte facit,& etiam Cuman. Neque eſt verum quòd ſufficiat titulus

tulus quaſi oneroſus, quia in contrarium in omni diſpoſitione, vbi aliquid diſponitur præter veram naturam contractus,ex quo fiat fraus legi vel homini, ſiue re, ſiue conſilio, ſemper de eo exceſſu iudicamus non ſecũdum naturam illius contractus, ſed ſecundum naturam exceſſus: veluti in donatione remuneratoria,ſi excedit merita, iudicamus eam in exceſſu eſſe donationem puram ex mera liberalitate.Idem in emptione id quod deeſt de vero pretio, cenſetur donatum, & reuocatur tanquàm donatum à creditoribus & alijs intereſſe habentibus.Et ideo idem dicendum in caſu propoſito ne diſcedamus à regulis cęterorum contractuum & negotiorum.

Secundò, non obſt.doctr.Ioan.Fab. nam & continet caſum ſimilem caſui Dyn.non autem noſtro, & ipſe nõ firmat illam opin. immo potius contrarium ſequitur, cùm argumentetur contra eam,ex tex.in l.Seia.de dona. cau.mort. & deinde expreſſe firmet contrarium in verſ. ſed quid ſi pater.

Tertiò non obſt. doctr.Bal.in l.j. de his,quæ in fraud. patr. in fine. quem ſequitur Paris de Put. & Caccialup.
18 Quia † loquitur in ludo, in quo nulla concurrit voluntas donandi in ludente, & ratione adminiſtrationis in vita poteſt ludere & ſcommiſſas facere,quemadmodum & iactum retis emere.Iſta enim potius ſapiunt negotiationem, in qua euentus eſt fortunæ caſibus expoſitus, & ideo de hoc idem quod de negociatione, & mercatura iudicandum.

Quartò non obſt. conſ.Anch.101. Quia loquitur in portione filio debita vigore ſtatuti, non autem in legitima,& ſic in caſu minus fauorabili.

Quintò non obſt. Guid.Pap.& Tiraq.quia hanc quæſtionem non tractant, ad alium finem tendunt, & non negatur quibuſdam reſpectibus aliud diſponi in donatione mera, aliud in donatione reciproca, veluti reſpectu inſinuationis. & ita procedunt not.in l.licet. C. de pact.& per Old.conſ.139.cùm alijs in primo fundamento contrariæ partis allegatis.

Sextò non obſt. conſ.26.Pariſ.in fi.lib.2. Quia manifeſtè contrarium ſentit, ibi enim fatetur legitimam non detrahi ex eo quod donatio illa,de qua agit, non erat nec re,nec cõſilio inofficioſa,quo caſu nihil detrahitur,
19 ſed † ſi re & conſilio eſſet inofficioſa, in totum reuocaretur ab extraneo: ſi re tantum, vſque ad legitimam, Clar.§.donatio.num.246.parum facit quia multum per functoriè loquitur.

Vltimò non obſt.Palat.rub. Quia non bene declarat, an actum fuerit ad reſciſſionem pacti vti inualidi,an vero ad legitimam. ſed vtcunque ſit,ſolus videtur relinqui pro hac parte, cùm plures & maiores authoritates ſtent pro contraria parte. Et in omnem euentum conuenit reſponſio data ad authoritatem Dyn.ſcilicet, ꝙ caſus,de quo agitur, eſt valde diuerſus propter varias ſubſtitutiones in eo comprehenſas,& ex hoc capite tanquã tutiori & minus præiudiciali,placuit Dñis capere præſentis dubij reſolutionẽ:reliquæ authoritates adductæ ad probãdum, ꝙ ex contractu oneroſo non detrahitur legitima, parũ faciunt, cùm non explicent,quomodo intelligatur cõtractus eſſe oneroſus, ad effectũ p̃ſentis dubitationis.

SERAPHINI.

In eadem Portuen. bonorum. Veneris, 27. Decembris. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Donatio etiam ante acceptationem reuocari non poteſt, quando donator, vel donatarius, vel notarius ſtipulatus eſt pro abſente.*
2 *Pater non poteſt reuocare donationem à ſe factam, niſi in profectitijs.*
3 *Extraneus quilibet in donatione ſecundum terminos l. quoties. C. de donat. quæ ſub mo. poteſt alteri ſtipulari. ex communi.*
4 *Stipulatio operatur vt contractus alias innominatus dicatur nominatus,*
5 *Verbum, promitto, importare ſtipulationem dicitur.*
6 *Donationes reuocatæ non cenſentur ex hæredis inſtitutione.*

DECISIO CCCCLXXXIX.

FVit dubitatum,an pactum,de quo agitur, potuerit reuocari per alterum ex contrahentibus,& an fuerit reuocatum. & fuit per Dominos reſolutum, non potuiſſe reuocari, quia hæc eſt regula contractuũ, vt à principio dicantur voluntatis, ex poſt facto neceſſitatis.l.ab emptione. ff.de pact.l.ſicut. C.de actio.& oblig.

Non ob.quod exemplo deducitur ex not.in l.qui Romæ.§.Flauius, de verb.oblig. quòd ante acceptationem
1 licita ſit reuocatio, quia † non procedit,quando vel donator,vel donatarius, vel notarius ſtipulatus eſt pro abſente.Bal.in l.cùm à ſocero,num.7.C. de iure dot. Alex. in d.§.Flauius,nume.3. Soc.numero 18. Iaſ.numero 19. Alciat.num.32.& 33.Aym.conſ.19.num.11. Rip.lib.3. reſponſ.cap.16. Didac.var.reſolut.lib.j.cap.14.num.11. Addit.ad Alex.conſ.204. lib.7. vbi de communi. Gabr. de donat.concluſ.5.num.4. Corn.conſ.68.num.8.lib.3. Riminal.iun.conſ.112.num.246.Et hęc opin. procedit, maximè vbi pater pro filijs naſcituris ſtipulatur. l.quod dicitur. vbi Doct. de verb. oblig.

Nec obſt.quod pater poſſit reuocare. Quia † hoc pro-
2 cedit in merè profectitijs, ſecus in alijs, vt in d.addit. ad conſ.Alex.204. & ita loquitur Bal. in l.cùm à ſocero. C. de iure dot. Hic autem non ſumus in profectitijs cùm agatur de bonis Alexandri patrui.

Nec obſtat ſi dicatur non poſſe patrem pro filio hoc caſu ſtipulari,quia ſtipulatur poſt obitum, quo caſu nihil ſibi quærere poteſt, & ſic ceſſare rationem, cùm pater filio ſtipulatur.d.l.quod dicitur.Nam communis eſt
3 opinio Doct. quòd † quiuis extraneus in donatione ſecundum terminos l.quoties. C.de donat. quæ ſub mod. poteſt alteri ſtipulari, vt probatur ex ſupra deductis authoritatibus,& declarat Didac.d.cap.14.num.13.verſic. ſecundo loco. Et alia ratione à patre non poteſt reuoca-
4 ri. & quia † propter ſtipulationem ſumus in contractu nominato, in quo non eſt locus pœnitentiæ. Corn.poſt Imo.conſ.68. num.8. Et ratione intereſſe pecuniarij tenetur donator.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.vbi Doct.de verb.
5 oblig. Et † verbum,promiſerunt,importat ſtipulationẽ. l.j.C.de contrah.& commit.ſtipul.Soc.conſ.267.num.1. lib.2. Bero.q.108. num.5. Et cùm verba ſint directa in ipſos pro filijs & deſcendentibus, pro eis tener ſtipulatio,ex trad.per Doct.in d.§.alteri.vbi Iaſ.num.11. Accedat, quòd cùm tempore obitus Alexandri iam obijſſet Stephanus cum hoc pacto, non poterat ipſe Alex.illum reuocare.Alex.in d.§.Flauius,num.4. verſic.quartus caſus. Bald.in l.ex placito q.11. C.de rer.permut. Confirmantur prædicta ex eo, quòd huic pacto accedit iuramentum.Guid.Pap.conſ.23.num.8. Alciat.d.§. Flauius, num.32.Gabr. de donat.concluſ.5.num.7.Soc.iun.conſil.118.num.12.lib.2.

Nec obſt. quod iuramentum non impediat reuocabilitatem actus ſui natura reuocabilis. Quia procedit, quando

quando est reuocabilis ex alio quàm ex debilitate sua. Iaſ. d.§.Flauius, num. 20. & hæc quantum ad primum caput dubij.

Quantum ad ſecundum, Domini dixerunt illud carere prorſus omni difficultate, cùm in teſtamento nulla
6 adſit reuocatio, ſed ſolum hæredis inſtitutio, † ex qua non cenſentur reuocatæ donationes. ad trad. per Aret. conſ.74.num.11. & Pariſ.conſ.128.num.40.lib.j.

ALDOBRANDINI.

Barchinonen. legati. Veneris, 9.Octobris. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Intentionem fundatam ſatis habere dicitur in ſucceſſione hæreditatis, qui probauerit ſuam deſcendentiam, & ſic eſſe in gradu ſucceſſibili.*
2 *Illegitimi non vocantur ad legitimam hæreditatem, quæ ab inteſtato defertur.*
3 *Filij nati ex adulterio legitimari poſſunt per ſubſequens matrimonium.*
4 *Teſtes mortui faciunt ſemiplenam probationem in antiquis.*

DECISIO CCCCXC.

DOmini concluſerunt, Gabriellem iuniorem debere probare legitimitatem Gabriellis ſenioris ſui patris, cùm enim nec Gabriel, nec Iacobus poſſideant legatum, de quo agitur, & Iacobus iam pro-
1 bauerit ſe deſcendere à Petro filio Saurinæ, & † ſic eſſe in gradu ſucceſſibili Saurinæ, ſatis fundatam habet intentionem, ad not. in l.is poteſt, de acquir.hæred. Tiraq. latè de retract.lignag.§.11.num.6. Vnde ſi Gabriel vult obtinere ab inteſtato, probare neceſſariò debet legiti-
2 mitatem ſui patris, quia † ad iuſtam & legitimam hæreditatem quæ ab inteſtato defertur. l.3.§. de illo. ff. pro ſoc. Iaſ. in l.2. col.j. & 2. C. quando non per. part. illegitimi non vocantur. l.fin. C. de natur. liber. Concluſerunt quoque id eum non probaſſe ſtante probatione Iacobi, quamuis ea circumſcripta ſatis eis ſufficiens videbatur ſua probatio, cùm ſit probatum matrimonium inter Iacobum, & Antoniam, filij enim in dubio præſumuntur potius nati tempore licito. ad Doct. in l. non ſolum.§. ſed vt probandum. ff. de oper. noui nuncia.

Sed cùm in contrarium adſit teſtamentum Petri Cãpani primi mariti Antoniæ, conditũ de anno 1488. in quo licèt Petrus nominet Antoniũ, Gabriellem, & Bartholomæum filios ſuos, eis tamen reliquit ſolum quinque ſolidos, Iacobum verò inſtituit hæredem vniuerſalem, eiq́ue ſubſtituit Ioannem, Ioanni Eulaliam, Eulaliæ Petrum nepotem vel hæredem mariti, & ſic nullum ex prædictis effectualiter inſtituit hæredem, vel hæredi vniuerſali ſubſtituit, manifeſtum ſignum quod eos pro filijs ſuis non habebat. Et in omnem euentum, aut erãt ſui filij, cùm eſſent nati ex vxorata ex preſumptione l.miles.§. defuncto, ad l. Iul. de adulter. Et nihil commune habent ipſi vel ex eis deſcendentes cum Petro vel Saurina. Aut verò non erant ſui filij, & tunc ſequitur, q̃ per ſubſequens matrimonium legitimari non potuerint, cùm eſ-
3 ſent † nati tempore adulterij. ad not. per Doct. in c. tanta, qui fil. ſint legit. Concurrit cum hoc dictum primi & ſecundi teſtium, de quibus in ſum. Iacobi qui bene probant & bonas rationes deducunt.

Nec obſt. quod ſint inter alias perſonas examinati. Quia omiſſo, quòd videntur examinati in cauſa ſtatus, negari non poteſt; quin reſpectu teſtium ſimus in antiquis. agitur enim de probãdo quod Gabriel natus fuiſſet viuente Petro Campano, qui obijt de anno 1489. & ſufficit ad hunc effectum ſpatium 60. annorum, vt ſæ-
4 pius fuit reſolutum, quo † caſu cùm teſtes ſint ſimiliter mortui, & ſimus in antiquis, faciunt ſemiplenam probationem. Mohed. deciſ. 178. & teſtes de auditu ẽt examinati in hac cauſa ſtante eadem antiquitate, multum ſaltem adminiculantur ſupradictam probationem Ioan. Paul. deciſ. 105. Concurrit etiam ſententia lata in alia cauſa, ita vt hęc res omnib. ſimul iunctis clara reddatur.

Nec obſt. quod non cõſtet de identitate, & quòd iſte potuit eſſe alius Gabriel natus poſt contractum matrimonij, quia cùm concurrat identitas nominis filij matris, ſatis ea probata dicitur, cùm præſertim cũ hoc concurrat alia veriſimilitudo allegata: nam cùm indubitatum ſit, quòd Antonius erat ſpurius, & nihilominus ipſe exegerit pluries hoc annuum legatum, veriſimile eſt, quòd ſi Gabriel legitimus fuiſſet & ſucceſſibilis, hoc non permiſiſſet, ſed quia eodem morbo lãborabat, fortè ſiluit.

Non obſt. probatio Gabriellis, quia probatio Iacobi eſt magis adminiculata, cum habeat pro ſe teſtamẽtum Petri, & ſententiam latam in alia cauſa.

Ex teſtamento & ex pactis matrimonialibus tollitur aliud obiectum, quod non conſtat de matrimonio inter Campanum & Antoniam, cùm in ambabus iſtis ſcripturis illud enuncietur, & teſtes etiam idem dicant.

Fuit confirmata prædicta deciſ. die 9. Decemb. 157 b.

ALDOBRANDINI.

Lucan. decanatus. Mercurij, prima Iulij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio iuriſpatronatus demonſtrat animum, & intentionem cedentis.*
2 *Correſpectiua cenſentur ea, quæ in continenti fiunt.*
3 *Connexa & correſpectiua dicuntur, quando vnum factum venit ad determinationem alterius.*
Item quando cedenti aliquid reſeruatur. num. 4.

DECISIO CCCCXCI.

DOmini circumſcripto effectu concluſerunt, reſeruationem iuriſpatronatus eſſe correſpectiuã ad erectionem collegiatæ & ceſſionem cõmendarum. Ratio fuit, quia omnia pendent à prædicta ceſſione. Siluester nanque Epiſcopus Vuignien. commẽdatarius præpoſituræ ſancti Georgij, & Nicolaus cõmendatarius præpoſituræ ſancti Michaelis, ceſſiſſent nequa quam commendis prædictis, niſi ad effectum, vt exinde erigeretur collegiata cum reſeruatione dicti iuriſpatronatus, & p̃ſentandi ad canonicatus & dignitates in d. ec cleſia erigendas ad fauorem Ioan. Pauli, & Matthæi de Gilijs fratris & reſpectiuè nepotis d. Epiſcopi, & vice verſa Ioan. Paulus & Matthæus prædicti non dediſſent bis mille ducati aurei de camera pro dote, niſi animo acquirendi d. iuſpatronatus, quod fieri non poterat ſine erectione prædictæ collegiatæ cum ſupradictis beneficijs. Quod autem huiuſmodi ceſſio commendatum fuerit facta ad hunc effectum, ex eo apparet, quia ne dum in eadem ſupplicatione fit talis ceſſio, & erigitur prædicta collegiata cũ huiuſmodi reſeruatione iuriſpatronatus,
1 quòd † ſufficit ad oſtendendum ipſos aliàs nõ fuiſſe ceſſuros. Put. deciſ. 522. lib. 2. & fuit tẽtum anno ſuperiori coram

coram R.D. meo Blanchetto, in vna Tuden. beneficij.
2 Ex comprobatur ex illa generali concluſione, quòd † ea quæ incontinenti fiunt, cẽſentur correſpectiua. l.j.§. quæ onerandæ. ff. quar. rer. actio non detur. Dec. poſt Bald. in l. petens, num. 3. C. de pact. Tiraq. in l. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 118. C. de reuoc. dona. cum alijs cumulatis ab informantibus. Sed etiam pro hac erectione & reſeruatione iuriſpatronatus ſupplicat tam Siluester Epiſcopus, quàm Io. Paulus & Matthæus, ex quo manifeſtè apparet de eorum mente: & quod omnia iſta correſpectiuantur ad idem factum, ideſt ad eãdem ceſſionem commendarũ, ex qua reliqua omnia procedunt, vt declarat Abb. in c.3. ſub num. 4. de iureiuran. Gram. deciſ. 103. num. 156.

Ex quibus tolluntur allegatæ deciſ. Put. 214. lib. 3. & 171. lib. 2. & Mohed. deciſ. 224. Quia immo illæ videtur confirmare hanc opinionẽ: vt enim ibi dicitur, illæ procedunt, quando ſunt plura eodem tempore geſta, quæ ſunt penitus ſeparata, nullam habentia depẽdentiam ab
3 alio: ſed † quando vnum factum venit ad determinationem alterius, ſemper ſunt connexa. Bar. in l. Aurelius. §. idem quæſiuit, de liber. leg. Put. deciſ. 224. mihi 202. lib. 3. Felyn. in c. cum inter, num. 7. de reiud. Hic autem erectio collegiatæ & reſeruatio iuriſpatronatus veniunt ad determinationem vnius facti, ceſſionis, ſcilicet commendæ. Quia Siluester & Nicolaus nolebant cedere, niſi cum iſta qualitate, quòd erigeretur collegiata & reſeruaretur iuſpatronatus, & vice verſa Io. Paulus & Matthæus nolebant dare illas pecunias, niſi ſibi reſeruaretur iuſpatronatus, & præſentandi ad omnia illa beneficia, quæ erigi non poterant ſine erectione collegiatæ, & collegiata erigi non poterat ſine prædicta ceſſione.

Ex quibus apparet, quòd hæc omnia ſemper ad idem referuntur, & quòd iſta facta, vt dictum eſt, veniunt ad determinationem alterius, & propterea ſupradictæ deciſ. confirmant hanc opinionem, maximè cum Siluestro Epiſcopo cedenti reſeruetur facultas inſtituendi præſen-
4 tatos: quando † enim cedenti aliquid reſeruatur, tunc indubitatum eſt induci correſpectiuitatem. Mohedan. deciſio. 224.

ALDOBRANDINI.

Burgen. Sanctæ Dorrotiæ. Veneris, 13. Februarij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Electio ſepulturæ eſt libera, & ſi quis decedat non electa ſepultura, debet ſepelliri apud ſuos maiores.*
2 *Sepultura prohiberi poteſt, ne quis in ſepulturis maiorum ſuorum ſepelliatur.*
3 *Ius immittendi infertur ex iure prohibendi.*

DECISIO CCCCXCII.

DOmini dixerunt, poſſe Petrum & eius deſcẽdentes eligere ſepulturam in ſepulchris, de quibus agitur. Quia de iure communi huiuſmodi ele-
1 ctio † eſt libera, & ſi quis decedat non electa ſepultura, debet ſepelliri apud ſuos maiores. c.j. de ſepult. c.is qui, de ſepult. in 6. Et quia ex eo quod in his ſepulturis ſucceſſor & Epiſcopus Aluerien. ſepulti fuerunt, illorũ ſucceſſoribus, & deſcendentibus quæſitus eſt talis vſus prę-
2 dictarum ſepulturarum, cuius † ratione prohibere poſſunt ne in illis alij ſepelliantur. Hoſtien. Io. And. & But.
3 in c. ad abolendam, de ſepult. & ibi Abb. nu. 5. † Ex quo iure prohibendi infertur ad ius immittendi, quia ita faciendo ſucceſſores & deſcendentes prædicti vtuntur re ad vſum deſtinatum. Et hinc eſt quod in commune ſepulchrum quis inuito ſocio mortuum inferre poteſt. §. religioſum, Inſtit. de rer. diuiſ. Et in hac parte dixerunt Domini recedendum eſſe à reſolutione facta 23. Febru. 1573. Non intelligunt tamen, quòd exiſtente loco capace tantummodo cadaueris ibi repoſiti, debeat propterea corpus ibi ſepultum exhumari, vt aliud inferatur. Sed totum hoc intelligunt Domini in euentum, quòd prædictæ ſepulturæ ſint aliorum corporum capaces.

BLANCHETTI.

Regien. bonorum. Lunæ, 14. Aprilis, 1578.

SVMMARIVM.

1 *Actus ſeu ſcriptura indeterminata ex circunſtantijs declaratur & verificatur.*

DECISIO CCCCXCIII.

DOmini dixerunt quoad effectum ſecundi extremi conſtare ſufficienter de poſſeſſione Illuſtr. Comitum Alphonſi & Camilli bonorum, de quibus agitur, ex ſubſtentatione litis, quæ adminiculata ſufficit, prout fuit reſolutum aliàs in hac cauſa. Adminiculum autem colligitur ex cedula depoſiti, quæ † licèt
1 videatur indeterminata, tamen ex circumſtantijs declaratur & verificatur. Abb. in conſ. 102. num. 2. verſic. nam indeterminata, lib. j. Dec. in cap. 6. num. 49. de appel. Circumſtantiæ verò, ex quibus declaratur cedula, ſunt, quòd depoſitum proportionatur debito ex cauſa conductionis ipſorum bonorum, quòd habet relationem ad id, quod per anteceſſores ipſorum ſolui erat cõſuetum. Quòd verò ipſi ſoluerint ratione terrarum, de quibus agitur, ſatis liquet, dum ſit depoſitum, inſeritur proteſtatio ad euitandam moram, quæ non poſſeſſori nec debitori imputari poterat. Concurrunt etiam alia adminicula conſiderata pro parte Reuerend. Epiſcopi. Et hæc circumſcripto effectu.

BLANCHETTI.

In eadem Regienſium bonorum. Mercurij, 21. Maij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Reconductio quòd præſumatur ex vniformi ſolutione, habet locum in quacunque perſona.*
2 *Remedium l. ſi quis conductionis. C. loca. contra quos detur.*

DECISIO CCCCXCIIII.

FVit reſolutum, Comites Alphõſum & Camillum de Nouellaria poſſidere bona, de quibus agitur, ex titulo locationis, cùm alium titulum non exhibeãt: ex vniformi. n. ſolutione in ſumma & tempore præſumitur reconductio, vt bene per Scribentes pro Reuerendiſſ. Epiſcopo.

Non obſt. quod dicti Comites non ſint hæredes Comitis Alexandri. Quia † iſta præſumptio non habet locũ
1 in hærede ſolum. Pau. de Caſt. in l. neque, num. 2. C. de vſufruc. cum alijs authoritatibus, per Tiraq. de pręſcrip. §.j. gloſ. 4. verſic. 16. quæ non loquuntur taxatiuè de hærede.

rede. Vniformis autem solutio colligitur ex cedula depositi, ex qua arguitur scientia dictorum Comitum, & confessio ipsorum, qui possident huiusmodi bona ex hoc titulo, dum soluunt, ne ipsis mora imputetur, quæ possidenti & non soluenti imputari poterat, non autem possidenti, seu possidenti ex alia causa, & in depositio enunciatur solutio liuelli solui soliti, tam per ipsos, quã per suos præcessores, quem ex qua causa soluerint, indicant ipsa instrumenta locationum, ex quibus declaratur quis sit iste liuellus, & cùm clarum sit, quod Comes Ioan. Franciscus possederit ista bona ex hoc titulo locationis, idem dicendum est de Illust. Comitibus Alphonso & Camillo, cùm ipsi de alio titulo nõ doceant, & per
2 †consequens contra ipsos intrat remedium l. si quis conductionis. C. locati. ex allegatis pro Episcopo, quæ Dominis placuerunt.

BLANCHETTI.

In eadem Regien. bonorum. Veneris, 13. Iunij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Reconductio tacita censetur repetere ea omnia, quæ in priori locatione continebantur.*
2 *Onus designandi bona possessa ex titulo tacitæ reconductionis, spectat ad conductorem.*

DECISIO CCCCXCV.

DOmini in resolutione primę partis dubij nõ fuerunt concordes. Aliquibus. n. placebant coniecturæ allegatæ per Scribentes pro Reuerendiss. Episcopo. Alijs verò videbatur eas bene tolli per Dominum Parentium.

Quo verò ad secundam partem dixerunt, q̃ Illust. Comites, quibus depositum præiudicat, tenentur designare bona, de quibus agitur. Cùm. n. fuerit resolutum, ip-
1 sos possidere ex titulo tacitæ † recõductionis, censentur repetita omnia, quæ in priori locatione continebantur. Ant. Gomes. de contract. cap. 3. num. 17. & onus designã-
2 di ista bona incumbit ipsis. Ruin. cons. 50. num. 14. lib. 3. cum alijs allegatis pro parte Reuerend. Episcopi, ex quibus iudicio Dominorum tolluntur bene deducta pro Illust. Dominis Comitibus Camillo & Alphonso.

BLANCHETTI.

In eadem Regien. bonorum. Lunæ, 23. Iunij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Confessio inter alios facta tertio nocere dicitur si verisimiliter ipse consensit, vel potuisset consentire.*
2 *Consentire tacitè videtur qui ad actum non reclamat.*
3 *Confessio inter alios facta multum confert ad ostendendum veritatem.*

DECISIO CCCCXCVI.

FVit resolutum, depositum factum per Illust. D. Comitem Alphonsum præiudicare Illust. D. Camillo fratri: licèt. n. depositum fuerit factum à Comite Alphonso sine mandato d. Comitis Camilli, tñ in hoc casu concurrunt tot verisimilitudines, vt ex eo sibi fue-
1 rit præiudicatum. Confessio † enim facta inter alios, licèt non nocere tertio dicatur, tamen si sit verosimilis, vt ipse consenserit, vel potuerit consentire, præiudicat. Dec. cons. 96. col. 2. vers. non obstat. Aym. cons. 202. num. 4. & idem de antiq. temp. 3. par. vers. quarto limitatur, nu. 38. & 2. par. vers. ex præmissis, num. 22. Cùm. n. Comes Camillus constituerit procuratorem specialem ad hãc causam, & noluerit ratificare gesta per procuratorem Comitis Alphonsi ne sibi præiudicet, videtur tacitè fateri se habere interesse in huiusmodi causa: quando. n. negauit ratificationem gestorũ ne sibi præiudicaret, poterat negare se habere interesse, & ita nullum præiudicium sibi
2 posse parari, certus erat. Præterea † cùm non reclamauerit ab huiusmodi depositio, tacitè videtur illud approbasse. Aym. in loco proximè allegato, num. 23. quod nõ ignorasse præsumendum est, cùm fuerit in actis productum, & super eo factæ plures disputationes, ita vt de illo à procuratore certioratus credatur.

Nec obst. quòd confessio Comitis Alphonsi non debet præiudicare Comiti Camillo, cùm alteri per alterũ
3 iniqua conditio inferri non debeat. Quia † ista confessio multum confert ad ostendendum rei veritatem. Corn. cons. 123. num. 29. lib. 3. & coniungendo ipsam cum litis substẽtatione & dictis literis, Domini statuerunt, istud depositum ad effectum secundi extremi præiudicare Illust. D. Camillo.

ALDOBRANDINI.

Valentin. matrimonij. Veneris, 6. Februarij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahere illi compellendi sunt, inter quos præcesserunt sponsalia iurata: nisi causa legitima subsistẽte.*
2 *Arbitrarium est iudici cognoscere, an causa sit iusta vel ne.*

DECISIO CCCCXCVII.

DOmini concluserunt, Petrum compellendũ contrahere per hæc verba de præsenti cũ Beatrice,
1 quia † inter eos præcesserunt sponsalia iurata. c. commissum. c. ex his, il 2. c. requisiuit, de spons. Et licèt legitima subsistente causa ecclesia abstineat à coactione, Host. Io. And. But. Anch. Abb. & Prepos. in d. c. requisiuit. Siluest. in summa, in verbo, sponsalia, nu. 10. & ferè oẽs
2 Summistæ. Ruin. cons. 202. nu. 5. in fi. lib. 3. cùm † tñ iudicis sit arbitrari, iusta ne sit causa admittenda, Dñi arbitrati fuerunt causam inimicitiarũ prætensam pro parte Petri non esse talẽ vt abstinendum sit à coactione, quia tales inimicitię prouenerunt eo quia Petrus recusauit se facturum. Vnde celebrato matrimonio sedatus venit ois rumor: mulier. n. cui timẽdum esset, confidit. & ppea dixerunt Dñi sententias de partibus esse iustas & confirmandas, alioquin ex duplici dolo & culpa Petrum commodum reportaret, nempe ex defloratione & ex renitẽtia de adimplendo promissa cum iuramento. contra l. ne ex dolo. ff. de dolo. Idq; magis, quia timor scandalorum non imminuitur, sed potius augeri potest, ex non coactione stante defloratione Beatricis.

BLANCHETTI.

Roman. domus. Lunæ, 15. Iunij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio facta in primo testamento potest per posterius reuocari.*

DECI-

DECISIO CCCCXCVIII.

FVit resolutum Amatoriam ex secundo testamento Fortunati & inuestitura fundasse intentionem suam. Nã in generali institutione intelligitur nominata, vt fuit resolutum in causa Roman. hospitij, coram R. P. D. Brauo.

1 Nec obst. præcedens testamentum Fortunati, nã † aut D. Gentiles prætendit nominationem præcessisse in primo testamento, & illa per posterius testamẽtum fuit reuocata. c. cum Marthæ, de celebrat. missar. c. vltima voluntas. 8. q. 2. l. cum hic status. §. j. ff. de donat. inter vir. & vxor. Aut verò nititur nominatione in dicto primo testamento facta personæ ipsius per viam contractus, & illa est conditionalis, & conditio non fuit purificata.

Non obst. bulla fe. re. Pij Quinti. Quia reuocat priuilegia & facultates testandi in spurios concessas. Fortunatus verò vigore priuilegij non fuit testatus.

Non obst. quod non potuit Amatoria nominari, quia incapax eo quod illegitima, quia procederent allegata per D. Gentilem ecclesia nolente. Quo verò ad inuestituram fundat pariter intentionem Amatoria. Nec obst. quod fuit facta lite pendente. Quia aut D. Gentiles non habet ius, & ecclesia vti iure suo non prohibetur, aut habet, & in nullo sibi præiudicat. Gabriel. de iudic. concluſ. 4. num. 34. & venit tantummodo reuocanda, quatenus constet de iure alterius. Pau. de Cast. cons. 72. nu. 2.

ORADINI.

Colonien. alimentorum. Lunæ, 5. Decembris. 1558.

SVMMARIVM.

1 *Filius in quasi possessione filiationis existens alendus est, pendente filiationis quæstione.*
2 *Alendus est ille super bonis pendente quæstione, quæ quis prætendit esse communia.*
3 *Onus probandi filium habere vnde possit se alere, spectat ad patrem.*
Quod procedit etiam in spurio. num. 5.
4 *Filius satis probat se esse pauperem, asserendo se nulla bona possidere.*
6 *Rota vtitur æquitate in decernendis alimentis filijs illegitimis.*

DECISIO CCCCXCIX.

FVit tentum, quod alimenta sunt decernenda isti filio, ex quo pendẽte filiationis quæstione, interim
1 † est alendus filius in quasi possessione filiationis existens. Salyc. in l. fin. C. de alen. liber. Ægid. decis. 88. & est tex. vbi etiam Bart. in l. si rogat, & in l. si quis à liberis. §. idem iudex. ff. de liber. agnosc. & est decis. Capel. Tho-
2 los. Prout † etiam pendente quæstione super bonis, quę quis prætendit communia ex illis, interim est alendus. Alciat. reg. 3. præsump. 9. num. 9. Afflic. decis. 10. & seq.

Non obst. quòd filius tenetur probare se pauperem, vt per Castren. in l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inofficio. testam. Quia respondetur, quòd immo ad patrẽ spe-
3 ctat † onus probandi, filium habere vnde possit se alere, quia regula est, quòd in dubio filius est alendus, vt patet ex suprascriptis. Propterea satis probatur pauper. Aret. cons. 66. & c. sicut. 47. distinc. & quia bona eius occupata sunt, adeo quòd vnus ex Doct. dicebat, quòd sa-
4 tis † probat filius se esse pauperem asserendo se nulla bona possidere. ad glos. in l. cum de lege. ff. de probat. alleg. Couar. lib. 2. resolut. cap. 6. num. 4. licet mihi ista responsio non multum firma videatur. vnde plus placebat præcedens.

Non obst. dictum Felyn. in c. si quis testium, num. 9. de testib. quia loquitur in extraneis.

Secundò non ob. illud, quòd hoc onus spectat ad ma-
5 trem, quia † immo etiam in spurio spectat ad patrem, ad tex. in c. licet. C. de natur. lib. Idem etiam dicendum est, quando sumus in dubio, & nunc litigatur, an sit legitimus, & sic non intrat tex. in c. cum haberet, de eo qui dux. in matr. quam pollu. per adult.

Tertiò non ob. quod contra istum filium sit lata sententia vna, quia hoc est falsum, nam sententia prima fuit pro matrimonio. Secundò fuit respõsum, quòd illæ sententiæ fuerunt latæ super fœdere matrimonij, non super filiatione, & sic nihil obstant.

Et prædicta resolutio fuit facta maximè attẽta æqui-
6 tate Rotæ, † qua vtitur in decernendis alimentis istis & similibus casibus, vt per Bisig. decis. 2. de iudic. Afflic. decis. 11. Qua æquitate attenta Rota non admittit illam doctr. Pau. de Cast. supra allegatam.

SERAPHINI.

Roman. turris bubulariæ. Lunæ, 7. Nouembris. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Pactum appositum contra substantialia contractus vitiat ipsum contractum.*
Fallit si sit appositum contra naturalia. num. 3.
Item nisi pactum faciat transire in aliam speciem contractus.
2 *Consensus deficere dicitur in pacto apposito contra substantiam contractus.*
3 *Contractus transiens in aliam speciem vigore pacti in eo appositi, valet.*

DECISIO D.

FVit per Dominos conclusum, † pactum, de quo agi
1 tur, vitiare contractum census, per reg. c. fin. de cond. appos. cum ibi not. l. per seruum. §. fin. de vsu & habit. Bal. in l. si pater, de adopt. Bart. in l. 2. num. 7. C. de iure emphyt. late Doct. in auth. ingressi, de sacrosanc. eccles. Et huius conclusionis inter alias est illa ratio potissima, quam tradit Bald. in c. j. §. fin. num. 77. per quos fiat inuestit. Quia pactum hoc in ipso contractu census appositum tendit ad offendendum ipsum actum, cùm sit contra ipsius actus substantiam, qua remota remouetur ipse actus. Abb. in d. cap. fin. numero 4. Deficit enim
2 † consensus, qui requiritur pro substantia ipsius actus, adeo quod indicitur, vel quod partes voluerint facere pactum eluſorium. l. an inutilis, de acceptilat. vel quod voluerint in aliam speciem contractus consentire, vt in casu proposito, in quo potius videtur, quòd voluerint contractum pignoris fœneratitium à iure reprobatum constituere, vt per Laur. de Rodul. intract. de vsur. part. prima, & Guid. Pap. sing. 477. cum alijs per informantes allegatis. Si verò pacta non sunt contra substantiam cõtractus, non deficit.

3 Non obstat tex. in l. cum precario. Quia † pactum illud potius est contra naturalia contractus, quàm contra substantialia, vt multi Doct. tenuerunt. Tum etiam, quia non procedit, vbi pactum fecit, vt contractus in aliam

speciem

speciem transeat, quæ est census, vt post Barto. in l. vbi ita donatur. de dona.caus. mor. & in d. authen. ingressi. Dec.consil.233.col.fina.Cagnol. in l.contractus. nu.70. de reg.iur.

An vero venditio,& reliqua in instrumento, de quo agitur,corruant,erit particulariter videndum.

ROBVSTERII.

Romanensis hæreditatis de Gaddis.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, posita in legitimatione præseruat non solum descendentes, sed etiam collaterales.ex magis communi,& veriori.*

DECISIO DI.

REstrinxi difficultatẽ in ista positione, vt firmarẽ, si fierit possit,quęnam sit communis opinio circa intelligentiam istius clausulæ,sine præiudicio venientium ab intestato.Et visum fuit Dominis,articulum esse valde dubitalem, vt vix fieri possit, vt in hac cõtrouersia possit statui, quænam sit cõis opinio, intelligendo communem opinionem, à qua regulariter in iudicando non est recedendum. & statuerunt præsertim in huiusmodi articulo non esse omnino attendendas authoritates Doct. sed legibus ac rationibus quæstionem esse decidendã. Nihilominus rñdendo difficultati propositæ de communi opinione resoluerunt, ꝙ
1 †in legitimatione in isto articulo magis communis opinio sit, quod hæc clausula, sine prejudicio venientium ab intestato,in casu isto præseruat non solum descendẽtes, sed & fratres & sorores germanas illius ab intestato defuncti.Et mouebantur.

Primò, quia reperiuntur plures Doct. qui attestantur de communi opinione, tam pro ista parte quàm pro alia. Nam pro D.Nicolao solum adsunt Crot. qui non attestatur de communi,sed tantum asserit,quod illa magis est tuta & consona menti concedentis,de quo ad partem erit videndum.Grat.cons.63.qui licèt,nu.33. videatur attestari de cõi, tamẽ num.26. protestatur nolle determinare, quænam sit magis communis & vera, & remittit se ad dicta per eum in §. & quid si tantum. cuius scripta non circunferuntur. solus Galliau. leuiter quodãmodo,& non prout res postulat, in d.§.& quid si tantum.attestatur de communi resolutione,num.28.

Sed pro parte collateralium attestantur de cõi Curt. sen.cons.73.num.8. vbi dicit, quod ista sit magis cõmunis & verior. Soc.sen.in d.§.& quid si tantum, num. 21. & cons.212. col.penul.lib.2. & cons.95. col.penul.lib.4. Dec.cons.338.num.6.& cons.610.in prin. Ioan.Dilect. de arte testan.tit.3.cautel.18. quòd est communis & vera.Gozad.cons.6.num.14.& cons.29.num.29.versic.velet.Soc. iun.cons.67.num.43.& cons.120.num.21.& 25. lib.2. Ioan.Iacob. de Leonard. inter cons.Soc.iun. consil.121.num.16.lib.2. Couar.in 4.decretal. par.2.cap.8. §.10.num.1. Sicꝙ 11.Doct. reperiuntur pro ista parte, qui attestantur de communi, & pro alia reperitur vnus tantum, & licèt aliqui videantur dicere de dispensatione,tamen postea loquuntur generaliter in legitimatione.& allegant Doct. loquentes in legitimatione.

Secũdò mouebantur,quòd si volumus credere Doct. istis attestantibus de magis communi opinione pro collateralibus, verè reperiuntur plures pro parte illorum, nam si attendamus responsa Curt. sen. Soc. sen. & Dec. apparet,quòd ista erat magis communis, nam Cur.sen. Soc. sen. & Dec. in locis supra allegatis referunt, quòd Bal.in pluribus cons. ita tenebat. idem referunt de Per. de Vbal.idem de Nicolao de Vbaldis, idem de Dionisio de Perusio appellato Doctore veritatis. Ang.de Periglis relatus à Corn.cons.3.num.5.lib.j. Ioan.Petrut.de monte Sperel.relatus ab eodem Corn.ibidem,& cons.93.nume.9.lib.2.& à Curt.sen.d.cons.73. num.8. Aret.in §.& quid si tantum, num.26. Ant.de Gratianis & Bal.relati à Corn.in cons.334. lib.j. & cons.93.lib.2. quamuis isti duo, hoc est Anto. de Gratianis & Bald. possint poni ad partem, quia non habemus claram eorum opin. sicut etiam Corn. in dictis cons. Quamuis si rectè consideretur, magis videtur pendere in hanc partem pro collateralibus, vt intelligantur verba prout sonant,allegatur & Pau.de Cast.in §.& quid si tantum.prout deducũt Cur. sen.& alij & etiam in pluribus consilijs, quamuis etiam in alijs consilijs non sibi constet, ideo ipsius opinio in cons.potest reijci, & attendi ea quam tenuit in lecturis, & doceat, qui de communibus opinionibus in iudicando tractat et, Benedic.Capra ẽt tenuit pro ista parte, vt patet in eius cons. 517. Lud. de Sard. in loco allegato. adeo quod saltem de illo tempore erant 12. aut 14.Doctores, & pro alia erant tantummodo decem, videlicet, Ang.Anchar.Ioan.de Ana.Calder.Fulgos.Cuman.Salyc. & Dec.allegat eos pro alia parte Alex.& Felyn. Iaſ.& Bertran.& licet allegetur & Soc.cons.41. tamen attendenda est in casu nostro opinio, quam tenuit in lecturis, & alijs consilijs, quia ibi in d.consil. 41. dicit quod tenet hanc opin. in alio casu in quo aderant verba ex testamento & ab intestato & succedere debentium. in quibus verbis ipse facit fundamentum maximum. Si etiam attendamus posteriores,magis communis est ista,Soc.iun.consil.120.num.21.& 23.lib.2. transit cum ista magis communi, & licet cons.97.num.42.eod.lib.2.videatur referre plures opin. tamen ipse non firmat contrariam opin. vt patet in versic.verum tamen est.Gozad.cons.6.nu.14. & cons.29. num.27. Ioan.Dilect.de arte testan. in loco supra allegato,Paris.& Rui.in locis allegatis,nec ad ea ꝙ dicit idẽ Ruin.cons.3.lib j.dicit contrariũ cons.79.ex lecturis Couar.Rimin.Alb.in locis allegatis, & Ioan.Iaco. de Leonard.vbi etiam refert Iulium Taurellum pro ista parte inter cons.Soc.iun.121.lib.2.& sic posteriores sunt octo aut decem, pro alia verò ex posterioribus sunt tantum quatuor aut sex, Crot.Grat.Galliau.Alciat. Capra, non tenent cum voto aliorum, Bologni. potest poni ad partem, cum sibi non cõstet in consilijs & in lecturis.videndum igitur de veritate istarum opinionum.

ALDOBRANDINI.

Bononien. de Luparis. Lunæ, 19. Ianuarij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Spolio agi non potest contra possidentem authore prætore.*
2 *Ratificatio tacita ex quibus colligatur coniecturis.*
3 *Clausula constituti dicitur operare suum effectum etiam in tacita ratificatione.*

DECISIO DII.

1 DOmini concluserunt,non posse Buccamatios agere spolio, quia † Luparus authore prætore possidet. Nec visa fuit Dominis sententia Rotalis iniusta,& quod Cassanum & prædiũ vocatum, *la campagna,*

pagna,& salui, sint vnum & idem corpus,quia Luparus probauerat primum extremum per clausulam constituti appositam in instrumento Guidalotti de anno 1538. qui iura sua cessit Luparo. Nec obst.quòd Lactantius Felicinus, qui vendidit Guidalotto, prius vendidisset Hectori Montecaluo & Floriano Oino similiter cum clausula constituti, qui deinde cesserunt iura sua Iacobo Buccamatio.Quia nihilominus post istam venditionem Guidalottus locauit huiusmodi bona ipsi Lactantio Felicino,& etiam eius fratri & hæredi, 10.Aprilis, 1546. Ex qua locatione apparere videtur de actuali possessione ipsius Guidalotti. Sed quod tollebat secundum Dominos omnem difficultatem, est, quòd Iacobus 6.Decembris, 1558.quando emit huiusmodi prædium à Felicinis, promisit defendere hæc bona à Guidalotto, & eadẽ die declarauit hanc defensionẽ velle facere mediante solutione,& sic mediante reluitione, & interim dum relueret, promisit soluere affictus, quo stante dicitur ra
2 tificasse † contractum celebratum à Lactantio Felicino cum dicto Guidalotto, ex not. per Dec. in l.semper qui non prohibet, numero 9. de regul.iur. & consequenter
3 † non poterat dicere, quòd clausula constituti non operabatur suum effectum,qui à ratificatione recedere non poterat.l.Pomponius.ff. de neg.gest.vbi Bart.col.2.Alex. cons. 195.in fi.lib.6.

GRASSI.

Giennen. iuris conferen. Lunæ, 7.Maij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Pars vna alternatiuæ declarare aliam dicitur.*
2 *Obseruantia est valdè potens ad declarandum.*

DECISIO DIII.

REsolutum, administrationem collegij Giennen. posse ad cõferendum gradus eligere aliam personã in dignitate ecclesiastica constitutã præter scholasticum Giennen. nec scholasticum posse conferre gradus priuatiuè ad personam per administratorem electam. Dubium enim, quod ex indulto poterat oriri, quia supra iam erat dictum, per scholasticum vel aliam personam in dignitate ecclesiastica constitutã, inferius resoluitur, quatenus refertur & declaratur, cuius debeat esse electio in ista alternatiua, nempe ipsius administratoris ibi per administratorẽ pro tempore eligen-
1 dum, cùm maximè regula sit, quòd † vna pars alternatiuæ declarat aliam.l.prima, de rebus dub. sas. in l.qui filiabus, numero 4. de legat.primo. Curt.iunior consil. 113.numero 9.

Nec obst.tex.in cap.metropolitana.63.distinct. Quia bene respondetur per informantem, vt tollatur om-
2 nis difficultas ex † obseruantia, quæ est admodum potens ad declarandum, ex alleg.per Riminal.consil.366. numero 17.

LANCELLOTTI.

Clusin. pensionis. Veneris, 19. Martij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Variare licitum est, quando prima electio fuit nulla: nisi quis ab initio sciuerit nullitatem.*

DECISIO DIIII.

FVit conclusum, quòd si pensio 50. ducatorum est nulla, potest D.Camillus redire ad reseruationem fructuum loco pensionis, sicut electio ei concedi-
1 tur in literis pensionis.Nam † licitum est variare,quãdo prima electio fuit nulla,iuxta l.2.cum ibi not.de opt. legat.Achil.decis.2.de variat. Rip.in l.serui electione,numero 4.de legat.primo. Et quoniam hæc regula limitatur, nisi quis ab initio sciuerit nullitatem, vt per Rip. ibidem,num.5. super scientia Camilli nihil fuit resolutum.Insuper fuit dictum, quòd in omnem euentum Dominus Camillus tenetur declarare in actis, an velit redire ad reseruationem, & dimittere pensionem 50.ducatorũ facta huiusmodi, declaratione, necesse est, quòd Dominus Camillus probet, quòd Domino Octauio rectori remaneant centum liberi.

Quia Domini referunt dictam clausulam, dummodo D.Octauio rectori remaneant centũ liberi ad vtranque pensionem. Et quia facta dicta declaratione, & probato,quòd remanent ducati 100.liberi,Dominus Octauius petit absolutoriam à d. pensione 50. ducatorum, fuit dictum,vt videatur commissio Camilli,si comprehendit vtranque pensionem.

ROBVSTERII.

Roman. bonorum de Peruschis. Lunæ, 29.Februarij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Naturalis filius non potest succedere ex testamento, in quo præteriti sunt fratres, aut sorores. sed contra. numero 3.*
Immo etiam si sit legitimatus, propter constitutionem Pij Quinti.num.2.
3 *Testamentum, in quo institutus est filius illegitimus, fratribus,vel sororibus præteritis,valet mero iure,sed per querelam rescinditur.*
4 *Constitutio Pij Quinti reuocatoria facultatis testandi & disponendi in illegitimos, intelligitur de licentijs à iure speciali prouenientibus, non autem à iure communi concessis.& num. 9. 10.& 11.*
5 *Spurius etiam non legitimatus est capax de iure communi bonorum ab extraneis prouenientium, quando non est contemplata persona.*
6 *Legitimatio tollit omne obstaculum, & omnem maculam iuris & facti.*
7 *Legitimatio plena facta per rescriptum Principis alteri non præiudicialis, dicitur donum Principis in corpore iuris clausum & fauorabile.*
8 *Donum Principis decit esse mansurum.*
9 *Ius successionis & acquisitionis bonorum est diuersum à iure legitimationis.*
11 *Remotio obstaculi, & maculæ turpitudinis, quæ impediebat habilitatem respectu fratrum, non immutat substantiam actus, nec inducit aliquod ius nouum, sed conseruat illud ius commune quod antea habebant illegitimi quoad extraneos. sed contra,numero 14. solu. numero 16.*
12 *Accidens aliquod si superueniat amplioris exercitij, non mutatur prior forma, nec personæ conditio.*
13 *Transitus ad perfectius esse non mutat primam dispositionem, quæ faciebat primum esse.*

14 *Sublatio maculæ inducit aliquem effectum validitatis testamenti.*
15 *Verba, prætextu legitimationum, posita in constitutione Pij Quinti de reuoc. quomodo intelligantur.*
17 *Ius succedendi remotum à legitimatione non considerat constitutio Pij Quinti de reuoc. secus si aliquo modo cohæreat legitimationi, aut alteri iuri speciali.*
18 *Exceptio etiam diuersa porrigitur ad casus similes, vbi reuertimur ad ius antiquum.*
19 *Dictio, quoquo modo, comprehendit omnem modum qui excogitari possit.*

DECISIO DV.

CYnthius Perusçus petebat vigore testamenti conditi à q. D. Camillo de Peruschis Episcopo Alauin. immitti in possessionem bonorum patrimonialium, quæ d. Camillus possidebat. Sed pro parte fratrum germanorum d. Camilli opponebatur, ꝙ Cynthius erat illegitimus, & ipsi fratres germani erant præ-
1 teriti in d. testamento, & propterea † Cynthius de iure communi non erat successibilis. iuxta l. frattris. C. de inoffic. testam. §. soror aut frater. Instit. eod. §. j. versic. primũ itaque. in Auth. de hæred. & falcid. Nec vigore legitimationis poterat Cynthius se tueri, quamuis ex illa sit amplissime restitutus natalibus, & ab eo abolita omnis ma-
2 cula, quia † stante constitut. sanct. me. Pij Quinti contra illegitimos edita, sunt sublatæ omnes legitimationes, habilitationes, & facultates illegitimis concessæ succedendi quibuscunque extraneis etiam in bonis proprijs illorum in casibus, in quibus de iure communi illegitimi non poterant illis succedere, prout nuper in terminis dictæ constitutionis per Rotam fuit resolutum. Cynthius verò explicabat se de iure cõmuni esse capacem successionis istorum bonorum, cùm non à patre vel ascendente aliquo, sed à collaterali penè extraneo proueniant. & quamuis testator haberet fratres, & illos præterierit, ni-
3 hilominus † testamentum de iure communi valet, & illius vigore potuit adiri hęreditas, licèt si non esset à Cynthio sublata macula illegitimitatis, potuisset per querelam rescindi. l. 2. C. de inoffic. testam. & Instit. eod. tit. in princ. l. Papinianus. §. si conditioni, eod. tit. Sed cùm per remotionem obstaculi inductam vigore habilitationis, & legitimationis à Cynthio, esset abolita macula, poterat ex d. testamento irreuocabiliter succedere de iure communi. Ideo 15. Ianuarij, ac 29. Februarij, 1580. restrinxi difficultatem ad hoc, an d. constitutio fe. rec. Pij Quinti, quæ reuocat facultates testãdi & disponendi in illegitimos, prout in ea, & quæ fuit per Rotam interpretata, vt capiat etiam bona patrimonialia extraneorum, quando de illis non possunt extranei disponere in illegitimos, nisi vigore alicuius iuris specialis, & non vigore iuris communis, habeat locum in casu isto.

Quæ difficultas licèt fuerit pluries per me in relationibus proposita & non resoluta, nihilominus Lunæ, 29. Februarij, maior pars Dominorum tenuit, quòd non intrat, nec habet locum dicta constitutio in casu isto,
4 quia † vt iam resolutum fuit, dicta constitutio dum reuocat omnia & quæcunque priuilegia, licentias, dispensationes, & indulta faciendi testamenta, & alias quascũque dispositiones in illegitimos etiam extraneos, intelligitur de licentijs & indultis à iure speciali prouenientibus, non autem à iure communi concessis, quia omnia illa sonant in ius speciale, quo sublato non tollitur ius cõe, quod difficilius reuocatur quàm ius speciale, vt in
5 d. decisione habetur. Sed † spurius etiam nõ legitimatus nec dispensatus quantumuis ex damnato coitu natus, de iure communi est capax bonorum temporalium ab extraneis, vel collateralibus prouenientium, quando nõ est contemplata persona prout hic. glos. magna in §. fina. in Authen. quibus mod. natur. effic. sui. Barto. in l. prima, nume. 3. & in l. non intelligitur. §. quando, versi. sed contra. de iure fisc. & in l. Gallus. §. quod si is. vbi etiam alij, de libe. & posthum. Iaf. consil. 39. nume. secundo, in tertio, Alciat. consil. 42. numero 4. tom. 3. lib. 9. Cephal. consil. 277. numero 6. cum sequen. libro secundo, & tenuit Rota de mense proximo in Vrbeuetan. coram R. P. Do. Blanchetto.

Non obstat, quod Cynthius esset illegitimus, & cùm testator haberet germanos, & illos in testamento prætermerit, habeat locum d. l. fina. C. de inoffi. testam. Quia illegitimus dicitur turpis persona, vt hic bene deducũt informantes, & tenuit Rota in illa Bononien. bonorum coram R. P. D. de Rubeis & coram me.

Nam respondetur, quòd cùm longe ante constitutionem, & testamentũ iam esset Cynthius plenissime restitutus natalibus, & amplissime eius persona legitimata, & habilitata, vt cõstat ex legitimatione, de qua in actis, non erat amplius turpis persona, nec in eo poterat habe-
6 re locum d. l. frattris, quia † ad effectum, de quo agitur, erat abolita omnis macula, & ab eo remotum omne obstaculũ iuris & facti. l. imperialis. §. primo, & ibi no. Bal. & alij. C. de nup. l. tertia, C. de natal. resti. cum alijs p Barto. & alios in l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posthum. Bal. consi. 146. numero septimo, in primo, Alexand. consil. secundo, numero 19. versi. denique, in secundo, Iaf. in l. si is qui pro emptore. nume. 241. de vsucapio. Gozadin. consil. 85. numero 11. & 22. Alc. consil. 42. numero 2. tom. 3. lib. 9. Moder. & præsertim Galliaul. in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 39. Nat. consil. 624. nu. 7. in 3. Rolan. à Vall. consi. 37. nu. 36. & 29. lib....

Non ob. quod d. constitutio inhabilitat etiam legitimatos. Nam resp. quòd legitimatio plena per rescriptũ Principis, licèt non sit simpliciter ius commune, vt inq̃t Bal. in c. 1. in prin. nu. 12. hic finit lex Dom. Feder. tamen
7 † vbi est plena, & non est tunc alteri præiudicialis, dicitur donum Principis in corpore iuris clausum, & fauorabile, vt in Auth. quib. mod. natur. effi. legit. §. si quis vero. §. licet. & §. sit igitur, cum alijs per Moder. præsertim Fortun. Garzi. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 179. cum seq. de libe. & posthum. Dec. in c. at si clerici. in §. de adulterijs. col. 8. de iud. Nat. consil. 623. nume. 9. in 3. Et ideo d. constitutio est exorbitans, & restringenda, quatenus fieri potest, dum in totũ, vel in aliquo derogat istis
8 legitimationibus, quia † decet donũ Principis esse mansurum, vt considerat Feder. de Sen. consil. 233. circa fin. Dec. consil. 268. col. pe. ante med. Crot. & alij per Aym. de antiq. remp. par. 4. num. 37.

Vade si diligenter d. constitutio consideratur, vndiq; illa videtur limitata ad bona, & acquisitionem illorum, vt dictarum legitimationum vigore illegitimi nõ possint in istis bonis succedere & illa acquirere & alijs eis relinquere, vt in prima parte. ibi, succedendi in bonis, & successiuè in omnibus versiculis. Sed quòd legitimationum prætextu quantum attinet ad personas, remoto iure succedendi, spurij non possint fieri honesti & digni, ac primæuo iure naturæ restitui, & ab illis abster gi omnis turpitudo & macula, hoc ibi nõ legitur sublatum nec correctum. nõ ergo stare prohibetur, quia † ius
9 successionis & acquisitionis bonorum est diuersum & separatum à iure legitimationis, quod respicit ipsam filiationem, & inductum in vno non porrigitur ad aliud. Bart. & alij per Soci. consil. 246. num. 2. versic. secundo quia

quia legitimationes, in secundo. Curt. sen. consil. 18. & 74. Dec. in l. solet, num. 9. de iurisdict. omn. iudic. & in l. pactum, num. 15. C. de collat. & consil. 158. num. 10. in fine. & consil. 263. num. 3. versic. alia ratio. Tiraquel. in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 326. aliàs 259. Paris. consil. 7. num. 15. cum seq. in 2. Ruin. consil. 87. num. 5. cum seq. in 3. Vnde licèt d. constitutio annullet legitimationes, id est intelligendum iuxta limites suos, & in terminis de quibus loquitur, cùm sit exorbitans, & restringenda, & sic ad effectum, vt illarum prætextu possint succedere aut aliàs æquirere, sed non ad effectum, vt ex illis non possint effugere omnem turpitudinem & maculam, ac fieri honesti & digni, cùm ista respiciant personam, & longè inter se differant. Ideo spurij legitimati censentur ibi inhabilitati non simpliciter, sed ad succedendum, at limitata causa limitatum producit effectum. l. in agris, de acquir. rer. domin.

Non obst. quod hic agatur de iure legitimationis ad alium effectum quàm succedendi & acquirendi ista bona, ad quem effectum legitimatio ista est sublata. Quia respondetur, quòd legitimatio non est aliquo casu sublata, licèrius succedendi sit sublatum. nam (vt dictum est) ista iura sunt penitus diuersa & separata, & per remotionem & limitationem iuris succedendi vel acquirẽdi, nullo modo est sublatum vel limitatum ius legitimationis, quod respicit personam ipsam, vt supra dedu-
10 ctum fuit. Neque † etiam per dictam constitutionem ipsum ius succedendi & acquirendi simpliciter & absolutè est sublatum, nisi quatenus illud proueniat à legitimatione, vel à iure aliquo speciali, non autem quando prouenit ab ipso iure communi, absque ipsa legitimatione prout in casu isto, in quo licèt Cynthius non esset legitimatus, potuisset succedere huic testatori extraneo, vt dictum fuit. & quamuis non potuisset succedere ex isto testamẽto, in quo sunt præteriti fratres, nisi fuisset legitimatus, tamen ista legitimatio operatur plures effectus distinctos & separatos, nam actiuè & passiuè inducit ius succedendi parentibus & alijs cõiunctis, quod ius succedendi prouenies ab ipsa legitimatione, est sublatum per dictam constitutionem, & isto iure legitimationis non vtitur Cynthius. Operatur etiam alios effectus diuersos & separatos, quia restituit legitimatũ natalibus famæ & honori, & remouit omnem maculam, vt supra dictum est, quæ remotio turpitudinis non inducit aliquod nouum ius succedendi vigore legitimationis, sed illud ius primæuum, quod competebat vigore iuris communis, antequam esset legitimatus, conseruat & retinet, ita quòd respectu extraneorum legitimatus dicatur succedere, non prætextu aut vigore legitimationis aut alterius iuris specialis, sed vigore iuris
11 communis, ex quo † illa remotio obstaculi & maculæ turpitudinis, quæ impediebat habilitatem respectu fratrum, non immutat substantiam actus, nec inducit aliquod ius nouum, sed retinet, & conseruat illud idem ius commune, quod antea habebant illegitimi quoad extraneos. l. si vnus. §. quod & in specie, de pact. cap. cum aliquibus. vbi Gemin. Ioan. Monac. & alij, de rescript. lib. 6. cum alijs per Anchar. consil. 131. ferè per tot. Cassad. decis. 8. numero 6. de præben. & de priuileg. decis. 3. & 4. Simonet. decis. 28. Mohedan. decis. 179. Ioan. Paul. decis. 279. in secundo. Ad quod etiam facit, quod quan-
12 do † superuenit accidens aliquod amplioris exercitij, non mutatur prior forma nec personæ conditio. l. maior dignitas. C. de dignit. lib. 12. vbi Ioan. de Plat. & alij in l. falsa. §. is cui. vbi Paul. & alij, de condit. & demonstr. Roma. consil. 45. Alexan. consil. 32. num. 7. in fine, lib. 3. & in l. edita, num. 10. cum sequen. C. de eden. Ang. Imo. Aret. & alij in l. hæredes palam. §. si quis, in quarto not. de testam. Aym. de antiq. tempor. par. 5. num. 15. Brun. in tract. de augument. in primis conclusionibus. Anto-
13 Gabriel. de reg. iur. conclus. 3. num. 48. & † transitus ad perfectius esse non mutat primam dispositionem, quæ faciebat primum esse. Signorol. de Homod. consil. 45. numero 5. & in dispositionibus stricti iuris, Tiraquel. in tract. de retract. in fine, numero 166. cum sequen. Brun. in dicto tract. in primis conclusionibus. Gabriel. de dilat. conclus. 2. & de regul. iur. conclus. 3. Et quæ differunt secundum plus vel minus, non differunt in specie & substantia. vt per Arist. in primo Ethic. Non enim potest esse magis & minus homo Titius quàm Męuius, licèt sit maior vel minor. & facit tex. in l. fin. de fundo instruct. l. Marcellus, in princ. vbi etiam Soci. Hercul. & alij ad Trebel. Soc. in l. imperium, colum. 5. de iurisdict. omn. iudic. & in l. secunda, col. secunda, in secunda lectura. C. de actio. & obligatio. Et adiectiones hæ veniunt cumulatiuè, & augmẽtatiuè, & accedunt ad priorem materiam, eadem remanente substantia, nec stant de per se, nec extinguuntur, sed confunduntur. §. si duorum, de rerum diuisi. eum qui ædes. l. rerum mixtura, de vsucapio. l. in rem actio. l. item si quæque, de rei vendic. cum alijs per Alberic. in proœm. C. numero 5. Tiraquel. de retract. in fine, numero 157. pag. 1020. Et sic non substinetur testamentum vigore legitimationis, seu alicuius iuris specialis, sed ratione iuris communis.

Non obst. quod licet testamentum substineatur vigore iuris communis, tamen id non est simpliciter & absolutè, quia si non esset sublata dicta macula per legitimationem, sine dubio non substineretur, & sublatio ma-
14 culæ † in hoc inducit aliquem effectum. Bald. in l. prima, colum. 7. numero 22. ante finem. C. de furt. Curt. iunior consil. 179. numero 11. Et sic non videtur posse negari, quin satis aliquo respectu testamentum substineatur vigore legitimationis, & tamen dicta constitutio tollit etiam prætextum legitimationum, & sic causam remotam, colorem, & occasionem, glos. in pragmact. sanct. in verbo, prætextu, in tit. de collat.

Nam respondetur primò, quòd cùm mens conditoris fuerit excludere spurios, ne acquirere possent prætextu legitimationum, & aliorum iurium specialium, non autem prætextu iuris communis, vt iam resolutum
15 fuit, illa † verba, prætextu legitimationum, non sunt ita auarè & iudaicè intelligenda, vt excludant interpretationem, quæ prouenit à subiecta materia, ab equitate, à causa ipsius dispositionis, ab euidenti iniquitate, vel iudicio sapientis, vt latè post alios cumulat Aymon consil. 3. ferè per totum. & quamuis verba intelligi debeant eo respectu, quo prolata fuerũt, l. si quis domum. §. quid tamen, loca. cum alijs per Aymon. consil. 9. numero 21. & 22. & sic intelligantur, vbi ius acquirendi bona proueniret mediate ab ipsis legitimationibus, veluti quando ipsi vellent parentibus & alijs coniunctis ab intestato succedere, vel immediate quando ex testamento, vel alia expressa dispositione facta à parentibus vel extraneis contemplatione parentum, vel in bonis ecclesiasticis aliquo modo succederẽt: tunc enim ius succedẽdi, & acquirendi proueniret immediate à dispositione expressa, & mediate à legitimatione, & iure speciali, quia nisi essent legitimati & dispensati, non potuissent capere à parentibus, vel extraneis contemplatione parentũ, aliqua bona ecclesiastica, & satis est quod dispositio exorbitans aliquid operetur, aut difficultates tollat, præsertim vbi resultaret iniquitas, vt post Roman. & alios late Aym. consilio 70. numero vigesimonono. licet
16 † igitur in casu isto remotio obstaculi turpitudinis

inducatur prętextu legitimationis, non tñ inducatur ali quod ius nouum speciale succedendi prætextu d. legitimationis, sed tantum conseruatur, & retinetur ius cõe primęuum, quo mediante illegitimi succedũt extranei, vt in solutο à vinculis post alios refert Cassad. decis. 8. num. 6. de præben. Meritò non est facienda interpretatio, vt tale ius tam excessiuè remotum & separatum à dicta legitimatione comprehendatur in d. constitutione. Bal. & alij per Aym. d. cons. 3. num. 19. & cons. 192. nume. 3. Respondetur secundò, quòd vbi d. constitutio consideraret ius istud succedendi tantopere remotum, id
17 forte admitti posset, vbi † aliquo modo ius istud succedendi cohæreret ipsi legitimationi, aut alteri iuri speciali, vt considerant Bald. Salyc. & alij in l. prętextu. C. commod. & in l. sub prætextu. C. de transact. veluti cùm incontinenti parum ante vel parum post ipsam legitimationem fuisset factum simile testamẽtum, quæ enim incontinenti fiunt, inesse videntur. l. lecta. ff. si cer. pet. Sed vbi per tot annos præcessit habilitatio personæ & nullo modo cohæret testamento, id nullo modo admittendũ videtur, ex quo isto respectu fuit semel perfecta, & habuit suum plenariũ effectum. l. si vt proponis. C. de constit. Princ. l. sancimus. C. de adminis. tutor. cum alijs per Tiraq. in d. l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, nume. 230. C. de reuoc. donat. &c. Tertiò vbi id in legitimationibus, quæ post dictam constitutionem superuenerunt, haberet difficultatem, in legitimationibus præcedẽtibus id sine difficultate procedere videtur, ex quo eadem constitutio quoad præterita præseruat dispositiones quæ iam fuerunt fortitæ effectum, vt in §. ad hęc.
18 quæ † exceptio etiam si esset diuersa, porrigitur tamen ad casus similes, præsertim vbi reuertimur ad ius antiquum, vt post Abb. & alios declarat Dec. in c. cum dilecta, num. 5. de constit. vtil. vel inutil.

Non obst. quòd dicta constitutio inhabilitat legitimatos, vt non obstante tali legitimatione, non possint
19 quoquo modo succedere, ponderando dictionem † vniuersalem, quoquo modo, quæ comprehendit omnem modum qui excogitari potest. Marsil. cons. 80. num. 37. Quia id intelligendum est semper, vt vigore legitimationum, aut aliorum iuriũ specialium, non possint mediatè vel immediatè succedere, aut aliàs acquirere, sed non vigore iuris communis, vt supra deductum fuit.

Vltimò non ob. quòd d. constitutio habeat verba pręgnantissima per quæ prohibetur, ne bona ad istos deueniant, & in effectu illa consequantur siue immediatè siue mediatè, siue agant de retinendo, siue de requirendo, & cum prohibitio sit præcisa, non inspicimus causam, quia lex quamuis dura, seruanda est. l. prospexit, qui & à quib. cum alijs per Angel. consil. 228. Nam respondetur, quòd non obsta nte prægnantia verborum iam fuit firmatum, & res non habuit difficultatẽ, quòd omnes clausulæ sunt restrictæ ad ius speciale, & nullum verbum in dicta constitutione de iure communi, quod vt dictum fuit, difficilius tollitur, & sublato vno, non tollitur alterum. Et cùm Cynthius mediate succedat de iure communi, non intrat in casu isto d. constitutio.

B R A V I.

Ceruien. bonorum. Die 20. Nouembris. 1578.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio probari potest per instrumentum, quæ etiam præsumitur anterior.*
2 *Testes super possessione quando deponere debeant de certo & determinato tempore.*
3 *Probatio concludere debet per necesse, non autem per possibile.*
4 *Fructuum perceptio probat regulariter possessionem: fallit, nisi re ipsa constat, quòd alter possidet.*
5 *Possessio recentior præsumitur clandestina.*
6 *Possessio antiquior semper est manutenenda.*
7 *Possessio, vt interuertatur, sufficit quod coloni alium recognouerint.*

DECISIO DVI.

PRoposui causam inter Reuerendiss. D. Episcopum Ceruiensem, & D. Theodoram Numantiam, & dubitaui, quæ, & qualis possessio naturalis sit prior & manutenenda.

Et Domini resoluerunt constare de priori possessione Reuerendiss. Episcopi ex instrumẽtis actualis possessionis captæ die 26. & 28. Iulij, & prout in instrumento post mortem bo. me. Equitis Ioannis Numantij: est. n. in-
1 dubitatum, † per instrumentum possessionẽ probari, vt per Abb. in c. cũ nobis, nu. 4. de præscrip. Crau. de antiq. temp. j. par. num. 23. Zuccar. in l. vlt. nu. 443. C. de edic. diui Adria. tollen. Menoch. de retin. possess. remed. 3. nume. 505. Et adiuuat secundus testis examinatus pro Domina Theodora, vt informantes deducunt pro D. Epo. Vnde cùm ante prædictum tempus non probetur pro parte D. Theodoræ captam possessionem, probatio Reuerendiss. D. Episcopi debet præualere, maximè cum sit certa ex die & anno, & ita præsumitur anterior, ex trad. per Cassad. decis. 20. de probat. Crescen. decis. 169.

Neque obstant testes examinati pro parte D. Theodoræ, quia non deponunt de certo & determinato tẽpore, sed æquiuocè post mortem D. Equitis Numantij, quod posset contingere statim, & etiam multo post longum
2 interuallum, vt † in teste dicit Alex. in cons. vlt. vol. 2. per l. nam & postea. ff. de iureiur. & l. post idem. ff. de fals. Aflic. decis. 37. Tiraq. late in l. si vnquam, in verbo, & postea, num. 10. C. de reuoc. donat. & fuit tentum in vna Perusin. tenimentorum, 2. Maij, 1564. coram bo. me. Illustriss. Cardinali Aldobrandino, tunc Roræ Auditore.
3 Probatio † enim debet concludere per necesse, non vero per possibile. argum. c. in præsentia, de probat. l. non
4 ob hoc. C. vnde legit. Et ita † perceptio fructuum licèt aliàs regulariter debeat probare possessionem. ex l. Titia. ff. de solut. l. secunda. ff. de acquir. possess. l. litibus, de agric. & censit. lib. 10. Cravet. consil. 107. num. 2. Paris. cons. 107. num. 22. lib. primo. Balb. in l. Celsus, num. 130. ff. de vsucapio. Rip. in l. prima, num. 109. ff. soluto matrimonio. Nat. consil. 292. lib. secundo. hoc tamen non habet locum, quando re ipsa cõstat, quòd alter possidet. vt per Bart. in l. quamuis. §. si conductor. vbi Alex. vlt. notab. ff. de acquiren. possess. & per eundem Bart. in l. qui vniuersas. §. quod per colonum. ff. eodem tit. per Balb. vbi supra, num. 130. Cravet. consi. 50. num. 3. Ferret. consil. 82. numero 8. Tum etiam quia potuerint dicti fructus percipi nomine Theodoræ, quia ad ipsam spectarent, vt puta ad hæredem Domini Ioannis, ex trad. à Couar. lib. primo, varia. resolut. cap. 15. numero 7. Et ita hæc perceptio fructuum, esto quòd sine dispendio veritatis possit dici possessio, ex quo duo insolidum non possunt possidere. l. tertia. §. ex contrario. ff. de acquiren.
5 possess. cùm † sit recentior, præsumitur clandestina, cap. licèt causam, de probatio. Soci. sen. consil. 15. numero 4. lib. quarto. post Bart. in l. si duo. ff. vti possid. vbi numero 41. dicit † antiquiorem possessionem esse semper ma
6 nutenendam. per Felyn. in d. c. licet causam, num. 8. vbi

Dec.

Dec. nu. 9. Rip. lib. 2. respon. cap. vlt. & bene Couar. pract. quæst. cap. 16. versic. 12. hac in controuersia.

Quod dicitur de expulsione colonorum, fuit rñsum, ꝙ cũ constet, colonos post mortẽ D. Ioannis censum soluisse D. Theodoræ propter possessionem rei spectãtis ad
7 ipsam, vt ad hæredem, † sufficit ad interuertendũ possessionem, ꝙ aliũ recognouerint. vt per Afflic. decis. 325. num. 3. Ruin. cons. 158. num. 21. lib. j. Requiritur enim, ꝙ colonus continuauerit nomine hæredis, vt per eundem Afflic. decis. 167. Alex. & Zuccar. in l. qui vniuersas. §. quod per colonum. ff. de acquir. poss. Placueruntq; responsiones traditæ per informantes pro parte Reueren. D. Episcopi. Reseruarunt tamen particulariter vidẽdum de mandato ad capiendum possessionem eius nomine.

B R A V I.

In eadem Ceruien. bonorum. Die 4. Februarij. 1579.

S V M M A R I V M.

1 *Literæ contra scribentem regulariter probant.*
2 *Verba quæ supponunt, non dicuntur disponere.*
3 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem nõ solent admitti in iudicio summario.*

DECISIO DVII.

PRoposita causa super dubio reseruato per Dominos in præcedenti positione, an possessio bonorum, de quibus agitur, capta per quondam Ioannem Francum Vicarium generalem & Archidiaconum ecclesiæ Ceruien. de anno 1575. possit dici legitimè capta ad effectum, de quo agitur.

Et fuit firmatum per Dominos, ꝙ literæ satis dicũtur comprobatæ per duos testes examinatos pro parte Re-
1 uerendiss. D. Episcopi, ita † vt prorsus cesset omnis suspicio, ex trad. per Tiraq. de retract. conuent. §. j. glo. 7. nume. 55. Gabriel. conclus. 10. num. 11. de proba. & fuit resolutum coram D. Sarmiento in illa Belleian. discussionis. 1564. Tamen dictæ literæ non ita sufficiunt, vt dica-
2 tur constare de sufficienti mandato. Quia verba † illa, tu qui es occupatus, &c. potius videntur supponere quàm disponere, ex trad. per Rot. decis. 23. de procur. in antiq. & per Felyn. in c. sedes Apostolica, col. 8. num. 51. versic. intellige dupliciter, de rescrip. Itẽ quia enunciatiua prędicta est nimis generica, & potius sonat, vt censeatur rescriptum tanquàm negotiorum gestori, & facit qñ sibi committitur, non vt ex hoc velit dare mandatum in specie, & per verba enunciatiua non probatur, nisi vbi sunt specifica. Aym. de antiq. temp. j. par. §. 9. num. 80. Et ratificatio potius facit contra D. Episcopum, quia si ex literis intellexisset concessisse mãdatum, iudicanda esset superflua decisio Achil. §. de manda. quæ non applicatur, quia verba ibi erant dispositiua, & vlterius progrediebatur. Non etiam obst. ꝙ cùm dicta verba sint prolata ab eo, qui poterat disponere, videtur disposuisse. Quia id verũ esset, si verba essent relata ad actum gestum per D. Episcopũ, vt si diceret quia vobis dedimus in mandatis &c. Sed illa verba referuntur ad actus extraordinarios per Dominum Vicarium.

Quoad expulsionem colonorum fuit datum responsum alias per Dominos. Non etiã placuit quod dicitur pro parte D. Theodoræ, possessionem fuisse captam contra bannimenta Prouinciæ Romandiolæ. Quia cùm tractetur ad effectum mandati de manutenendo in sum
3 mario, istæ † exceptiones requirentes altiorem indagi-

nem non solent admitti. ex trad. à Couar. pract. qq. c. 17. Volunt tamen Domini videre, an ex alijs constet de scientia, vt oĩbus simul iunctis dicatur adesse mãdatum.

G R A S S I.

Firman. hospitalis. Mercurij, 27. Nouembris: 1577.

S V M M A R I V M.

1 *Ecclesia, quæ habet dotem, campanile, & percipit decimas, & primitias, non dicitur oratorium priuatum, sed ecclesia.*
2 *Ecclesia & beneficium ecclesiasticum differunt.*
3 *Beneficium ex quibus signis cognoscatur.*
4 *Ecclesia quæ dicatur, & quæ habere debeat, vt possit dici ecclesia.*
5 *Beneficium etiam cognoscitur, quando ecclesia non confertur alicui perpetuò.*
Immo ex eo solo, quòd locus sit erectus authoritate episcopi, præsumitur beneficium. num. 6.
7 *Capella fundata à seruientibus Deo, licèt non appareat de authoritate episcopi, præsumitur beneficium ecclesiasticum.*
Item, vt præsumatur beneficium ecclesiasticum, licet non conferatur in titulum, satis est quod possit cõferri, quando est locus reseruatus & habet dotem. num. 8.
9 *Oratoria veniunt appellatione beneficiorum.*
10 *Probatio immemorabilis est necessaria ad probandam hospitalitatem.*
11 *Ecclesia in dubio præsumitur potius vnita quam econtra.*

DECISIO DVIII.

IN proposito dub. Domini duas quæstiones distinguebant. Prima an Ecclesia sanctæ Mariæ, de qua est controuersia, sit beneficium ecclesiasticum. Secunda, an sit hospitale per laycos gubernari solitum.

Et quoad primam quæstionem pro affirmatiua, ꝙ sit beneficium ecclesiasticũ, allegabatur per Dños informãtes, ꝙ habet dotem, campanile, percipit decimas, & primitias, quæ non possunt deberi loco laycali ex allegatis.

Hoc fundamentũ, secundum Dños, vĩ cõcludere, qđ
1 hæc † Ecclesia nõ sit oratoriũ priuatũ, sed Ecclesia iuxta cõs. Card. 4. de relig. dom. But. cõs. 19. nu. 19. Abb. in c. patentib. nu. 1. de priuil. Roma. cons. 477. nu. 12. & 13. Sed quod propterea sit beneficium ecclesiasticum, non vide-
2 tur concludenter inferri, quia † Ecclesia & beneficiũ Ecclesiasticum differunt, vt per Barba. in cle. cãm. §. quod si
3 forsam, nu. 24. de elect. Nã † beneficium ex sequentibus signis cognoscitur, videlicet ex ratione personæ conferẽtis, illius cui confertur, & modi quo confertur, & oneris annexi. Barb. vbi supra nu. 27. cum seq. Ægid. late in c. su per hoc, nu. 16. de re iud. & in c. in nostra. nu. 10. de rescr. Abb. cons. 47. col. 1. lib. 2. Gig. de pensio. q. 86. nu. 7. Dec. in rub. de rescr. nume. 3. versi. & ibi concludit. Hic autem non constat de aliqua collatione istius Ecclesiæ, nisi de vna, de cuius etiam effectuatione adhuc dubitatur.

Tamen Domini hoc ẽt non attento per modũ inclinationis erãt, ꝙ d. Ecclesia esset nihilominus bñficiũ ecclesiasticũ. Moti, ꝙa cũ iste sit locus publicus ex supradictis,
4 & non oratoriũ priuatũ, sed † Ecclesia, q̃ vt hẽt dotẽ, ꝓsumit erecta auctoritate Episcopi. Cald. cõs. 4. Ægi. late in d. c. super hoc, num. 21. Vnde stante erectione huius ecclesiæ, item quod habeat dotem, iuxta not. in c. nemo, de consecra. distinct. prima. Item quod habeat onus specialiter annexum, nempe celebrationem continuam di-

uinorum, vt considerat Ægid. d.num.21. & Barbat. in d.§.quod si forsan, num.30. videtur omnino iudicandum beneficium ecclesiasticum.

Concurrit etiam, quòd licèt d.ecclesia non conferatur † alicui perpetuò, quod est vnum ex signis beneficij ecclesiastici, Butr. vbi supra versic. cognoscitur beneficiũ ecclesiasticum. Ægid. sub num. 21. versic. & quia perpetuum esse debet. & ibi, hoc enim est proprium ipsorum beneficiorum ecclesiasticorum, vt sint perpetua. Tamẽ hæc ipsa ecclesia semper committitur personæ ecclesiasticæ, vt patet ex dictis testium, ergo reputatur beneficium ecclesiasticum. Barbat. vbi supra, num. 29.

Immo ex eo solo, quòd locus sit erectus authoritate Episcopi, præsumitur † beneficiũ, vt videtur velle glos. in clem. si beneficiorum, in glos. j. in fi. de decim. Guid. Pap. decis. 187. num. 1. Bertran. cons. 379. num. 1. lib. 6. Rip. in c. decernimus, num. 69. versic. in isto puncto, de iudic. Immo Rebuff. in c. quid sit & quomodo, num. 8. in fi. dicit, quòd † capella fundata à seruientibus Deo, licèt non appareat de authoritate Episcopi, tamen præsumitur beneficium ecclesiasticum. Ægid. tamen quem ipse allegat, non ita loquitur, in q. 16. in fi. versic. secundo quia & si testator. vbi in dubio vult, rem debere recipi in casu, in quo est.

Et quamuis non conferatur in titulum, tamen satis videtur esse, quòd possit conferri, † quando est locus consecratus, & habet dotem, vt sentit Abb. in c. authoritate, in fi. de cens. Et ita videtur etiam intelligendus Sarn. de infirm. q. 23. vbi dicit † quod oratoria veniunt appellatione beneficiorum, quæ dari possunt in titulum, & per omnia tantò magis, quia ecclesia ponitur pro beneficio. c. 2. de concess. præben. c. cum non ignores, de præb. Rebuff. in tit. qualia sint instit. benef. num. 9. Et hæc quoad primam quæstionẽ, an ecclesia sit beneficium ecclesiasticum, in qua, vt dixi, pro affirmatiua ex prædictis est inclinatum per Dominos.

Quoad secundam an d. ecclesia sit hospitale, dicebatur, quòd licèt ex omnibus supradictis appareat esse ecclesiam, non autem hospitale, etiam non obstante allegata domo iuncta cum muro ecclesiæ. Quia immo replicabatur, quòd est cortile inter medium, quod magis videtur arguere distinctionem & diuersitatem. Et dicebant Domini pro veritate huius quæstionis, videndum, an in casu proposito probetur vnio. Et pro negatiua dicebant eam non probari per communitatem, quia etiã probata per testes hospitalitate, quod non videtur adhuc bene posse firmari, † testes dati non probant immemorabilem, quæ est necessaria, vbi non agitur de titulo, ex alleg. per Felyn. cons. 2. num. 13. & 27. Et istã opinionem Rota est semper amplexa, maximè, quia † in dubio potius p̃sumitur vnita ecclesia q̃ è contra. Ægid. decis. 387.

Non obst. administratio communitatis. Quia in ipsa dicunt testes, ꝙ communitas tenuit & possedit hospitale & ecclesiam, sed non dicunt vti vnitam. Præterea secundò videtur se restringere ad auditum, & ad annum 1552. Tertius dicit, ꝙ communitas à suo recordatu possedit hospitale, non autem deponit, quod hospitale possideret ecclesiam. Vnde potuit esse mera vsurpatio, maximè cùm simus in communitate, in qua vsurpatio præsumi solet. Quartus deponit quod communitas possedit hospitale sub inuocatione S. Mariæ, &c. & bona, &c. sed nihil quod hospitale possideret ecclesiam prædictam, nec deponit de immemorabili.

Vnde aduertebatur per aliquos ex Dominis, ꝙ illa denominatio ecclesiæ, vt dicit Butr. in c. inter dilectos, sub num. 15. versf. forte, de donat. potius præsumitur ex eo, quia ecclesia erat vicina. Sed nec testes, vt dixi, concludunt bene de hospitalitate, & licèt in inuentario aliquid sit pro pauperibus, nihilominus quòd seruaretur ibi cõtinua hospitalitas, testes non satis concludunt, & inuentarium ostendit contrarium, quia transmittebantur ad aliud hospitale. Sed de hospitalitate & possessione non videtur nunc curandum, quia non probatur immemorabilis prædicta.

GRASSI.

In eadem Firman. hospitalis. Veneris, 14. Martij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia erecta authoritate Episcopi, & dotata dicitur beneficium ecclesiasticum.*
2 *Ecclesia vt dicatur beneficium, sufficit quod sit talis, quæ non possit conferri laico.*
3 *Clem. fin. de rescrip. cum ibi not. quo casu procedant.*

DECISIO DIX.

DOmini dixerunt constare ex deductis, ꝙ ecclesia sanctæ Mariæ sit beneficium ecclesiasticũ. Moti fuerunt, quia omnia signa, de quibus per Calder. cons. 4. de præb. ꝙ sit ecclesia, & non oratorium priuatum vel hospitale, cõcurrunt in hoc casu, vt in alia positione fuit etiam dictum. Quo stante sequitur, †ꝙ cùm sit ecclesia erecta authoritate epi, & dotata, dicatur cõsequenter beneficium ecclesiasticũ. Guid. Pap. decis. 187. Bertr. & Rip. aliàs allegati. Et ratio est, quia tunc potest conferri perpetuo, vt per Abb. in c. authoritate, in fi. de cens. Sarn. de infirm. q. 23.

Non ob. ꝙ non cõstet de aliqua collatione. Quia Doc. qui exemplo allegantur, non requirunt, ꝙ fuerit collata ecclesia, sed tantum quod sit talis, quæ † non possit conferri laico. & ita loquitur Abb. cõs. 47. lib. 2. Gig. de pens. q. 86. nu. 7. & ita loquitur Anch. in c. j. nu. 3. de reg. in 6. ad quem se remittit Dec. in rub. de rescript. nu. 3. Quod in hoc casu procedit, ex quo vt supra dictum est, fuit erecta authoritate episcopi, maximè, quia habet onus speciale annexum, nempe celebrationem diuinorum officiorum, vt in alia positione fuit etiam consideratum.

Non ob. not. in clem. fin. de rescrip. Quia † ea oia procedunt, vbi non venit in controuersiam ipsa vnio, vel an sit, vel nõ vnita ecclesia vel hospitale, sed præsupponitur ibi vnio pro constanti & indubitata, imò pro necessaria subsistente ad illam subiectam materiam, & dubitatur sit, vel nõ hospitale & ecclesia vnita, & dubitatur solum cui sit facta ipsa vnio, an ecclesia sit vnita hospitali vel hospitale ecclesiæ. Hic verò dubitatur de ipsa vnione, ad quã præsumendã necessaria est immemorabilis, & propterea Bonif. in clem. fi. ponit illam exceptionem, qñ nõ constat de modo annexionis, & sic apparet, ꝙ eo casu tãtum modus vnionis controuertebatur, non ipsa vnio.

Nihil etiam facit, ꝙ quando non probatur status precedens alterius qualitatis beneficij, sufficiat probare statũ præsentẽ per 10. annos, ex not. in c. cũ de beneficio, de præb. in 6. Quia illa materia non applicatur. Ibi. n. suppo nitur, ꝙ sit beneficium, & solũ quæritur quale sit, an sæculare vel regulare, & sic controuertitur ipsa substantia beneficij, nõ status, vel ne. Vnde cum probetur, quòd sit ecclesia erecta authoritate episcopi, & consequenter ꝙ est beneficium ecclesiasticum, qui vult dicere fuisse suppressum tale beneficium per vnionem, debet id probare vel per literas, vel per immemorabilẽ, vt dictum est, & latius deducitur per informantes.

Mantuan.

Mantuan. bonorum. Lunæ, 23. Martij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Agens si petat restitutionem aduersus contractum, debet prius reddere id quod accepit.*
2 *Dispositio. l. si diuersa. C. de transact. quo casu procedat.*
3 *Probatio probationem non excludit.*

DECISIO DX.

DOmini dixerunt D. Alexandro obstare l. si diuersa. C. de transact. cùm veniat cõtra laudum emologatum opponẽdo de enormissima lesione, & ita debet refundere prius, & ante omnia omne id quod accepit, sicut † quando agens restituitur aduersus contractum, subijcitur legibus, vt prius, quod accepit, reddat. Abb. cons. 62. in fi. lib. 1. Corn. cons. 188. li. 2. Paris. cons. 96. nu. 12. lib. 1. Afflic. decis. 220. num. 4. Aym. consil. 7. nu. 14. Gram. decis. 66. nu. fi. versi. & alius veniendo contra dictas transactiones. Et ita Rota pluries resoluit, vt per Cassanen. decis. 199. & coram R. D. Robuster. 4. Februarij. 1577. in causa Tiratonen. decimarum & corã R. P. D. Aldobrandino. 11. Ianu. anni præsentis. in causa Roman. restitutionis concordiæ.

Non ob. quod d. l. si diuersa. procedat, quando de cõmuni consensu partium receditur à transactione. Quia † cõtrarium est verius, vt fuit resolutũ in illa Tiratonẽ.

Minusq; facit quod D. Alexander nihil acceperit habendo 12000. quin potius dimiserit. Quia hoc dicebant Domini pendere à negotio principali, an ipse in causa foueat bonum ius, & de præsenti solum constare de contrauentione.

Minus impedit, quod dicitur fuisse resolutum coram D. Verallo pro nullitate laudi. Quia licet hoc verum sit, non impedit, quin exceptio implementi possit quandocunque opponi. Minusque hodie possit probari laudi validitas. probatio † enim probationem non excludit, vt per Ægid. decis. 366. & 625.

Abulen. limitum. Lunæ, 19. Octobris. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Aedificare quis non potest in fundo alieno, in quo nullum habet ius quæsitum in præiudicium iuris concessi.*
2 *Seruitutis iure quædam permittuntur, quæ aliàs non permitterentur.*

DECISIO DXI.

PRoposita causa Abulen. limitum inter Illustr. D. Didacum de Villalua, & Dominos de sancto Ioanne, fuit tentum per Dominos, sententiam de partibus confirmandam, quia cõstat de assignatione loci pro edificanda capella prædecessorib. Dominorum de Villalua concessa anno 1548. quæ habuit effectum, vt per testes pro parte ipsius examinatos ad 10. & 17. & 18. vbi de possessione Dominorum de Villalua ex pluribus actibus ipsius, & suorum maiorum, quæ probationes dicebant Domini debere præualere probationibus Dominorum de sancto Ioanne.

Nec reædificatio facta anno 1559. eis opitulatur, qa † ex hoc nullum fuit eis ius quæsitum in præiudiciũ iuris concessi per Ecclesiam Dominis de Villalua. arg. l. id quod nostrũ. ff. de regu. iur. cũ vulg. & l. quoties. C. de rei vend. non applicatur, immo facit contra, cum cõstet de possessione Dominorũ de Villalua, & assignatio eis facta est certa, & limitata, nec Domini de sancto Ioanne docent de certa, & priori assignatione capellæ, & assignatio facta Dominis de Villalua non dicit solum de altari, sed de altari, & capella, & murus inter medium diruitus per Didacum de Iapra de licentia rectorum facit cõtra Dominos de sancto Ioanne, quia vltra quòd testes dicunt, quod ibi aliqua Ecclesiæ supellectilia reponebant, natura eius est diuidere, iuxta c. forus. de vebo. significa. Quod tectum se prætenderet vltra murum, nihil arguit pro Dominis de sancto Ioanne, quia cùm ex hoc non proprietas, sed seruitus tigni immittendi inferat, hoc iure † seruitutis permittitur fieri, quod alias non licebat. arg. l. quemadmodum. §. si protectum. ff. ad l. Aquil. l. si vitem. §. si ad ianuam. ff. quod vi aut clam. l. si inter me. ff. de serui. vrban. prædio.

Nec facit quod lapides vulgo dicti, adoquium, fuerint positi per D. Didacum multo post factam reædificationem per Dominos de sancto Ioanne, cùm omnes testes Dominorum de Villalua ad 17. & 18. eorum probent possessionem: mouit etiam Dominos occularis inspectio iudicis, qui ad locum accessit, & nullã apud Dominos habuit difficultatem.

Roman. computorum. Lunę, 17. Iunij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio laudi facit illud valere in vim pacti.*
2 *Laudo quando quis stare præsumatur.*
3 *Impugnationi renunciare licitum est.*
4 *Stipulatio & consensus simultaneus in iudicialibus non requiritur.*
5 *Statutum recipit passiuam interpretationem à iure communi.*

DECISIO DXII.

DOmini dixerunt constare de acceptatione laudi taliter, quòd Prosper tenetur reddere rationẽ. licèt enim laudum sit nullum, quod Domini admittebant, tamen potuit à partibus acceptari, quæ † acceptatio facit valere laudum prædictum in vim pacti. glos. in l. 2. C. commu. de iudic. cum alijs allegatis. De † acceptatione autem non potest dubitari, quia respectu Prosperi ipse illud produxit, citauit Cardinalem ad videndum mandari stari laudo, vt in quarto præsuppositio. Dec. consil. 413. numero 19. De acceptatione vero laudum eiusdem Cardinalis constat ex 14. Qui enim agit virtute laudi, necessariò acceptat, & approbat. l. cum quæritur. ff. de administra. tuto. Bal. consil. 14. lib. 5. Dec. consil. 549. nu. 34.

Non obstat prior impugnatio, quia ijdem hæredes destiterunt † ab impugnatione, quod licitum est. l. pupillus. §. meminisse. ff. de inoffi. testam. Idque tanto magis, quia Cardinalis succubuit in impugnatione. Fel. in cap. examinata, num. 6. de iudic. cum alijs allegatis, quandocunque enim ante reuocationem potuit acceptari. capi. licèt. de procur. in 6.

Non obstat defectus stipulationis, & simultanei consensus. Quia † hæc cessant in iudicialibus, quia fuit productum laudum à Prospero in actis, & per notarium redactum in scriptis, quo casu hæc necessaria non sunt, vt per Barto. in l. nuda, nume. quarto, & ibi Imol. col. 1. de donat. Felyn. in cap. 1. numero 5. de lit. contesta. cum alijs allegatis.

Non

Non ob. statutum Vrbis, tum quia vterque est forensis, tum etiam quia † statutum passiuam recipit interpretationem à iure communi. Alex. in l. prima, §. lex Falcidia. ff. ad l. Falcid. sicut igitur in iudicialibus, in quibus scriptura redigitur pacto, de iure communi non est necessaria stipulatio, & sufficit, quòd pars acceptet, ita dicendum est in terminis huiusmodi statuti.

BLANCHETTI I.

Roman. donationis. Mercurij, 4. Maij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Ius vbi semel ex contractu est acquisitum, illud non resoluitur ita vt accrescat alteri ex eodem contractu ius habenti.*
2 *Speciale est in donatione facta à Principe, vt condonatario accrescat id quod alteri donatum fuerat.*
3 *Iuri accrescendi in contractibus non est locus.*

DECISIO DXIII.

DOmini dixerunt, Eluiram potuisse vendere domum pationis, & efficere fundum dotalem Liuiæ in præiudicium Do. Gundisalui donatarij. Ratio ea fuit, quia sicut Gundisaluo fuit acquisitum ius ex causa alimentorum, ita & Liuiæ ex causa dotis, ex qua fuit concessa Eluiræ facultas alienandi bona donata, vt fuit resolutum quinta Maij anno præterito.

Non obstat, quòd cum Liuiæ fuerit relicta dos in testamẽto per donantem, ius acquisitum per donationem fuerit resolutum.

Primò, quia cùm in eodem testamento Gundisaluus senior confirmet donationes factas, non potest dici, q̃ assignauerit dotem in pecunia ad effectum, vt donatio corrueret.

Secundò, vbi semel ex contractu est acquisitum ius, il
1 lud † non resoluitur, ita vt accrescat alteri ex eodem contractu ius habenti. l. prima, §. interdum. ff. de vsufruc. accresc. Ripa in l. re coniuncti, nume. 156. ff. de lega. 3. Est
2 † enim speciale in donatione facta à Principe, vt condonatario accrescat id, quod alteri donatum fuerat. l. vnica, C. si liber. imper. Soc. sen. cons. 16. lib. 1. num. 157.
3 Accedit, quod in † contractibus non est locus iuri accrescendi. l. si mihi, & Titio. ff. de verborum obli. Nec refragatur, quòd Do. Eluira non potuerit sine facto Do. Gundisalui ius suum sibi auferre, quia fuit sibi ius acquisitum cum eadem causa, vt filiæ fœminæ Eluiræ dotem consequerentur in istis bonis, vt bene deducitur per Corasium.

Et eò magis, quia donatum fuit D. Gundisaluo iuniori ex causa temporali, videlicet, vt imbueretur bonis artibus & moribus, quod respicit prima disciplinarum elementa seu cunabula, argumento l. si seruos. ff. de pigno. actio. Liuiæ verò ex causa perpetua dotis, quod etiam ex ordine scripturæ primum fuit in intentione donantis, vt patet ex ipsismet verbis donationis.

SERAPHINI I.

Callaguritan. iuris ingrediendi. Mercurij, 27. April. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio contra ordinarium intelligitur, dummodo inferior qui præscripsit, sit diligens.*
2 *Iurisdictio præscribi ab episcopo priuatiuè non potest, quin saltem penes eum habitus remaneat.*
3 *Negligentia in iudice non præsumitur, nisi probetur.*
4 *Index per trinam interpellationem potest constitui in mora, ad effectum, vt possit appellari, & negotium deuoluatur ad superiorem.*
5 *Modus vnus conuincendi superiorem de negligentia.*
6 *Commissio causæ dicitur esse iudici arbitrarium.*
7 *Citatio sola generalis sufficit ad totam causam.*

DECISIO DXIIII.

DVbitaui de validitate sententiarũ latarũ in partibus in fauorem Andreæ, quia pro parte beneficiatorũ de Victoria prætendebantur nullæ, maximè prima lata à Callagur. ex defectu iurisdictionis, cũ prætendat vniuersitas se præscripsisse iurisdictionem capiendi informationem super puritate sanguinis, & admittendo & declarãdo, qui sint idonei priuatiue ab Epi scopo, su per qua re habent tres sententias, neque in dubium hoc reuocatur, sed prætẽditur tantum, quòd cum
1 quelibet † præscriptio contra ordinarium intelligat, dũmodo inferior, qui præscripsit, sit diligens, nam eo negligente ordinarius assumit suã iurisdictionẽ, vt per Abb. in c. irrefragabili. nu. 1. de of. ord. & in ca. cæterum, nu. 5. de iudic. & ibi Dec. in 4. no. Fel. in d. cap. irrefragabili. in
2 prin. Non † enim potest præscribi iurisdictio priuatiue ab Episcopo, ita vt non remaneat penes ipsum habitus, licèt actus sit penes inferiorem, quo fit vt eo negligente redeat actus penes Episcopum, vt tradit Abb. in c. cũ cõtingat. nu. 18. de foro comp. cum alijs. Et ideo tota difficultas in eo versatur, an iudices ab vniuersitate deputati fuerint negligentes, qui quidem iudices non deputãtur particulariter ad vnam causam, sed ad omnes, vt liquet ex comparitionibus factis coram Episcopo à procurato re vniuersitatis, & ꝓtestatione, de qua in summario vni-
3 uersitatis. nu. 15. negligentia † verò cùm non præsumatur, probari debet. l. 3. §. si ad diem. de re mil. Afflic. decis. 13. nu. 18. Grat. cons. 100. nu. 14. li. 2. Bisignet. decis. 1. de dolo & contu. Eam autem probari censuerunt Domini, cum admittant informantes pro vniuersitate, iudicem
4 † per trinam interpellationem constitui in mora ad effectum, vt possit appellari, & negotium deuoluatur ad superiorem. Io. And. in c. dilecto. col. 2. de appel. Alexã. in l. hoc amplius. §. Celsus. nu. 13. de dam. infec. Fel. in c. proposuisti. prope fi. de foro comp. & in ca. suborta. ante nume. 5. ver. & istis adde. de re iud. Dec. in cap. ex parte. il 2. nu. 3. post Abb. de appel. cum alijs allegatis. Hic autẽ ne dũ duplex, sed quadruplex interpellatio interuenit. Prima est illa de qua in summario ambarum partium, nume. 1. & per Mart. Abba. in summario And. nu. 11. super duodecimo. Secunda fuit quando præsentati fuerunt articuli 12. Febru. 1573. in summario And. num. 3. Tertia fuit 22. Maij. 1573. & iudices nihil aliud responderũt, nisi quod audiebant, & petebant copiã. Quarta fuit die sequenti 23. Maij, & iudices respõderunt, quòd daretur liber baptismi, & quod declararent vnde originem ducerent illi de Buennia. & licèt pro parte beneficiatorum impugnetur illa secunda, ex eo quod ille Didacus Perez erat procurator Andreæ, tamen non placuit hæc impugnatio, cùm non constet de illo tempore de acceptatione. Mil. in verbo, procurator non dicitur. Nec etiam refert quod illa interpellatio non fuit exhibita coram ordinario stante productione aliarũ. Non ob. quòd ex ista causa prætendant se delegasse ex eo. s. quòd soliti sint capere secreto informationes. nam debebant vtrunque facere, nempe admittere Andream ad probãdũ, & capere aliam

aliam informationem secreto, prout se talem duplicem facultatem habere pro eorum parte deductũ est in ipsa met protestatione facta coram ordinario. Non ob. q̃ nõ
5 fuerit præfixus terminus, quia † iste est vnus modus conuincendi inferiorem de negligentia, sed non propterea tollitur alius. Barb. d. c. cærerum. nu. 11. de iud. Minus facit, q̃ causa in appellatione expressa non fuerat. Quia imò satis est expressa, cùm in ea dicatur, iudices noluisse procedere ad receptionem testium, nec isto casu teneba tur Andreas recurrere ad vniuersitatẽ, q̃a vniuersitas iã deputauerat iudices pro illo anno, & penes eos residebat iurisdictio, ideo cùm essent negligentes, potuit aditi superior. Abb. in c. cum contingat. de foro cõp. Præterea sententia ordinarij fuit confirmata à Thesaurario Lurã. Neque obstant nullitates exẽplo consideratæ. Prima nãque, q̃ Andreas contra formam c. oblatæ. de app. præue nerit committendo causam, nõ obstat, tum ex eo quod
6 ambæ partes appellarunt, tum † etiam quod arbitraria est hæres, vt per Franc. & Dec. in d. cap. oblatæ. sed & rõ cur d. c. oblatæ. nõ seruetur in curia, suadet etiã vt hodie non sit seruandum in partib. Nam in curia ideo nõ seruatur, quia hic iudices dantur ex officio, in partib. vero datur is quem petit is, qui rescriptum impetrat, vt q̃ Ro. decis. 16. de appella. in nou. quæ ratio cessat, vbi iudices dantur illi qui in synodo deputati fuerũt. Præterea pars coram isto iudice non comparuit, & nihil opposuit. Secunda nullitas considerata ex defectu citationis, nõ ob-
7 stat. Quia † sufficit sola citatio generalis ad totam cãm. l. si prætor, de iudic. l. consentaneum. C. quomodo, & qñ iud. Castren. in l. ad peremptorium. nu. 6. de iudic. Tertia nullitas, quæ deducitur ex breuitate temporis, non placet, quia cum intercesserint 27. dies, satis congruum visum fuit tẽpus, quo potuerit iudex instrui, maxime parte non comparente. Vltimo non ob. q̃ contra tertiã sententiam deducitur ad effectum iurisdictionis ob non iustificationem commissionis auocatoriæ, quia Dominis placuit responsio, quod quando plura narrantur, sufficit vnum esse verum, ex quo pars potuisset auocationẽ obtinere. Ægi. decis. 280. Et hæc à Dominis super duab. vltimis sententijs ex abundanti dicta fuere.

BVBALI I.

Roman. supplementi legitimæ. Lunæ, 1. Decembris. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Incapacitas superueniens impedit successionem etiam quo ad legitimam.*
2 *Iuri accrescendi est locus etiam in legitima.*
3 *Restitutio comprehendit tantum bona, quæ quis habebat tempore confiscationis, non autem ea, quæ sibi potuerũt obuenire, si non fuisset capax.*
Et eò magis, cum restitutio fuerit concessa postquàm hæreditas fuit adita per institutos.
4 *Confiscatio non trahitur ad bona futura, & in spe vndecunque obuenientia.*

DECISIO DXV.

COncluserunt Domini Illustr. D. Alphõso Vitellio agenti ad bona materna obstare exceptionẽ incapacitatis oppositam ex parte Illustr. Dñorũ hæredum bo. me. D. Angelæ, nam cũ tempore mortis Illustr. D. Angelæ reperiretur condemnatus in pœnam capitis, & confiscationem omnium bonorum per gubernatorẽ ciuitatis Castelli ex cã homicidij, resultat eius incapaci-
1 tas vigore bullarum contra homicidas editarũ, qua stante non poterat succedere in hæreditate matris, & † effectus fuit incapax etiam respectu legitimæ, vt per Ale. cõsil. 75. nu. 4. li. 2. Aym. cons. 49. col. 2. in prin. lib. 1. de cõi testatur Lud. Cat. inter cons. crim. cons. 103. num. 5. & 6. tom. 1. Quia paria sunt, filium non esse, vel esse inhabilẽ ad succedendum. l. 1. §. fina. ff. quod cuiusque vni. nom. Et cùm instituti in testamento D. Angelę illius hæreditatem adiuerint, illico legitima D. Alphõsi accrescit dictis
2 institutis, cùm † etiam in legitima sit locus iuri accrescẽdi. Ias. in l. plane. §. si duob. nu. 21. cum seq. de lega. 1. Rip. in l. re coniuncti. num. 211. de leg. 3. qui testatur de cõi.

Nec ob. restitutio obtenta per Illustr. D. Alphonsum, quia circunscripta prægnantia clausularum, de qua particulariter videbitur, Domini intelligebant, D. Alphonsum restitutum fuisse ad omnia bona, quę vere habebat tempore confiscationis, non autem ad ea, quæ sibi obue-
3 nire potuissent, si non fuisset incapax, quia † restitutio illa non comprehendit, iuxta doctr. Bar. in l. fi. nu. 18. C. de sent. pas. Bal. in auth. excipitur. C. de bo. quæ lib. de cõmuni Bos. de rem. exol. cle. prin. nu. 13. Galliaul. in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 58. ac ibi Rui. in 2. lec. siue add. nu. 63. de lib. & posth. Præsertim, cum restitutio fuerit concessa postquàm hæreditas fuit adita per institutos, vt per Ias. in d. §. & quid si tantum. nu. 61. & ibi Galliaul. d. nu. 58. Clar. in pract. crim. §. fi. q. 59. nu. 8.

Idq; comprobant ex distinctione Aret. in l. si qs mihi bona. §. 1. sub nu. 3. vers. quid aũt iuris esset. ff. de acq. hær. vbi distinguit, q̃ aut hæreditas ꝑtis est delata filio añ incapacitatem, & tunc per restitutionẽ filius recuperat ius adeundi, si non fuit adita, & rõ est, quia recuperat ius adeundi, quod habebat ante incapacitatem: aut fuit delata tempore quo fuit incapax, vt in casu, de quo agitur, & tunc non recuperat, quam distinctionem latè comprobat Ruin. in loco supra citato.

Pariter non ob. si dicatur, q̃ cũ Illustr. D. Alphonsus p restitutionẽ sibi concessam recuperat oĩa bona, q̃ alteri fuerint quæsita ex sñia condẽnatoria contra ipsum lata, censeatur ẽt recuperasse ius petẽdi legitimã portionẽ in bonis mẽis, quæ stante sua incapacitate fuerunt acq̃sita hæredib. institutis, ex decis. Ægi. 744. & alijs p informãtes allegatis. Quia fuit rñsum, q̃ hoc ius non fuit quæsitum hæredib. institutis immediate ex cõdẽnatione D. Alphonsi, sed ex dispositione mẽis, & ex eius morte supue-
4 niẽte tpe incapacitatis, quia † condẽnatio nõ potuit hũc effectum operari, nisi mortua fuisset mẽ, & ita bñ declarat Ægi. in d. decis. col. antep. vers. itẽ quo. & optime post alios Paris. in d. §. & quid si tantum. nu. 103. & ibi Ruin. nu. 63. ibi, sed alio casu qui erat incapax.

Minus ob. tradita p Soc. iun. d. §. & q̃d si tm̃. nu. 107. & 118. Quia (vt ipse dicit) eius opinio est cõtra oẽs Doct.

Nec Illustr. D. Alphonsus põt dicere se restitutum ad istud ius petẽdi legitimã tanq̃ fisco acquisitũ ex sua cõdemnatione. Quia in confiscatione non veniũt bona futura, vt late per Clar. in practi. crimi. §. fi. q. 78. nume. 24.

Reseruarunt tñ Dñi videdũ, an ex clausulis appositis in restitutione possit dici, quod Illustris Dom. Alphonsus fuerit restitutus ad istud ius petendi legitimam.

BVBALI I.

Toletan. primitiarum. Veneris, 20. Maij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Assertioni notarij creditur de actu qui potuit interuenire tempore sententiæ.*

Sententia

2 *Sententia lata præsumitur ad partis instantiam.*
3 *Comparitiones simpliciter factæ regulantur secundum præcedentem intentionem.*

DECISIO DXVI.

COnclusum pro validitate sententiæ latæ in partibus per officiales Toletan. in prima instantia, circunscripta pro nunc nullitate, quæ prætenditur ex depositionibus falsorum testiũ, de qua postea videri poterit. Nam quod attinet ad nullitatem ex defectu citationis, dixerunt Domini sufficienter de ea constare ex assertione notarij, qui attestatur sententiam latam fuisse in cõtumaciam partium, & earum procuratorum earum nominibus, qui ad videndum eam ferri, & pronunciari, fuerunt citati, & vocati, & cũ de stylo illarũ partiũ notarij actuarij soleãt exeq citationes, & intimare decreta, vt apparet in toto processu huius causæ, credit† assertioni notarij de actu qui potuit interuenire tempore sententiæ, ex no. per Bar. in l. sciendum. num. 3. & ibi Iasnu. 12. & alios Doct. de verbo. obli. Dec. in auth. si quis in aliquo. nu. 35. C. de eden. Aym. de antiq. tempo. par. 1. §. ampliatur. nu. 2. Hoc etiam adiuuabant ex stylo illarum partium, vbi in prolatione sententiarum non solent annotari citationes ad sententiam, sed solus notarius attestatur de citatione facta eo modo, quo supra dictũ est. 1

Non ob. quod non apparet, quòd aliquis fecerit instã tiam pro sententia, quia † cùm cõstet de attestatione notarij, quòd pars fuit citata, præsumitur sententia lata ad partis instantiam, quia talia communiter absque partis instantiam expediri non solent. Mil. in verbo, citatio fieri non potest. Docto. in c. 1. de iudic. Dec. cons. 460. in fi. 2

Alia nullitas ex defectu mandati similiter fuit sublata ex eo, quia licèt principalis comparuerit, tamen apparet, quòd non habuit intentionem reuocandi procuratorem stante cedula per ipsum principalem præsentata, in qua dicit, quòd agit causam huiusmodi per suum pro curatorem vigore mandati, quod illi dedit in proces fol. 74. Et sic aliæ comparitiones † postea simpliciter factæ regulantur secundum præcedentem intentionem, quia ad istum effectum sufficiunt coniecturæ, iuxta tex. in c. pe. de procur. lib. 6. 3

COTTÆ.

Roman. casalis aquæ frigidæ. Ven. 17. Iunij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Venditio perfecta dicitur, quando constat de re vendita, pretio, & consensu.*
2 *Contractus dicitur esse perfectus sine scriptura etiam stante pacto, quòd de contractu fiat instrumentum.*
3 *Doctrina Bal. in Linciuile. C. de rei vendica. quo casu procedat.*
4 *Integra res, vt non dicatur, sufficit, quod aliquid fuerit adimpletum circa præparationem.*
5 *Pœnitentiæ locus non est in contractibus nominatis etiam si res esset integra.*

DECISIO DXVII.

COnclusum exceptionem non implementi nõ obstare D. Horatio, minus resolutum fuisse cõtractum, de quo in apoca, quia contractus istius vẽ ditionis, seu ipsa venditio fuit perfecta: constat † enim de re vendita, de pretio, & de cõsensu, iuxta decis. Afflic. 280. nume. 4. Paris. consil. 59. nume. 4. lib. 1. Et ideo cum in contractibus locum habeat, l. sicut. C. de actio. & obliga. vbi à principio contractus sunt voluntarij, & ex post necessarij, consequens est, quòd non consentiente D. Horatio, non potuerit Dominus Archiepiscopus recedere à d. venditione. 1

Non ob. quod dicatur resolutus contractus, quia nõ fuerit celebratum instrumentum infra octo dies, vt cantat d. apoca secundum Castr. in l. cum res. C. de probat. Quoniam illud dictum fuit alias per Dominos reprobatum, vt testatur Pur. decis. 42. lib. 3. & Peregr. decis. 34. ti. 2 de pact. vbi dicit, quòd † per pactum, q̃ de contractu fiat instrumentum, dicitur perfectum esse contractum etiã si scriptura non fiat.

Non ob. doctrina Bal. in l. inciuile. C. de rei vendica. 3 Quoniam † procedit, si vera est, nam contra eam tenuit Alexan. consil. 212. lib. 2. quando res est integra, & ante executionem contractus. At in casu, de quo agitur, omnes Domini tenuerunt, rem non esse integram, quia partes hinc inde se quietauerant, & D. Horatius cessit iuri, & 4 liti, quæ pendebat super isto casali, & ad hoc † vt res ipsa non sit integra, sufficit, quòd aliquid fuerit adimpletum circa præparationem. Cephal. consi. 91. nu. 39. Præterea illa cessio censetur pars contractus secundum Rui. consil. 128. nu. 9. lib. 5.

Aliqui & maior pars tenuit, quod etiam si res adhuc esset integra, quod in contractibus nominatis non sit locus † pœnitentiæ, & resolutioni contractus, vt hic late prosequitur D. Biscia & Curt. iun. cons. 331. nu. 20. cum seq. lib. 3. testatur de communi. 5

LANCELLOTTI.

Virdunen. Decanatus. Ven. 4. Iunij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Decanatus an sit prima dignitas post Pontificalem.*
2 *Fama & reputatio operantur maioritatem dignitatis.*
3 *Dignior cæteris reputatur, qui cæteris præfertur.*

DECISIO DXVIII.

CIrcumscriptis iuribus, & testibus Do. Nicolai, super quibus erit particulariter disputãdum, fuit propositum dubium informante tantum parte D. Desiderij, quia pars D. Nicolai sæpius monita neglexit informare. Et fuit per Dominos resolutum † constare, quòd Decanatus, de quo agitur, est prima dignitas post Pontificalem. Et moti fuerunt. 1

Primò ex dictis testium D. Desiderij, qui (prout bene deducunt informantes pro eo) probãt quòd Decanatus fuit reputatus, & hodie communiter reputatur pro prima dignitate, & quod etiam de hoc fuit, & est publica vox & fama, quæ † fama & reputatio operantur maioritatem dignitatis, iuxta decis. Rot. de præb. in nou. & 3. de elect. in nou. Boer. decis. 346. num. 8. Præterea dicti testes probant, quòd Decanus in processionibus incedit in primo loco post Episcopũ: quando verò dignitates sunt in numero impari, ita vt in dictis processionib. non possint incedere bini bini, tunc decanus incedit solus post alias dignitates, & sic in loco honorabiliori, & quando Episcopus non est præsens in celebratione horarum matutinarum, & vesperarum, primo incensatur Decanus, & postea alię dignitates. Item quando Episcopus est absens, Decanus offert ante omnes alias dignitates, & cano 3 nicos. Vnde † qui cæteris præfertur, cæteris reputatur dignior. 2

dignior. iuxta l. 1. de albo scriben. cum simil. Dicunt etiã testes, quòd quando episcopus, qui in diebus solemnibus tenetur celebrare, abest, tunc Decanus celebrat, & intonat Antiphonas.

Secundò moti fuerunt Domini ex depositione secũdi testis examinati in curia pro parte Nicolai, qui testis est matriculatus in d. Ecclesia Virdunen. & attestatur, qd d. dignitas est maior. Idem etiã probat tertius testis examinatus vigore remissoriæ etiam pro parte eiusdẽ Do. Nicolai, qui dicit, quòd toto suo tempore vidit Decanũ præcedere omnes alias dignitates, & canonicos in processionib. ex quorum testium dictis comprobantur depositiones supradictorum testium D. desiderij.

Tertiò probatur hæc maioritas ex attestatione episcopi Virdunen. qui asserit se à 22. annis quibus præfuit Ecclesiæ prædictæ reputasse hunc decanatum maiorẽ post pontificalem, & quòd ita audiuit, & vidit ex plurib. actibus, quos ipse recensет.

Quartò ex attestatione capituli d. Ecclesiæ, in qua amplis verbis exprimit hanc maioritatem.

Quintò ex alia attestatione eiusdem Capituli producta in causa Tullen. præeminentiarum, & in hac causa repetita, quam attestationem comprobat primus testis examinatus in curia pro parte D. Nicolai.

Sexto probatur per 16. collationes apostolicas factas de hoc decanatu vti maiori dignitate post pontificalẽ, q̃ collationes fuerunt factæ intra spatium 130. annorum, & fuerunt omnes sortitæ effectum, quia omnes successiue, & de vno in alium fuerunt factæ, ex quib. non solũ probatur communis reputatio, quę sufficeret per supradicta, verum etiam oritur probatio famæ, quæ in antiquis etiam sola prævalet, iuxta Cassad. decis. 2. de præb. Dec. consil. 26. nu. 6.

Septimò, quando canonici recipiuntur in Ecclesia iurant obedientiam, & fidelitatem Decano, & Capitulo.

Octauò omnes actus capitulares describũtur sub nomine Decani & Capituli, & quando Decanus abest, tunc fiunt sub nomine Capituli tantum, & fit mentio de absentia Decani.

Nonò facit declaratio Capituli d. Ecclesiæ Virdunen. in qua dicitur, quòd sedes primicerij spectat ad Decanũ, attento, quòd dignitas primiceriatus est extincta, & incorporata mensę capitulari, quæ sedes est prima in sinistra parte chori.

Decimò, quando Capitulum d. Ecclesiæ, & particulariter Do. Nicolaus tradidit possessionem huius Decanatus Iacobo prædecessori Do. Desiderij, expresse declarauit hunc decanatum esse proximum dignitati Episcopali, & ab eadem primarium habere.

Vndecimò eandem etiam declarationem fecit etiam Capitulum, quando tradidit possessionem Decanatus non solum Do. Desiderio, sed etiam D. Claudio auctori Do. Nicolai.

Ex quibus omnibus Domini cõcludebant clarissime probari, quod iste Decanatus est maior dignitas post Pontificalem. Et ita fuit resolutum.

LANCELLOTTI.

Albiganen. Canonicatus. Lunæ, 9. Ianu. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Spolio agi non potest contra cessionarium.*
2 *Possessio ex actu nullo transfertur, & amittitur.*
3 *Ordinarius, qui non potest beneficium conferre, potest tamen recipere illius resignationem.*

DECISIO DXIX.

1 FVit resolutum, quòd Do. Scarampus non sit restituendus ad possessionem canonicatus, quia illam amisit per cessionẽ factã per eius procuratorẽ in transactione ex causa litis coram ordinario in fauorem Domini Suaresani principalis, & acceptantis, iuxta no. p Inno. in c. super hoc. & c. quod in dubio, de renunciat. in antiq. Cassad. decis. 4. de rest. spolia. Maxime cum pensio reseruata d. Scarampo ex causa d. cessionis fuerit iudicata valida iuxta resolutionem factam vlt. Febr. 1578. per doct. Abb. in ca. cum pridem. nu. 8. de pact. cum alijs per Gig. de pens. q. 6.

Nec ob. quod resignatio facta coram ordinario non 2 teneat. Quia † respondetur quod nihilominus possessio amittitur, licet ex actu nullo transferatur. l. 1. §. si vir vxori. de acquir. poss. cum ibi no. Quod procedit etiam si 3 beneficium sit reseruatum, quia † licet ordinarius non possit illud conferre, potest tamen recipere illius resignationem. Rot. decis. 10. & 14. circa fi. de renunc. in antiq. Simonet. in tract. de reseruat. c. 46.

Minus facit, quòd fuit pẽsio reseruata cum clausula, saluo beneplacito apostolico, quod hactenus non constat fuisse adhibitum. Quia facit d. clausula, quatenus opus sit, & fuit resolutum non fuisse necessarium, quia potuit ordinarius ex causa litis imponere pensionem, vt fuit resolutum.

Quod verò dicitur, quod in mandato D. Scarãpi non erat data facultas cedendi d. canonicatum, Domini dicebant non obstare, propter ampla verba mãdati, præsertim dum in eo dicitur, cũ reseruatione pensionis annuę Episcopo bene visæ in persona d. constituentis acceptantis, ex quibus verbis virtualiter continetur d. facultas, quia non potuisset Do. Scarampus retinere canonicatum, & habere d. pensionem.

Cætera verò quæ dicuntur hic per informantes pro parte Do. Scarampi, cessant, quia solummodo agitur de possessionis amissione ipsius, propter quam non potest agere spolio.

ROBVSTERII.

Roman. Casalis sancti Matthæi. Lunæ, 18. Martij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Legitimus contradictor, vt quis dicatur, debet sine vitio possidere, & incontinenti docere de iure suo. & num. 6.*
2 *Quæstio facti non retardat processum iudicij possessorij. Immo nec etiam ea quæ consistunt in apicibus iuris.*
3 *Res dubia efficitur per negationem.*
4 *Probatio vna excludere aliam dicitur.*
5 *Color aliquis aut velata ratio sufficit, vt ex instrumentis publicis non dicatur constare de iure vnius, & non iure alterius.*
7 *Hæres licèt propriè non possideat, habet tamen remedium restitutorium, quasi hæreditas iacens fuerit spoliata.*
8 *Hæreditas iacens ceptam vsucapionem complet, & fructus acquirit.*
9 *Ius conuenti, nisi etiam probetur, non sufficit docere de non iure agentis.*
10 *Excludens actorem per non ius suum non habetur pro possessore.*
11 *Fideicommissarius debet capere possessionem de manu hæredis etiam in casibus, in quibus restitutio fit ipso iure.*
12 *Proprietarius sibi ius dicere propria auctoritate non potest*

test, & hæreditatem iacentem quasi possidentem spoliare.

Immo etiam si proprietarius esset filius, & possessio esset infecta.

13 *Occupatio rerum subiectarum fideicommisso hæreditate iacente vti vitiosè debet auocari ab inuasoribus, & dari hæredi.*

14 *Fœminæ pœnitus à testatore exclusæ non possunt prohiberi detrahere competentes dotes, & plures exceptiones apponere, ex quibus appareat de non fideicommisso.*

15 *Defensio alia in dubio præsumitur, quod possit competere hæredi, vt hæreditas iacens manuteneatur, aut possessio restituatur.*

16 *Iudex iniustè facit concedendo mandatum de immittendo in possessionem fideicommissarium hæreditate iacente, cum non constet de facultate capiendi possessionem propria auctoritate à testatore concessa.*

17 *Restitutio non fit de vno fideicommissario ad alium data mora.*

18 *Curator hæreditati iacenti constitui debet per iudicem.*

DECISIO DXX.

REsoluerunt Domini, quòd Mauritius ex cessione sororis Innocentiæ & monasterij, sit immittendus in possessionem casalis seu pedicæ sancti Matthæi pro rata cessa. Nã d. Monialis, & successiue monasterium tanquàm hæres D. Michaelis Angeli habent clare fundatam intentionem de iure communi, vt pro rata delata & agnita ex interdictis quorum bonorum, & quorum legatorum immittantur in possessionem casalis, quod defunctus possidebat tempore mortis.

Neque Dom. Vincentius de Rubeis qui prætendit se possidere, & esse fideicommissarium quondam Gabrielis de Rubeis impedire hanc immissionem in possessionem potest.

1 Quoniam † vt sit legitimus contradictor, debet legitimè, & sine vitio possidere, & incontinenti docere de bono iure suo, vt alias in ista causa, & in alijs firmatum pluries fuit.

Et tamen Dominus Vincẽtius defuit in istis duobus requisitis, cùm fideicommissum, de quo in testamento Gabrielis de Rubeis, etiam quod præsupponeretur instrumentum d. testamenti in forma probante, non sit purum, clarum, & indubitatum, sed conditionale, vel modale, & in apicibus iuris consistens, vt alias proposita per me causa bis de anno 1562. & de anno 1564. visum fuit Rotæ, & præsertim super eo, an Vincentius dicatur institutus vel substitutus sub conditione, vel modo ad effectum, vt possit agere, non verificata prius conditione, & dato quòd esset modus, & non conditio, esset videndum de releuantia, vt Rota tunc dixit. Et alia plura deducebãtur, quorum aliqua exceptiones, & defensiones Vincentij respicientia vix est, quod sint in facto satis verificata, & hic est quæstio facti, quæ† non retardat processum iudicij possessorij. Bal. in l. ancillæ. in 3. notab. C. de furt. Franc. in cap. primo, num. decimooctauo, vers. limita. de lit. contest. in sexto, & in capitu. ad decimas. numero 11. de restitu. spoliato. eodem lib. 6. Afflic. decis. 63. Aliqua etiam cõsistunt in apicibus iuris, prout tunc visum fuit, quæ omnia sunt remittenda ad petitorium, vt bene post aliõs deducit Dec. consil. 424. numero 10. & 11. cum seq. cum alijs per Roland. consil. primo, nume. 73. & sequen. lib. primo, & consil. 2. numero 40. cum seq. & consil. 98. numero 40. cum sequen. lib. 3.

Nam instrumenta publica non faciunt notorium, quando aliquid coloratè, aut probabile opponitur cõtra illa prout hic: ttunc † enim efficitur per negationem res dubia, Ægid. decis. 404. Aret. Felyn. & alij in c. significauerunt. numero 4. de testibus. Dec. in cap. licet causam. in 13. nota. de proba. Barbat. consil. 9. num. 8. lib. secundo, Claud. de Seisel. in l. prima, in prin. nume. 19. de nou. ope. nuncia. Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 18. ff. de acquiren. possessio. & ibi Ripa, nume. 144. & stat regula, quòd † vna probatio excludat aliam. Ægid. decisio. 125. in fine, & non dicitur constare de non iure, quousque poteſt constare de iure illius. Ægid. decis. 103. Et ad istum effectum, vt ex † instrumentis publicis non dicatur constare de iure vnius, & non iure alterius, sufficit aliquis color aut velata aliqua ratio. Bal. in l. data opera, numero 90. circa med. C. qui accus. non possunt. Corne. consil. 15. num. 3. in 4. Franc. in c. dilectus. q. 12. in fi. de appella. Rip. in l. 4. §. condemnatum. numero 17. de re iudica. Præsertim cùm sint iam lapsi 12. anni, & Vincẽtius super prætenso fideicommisso nihil amplius verificauerit in facto, nec aliud in Rota obtinuit declarari. & tantò magis, quia non agitur tunc de successione Gabrielis, sed de successione Michaelis Angeli, qui dum vixit, vsq; ad eius obitũ tenuit, & possedit huiusmodi casale. Ideo eius hæredes in possessione d. casalis habent poriora iura, & sunt immittendi in possessionem, ex quo defunctus illud possidebat tẽpore mortis. Et si Vincentius prętendit aliquid ex testamento Gabrielis, vel alterius, illud experiatur, & agat in alio iudicio, in quo est probandũ, & super illo iudicandum, vt post alios bene considerat Dec. in dictis consilijs supra citatis 424. 467. & 588. nume. 10. cum seq. Bero. consi. 54. nu. 40. in 2. Rolan. consi. 78. nu. 27. in 3.

Neque obstat, quòd ex lectura d. testamenti Gabrielis constat de non iure fœminarum, quæ sunt pœnitus, & omnino exclusæ. Quoniam fideicommissarius debet capere de manu hæredum. Et in petitorio istæ fœminæ possent plura alia deducere, vt dicetur. nihilominus respondeo, quòd in istis interdictis, de quibus agitur, non sufficit prætenso fideicõmissario possessori probare non ius hæredis, nisi etiam probet ius sui fideicommissi, &

6 quidem incontinenti. Alioquin † si non est paratus incontinenti probare suum fideicommissum, non est legitimus contradictor. l. prima, & secunda, C. de edic. diui Adria. tollen. declarant Barto. & alij in l. fina. C. eodem titu. numero 22. & in l. filiam fratribus. ad senat. consi. Trebel. Dec. consil. 467. num. 12. post med. Et licèt in istis remedijs admittatur exceptio defectus proprietatis, vt dicunt Doct. in d. l. fi. tamen intelligendum est de tali defectu proprietatis actoris, vt includat ius rei. Quoniam

7 † huiusmodi beneficia possessoria dicuntur quodãmodo restitutoria, quasi hæreditas iacens fuerit spoliata, & sic reintegranda in persona hæredis, licèt propriè non possederit. Bal. in d. l. fina. col. prima, C. de edic. diui Adr. tollen. & consil. 141. col. 2. in fi libro 1. Dec. consilio 400. col. 3. ver. vlterius. & consil. 588. nume. duodecimo, post med. Pedemont. decis. 34. num. 19. in fi. cum seq. Rolan. consil. 98. nume. 38. in 3.

Et plus delinquit occupans possessionem per mortẽ

8 vacantem, quàm per negligentiam possidentis: nã † hæreditas iacens cęptam vtucapionem complet, & fructus acquirit. Bal. in d. l. fina. num. primo, C. de edic. diui Adr. tollen. quem alij sequuntur. Pedem. decis. 34. nume. 21.

9 ideo cùm agatur de quasi recuperanda possessione, † nõ sufficit docere de non iure agentis, nisi etiam probetur ius conuenti, vt in fortioribus terminis vbi ius restitit actori, tenent doct. præsertim glos. Io. And. Io. Monac. & Gem. in d. c. ad decimas. de restitu. spolia. in 6. Zas. in d. §. nihil commune, nume. 47. Rip. num. 77. de communi.

Martin.

Martin. Nauar. in c. accepta. oppos. 10. nu. 21. de rest. spol. Et possessio Vincentij si est vitiosa, & improba, nullos, producit vim & effectus. l. improba possessio. C. de acquiren. possess. cum alijs per Dec. d. consil. 424. nu. 14. Cassal. de

10 ci. 6. de præb. Et † non habetur pro possessore ad excludendum actorem per non ius suũ. Bal. Sal. & alij in l. vis eius. C. de prob. Sarnen. in reg. de annal. q. 13. Rui. consil. 28. nu. 9. in 4. Deficit etiam Vincentius in alio requisito, quia eius possessio fuit vitiosa: nam nõ habuit possessionẽ de manu hæredis, prout de iure habere debebat. l. r.

11 quorum leg. etiam † in casib. in quib. restitutio fit ipso iure, vt late post alios cumulat Tiraq. in tracta. le mort saisit. par. 2. declarat. 10. nu. 1. 2. & 3. Nat. consi. 395. nu. 9.

12 & seq. Neq; potest † proprietarius sibi ius dicere ꝓpria auctoritate, & hæreditatem iacẽtẽ, vt dictũ est, quasi possidentẽ spoliare. c. consultationib. & ibi no. oẽs. de iure patro. Cald. consi. 23. de præb. Io. de Silu. in tract. de bñfi. par. 2. q. 7. nu. 10. & in terminis bene Dec. d. consil. 400. nu. 5. in fi. & 467. nu. 12. Etiam si proprietarius esset filius. Guid. Pap. q. 366. & possessio esset infecta. ca. ordinarij. de of. ord. in 6. c. licet episcopus, & ibi Gem. & Franc.

13 in 3. & 4. no. de præb. eodem lib. Et quòd † occupatio rerum subiectarum fideicommisso hæreditate iacente vti vitiosè debeat auocari ab istis inuasoribus & dari hæredi, tenent gl. Bar. Pau. Alexã. & alij communiter in l. non est dubium. C. de legib. & in l. Paulus respondit. ad Treb. Ang. in l. extat. col. 2. quòd met. cau. Odofr. in l. 1. C. quorum lega. Alberic. in l. 1. ff. eo. ti. Ias. in l. talis scriptura. in fi. de leg. 1. Rom. consil. 312. in princ. & ibi bona additio Soc. consi. 33. col. pe. in 5. dub. lib. 1. Dec. cõsi. 243. nu. 14. in fi. Paris. consi. 54. nu. 3. lib. 3. Rimin. sen. consi. 262. nume. 22. Cels. Hug. consi. 24. num. 5. Zuccard. in l. fi. C. de edic. diui Adr. tol. nu. 374. Rip. in d. l. 1. nu. 5. quor. legat.

Non ob. dum dicitur, quòd in testamento Gabrielis sit data facultas capiendi possessionem propria auctoritate. Quoniam hoc expresse nullibi colligitur: nullũ. n. verbum de his in allegato testamento Gabriellis, neque ẽt tacite, nam non fecit istos dños & directos hæredes, sed per fideicõmissum verba sonãt, & ius interꝑratur, qa semel hæres non desinit esse hæres. l. vxorẽ. §. hæres. de lega. 3. declarant Bar. & alij in l. filius familias. nu. 6. de le. 3. Ias. consi. 146. nu. 2. lib. 4. Aym. consi. 1. num. 6. Neq; testator assignauit ipsis in vita possessionẽ istius casalis, neq; aliquid fecit ex quo colligi possit aliqua licẽtia ingrediẽdi propria auctoritate, vt cõsiderãt post alios Dec. d. cõsi. 424. nu. 15. & seq. Ias. in l. non est dubium. nu. 4. C. de legib. Alex. consil. 43. nu. 4. Bero. consil. 16. nume. 37. in 2.

Non ob. ꝙ nihil sit remansurũ penes istas filias, qm

14 hoc nõ probatur ex deductis. Nã † licèt fœminæ sint pœnitus, & omnino exclusæ, & nõ possint detrahere Trebellianicã, pñt tñ lectura d. testamenti detrahere cõpetẽtes dotes: possent ẽt de iure adducere plures exceptiones, ex ꝙb. appareat, qđ fideicõmissum non hꝫ. l. 3. §. fi. de adim. leg. cũ alijs ꝙ Rip. in d. l. 1. in prin. nu. 25. quor. lega. Dec. consi. 424. 467. & 588. & iam lis pendet in Rota sup his

15 per 12. annos & amplius. Et † in dubio, vt hæreditas iacens manuteneatur, aut possessio restituatur hæredi, prę sumitur, ꝙ possit alia defensio competere. Abb. in ca. curã. col. fi. de cohabit. cler. & mulier. & in c. cum sit Romana, vbi etiam Perusin. & Dec. nu. 32. de appella. Ias. consil. 169. col. 2. ver. non obstat. lib. 2. Debet etiam fideicõmissarius capere de manu hæredis, vt dictum fuit.

Nec etiam ob. quod D. Vincentius adierit iudicem, & adeptus fuerit possessionem auctoritate prætoris, qm iudex iniuste, & nulliter processit saltem ex eo, quia cũ non esset data facultas capiendi possessionẽ propria au-

16 ctoritate, non debuit dare † aliquod mandatum de immittendo in possessionem hæreditate iacente. Bal. consil. 234. in fi. lib. 3. Ias. consil. 146. nu. 1. in fi. lib. 4. Tiraq. in d.

17 par. secunda, declarat. 10. nu. 4. Nam licèt de vno † fideicommissario ad alium non fiat restitutio, verum est data mora. Bar. in l. pe. §. cum autem. nu. 4. & Saly. num. 8. C. ad Treb. Et fuit ita decisum in Rom. de comitib. 1575. coram D. Aldobrandino, quę hic nulla fuit. Debuisset ẽt

18 constituere † curatorem hæreditati iacenti. Bar. in l. si bona. in fi. C. de bon. auct. iud. possid. cum alijs per Dec. d. consil. 400. col. 3. Pedem. decis. 34. nu. 21. Ideo possessio d. casalis est omnino consignanda hæredi ex supradictis, prout Domini resoluerunt.

SERAPHINI.

Vrbeuetan. bonorum. Lunæ, 4. Iunij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Culpa non præsumitur, nisi probetur.*

2 *Culpa non potest imputari illi, qui actum non facit, ad quẽ non tenetur.*

3 *Culpa non potest alicui imputari, si non facit illud, quod factum nihil profuisset.*

4 *Culpa non intrat, vbi non probatur quem fuisse obligatum ad offerendum.*

5 *Dolus in faciendo absorbet culpam in omittendo.*

6 *Testis deponens de facto proprio facit plusquàm semiplenam probationem.*

DECISIO DXXI.

REsolutum, quòd Illustr. D. Antonius non fuerit in culpa, quominus ipse possessionem bonorum vẽditorum haberet, quia prædicta bona per Falconem venditorem tempore venditionis, non possidebãtur, sed per Perinellum, cui per limitationem prius fuerant adiudicata. Vnde non fuit liberum ipsi D. Antonio possessionem prædictorum bonorum vigore d. venditionis capere. & ad probandum, quod in Illustr. D. Antonio non cadat culpa in casu prædicto, Domini subijciebant tres veras iuris conclusiones.

1 Primò, quod † opponens alteri culpam, cùm regulariter culpa non præsumatur, tenetur concludenter eam probare. Afflic. decis. 13. nu. 18. Grat. consi. 100. num. 14. lib. 2. Bar. consi. 193.

2 Secundò, ꝙ † culpa non põt imputari illi, qui actũ nõ facit, ad quem non tenetur. Are. consi. 111. ad fi. in 1. vers. cum igitur. Aym. consi. 4. nu. 24. & consi. 63. nu. 9. & consi. 172. nu. 5. Rui. consi. 93. nu. 7. lib. 5.

3 Tertiò, quòd † quis in culpa non dicitur, si non facit illud, quod factum nil profuisset. l. 2. §. si mater. ver. quod si pœnitus egemus. & §. penes. ver. ego etiam. ff. ad Tertul. l. fi. §. 1. vers. sed quid noceat. ff. quis ord. in bon. pos. seru. Castren. consil. 322. num. 5. Aym. consil. 83. nume. 5. vbi, quòd id procedit etiam si dubium fuisset, an fuisset profuturum.

Quibus conclusionib. stantib. dicebãt nõ esse dubiũ, ꝙ nõ põt Illust. D. Anto. adscribi culpa. Nã ea deducitur ex duob. capitib. Primò, qa si D. Ant. obtulisset vel soluisset pretiũ Perinello, potuisset habere dicta bona sibi vẽdita. Sed ad hoc rñdebatur nullo iure cautum esse, ꝙ ab vno teneatur offerri ptiũ alteri: immo nec ipsi venditori tenetur offerre, nisi quando agit ad rem emptam contra ipsum. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. & propterea cùm D. Ant. Perinello pretium offerre teneretur, nec de iure, nec ex vi prædicti instri vẽditionis in culpa

dici non potest pro prædicta. Eò maximè, quia D. Anto. ignorabat huiusmodi bona illi fuisse adiudicata, vt fuit
4 resolutũ sub die 25. Maij, 1575. coram me. Sic † ergo cũ non probetur eum fuisse obligatum ad offerendum, nõ intrat culpa. Rui. d. consi. 93. nu. 7. in 5.

Secundò opp. quod postea Perinellus vendidit ista bona Marco Guidono, pro qua fideiussit idem D. Anton. & sic inferri videtur, quòd dicatur consensisse d. venditioni. Item quòd si voluisset, tunc ita essent sibi tradita prædicta bona, sicut fuerunt vendita D. Marco. Sed respondebatur primò, quod non tenebatur, vt dixi, Do. Anton. nec de iure, nec ex instrumento tunc emere per supradicta. Secundò, quod hoc fuit per 15. menses post, adeo quod Do. Antonius non tenebatur tam longo tempore pecunias suas penes se otiosas retinere expectãdo, quod Perinellus vellet vendere.

Tertiò dicebat, quòd hoc nihil profuisset Falcono', quia licèt emisset rem à Perinello, non propterea teneretur ad pretium Falcono. Non igitur potest imputari culpa D. Antonio, si non fecit illud, quod si fecisset, nihilominus Falcono non profuisset. Fuisset enim noua vẽditio, & non recuperasset virtute venditionis factæ: & propterea non potest applicari casui nostro dictum Rimin. consi. 92. nu. 17. lib. 1. allegatũ in vltima resolutione.

Quartò dicebat, ꝙ cum Falconus fuerit in dolo vendendo id quod suum non erat, & constituendo se possidere nomine D. Antonij, cum tamen non possideret, sequitur, quòd nunc ipse non possit dicere, D. Antonium
5 fuisse in culpa, quia † dolus in faciendo absorbet culpã in omittendo. gl. in l. si mora. ff. solu. matrimo.

Rursus respõdetur, quod ex depositione Comitis de Marciano constat ipsum fuisse requisitum à Do. Ant. vt ei daret dicta bona, & reciperet pretium, cui respondit id non posse facere, cum fuisset satisfactus, & bona Pirinello vendita. Qui testis cum deponat de facto proprio, facit pluſquam semiplenam probationem, vt per Achil. decis. 3. de testibus. bene faciunt cumulata per Soc. iun. consil. 31. numero 33. in secundo. Paris. consil. 104. numero 80. in prin.

SERAPHINI.

Meliten. præcedentiæ. Lunæ, 11. Maij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quando deficit, tunc demum ad iuris communis dispositionem recurrendum est.*
2 *Lex omnis positiua per consuetudinem tollitur.*
3 *Possessio releuat possidentem ab onere probandi, nisi actor probauerit intentionem suam. cum nu. 9.*
4 *Ius commune pro se deducens habet intentionem fundatã, nisi exceptione aliqua vti velit, quam debet probare.*
5 *Fundans se in dispositione qualificata tenetur illam qualitatem verificare.*
6 *Incertitudo eadẽ, quæ impedit ne actor obtineat in actione, impedit ne reus obtineat in exceptione.*
7 *Ius commune disponens idem quod statutum, seruãdum est.*
8 *Consuetudinem contrariam iuri communi alleganti, onus probandi incumbit.*

DECISIO DXXII.

FVit particulariter dubitatum, an Admiratus, & lingua Italiæ possint fundare intentionem suam in iure communi, & stabilimentis, stante statuto 29. de Baiuliuis in quo disponitur, quòd Baiuliui, Priores, & Castellanus tam in conuentu, quàm extra sedeant, & stent tã in sessione, deãbulatione, & locutione, in cõsilio & alijs locis, quẽadmodũ ꝓteritis tẽporib. facere, & stare cõsueuerũt. Ex quo statuto venerabilis lingua Aragonię ꝓtendebat probari (cũ insista materia ꝓcedentię debeat attendi cõsuetudo) Admiratũ & lingua Italiæ teneri ad probatiõnẽ consuetudinis. vbi. n. adest particularis statu-
1 ti dispositio, ea in primis seruãda est. nã † ad iuris cõis dispositionẽ tunc demũ recurrendũ est, qñ statutũ deficit. Bal. & Castr. in summario, in l. oẽs populi. de iust. & iur.
2 Ias. ibid. in 1. lect. nu. 10. Nam † oĩs lex positiua per consuetudinẽ tollitur. idem Bal. in c. Imperialẽ. §. ꝓterea, nume. 3. de prohib. alie. feu. & cons. 252. lib. 2. Abb. consi. 7. col. 4. li. 2. Aym. cons. 238. nu. 7. & 8. Et hoc maxime ꝓcedere dicebant stante possessione alternatæ ꝓcedentię, in
3 qua ꝓdicta venerabilis lingua Italiæ, existit, qꝫ † releuat ab onere probandi. l. circa. de prob. l. fi. C. de rei vend. gl. in l. siue possidetis. C. de prob. & in l. fi solemnibus. C. de fide instru. & Bal. in consi. 351. nu. 2. lib. 1.

Contrarium tũ fuit decisum, nẽpe Admiratũ & venerabilẽ linguã Italiæ posse intentionẽ suã fundare in iure cõi, non obstãte d. statuto. quilibet. n. deducẽs pro se ius cõe, habet intentionẽ fundatã, ita vt obtinere possit, nisi exẽplo aliqua exceptione repellatur: sed si quis exceptio
4 ne † vti velit, debet eam plene probare postq̃ actoris intentio plene est probata. Bar. in l. admonẽdi. num. 50. & ibi Rip. 211. de iureiur. idẽ Bar. in l. non solũ. §. si debent ꝓbari. de nou. ope. Abb. in c. dudũ. col. fi. ver. tertio facit. de electi. Est itaq; necesse, vt venerabilis lingua Aragoniæ excipiens de statuto 29. plene suã exceptionẽ iustificet, nẽpe, quod de cõsuetudine aliter sit obseruãdũ: sed hoc nõ probatur ex sola statuti allegatione, qđ nõ refert aliquam consuetudinẽ, sed ꝓsupponit tm̃. Paris. cõsi. 25. nu. 18. & cons. 27. nu. 35. & cons. 47. nu. 67. li. 1. & cons. 66. nu. 2. lib. 4. Put. decis. 301. lib. 1. est. n. qualificatũ hoc
5 statutum, & ideo succedit regula, quod † fundans se in dispositione qualificata tenetur qualitatem illam verificare, ad no. in l. diuus. de re iud. Fely. in c. ex parte. nu. 27.
6 de rescri. Et eadem † incertitudo quæ impedit ne actor obtineat in actione, impedit ne reus obtineat in exceptione, vt declarat Barto. in l. tertia, §. si duobus. de adimen. lega.

Non obstat, quod statutum mandet, quod stetur consuetudini, & ideo videatur tollere iuris cõmunis dispo-
7 sitionem. Quia † immo ius commune in hac materia idem disponit. Bal. in ca. cum olim. nu. 1. & 2. de consuet. Dec. in l. cum quidam, nu. 39. si cer. pet. & ibi Cagnol. nume. 54. Ruin. consil. 19. nume. 6. lib. 1. Rimin. consil. 95. numero 22. lib. 1. cum alijs allegatis. Ex quo sequitur, quòd cum vtraque dispositio tam iuris cõmunis, quàm statuti simul concordet, non eliditur intẽtio actoris per statuti allegationem passiuam à iure communi, nisi in
8 diuiduo deducatur consuetudo iuri communi contraria, quo † casu onus probandi incumbit alleganti. gl. in l. 1. in verb. probatis. C. quæ sit long. consuet. & ibi Bal. nu. 1. Dec. consil. 402. nu. 11.

Neque obstat possessio alternatæ præcedentię, quia verum quidem est eam releuare possidentem ab onere
9 probãdi, sed hoc intelligitur, nisi † exẽplo actor ꝓbauerit intentionem suam, ad no. per Ægid. decis. 76. Et ideo licet alias dictũ fuerit adesse aliquod vestigium alternatę præcedentiæ ante annum 1532. tamen illud non est cõcludẽs, nec sufficiẽs ad probationẽ huius cõsuetudinis: immo maius & certius argm̃ in cõtrarium sumi põt ex stabilimento primo, & 42. de Baiuliuis stante obseruãtia ordinis in illis cõtenti respectu cæterorũ Baiuliuorum. Nec releuat sententia anni 1532. Quia iam est resolutum

tum illam non esse iustificatam, & ex his concluſum pro venerabili lingua Italiæ.

SERAPHINI.

Veliterna bonorum. Veneris. 14. Nouembris. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Diffamatio facit tantum ad inquirendum.*
2 *Declaratoria requiritur ad inducendum notorium propter diffamationem.*
3 *Fama sola non facit notorium.*

DECISIO DXXIII.

CVm variæ existant Bullæ summorum Põtificum contra homicidas, confirmatæ à fe. re. Pio Quinto, & in specie in bulla Pij secundi caueatur, ꝙ homicidæ, quorum delictum sit notorium, vel de homicidio infamati seu condemnati, sint ab omnib. actib. legitimis perpetuo susp̃si. Fuit dubitatum, an homicidium per quendam Leandrum commissum fuerit taliter notorium, vel ipse de eo taliter fuerit infamatus, vt intret dispositio prædictæ bullæ. Et quantum ad infamationem dixerunt eam non probari: non enim intelligen-
1 dæ sunt Bullæ de simplici † diffamatione quæ regulariter facit indicium tantum ad inquirendum. Esset enim absurdum valde, quod pro tali diffamatione irrogaretur tam rigorosa pœna: sed intelligendæ sunt de diffamatione, quæ æquipolleat condemnationi propter alternatiuam illam positam in bulla, informati, vel condemnati, cum vna pars alternatiuę declaret alia m. l. prima, de rebus dub. Roman. consil. 131. numero secundo. Maximè quod Bullæ sunt intelligendæ de condemnatis pro delicto, & non propter contumaciam, quod fuit coram me resolutum in vna Ciuitatis Castelli donationis. Ideo diffamatio debet esse talis, quæ inducat noto-
2 rium, & ideo † requiritur declaratoria. Anchar. consilio 141. Mars. post Petr. & Cyn. consil. decimo, numero primo, plures congerit Gram. no. 3. nu. 37.

Nec potest dici sententiam contra Leandrum latam habere vim huius declaratoriæ, cum sit sententia lata in contumaciam ob non paritionem monitorij. Et ita non parit eum effectum, quem parit sententia lata ob delictum. Et ideo non ęquipollet ei, neque inducit diffamationem sufficientem.

Nec est verum, quod Docto. requirentes declaratoriam loquantur in infamia iuris tantum. Quia ex eorum lectura de contrario apparet, & bene facit Ferret. consilio 31. nu. 36. in 1.

Addebat vnus ex Dominis, diffamatos videri eos accipi pro famosis grassatoribus, qui quamplura commiserunt homicidia. Boss. in pract. crim. ti. de inquis. nu. 32.
3 Vltimo non obstant testes de fama, sola † enim fama nõ facit notoriũ. Rot. de exce. decis. 5. nu. 2. in nou. Qua re cõclusum, bullas nõ habere locũ in casu, de quo agit.

SERAPHINI.

Toletan. beneficij. Lunæ, 12. Octobris. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Dismembratio beneficij debet fieri cum solemnitatibus à iure requisitis, & causa cognita, cum assistentia, & de consensu rectoris.*

DECISIO DXXIIII.

DOmini præsupponendo in pũtia sine veri p̃iudicio, cãm decisionis siue dismẽbrationis iustam, dixerunt iniam latam in partib. non esse confir
1 mandam, quia † in huiusmodi dismẽbratione interuenerunt solemnia, cùm facultates administratoris sint sufficiẽtes. c. dilecto. & c. vacante. cum ibi no. de præb. & facta fuit dismembratio causa cognita cum assistentia, & de consensu Rectoris. Franc. de rebus eccle. non alie. c. 1. nume. 24. Gem. consi. 48. nu. 2.

Nec ob. id quod de subreptione opponitur respectu valoris, quia in dismẽbratione dr̃ fructus sufficere ꝓ am bobus, & hoc est, quod mouit iudicẽ. ex quib. solemnitatib. adhibitis resultat præsumptio vtilitatis in dubio. Gemi. d. consi. 48. nu. 6. ver. vnde præsumitur. Et ideo videndum in concursu præsuppositis testibus vtriusq; partis, an probetur pro parte Francisci nõ adfuisse iustam causam diuisionis, siue dismembrationis, de qua agitur.

SERAPHINI.

Portuen. bonorum. Veneris, 20. Martij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Gratia etiam motu proprio facta nulla dicitur ex defectu intentionis Papæ, vt neque etiam clausulæ in ea appositæ eam viuificent.*
Immo etiam ipso iure nulla dicitur.
2 *Actus sine voluntate, & potestate constitui non potest.*
3 *Subreptio duplex esse dicitur.*
4 *Motus proprius non firmat priuilegium contra ius alterius.*
5 *Falsitas causæ annullat gratiam quantumuis motu proprio concessam.*
6 *Literæ secundæ censentur habere clausulam, si prius ius suum non consequatur.*
7 *Incompatibilitas gratiarum clarè demonstrat defectum intentionis.*
8 *Præiudicium tertij indistinctè annullat gratiam.*
9 *Intentionis defectus non consideratur in gratia generali, sed comprehensio, vel non.*
10 *Gratia à principio nulla potest confirmari per consensum superuenientem.*

DECISIO DXXV.

DVbitaui præsuppositio pacto, & gra, & ꝙ sine veri præiudicio d. gratia in quibusdã euentib. discordet, in quibusdã concordet cũ pacto, an d. gra sit ita nulla ex defectu intentionis Papæ, vt neque ẽt clausulæ in ea appositæ illã viuificent. & cã pluries ꝓposita tandẽ sub die 20. Februarij Rota resoluit, gram fuisse nullã à principio ex defectu intentionis reseruata gnalitate, & demũ 20. Martij fuit eadẽ decisio p Dños cõfirmata. Præcipua fundamẽta decisionis fuerũt. Primò auctoritas Doct. in c. cãm q̃. el 2. de testib. vbi glo. Host. Io. And. Ægid. Abb. Fely. Aret. & alij p informantes allegati.
1 Qui oẽs vno ore dicunt, gram † ẽt motu proprio factã, esse nullam, quando adest defectus intẽtionis. & licet nõ dicant esse ipso iure nullam, tamẽ sunt etiam aliqui qui dicunt hoc, veluti Paris. consil. 74. nume. 32. lib. 4. & hoc idẽ videtur firmare Cassad. decis. 3. de pẽn. nu. 3. in fi. vbi tradit, gram factam de pensione, non facta mentione de alia prius imposita, esse nullã, ẽt si motu ꝓprio facta sit.

& demum.nume. 5. tradit eam esse nullam ipso iure, & licet fundet se etiam in subreptione, id euenit, quia in casu suo gratia erat ad partis postulationem, sed non tollit æquiparationem, quam facit subreptionis, & defectus intentionis, & ita sunt intelligendi Doct. quia partim æquiparant subreptionem & defectum intẽtionis.

Secundò pro hac sententia facit euidens ratio, quia cùm in constituenda gratia requiratur potestas, & volũtas, vtique altera deficiente, gratia est à principio nulla,
2 nam † actus sine voluntate, & potestate constitui nõ potest. Bal. in l. omne verbum. C. commu. de leg. Ale. consi. 52. nu. 30. lib. 4. Imo. in l. qui soluendum. de hær. insti. & in l. filio præterito. in vlt. q. de iniust. rup. testam.

Tertiò, quia non bene videtur constitui differẽtia inter subreptionem, & defectum intentionis, quantũ attinet ad hunc effectum, quia ẽt defectus intẽtionis potest
3 dici subreptio. Ea † . n. est duplex, vna, quæ prouenit ex parte impetrantis, altera, quæ oritur ex re ipsa, primam tollit Motus proprius, secundam non. Ægid. decis. 392. & 475. & d. ca. causam q̃. el 2. nu. 1. de testi. Rebuf. in form. mand. apost. in verbo, motu proprio, nu. 29. speciali in fi. Bonifac. in cle. per literas. nu. 11. & 12. de præb. Fel. in ca. nostra. in 10. corol. de rescrip.

4 Quartò faciunt Doct. passim dicentes, ꝙ † motus ꝓprius non firmat priuilegium cõtra ius alterius. Abb. in c. ad aures. nu. 5. de resc. But. in ca. per venerabilẽ. nu. 15. qui fil. sint legi. Præpos. in c. quia circa. nu. 4. de consang. & affi. Rui. consi. 123. nu. 16. lib. 3. Gem. consi. 104. Curt. sen. consi. 35. nu. 37. Rot. in antiq. decis. 444. cum infinitis alijs quæ deduci possent, ex quibus colligitur, quod si motus proprius non firmat priuilegium, illud ab initio est nullum.

Quintò in indiuiduo, de quo agitur, hoc tãto facilius procedit ex eo, quòd Papa videtur motus ex falsa cã, cũ dixerit, Illustr. D. Iulium esse horum bonorum verũ dominum, quæ verba iuxta subiectam materiam cum agatur de perpetua applicatione, sunt intelligenda de eo dominio, ex quo nascebat valida & ꝑpetua applicatio, sed
5 † falsitas causæ perpetuò annullat gratiam, quantumuis motu proprio concessam. Fely. post Ancha. in c. ad aures. nu. 9. de rescrip. & in d. ca. causam quæ. nu. 3. cum alijs ꝑ informantes allegatis.

Non ob. in contrarium deducta. & Primo doctr. Bar. in c. mandatum. ante nu. 14. & in c. Capitulũ sanctæ Crucis. nu. 24. de resc. Quia vel loquitur contra auctoritatem cęterorum Doct. vel in casu suo militat particularis rõ, prout considerat Cassad. d. deci. 3. nu. 5. de pens. Nẽpe distinguendo inter leue, & magnum præiudiciũ. Vel ẽt ex alio põt cõsiderari rõ particularis, quia re vera ibi nõ adest defectus intentionis, cùm indistincte siue primę literæ sint præsentatę siue non, teneant secũdæ literæ secũ
6 dum opi. Abb. ibi in fi. & in c. Capitulum. nu. 4. & † ipsæ secundæ literæ censentur habere clausulam, si prius ius suum non consequatur, vt post Imo. in d. c. mandatũ, dicit Fel. in d. c. Capitulũ, nu. 5. Et valde probabilis est hæc sententia, vt non adsit defectus intentionis respectu concessionis secundarum literarum, quia Papa in gr̃am plurium rescribere põt, & in hoc nõ deficit intentio, tñ nõ vult inuitum ordinatiũ plurib. mandatis grauare, quod colligitur ex eo, ꝙ cũ sup eodẽ corpore bñficij impetratæ essent literæ, tunc essent omnino subreptitiæ, & nul-
7 læ. Nam † propter incompatibilitatem gr̃arum appareret manifestè de defectu intentionis. Præterea in illamet materia multi tenent, ꝙ gratia ẽt motu proprio cõcessa non teneat, vt per Franc. in c. si post q̃. nu. 6. de præb. in 6.
8 & ibidem Butr. nu. 5. & 6. Et † ita vis non erit in differẽtia, quam constituit Butr. inter subreptionem, & defectum intentionis, sed in præiudicio tertij, quod indistincte annullat gratiam secundum eos.

Non ob. quod quando gr̃a est gn̄alis, ea non corruat ex casu particulari, in quo versatur tertij præiudicium. Quia gratia, de qua agitur, non videtur gn̄alis, sed particularis. comprehensio. n. plurium euentuũ non facit gra-
9 tiam gn̄alem. quod patet, quia † si essemus in gr̃a gn̄ali, non esset agendum de defectu intentionis, sed de comprehensione, vel non comprehensione. Soc. consi. 13, nume. 8. lib. 1. Præiudicium enim hic est certum, & indubitatum respectu secundo genitorum si qui adsint, sed de euentualitate alias erit videndum.

Non ob. quod si gratia esset nulla à principio, nõ posset confirmari per consensum superuenientẽ, cuius con-
10 trarium tradidit Soc. consi. 115. lib. 3. Quia † hoc negari merito põt, cum neq; Soc. loquatur in cõsensu ex post facto superueniente, sed in consensu præstito in ipso actu, & forte etiam ita indistincte non procederet ẽt secundũ istam lecturã, nisi data Papæ scientia. Ægi. deci. 632. Præterea defendit Soc. in suo casu nõ adfuisse defectũ intentionis. sub nu. 3. hic verò non põt negari adesse, cũ Papa ignorauit pactũ. Non ob. distinctio, q̃ fit exẽplo inter defectũ intentionis respectu gr̃æ, & defectũ intẽtionis respectu effectus, & executionis eiusdem. Quia ista dr̃ia est verbalis, cũ nõ possit separari hoc casu effectus ab ipsa gr̃a. Statim. n. ꝙ applicantur bona primogenito infertur præiudicium cæteris filijs inseparabile ab ipsa cõcessione, nec põt hoc prę̃iudiciũ ꝑseruari per clausulã sine ꝓiudicio, nã est incõpatibilis cũ dispositione, adeo quod vel dispositionem vitiat, vel à dispositione vitiatur, ne actus reddatur nugatorius. Et quæ dicuntur de hac clausula gn̄aliter subintellecta in oĩb. concessionib. habent locũ, quando potest stare vna cum principali dispositione.

Et ita fuit pro nullitate absoluta gr̃æ conclusum. Deinde die Ven. 3. Aprilis ꝓxime p̃teriti, fuit cã posita sup euentualitate in præcedenti positione reseruata, & per dn̄os conclusum retenta priori decisione eam non facere, quominus gratia sit nulla, quia huiusmodi euentualitas non tollit defectum intentionis. Ridiculum. n. esset dicere, quòd Papa voluerit gratiam huiusmodi pendere perpetuò à voluntate successorum D. Iulij, ita vt modo valida quorundam respectuum esset, modo inualida, maximè cum simus in materia prophana, in qua Papa sine consensu vocatorum in pacto de potestate ordinaria nihil constituturus fuisset. Et ideo perstiterunt in resolutis.

SERAPHINI.

Portuen. bonorum. Veneris, 26. Februarij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio auth. res quæ. C. com. de lega. quo casu cessare dicatur.*
2 *Vnum qui dicit ex eo quo aliud sequitur, vtrunque dicit, etiam in materia odiosa.*
3 *Dictiones, ita tamen, quid importare dicantur.*
4 *Dictio, penitus, idem significat, quod in totum, & ex toto, ita vt nullam recipiat restrictionem.*
5 *Auus quando pater non habet, tenetur dotare neptem.*
6 *Conformare se quilibet censetur cum dispositione iuris communis.*
7 *Argumentum de alimentis ad dotem nõ procedit, vbi subest diuersa ratio.*
8 *Prohibitio absoluta impediens trãslationem dominij facit cessare dispositionem auth. res quæ. C. com. de lega.*

Fœminæ

9 *Fœminæ non prohibentur dotari etiam iuxta terminos authen. res quæ. C. com. de leg.*

DECISIO DXXVI.

PRoposui iterum causam super resolutis sub die Sabbati 23. Ianuarij proxime præteriti, an dotes Illustrissimarum filiarum sint detrahendæ de legitima Sciarræ, ita vt Illustris. D. Iulius non teneatur, nisi quatenus legitima non sufficiat. Et Domini steterunt in decisis. Præsupposita namque potestate pacisc̃entium, quòd potuerint absolute prohibere non solum per viã contractus, sed etiam per viam vltimę voluntatis, ne bona in pacto comprehensa alienarentur pro dotandis fœ-
1 minis, quo † casu cessat dispositio authẽ. res quæ. C. cõ. de leg. Ias. ibi. numero 25. Loaz. in §. diui. nu. 141. versic. tertia sit conclusio. Ias. ibidem numero 69. Aym. consilio 19. in fi. Tiraq. de primogen. q. 61. numero 9. Restat solũ videre, quid pacisc̃entes voluerint, & disposuerint. Cùm itaque vocauerint masculos onerando eos ad dotãdum fœminas cum ista limitatione, ita tamen quòd à dictis bonis sint pẽnitus exclusæ, satis apparet voluntatem eorum fuisse, vt nihil aliud prorsus consequãtur ex istis bo-
2 nis, quàm dotes: nam † qui vnum dicit ex eo quo aliud sequitur, vtrunque dicit. Bal. in l. data opera. numero 34. C. qui accus. non pos. l. illud. de acquiren. hæred. Et procedit in omni materia quantumuis stricta. Aym. cõs. 174.
3 Ponderandæ ergo sunt duæ illæ † dictiones, ita tamen, quarum natura est limitare, & restringere dispositionẽ cui adijciuntur. l. Lucius. §. qui habebat. & l. ita tamen. ad Treb. Dec. consi. 194. prope fi. Paris. consi. 106. nume. 9. libro primo, Gozadin. consi. 38. num. 6. Soc. iun. consil. 16.
4 num. 46. lib. 2. Ponderanda etiam † dictio, pẽnitus, quæ idem significat, quod in totum, & ex toto. Arch. in ca. 1. in prin. de supplen. negl. præla. in 6. Ias. consi. 173. nu. 1. libro 4. Soc. consi. 21. num. 6. libro 4. Paris. consi. 58. nu. 11. lib. 1. & exponitur pro omni casu, & in totum. Grat. consil. 65. num. 23. & consi. 86. nume. 3. lib. 2. Et habet adeo precisam naturam, vt nullam recipiat modificationem, seu limitationem. Ang. consi. 31. nume. 9. Dec. consi. 401. nu. 3. Ex his sequitur, quod si ex prædictis bonis aliquid habent, id omnino teneãtur in dotem computare, alioquin verum non esset, quod ex prædictis bonis nihil pœnitus haberent præter dotes. Et hoc comprobatur clare ex consilio Castren. 64. nume. 4. lib. 2. per informantes allegato.

Non obstant in contrarium allegata. nam in vniuersum potest responderi ea non procedere, vbi habemus claram, & expressam mentem disponentium prout hoc casu. Sed & particulariter obiectis satisfaciendo.

Non ob. quod ratio Castren. non applicetur eo, quòd id factum sit in executionem obligationis legalis, quia quando id non dispositum esset, subintrabat dispositio legis ex dispositione auth. res quæ. hic autem non adest hæc obligatio, ex quo sumus in contractu. & ideo stante expressa prohibitione, cessat dicta dispositio. Quia respon-
5 detur eandem rationem hoc casu applicari: nam † auus tenetur, quando pater non habet, dotare neptem. l. dotem dedit. de colla. bon. Dec. consil. 66. in fi. Vnde ita disponendo pacisc̃entes cẽsentur se conformare cum ista obligatione legali, & id facere in executionem prædictę
6 obligationis, cùm † quilibet censeatur conformare se cum dispositione iuris communis. Docto. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. & ita deducit Simon. de Pręt. cõsil. 137. nu. 28. cum seq. Cephal. consi. 105. num. 18. & 19. libro primo.

Non ob. argumentum deductum ab alimẽtis ad dotem, quæ sunt æquiparata tam de iure communi, ad gl. in l. ob æs tantum. de præd. mino. cum alijs, quàm ex dispositione pacisc̃entium, ex quo sub vnica determinatione relicta fuerunt. l. iam hoc iure. de vulg. ex quo infe-
7 runt informantes, quòd sicut alimẽta debita iure actionis debentur, etiam quod quis habeat aliũde vñ se alat. Dec. in l. de alimentis. num. 5. C. de tranſact. Alex. consi. 7. nu. 10. lib. 2. ita etiam & dotes. Nam † in primis Ias. in d. auth. res quæ. nu. 7. & nu. 15. reprobat hoc argumẽtũ, & quamuis dicatur argumentum procedere, vbi adest eadem ratio, vt per Euerard. in centur. loco. 29. tamẽ hic videtur subesse maxima ratio diuersitatis, nam in alimẽtis cessat periculum exhauritionis, & exhinanitionis fideicommissi, quia ex fructibus præstari possunt, sed hoc fieri non potest in dotibus. Et si indistinctẽ detraherentur dotes, breui tempore cõsumerentur bona pacto subiecta, & ideo hac ratione videntur moti pacisc̃entes, dum dotes reliquerunt cum limitatione, alimenta vero non.

Præterea, cùm dotes fuerint, vt dictum est, relictæ in executionem obligationis, qua tenebantur pacisc̃entes dotare fœminas descendentes, sequitur hãc dispositionem recipere debere interpretationem. Castr. d. cõ. 64.

Neque ob. quod prohibitio expressa faciat cessare dispositionem auth. res quæ. Et ideo non potuit recipere
8 hoc pactum interpretationem à iure cõi. Quia † hoc ꝓcedit, quando est absoluta prohibitio impediens translationem dominij. & ita procedit gl. in l. nulla. C. de iu. do. Tiraq. de primog. q. 61. nu. 9. Sed hic pacisc̃entes prohibitionem hanc temperatũt, vt nihilominus fœminæ dotentur, & ita voluerunt hanc prohibitionẽ potius sortiri naturã prohibitionis, quæ fit in vltima voluntate, q̃ eius quæ fit in contractu. Ergo & modi cõstituendi iuxta naturam prohibitionis vltimæ voluntatis, & ita ẽt hoc casu militat dispositio auth. res quæ. cũ suis qualitatib. ex pacisc̃entium aperta voluntate, qui nihil voluerunt fœminas consequi posse ex his bonis præter dotes, ergo quod ad eas peruenit ex his bonis, id in dotes est imputandũ, cum ipse acceptando dispositionem pacisc̃entium, censeatur illam acceptare cum sua qualitate. Ro. consi. 353. nu. 11. Bal. in l. contra iuris. §. si filius. de pact. & ibi Ias. nume. 11. Curt. iun. consi. 1. nu. 11.

Neque ob. quod à pacisc̃entib. constituantur dotes fęminis descendentib. non solum suis, sed etiam alterius. Quia totum hoc factum fuit contẽplatione suarũ descẽdentium, quibus vnusquisque eorum prouidere voluit.

Non ob. ꝙ legitima, quæ venit detrahenda, sit effecta proprium pr̃imoniũ Pauli, quia cũ pacto supposita non fuerint vniuersaliter bona omnia, sed tm̃ bona particularia, & ideo tertia pars bonorum in pacto comprehẽsorũ non defectu voluntatis pacisc̃entium, sed defectu potestatis eximatur à nexu restitutionis per viam querelæ inofficiosæ donationis, sequitur hanc etiam partem sub verbis pacti comprehensam fuisse, quod secus esset si in vniuersum omnia bona fuissent in pactum deducta. Tunc enim ex legis interpretatione deficeret etiam voluntas respectu legitimæ detrahendæ.

Nec refert, ꝙ grauentur ad dotãdum illi, ad quos bo-
9 na deuoluuntur. Quia † id virtualiter fit etiã in terminis auth. res quæ. Nã si dotatio fit ex bonis pacto subiectis, videntur etiam dotari ab his, à quibus adimitur illa rata bonorum, ex qua dotes constituuntur.

Absurdũ quod consideratur, quòd melioris esset conditionis neptis, q̃ filia, non applicatur, quia in vtraq; põt euenire casus consumptionis legitimæ, & bonorũ. Et ex his conclusum, portionẽ bonorũ, quæ ratione legitimæ detrahitur, esse in dotes imputandam, vt fuit resolutum.

SERAPHINI.

In eadem Portuen. bonorum. Ven. 15. Aprilis. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Bona intelliguntur deducto ære alieno, si capiantur pro vniuersa substantia.nu.3.*
2 *Dotem petens, vel alia credita non dicitur contrauenire voluntati testatoris.*
4 *Relatio facit, vt res particulariter intelligatur.*
5 *Legitima dicitur esse proprium patrimonium filij.*
6 *Officium est parentum dotare filias suas.*

DECISIO DXXVII.

DVbitaui, an dotes Illustrissimarum filiarum debeantur eis quoad omnia bona in subsidium, & Domini retenta decisione facta sub die 26. Februarij proximè præteriti respectu bonorũ detrahendorum per ipsas ex pacto, censuerũt deberi.in subsidiũ, ita vt ea veniant in dotes imputanda, ex rationibus tũc latè deductis. Quibus addendo pro solutione eorum, quæ exemplo allegantur.

Non obstat ratio illa, quòd prohibitio non est ita intelligenda, vt ex bonis pacto subiectis non veniant prius detrahenda credita, quæ capiuntur ex alia pſona puta pa
1 tris vel auiæ, cùm † bona intelligantur deducto ære alieno.l.subsignatum.§.bona,de verborum significa.vbi Alcia.& Rebuf.l. vt iurisiurandi.§.si liberti.in fi.de oper.libert. Bal.in l.liberti libertæque.num.28.C.eodem, & in l.quoniam nouella.C.de inof.testam.Capr.consil.29.nume.8.Corn.consi. 197. col.pe.& fi.lib.2.& consilio 212. numero 3.lib.1.

2 Quia † prædicta procedunt, quando testator relicta dote, vel quodlibet alio prohibuit ne plus peti possit ex bonis suis, tunc enim, quia bona intelliguntur deducto ære alieno, petens dotem maternam, vel alia credita, nõ dicitur contrauenire voluntati testatoris: id enim quod petit, non est ex ipsius bonis. Sed in casu, de quo agitur, filiæ non sunt exclusæ sub illa formula vniuersali, scilicet à bonis paciscentium, sed à bonis particularib.in pacto enunciatis, nempe castris, oppidis, ciuitatibus, forta
3 litijs, & in Vrbe Palatijs.Et id † quod dicitur, bona intelligi deducto ære alieno, verum est, capiendo bona ꝓ vniuersa substantia, prout declarat Rebuf. in d.§.bona.pag. secunda, ver.notandum est.Et licèt paciscentes respectu exclusionis loquantur de bonis, id fit cum adiuncto, nẽpe de dictis bonis, & ista † relatio facit, vt bona proprijs
4 nominibus expressa censeantur.Ruin. cons. 108.num.3. libro tertio.Et pro hac parte facit distinctio Bart. & Bal. loco supra citato, dum dicunt, quòd si testator dixerit de hæreditate, & non de bonis, quòd filia nihil petat, cùm hæreditas sit quid vniuersale comprehendens tam debita, quàm credita.

Nec ob.si dicatur, ergo ex alijs bonis poterunt detrahere credita, quia hoc verum est, sed ideo non sequitur, quin ex his bonis deducta nõ censeantur hoc onere grauata, vt in subsidium dotium imputentur ex mente verbis claris expressa, quam per indirectum eluderent si credita deducere, & retinere possent: haberent enim ex his bonis aliud quàm dotes. Vnde cùm Doct. velint sufficienter coniecturam voluntatis esse, vt nihil pœnitus etiam ex proprijs creditis petere quis possit, quando ꝓhibitus est petere super bonis suis, vel in bonis suis, vel de hæreditate sua, vt declarant prædicti Docto. & Capr. consi.62.num.12.

Quantò magis hoc idem dicendum est in casu propositio, in quo paciscentes verbis adeo prægnantibus vsi sunt, vt alias fuit per Dominos ponderatum. Idque maxime attenta ratione, quæ fuit prouidere familiæ, & masculis, quæ facile eluderetur, si aliam interpretationem admitteremus.

Et omnes rationes, quæ considerantur respectu legitimę, militant etiam respectu reliquorum bonorum, cum
5 legitima † sit proprium patrimonium filij.Saly. in auth. res quæ. quarta quæstione.Roman.consil.232.vbi apostil.Curt.iun.d. auth. numero 16.Ideo si non deducitur ex dispositione d.auth. neque etiam reliqua credita sunt deducenda, nisi cum hoc onere.

Non ob.quod dos, quæ debetur iure actionis, debetur etiam diuiti, quia hoc procedit, vbi simpliciter est relicta, non autem, vbi est limitatè constituta, vt hic.

Non ob.ratio Ceph.consi.485.numero 60.quod per indirectum hoc esset prohibere detractionem legitimæ filio grauato restituere hæreditatem, quia euidenter est erronea. filius namq; tenetur de suo dotare filiam suã,
6 hoc † enim est parentum officium.l.fina. C.de dot. promis.si ergo pater mandat filio, vt dotet de suo, & in euẽtum, quod non habeat, dotet de patrimonio ipsius patris, magis releuat, quàm grauat filium, cùm relicta legitima possit ad libitum de reliquis bonis disponere.

Vltimo non ob. quod dicitur, Sciarram, si filios masculos non habuisset, potuisse dicere filiabus, vos habetis dotem aduentiriam, ergo non teneor vos dotare, & illæ excipere potuissent, dotes relictas fuisse non ipsius, sed earum contemplatione: & ideo eum non esse ab onere dotandi liberatum, & hac ratione eas consequuturas fuisse duas integras dotes. quia hæc ratio præsupponit id, de quo quæritur, nempe, quòd dotes ex pacto absolute deberentur, quod cùm non subsistat, neque Sciarra id quod dicitur, prætendere, neque ipse prætensioni eo modo respondere potuisset.

Et ex his tolluntur ea, quæ nouissimè per D.Scribentem deducta fuere.

ALDOBRANDINI.

Lucan. decanatus. Veneris, 8. Iunij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Decanatus in collegiata est dignitas electiua.*
2 *Dotans ecclesiam iam ædificatam, & pœnitus indotatam acquirit iuspatronatus.*
Quod etiam procedit, vbi ecclesia amisit pœnitus dotem. numero 3.

DECISIO DXXVIII.

DOmini dixerunt subesse hic plures difficultates. Prima est, an versemur in prima, vel secunda par.reg.Adriani.

Secunda, an simus in iurepatronatus ex dotatione, vel ex eo quia cum dote duorum millium à Dominis Gilijs datorum collegiata de nouo erigatur, vel ex eo quia tale augumentum fuit omnino necessarium.

Tertia, an verba d. reg. applicẽtur huic casui, ex quo ea videtur præsupponere, beneficia, ad quæ fuerant concessa iurapatronatus, quæ Papa reuocare intendit, antea præstitisse, non autem præsupponere videtur ea tunc oriri, & creari simul cum hac seruitute iurispatronatus.

Et quoad primam nihil firmatum fuit, licèt aliquibus
1 ex Dominis videretur, quòd † cum decanatus in collegiata

giata sit dignitas electiua. Abb. in c.cum venerabilis, numero 45.de except. Cassad.decis.22.de præben. in fine. versaremur consequenter in prima, non autem in secunda parte.

Quo verò ad secundam difficultatem, similiter nihil firmari potuit, licèt nonnullis ex Dominis hoc fundamentum videretur pati magnam difficultatem. Nam licèt dotans ecclesiam iam ædificatam de iure communi
2 acquirat iuspatronatus, hoc † tamen intelligitur de ecclesia prorsus indotata, & ita loquitur Rocch.de iurepatron.in verbo, dotauit.q.2.& Abb.cons.28.lib.2. Quod adeo verum est, quòd & si dos esset depauperata, si tamẽ in totum sublata non esset, illam supplens non efficeretur patronus. Rocch.vbi supra, q.3. vbi in specie reprobat opin. Hostien. & Abb. Vnde cum ambæ ecclesiæ ex quibus fuit erecta collegiata, haberent redditus notabilis quantitatis, non poterant dici indotatæ. Et addebant aliqui ex Dominis ex eo etiam demonstrari hoc iuspatronatus esse mere ex priuilegio, quia dos hæc fuit pro maxima parte assignata ex redditibus aliorum beneficiorum, quo casu nec Episcopus potest iuspatronatus ex hac causa concedere, vt post Innocen. Ioan. And. Imol. & alios tradit Rocch.in dicto verfic.& dotauit, quæst.16. circa finem.

Et quamuis illa bis mille, quæ erogarunt isti Domini Gilij, essent data in dotem collegiatæ, cùm tamen non esset congrua dos pro erigenda tali collegiata, ex huiusmodi dote de iure communi non potest quæri iuspatronatus. Rocch.vbi supra, q.8.& 9.

Quod autem hoc augumentum fuerit necessarium, & propterea locum non habeat regula, vt per Put. decis.331.in vna Conchen.lib.j.Achil.decis.13.de reg.cancel.patitur etiam difficultatem, quia non videtur posse considerari necessitas, cùm iam istæ ecclesiæ essent in rerum natura cum suis dotibus, & id quod dicitur, cum dote necessaria, videtur procedere, quando ecclesia deducitur de non esse ad esse. Rocch.vbi supra, q.6.ver.nõ
3 est.vel quãdo † ecclesia quæ nõ reperitur constructa, amisit dotem totaliter, vel ab initio fuit indotata. Rocch.vbi supra, versic.si autem & tertio.

Quo autem ad tertiam difficultatem, ad quam Domini dixerunt, quòd me restringerem, aliquibus ex Dominis videbatur fundamentum magnæ cõsiderationis. Aliqui verò considerabant contra hoc fundamentum, quod hic non deducitur ecclesia de non esse ad esse, licèt de regulari fiat sęcularis & erigatur in collegiatam. negari enim non potest, quin existeret ecclesia, eaque considerabiles reditus haberet, & consequenter non videtur posse dici, quòd ecclesia deducatur ad esse, sed potius mutari videtur status beneficij, & forma seruitij in ecclesia. Et licèt particularia beneficia in dicta ecclesia de nouo creari videantur, non tamẽ deducuntur in esse ex non præexistenti, sed ex iam præexistente ecclesia notabiles fructus habẽte, quos per huiusmodi suppressiones non amittit. Alioquin cum regula velit reuocari omnia iurapatronatus ex priuilegio non auctis fructibus vsque ad medietatem, durum videbatur aliquibus ex Dominis, quòd cum hic nõ adsit constructio nec fundatio, nec vera dotatio, & ipsa collegiata & particularia ipsius beneficia ex maxima parte dotentur ex fructibus earundem ecclesiarum antea præexistẽtium, posset dici, quòd regula non applicetur. Et considerabant, quòd licet tollatur iuspatronatus, remanebit fortasse nihilominus collegiata, & ita tolleretur decis.Crescen.141. Et dum in regula dicitur, quòd beneficia redeant ad primam naturam, intelligi poterit de prima natura libertatis. Cùm beneficia in dubio præsumantur libera, quæ si vera essent, tollerent fundamentum, quod fit super argumento cultus diuini, quia etiam, quod tolleretur iuspatronatus, remanet collegiata, nec minueretur prædictus diuinus cultus. Quæ omnia fuerunt à Dominis dicta, vt maturius cõsiderentur, quãdo particulare dubiũ disputabitur, quod secundum Dominos erit, an in casu, de quo agitur, applicentur verba regulæ Adriani.

ALDOBRANDINI.

Tiburtin. Castri Sambuci. Veneris, 20. Februarij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Decretum ex falsa causa vel per obreptionem obtentum est ipso iure nullum.*
2 *Præsumptio est regulariter pro decreto, nisi probatio in contrarium vrgentior adesset, deducta ex defectiua narratione facti, & ex falsa suggestione.*
3 *Relatio non suffragatur in his, quæ narratis contraria essent.*
4 *Decretum interpositum super contractu simulato non valet.*
5 *Consanguinei si interueniunt in decreto iurantes negotium esse vtile, non requiritur alia causæ cognitio.*

DECISIO DXXIX.

DOmini pro maiori parte tenuerunt constare de tali errore respectu iudicis, qui decretum super transactione interposuit, vt corruat decretum, & consequenter transactio: regula enim satis nota est, ꝙ
1 † decretum ex falsa causa, vel per obreptionem obtentũ, est ipso iure nullum.l.j.§.hæc verba.ff.ne vis fiat ei. Bart. in l.& si præses.C.de præd.minor.& in l.fin.de iust.& iure. Castren.in l.cum hi.§.si prætor, de transact. cum alijs allegatis. Vnde cum dupliciter fuerit peccatum in interpositione huius decreti, in omissione scilicet, & in expressione, sequitur quod nullum existat. Omissio namq; in eo versatur, quia factum re vera, prout se habebat, nequaquam expositum fuit, ex quo narrata fuit tantum subhastatio & deliberatio facta Iacobo ad instantiã Alphõsinæ, sed quòd ea fuerit nulla, silentio fuit inuolutũ: nec minus taliter narrata fuit series facti, quòd iudex dictam nullitatem conijcere potuerit: non enim narratur deliberationem factam fuisse à Spinosa de anno 1524. ad instantiam Marię de la Scarpa Iacobo Zambeccario, qui tunc pretium nõ soluit, sed demum coram Crescentio de anno 1535. fuit ab eo.d.Iacobo præuia commissione ad instantiam Alphonsinæ obtenta, in qua narratur, quòd illa subhastatio fortita non fuerat effectum, depositata cedula in actis scutorum 4000. & consignata Alphonsinæ filiæ Mariæ de la Scarpa, & vxori D. Iacobi pro concurrenti quantitate sui crediti, quæ quietauit D. Iacobum de ducatis 3939. ex quo facto, vt Domini resoluerunt, clare deprehendebatur nullitas subhastationis. Et ista nullitas habet etiam admixtam iniustitiã, ex eo quod fructus illuc vsque percepti computandi veniebant in sortem. Peccatum etiam fuit in expressione, tum quia clarè fuit expressum quod transactio cedebat in euidentem vtilitatem D. Mariæ, quod verum non videtur, cùm fructus 12. annorũ percepti à Maria & Alphonsina iam saltem in maxima parte extinxissent eorũ creditum. Tum etiam, quia fuit dictum, bona hæc fuisse deliberata ad instantiam Alphonsinæ Iacobo, quæ verba validam significabant deliberationem, quod tamen

verum

verum nõ est. Ex quib. infertur, ꝙ licèt regulariter præsu
2 matur pro decreto, secus † tamen est in hoc casu, vbi vr gentior adest probatio in contrarium deducta ex defectiua narratione facti, & ex falsa suggestione. Paris. consilio nono. nume. 15. lib. j. Gabriel. de senten. conclus. 5. num. 35. & 36.

Nec dicatur, quòd iudex potuit intelligere subhastationem fuisse nullam, ex quo dicitur, quod sentẽtia lata ab Aragonia nondum fuerat subscripta. Quia animaduertendum est, quòd ista sententia non erat illa, cuius vigore potuisset fieri subhastatio, quia subhastatio narratur facta ad instantiam Alphonsinæ Iacobo, & sic necessario sententia debebat esse lata, non ad fauorem Iacobi, prout erat illa, quę ab Aragonia asserebatur lata, & nondum subscripta, sed ad fauorem Alphonsinæ, vel Mariæ de la Scarpa eius matris.

Immo ex hac narratiua implicita colligebatur vere cuidẽs vtilitas mulieris, quòd iudicem decipere potuit: nam hoc pacto virtualiter narrantur duæ lites, vna cum Alphonsina, & ista dicitur, quòd iudex iam deliberauit castrum Iacobo, qui iam cępit possessionem. Altera cum Iacobo, & in ista narratur, quòd iam iudex tulerat sententiam ad eius fauorem, licèt nondũ ab eo subscripta fuisset. Ex tali enim causarum statu iudex accersitus ad decretum imponẽdum facile conijcere potuit, quòd ista mulier pessimam nedum malam foueat causam, cuius contrarium contigisset si factum prout se habebat, clare, & explicite narratum fuisset. Si enim iudex sciuisset subhastationem nullam, & quod fructus illuc vsque percepti veniebant computandi in sortem, & consequenter quod creditum Alphonsinæ pro magna parte, si non in totum, erat extinctum, quoque sententia lata ad fauorem Iacobi proueniebat solum ex eo, quia ipse negauerat se possidere iure proprio, sed asseuerat possidere tantum iure familiaritatis Mariæ eius socrus & Alphonsinæ suæ vxoris, alium statum causę coniecisset, quo motus faciliter decretum non interposuisset.

Non ob. relatio ad acta, quia fuit solũ quoad res deductas in controuersiam: respectu vero causæ tranſigẽdi non fit huiusmodi relatio, sed factum narratur, & aliter
3 quàm se haberet, quæ † relatio etiam non suffragatur in his, quæ narratis contraria essent, vt alias in vna Cauen. pẽsionis fuit resolutum cum R.D. meo Lancellotto vbi aderat clausula, quorum tenores, &c.

Minus ob. mulierem potuisse donare, ex trad. ab Ange. & Iacobi. de sancto Georg. in l. cum hi. §. si prætor. ff. de transac. Quia tollitur huiusmodi obiectum ex doctr. Bal. in rub. C. qui admit. col. 11. relato à Tiraq. de legib. connub. gl. 8. nu. 180. & 181. asserentis, ꝙ si partes simulabant vendere, & tamen contrahebant donationem, &
4 iudex decretum interponat, † donatio nõ valet, quia id notũ non erat iudici. & propterea inquit, aperte, & taliter naturam negotij exprimendam esse, & nominatim debere dicere se velle donare, qđ hic minime factũ fuit.

Sicut etiam nihil facit clausula, omni meliori mõ, cùm ex supradictis apparet de nullitate narrationis admixta etiam falsi expressione. Prout non ob. quod statutum vrbis non habeat locum in transactione, vt per Bero. allegatum. Quia iste contractus est principaliter cessionis, quo casu statutum locum habet, vt fuit resolutum in illa Roman. vineæ coram R.P. Do. meo Blanchetto, licèt enim statutum in quatuor casibus loquatur, habet tamen locum etiam in alijs. Put. decis. 7. & 55. lib. 3. put
5 etiam non ob. quod † vbi interueniunt consanguinei iurantes negotium esse vtile, non requiritur alia causæ cognitio, Saly. in l. actus. C. de fer. Quia Mod. Saly. referentes non eum intellexerunt. Sal. enim ponit casum, quòd statuto ita caueretur, quòd alia scilicet inquisitio nõ esset necessaria, & licet in vrbe saluẽtur huiusmodi decreta propter informationem consanguineorum, vel curatoris, Gabriel. de sent. d. conclu. 5. num. 34. tamen cessat in hoc casu, in quo ex illa narratione apparet, curatorẽ male informatum de statu causæ bene iudicem informare nequiuisse. Vltra quod stat. lib. 4. c. 23. requirit solẽne decretum. Et licet illud verbum non reperiatur lib. 5. c. 19. cum tamen hoc secundum veniat addendo primo, eius dispositionem minime tollit.

Quę omnia secundum aliquos ex Dominis eo magis admittenda sunt ad effectum excusandi sententiam à notoria iniustitia, ex allegatis.

ALDOBRANDINI.

Astoricen. Archidiaconatus. Lunæ, 5. Maij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Expressio quòd quis obtineat beneficium, quando requiratur.*
Cessat tamen, quando alicui prouidetur motu proprio.
Idem etiam in præsentatione, & institutione.
2 *Collatio & institutio differunt.*

DECISIO DXXX.

DOmini concluserunt, præsentationem, & institutionem Ferdinandi non facta mentione, ꝙ obtineret beneficium de Noua, non fuisse subreptiam, quia † expressio, ꝙ quis obtineat beneficiũ, requi-
1 ritur, qñ bñficium impetrat, vel à sede Apostolica, vel à quocunq; alio habente indultũ conferendi supinductũ ratione odij impetrationis. c. quamuis. c. si motu ꝓprio. de præben. in 6. capitu. fina. de offi. leg. in 6. in clem. fina. de offi. ord. Et propterea cessat hoc, quando alicui prouidetur motu proprio, quia tunc ille nil peccat. glo. in cap. fina. de offi. lega. in sexto, & ibi Docto. & eadem ratione cessat etiam in præsentatione, & institutione, quia præsentatus nihil delinquit, ex quo ipse nil petit, sed alius cũ præsentat. gl. in d. clem. fina. in verbo, collationem. & ibi Card. q. 15. ac Imo. sub nu. 14. cum alijs allegatis.

2 Nec ob. quòd nulla sit differentia inter † collationẽ, & institutionem. Quia id est cõtra expressa verba tex. in c. cum in illis. §. cum autem. de præben. in sexto, vbi dicitur, quòd inter hæc magna est differentia. Et signanter in hoc magna versatur ratio diuersitatis, quia præsentatus, qui ab alio præsentatur, vt supra dictum est, nihil delinquit, ex quo ipse non supplicat, sed patronus, qui cum præsentat, supplicat instituenti, vt illum instituat.

Nec facit, quòd hoc iuspatronatus non sit ex vera dotatione & fundatione, quia satis est, quòd est ius patronatus: illa enim differentia posset procedere ad effectum derogationis, non autem ad istum, in quo ita præsentat patronus ex priuilegio, sicut ex fundatione.

ALDOBRANDINI.

Marsican. beneficiorum. Ven. 16. Nouembris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua iurispatronatus probanda est.*
2 *Qualitas narrata tendens in præiudicium alicuius etiam quòd facilius non inducat ad concedendum, verificanda est.*

Facultas

3 *Facultas concedendi regressum consumpta intelligitur in prima expeditione literarum.*

DECISIO DXXXI.

DOmini dixerunt, Ioan. Michaelem debere verificare iuspatronatus narratum, ad not. in c. j. de
1 lit. contest. lib. 6. & † in terminis narratiuæ iurispatronatus, Cassad. decis. 4. de probat. & decis. 7. de iurepat. Put. decis. 120. lib. 2.

Non obst. quòd cùm versemur in resignatione in fauorem, non videatur quod hęc narratiua facilius moue re potuerit Pontificem ad concedendum, ex quo alteri ea vice propter clausulam, nec aliàs aliter, conferre non poterat. Tum & primò, quia cùm hæc sit concessio regressus, hæc expressio potuit inducere Papã ad facilius concedendum, ex quo ea vera existente concedebat regressum de consensu patroni ad beneficium quod ad suam collationem liberam pertinere non poterat. Si. n. sciuisset, quòd beneficium erat liberum, fortasse difficilius concessisset regressum, ex quo data vacatione scie bat se posse illud libere conferre, quod in beneficio iurispatronatus laicorum non contigebat. Tum & secundò, quia in omnem euentum nõ concessisset Papa cum illa qualitate consensus patroni, quia per illam paratur præiudicium libertati beneficij. Et propterea semper
2 † qualitas narrata tendens in præiudicium alicuius etiã quod facilius non inducat ad concedendum, verificanda est, exempli gratia, si narratur quis familiaris, puta scriptoris, si literæ sint taxatæ, non est verificanda, quia nemini præiudicat. Cassad. decis. 10. de præben. secus esset si non essent taxatæ.

Non obst. supplicatio, quia pro responsione placebat Dominis decis. Put. 325. lib. 2. & etiam quia cùm iam literæ sint expeditæ cum ista narratiua non euentuali, sed
3 assertiua, videtur cõsumpta † hæc facultas in prima expeditione, ex reg. l. boues. §. hoc sermone, de verb. signif. glos. super reg. cancel. 8. & tradunt alij practici, & in hoc casu non loquitur attestatio R.P.D. Abbreuiatoris. Secunda pars dubij per Dominos fuit omissa, &c.

ALDOBRANDINI.

Marsican. beneficiorum. Lunæ, 3. Aprilis. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Subreptio & defectus intentionis differunt.*
2 *Expressio limitata, & taxata operatur defectum intentionis in non expressis.*
3 *Concessio facta ad præsentationem vel de consensu patroni idem important.*
4 *Falsa expressio valoris admittit excusationem in impetratione.*
Immo etiam gratiam non vitiat.
5 *Iurispatronatus expressionẽ non potest dici taxatiuè fuisse factam, dũ constat de certo corpore beneficij impetrati.*
6 *Verba in dubio demonstratiuè, non autem taxatiuè apposita intelliguntur.*
7 *Clausulæ derogatoriæ non ampliant dispositionem, sed illam declarant.*
8 *Papa in reseruatione regressus ex causa resignationis solum ad intentionem resignantis respicit.*

DECISIO DXXXII.

VAriatum fuit inter Dominos. Quo enim ad primã partem propositæ dubitationis, in qua quæritur, num hæc materia excusationem admittat, aliqui ex Dominis opinabantur, narratiuam, de qua agitur, talem esse, vt omnino sit per Ioan. Michaelem verificãda, vt iam fuit resolutum, nec posse recipere aliquam excusatio-
1 nem. distinguebant enim ita tenentes †inter subreptionem & defectum intentionis, nam quædam subreptionem inducunt, quędam defectum intentionis, vt liquet ex tradit. à Doct. in c. si motu proprio, de præben. in 6. & visum fuit in illa Portuen. bonorum. Inducentia igitur simpliciter subreptionem possunt admittere istam excusationem, sed operantia defectum intẽtionis illam minimè admittere possunt, vt est quando expressio qua-
2 litatum stat taxatiuè, quia † huiusmodi taxata & limitata expressio operatur defectum intentionis in non expressis. c. susceptum, de rescript. in 6. c. cui de non facerdotali, de præben. in 6. Felyn. in c. super literis, sub nu. 3. de rescript. Put. decis. 120. lib. 2.

Putabant igitur, qui huius erant opinionis, nos versari in his terminis, cùm enim Papæ fuerit narratum, be
3 neficia huiusmodi esse iurispatronatus, & illa † concesserit ad præsentationem, vel de consensu patroni, quod idem importat, Crescen. decis. 27. indubitatum videtur, quòd si Papa sciuisset beneficia esse libera, de illis nunq̃ prouidisset ad præsentationem alterius. vnde cùm voluerit conferre ad præsentationem patroni, ex hoc insurgere videtur defectus intentionis Papæ, quòd noluit prouidere nisi de beneficijs vere existentibus de iurepatronatus.

Quò verò ad secundam partem, qui in præcedenti tenebant, affirmabant quòd Io. Vincentius erat inexcusabilis, eo quia ipsemet impetrauerat huiusmodi beneficia tanquàm libera, & obtinuerat canonizari suam gratiam ac possessionem horum beneficiorum, quam vigore d. gratiæ assecutus fuerat, vnde quicquid postea fecit asserendo esse iurispatronatus, id fecit intuitu ipsiusmet Principis, quo fit vt in eo nulla possit cõsiderari bona fides, sed potius fraus & dolus, cũ ipse videat totius illius machinationis ne dum particeps, sed quodammodo architectus, & fabricator. ex quo etiam respondebant ponderationi factæ super illa clausula, necnon iurispatronatus, quatenus de illo etiam alias, quàm vt præfertur, existat, quia tantò maior fuit culpa Ioan. Vincentij expediendo literas cum narratiua prædicti iurispatronatus, si poterat eas expedire sine d. narratiua: Io. vero Michaelem admittebant posse excusari, nisi obstaret, quòd essent ambo in eadem supplicatione oratores.

Aliqui vero contrarium asserebant affirmantes, materiam huiusmodi admittere excusationem, vt videmus
4 in falsa † expressione valoris. Sarnen. de valor. q. 10. Cassad. super reg. decis. 20. Et hinc est, quod sufficit verificare narratiuã de facto. Ægid. decis. 76. in fi. Maxime, quia cùm tempore d. gratiæ passim concederetur regressus ex causa resignationis tam ad beneficia libera, quàm de eis quæ erant iurispatronatus vt in attestatione data, nõ potest dici quod hæc expressio facilius induxerit Papam ad concedendum, quo stante succedit etiam quod huiusmodi falsa expressio gratiam non vitiet. Ægi. decis. 4. cum alijs cumulatis pro Io. Michaele.

Non obstat secundum ita tenentes, quòd non proce-
5 dat, quando verba taxatiue sunt apposita, quia † cũ constet de certo corpore beneficij impetrati, non potest dici expressionem iurispatronatus taxatiue factam fuisse. Rota decis. 4. de rescrip. in antiq. & 16. in nou. eo. ti. Innocen. in c. significante. de rescrip. & ibi Abb. num. 5. & Fel. nu. 1. Paris. consi. 15. nu. 8. lib. 4.

6 Maximè, † quia in dubio verba demonstratiue, non autem taxatiue apposita intelliguntur. Barto. in l. Centurio,

rio,col.11.ff.de vulg.& pupil. Dec.conf.324.num.3.Pariſ.conf.4.num.36.lib.4.

Nec ſecundum ita tenentes hic datur defectus intentionis Papæ, quia Papa regreſſum omnino conceſſiſſet ex cauſa reſignationis,ex quo paſſim illos tunc concedebat etiam in beneficijs liberis. quod etiam comprobabant ex ſupradicto ſtylo, & ex eo quod expreſſe id videtur Papa aſſerere in ſupplicatione derogando iuripatro natus, quatenus de illo, etiam aliàs quàm vt præfertur, exiſtat. Ex quo apparet,quod nõ conceſſit Papa gratiam taxatiuè, quatenus beneficia eſſent de iurepatronatus tantum, ſed voluit illam concedere etiam quod fuiſſent
7 libera, & †quamuis clauſulæ derogatorię non amplient diſpoſitionem illã,tamen declarant,Bal.in l.eam quam, num. 2. C.de fideicommiſſ.

Comprobabant inſuper, quia eramus in reſeruatione regreſſus ex cauſa reſignationis,in qua † Papa ſolum
8 ad intentionem reſignantis reſpicit. Caſſad.deciſ.3. de renuncia. & propterea non poteſt dici, quòd Papa non admiſiſſet reſignationem.

Non obſt.deciſ.Put.120.Quia Put.id non affirmat in ea deciſione, ſed ſolum dicit, quod ſiue prædicta verba ſtent taxatiuè, ſiue demonſtratiuè, gratia in ſuo caſu non valebat.

Quoad ſecundam partem affirmabant, Ioan.Michaelem eſſe excuſandum ex fama & expreſſione facta in reſignatione Artuſij in Ioan.Vincentium, ac etiam ex preſentationibus, de quibus deponunt teſtes, quæ licèt non fuerint ſufficientes ad probandum quaſi poſſeſſionem præſentandi, ſunt tamen ſufficientes ad excuſandum ab ipſa falſa expreſſione Ioan. Michaelem tunc in admodum puerili ætate cõſtitutum, maximè cùm (vt dictum eſt) in omnem euentum ſecundum ita tenentes, Papa omnino conceſſurus fuiſſet regreſſum, quo fit, vt tantò minus poſſit conſiderari dolus. Pro qua excuſatione ẽt conſiderabant,quod ſententia,quam obtinuit Ioan.Vincentius, fuit lata per Auditorem contra intereſſe putantes, & ſententiæ latæ ad fauorem Lucij Pulcinellæ contra Ioan.Frãciſcum Carafam ſunt latæ in ſpolio,nec vnquam in curia fuit oppoſitum de iurepatronatus taliter, quod potuit dici iudicialiter fuiſſe reiectum iuſpatronatus. Vnde cùm poſtmodum in Curia Neapolitana dũ tractabatur de executione ſententiarum,& Princeps oppoſuiſſet de iurepatronatus & iam obtinuiſſet à Conſilio Neapolitano literas remiſſoriales ad illud probandum, & Artuſius de conſenſu Principis prætendentis iuſpatronatus ceſſit ad fauorem Ioan.Vincentij, non videtur poſſe dici quod vnquam fuerit verè cognitum de huiuſmodi iure patronatus.

Reliqua tacta per informantes vti nõ tangentes propoſitam difficultatem per Dominos omittebantur.

ALDOBRANDINI.

Pharen.penſionis. Lunæ, 18. *Maij.* 1578.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſationis materia eſt odioſa, & ſufficit quod verba in aliquo operentur.*
2 *Verba, quibuſuis eccleſijs, intelliguntur de omnibus & ſingulis eccleſijs ſucceſſiuè, non autem cumulatiuè obtinendis.*
3 *Beneficium retinere de iure communi, vel ex diſpenſatione Apoſtolica, differunt.*

DECISIO DXXXIII.

MAior pars Dominorum tenuit penſionem huiuſmodi expiraſſe per adeptionem ſecundæ
1 eccleſiæ Cathedralis, quia † materia diſpenſationis eſt odioſa & reſtringenda, & ſufficit quod verba in aliquo operentur.c.j.§.fin. de fil.presbyt.in 6. cum alijs latè allegatis pro Illuſtriſſ.D.Cardinale.

Non ob.vniuerſalitas illorũ verborũ, quibuſuis eccleſijs, qa cũ ex adeptione cuiuslibet eccleſiæ Cathedralis expiraſſet hmõi penſio, toties inſurgebat diſpenſatio, quoties aliam Cardinalis Piſanus adipiſcebatur. & pro
2 pterea dixerunt Domini illa verba † intelligenda eſſe de omnibus & ſingulis eccleſijs ſucceſſiuè, non autem ſimultaneè obtinendis.c.non poteſt.§.fin.de præben.in 6. cum ibi traditis à Doct. Addebat vnus, quòd cum magna ſit differentia, an quis retineat † beneficium de iure
3 communi vel ex diſpenſatione Apoſtolica. c.ordinarij, de offic.ordin.in 6.clem.ſi plures, de præben. ſatis operatur huiuſmodi diſpenſatio ſi concedit retentionem vna cum eccleſia Cathedrali & monaſterio quæ ſimul abſque diſpenſatione retineri nequiuiſſent, & in ſumma intelligebant huiuſmodi verba in pluribus ſingulariter, non pluraliter in pluribus. Archid.in cap.vt circa, col.2.de electio. in 6.

Non obſt.illa verba, quæ ex quibuſuis diſpenſationibus, quia dixerunt debere reſtringi ab illis antecedentibus, quibuſuis eccleſijs, quæ cùm intelligantur de eccleſijs ſucceſſiuè obtinendis, reſtringunt ſequentia ad diſpenſationes circa eccleſias, de quibus immediatè locutus fuerat Papa. Sed Papa locutus fuerat de eccleſijs ſucceſſiuè,non autem ſimultaneè obtinendis, ergo iſta verba ſunt intelligenda de quibuſuis diſpenſationibus de obtinendis eccleſijs Cathedralibus ſucceſſiuè, non autem ſimultaneè ad hoc ne amplient præcedentem partem. Eis tamen placeret, quòd huiuſmodi cauſa concordaretur.

Lucan. decanatus. Mercurij, 21. *Maij.* 1578.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua, quæ eſt pars gratiæ, eſt verificanda.*
2 *Titulus præſumitur ex poſſeſſione tanti temporis. Multò magis verificatio & iuſtitia ipſius.*
3 *Subſtantia tituli licèt non poſſit probari per confeſſionem, ſed tantum per literas, bene tamen poteſt iuſtificari, & coadiuuari ex confeſſione partis.*
4 *Conſenſus patroni habet vim præſentationis.*
5 *Ordinarius poteſt cogere exemptum ad oſtendendum titulum exemptionis.*
6 *Sententia lata ad fauorem præſcribentis, non interrumpit præſcriptionem, neque præſumptionem ortam ex diutina poſſeſſione.*
7 *Poſſeſſio contra præſumptionem iuris releuat & ſuos parit effectus.*
Immo etiam contra ius, quando eſt alicuius temporis conſiderabilis.

DECISIO DXXXIIII.

DOmini concluſerunt, narratiuam eſſe verificandam, & id fieri debere à Domino Ioan. Paulo,
1 quia † eſt pars gratiæ, ſuper qua ſe fundat. Concluſerunt etiam ex obſeruãtia ſubſecuta ab anno 1518. vſque ad tempus motæ litis, vel ſaltem vſque ad diem vltimæ

vltimæ vacationis, & prouiſionis Reuerendiſſ.D.Archie piſcopi, de anno 1574.ſatis eſſe iuſtificatam.Si enim ex
2 †poſſeſſione tanti temporis præſumitur titulus, Gemin. poſt Hoſtien.de conceſſ. præben. num.10. & ibi Franc. num.6.Felyn.in c.licet heli.num.10.de ſimon.Tantò magis præſumitur verificatio & iuſtitia ipſius tituli, quia ex antiquitate omnia præſumuntur ſoléniter acta.Aym. poſt alios de antiq.tempor. par.3.§. vidimus in genere, cum pluribus ſeq.cum alijs allegatis.

Non obſt.quòd hoc pacto præſumatur ſubſtantia, & non ſolemnitas. Quia vltra quod ex ſupradictis apparet præſumi etiam titulum, ex quo non eſt præſumendum, quòd ordinarij tam diu aliquem tollerarent, niſi titulũ haberet.Reſpondebant Domini hoc non eſſe præſumere ſubſtantiam tituli, ſed iuſtificationem ipſius, quæ inter ſe multum differunt.Et hinc eſt quod licet titulus nõ poſſit probari per confeſſionem,ſed tantum per literas,
3 poteſt tamen †iuſtificari, & coadiuuari ex confeſſione partis.gloſ.in c.duobus, in verbo,ſi non apparet, de reſcrip.in 6.Rebuff.de pacif.poſſeſſ.num.162.
7

Nec ſecundum Dominos negari poteſt, quin probetur obſeruantia,ex quo Silueſter & Nicolaus, qui reſpectiuè ceſſerunt ad hunc effectum eorum cõmendis,conſenſerunt d.ceſſioni, cum literæ iam ſint expeditæ, quæ ſine eorum conſenſu expediri nequiuiſſent, & Nicolaus deinde fuerit præſentatus ad Decanatũ nouiter erectũ, vti vacantem à primæua erectione, & inſtitutus de anno 1518. qui poſſedit vſque ad diem reſignationis de anno 1535. ab ipſo factæ ad fauorem Silueſtri de conſenſu patronorum, qui † conſenſus habet vim præſenta
4 tionis.Creſcen.deciſ.27.vt dictũ eſt. Qui Silueſter obijt in poſſeſſione de anno 1574.per cuius obitum fuit prouiſus Reuerendiſſ.D.Archiepiſcopus. Et conſequenter de obſeruantia conſtat vſq; ad diem prouiſionis D.Archiepiſcopi. Et cum Nicolaus primus inſtitutus priori titulo ſuæ commendę ceſſiſſet, nõ intrat reſponſio data pro parte Reuerendiſſ.D.Archiepiſcopi, qui poſſederit vigore primi tituli, quia (vt dictum eſt) illi iam ante præſentationem & inſtitutionem ceſſerat.

Non obſt.quòd ceſſet hæc præſumptio, vbi non datur viſitatio. Felyn.in c.illud,num.8. de præſumpt. & in c.ſicut, de re iudic. quæ viſitatio ſtante exemptione huius collegiatæ hic dari non potuit, quia (vt dicebãt Domini) iſta non viſitatio eſt pars executionis gratiæ contentæ in bulla Leonis, in qua huiuſmodi exemptio con
5 ceditur. cùm enim † ordinarius potuit cogere exemptũ ad oſtendendum titulum exemptionis, c.ſunt perſonæ, de priuileg.in 6.ſi priuilegium fuiſſet ſubreptitium, vtique reclamaſſet ordinarius, & de ſubreptione exẽptionis oppoſuiſſet. Cum igitur acquieuerit tam diu exemptioni prædictæ conceſſæ ſub illa narratiua, ſignum eſt quod narratiua prædicta vera fuerit, ex quo ordinarius illam nunquam, vt dictum eſt, controuertit.

Sicut non obſt. decretum irritans ſacr.Conc.Triden. & reg.Adriani.Quia adhuc ſub iudice lis eſt,num illæ diſpoſitiones habeãt locũ in hoc iurepatronatus. ſi enim præſupponerẽt, quòd intrarent prædictæ diſpoſitiones, fruſtra nunc tractaretur de verificatione narratiuę,quia iuſpatronatus eſſet reuocatum,ſiue illa narratiua fuiſſet vera,ſiue falſa.

Non obſt. ſimiliter lis quæ fuit de anno 1535. quia
6 †ſi ea terminata fuit per ſententia ad fauorem Silueſtri, non interrumpit præſcriptionem, & conſequenter præſumptionem ortam ex iſta diutina poſſeſſione. Felyn.in c.illud, num.17. de præſcript. & idem ſi finita fuit per tranſactionem. Felyn.ibid.ſub num.10.

Nec in contrarium facit deciſ. in cauſa Cęſarauguſtan.decimarum. Quia ibi non agebatur de verificanda narratiua, ſed de diſpoſitiua, & ſic de vi comprehẽſiua priuilegij. Cùm enim Papa in illo caſu conceſſiſſet Dominis temporalibus decimas terrarum, de quibus Mauri ante conuerſionem non ſoluebant decimas:ideo Domini temporales petentes virtute d.priuilegij huiuſmodi decimas contra parochiales, quæ fundãt intẽtionem de iure communi, neceſſario tenebantur probare illam qualitatem,quod ante conuerſionem Mauri de illis terris non ſoluerent decimas, cum tritum ſit, allegantem diſpoſitionem qualificatam debere illius qualitatem verificare, vltra quod ibi à die impetrationis priuilegij, vſque ad diem motę litis interceſſerat longè minus temporis ſpatium.

Nec in contrarium facit quod poſſeſſio contra ius nõ releuet,quia narrata in bulla, de quorum verificatione agitur,non ſunt contra ius, nec iuſpatronatus eſt contra
7 ius, licet forſan contra † præſumptionem iuris, quo caſu poſſeſſio releuat, & ſuos parit effectus. Couarru. var. reſolut.lib.j.cap.17.poſt med. Menoch.de adipiſ.poſſeſſ. remed.5.num.47. cum ſeq. Vltra quòd poſſeſſio etiam contra ius releuat, quando eſt alicuius temporis conſiderabilis.Franc.in cap.ad decimas, num.8. in 4.limit. de reſtit.ſpol. in 6. & fuit dictum in illa Bononien. iuriſdictionis, coram R.P.D.Lancelloto.

Admittebant tamen Domini,probationem hanc eſſe præſumptiuam & poſſe Reuerendiſſ.D. Archiepiſcopũ probare contrarium: & propterea ſi ipſe voluerit videre, num ſi hactenus ab ipſo in actis deductis ſit contrarium probatum, poterit ei ſatisfieri, ſicut etiam ſi voluerit,poterit formiter examinare teſtes ab ipſo ad perpetuam rei memoriam examinatos, quorum dicta informantes pro ipſo circunferebant.

ALDOBRANDINI.

Ciuitaten. præſtimoniorum. Veneris, 15. *Maij.* 1579.

SVMMARIVM.

1 *Sigillum legati ſolet reddere ſcripturas, quibus appenditur, in forma probante. contra. numero 4. & limita. numero 5.*
Et in dubio cenſetur appoſitum de voluntate domini. numero 2.
3 *Legatus non ſe ſubſcribens literis, quibus ſubſcribere ſe ſolitus erat, cenſetur ſe conformare cum generali conſuetudine.*
4 *Appoſitio ſola ſigilli ſine ſubſcriptione regulariter non ſufficit ad probationem.*
Eo magis concurrente ſuſpicione circa raſuram datæ.

DECISIO DXXXV.

DOmini pro maiori parte inclinabant, literas huiuſmodi prothonotariatus eſſe in forma probante, circumſcripta, prout circumſcribitur in præſuppoſitis,allegata ſuſpitione contra ſigillum. Volunt tamen, quòd omnia ſimul iungantur,nempe ſuſpitio prædicta, & alia, de quibus in dubio,& videatur, an omnibus ſimul iunctis literæ prædictæ ſint, vel non ſint in forma probante.

Ratio tenentium affirmatiuam opinionem fundata
1 erat ſuper vi & efficacia ſigilli legati, quod † tanquàm prælati & publicæ perſonæ ſolet reddere ſcripturas, quibus appenditur, in forma probãte.c.poſt ceſſionem, vbi Doct.de probat.c.2. de fide inſtrum. vbi Innoc. num.2.

& post eum Docto. omnes. etiam refert latè Gabriel. de præsump. conclus. j. num. 46. Vital. in clem. j. §. fin. nu. 47. de iureiur. & in proprijs terminis Gambar. de offic. & potest. legat. lib. 8. num. 216. cum alijs latè cumulatis per
2 informantes. Quod † sigillum in dubio censetur appositum de voluntate Domini. Innoc. in d. cap. 2. de fide instrum. num. 2. vbi alij omnes. Gabriel. vbi supra, num. 9. Vital. in d. clem. j. §. fin. num. 47. de iureiur. Idque tantò magis in hoc casu, in quo reperitur hæc gratia registrata, & recognita est manus registratoris, ac etiam secretarij. his enim casibus huiusmodi literas solo sigillo legati munitas etiam contra Apostolicam impetrationē, affirmat Gambar. vbi supra, num. 210. & 220. Maximè, cùm probetur transumpta de anno 1550.

Non obst. suspitio collecta ex rasura datæ, quia appa ret de errore millesimi & de bona correctione ex annis Pontificatus Pauli Quarti. Nec ob. quòd tunc temporis prætendebatur, quòd legatus fuerit absens, cùm per biduum ante illam datam bene poterat illinc Romam venisse, idq; tantò magis, quia de nullius præiudicio in hoc videtur agi, considerando initium, & attenta facultate illorum temporum, quo similes prothonotariatus sine vlla difficultate obtinebantur, quo casu Doct. passim admittere videntur, sufficere solum sigillum, vt per Doct. in d. c. post cessionem.

Non obst. quòd legatus solitus erat subscribere in literis prothonotariatus. Quia licèt aliquibus subscripserit, non per hoc infertur, quòd aliæ, quibus se non subscripserit, & quæ transierunt per tot manus officialium, & quæ sunt registratæ inter alias expeditiones d. legati,
3 non sint bonæ. Tunc † enim, quando non se subscribebat, se conformabat cum generali consuetudine, de qua testatur Rot. decis. j. de probat. Testes non obstant, quia Brutus non percutit tempus legationis, sed tempus Nun tiaturæ Lusitaniæ. Alius similiter non percutit tempus, de quo agitur.

Addebant, quòd quando aliquid subscriptum fuit, vel actum vigore dictarum literarum, illæ redduntur efficaces. Achil. decis. j. & 2. de literis. hic autem subsecutum est transumptum, vt & effectuatio & obseruantia dicti priuilegij.

Aliqui verò ex Dominis constituebant regulam pro Iuliano contra Didacum, quòd non sufficiat regulariter
4 sola † appositio sigilli sine subscriptione. Dec. in d. c. post cessionem, prope fin. Couar. j. quæst. cap. 22. circa fin. & in literis legati Achil. decis. 3. de literis.

Maximè concurrente suspitione circa rasuram datæ, quæ abrasio apparet in literis, in registro, ac etiam in transumpto, concurrente insuper quòd de stylo iste legatus solitus erat se subscribere, quo casu iste redd untur suspectæ. Lap. alleg. 89. num. 6.

Et quamuis pro parte Didaci dicatur vario modo obseruare solitum fuisse huiusmodi legatum, quia aliquando se subscribebat, aliquādo non, vt apparet ex registro, tamen respondebant, quòd hæc probatio nō erat concludeus, quia fieri potest, quòd subscriptiones non fuerint registratæ, vt apparet in literis prothonotariatus Vitalis Codelt, quæ habent subscriptionem, & in registro sunt registratæ sine dicta subscriptione. Addebant etiam, quòd ab ipso initio agitur de præiudicio ordinarij, quia huiusmodi prothonotariatus eximit illico
5 à iurisdictione ordinarij, quo † casu solū sigillum non sufficit. Abb. in d. c. post cessionē. Rot. in antiq. decis. 17. de probatio. cum alijs allegatis pro Iuliano. Quæ adminicula hinc inde collecta, vt aliqui dicebant, conquassabantur ad inuicem, ita vt regula pro Iuliano firma remaneret.

BLANCHETTI.

Asculan. supplementi legitimæ. Lunæ, 16. Nouembris. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loci immediatè subiecti sedi Apostolicæ, debet à Papa confirmari.*
2 *Legitima per statutum potest augeri & minui.*
3 *Statutum insertum in volumine statutorum præsumitur factum cum omnibus solemnitatibus.*

DECISIO DXXXVI.

FVit resolutum, reformationem seu decretum Ascu
1 lan. anno 1561. factū obstare intentioni Baldassaris. Primò enim est confirmatum, quod † requirē in populis immediatè subiectis sedi Apostolicæ. Ias. in l. omnes populi, in 2. lect. nu. 35. de iust. & iure. & fuit resolutum in vna Auximan. Molendini coram R. D. Robusterio. Secūdò est licitum & honestum rōne conseruā de agnationis, & super re, super qua statuentes potestatē
2 habebant, cùm † statuto possit augeri & minui legitima. c. Raynutius, de testam. Bal. in l. filium quem habentem, num. 35. C. famil. erciscun. Alex. cons. 55. num. 35. lib. 2. & fuit resolutum proximis diebus coram me in vna Albanen. legitimæ.

Non obst. defectus allegatus, quòd fuerit conditum à paruo consilio & non à maiori, quia ex quo reperitur publicatum, & insertum in volumine aliorum statutorum, † præsumuntur solemnitates omnes. Bero. con-
3 bl. 173. num. 54. lib. j. Restat videre, an confirmationes requirant vsum. Bulla enim fe. rec. Pij Quinti non videtur requirere, sed tantum, quòd licita sint & honesta. & clausula, quatenus sint in vsu, videtur relata ad priuilegia. Confirmatio S.D.N. est clara, dum vult tam priuilegia quā statuta esse in vsu. Ideo super istis dubitādum.

Sed die Lunæ 14. Decembris, fuit resolutum, clausulam, quatenus sint vsu, referendam esse ad priuilegia.

BLANCHETTI.

Roman. donationis. Veneris, 30. Ianuarij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Actio quando nulla quæratur donatario super re donata.*
2 *Donatio facta cōtemplatione alicuius personæ valet etiam non nominata illa persona.*
3 *Actio personalis non datur contra singularem successorem.*

DECISIO DXXXVII.

FVit resolutum per Dominos, nullum ius ex donatione, cuius copia data fuit, fuisse quæsitum Domino Gundisaluo super bonis donatis. Idque etiā cum præsuppositō, quòd donatio sit valida, & statuta Vrbis illi non obstent, nec non etiam quòd D. Gundisaluus legitimauerit personam suam.

Moti sunt Domini primò, quia verba donationis sunt directa pluribus in locis in Eluiram, ibi, donauit, & titulo donationis, &c. d. D. Eluiræ suæ filiæ, & priuigni ipsius, constituens eandem procuratricem, vt in rem propriam ad habendum, &c. dans eidem facultatem capiendi

piendi possessionem propria authoritate, constituens se possidere nomine Eluiræ & eius hæredum successorū, & ibi, quam quidem donationem fecit d. Gundisaluus d. eius filiæ præsenti & eandem & eius hæredes & successores liberat à probatione causarū in donatione expressarū, quibus accedit insinuatio vltimo loco producta, in qua donans expresse profitetur se donasse Eluirę.

Non obst. clausula illa in donatione apposita animo constituēdi dotem tam Eluirę quàm filijs fęminis illius, vt facilius filiū bonis moribus imbui possit. Quia nō ex hoc dicūtur donata bona filio. facilius. n. hoc ēt poterat præstare filio ex bonis proprijs transferēdo in proprios vsus bona donata. Secundò dicebant hoc esse extrinse-
1 cum à donatione, quo † casu super re donata nulla actio hic queritur. Bal. in l. cum res. C. de dona. & in l. quoties. C. de donat. quæ sub modo. Aret. cons. 74. num. 2. Ias. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de verb. obl. cum alijs per Couar. var. resol. lib. j. cap. 14. nu. 3. versic. qui idem comprobatur, in rub. de testam. par. 3. num. 13.

Addebant etiam, quòd qñ expressit filiam & eius nepotes designauit causam perpetuam: in filio aūt expressit causam tēporalem, & illi donasse voluisse nō cēsetur.

2 Non obst. quòd † fuerit contemplata persona filij, & illi eidem dicatur donatum etiam si non fuisset nominatus. ad tex. in l. seruo legato. §. si testator. ff. de legat. j. Quia commoditas Eluiræ & persona ipsius fuit præcipuè contemplata, non autem filij, qui ipsum ex superue nienti beneficio donationis sibi factæ ex proprijs bonis commodius & facilius alere poterat. Ex quibus cùm nul lum ius fuisse quæsitum d. Gundisaluo satis constat, sequitur, quòd ipse non potuit agere contra D. Liuiam. Et quatenus esset aliquod ius quęsitum, cōpetit sibi actio
3 personalis, quæ † non datur contra singularem successorē, prout est D. Liuia. ex Bal. & Couar. in locis allegatis.

COTTÆ.

Albanen. legitimæ. Veneris, vltima Maij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Dos cum effectu sine matrimonio esse non potest.*
2 *Dos & alimenta æquiparantur, & vnum subeit officium alterius.*
3 *Statutum incipere dicitur ab exclusione ex communi vsu loquendi.*
4 *Legitima relicta de iure communi à patre est libera ab omni grauamine: secus in dispositionibus statutarijs. & quare.*
5 *Dos succedit loco legitimæ à statuto limitatæ tam respectu quantitatis, quàm temporis.*
6 *Dos non transmittitur antequàm mulier sit nupta.*

DECISIO DXXXVIII.

QVi tenebant, statutum voluisse dotem dari sub cōditione si maritetur, & nō aliàs, mouebātur. Primò, quia conditio dotandi eiusq; onus impositum à statuto fratri germano, est impositū per hæc verba, dummodo frater germanus paratus sit cum effectu dotare, &c. Sed dotare cum effectu non potest quis
1 nisi matrimonium fiat, ergo &c. Nam † dos sine matrimonio esse non potest, maximè dos cum effectu. l. fin. C. de donat. ante nupt. l. 3. de iure dot. Adeo quòd saltem necesse est, vt matrimonium sit de præsenti vel de præterito, vt per glos. & Bar. in l. si marito, in fi. princ. sol. matrim. Soc. cons. 121. num. 7. lib. j.

Ex hoc fundamento sequitur, quòd si dos deberetur statim, & non sub conditione matrimonij, eluderetur dispositio statuentium, qui voluerunt esse dotem cum effectu: posset enim filia non nubere.

Secundò, intentio statuentium ex eo statuto colligitur. vult enim, vt maritatæ & dotatæ à patre, si ad viduitatem peruenerint, reuertantur cum dote & fructibus ad domum paternam, & habeat ibi de bonis paternis alimenta, fructus tamen sint fratrum siue hæredum patris. Eatenus ergo dotem & eius fructus confide rasse videntur, quatenus durat matrimonium, & soluto matrimonio contenti sunt alimentis, quæ præstantur loco fructuum dotis. ex quo apparet, quòd ante contractum matrimonium debet filia esse contenta alimētis, nec necesse habeat fructus restituere ei nec dare dotem.
2 Et † videntur quodammodo dos & alimenta inuicem alterius subire officium. l. ob æs. C. de præd. minor. in glos. Alexan. in addit. ad Bart. l. cum is. §. mulier, de condict. indeb.

3 Tertiò placuit, quod per informantes deducitur † statutum incipere ab exclusione, ex Castren. in l. Titio centum. §. Titio genero, de conditio. & demonstrat. Brun. artic. 10. num. 34. & melius, numero 39. attento vsu loquendi. cum alijs & fuit additus Corn. cons. 290. nu. 5. lib. 3. per tot.

Non obst. præsuppositum, quòd dos succedat loco legitimæ, & ideo respuat omne onus. Quia fuit dictum hoc esse verum in legitima relicta de iure communi à patre, tunc enim locum habet dispositio l. quoniam in
4 prioribus. Non † autem in dispositionibus statutarijs, prout de mente Bart. tradit Corn. in dicto cons. 290. nu mero 3. Et ratio diuersitatis potest colligi à potentia, quia pater tenetur legitimam filijs non diminutam relinquere. Ideo nō potest eam aliquo onere grauare tam quantitate quàm tempore. Succedit itaque dos hoc ca-
5 su † loco legitimæ à statuto limitatæ, vt in simili post Castren. Dec. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, numero 53. de constitut. ram respectu quantitatis quam respectu tem poris, & ideo non respuit hoc onus, quod aliàs respue ret, considerando legitimam non alteratam nec mode-
6 ratam à statuto. Stante † igitur, quòd dos non debetur nisi nubat, vt supra deductū est, non videtur locus transmissioni, nec huic sententiæ repugnat Castren. in dicto §. Titio, in fine. Quia si rectè perpendatur pro hac parte facit in secundo membro distinctionis, quando statutum non excludit dotatam, sed excludit eam & mandat dotari. Quod autem statutum excludat non dotatam, legitur ibi, idem iuris esse volumus in filiabus non maritis nec dotatis. Sed potest dici hic non debere fieri repetitionem, quia aliàs iste versiculus nihil contineret, nisi illa verba, dummodo frater germanus sit paratus dotare, quæ cum effectu intelligi debent, ideſt sit paratus maritare & dotare.

Nec est verum, quòd statutum arctet ad nubendum, sed inuitat, & ideo valet, nam & priuilegia multa dotibus concessa fuere vt inuitentur homines ad matrimonia contrahendum. l. j. sol. matrim.

BLANCHETTI.

Albanensis legitimæ. Lunæ, secunda Nouembris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Mora debet concludenter probari.*
Immo vt dicatur constitui, plura requiruntur. num. 2.

Et hoc totum est iudici arbitrarium.
3 *Excusatus à mora non dicitur excusatus à debito.*

DECISIO DXXXIX.

FVit resolutum, in casu, de quo agitur, non constare de mora & negligentia Illustr. D.Christophori, in
1 collocando nuptui sororem Egeriam. † Cùm.n. mora sit culpa, Doct.in l.quod te.si cer.pet.Illustr. D.Virginia debet illam concludenter probare. Bar. in consilio 102.in prima & secunda col.Felyn. in c.audistis. nu.33. de præscrip.

Ex testib. aũt non probantur requisita ad effectũ, vt D.Christophorus potuerit dici morosus, licèt.n.probetur pulchritudo, & ætas nubilis Egeriæ, non tñ probatur, q̃ eidem fuerint oblatæ occasiones collocandi ipsam in mrimonio, & ipse recusauerit, † prout est necessarium.Ale.consi.127.lib.7. Rui.consi.93. num.7. & 8. li.5.& Bar.in cos.allegato. Immo cũ mora ex circunstan
2 tijs facti colligatur, Inn.in c.plerunq;.de resci.& maximè resideat in iudicis arbitrio. Menoch. de arb. casu 220.in prin.attentis dictis testium, Domini dixerũt potius Christophorum culpa vacare, & maximè excusandum.Cùm enim Egeria fuerit semper apud D. Virginiã vsque ad tempus quo fuit transmissa ad monasterium, & mater non curauerit ipsam nuptui tradere, non videtur accusandus de negligẽtia Dominus Christophorus, præcipuè cùm ipsa nomine D. Camilli Columnæ fuisset interpellata, vt Egeriã vel nuptui traderet, vel in monasterio collocaret, vt primus iuxta nonum, & secũdus, & quartus iuxta 9. deponunt, sed si Dominæ Virginiæ fuisset oblata occasio digna nuptui, dedisset Egeriam, & quartus super quinto, & quintus iuxta nonum expresse dicant, quòd si mater, & fratres voluissent, & maritum perquisissent, facile fuisset ꝓ Egeria maritum inuenire.

Secundò non vident Dñi, quæ culpa & negligentia possit imputari D. Christophoro, cũ quidem ipse sorori nõ præstitit, nec Virginia mr̃, nec Ludouicus frater nec Honorius patruus, vt illi præstaretur, procurauerint, nec ipse prẽstare curauit. Cùm tñ potius hoc onus nubendi Egeriam ad Ludouicum spectaret, cum D. Christophorus alteri sorori prout debebat dotem cum marito assignasset, & ipse morosus iudicari non põt, quin eadẽ vota mr̃i fratri, & patruo impingantur. Et ideo Dñi dixerunt, q̃ id fieri potuit, ex eo q̃ Egeria esset debilis ingenij, prout arguitur ex dicto primi testis super secundo dum ait, q̃ Egeria in 12. ætatis anno constituta ab ipso discebat orationem Dominicalem.

Non obstat dictum vlt.testis, iuxta 19.deponentis de quærimonia Egeriæ. Quia ex dicto eiusdẽmet testis colligitur, q̃ D.Christophorus oneri suo satisfecerat, dotando Illustr.D.Victoriam. Vnde cura Egeriæ ad Ludouicũ spectabat, & pertinebat.

Ex his Domini excusarunt D.Christophorũ à negligẽ
3 tia, & mora prætensa. Quia† tamen, qui excusatur à mora, non excusatur à debito, Alex.in l.quod te.num.9. ff.si cer.peta.Ruin.consi.150.nu.10.lib.1.videndum erit, an hoc casu dos succedat loco legitimæ, vel potius debeatur sub conditione.

BLANCHETTI.

Albanen.legitimæ. Veneris, 22. Maij. 1579.

VMMARIVM.

1 *Dos an debeatur pure, an sub conditione si matrimonium sequatur, stante statuto excludente fœminas, vide di. stinctionem communiter approbatam.*
2 *Statutum quod reperitur in nupta, si post mortem patris vidua remanserit, non potest conuenire non nuptis, & indotatis, licèt interim ali debeant à fratre.*
3 *Dos constitui debet iuxta vires patrimonij, dignitatem familiæ, & qualitatem mariti.*
4 *Frater nõ potest dotare sororẽ de bonis paternis, nisi prius adeat hæreditatem.*
5 *Dos succedit loco legitimę diminutæ in tempore per statutum.*
6 *Doctr. Bald. in l. pactum quod dotali. C. de collat. non procedit, quando statutum excludit, & postmodum mandat dotari.*

DECISIO DXL.

ILlust.D.Victoria & Artemisia de Sabellis prosequentes iudicium contra Illust. D.Christophorũ patruũ ab Illust. D.Virginia ceptũ ad portionem Egeriæ sororis D. Christophori, quæ innupta decessit relicta vniuersali hærede prædicta D. Virginia, cùm aduersus ipsam & auctricem suam de statuto Vrbis fœminarum exclusiuo excuperetur, replicarunt saltem D. Virginiæ, ex cuius persona veniunt ipsæ, deberi dotem, quæ succedit loco legitimæ. Cùm autem D.Christophorus opponeret, quòd stante prædicto statuto nec etiam de dote testari potuerat, quia sub conditione si nuptiæ sequutæ essent, non autem pure debebatur.

Ideo dub. præsup. statuto Vrbis fœminarum exclusiuo, & quod dos succedat loco legitimæ, an dos in termi nis d.statuti debeat pure vel sub cõditione, si filia nubat.

Quod dub.aliàs propositum à Reuer.D.Cotta vltima maij.1577.& postmodum à me 11. huius mensis, non fuit decisum ex sententiarum, in quas Domini iuerant, varietate.

Tandem hoc die ex plurium sententia resolutũ fuit, dotem non deberi pure, sed sub conditione si nuptiæ
1 sequantur. Et † pro decisione præsentis quæstionis Dñi amplexi sunt distinctionem Pau.de Cast. in l.Titio centum. §.Titio genero. num.8.vers. ego pluries consultus. ff. de condit. & demonst. quam copiosius prosequitur idem consi.25.per totum.& præcipue num.26. lib.3.sequuntur Soc. consi. 288. nume.27. lib.1. & consil.127. nume.5. cum sequen.lib.4. Couarru.in cap.3. numero vndecimo, vers.decimo ex præmissis.de testam.Purpur. consi.19.nume.9.& ex recentioribus. Menoch. consilio 81. numero quarto.Cepha.consi.145.num.6.lib.1.cum alijs allegatis hinc inde.

Distinctio autem ea est, quòd si statutũ excludat simpliciter filias propter masculos, & mandet illas dotari, tunc dos non debetur, nisi sequatur matrimonium. Si verò statutum excludat filiam dotatam, tunc dos debetur pure, non autẽ sub conditione, vt ibi late per ipsum. Huius aũt distinctionis maior pars Dñorũ iudicauit primum caput applicari propositæ quæstioni. Non. n. pp dotẽ, sed pp existentiã masculorũ statuentes excluserunt filias fœminas ab hæreditate patris decedentis ab intesta to.Idq; patet ex eo, quòd cùm in priori parte statuti fuerit proposita species facti, q̃ si aliquis ab intestato decesserit superstitibus masculis & fœminis maritatis & dotatis, & hoc casu statutum fuerit quod fœminæ prędictę in nullo succedant, & postmodum dictum quod idem iuris statuẽtes esse voluerũt in nõ maritatis nec dotatis, quibus pater vel auus dotem non constituerunt, lex dicta casui præcedenti extendere ad terminos facti subsequentis, dicitur.

Cùm

Cùm igitur in primo casu filia maritata & dotata excludatur omnino, cùm in nihilo succedat, idem ius esse debet in non maritata nec dotata, quæ in nihilo succedere debeat, dummodo frater sit paratus dotare.

Præcipuè cùm ius exclusionis tantum possit applica
2 ri hoc casui. quod † enim statutum reperitur in nupta si post mortem patris vidua remanserit, non potest conuenire non nuptis & indotatis, licet ali debeant interim à fratre.Paris.consi.110.num.9.& 10.lib.4. Ius igitur dictum necesse est vt intelligatur de eo, per quod excluduntur, & non de alio. & ita necessario dicendum est, statutum ab exclusione incipere.

Secundò corroboratur ponderando verba statuti dicentis, dummodo frater germanus sit paratus cum effecto dotare sororem &c. ex quibus clarè constat, quòd statuentes contentantur sola intentione fratris dotandi sororem tempore nuptiarum.l.sancimus.C.de nupt. aliquin dixissent, dummodo frater dotet, maximè quia te-
3 netur dotare de paragio, quod est † vt iuxta vires patrimonij, dignitatem familiæ, qualitatem mariti dos constituatur.l.quæro. ff. de iure dot. Gram. consciuik.145. num.5.& 6.Dec.consi.26.num.5.

Qualitas autem viri considerari non potest, nisi quando contrahitur mattrimonium. in illud ergo tempus onus dotandi videtur esse reiectum, vt bene considerat Gram.in loco allegato.

Tertiò cùm præsupponatur, dotem succedere loco legitimæ, dos debetur de bonis paternis: de bonis au-
4 tem paternis, frater † non potest dotare sororem, nisi illa prius acquirat, ergo prius sibi defertur hæreditas, postmodum tenetur dotare, aliàs nunquam esset locus huic statuto. cùm enim viuo patre filius non grauetur hoc onere, quod viuo patre paternum est.l.fin.C.de dot. promiss. si illico quod defertur hæreditas, filia deberet esse dotata de bonis paternis, fieri non posset, quin eodem tempore esset etiam delata hæreditas filiæ, quam postea dotando frater non posset excludere, vt per Pau. de Cast in dicto §.Titio genero, numero 9. & ideo necesse est fateri, quod prius statuentes detulerunt hæreditatem fratri, postmodum tempore nuptiarum ipse teneatur dotem dare.

Quod quidem beneficium si voluerit, vti potest, aliàs portio filiæ sibi delatæ, cum prædicto onere defertur ipsi filiæ ad instar cuiusdam successorij editi.

Non obst.præsuppositum, quòd dos succedat loco legitimæ, à qua omne onus reijci debet.l.quoniam in prio-
5 ribus. C. de inoffic. testamen. Quia † succedit loco legitimæ diminutæ in tempore, quod statuentes facere potuerunt.Corn.consil.32.numero 7.lib.quarto.Iaf.dicta l.quoniam in prioribus. in quarta limit. Ruin. consil.60.num.11.lib.3.

Non obst.doctrina Bal.in l.pactum quo dotali. C.de
6 collat. quia † non procedit, quando statutum excludit, & post modum mandat dotari. Pau.de Cast.d.§.Titio genero, num.10.

Authoritates allegatæ tolluntur ex ipsarum lectione, nam Dec.consil.261. numero 2. loquitur in statuto excludente filiam dotatam, iuxta secundum caput distinct.Pau.de Cast.Ruin.consi.74.numero 12. lib.secundo.agit de statuto, quod filiam dotatam excludebat, & ei, quæ non erat dotata, mandabat dotem offerri ad exclusionem ipsius. quæ qualitas non reperitur expressa in hoc statuto.

Decisio facta coram R. D. meo Robusterio in causa Roman. de Crescentijs nihil etiam facit, quia dubitabatur, an frater potuisset onus adijcere doti quam soro ri dederat, & cùm succedat loco legitimæ, fuit resolutum fratrem non potuisse aliquod pactum ad sui commodum doti apponere, quia statutum licet velit vt tempore nuptiarum dos assignetur, tamen non permittit vt in aliquo dos ipsa grauetur.

Votum D.Oradini non applicatur, quia in eo casu filia dotem habuerat à matre, non à fratre, & ideo potuit agere ad portionem suam.

Non obstant ponderationes quæ fiunt super dictione, dummodo, quia dato quod importent conditionẽ, in conditione tamen erit apposita destinatio illa animi, & animus ille præparatus ad dotãdum, qui satis adfuisse præsumitur, ex quo contrarium non probatur, & ex quo frater adit hæreditatem iuxta formam statuti ibi, oneribus ab eodem delatis, obligari censetur. Riminal. consi.261.num.24.& 32.lib.2.

Vltimò non obst. quod sicut remoto statuto filia statim succederet patri, ita statim debeat consequi dotem, quæ subrogatur in locum iuris succedendi. Quia vrget in contrarium d.distinctio Pau.de Cast. communiter approbata, cùm in illis etiam casibus dos subrogetur in ius successionis, quod de iure communi filiæ defertur.

Et ex his & alijs allegatis pro parte D. Christophori decisum fuit, dotem deberi sub conditione si nuptiæ sequantur.

Albanen. administrationis. Mercurij, 13. Nouembris. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Requisita necessaria quot esse debeant ad substantiandum hæreditatis aditionem.*
2 *Legata in testamento relicta ex edicto prætoris firma remanent, etiam si hæreditas ab intestato adeatur.*
3 *Ignorantia tam in extraneis præsumitur, quibus ab intestato hæreditas defertur, quam in suis.*

DECISIO DXLI.

FVit resolutũ non constare, quod Illust.D.Christophorus acceptauerit hæreditatẽ Honorij patrui: licèt enim gesta per ipsum, de quibus in quinque præsuppositis dubij, inducant hæreditatis aditionem, l.2.C.de iure deliberan. cum alijs allegatis pro D.Virginia, tamen procedunt, quando is, qui facit actus, qui citra ius & nomen hæredis fieri non possunt, fuit certus
1 ex qua causa fuit delata hæreditas, nam † inter necessaria ad substantiandum hæreditatis aditionem, scientia præfata requiritur.l.si ad quem, & l.in repudianda.ff.de acquiren.hæredit.glos.& Bart.num.75. in l.is potest, eo. tit. In proposito autem casu necesse est probare, D. Christophorum sciuisse conditum testamentum ab Honorio, & Ludouicum prius hæredem instituturn omisisse causam testamenti, & ab intestato voluisse possidere hęreditatem Honorij, ex hac enim causa pertinebat portio hæreditatis Honorij ad Dominum Christophorũ,
2 & eo magis hoc ipso iure dicebatur, quia † cum ex edicto prætoris legata in testamento relicta etiam si ab intestato hæreditas adeatur, firma remaneant, l.prima, ff. si quis omiss. caus. testamen. quando scriptus hæres non acceptata pecunia alium admittit hæredem, tam ipse quàm cohæres assumptus conueniri possunt. l.si non solus, eod.tit.

Hæc autem scientia D.Christophori non modo non probatur, sed etiam non bene constat, q̃ D.Ludouicus voluerit omittere causam testamẽti: licèt.n.in diuisione facta inter ipsum & D. Christophorũ includantur bona

Honorij, tamen non apparet, ipsum sciuisse tunc temporis delatam sibi prædictam hæreditatem. Potuit enim fieri d. diuisio tanquàm de bonis spectantibus ad ipsos vigore fideicommissi, nec aliter statui posse videtur, tũ quia Ludouicus sciens prudensque omittendo causam testamenti donabat Do. Christophoro fratri medietatẽ hæreditatis, quod ignorabat, cum nulla d. testamenti fuerit facta mentio, & iudices in instrumento diuisionis adhibiti, cùm esset mera donatio, decretum non apposuissent, quòd illa diuisio cederet in vtilitatem vtriusque diuidentis. & intrat dispositio l. de his. ff. de transact. Tum etiam quia subsequens commissio causæ super hæreditate Honorij per Ludouicũ obtẽta, de qua in sexto præsuppositio declaratur, quòd per præcedentem diuisionẽ voluit succedere Honorio ab intestato. Aym. consil. 33. nume. decimotertio, & hæreditatem ex testamento repudiare.

Quinimò nec etiam nunc, quod prius gesserat conualidare potest. Rimin. consil. 132. nu. 23. lib. 1.

Non ob. quod in isto iudicio non obtinuerit, quia ex capite fideicõmissi Antemij, non ex repudiata hæreditate ex testamento, non obtinuit.

Nec ob. quod cum Domini Ludouicus, & Christophorus non essent sui hæredes Honorio, vt in ipsis præsumenda sit scientia testamenti, quia in his extremis, quibus ab intestato potest deferri hæreditas, præsumi-
3 tur † ignorantia prout in suis. Rip. in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 18. ff. de verb. oblig.

Vltimo non refragatur confessio D. Christophori in instrumento cessionis, de quo in quinto præsuppositio, quia est incerta, tum etiam quia est erronea, & ita habent locum allegata per Paris. consi. 33. nu. 87. cum alijs adductis per scribentes pro ipso.

Fuit confirmata ista decisio coram R. D. Blanchetto. Ven. 19. Iunij. 1579.

SERAPHINI.

Ciuitatis Castelli donationis. Lunæ, 28. Aprilis. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Captatoria institutio quæ dicatur. & plenius, num. 8.*
2 *Donatio subsecuta testamento si non respiciat futurum euentum, captatoria non dicitur.*
3 *Captatoria institutio dicitur ex eo quod est deceptoria. sed melior affertur ratio num. 11.*
4 *Institutiones, quæ mutuis fiunt affectionibus, valent. Eoq; magis, vbi adest sanguinis coniunctio.*
5 *Captatoria non cadit in donatione prout in testamento.*
6 *Conditio alliciens ad testandum apposita in donationibus, non est prohibita.*
7 *Blandis sermonibus remoto dolo permissum est homines allicere ad testandum.*
9 *Actus facti eisdem loco, die, & testibus, adeo vt alter alteri inesse videatur, correspectiui dicuntur.*
10 *Institutio facta, vt ex ea consequatur lucrum, non valet, & quare.*
12 *Institutio valet facta sub conditione, si me alimentauerit.*
13 *Captatoria voluntas licèt non cadat in donatione inter viuos, cadit tamen in donatione causa mortis.*
14 *Conditio captatoria seu respiciens futurum euentum non adiecta principali dispositioni, reijcitur, remanente actu principali.*

DECISIO DXLII.

ILlust. D. Alphonsus Vitellius de mẽse Septembris anni 1562. condidit testamentum, in quo hæredẽ vniuersalem instituit Illustriss. & Reuerendiss. bo. me. Cardinalem Vitellium fratrem. Deinde eodem die, loco & testibus bo. me. Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalis Vitellius volens recompensare d. Illust. D. Alphonsum, donauit eidem sponte ac omni meliori modo ac titulo purè & merè donationis causa mortis, medietatem omnium suorum bonorum mobilium & immobilium &c. adiecto pacto, quod in euentum, in quem prædictus Illust. D. Alphonsus d. suam vltimam voluntatem reuocaret & annullaret siue per superuenientiam filiorum de iure reuocaretur, pari modo donatio censeretur reuocata, & versa vice si donatio per Illustriss. Dominum Donantem reuocaretur, pari modo ex tunc & ex nunc prædictum testamentum reuocatum & annullatum censeretur ad effectum seruandi æqualitatem. Defũncto Cardinali vigore prædictæ donationis d. Illust. D. Alphonsus petebat ab Illust. D. Vincẽtio medietatem bonorũ d. Cardinalis, qui inter alias exceptiones allegabat nullitatem prædictæ donationis vti captatoriæ. Quare dubitaui an prædicta donatio ex capite captatoriæ voluntatis esset
1 nulla? Et pro parte negatiua deducebatur illas esse † captatorias institutiones, vel quæ in voluntatis alterius arbitrium conferebantur. vt per glos. & Doct. præsertim Castren. & Ias. in l. captatorias. C. de milit. testam. qui captationis modus in casu proposito nõ adest, vel quæ fiebant collata in euentum futurum dispositionis sub hac vel simili formula, ex qua parte me Titius hæredem instituit, ex eadem illum hęredem instituo. l. j. de his quę pro non script. habent. l. 2. de hæred. instit. Et ideo cùm in casu proposito donatio subsecuta sit testamento, eam
2 dici non posse captatoriam, † cùm non respiciat futurũ euentum, neque ab eo pendeat, vt est tex. in l. ille autem, & l. hoc articulo, de hæred. instit. not. gl. in l. j. de his quæ pro non script. haben. & in d. l. captatorias. vbi Pau. nu. 4. Ias. num. 9. Dec. num. 14. Roder. suar. tract. de captat. volunt. num. 4.

Confirmabatur hæc opinio, quia secundum commu
3 nium authorum interpretationem, † captatoria institutio dicitur, ex eo quòd est deceptoria. vt per Castren. Ias. & alios in d. l. captatorias, de hæred. instit. & per Couar. in cap. cum sibi, de testamen. Hæc autem deceptio hoc casu considerari non potest, cum donatio secuta fuerit testamentum, & expresse cauetur vt altero reuocato, alterum annulletur, ex quo oĩs tollitur decipiẽdi occasio.

4 Et hæc maximi ponderis videbantur ex eo, q; † institutiones quæ mutuis fiunt affectionibus, valent, vt habetur in d. l. captatorias, de hæred. instit. Couar. loco præcitato, num. 1. circa fin. Hæc autem tam institutio, quàm donatio à mutuis affectionibus profectæ videntur, cùm simus inter fratres propter sanguinis coniunctionem, ad not. per Dec. cons. 561. num. 4. Et vbi adest sanguinis coniunctio, cessat fraudis præsumptio. l. cũ alienam. C. de legib. Bal. in l. 2. C. de iure dot. Rolan. consi. 38. nu. 22. lib. 2. Et mutua affectio Cardinalis erga Alphonsum colligi potest ex testõ subsecuto Cardinalis in fauorem Illust. D. Vincentij & Alphonsi equis portionib. hæredum institutorum, alijs fratribus à successione exclusis.

5 Postremo deducebatur, in † donatione non cadere captatoriam, prout ex testamento. l. cùm donationis, & ibi per Doct. C. de testam. Castren. in d. l. captatorias,
6 num. 4. de milit. testam. Et eo magis, quia † in donationibus conditio alliciens ad testandum in sui fauorem non

non est prohibita, vt per illum tex. tenet Bal. in d. l. cum donationis. num. 2. post antiquos quos citat. idem tenet Alber. Sal. Fulgos. Ias. & alij. Neque mirum videri debet,
7 nam † & blandis sermonibus, dummodo sine dolo, permissum est homines allicere ad testandum in sui fauorem, vti probatur optimè per textum in l. fina. C. si quis aliquem testa. prohibue. & ibi Bald. & per Dec. consilio 489. numero 6.

His tamen non obstantibus, itum est in contrariam sententiam, nempe donationem hanc tanquàm captato
8 riam nullius esse roboris, cùm † captatoria voluntas propriè sit illa per quam quis alium quærit inducere, vt sibi vel alteri commodum in vltima voluntate relinquat, inde dicta, quia captare est veluti aucupare aliena, vt à recentioribus melius quàm ab antiquis explicatur, qui falsò captatoriam eam voluntatem existimabant, quæ erat in alienum collata arbitrium, veluti si quis dixisset, hæredem instituo quem Titius nominauerit, cùm hæc non sit captatoria, licèt alia ratione non valeat, vt l. captatorias, de hæred. instituen. & in l. captatoriæ, de legat. primo. Soc. iun. in l. moribus, numero 10. de vulg. & pupil. Alciat. lib. secundo parerg. cap. 31. Ant. Aug. lib. 4. emendat. cap. 15. Connan. lib. 10. com. iur. c. 6. Balduin. in Instit. post tit. de adimen. leg. lac. Cuiat. in vot. ad tit. Institut. de societ. & lib. 16. de obseru. cap. 11. Sperl. & Hotoman. & Brixien. in suis diction. Couar. in cap. cum tibi, numero primo, de testamen. & nouissimè R. P. D. Sarmien. lib. secundo. selectar. opin. cap. 4. Et non discrepant recentiores ab antiquis in hac re, nempe, quòd hæc sit captatoria institutio: sed in eo tantum, quòd illa, quam modo retuli, sit collata in alienam voluntatem, contra eorum sententiam, non est captatoria, sed tunc demum est captatoria, quando alium inducit in futurum ita testari de re propria. & ita procedit tex. in l. captatorias, de hæred. instituen.

Hoc posito fundamento habita fuit hæc donatio pro captatoria propter actuum correspectiuitatem habentem tractum ad futurum. Nam quod actus sint cor
9 respectiui, nemo negauit, cùm † sint facti eisdem loco die & testibus, adeo, vt alter alteri inesse videatur. Corn. consi. 36. nu. 14. & consi. 117. nu. 14. lib. 2. & cons. 57. nume. 17. & cons. 319. nu. 10. lib. 3. Soc. cons. 273. nu. 4. li. 2. Fel. in c. pastoralis. nu. 7. de restit. Dec. in l. petẽs. in 2. no. C. de pac. & consi. 245. nu. 5. & hanc opi. tenet Rot. vt p Crescen. decis. 78. Mohedan. 224. Peregrin. 81. Put. 3. de simon. Vnde non datur hoc casu præcedẽs institutio libera, quo casu nulla in sequenti donatione considerari posset captio, sed censetur ideo facta, vt inuicem alter testaretur, alter donaret, neq; est dare prius, vel posterius in huiusmodi actib. q; aũt habeat tractum, & dispositionem futuro prospicientẽ tempori, facit conditio exp̃sse posita, quod in euentũ in quem testm̃ reuocaretur, ipsa quoq; censeretur reuocata, q̃ cõditio imponit necessitatẽ causatiuã non reuocandi testm̃, & per consequens facit vt satis videatur collata in futurũ post̃q; respicit nexũ & obligationẽ in futurũ decedendi cũ illo testamento, quod fere perinde est ac si arctaret ad ita in futurũ disponendũ, cum testamenti vis stet in suspenso vsque ad obitum, & morte demum confirmetur. Ideo non tã verba in huiusmodi dispositione, q̃ mentem disponentis considerare oportet, vt in simili si extranea persona conditioni apposita sit, nihilominus captatoria dicitur institutio. l. ille. §. fi. ff. de hære. instit.

10 Confirmatur hæc sententia, quia † vbi institutio talis sit, qua mediante quis cõsequatur lucrum per viam institutionis, & ita est cõcepta, vt sublata illa futura substitutione euanescat, tunc non valet, vt receptissima est opinio Doct. post glo. in d. l. ille autem. in verbo, in sententia. Gorto. Bal. Barto. Ange. & Imo. ibidem. Et ratio est, quia per indirectum tollitur facultas testandi, vt per Barto. in l. stipulatio hoc modo. ff. de verborum obligatio. & in l. cum donationis, & ibi Alexan. & Ias. Castren. in l. captatorias. & ibi Ias. & Dec. de testam. Ex his ita deductis facile elicitur responsio ad ea quæ in contrariũ deducta fuerunt.

Et primò non obstat, quod dicebatur, donationem in casu proposito non respicere ad futurum testamentum, sed ad præteritum, quia iam fuit demonstratum contrarium, nempe eam respicere futurum testamentum, non reuocationem, & ita impedire liberam testandi facultatem per indirectum.

Secundò non ob. quod Doct. interpretati fuerunt captatorias institutiones pro deceptoria, & hic cessare de-
11 ceptionem, quia † interpretatio illa antiquorum temporum conditioni, magis quàm ipsis Doctoribus accuratissimis, & doctissimis tribuenda est & tollitur per ea quæ ex recentioribus obseruationibus supra deducta fuere, quibus hac in re post bonarum literarum propagationem, quæ ad verborum significationem spectant, plus tribuendum est, quàm antiquioribus. Sed neque verum est hoc casu cessare dictæ deceptionis occasionem, cum secreta fieri possit reuocatio, & hoc pacto voluntas captantis, & captati deludi. Sed vera ratio inualiditatis captatoriæ est illa quæ supra ex Barto. & alijs deducta est, nempe, quod impediat liberam testandi facultatem per indirectum, quod ex eo colligitur, quod valet
12 † institutio facta sub conditione si me alimentauerit, vt per Bal. Castren. Alexan. Ias. & alios in d. l. cum donationes, illa enim conditio nihil impedimenti affert, quominus hæres institutus libere testari valeat.

Tertiò non ob. quod dicitur, institutiones mutuis factas affectionibus valere. Quia hoc demum verum est, quando nulla imponitur per eas necessitas hoc vel illo modo testandi, quemadmodum imposita est in casu de quo agitur, quæ excludit præsumptionem mutuæ affectionis, cùm expressa sit conditio, quæ facit cessare præsumptionem, iur. vulgar.

Postremò non ob. quod in donatione non cadit captatoria voluntas per tex. in d. l. cum donationes. Quia id posset forte procedere in donatione inter viuos, secus
13 † in donatione causa mortis, quæ quantum ad effectũ iudicatur vti actus vltimæ voluntatis. Et in omnibus actibus vltimarum voluntatum veluti, & in legatis, captio actum vitiat. l. captiones. de leg. 1.

Præterea est animaduertendum, quod conditio respiciens futuram conditionem tunc demum actum vitiat, si ponitur in dispositione, ita vt ea cessante cesset dispositio, nam si per viam pollicitationis, vel alia ratione per quam non inducatur obligatio, deducatur, tunc remanente actu principali ea reijcitur, & hoc censuit Bal. in dicta l. cùm donationes. numero secundo, vbi considerat si sit adiecta per modum pœnæ, vel quasi, per tex. in l. stipulatio hoc modo. de verb. oblig. Et ex his cessant ea quæ in contrarium deducta fuere. Ideo pro donationis inualiditate conclusum.

SERAPHINI.

In eadem Ciuitatis Castelli donationis, Lunæ, 2. Iunij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Conditiones turpes appositæ alicui dispositioni vitiantur.*

2 *Conditio implicita & explicita quæ dicatur.*
3 *Conditio, quæ per indirectum impedit liberam testandi facultatem, venit sub generali appellatione captatoriæ voluntatis.*

DECISIO DXLIII.

FVit dubitatum, an conditiones siue modi appositi in donatione, de qua agitur, vitient donationẽ vel potius vitientur, ita vt donatio remaneat pura & valida. Et pro parte Illust. D. Alphonsi prætendebatur
1 † conditiones vitiari tanquàm turpes, per reg. l. conditiones, & l. apprehendendæ. C. de instit. & substit. l. obtinuit, de condit. & demonst. & huius sententiæ authoritate adducebantur Castren. in l. cum donationes, nu. 3. Salyc. ibidem num. 2. Curt. iun. num. 5. C. de transactio. nec non in terminis proprijs Ruin. cons. 20. nu. 6. lib. 2. Et legibus improbantibus captatorias voluntates, respõdebatur eas procedere, quando sunt conceptæ per modum à lege improbatum, veluti ex qua parte me hæredem instituis, ex eadem te hæredem instituo, non autẽ vbi adijcitur modus vel conditio turpis post dispositionem iam confectam, vt in casu proposito.

Præterea dispositionem dictarum legum intelligendam, vt captatoria voluntas sit nulla volente honorato, quod si magis expediret, putet vt velent eam valere.

Sed his non obstantibus contrarium omnium cõsensu obtinuit, cùm enim iam fuerit decisum, donationẽ, de qua agitur, esse captatoriam & ea supponatur esse donatio causa mortis, sequitur eam esse nullam & inualidam ex his, quæ tunc deducta fuere. Ideo cũ habeamus tot leges & authoritates volentes in speciẽ dispositiones captatorias esse nullas, visum fuit absurdum ex regulis generalibus discedere à manifestissima legum traditione, contra reg. l. in toto. de regul. iur. Nam si huiusmodi applicatio vera esset, nulla amplius institutio ex capite captationis vitiaretur. Cùm omnes sint sub conditione vel implicita vel explicita, quæ reijceretur: implicita, ve-
2 lut † in forma suppositia: explicita, veluti illa, si me hæredem instituis, vel si Mœuium à se scriptum hæredem ostenderit. l. ille autem, de hæred. instituen. cum alijs relatis per Ant. Aug. emẽd. lib. quarto, cap. 15. Et ideo allegata in contrarium procedunt in conditionibus aliàs turpibus & à legibus improbatis, quæ tamen non reddunt voluntates captatorias, quales sunt illæ, de quibus agitur in prædictis locis. & ratio est, quia ille commodè separari possunt, cum non influant in ipsam principalem dispositionem, quæ per se nihil turpe continet. Sed in istis conditionibus captatorijs secus est: influunt enim in ipsam dispositionem, & faciunt eam captatoriam, & ita eius substantiam inficiunt: non enim conditio est sola captatoria, sed institutio ipsa, quæ veluti esca ponitur ad alliciendum alium ad ita disponendum, quæ
3 † res cùm per indirectum impediat liberam testandi facultatem, à legibus sub generali appellatione captatoriæ voluntatis improbatur. & hoc est quod voluit Bal. in l. prima, numero quinto, de condit. institu. qui optimè sentit vitium in captatorijs respicere substantiam dispositionis.

Neque obstãt deducta ex Castren. & alijs. Quia cum allegetur l. obtinuit, de conditio. & demonstratio. patet quod intellexerunt in genere de conditionibus turpibus, nempe eas non vitiare vltimas voluntates, quod & verum est: sed si in specie intellexerunt de captatoria, in hoc allucinati sunt, & contra apertas leges loquuti sunt.

Illud verò, quod dicitur, illas constitutiones vitiari si honoratis videatur, est contra omnes leges absolutè loquentes, neque aliquo iure vel authoritate probatur.

Neque obstat consil. Ruin. allegat. Quia præterquam quod fallitur in exemplificatione captatoriæ voluntatis, vt ex his quæ in præterita decisione deducuntur, videre licet, optimè confutatur eius sententia à Didac. in cap. cum tibi, nume. 13. de testam. cuius sententiam verissimam esse Domini censuerunt. Et ideo pro donationis inualiditate concluſum, &c.

SERAPHINI.

In eadem Ciuitatis Castelli donationis. Veneris, 20. Iunij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Verba, titulo donationis causa mortis, totam qualificant dispositionem.*
2 *Pactum appositum in donatione inter viuos, quòd in aliquem euentum censeatur reuocata, est contra ipsius naturam.*
3 *Clausula, omni meliori modo, apposita in donatione, quid operetur.*
4 *Copula, &, quando non faciat transire actum ad alteram speciem.*
5 *Clausula, pro se suisq; hæredibus, quid operetur.*
6 *Interpretatio ad effectum excusandæ captationis, non admittitur.*

DECISIO DXLIIII.

FVit resolutum sine difficultate, donationem, de qua agitur, esse donationem causa mortis, non autem inter viuos, ex verbis expressis in donatione contentis, ibi, titulo puræ ac meræ donationis causa mortis, quæ † verba qualificant totam dispositionem, prout fuit resolutum in vna Vrbeuetan. Castrorum coram R. Do. Robusterio de præsenti anno. Dec. consil. 470. numero 6. versic. præsumitur tamen. idem in l. fin. numero 20. C. de pact. Paris. consil. 26. nume. 7. lib. secundo. Curt. iun. consil. 230. lib. primo. Iaſ. consil. 5. colum. fin. & consil. sequen. colum. 3. lib. 3. Clar. §. donatio, quæst. 4. Accedit, quòd partes habuerunt hanc donationem pro reuocabili, cùm fuerit appositum pactum, ꝙ in euentum quod reuocaretur, censeretur testa-
2 mentum reuocatum, quod † est contra naturam donationis inter viuos. l. perfectum. C. de donatio. quæ sub mod. Paris. consil. 9. in princip. lib. tertio. Propterea fuerunt exhibiti tot testes, quot requiruntur in donatione causa mortis. l. fin. C. de donatio. causa mort. Dec. consil. 470. nume. quarto. ex quibus sequitur non posse substineri ex alio capite quàm ex eo, de quo actum est, ex quo donans se restrinxit & dispositionem limitauit. Dec. in cap. cum super, ad finem, versic. tertia concluſio, de offic. delega. Rip. in l. prima. §. si quis viam, numero 30. de verborum obligatio. Alciat. ibidem, numero 47. versic. secundo limita, & ita fuit resolutum in dicta causa Vrbeuetan. in qua longe plures & fortiores concurrere deducebantur, & agebatur de substituenda donatione facta inter viuos filio in fideicommisso, quod facilius ex præsumpta mente donantis permittẽdum esset, cùm verisimilius sit, eum qui purè inter viuos donauit, donaturum quoq; fuisse vel causa mortis, vel per fideicommissum, quàm ꝙ ille, qui donauit causa

causa mortis, donaturus etiam esset inter viuos, nam qui donat causa mortis, mauult ipse, quàm eum cui donat. Instit. de donat. in princ.

3 Non ob. deducta in contrarium. Et primo † clausula, omni meliori modo. Quia tunc operaretur si dictũ fuisset, donat causa mortis, & omni meliori modo. Sed cùm dicat, omni meliori modo causa mortis, illa verba, causa mortis, totam dispositionem qualificant. Neque ob. copula, &, considerata per Achil. decis. 1. de clausulis. Quia
4 † non ponitur inter modos donandi, sed inter qualitates ipsius donationis. s. sponte ac omni meliori modo, adeo quod non arguit transitum ad aliam speciem.

5 Neque ob. clausula, † pro se suisque hæredib. quia cũ respiciat executionem, tunc operatur, quando principalis dispositio sortitur effectum, vt post Bal. optime considerat Dec. cons. 470. nu. 10. vel si velimus amplecti opinionem additionatoris, illa verba operãtur transmissionem legatorum, quibus æquiparatur donatio causa mortis.

Non obst. quod pro validitate actus sit facienda hæc interpretatio, quia restrictio impedit talem interpreta-
6 tionem, maximè † cùm ad effectum excusandæ captationis non sit admittenda, ex eo quod in specie captatio est reprobata. Fely. d. c. cum super. nu. 12. de of. deleg. Rip. in d. §. si quis viam, nu. 32. & Alc. nu. 47.

Non obst. quòd sit facta ex causa, quia in contrarium retorquetur, cum testamentum, propter quod fiebat donatio, esset reuocabile ex sui natura. vt ergo seruetur proportio, talis quoque debet esse donatio.

Non ob. quod fuerit facta fratri. Quia in fortioribus terminis in illa Vrbeuetan. fuit facta filio.

Non ob. illa verba, puræ & meræ. Quia immo in contrarium maximè vrgent, cùm sint adiecta donationi cã mortis. vnde excludent omnem aliam donationis speciem: nam donatio inter viuos nunquàm dici poterit pura & mera donatio causa mortis.

Non ob. clausula, pleno iure. Quia qualificatur à precedentibus: semper enim repetendum est verbum, donauit causa mortis, & sic cum sua qualitate.

Cætera quæ allegantur ex Doct. de transitu vnius speciei in aliam pro actus validitate, tunc procedunt, vbi disponens non se restrinxit. & ideo non faciunt ad propositum casum.

Cęsaraugustan. capellaniæ. Lunæ, 4. Maij. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Extremis probatis media præsumuntur.*
2 *Possessio immemorabilis præsentandi probatur etiam ex præsentationibus factis licèt non habuerint effectum.*
3 *Prouisio Apostolica non mutat statum seu quasi possessionem iuris patronatus, sed illam conseruat.*
4 *Suspitio vsurpationis non habet locum, vbi constat de immemorabili possessione.*

DECISIO DXLV.

DOmini dixerunt, quòd ex præsentationibus, de quibus in præsuppositis, constat de immemorabili possessione præsentandi Alcadi, & iuratorũ de Calatoran, & confraternitatis sancti Bartholomęi: nã ab anno 1433. vsque ad annum 1565. fuerunt in quasi possessione, & sic per 130. annos. probatur etiam initiũ continuatum ab anno 1433. vsque annum 1493. p successiuas personas, & sic per 60. annos, & ab anno 1517.
1 vsque ad annum 1565. & sic per 48. annos, quib. † extremis probatis præsumuntur media. Tiraq. de præscri. §. 1. gl. 5. per tot. qui in fi. declarat gl. in capitu. accedentibus. de priuileg.

Non ob. quòd non appareat, præsentationes habuisse
2 effectum, quia immo satis constat, ex † quo per obitum præsentatorum, & institutorum factæ fuerant aliæ successiuæ præsentationes. Oldra. cons. 229. nu. 2. & 3. Lambert. de iurepatro. lib. 2. parte 1. q. 10. ar. 7. Et etiam institutiones subsequutæ, quæ d. ius præsentandi non solum ex verbis enunciatiuis, quæ in antiquis probant, Achil. decis. pen. de fide instr. sed etiam ex obseruantia subsecuta, probãt. Cy. in cons. suo quod est inter cons. Bal. 400. vol. 4. Aym. consi. 101. nu. 3. & 4. & idem consi. 108.

Non ob. quod Vincentius resignauerit in manib. Papæ in fauorem Hieronymi cum narratiua iurispatronatus: nam licèt Hieronymus non fuerit præsentatus, ostẽdit, quòd præsentatio Vincẽtij habuit effectum, ex quo
3 Hieronymus venit ex persona sua, & † prouisio apostolica non mutat statum seu quasi possessionem iurispatronatus, sed illam conseruat. Ægid. decis. 107. Achil. decis. vnic. de stat. benefic.

Nec ob. dispositio Concil. Trid. c. 9. sess. 25. Quia probantur præsentationes non solũ 50. sed & 60. annorum ex vna, & 48. annorum saltem ex altera.

4 Præterea suspitio vsurpationis, de qua Crescen. deci. 13. & Io. Paul. decis. 87. non habet locum, vbi constat de immemorabili. Achil. de iurepatro. decis. 4. & 5.

SERAPHINI.

Roman. de Soderinis. Veneris, 29. Octobris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Actiones censentur esse in loco, in quo fieri debet exactio. ex communi & receptiori.*
Item connumerantur inter res, ad quas competunt. & nume. 2. fallit, vt nu. seq.
3 *Actio, quæ competit ad quantitatem in genere, nullo loco censetur circumscripta, nec computatur inter immobilia, sed facit tertiam speciem.*
4 *Iura & actiones non veniunt, quando fit mentio de bonis existentibus in certo loco.*
Idem etiam quando successio esset limitata ad certum locum. num. 5.
6 *Alexan. consil. 16. numero 2. lib. 1. quo casu loquatur. ex communi.*
7 *Locus contractus attendendus est in decisorijs.*

DECISIO DXLVI.

IVlius Soderinus agebat contra Paulum Antonium, ꝙ consecutione quartæ partis cuiusdã cedulæ scutorũ 20000. vel circa, cuius glor. me. Franciscus primus Galliarũ Rex agnoscebat se esse debitorẽ bo. me. Cardinalis Volaterrani ratione similis quantitatis per ipsum Cardinalem Romæ diuersis personis in plurib. partitis pro ipsius Regis negotijs solutæ, & mandabat thesaurarijs generalibus Franciarum, vt de dicta summa prædicto Cardinali satisfacerent, & alias prout in ea, & fuerat hæc cedula confecta apud S. Germanum. Excipiebat Paulus Antonius de quadam cessione sibi à Reuerenda Camera Apostolica facta de dicta summa tanq̃ de spolijs d. Cardinalis Volaterrani, replicabat Iulius hãc summam non cadere sub spolijs cameralibus propter bullã summorum Pontificum Sixti, & Leonis, in quibus conceduntur facultates testandi, & succedendi in bonis sitis

in

in vrbe & propè eam ad 10. milliaria. Duplicabat Paulus Antonius hoc creditum non cadere sub prædicta dispositione.

Quare proposui dubium, an summa contenta in d.cedula censeretur comprehensa sub dictis priuilegijs.

Et fuit per maiorem partem Dominorũ conclusum, quòd non, cum præsupposito, quod exactio fieri deberet in Gallijs,& non Romæ. Nam licèt nõ exigua sit inter Doct.contentio,an † actiones connumerentur inter
1 res mobiles, vel immobiles, vt latè disserit Tiraq.qui infinitos diligentissimè cumulat,de retract. Lignager.§.1. gl.7.in prin.& an censeantur esse in loco,in quo fuit cõtracta obligatio, vel potius in loco, in quo est destinata solutio,tamen verior & receptior opinio est,vt attendatur locus, in quo fieri debet exactio, prout ex sententia Petri, Bal.& Ang.in l.ex facto.de hære.instituen. & Are. in consi. 10.col.vlt.& Castren.320.lib.1.Alex. consil.31. lib.primo,& consil.19. libro sexto, cum alijs quos refert Tiraq. de retract.Lignag.§.36.gl.3.nu.15.cum seq.

Quod confirmatur ex recepta distinctione Doct.quã refert Tiraq.in præallegato §.primo,gl.7.nu.15.& 17.q̃
2 est, quod de † actionibus iudicamus prout de re,ad quã competunt, & ideo cum competeret actio ad exigendas pecunias in Gallijs, censetur hæc actio de bonis in Gallijs sitis,vel secundum Lap. alleg.92. incip. in primis videndum, quod si † actio est ad quantitatem in genere,
3 prout in casu,de quo agitur, nullo loco censetur circunscripta,nec computatur inter mobilia, sed facit tertiam speciem,& eum sequitur Roman.consil.509. nume.19. & Tiraq.præcitatus.d.§.36.glos.3.num. decimosexto.Et secundum hanc opinionem res caret difficultate, quòd istud creditum non venit sub dispositione bullæ Leonis quocunque loco sint exigendæ pecuniæ, cùm bulla aperte loquatur de bonis sitis in Vrbe, & extra per 10. mil-
4 liaria.Nam † quando fit mentio de bonis existentib. in certo loco,tunc non veniunt iura, & actiones.l.Caius.in prin.de leg.2.ex auctoritate Bal.tradit optime Soc.consilio centesimoprimo, nu.4. lib. primo, qui etiam refert & sequitur Lap.& Roman.supra citatos, nu.6.& late per Tiraq.in l.si vnquàm. in verbo, bona. numero 13.C.de reuocan.donat.

Non ob.Iacobin. de sancto Georg.in tract.de Rodijs, siue operis.num.decimoquarto, quia loquitur in diuersis terminis, nempe in quæstione, an dominus succedat vasallo in nominibus creditorum, qui sunt extra suum territorium,& tenet quod sic, & bene: nam successio est
5 ius vniuersale, & actio hæret ossibus vasalli cui succeditur: sed non negat, quod † si successio esset limitata ad certum locum, quòd tunc non veniunt actiones, immo hoc expresse fatetur, cum alleget Bal. in l.prima,de sta. hom. hoc volentem, sed vtitur hoc argumento,vt excludat argumentum eorum, qui volebant, quod actio illa esset de bonis in alio territorio sitis.

Nec etiam huic sententiæ aduersatur Alex. consil.de-
6 cimosexto, num.2.lib.primo. Quia † loquitur de eo qui habebat bona mobilia,& actiones Romæ,vbi contraxerat domicilium, & licet idem dicat de mobilibus alibi sitis,quando sunt reuersura ad locum domicilij, tamen postea ex auctoritate Bal. tenet, quod sunt de loco, in quo reperiuntur, & non sequuntur personam, contra eundem Bal. sibi contrarium. Et hanc opin. veriorẽ esse testatur tam ipse, quàm Add.sub litera B.Neque ab hac opinione discrepat Salyce.in l.cunctos populos. col.pe. versicu. sinautem essent iura. C.de summa Trini. prout etiam eum ponderat Tiraq.d.§.36.glo.3. num. decimoseptimo, & idem in effectu cẽsere videtur Rub. Alexan. cons.136.num.primo,ver.suadetur. vbi considerat vltra locum cõtractus locum exactionis. Nec supradictis obstat consideratio,quæ fit exemplo per Dominos aduoca
7 tos,quòd † in decisorijs attendimus locum, in quo est celebratus contractus,per l.fi fundus.de euict.Docto. in l.prima C.de sum.Trinita.cum alijs.Quia hic subest manifesta fallacia, cùm non agamus de quæstione aliqua emergenti circa substantiam ipsius contractus, quo casu attendenda essent statuta loci, in quo est celebratus: sed agimus de re ipsa in contractu contenta, & quærimus, an sit in loco, & in quo. Et ex his sublata sunt ea, quæ circa hunc articulum in contrarium deducuntur, omisso articulo fideicommissi, de quo tanquàm non necessario actum non fuit.

BLANCHETTI.

Vrbeuetan. castrorum. Mercurij. 10. Iunij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Coitus omnis præter matrimonialem de iure canonico est prohibitus: secus de iure ciuili.*
2 *Natus ex concubina domi retenta dicitur natus ex damnato coitu etiam de iure ciuili: secus autem concubinatu cessante.*
3 *Pœna infamiæ an irrogetur in coitu concubinario, est dubia quæstio.*
4 *Concubinatus vt dicatur, plura requiruntur: aliàs transit in crimen stupri.*
5 *Spurij appellatione venit natus ex quocunque genere illiciti coitus.*
6 *Illegitimi omnes excluduntur de iure ciuili à successione.*

DECISIO DXLVII.

PRoposui dubium, an Iacobus sit taliter natus ex damnato coitu, vt sit insuccessibilis in casu, de quo agitur. Super quo dubio cùm plures excitarẽ tur difficultates, in duobus Domini conuenerunt, quorum Primum est, quòd Iacobus natus sit ex damnato coitu,cum sit natus ex vxorato, & concubina domi reteta. Idq̃ue tam de iure Pontificio, quàm Cesareo, cùm † de
1 iure canonico omnis coitus præter matrimonialem sit reprobatus, vt per Clar. in §. adulterium.numero 3.& §. fornicatio.nume.primo.Aretin.in §.nouissime.num.22. Inst. ad S.C. Orfic. De iure autem ciuili, secundum quod
2 licèt concubinarius coitus sit permissus, tamen † cùm sit natus ex concubina domi retenta, dicitur natus ex damnato coitu. probat tex.in l.prima, C. de concubin.& ibi Salyce.Dec.consil. trigesimosexto, Aretin.in loco allega. Clar.in d.§.fornicatio, nume.7.Paleot.de not.& spur.capitu. 41. Qualitas enim concubinatus delictum aggrauat, cùm alias de iure ciuili cessante concubinatu nõ potuisset dici natus ex damnato coitu. Pau. de Cast.consil. 34.numero 4.libro 2.Soc.iun. consil. 130. numero 5.libro 2. Clar.in §.adulterium. nume.2. dicit indubitatam sententiam.

An autem coitus iste sit punibilis,resolutum nõ fuit, cùm aliquibus ex Dominis placeret, huiusmodi coitum
3 esse punibilem, † cùm irrogetur pœna infamiæ.glos.in §. si verò effusa.in verbo, consistente. Auth. quibus mod. nat. effic. sui. quam tamen de facto non obseruari dicit Bal.in l.2.nu.primo, C.de incest. nup. quem refert Caccialup.in l.si qua Illustris.num.3.C.ad senat. consul.Orfi cia. Clar. in d.§.fornicatio.num.2.

Aliqui verò tenebant nullam pœnam irrogari, cùm tex.in l.vnica, C.de concubin.prohibeat,ne detur licẽtia coniugatis

coniugatis concubinam penes se habere constante matrimonio, & dicebant infames pariter fieri eos qui meretricium publicum exercẽt, & tamen natus ex tali meretricio coitu non dicitur natus ex coitu punibili, immo nec etiam ex damnato,vt fuit dictum, nisi fuerit detenta in schemate cõcubinæ. Sed difficultatem facit, qa cùm, vt dicatur concubinatus, plura de iure requirãtur,
4 quæ si nõ concurrant, trãsit in crimen stupri, † quod omni iure punibile est, vt per Clar.in allegato.§.fornicatio. nu.8.ideo videndum erit, an Iacobus sit natus ex punibili coitu. Fuit etiam per Dominos resolutũ, quod ex mẽte paciscentium cuiuscunque generis illegitimi sunt vo
5 cati, attento verbo, spurij, quod † complectitur natos ex quocunque genere illiciti coitus. Bal. consil. 81. lib. 1. Aflic. decis. 96. nume. 20. accedẽte. verbo, bastardi, quod de sui natura est generalis, Illustr. Paleot. de not.& spur. cap. 17. num. 7.

Non obstat, quod paciscentes voluerunt conformare se cum dispositione iuris communis, & magis vnius, q̃
6 alterius generis spurios vocare. Quia † cùm quoad successionem ius commune quoscunque illegitimos excludat, Auth. q̃b. mod. nat. effic. sui. §. pe.& in fi. auth. licet. C. de natur. liber. Abb. in c. tãta, nu. 13. qui fil. sint leg. Caie. lib. primo osseruat. c. 6. tom. 5. apparet, q̃ voluerunt omnino recedere à iure communi, excludendo fœminas legitimas propter spurios, cùm tamen de iure communi nec propter legitimos excludantur. l. maximum vitium. C. de liber. præter. Quæ voluntas est tota vniformis, & sub eadem causa finali conseruandi agnationem: sed iura Auth. diuisa, quia spurij si sint collaterales, vel extranei ab illis, de quorum successione agitur, possunt accipere, & vocari: si verò sint filij, non possunt. Et hæc potestas in hoc tantum deficit, ex quo non corruit tota voluntas, sed in eo, in quo potestas deficit, cessat dispositio. Bal. consil. 249. prope fi. lib. 3. Videndum igitur erit de potestate.

BVBALI.

Cassanen. beneficij. Veneris, 4. Iulij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Redditus & prouentus beneficij debent intelligi deductis expensis & oneribus.*
2 *Redditus annui non computantur inter bona immobilia, & de facili recipiunt diminutionem.*

DECISIO DXLVIII.

FVit per Dominos resolutum non constare de iure patronatus familiæ de Deodatis in beneficio, de quo agitur, ac minus fuisse ipsis ius acquisitum, & ideo contra Do. Siluium ab ipsis præsentatum potuisse procedi ad instantiam D. Pauli Belarditi prouisi apostolici vti de beneficio libero.

Mouebantur ex verbis in bulla, in qua fe.re. Clemens Septimus concessit huiusmodi iuspatronatus Gulielmo Deodato super isto beneficio, sub hac conditione, si & postquàm auxeris fructus beneficij ad tertiam partem, videlicet, ad octo ducatos auri de Camera, quę conditio non fuit adimpleta, prout fieri debebat: nam licet fuerit Ecclesiæ assignatus annuus redditus octo ducatorum in ciuitate Neapolitana, tamen ex hoc non fuit satisfactum intentioni Clementis Septimi, cùm locus beneficij distet à ciuitate Neapolitana per 150. milliaria in circa, & expensæ, quæ verisimiliter fiunt in exigendis, & transportandis pecunijs ad locum beneficij, seu in soluẽdis cambijs satis diminuant d. quantitatem 8. ducatorũ,
1 quæ † debebant cõstitui libere ab omni onere, & impor tatis: fructus enim considerantur deductis impẽsis. l. fructus. vbi Doct. ff. solu. matrimo. Cùm igitur augumentũ iuxta formam bullæ non fuerit assignatum in loco beneficij, & liberum ab omnibus impensis, non potest dici acquisitum iuspatronatus d. familiæ.

Aliqui etiam ex Dominis considerabant, quòd augumentum 8. ducatorum debebat constitui in tot bonis stabilibus, prout erant alia bona Ecclesiæ, non autem in
2 redditu annuo, qui † de facili recipit diminutionem, & non computatur inter bona immobilia, vt bene declarat Abb. in capi. nulli. numero 10. de rebus eccles. non alienandis.

Non obstat possessio, & obseruantia subsecuta, quia est sublata per Concil. Triden. sess. 25. cap. 9. & licèt ibi dicatur, sine præiudicio obtinentis, tamen in casu, de quo agitur, vt supra dictum est, cum à principio non fuerit acquisitum iuspatronatus ob non seruatam formam cõcessionis Clementis, non est habenda in alia consideratione possessio D. Siluij, sed attendenda est prouisio apostolica vti de beneficio libero.

DECANI.

Bononien. de Pepulis. Veneris, 20. & 27. Nouembris. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Possessio transferri per constitutum dicitur.*
Idque etiam procedit in testatore constituente se in testamento possidere pro alio. & nu. 3.
Eoq̃ magis, vbi testator apponit clausulam, ex nunc prout ex tunc, & è contrario.
2 *Constitutum collatum post mortem testatoris, quando operetur translationem dominij.*
4 *Constitutum testatoris in dubio non intelligitur collatum post eius mortem.*
5 *Constitutum est accessorium ipsius contractus, in quo apponitur.*
6 *Constitutum inter patrem & filium, non operatur simpliciter donationem, sed translationem possessionis sub commemoratione institutionis.*
7 *Constitutum appositum super contractu nullo, an operetur translationem, est quæstio difficilis.*
8 *Constitutum potest operari translationem possessionis etiã non præcedente titulo habili, vel causa iusta, ex communi.*
9 *Constitutum, vt operetur translationem possessionis à patre in filium, voluntas ipsius patris attendi debet.*
10 *Actus gesti præsumuntur ex titulo præambulo, & vtiliori.*
11 *Actus in dubio factus præsumitur nomine proprio.*

DECISIO DXLIX.

FVerat decretum, & relaxatum mandatum de manutenẽdo in fauorem Com. Romei. Verum quia postea pro parte Illustr. Com. Ioannis & aliorum de Pepulis fuerunt examinati nõnulli testes, ex quorum depositionibus prætendebatur d. mandatum esse reuocandum, præfatumq̃ue Do. Com. Ioannem, & alios litis consortes esse manutenendos, propterea dedi dubium, præsuppositis resolutionibus sub die 27. Ianu. & 28. Febru. 1578. in huiusmod causa factis, & stantib. hinc inde deductis,

deductis, an à dictis resolutionibus sit recedendum, vel dandum mandatum de manutenẽdo in fauorem Com. Ioannis, & litis consortium. & die Ven. 20. Nouembris, 1579. fuit per Dominos distincta causa in tres difficultates principales.

Prima fuit, an constet de possessione Comitis Romei in vita patris. Secunda, an cõstet de eius possessione post obitum patris vsque ad annum 1564. Tertia, an post d. annum 1564. cẽseatur Comes Romeus amisisse possessionem. Proposita igitur prima difficultate sub die Ven. 27. eiusdem, Domini resoluerunt constare de possessione ipsius Com. Romei in vita patris. Et pro fundamento præsupponebant q; Co. Alexander pater ipsius Com. Romei possidebat bona, de quorum possessione agitur. quo stante cùm in testamento per eum condito sub die 13. Septembris, 1546. constituerit se possidere nomine
1 ipsius Com. Romei filij, vtique † per tale constitutũ censetur transtulisse possessionem in eundem. l. quod meo. de acqui. pos. & ibi Doct. congerit Tiraq. de const. in prima par. in prin. nu. 2. & seq. c. si diligenti. de præscri. cũ veniret. in fi. de rest. spol. Idque procedit etiam in testatore constituente se possidere in testamento pro alio, vt p Tiraq. de constitu. 23. ampliat. nu. 1. & 2. potest enim testator tradendo præuenire morte. l. Lucius Titius. la prima. de leg. 2. Bal. in c. 1. nu. 15. de confirm. vtil. vel inutil. Idque fortius procedit, vbi testator apponit illam clausulam, ex nunc prout ex tunc, & è contrario, vt post Ale. & alios, quos congerit, habetur per Tiraq. de consti. in 3. par. 2. limit. nu. 15. & seq.

Non ob. ea quæ exemplo in contrarium adducebantur per informantes. & primò,

Quòd huiusmodi constitutum non poterat operari translationem possessionis, quia erat collatum post mortem ipsius testatoris, vt per Dec. consi. 247. cum alijs cumulatis per Tiraq. in d. 3. par. 2. limit. nu. 1. & seq.

2 Nam fuit responsum non verificari in facto, q; †cõstitutum esset collatũ post mortem: licèt. n. testator primo loco dixerit secuta morte, nihilominus postea procedit vlterius in illis verbis, & ad maiorẽ cautelã, ibi, & alias omni meliori modo, vt per Achil. de clauſ. decis. vnic. Et licèt addiderit illa verba, vt supra, & sic relatiue ad illa verba, secuta morte, nihilominus dixerunt Domini, qđ cum hoc totum pendeat à voluntate disponentis, tollitur omnis difficultas ex instrumento confecto per eundem Comitem Alexandrum de anno 1550. ex quo clarè apparet, p̃sertim ex illis verbis, tã in vita ipsius Com. Alexandri, quàm post illius mortem, & si illam apprehẽdisset expresse confirmauit, & cõfirmat, q; ipse voluit filium suum, ẽt in vita ipsius patris, possessorem facere. Et ꝓpterea cessat omnis difficultas, q; constitutũ fuerit collatum post mortem, cùm habeamus claram mentem disponentis per verba expressa, à quibus non est recedendum. l. ille aut ille. §. cùm. in verbis. de leg. 3. Neq; † ex eo
3 quod constitutum sit appositum in testamento, necessario probatur, quòd fuerit collatum post mortem, quia sequeretur, q; non esset vera supradicta conclusio Doc. quod per constitutum appositum in testamento transferatur possessio in vita testatoris, vt per Tiraq. in d ampliat. 23. quod quidem non est affirmandum. Et† nihilominus illud posset procedere in dubio si aliud non exprimatur, vt per Tiraq. de const. in 3. par. limit. 3. nu. 19. At nos versamur in claris, vt superius deductum fuit. Et Docto. allegari per informantes, videlicet Alex. consi. 82. nume. 2. & Gozadin. consi. 99. & alij citati loquuntur in casu, in quo clare constabat, constitutum fuisse collatum post obitũ testatoris, propterea nõ vrgent in proposito.

Secundò non ob. quòd per constitutum non põt trãsferri possessio, vbi adest nullitas contractus, vt per Ale. & alios in l. 1. §. si vir. de acq. possess. Afflic. decis. 331. nu. 2. &
5 seq. cum alijs allegatis. Quia † cõstitutum est accessoriũ ipsius contractus, in quo apponitur, vt deducit late Tiraq. in 3. par. limit. 7. nu. 15. Et per consequens si corruit contractus, corruit & constitutum. l. cùm principalis. de reg. iur. & ibi Dec. in prin. qui loquitur in precario. c. accessorium. eo. ti. in 6. Cùm aũt huiusmodi constitutũ inter patrem, & filium importet donationem, quæ cũ sit vallata iuramento, sine dubio est valida. l. donationes. in prin. C. de dona. inter vir. & vxo. cum alijs adductis p informantes. Quoniam fuit respõsum, quòd nos sumus in testamento condito à patre, q; licet morte debeat cõfirmari, non tamen est inualidum, & reprobatum, ita vt cõstitutum possit dici appositum super actu nullo, vt post Bal. in l. ex testamento. ad fi. C. de fideicommiss. habetur
6 per Tiraq. de const. in 2. par. 23. ampliat. nu. 3. Quòd † verò opponitur de donatione inter patrem, & filiũ absq; iuramento, tollitur ex eo, quia pater censetur transtulisse possessionem sub commemoratione institutionis. Vñ apparet, quòd non intendit donare, secundum Bar. in l. legatum. de leg. 2. & est gl. in clem. dudum. §. huiusmodi quoq;. de sepultur. & ibi Card. in 10. q. sub nu. 9. & Imo. sub num. 60. & Bonifac. nu. 37. & seq. moti per tex. in d. l. Lucius Titius. de leg. 2. & licet loquantur in legato, eadẽ
7 ratio videtur esse in institutione. Præterea † non transit sine difficultate illud, quod dicitur de constituto apposito super contractu nullo, vt patet ex Doct. adductis per Tiraq. in d. 7. limit. nu. 17. & seq. præsertim vbi interueniunt actus possessorij, vt per Doct. in d. l. 1. §. si vir. de acquir. possess.

Tertiò dum opponebatur, quòd constitutum in casu isto non potest operari translationem possessionis, quia non præcedit titulus habilis, vel causa iusta, vt voluit gl. in d. l. quod meo. in prin. de acq. pos. cuius opin. sequitur Ale. consi. 82. lib. 2. & nõnulli alij relati per Tiraq. par. 33.
8 limit. 6. Nam † in primis fuit dictum, quod contra opi. d. gl. est communis opi. vt per Doct. in d. l. quod meo. vbi Claud. de Seisel. nu. 3. attestatur, quod glo. communiter reprehenditur. Secundò fuit responsum, quòd hic præcedit titulus, nempe titulus institutionis, & sic cessat omnis difficultas.

Quartò non ob. patrem non posse trãsferre possessionem in filium, quia quicquid acquirit filius, acquirit pa-
9 tri. l. placet. de acquir. hær. Quoniam † dixerunt Dñi, qđ cùm agatur de acquisitione possessionis, voluntas patris attendi debet volentis transferre possessionem in filiũ, de cuius etiam voluntate, q; voluerit sibi acquirere, non dubitatur, vt inferius deducitur, & per consequens non videtur intrare prædicta regula, cũ possessio sine animo quæri non possit. l. quemadmodum. de acquir. pos. & ꝓbat tex. in l. 1. §. item acquirimus. ibi, quia nostra voluntate. eo. ti. Præterea, quia obligatio descendit immediate à patre in filium, non acquiritur patri, vt per Tiraq. de retract. §. 1. gl. 9. nu. 65. post alios quos allegat.

Quintò non vrget, dum dicebatur, quòd constitutum non erat considerandum, quia appositum filio absente, & notario pro eo non stipulante. Quia fuit respõsum satis esse, quòd constet de ratificatione ipsius Comitis Romei per actus per ipsum gestos, de quib. testes deponũt,
10 qui quidem † actus præsumuntur gesti ex ti. præambulo. l. quædam mulier. de rei vendica. l. 2. C. de acq. pos. Et præsumuntur gesti ex titulo sibi vtiliori. Soc. consi. 15. nu. 7. lib. 4. Aym. consi. 322. nu. 3. post Alexan. consi. 6. nume. 20. vol. 3. Quod autem testes probent actus possessorios, vel saltem tales, ex quib. inducatur huiusmodi ratificatio, visum fuit Dominis non habere difficultatem.

Quantum

Quantum vero attinet ad instrumentum supradictũ confectum de anno 1550. dixerunt Domini in eo pariter adesse constitutum Com. Alexandri in fauorem filij, vt sunt clara verba instrumenti.

Neque obstant reseruationes factę per ipsum Comitem Alexandrum tam respectu fructuum, quàm dominij seu proprietatis. Quia ista nihil cõe habent cum possessione. neque dici potest, quòd actus gesti per ipsum Comitem Romeum censeantur facti nomine procuratorio, & non nomine proprio, stante huiusmodi mandato, quia cùm ipse Comes Romeus in vim constituti appositi tam in testamento, quàm in ipso mandato potue
11 rit ea quæ fecit, facere nomine proprio, dicendum † est quod nomine proprio fecerit. l. & magis. de solut. Corn. consi. 310. lib. 3. Soc. consi. 113. lib. 4. Alc. de præsump. regula 2. præsump. 24. nu. 9.

Et ex his Domini concluserunt constare de possessione Comitis Romei in vita patris.

ROBVSTERII.

Ispalen. iuris sepelien. Veneris, 19. Decembris. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Forma capellæ seu oratorij mutari non potest inuito domino, & patrono, etiam si episcopus consentiret.*
2 *Cadauer potest aliò transferri vbi in depositum est receptum, & cum obligatione restituendi.*
3 *Voluntas testatoris interpretanda est secundum id quod est verisimile.*
4 *Constructio capellæ relictæ per testatorem si non potest fieri in loco expresso, potest saltem in alio.*
5 *Verba sententiæ referenda sunt ad iuris dispositionem.*

DECISIO DL.

FVit resolutum, sententiam vltimo loco latam fore confirmandam, cũ sit iusta, & valida, & de validitate apertè constat ex actis, & pariter de iustitia. Nã administratores non possunt cogi ad emendum capellã sancti Hippoliti in Ecclesia Sanctæ Marinæ, cùm illa nõ sit libera, & testatores præsupposuerunt illam fieri suã, & propriã, vt aperte legitur in clausulis, quarũ copia data fuit. Præterea iuxta disposita per testatores mutanda
1 esset forma d. capellæ, & aliter construenda, quæ † forma mutari non potest inuito domino & patrono, etiam si episcopus consentiret. gl. & alij in c. nobis. ver. capellis. de iurepatrona. quia capella vnius alteri attribui nõ potest. l. 2. vbi no. Barto. de ope. public. & in capella seu oratorio est tex. in c. monasterium. 16. q. 7. cum alijs per Roch. de iurepatron. in verbo, honorificum. q. 3. & late Lambertin. de iurepatro. lib. 3. q. 6.

Neque cadauer Catherinæ debet remanere in d. capella sancti Hippoliti, quia ipsa mandauit si sepeliri in sua capella. & ista non est talis, præsertim, cum non fuerit ibi traditum perpetuæ sepulturæ, sed ad tempus: nã Oeconomus, & beneficiati se obligarunt tenere cadauer
2 in depositum, & illud restituere, ideo † potest aliò trãsferri. l. sciendum. C. de relig. & sumpt. funer.

Eadem quoque videbãtur procedere quoad Ioannẽ, quia erat frater, hæres, & executor, & administrator Catherinæ, & bonorum, & mandatorum illius censetur voluisse ipsum se conformare cum voluntate sororis: nam mandauit vterque vnam eandem capellam construi, atque emi pro ambobus, & esset contra vtriusque testatoris voluntatẽm si deberent duæ capellæ emi, & fabricari separatim, præsertim quia Ioannes mandauit se sepeliri, vbi erat sepulta sua soror, & non in diuersa capella, prout contingeret si Ioannes ibi maneret, Catherina ve-
3 rò aliò transferretur, & † voluntas testatoris debet interpretari secundum id quod est verisimile, vt post alios cumulat Aym. consi. 25. nu. 15.

Accedit, quòd tam Catherina, quàm ipse Ioannes vo-
4 luerunt emi capellam, & illam effici propriam. Vnde † cũ relicta per testatores non possint fieri in loco expresso, possunt fieri in alio. c. nos quidem. de testam. & in Auth. de eccles. tit. §. si quis in nomine. coll. 9. l. legatum ciuitati. ff. de vsufruc. lega.

Non obst. quod emptio capellæ fuerit commissa per Catherinam executoribus, & non administratorib. tum quia in testamento promiscue loquitur, non faciendo differentiam inter executores, & administratores, tum etiam quia potuit intelligere de executorib. infra annũ, quia post expirat eorum officium. c. nos quidem. de testam. & de administratoribus post annum vlterius satis est, quòd Ioannes habebat facultatem à sorore, & commisit huiusmodi emptionem capellæ administratorib.

Non ob. quod sententia dicat, omnibus & cuilibet illorum insolidum facere adimplere relicta per testatores, quia intelligenda est, vt possint omnes simul, & coniunctim exequi si velint, aut possit alio aut nolente, vel impedito exequi alter, & sic quilibet illorum, prout est
5 de iure. cap. 2. §. primo, de testamen. lib. 6. Nam † verba sententiæ, sunt referenda ad iuris dispositionem. Aym. consi. 74. numero 9. & consi. 178. num. 8.

Non ob. quod Ioannes mandauit se sepeliri in capella sancti Hippoliti, quia addidit, vbi est sepulta mea soror, & soror est alibi sepelienda, item addidit, in capella mea propria, & ista non potest effici sua per supradicta.

ROBVSTERII.

Vrbeuetan. hæreditatis. Ven. 18. Maij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas statuti allegata probanda est per allegantem.*
2 *Tyber non subijcitur statutis vrbis.*
3 *Subiectio eorum, quæ simul cum finibus constituunt districtum, est probanda.*

DECISIO DLI.

FVit resolutum, quod donatio nõ subiacet statutis, & reformationibus Vrbis de donationibus non valituris, quia cùm prædicta statuta non ligent, nisi ciues, incolas, & districtuales, ca. 37. lib. 5. & in Bulla Leonis posita in fi. d. lib. 5. & in plurib. alijs c. statutorũ, aut omnes iurisdictioni Vrbis subiectos, vt lib. 3. capi. 277. D. Hortensia, quæ dat de statutis, & reformationib.
1 Vrbis, debet probare † qualitatem dictorum statutorũ. Io. And. & alij in c. 1. de homic. in 6. cum alijs per Dec. cõsil. 261. nu. 4. Et sic saltem debet probare, quòd Castrũ Iulianelli, in quo fuit celebrata donatio, de qua agitur, sit de d. districtu Vrbis. Et licèt probatum sit, & est notorium, quòd Castrum Iulianelli est infra 40. milliaria Vrbis, in quib. consistit districtum Vrbis, vt in c. 3. lib. 1. cũ alijs plurib. cap. tamen non sufficit hæc probatio de 40. milliaribus, quæ tantum concludit de confinib. licèt. n. Tyber sit infra confines 40. milliarium, non ideo subij-
2 citur statutis Vrbis, vt † per Ant. Aug. de consti. nu. 5. &
3 lib. 3. dist. 784. Ideo est probanda † subiectio, quæ simu cum finib. 40. milliarium constituunt districtum. Cyn.

Bal.

Bal.& alij per Aretin.consi.77.num.4.& plura Rolan.de Valle cons.33.fere per tot.lib.3. Nam qui nõ subijcitur, non sortitur forum, nec ligatur statutis,& è contra.Dec. post alios in l.fi.in prin.de iurisd.om. iud.Gozad.cõs.49. nu.13.Propterea D.Hortensia debet probare,q̃ Iulianel lus tempore conditorum statutorum, fuit de tempore Leonis, & tempore donationis saltim soluebat sal focaticum cameræ Vrbis, quia ex hoc probaretur iurisdictio,& subiectio,vt per Put.decis.24.lib.3.Quod tñ non probauit D.Horrensia de tempore dictorum, nec de tẽpore donationis, vt hic bene deducunt informãtes,cum quibus transiuerunt Domini sine aliqua difficultate etiã præsupponendo, quod satis esset si probaretur fuisse solutum sal focaticum cameræ Apostolicæ, & nõ cameræ Vrbis, quod aliqui ex Dominis innuebant. Aliqui vero contrarium tenebant ex verbis statutorum,in quib. dicitur de districtu Vrbis,& de iurisdictione Vrbis, nõ autem Papæ. Tamẽ quia hoc non fuit necessarium discutere, Domini præsupposuerunt hoc sine veri præiudicio, quia non probatur,q̃ etiam cameræ Apostolicæ fuerit solutum sal focaticum de tempore Leonis decimi, & de tempore donationis fuit confirmata,26.Iunij.1579.

ROBVSTERII.

Roman.Vineæ. Veneris, 14. Iunij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatio in fructibus, qui percipi potuerunt etiam in causa spolij non fit,nisi in violento,aut attentato,& mælæfidei possessore.& nu.7.*
Item in fauorem pupilli,aut ecclesiæ.
Limita,nisi malæfidei possessor habeat aliquam causam,vel titulum coloratum.nu.2.
3 *Malafides possessoris clarè probanda est,cùm quelibet causa etiam iniusta excuset à dolo.*
4 *Voluntas & scientia quando, & ex quibus præsumatur.*
5 *Consensus præsumptus partis & longa possessio excludit attentata,ac dolum,& malam fidem.*
6 *Color quilibet sufficit ad excludendum malam fidem, & delictum attentatorum.*
7 *Sententia lata super fructibus qui percipi potuerunt si clarè non constat de malafide,dicitur notoriè iniusta.*

DECISIO DLII.

QVamuis Horatius del Forno iam liberatus à carceribus fuerit pluries citatus ad informandũ, & per plures menses expectatus, nihilominus nunquàm comparuit.Et ideo in eius contumacia proposui in relationibus causam huiusmodi, vna tantum parte informante.Et distinxi proposita in duas partes.

Prima, an satis constet de donatione legitima,& valida in fauorem Horatij del Forno, vt isto respectu sententiæ extra Rotam latæ in fauorem D.Horatij possint dici notorie iniustæ.

Secunda, an saltem respectu condemnationis in fructibus qui percipi potuerunt, dicantur notoriè iniustæ.

Et quoad primam partem nulla fuit difficultas, quia illa tollitur ex facto, quod constat sufficienter de donatione valida & legitima in fauorem Do.Horatij,& illius insinuatione cum cæteris solemnitatibus statutarijs, vt patet ex illius inspectione,vt corã secundo Colle.fol.16. vbi constat de mandato ad intimandum, & de ipsa insinuatione.

Quoad secundam partem resoluerunt Domini, sententias esse notoriè iniustas in ea parte, in qua condemnant D.Fuluiam in fructibus qui percipi potuerunt.

1 Nam † talis condemnatio etiam in causa spolij regulariter non fit,nisi in violento,aut attẽtato,& malæfidei possessore, qui nullum colorem bonæfidei habet, Rot. Bisignet.de restitu.spoliato.decisio.vndecima, in antiq. decis.130.& 592.& in vot.25.omnes sub tit.de restitut. spolia.Cassad.de præben.decis.sexta,nume.tertio,Put.de fructib.decis.secunda,& de restitu.spoliat.decis, octaua, per not.in cap.grauis.de restit.spolia.Aut fauorem pupilli,vel ecclesiæ.Crescen.decis.126.alias præsumptus malęfidei possessor,si habet aliquam causam,vel titulum coloratum,non condemnatur in istis fructibus,qui p̃ pos-
2 sessorem percipi potuerunt,ac † ita seruat palatium, vt patet ex dictis decisionibus,& bene Ægid. Bellamer. in cap.grauis.in 3.4.& 5.quæstione 7.quæstionis principalis.numero 26.27.29.31.& 32.& quæst.vndecima, ver. ex istis verificatur modus.de restitut.spoliato. inquiens, quod Palatij apostolici Auctores etiam in iudicio restitutorio non condẽmnant in fructibus perceptis, nec in perceptis ante litem,qui non probantur extare, sed tantum in perceptis à die motæ litis, quia regulariter nullus agit ad directum interdictum vnde vi, sed communiter agitur ex beneficio cap.reintegrandæ,nec communiter arguunt veram malam fidem possessoris, & si quan-
3 doque illam arguunt, † rarò tamen saltim clarè illam probant,& tamen clara probatio est necessaria, ex l.fina. C.de proba. Immo quælibet causa excusat ab isto dolo, vt supra late idem Ægid. notauit. Sed hic concurrunt plura ad excludendum dolum, & malam fidem claram Honofrij patris,nam ipse iudicialiter processit cõtra Io. Baptistam de Salomonibus auctorem istorum del Forno vti creditor, & iustificatis incumbentijs per speciale rescriptum petijt sibi vineam hanc adiudicari, & dari in solutum,vt in extract.A.C.fol.145.Et ab illo tempore postea ipse Honofrius reperitur possedisse d. vineam vsque ad obitum,& deinde Do.Fuluia eius filia per plures annos quiete,& pacifice sciente & patiente D. Ioan. Baptista,& soluendo census,& canones vti dominus,& patronus nonnullis ecclesijs,& alijs personis,vt ex testibus & quietantijs.

Et licèt ad effectum spolij, & præsumptæ malæfidei sufficiat ostendere acta ad probandum negatiuã, quod non interuenerit adiudicatio, & datio in solutum, tamẽ ad effectum excludendi claram malam fidem, qua condemnari potuisset in fructibus qui percipi potuerunt, sufficit eius præsumptio, quòd cum Honofrius petierit adiudicationem, & dationem in solutum, & postea reperiatur in possessione sciente, & non contradicente par-
4 te,præsumitur missus de licentia,& † voluntate ipsius Io. Baptistæ,vt bene post Ange.& alios deducit Soc. consil. decimoquinto,numero septimo, vsque ad fi.libro quar-
5 to,quiꝫ præsumptus consensus partis,& longa possessio excludit attentata, Achil. decisio.decimaquarta, de attent.ac dolum & malam fidem. Volenti enim & scienti non fit dolus neque iniuria, & licet ad alium effectum
6 forte hæc ratio non procederet,tamen † ad excludendã claram malam fidem, & delictum attentatorum sufficit quilibet color, vt per Rotam in nou.decis.25. cum alijs supra deductis.

Nec ad istum effectum pro exhibitione istorũ actorum potest dici probata negatiua, quòd multa alia interceserint gesta,cùm iste actus voluntatis Ioan. Baptistæ potuerit extraiudicialiter interuenire, & necessario, vt esset in actis notarij describendus, vt bene Corn. consil.248.nume.31. & 32.lib. secundo. Vnde cum malafides clara Honofrij non appareat probata ex actis istarũ

sententiarum

sententiarum de recenti latarum, resoluerunt Domini
7 † illas esse,vti notoriè iniustas,reuocandas, Rot.in nou. decis.344.Franc.in c.1.§.fi.de appel.in 6.Fely.in ca.inter cæteras.col.5.& pe.de re iud. Paris.consil.107.nume.20. lib.4.Ægid.decis.4.

Leodien. domus. Mercurij. 14. Martij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Recognitio testamenti ad pias causas sufficit facta eo modo,quo aliæ scripturæ recognoscuntur.*
2 *Testamentum ad pias causas, quando est scriptum,& subscriptum manu testatoris,testes non requiruntur.*
3 *Executor in testamentis ad pias causas habetur locõ hæredis.ex communi.*
4 *Solemnitas iuris positiui non attenditur in testamentis ad pias causas, sed tantum ius naturale.*
5 *Executori testamenti ad pias causas competit remedium l.fi.C.de edic.diui Adr.tol.sicut vero hæredi.*

DECISIO DLIII.

QVoad primam partem dubij fuit cõclusum pro validitate testamenti, attenta iuris communis dispositione, circunscripto pro nunc statuto,siue priuilegio.

Non obstãt deducta in contrarium. Nam quoad re-
1 cognitionem de ea sufficienter constat, quia † in testamẽto ad pias causas, prout est istud,de quo agitur, recognitio sufficit eo modo facta prout aliæ scripturæ recognoscuntur, iuxta inueteratum stylum Rotæ. Put. de fide instrumento.decis. decimaseptima. Qui inueteratus stylus est,vt sufficiat,si testes deponant se habere notam manum scribentis,concurrentibus adminiculis.

Pro adminiculo vero hic ne dum fuit consideratum sigillum testatoris appositum in testamento, sed quia etiam scriptura d.testamenti non est breuis, sed in pluribus folijs contenta, ex quo cessat præsumptio, quòd falsificari potuerit.

Non obstat etiam quod d.testamentum careat testi-
2 bus. Quia respondetur, quòd † in testamento ad pias causas non requiruntur, quando testamentum est scriptum,& subscriptum manu testatoris. Put. decis.14. de testam.late Couar.in c.relatum. num.12.de testamen. Tiraq.de priuileg.pię causæ,priuileg.4.

Minus ob. quòd careat hæredis institutione, quia respondetur,quod in huiusmodi testamentis,quando nul-
3 lus reperitur hæres institutus, † executor habetur loco hæredis,iuxta dictum Inno.in c.tibi.de testam.quem sequuntur communiter legistæ, & canonistæ. vt dicit ibi Abb.nume.4.& per Couar.ibi.num.10.Calder.cons.19. de testamen. Rip. in l.centurio. nume.105.ff.de vulgar. & pupillar.

Non ob.etiam quòd careat alijs solemnitatib.requisitis.Quia respondetur,quòd in his testamentis nõ requi-
4 runtur solemnitates iuris positiui,sed tantum † attenditur ius naturale,& diuinum, vt per Doct.in c. cum esset. de testamen.Ruin.consilio 71. numero decimooctauo, & 24. libro tertio, vbi respondet multis in contrarium adductis.

Quò verò ad secundam partem dubij fuit cõclusum,
5 huiusmodi † executori competere remed.l.fi.C. de edic. diui Adria.tollen.Quia habetur loco hæredis. Alexand. consil.quarto, numero 36.volum.secundo, & per Doct. in d.l.fina. vbi Ias.numero 25.Dec.numero 29. Zuccar. numero 252.&c.

ROBVSTERII.

Bononien. de Pipinis. Die 20.Nouembris.1573.

SVMMARIVM.

1 *Clausula,ad concedendum res solitas concedi secundum modum solitum, operatur nouam concessionem in emphyteusim respectu personarum,sed non respectu rerum.*
2 *Mandatum non censetur reuocatum per mutationem prioris monasterij.ex communi.*
3 *Prior nouus censetur stare veteri procuratori conuentus, nisi de contrario appareat.*
4 *Priores ad nutum amouibiles soli sine conuentu,vel procuratore conuentus non possunt,etiam terras solitas concedi,alteri concedere.*
5 *Prælatus solus sine conuentu non potest locare,etiam si habeat administrationem.& nu.8.*
6 *Beneficium habens in titulum dicitur habere eius administrationem.*
7 *Abbates conuentuales dicuntur habere administrationem rerum ipsius monasterij.*
Etiam ad effectum,vt bona solita locari possint aliis concedere cum consensu sui capituli. nu.8.
9 *Priores regulares.nullam possunt facere locationem:secus in prioribus conuentualibus vna cum conuentu.*
10 *Procurator administrans nomine domini non potest alienare de nouo,sed bene veterem renouare.*

DECISIO DLIIII.

INformantes pro canonicis mouent plures difficultates.Prima,an mandatum fuerit sufficiens. Et ad hãc & sequentem fuit per me restricta difficultas ex intentione agentium pro canonicis.In qua resoluerunt,q̃ mandatum fuit sufficiens ad concedendum istis de Pipinis huiusmodi res solitas concedi, secundum modum solitum, quando sunt deuolutæ ex clausulis ponderatis per informantes, & præsertim ex clausula, concedendum,& clausula cũ libera,& addebant Afflic.decis.305. Non ob.quòd clausula,concedendum, intelligitur retẽtis eisdem terminis de emphyteuticis monasterijs.Quia retinet eosdem terminos respectu bonorum emphyteuticorum monasterij,sed non personarũ respectu seu cõ-
1 cessionis,quia † verbum,concedendũ,inducit nouã concessionem, vt hic per informantes, qui bene euacuant.

Secunda difficultas est, an mandatũ sit reuocatũ p̃p mutationẽ prioris,iuxta doctr. Bar.in l.si per epistolã.ff.
2 de acq.hær.In qua tenuerũt † mandatũ nõ esse reuocatũ, ex eo quod gl.& canonistę.in cle.fi.videntur cõiter dicere post Anch.in c.si duo.nu.5 de procur.lib.6. nam est factus nomine ecclesiæ quæ nunquàm moritur.& tex.in l. si per epistolam.habet diuersas causas,quæ nihil habent cõe cum rebus ecclesiæ, cuius nomine fit procurator, & ibi tutor solus procuratorem constituerat, quod diuersum est ab istis terminis,vt considerant Doct. in d.cle.fi. dũ considerãt casum,in quo prælatus solus cõstituit, & cessat difficultas hic, q̃a licet successor cogatur stare illi p̃curatori,vt inq̃t Vital.in d. cle.fi.nu.37.tñ cũ fecerit nouus † prior locationẽ hmõi simul cũ isto p̃curatore cõuẽtus, cẽsẽt durare in eadẽ voluntate,& nouus prior quatenus opus esset, de nouo ipsum cõstituere, vt post Inn.& alios tradit Fel.in c.ex parte decani.nu.5.& 6. de rescrip.

Tertia difficultas fuit,an sufficiat interuentus prioris cõuentus, qui est ad nutum amouibilis per cõuentum, quam difficultatẽ omiserunt Dñi,quia in cedula restrin-

xeram dubium ad difficultatem mandati. Nihilominus satisfaciendo in formationib. canonicorum superuacua videtur disputatio, si prior solus potuisset facere huiusmodi concessionem, quia Pipini admittũt hoc, cùm multi Doct. hoc in terminis dicant, quòd † Priores ad nutũ amouibiles soli etiam non possunt terras solitas concedere, alteri concedere. & in specie hoc tradit Claud. de Seisel. in tract. de feu. ti. qui feu. dare pos. in secunda par. prin. reg. 1. ver. secundo intellige.

Sed aliqui dicunt, quòd prior simul cum conuentu, vel cũ procuratore habente mandatũ à toto conuentu, possit hoc facere, quod voluit Calder. consil. vltimo ante fin. ver. sed nego consuetudinem. de consuetu. Feder. de Sen. consi. 123. nume. 2. Corn. consi. 187. nu. 16. lib. 2.

Non ob. quod prælatus etiam habens administrationem nõ possit locare, nisi durante eius tempore secũdũ Rot. decis. prima, vers. & præmissa procedunt. de locat. in nou. Soc. cons. 34. num. 1. volum. 3. Quoniam † licèt hoc in se verum sit, vt & tenuerunt Inno. & Cald. in cap. fi. ne prælat. vi. su. verum tamen est in solo prælato sine conuentu, non in prælato faciente locationem simul cum suo conuentu, vt dicetur infra.

Minus ob. quòd isti dicuntur habere administrationem, qui habent beneficium in titulum. Domi. in c. fi. in princ. sub num. 6. de offi. ordina. in 6. qui hoc non applicat. Nam † Dom. & Franc. bene dicunt, quòd clerici habentes beneficium in titulum, dicuntur habere administrationem, sed non dicunt, quòd isti tantum censentur habere administrationem, quia hoc videtur verum. Nã quòd isti Abbates † conuentuales dicantur habere administrationem rerum ipsius monasterij, est tex. in cap. nullum. 18. q. 2. tradit Abb. consil. 44. num. secundo, vol. secundo. Specu. in ti. de actio. sub nu. 29. versi. habent. n. Imol. in clem. & si pastoralis. in 2. no. de rescr. Aufrer. ad capel. Tholosan. decis. 79.

Et in terminis, q̃ habeant legitimam administrationem † ad istũ effectum, vt bona solita locari possint alijs concedere cum consensu sui capituli, est tex. in c. 1. episc. vel Abb. & in c. 1. de his qui feu. dar. pos. & vtrobiq; Bal. & ponit Alexan. consil. 92. num. 7. lib. 6. Paris. consil. 98. nu. 8. volum. 4.

Nec ob. qđ isti priores regulares ad nutũ superiorũ, amouibiles nõ hñt administrationẽ noſe ,pprio, sed nomine suorũ superiorũ, vt dicit Mill. in verbo, plati non sunt Dñi earũ ecclesiarũ. post Anto. de But. in c. fi. col. 3. ver. puto qđ. de cau. pos. & proprie. Quia † Butr. loq. tur in prioribus qui habent Abbatem superiorem in eodẽ cõuentu, quales non sunt isti priores conuentuales, qui respectu administrationis bonorum conuentus, nullũ habent superiorem, nisi ipsum conuentum: & ideo cum illius conuentu possunt facere huiusmodi concessiones, vt est in ca. 1. episcopum, vel Abb. cum alijs supra citatis.

Prẽterea non valet consequentia, administrant nomine superioris, ergo non possunt cum consensu facere huiusmodi concessiones, qui Abbates etiam sunt ad nutũ superiorum amouibiles. c. ea quæ. & c. ad monasterium. §. tales. de stat. monac. & tamen possunt facere huiusmodi concessiones cum consensu sui conuentus, vt dictũ est. Et † quòd procurator administrans nomine Domini non possit alienare, capit. fina. de offi. vicar. in 6. l. procuratorum. & ibi Bal. C. de procurat. non facit ad rem, quia ista non est alienatio, vt alias dictum fuit, sed est continuatio alienationis primeuæ, quæ potest fieri ab istis prioribus conuentualibus cum consensu sui conuentus absq; alia superioris licentia. Et sic videntur euacuata etiam in hac difficultate ea, quæ informantes pro canonicis adducunt.

Quarta difficultas fuit, an sit locus constitutioni. Et istam etiam circunscripserunt: & nihilominus euacuatur ex his, quæ in alio folio pro Pipinis dicta sunt.

BLANCHETTI.

Roman. societatis. Lunæ, 8. Nouembris. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Mens verisimilis contrahentium attendenda est.*
2 *Socius vbi separatim negociari incipit, dissoluitur societas.*
3 *Societas non censetur dissoluta, nisi res in totum perierit.*

DECISIO DLV.

PRoposiți dubij, an videlicet contracta societate super duobus officijs, altero ex his vendito, societas dicatur esse dissdicta, non fuit capta resolutio, quia Domini varij, qui enim inclinabant in affirmatiuam,
1 mouebantur à † verisimili mente contrahentium. glos. in l. tale pactum. §. fina. C. de pact. & Gabriel. libro sexto, de reg. iur. conclus. decima, numero quadragesimo. Verisimile enim est, quòd Leo voluerit sibi habere potius obligata duo officia, quàm vnum, alias non fuisset contractus. arg. eorum quæ tradit Imol. consil. 39. quia
2 vbi † socius separatim negociari incipit, dissoluitur societas. l. itaque. ff. pro socio.

Contrarium autem sentientes mouebantur ex iuribus allegatis pro hæredibus Vincentij, & ex natura con-
3 tractus, qui † non censetur dissolutus, nisi res in totum perierit, per l. verum. §. fina. vbi Moder. ff. pro soc. & Bal. in l. prima, numero sexto, vbi Salyc. numero tertio, & 4. C. pro soc.

Quare dixerunt videndum, an hæredes Leonis recipiendo prouentus dictorum officiorum post venditionem alterius ex ipsis officijs sibi præiudicauerit &c.

RVBEI.

Bononien. fideicommissi. Lunæ, 9. Decembris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommisso subiecta possunt alienari etiam pro apparatibus mulierum.*
2 *Apparatus mulierum sunt de appenditijs dotis.*
3 *Apparatus si non darentur, tantò maior dos debet dari.*

DECISIO DLVI.

DOmini cum præsuppositio, quòd pro parte Dominorum de Lilio sit probata consuetudo, quòd apparatus soleant mulieribus nubenti-
1 bus dari, dixerunt † bona subiecta fideicommisso potuisse alienari etiam pro apparatibus. Salyc. in authen. res quæ. numero quinto, C. communia. de legat. cuius opin. veram esse, & ab ea non esse recedendum, dicit Bero. consilio centesimodecimosexto, numero vigesimotertio, & 134. numero decimo, libro secundo. Et quia
2 cùm huiusmodi † apparatus sint de appenditijs dotis, Alexan. consi. vigesimoseptimo, colum. pen. lib. 5. Anan. consil. trigesimosexto, circa prin. Curt. iun. consil. 129. in fi. Paris. consilio 95. numero 12. libro 2. late Roland. à Valle

à Valle de lucr. dot. q. 50. licentia alienandi pro dote à testatore concessa intelligitur etiam pro istis appẽditijs ex
3 supradictis, maximè, quia stante consuetudine, si † apparatus non darentur, daretur tantò maior dos. Paul. de Cast. in l. cùm pater. §. pater filiæ. de leg. 2. & consequenter caderet hoc sub permissione testatoris. Et hęc omnia tantò magis, quia huiusmodi permissionem Docto. habent pro fauorabili, cùm lex præsumat hoc congruere voto ascendentis fideicommissum facientis. l. mulier. §. cùm proponeretur. vbi glo. ad Trebel. authen. res quæ. C. com. de lega. quo casu tantò facilius veniunt appellatione dotis. Cagnol. in l. cùm principalis. col. secunda, & 3. de regu. iur.

Non ob. quòd vbi adest prohibitio expressa testatoris de non alienando, non possit fieri hæc alienatio pro dan dis istis apparatibus. Bero. d. consi. 116. numero 23. Quia omisso, an hæc oppositio sit vera, non applicatur, quia hic adest expressa permissio testatoris, quod pro dote alienari possint.

Minus ob. clausula, nec alias aliter &c. quia ea non respicit dotem: non enim dicit testator, quod non possint alienari, nisi pro dote, & non alias aliter &c. sed vult, q̃ solum posset fieri alienatio pro danda dote in euentum, quod nulla alia bona adsint, & non alias &c. & sic illa respicit euentum existentiæ aliorum bonorum.

BLANCHETTI.

Roman. Vineæ de Scapucijs. Lunæ, 10. Martij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus contra priuilegiatum eodemmet priuilegio non vtitur, nisi agat de damno euitando.*
2 *Priuilegiatus contra æquè priuilegiatum præfertur, si se moto priuilegio ius commune sibi assistit.*
3 *Priuilegium non suffragatur si inde contractus diuidatur.*
4 *Priuilegiati eodem priuilegio quando æquè duo sunt, attendendum est in quo sit maior ratio.*

DECISIO DLVII.

PRoposui dubium in hac causa, an statutum Vrbis cap. 23. libro 4. vendicet sibi locum, si minor contrahat cum muliere. Et Domini pro maiori parte inclinarunt, quòd non sit locus d. statuto. Mouebat eos,
1 quia † priuilegiatus eodemmet priuilegio contra priuilegiatum priuilegio non vtitur, nisi doceat, quòd agat de damno euitando. l. verum. §. fina. & l. si apud. ff. de minor. Alex. consil. 55. nume. 18. lib. 5. & est gl. in l. fina. ff. ex quibus caus. maior. & ab hac opin. non videtur discrepare Couar. in locis allegatis per D. Biscium. Nec eos mouebat vniuersalitas verborum statuti, quia eadem vniuersalitas mulieribus fauet. Nec etiam, quòd minoribus assi-
2 stat ius commune, quia verum est, quod si † priuilegiatus mittatur contra æquè priuilegiatum, præfertur si sẽmoto priuilegio ius commune sibi assistit. Luc. de Pẽ. in l. 4. C. de silent. lib. 12. Sed hic ius commune non assistit minoribus, immo assistit auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. Non ob. etiam quòd mulieres in eo quod sibi refutatur, non sint priuilegiatæ, sed in refutationi-
3 bus per ipsas factis, quia † priuilegium non suffragatur, si inde contractus diuidatur. Bal. in c. nihil. nu. 6. de elec.

In contrarium tamen allegabatur, quòd isti minores
4 poterant allegare proprium priuilegium, quia † quando duo sunt æquè priuilegiati eodem priuilegio, attendendum est, in quo sit maior ratio, vt per Bal. in auth. habita. num. 33. C. ne fil. pro patr. Et dicebant maiorem rationem versari in minoribus, quàm mulieribus, & contrarium respondebant procedere, vbi datur concursus diuersorum priuilegiorum, quòd tunc priuilegiũ vnius conquassatur priuilegio alterius. & placebant allegata p D. Biscium. Tamen, quia decisio est maximi exempli, & consideratu digna, mandarunt, vt proponatur iterum post festa paschalia, vt omnes videant.

BLANCHETTI.

Roman. Vineę de Scapucijs. Veneris. 18. Aprilis. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis cap. 23. lib. 4. non habet locum si minor contrahat cum muliere.*
2 *Contractus non potest pro parte substineri, & pro altera reprobari.*

DECISIO DLVIII.

DOmini pro maiori parte tenuerũt, statutum Vrbis. capit. 23. lib. 4. non vendicare sibi locum, si
1 † minor cõtrahat cum muliere, ex allegatis die 10. Martij proxime præteriti. quibus addiderunt Corn. consil. 140. lib. 1.

Nec obstãt limitationes, quæ afferũtur regulæ, quod concurrentibus æquè priuilegiatis, præferatur, qui agit de damno euitando. quòd enim sit maior ratio specialitatis in minore, quàm muliere, probatur, quia mulier potest transigere, minor autem non potest, nam cessat ista specialitas, quia isti minores transigerunt cum iudicis decreto. Secunda ratio, quòd statutum respectu mulierum exorbitet à iure communi, tollitur, quia quando inte ruenit iudicis decretum, tunc ius commune non fauet magis vni, quàm alteri. Nec mouit Dominos, q̃ priuilegium statuti respicit refutantem, non eum, cui refutatur, quia in hoc casu adest vicissitudinaria refutatio, & tam minores in eo quod cesserunt, quàm mulieres in eo quod sibi cessum fuit, sunt æque priuilegiati,
2 præcipue cùm iste sit vnicus † contractus, qui non potest pro parte substineri, & pro altera reprobari. Tiraq. de retract. conuent. ad fi. num. 4. & 5. Ideo vellent, quod Domini de Scapucijs docerent de lęsione &c.

BINARINI.

Roman. Mercedis. Veneris. 16. Iunij. 1570.

SVMMARIVM.

1 *Salarium non conuentum de iure communi non debetur.*
2 *Salarium simplici famulo, an debeatur, vel ne, vide remissiuè.*

DECISIO DLIX.

DOmini dixerunt, quod ex propositis tria sunt consideranda.

Primum, an de iure communi debeatur Co-
1 læ salarium, de quo non est conuentum. Et † de iure cõmuni circumscripta locorum consuetudine fuit tentum, salarium non deberi. l. prima, ff. de var. & extraordina. cogni. l. prima, in fi. & l. salarium. C. mand. Feder. de Sen. consilio 218. Alexander consilio centesimonono,

lib.6.Put.decis.45.lib.2.quæ allegatur in repert.Chassanen. decis.170. alias 160. quod magis suadetur in casu isto, vbi Cola qui erat miles toto tempore Ioannis Ardicij,non constat, quòd exegerit,neque cõstat,quod petierit neque conquestus fuerit.

Non ob.quod dicit R.ebuf.in tract.de salar.famul.qa loquitur ex consuetudine, & æquitate, hic autem loquimur de iure,neque æquitas cum non sit scripta, est consideranda.Præterea non videtur,quòd æquitas possit considerari in casu isto, vbi non constat,quòd iste sit solitus locare operas suas neque alius conducere, & ex quo toto sexennio tacuit, verisimile est, quod fuerit contentus de eo quod habuit ratione sui victus. Quæ dicuntur de præscriptione triennali, cùm dictum fuerit non deberi, non sunt considerãda.Alia de simplici famulo, vide quæ ponit Bal.consi.155.lib.5.ver.sed si quæratur. Et ita fuit tentum salarium non deberi.

G R A S S I.

Valentin. Susceptionis ordinis iudic. Veneris, 15. Ianuarij. 1574.

S V M M A R I V M.

1 *Coactio ordinis suscipiendi duplex esse dicitur.*
2 *Voluntas in coactione absoluta nulla est, secus in conditionali.*
3 *Character in coactione absoluta non imprimitur, secus in conditionali.*
4 *Votum continentiæ dicitur annexum sacro ordini.*
5 *Ordinatus coactione conditionali non tenetur continere si habebat vxorem,aliàs sic.ex communi. & nu.7. & decis.seq.num.1.& seq.contrarium vide.*
Immo etiam ordinatus per metum cadentem in constantẽ virum.nu.6.
8 *Castitas est res voti non præcepti.*
9 *Continentia voluntaria esse debet.*
10 *Castitas est annexa ordini sacro,licèt non sit de substantia ordinis.*
11 *Votum adiunctum ordini sacro debet regulari secundum terminos ordinis cui fuit adiunctum.*
12 *Votum ijsdem rationibus regulatur, quibus iuramentum.*
13 *Metus dicitur esse iusta causa concedendi dispensationem ab ordine.*

DECISIO DLX.

1 DOmini ex mente Doc.in hac materia distinguebant,duplicẽ† coactionem,absolutam,vt in eo q̃ vi tenetur,conditionalem, vt in eo,qui vt eua dat periculum,vel mortẽ,consentit se ordinari.de quib. est tex.in cap. maiores.§.item loquitur. de baptis. quam etiam aliqui vocabant vim precisam,& vim causatiuam.
2 Et licèt in coactione absoluta nulla sit † voluntas, tamẽ in coactione conditionali adest voluntas saltem indirecta,de qua Augustinus voluit videre.15.q.1.c.merito.Et
3 † in vi absoluta dixerunt characterem non imprimi, sicuti,nec in hoc casu confertur baptismus.ca.maiores.de baptis.c.presbyteros.50.dist.c. fac.de his qui vi metusue caus.In coactione autem conditionali dixerunt characterem imprimi.arg.c.de Iudeis.45.dist.& c.vbi ista.84. distin.cap.quod quidem.prima q. prima, & quia voluntas coacta voluntas est saltem indirecte,d.ca.merito.15.q.1. Cùm autem in quæstione proposita simus,in coactione conditionali, & consequenter secundum omnes character sit impressus, dubium est, an per talem vim ordinatus continere teneatur, stante † quòd votum continentiæ dicitur annexum sacro ordini.ca.diaconi.28. distin. c.in præterito.83.dist.Et in hac quæstione duæ extare videntur opiniones.

Prima,quæ videbatur magis communis,quòd aut taliter † ordinatus prius habebat vxorem, & non tenetur continere: aut non habebat,& hoc casu teneretur continere,& hanc primam opi.tenuerunt Goffred.in sum. de æta.& quali.col.4.nu.11.versi.circa hanc dist.Hostien.in sum.eo.ti.nume.5.Dida.Anto.in sum.in 3. par.ti.14.capi.16.§.18. prope fi.versi. de vi coacto ad ordinem.sum. Siluestr.in verbo, ordo.il 4.sub nume.1. etiam secundo. sum.Tabien.in verbo,ordo.il secondo,nu.17. sum.Pisanel.cum supplemento in verbo,ordinatus. il primo.vers. vtrum coacte ordinatus. Arch. in c.de Iudeis.in fi.49.di. Anto.de Butr.in c.maiores.§. fina. nume.7.dum vltimo loco refert opin.Goffred. illam videtur sequi Cardi.ibidem.versi.si quis conditionaliter, licèt videatur probare opin.glo.tamen dicit,quòd opin. Goffred.est honestior. Et ideo Card.in clem.fina.§.fi.num.14.ver.decimo quæ 10.de æta.& qualita.tenet indistincte, quòd ordinatus p̃ vim causatiuam teneatur continere. Henric. Boich.in d. c.maiores.num.5.vbi bene declarat opi. Ioannis.vltimo loco refert opin. Goffred. & Raym. & sic eos videtur sequi Abb.ibidem in §.idem quæritur.nu.7. q̃ tenet hanc opinionem.& subdit,quòd ista est communis opin. contra Ioannem.sum. Confes. de æta.& qualita.q.50.& 51. videtur tenere hanc opin. In hac tamen auctoritate habebant Domini aliquam difficultatem ob vltima verba glo.quæ, vt refert Præpos.in capitu.1.74. distinct.col.3. versic.an autem talis compulsus,videtur quòd sequatur eandem opin.bene verum est,quod ipse etiam, vt sum. Confes.recitat vltimo loco vltima verba glo.

Sot.etiam videtur sibi contrarius: nam in eodem tracta.de iust.& iur.lib.7.q.2.art.5.prope fi.ver.quapropter
6 etiam si † quis consensu extorto per metum cadentem in constantem virum sacris intret, etiam voto castitatis, tenetur secundum dexteriorem opin. vt bene ait siluest. atque id probat argumento sumpto ex c.de Iudeis. dist. 43. vbi baptizati per vim causatiuam coguntur seruare religionem Christianam, & illis quæ retinuerunt, grauius est ad solam Christianam religionẽ obligari, quàm solum castitatis votum,hæc ibi Sot.

Contrariam opi. quòd immo non teneatur cõtinere, tenet Io.Gul.Rayn. sum. Angel.relata à Nauar.de quo supra,Rosel.post prædictos alleg.Calder.consil.1.qui cleri. vel vou. gl.in cap.maiores.§. item quæritur.de baptis. & in c.vbi ista,84.dist.Turrecrem.in ca.1.nu.2.72. dist.videtur sequi hanc partem, cum vltimo loco referat hanc opinionem Nauar. in Enchir. fol.33. qui tamen non videtur tractare ibi materiam principaliter Sot. de iust.& iur.lib.7.q.11.ar.1.col.4. qui non tractat, nisi de voto separato à susceptione ordinis, sed super 4.tom.2. car.23. bene tractat hanc opi.& eam defendit.

Quo igitur ad auctoritates, plures tenent, quòd obligatus sit. Quoad rationes res est visa multum difficilis.Tamen magis inclinabant Domini pro cõmuni prædicta, quòd teneatur continere, præsertim ante contractum matrimonium, ea ratione,qua omnes Doct. conueniunt, quòd ordinatis per coactionem cõditionalem seu per vim causatiuam imprimatur character, sicuti baptizatis per vim causatiuã imprimitur etiã character.Vñ
7 † quemadmodum per vim causatiuã baptizatus cogitur seruare totam religionem.capitu.de Iudeis.45. distinct. quod tamen grauius est inuitis, quàm seruare solam continentiam, vt dicit Sot. in loco citato pro communi: idem dicendum est in ordine,cùm neutrum ex ijs sacramentis

tamentis requirat actũ in suscipiente, vt per Doct.in loco proximè citato, & in vtroq; sufficit non resistentia, vt per Doc. in ca. minores.§.fi.de baptis.& in vtroq; sufficit voluntas etiam coacta,quia est volũtas, cũ quis ita velit, quia vellet potius viuere, vt inquit Diuus Augustinus in loco supra allegato. cùm igitur consentiat in ordine,cõsensit etiam in his quæ sunt ordini annexa.

In contrarium sunt plures rationes,quas refert sum.Cõfes.d.q.50.& alij Doct.supra citati.

8 Prima, quòd † castitas est res voti nõ præcepti, vt per Ambros.in c.integritas.32.q.1. Sed respõdebant aliqui ex Dominis verum esse assumptũ,sed vt dicit gl.in c.nullum.27.di.ecclesia adiecit rei suæ hoc onus, & potuit facere. Vnde qui suscipit ordinem taliter q̃ imprimatur caracter,suscipit cum illa qualitate,quam ecclesia sancta voluit esse annexam illi ordini intemperabiliter, nisi ipsa dispenset.

9 Secunda, quia † continentia debet esse voluntaria, p̃ c.prolatum.de his quæ vi metusve cau. fiu.ca. ad aures. de æta.& qual.c. ante triennium.31. di.c. præsens clarũ. 20.q.3. Sed ad hanc dicebant alij ex mẽte prædictorum Dominorum, quòd est voluntaria, quia magis vult hoc q̃ illud.voluntas enim coacta voluntas est.d.cap.merito.

Tertia, quia castitas non est annexa ordini sacro, sed ordinatus ex constitutione ecclesiæ tenetur seruare casti
10 tatem.Respondebant,q̃ immo † castitas est annexa ordini sacro,licèt non sit de substantia ordinis sacri,vt declarat Diuus Thom.2.2.q.88.ar.11. & bene ẽt declarat, & defendit Turrecremat.in c.diaconus.27.dist.Quæ ratio aliquos ex Dominis multum mouere visa est, q̃a cũ
11 ecclesia sancta adiunxerit huiusmodi votum † ordini sacro, prædictum votum debet regulari secundum terminos ordinis, cui fuit adiectum.l.grege.ff.de leg.1.l.peculium.de leg.2.Bar. in l.si conuenerit.§. si nuda,ff. de pig. act.Bald.in l.etiam. C.de iure dot. sicut igitur de natura ordinis est, quòd ad hoc, vt imprimatur illius caracter, sufficit voluntas etiam coacta, eadem etiam volũtas debet sufficere ad continentiam, quæ dependet ab ordine: alioquin plus requireretur in accessorio, quàm in principali.Et quamuis secundum opi.glo. in c.Abbas.de his quę vi &c.votum metu extortum non obliger, quia non valet ipso iure,quam sequuntur ibi Ægid.Butr.& alij,tamen ibi Card.col.4.ver. quartus casus.docuit, quòd hæc opi. iure non probatur, & cum etiam licet sub nomine Abbatis.sequitur Siluestr.in verbo,metus.numero 8.Et
12 † militare videntur in voto eædem rationes, quæ militant in iuramento,q̃ quamuis sit metu extortum, ligat, nisi superior absoluat, quas rationes refert Turrecrem. in c.1.num.4.cum seq.15.q. 6. Et in omnem euentũ hoc posset procedere fortasse in voto separato ab ordine, sed in voto iuncto cum ordine aliter videtur dicendũ. Nec videtur bona responsio applicari ad istam de baptismo. Nam quidam respondent, quòd in baptismo totus homo renouatur, quod ad propositũ nihil facere videtur. Sot. respondet,quòd baptismus non est tam proprie votum,quàm professio religionis, quæ non requirit alium consensum, quàm ecclesiæ. quæ ratio non videtur omnino concludens,quia sicut in baptismo requiritur non resistentia, ita etiam in ordine, & cum ordo reguletur ijsdem terminis in hac materia,sicut baptismus, idẽ erit de voto illi ordini annexo.Hæc opinio ante contractum matrimonij prouidet magis saluti animæ, & magis conueniens est honestati ordinis sacri. Ideo Domini magis securum esse existimabant,quòd Franciscus iterum pete
13 ret dispensationem omnino à Papa, & dicebant † quòd huiusmodi metus p̃stat iustã cãm illã cõcedẽdi, vt dicit Nauar.in loco allegato, & sic eligeret magis tutã viam.

Quoad iurisdictionem distinguebãt Domini, quia si dubitatur, an adsit iurisdictio pronunciandi, teneri vel non teneri ad continentiam, adest procul dubio iurisdictio: sed si teneremus, quòd pure sit obligatus ita ordinatus continere, non adest iurisdictio pronunciandi eum non teneri. Sed hoc casu indiget dispensatione, vel saltem commutatione.

G R A S S I.

In eadem Valentin. ordinis subdiaconatus. Lunæ, 22. Martij. 1574.

S V M M A R I V M.

1 *Ordinatus per vim causatiuam, an teneatur continere, multæ hinc inde auctoritates adducuntur.*
2 *Actus,in quo requiritur voluntas libera,si fiat coactè,non valet.*
3 *Matrimonium metu contractum est ipso iure nullum.*
Idem in dote metu constituta.nu.4.
5 *Continentia suaderi potest, sed non præcipi nolenti.*
6 *Argumentum de voto expresso ad votum annexum validum est.*
7 *Puer non tenetur continere.*
8 *Metus vitiat votum expressum,ex communi.*
Immo etiam tacitum ordini annexum.nu.9.
10 *Votum omne metu emissum est ipso iure nullum. ex communi.*
11 *Subdiaconus olim contrahebat matrimonium.*
12 *Ordo omnis sacer habet annexam continentiam.*
13 *Castitas annexa ordini dicitur, quando nihil aliud obstat.*
14 *Episcopi solent exigere votum continentiæ in ordinationibus,& ita est de stylo cancellariæ.*

DECISIO DLXI.

IN qõne proposita,an Franciscus iterum teneat ad voti, & cõtinẽtiæ obseruationẽ, Dñi his,q̃ plene in alia positione deducta fuere, inhærẽdo dicebãt, Doct.in hac materia admodũ varie locutos fuisse.Et si auctoritatib. certãdũ sit, res magnã difficultatẽ habere videbat.licèt enim per informantes plures referantur pro negatiua, vt ex serie per eosdẽ informantes relata videri põt, tamen dicebant Domini rem non omnino ita se habe-
1 re, nam † multi pro ea allegati nil firmare videntur, & in specie Turrecrem.distin.74.in prin.& aliqui alij, vt facile ex eisdem videripotest.Immo Siluestr.in.pro hac eadem opin.negatiua ab eisdem allegata contrarium tenere videtur in verbo, ordo.il quarto, nu.1. in casu de quo agitur.Nempe vbi sic ordinatus non habet vxorem,prout etiam tenere videtur Alber. in verbo, ordinator. il 1. ver.vtrum coacte ordinatus.pariter pro negatiua allegatus.Et vltra plures relatos cumulate in p̃dicta prima positione,Domini pro eadem affirmatiua addebãt Petr. de Rauen.in compend.iur.cano.de baptis.q̃ attestatur de cõi, quod taliter ordinatus debeat cõtinere, licet ipse cõtrariũ sentiat. pro eadem affirmatiua allegabatur sum. Host.de sacr.ord.ti.2.§. circa quartũ, videlicet,circa effectum sacramenti.ver.sed nunquid teneatur continere.dicit, vt Præpos.& vt sum.Confes. vbi dicitur in fi. secundũ vero Roderic. prima solutio est potior, & benignior, & iõ tenenda, & licet allegaretur Bonifac.de Vital.in clem. fina.§.fina.numero 30.& 31.de æta.& qualita. qui refert vltimo loco glo.in cap.votum.distin.14.quæ tamen non videtur facere ad propositum, quòd qui recipit sacramentum coacte,non tenetur continere, tñ illud dictum

non placuit, quia assignat rationē, quòd talis coacte ordinatus nō recipit characterem, quæ est falsa, vt supra in alia positione, est conclusum. Et videtur tritū in hac materia ex doctrinis plene aliàs allegatis. Ex quibus credebant, quod difficile sit ex auctoritatibus hāc ipsam rem diffinire aliter quam in alia positione dictū. Et ideo hac via omissa ad rationes deuenire melius esse existimarunt. Quibus accurate, & maturè hincinde deductis, & consideratis multis alijs tum in præsenti, tum in alia positione deductis posthabitis, & reiectis, æquior visa est Dominis, & iustior opinio negatiua, nempe, quòd Franciscus in casu proposito non teneatur continere.

2 Primò ex rōne irrefragabili, scilicet, ꝙ omnis† actus, in quo requiritur voluntas non solū simplex, sed ita qualificata, vt sit libera & spontanea, si fiat coactè, siue p voluntatem coactam, non valet, iuxta tex. iuncta glo. soléni & recepta c. notificasti. 33. q. 5. in verbo, licentiam, quā inter alios commendat Panorm. in cap. cum locum, sub
3 nume. 6. de sponsal. Confirmatur, quia† videmus, ꝙ matrimonium metu contractum, est ipso iure nullum. c. significauit. de eo qui dux. in matrim. & tenet gl. pe. communiter recepta in c. veniens. de sponsal. & plenius in ca. Abbas. in gl. vnica, ante med. de his quæ vi &c. quæ etiā eadem electio metu facta est nulla. c. vbi periculum. §. cæterum. de elect. li. 6. Et dos† metu constituta. l. si mulier. §. si dos. ff. quod met. caus. & declarat Panorm. in d. c. Abbas, nu. 8. Continentia autem sui natura requirit qualitatem libertatis à coactione, & est voti non præcepti, qa
5 † continentia suaderi potest, sed non præcipi nolenti. c. integritas. 32. q. 1. Ergo &c.

Secundò, ex ratione, quæ multum placuit Dominis,
6 arguendo† de voto expresso ad hoc votum annexū, vt per Inn. in c. vel non est compos. sub nu. 1. de tempor. ordin. vbi si puer promoueatur, qui non sit doli capax, sicut non potest se obligare expresse ad votum, ita nec ēt
7 tacite, & † propterea non tenetur continere, quem ibi sequitur Hostien. & bene etiam Ægid. ad idem etiā Abb. in c. vnico, nu. 3. de cleric. per salt. promot. & Anch. in d. clem. fi. in fi. de ęta. & qual. videtur sequi Inno. & Imo. expresse in d. cle. fi. nu. 9. vbi quod veritas est ista. Idem etiā videtur tenere sum. Host. de ęta. & qual. Huc etiam videtur pertinere declaratoria lata à Cancellaria de consilio Cardinalis Alexandrini, vt refert Hier. Pall. pract. cancel. siue in prouincial. vt vocant. cart. mihi 54. ver. & pro arripiente ordinis sacramentum antequàm esset doli capax. & car. 55. ver. pro eo autem qui inuitus. prope fi. nēpe datam fuisse liberam facultatem contrahendi matrimonium eidem subdiacono promoto antequàm esset
8 doli capax, vel per vim, & metum &c. sicut† igitur metus vitiat, & annullat votum expressum, ita etiam debet annullare votum hoc tacite annexum per supra dicta. Et licèt Card. in c. Abbas col. 3. versi. quartus casus. de his q̄ vi &c. videatur tenere, quòd metus non vitiat votum, tamen cæteri Doct. ibi sequuntur d. glo. quam communiter esse approbatam dixit Io. de Silu. in tract. de benefic. par. 3. q. 32 sub nu. 3. Bero. pulchre qui rationem reddit, in c. in præsentia. nu. 121. de prob. Spiritualia enim non sunt præcepta ab initio, nec contentiosa, quæ pro substātia requirunt plenam libertatem, ideo deficiente prædicta libertate, & sic substantia deficit actus. quam opi. ēt sequitur & tuetur Larzias. de vltim. fin. nu. 418. & 466.
9 Benin. de sponsal. & matrim. cōclus. 18. nu. 18. Cum† igitur ex supradictis votum expressum vitietur à metu, eadem ratione visum est Dominis vitiari, & hoc votum tacitum sibi annexum, quod ipsum videtur sentire Gem. & Turecrem. in c. nullum. 28. dist. dū dicit, ꝙ ecclesia apposuit onus rei suę, & quia ille sponte suscepit ordinem, dicitur obligatus ex voluntate &c. facit vulgaris regula,
10 quòd omne† votum metu emissum est ipso iure nullū. c. primo, de voto, per quod gl. fi. ibi communiter recepta idem tenet, & colligitur ex Tho. secunda secundæ, q. 89. art. 7. ad 3. adiunctis, quæ tradit art. 5.

Tertiò facit, quia continentia non est de substantia, & essentia ordinis subdiaconatus, sed tantum accidētia
11 ex statuto ecclesiæ. fuit enim tempus, quando† subdiacono licebat contrahere matrimonium. c. placuit. 32. di. c. ante triennium. 31. dist. & arg. d. c. à multis. Vnde Vgul. relatus ab Archid. & Turrecrem. in d. ca. in præsentia. dixit, ꝙ ordo per se inspectus nō impedit matrimonium, sed constitutio ecclesiæ facta ratione ordinis.

Exemplo pro affirmatiua, & contraria, quòd Franciscus teneatur continere, aliquæ rationes adducebantur per aliquos ex Dominis pro discussione huius arduæ quæstionis.

Et primò, quia subdiaconus per metū ordinatus est verus subdiaconus. arg. c. quod quidem. in prin. & latius in §. opponitur. prima q. 1. & c. maiores. §. itē quæritur. de baptism. At subdiaconus non potest contrahere matrimonium. c. cum in præterito. iuncta gl. 84. dist. & c. ante triennium. 31. di. & c. à multis. de æta. & qualita. c. erubescant. c. nemo. & c. placuit. 32. dist.

Secundò, quia idem iudicandum est de annexis &c. c. translato. de const. & subdiaconatui est annexa continen
12 tia, quia† omnis ordo sacer, quorū de numero est subdiaconatus, d. c. à multis. habet annexam continentiam. d. c. cum in præterito. 84. di. cum pluribus supra allegatis. Ergo cùm metus non impediat veri ordinis subdiaconatus susceptionem, vt dictum est, non impedit continētiæ obligationem illi annexam. Huc pertinet etiam regula, accessorium sequitur naturā sui principalis. c. accessoriæ. de reg. iur. lib. 6. cum ibi citat. à gl. At continentia est accessoria subdiaconatus, ergo si metus non impedit subdiaconatum, non etiam impedit obligationem ad continentiam.

Tertiò, quia in simili metu baptizatus cogitur, vt baptizatus viuere. ca. de Iudęis. 45. dist. Ergo & coacte ordinatus tenetur, vt ordinatus viuere, & ita continere si est ordinatus ordine sacro.

Sed prædictis rationibus primo loco, vt supra constitutis per eosdē Dominos, facile tolli videbanē cōtraria.

Ad primum. n. respondebant concedendo quidem, subdiaconatum metu susceptum esse verum subdiaconatum, negando verò illi esse votum continentiæ annexū, quia ad votum requiritur voluntas libera saltem à metu, iuxta trad. in d. c. 1. de vot. ad subdiaconatū vero sufficit voluntas etiā coacta per præcitata.

Ad secundum respondetur concedendo idem esse iudicandum de annexis, qñ sunt essentialiter, & inseparabiliter annexa, vel secundum necessariam consequētiam siue indiuidua in quib. fallit regula, vtile per inutile non vitiatur, alias nō, per eandem regulā, vt resoluit gl. ibidē, & probat per c. si quos. 12. q. 2. & l. sancimus. C. de don. cū simil. in proposito aūt subdiaconatus, & obligatio continentiæ nō sunt essentialiter siue naturaliter annexa, neque à iure naturæ, vel diuino inseparabilia, sed iure tantum humano coniuncta: & ita per metum qui humana rescindit, & non diuina, licèt non impediatur essentia sacramenti ordinis, quod est diuinum, impeditur tñ coniunctio continentiæ, quæ est humana. Secundò respōde
13 tur, ꝙ† castitas tunc est annexa ordini, qñ nihil aliud obstat. Abb. in d. c. vnico. nu. 3. de cleric. per salt. promot. Hic autem obstat metus per supradicta. Ergo &c.

Ad regulā accessoriū rndetur eā procedere, nisi inter principale, & accessoriū adsit diuersa rō, iuxta glo. in d. l. accessorium.

accessorium. faciunt tradita per Felyn. in cap. debitores, num. 3. post Abb. ibi sub num. 2. de iureiuran. & Imo. in c. cum contingat, eo. tit. cum simil.

Ad tertium respondetur concedendo quidem quod baptizatus tenetur viuere vt baptizatus, & confiteri fidē ecclesiasticā, negando tamen consequentiam, quòd coactè ordinatus teneatur continenter viuere, quia in antecedente arguitur ad essentialiter & naturaliter annexū, in consequenti vero ad accidentaliter. obligatio enim profitendi fidem catholicam est essentialiter & naturaliter annexa characteri baptismatis, obligatio verò contiendi ex statuto ecclesiæ vel voto tacito est annexa subdiaconatui, & non naturaliter & essentialiter, vt supra probatum est. Cuius rei inconsideratio fuit in causa, vt Goffred. Panor. & alij cum sequacibus, contrariam partem tenuerint, non aduertentes, quòd ex prædicto antecedente sequitur quidem, quòd subdiaconus tenetur secundum naturam & essentiam subdiaconatus viuere, non tamen secundum eius accidentia, si aliqua de causa, quæ non sufficit vitiare naturam & substantiam, vitiet illa. Postremò in effectu placebat Dominis, quòd si Franciscus in hoc casu teneretur continere, sequeretur, quòd si expresse in ordine quis voueret castitatem, quia
14 potest hoc exigi votum in ordinando, &† solent Episcopi id facere, per c. quamquam. & ibi latè Turrecrem. nu mero 2. distinct. 23. quòd vitiaretur votum hoc expressum per metum ex supradictis, & non vitiaretur tacitū, in quo videtur inesse minor ratio obligationis, vel saltem par & æqualis, non maior. iuxta trad. in reg. expressa nocent, &c. Et hæc tantò magis placebant Dominis, quantò comprobantur à prædicto stylo cancellariæ, de quo supra per Io. Pau. & Couar. alleg. cùm enim in hoc negotio Doct. sint tam varij, & nihil certi in iure cautū sit, vt ex prædictis authoritatibus supra relatis latè patet, sequitur stylum & interpretationem consuetudinis cancellariæ merito videri attendendum. vulg. l. si de interpretatione. ff. de legib. cum pluribus vulg. & videtur in simili tenere Sarnen. in tract. breu. qui ait eundem esse stylum etiam pœnitentiariæ in casu, de quo agimus.

B R A V I.

Vrbenetan. deuolutionis. Die 30. Aprilis. 1578.

S V M M A R I V M.

1 *Nouatio non præsumitur, nisi probetur, quæ sufficit colligi per coniecturas.*
2 *Nouatio quando censeatur facta longiori tempore.*

DECISIO DLXII.

PRoposita causa Vrbenetan. deuolutionis 30. Aprilis, 1578. circa dubium, an per vltimum instrumentum fuerit duobus primis instrumentis derogatum? Fuit tentum per Dominos, per vltimum instrumentum fuisse recessum à primis duobus, ac satis esse impleuisse contenta in eo. licèt enim D. Federicus
1 habeat regulam pro se, † nouationem non præsumi. l. vlt. C. de nouat. §. præterea, Inst. quib. mod. tollit. oblig. Id tamen non procedit, vbi adest voluntas nouandi. quę sufficit, vt ex coniecturis colligatur. Cyn. in d. l. fi. in prin. Paris. cons. 107. vol. 3. cum pluribus citatis à Gabriel. de nouat. conclus. j. num. 52. neque Salyc. repugnat d. l. fin. nu. 6. requiri coniecturas sumi ex verbis expressis, quia adsunt in hoc casu ex incompatibilitate per innouationem. Bal. cons. 318. vol. j. Dec. cons. 400. & vltra istos alij citati per D. Burghesium. Opponitur enim secūdum instrumentum primo, & per ipsum fit nouatio, cùm in primo conuentum fuerit morte D. Stephani bona reuerti ad ecclesiam, reseruata quarta parte pro missis. Et tamen in secundo bona eadem ad tertiam generationē ipsi Stephano conceduntur. Et ideo non potuit exequi effectus primi instrumenti, nec quarta pars erogari in missis pro anima ipsius Stephani, cùm bona non per canonicos, sed per ipsum Stephanum, & per eius successores ad tertiam generationem deberent possideri. Longiori† enim termino censetur facta nouatio. vt per Bar.
2 in l. Vlpianus, nume. 4. ff. de prætor. stipul. facit l. cum stipulatus sim mihi Procule. ff. de verb. oblig. Alexan. in l. qui bis idem, num. 4. vbi Ias. num. 5. ff. eod. tit. Aymon. cons. 167. num. 12. Et hoc comprobat etiam narratiua tertij instrumenti.

Tertium etiam nouauit priora, quia in secundo aderat obligatio soluendi vnum flor. capitulo pro missis dicendis, & tamen in tertio canonem capitulo obligauit, & exposuit quinque florenos in anniuersarijs, & alia fecit, de quibus in dicto instrumento, ex qua diuersitate conuentionum videtur voluisse recedere à primis, ex citatis per Aym. d. cons. 167. num. 9.

Nec iuuat D. Federicum, quòd in tertio instrumento fiat mētio primi contractus, ꝙ vt bene respōdetur pro parte capituli, est habita relatio ad effectū veritatis narratorum & bonorum, super quibus non fiebant cōuentiones, non autem vt deducta in primis instrumentis obseruentur, cùm ex prædictis & alijs consideratis in facto & iure pro parte capituli, tot considerentur contrarietates.

LANCELLOTTI.

Papien. bonorum. Mercurij, 27. Nouembris. 1577.

S V M M A R I V M.

1 *Recusatio iudicis vt valeat, causæ suspitionis probandæ sunt, & peti debent & eligi arbitri.*
2 *Appellatio à processu facto per iudicem recusatum, si fiat ante diffinitiuam, debet interponi in scriptis.*
3 *Protestatio sub conditione facta cessat, conditione cessante.*
4 *Protestationi per actus contrarios renunciatum censetur.*
5 *Recusatio iudicis facta in actu lectionis sententiæ præsumitur facta calumniosè ad impediendum illius probationem.*
6 *Suspensio petitorij facta in actu prolationis sententiæ præsumitur calumniosa.*

DECISIO DLXIII.

FVit resolutum, sententiam esse validam, non obstantibus suspitionibus allegatis contra iudicem, qui eam tulit. Prima enim recusatio facta sub die 5. & 9. Aprilis, de anno 1574. non est releuans, quia in
1 ea† non fuerunt expressæ causæ suspitionis, nec fuerūt petiti nec electi arbitri. iuxta c. cum speciali, de appellat. Immo in recusatione facta sub d. die 9. dicitur ex causis deducendis si opus erit. Propterea non immeritò fuit tunc pro parte Illustriss. Cardinalis oppositum inter alia
2 de hac non specificatione. Præterea† cùm requiratur appellatio à processu facto per iudicem recusatum, cū alias absque appellatione teneat, fm opin. Innoc. quam seruat Rot. de qua per Achil. decis. j. de recusat. iud. dicta appellatio quando fit ante diffinitiuam, debet interpretari in scriptis, data cedula particulari d. appellationis,

in

in actis; per ea quæ not. Franc. in c. j. num. 10. versic. ad. uerte secundo, de appel. in 6. Put. decis. 106. in vna Carthaginen. lib. 2. Debent etiam peti apostoli, vt appellatio dicatur legitima. clem. quamuis, de appel. l. eos. §. apostolos. C. eodem.

Quo verò ad secundam recusationem factam sub die 9. Aprilis, de anno 1576. fuit etiam dictum non subsistere. Nam præter id, quòd nõ fuit data cedula appellationis in actis, nec petiti, nec electi arbitri, fuit etiam euentualis, scilicet, quatenus iudex non admitteret capitula propter illa verba, aliter enim aduersus eam in his scriptis protestatur. Verum cùm constet iudicem admisisse d. capitula, & mandasse examinari super illis testes, pro-
3 terea d. protestatio † cessat cessante cõditione, sub qua fuit facta, vt habetur in decis. Put. in vna Venetiarum, lib. 3. Accedit, quòd cùm pars per plures comparitiones & instantias factas etiam cum dictis protestationibus petierit nonnulla decreta fieri per iudicem in eius fauorem, & illa obtinuerit, vt deducitur hic per informan-
4 tes, censetur d. pars † renunciasse dictis protestationibus & ab illis recessisse propter dictos actus contrarios protestationi, vt in similibus protestationibus recusationis iudicum resoluit Rot. de qua per Put. decis. 293. in vna Placentin. lib. j.

Tertia etiam recusatio facta sub die 9. Iulij de eodẽ anno 1576. fuit per Dominos reiecta vt calumniosa. Calumniam verò deducebant, tum ex eo, quia cùm fuerit proposita in actu lectionis sententiæ, præsumitur facta
5 † ad impediendum illius prolationem. Et propterea nõ est attendenda, vt per Couar. pract. quæst. cap. 26. nu. 3. versic. cæterum. Franc. in d. c. cum speciali. q. 3. Sicut etiã
6 dixerunt de † suspensione petitorij facta in actu prolationis sententiæ, quia præsumitur calumniosa. c. pastoralis, de cau. poss. Mohed. decis. 197. Tum etiam, quia inter alias causas, quæ in hac exprimuntur, adest etiam illa quæ concernit commendationem causæ factam iudici per Canonicum Finerium, quam causam dicit peruenisse nouiter ad ipsius notitiam, & tamen hanc eandem causam expressit in secunda recusatione facta iudici die 9. Aprilis. Vnde cum ex hoc constet de calumnia circa hanc causam, ita est præsumendum de alijs expressis. Insuper dicebant Domini, quòd de calumnia etiam constat ex eo, quòd ab initio causæ quando pars fuit citata ad dicendum contra commissionẽ, statim in prima eius comparitione absque aliqua expressione causę allegauit iudicem suspectum. Ex quo inferebant, quòd intentio partis nulla alia videtur fuisse, quàm protelare iudiciũ, & expeditionem causæ per confictas causas suspitionũ.

SERAPHINI.

Roman. casalium. Mercurij, 6. Nouembris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Titulus contractus ille iudicandus est, quem denominatio demonstrat.*
2 *Emphyteusis illa censenda est, pro cuius canone quid modicum soluitur: secus in locatione ad longum tempus. ex communi.*
3 *Pactum, quòd propter bellum vel absentiã Principis possit restituì prædium, repugnare dicitur emphyteusi & conuenire locationi.*
4 *Quantitas certa, non autem quota facit locationem cognoscere.*
5 *Dominium vtile in locatione ad longum tempus transfertur.*

DECISIO DLXIIII.

DOmini non dubitarunt hunc contractũ, de quo agitur, esse contractum locationis ad longum tempus, & non emphyteosis, ex pluribus.

1 Et primò ex denominatione partium, quia † tam in contractu quàm in confirmatione obtenta, semper nominarunt hunc contractum locationis. Bart. in l. cęterũ. §. qui maximas. ff. de public. in rem act. Oldra. consil. 159. Aret. consil. 55. in prin. Dec. consil. 305. in primo.

Secundò, attenta origine & pensionis quãtitate. Quia cùm prius eadem casalia essent locata ad nouem annos pro ducatis annuis 260. insuper rubris 15. grani, & 10. ordei, quæ quidem erat vera locatio, postea fuit deuentum per partes ad locationem ad tertiam generationẽ cum augumento pensionis pro ducatis annuis 290. rubris 15. grani, & 10. ordei, & 110. salmis feni, & insuper fuerunt mutuo datæ pecunię excomputandæ in pensionibus decurrendis. Ita quod apparet pensionem eonuentam esse proportionatam ad fructus casalium, & ita nõ
2 esse emphyteusim, cùm † pro canone emphyteutico soluatur quid modicum. vt per Doct. in l. 2. C. de rescin. vendit. Io. And. in addit. ad Specul. de empt. & vendit. §. nunc dicendum. & de loca. §. 6. versic. quarto. Et istum esse verum modum cognoscendi locationem ab emphyteusi, tradit Bart. in l. j. num. 4. & 6. Ias. num. 35. C. de iure emphyt. Doct. communiter in c. potuit, de loca. Aret. consil. 55. num. 4. dicit hanc esse fortiorem coniecturam cęteris coniecturis. Bellon. consil. 25. num. 18. Nat. qui testatur de communi consil. 49. post num. 7. Cagnol. in l. 2. nu me. 202. C. de rescind. vendit. Clar. in §. emphyteusis, in j. quæst. versic. & aduerte. Corn. consil. 285. num. 9. lib. 3. cum alijs allegatis.

Tertiò quia adest pactum, quòd propter bellum vel absentiam Pontificis possint Domini de Maximis restituere casalia, quod † repugnat emphyteusi, & conuenit
3 locationi. Corn. ibi num. 22. Bero. consil. 130. lib. j. Rube. Alexan. in l. Gallus. §. quidam rectè, num. 202. de liber. & posthum. Bello. d. consil. 21. num. 8.

Non obst. quòd pro pensione soluatur & granum & fenum. Quoniam † nihilominus est locatio, vbi certa est
4 quantitas, non autem aliqua quota fructuum. l. si olei. & ibi Salyc. C. loca. & in l. j. num. 3. C. de iure emphyt. Præterea attenditur id quod præualet. At hic cùm pẽsio quæ soluitur in pecunia numerata, longe excedat id quod soluitur in grano, & feno, merito denominatio ab eo est sumenda. Bart. in l. j. §. fexto, loca.

Nec obst. quod in locatione non transferatur dominium, quoniam procedit in locatione ad breue tẽpus,
5 secus si sit ad longum tempus, quia † tũc transfertur dominium vtile, vt communiter tradunt Doct. in d. l. j. C. de iure emphyt. Ideo cum hoc præsuppositio, quòd iste sit contractus locationis ad longum tempus, erit videndum, an Dominus Horatius, per alienationem ab eo factam ceciderit in commissum, ita vt locus factus sit deuolutioni.

SERAPHINI.

Roman. de Salamonibus. Lunæ, 14. Nouembris. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Possessio non capta à fideicommissario de manu hæredis, dicitur vitiosa.*

Possessio

2 *Possessio vt non dicatur vitiosa, debet fideicommissarius habere licentiam à testatore capiendi possessionem propria authoritate.*
3 *Immissio in possessionem per fideicommissarium impediri non potest, quando aliquid venit de iure detrahendum. Etiam si fideicommissarius esset possessor sine vitio.*
4 *Dubium iuris intricati, & controuersi æquiparatur dubio facti.*

DECISIO DLXV.

FVit resolutum, Illust. D. Victoriam non esse legitimam contradictricem ad impediendum, quominus Illust. D. Virginia immitatur in possessionem tertiæ partis bonorum, de quibus agitur.

1 Primò, quia eius possessio † est vitiosa, cùm non sit capta de manu hæredis, prout oportuit. Dec. in l. fin. C. de edic. diui Adria. tollen. num. 48. & ibi Zuc. nu. 397. idẽ Dec. consil. 84. col. 2. versic. similiter. & consil. 424. nu. 34. in fi. Rolan. qui alios cumulat consil. 78. num. 14. lib. 3. & hanc opin. tenuit Rot. vt per But. decis. 3. de testam.

Nec ob. quod dicitur exemplo, possessionem captam vacante hæreditate non esse vitiosam, per consil. Alciat. 27. tom. 3. lib. 9. aliàs 350. Quia hæc sententia est non solum contra communem opinionem, sed etiam contra authores per ipsum allegatos. nam Pau. de Cast. quem ipse allegat, contrarium expresse probat.

Neque etiam obst. decis. coram me in Vrbeuetan. Castrorum sub die 4. Februarij, 1566. Quia tunc illud fuit obiter dictum, & allegatus Balb. in repet. l. Celsus, nume 1072. de vsucapio. qui allegat Bald. & Alex. in l. fin. C. de
2 edic. diui Adria. tollen. Qui † expresse volunt, quòd, vt possessio non sit vitiosa, fideicommissarius habeat à testatore licentiam capiendi possessionem propria authoritate. Sed quia allegabatur in illa causa, D. Lucam non esse in possessione, ideo maluerunt Domini amplecti viam facti quàm iuris.

3 Secundò, D. Victoria non potest impedire † immissionem, quin aliquid veniat de iure detrahendũ. ita post Bal. Castren. & Alex. tradit Zuccard. in d. l. fin. num. 426. cum seq. Bar. q. 156. num. 2. & 6. qui tradit hoc procedere etiam si fideicommissarius esset possessor sine vitio, idem Rolan. d. consil. 178. num. 21.

Nec obst. quod exemplo dicitur nihil venire detrahendum, quia hoc patitur multas difficultates. Nã cùm sit suspẽsum petitorium, licèt aliquid sit probatum pro parte d. Victoriæ, tamen cum probatio probationẽ non excludat, posset D. Virginia vel contrarium probare, vel quid iam aliud releuans. Nec est dubium legitimam deberi. Et licèt prætendatur dotem succedere loco legitimæ, hoc non facit, quin ea sit detrahenda, quamuis veniat in ea computanda.

Nec obstat, quod testator voluit Lęliam & sororem esse contentas dote, quia de iure communi legitima reijcit omne onus. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testamen. Et statutum videtur fauore masculorum tantum excludere sorores & nepotes.

Præterea venit etiam detrahenda legitima alterius sororis. Et ex his offuscatur id quod exemplo prætenditur doctum fuisse de iure fideicommissarij, & de non iure hęredis, nam etiam respectu fideicommissarij habet magnam in iure difficultatem. Ideo succedit, quod dicitur,
4 † dubium iuris intricati, & controuersi æquiparari dubio facti. Capyc. decis. 10. nu. 19.

Hic verò tam in facto, quàm in iure plures sunt difficultates, & consequenter non potest applicari huic casui consil. Corn. 232. circa fi. lib. 4. Quia dato, quòd vera sit eius opinio, hic præter alias incertitudines adest etiã illa, quòd hęreditas nõ in pecunia numerata, sed in corporibus hæreditarijs consistit, & ideo certitudo quam ipse considerat, haberi non potest. Cętera quæ in contrarium allegãtur, facile ex deductis confutari possunt.

ROBVSTERII.

Roman. domorum & vineæ. Veneris, 12. Iunij. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Bona emphyteutica donari possunt, & veniunt in generali donatione facta verbis prægnantibus.*

DECISIO DLXVI.

FVit resolutum, quòd Nicolaus potuit donare bona emphyteutica, præsertim si verba donationis sunt prægnãtia, prout dantur, quia instrumentum ven
1 ditionis registratum est laceratum. & istis † concurrentibus sine dubio comprehenduntur bona emphyteutica in donatione, ex Corn. consil. 321. in fi. lib. 4. cum alijs per Curt. iun. consil. 26. num. 8. & consil. 109. num. 3. cum seq. Aym. consil. 256. num. 7. & consil. 294. col. 4. versic. sed magis in terminis. & consil. 303. num. 4. cum alijs per informantes allegatis. Nam vbi disponens habet liberam potestatem disponendi, non est dubitandum de voluntate, ex quo verba sunt tam prægnantia.

Videndum est igitur, an extensio donationis, quæ datur, sit vera & concordet cum originali.

ROBVSTERII.

Roman. Societatis Scutorum 200. Lunæ, 23. Iunij. 1572.

SVMMARIVM.

1 *Tempus quando est appositum ad limitandum obligationem fideiussoris, lapso tempore liberatur fideiussor. ex communi.*
2 *Fideiubens ad annum tantum dicitur velle limitare obligationem taliter, quòd elapso anno non teneatur amplius.*
3 *Prorogatio vel confirmatio licet sit eadem cum actu primo, tamen non obligat fideiussorem, nisi expresse consentiat.*

DECISIO DLXVII.

FVit resolutum, quòd Ioannes Quintius non remaneat obligatus pro scutis centum, sed tantum pro fructibus dictorum 200. scutorũ decursis in primo anno à die initæ societatis. Mouebantur Domini ex l. si ad hæc. C. loca. & ex communi conclusione, ꝙ quan
1 do † tempus est appositum ad limitandum obligationem fideiussoris, lapso tẽpore liberatur fideiussor. Bald. Alex. & alij hic per vtrosque informantes allegati, & addebatur Bertran. consil. 88. col. j. & 2. lib. j. in nou. Alciat. tom. 2. lib. 7. consil. 24. num. 3. qui loquuntur in eo, qui decoxit post tempus fideiussionis. & idem Alciat. tom. 3. lib. 8. consil. 5. num. 4. cum pluribus seq. & num. 15. cum
2 seq. vbi plura ad propositum. Et † quòd ille, qui fideiussit ad annum tantum, dicatur velle limitare obligationẽ taliter, quòd elapso anno non teneatur amplius, allega-

batur

batur tex. iuncta glos. in l. si fideiussor. §. fin. in glos. j. ff. mand. & Abb. in c. constitutus, num. 11. ante fin. de fideiuss. & Alciat. in dictis cons. tom. 3. lib. 8. cons. 37. nu. ... in prin. Item allegabatur, quòd licèt prorogatio vel confirmatio sit idem tempus, & eadem obligatio, tamen dicebam † esse verum respectu consentientium, & sic prorogantium vel continuantium, sed nō respectu fideiussorum, qui limitate se obligarunt, vt post alios latè deducit Tiraquel. de retract. conuent. §. primo, glos. 7. numero 32. cum sequen.

Non obst. quod ab initio fuerit contracta societas ad beneplacitum, quod non fuit reuocatum nisi longe post annum, & sic nulla fuerit prorogatio, sed continuatio. Quia dicebant esse verum respectu principalium, & similiter fideiubentium, sed non respectu Ioan. Quintij, qui limitauit ab initio obligationem suam ad annū tantum. Nam licet obligatio principalis sit simplex & pura, si tamen fideiussor non vult simpliciter obligari, sed limitatè, attenditur id quod fideiussor facit respectu sui, ita quod perinde est ac si principalis obligatio esset limitata respectu fideiussoris. Nam dicebatur, q̄ quemadmodum si obligatio principalis est ad certum tempus, & fideiussor intercedit simpliciter, tunc non potest prorogari obligatio sine consensu fideiussoris, & fideiussor non tenetur amplius post tempus: ita etiam quando obligatio principalis est pura & simplex sine tempore, sed fideiussor fideiubet ad tempus tantū, non attenditur obligatio principalis, sed fideiussoris respectu ipsius fideiussoris, vt post tempus non sit obligatus, & placebant regulæ & corroborationes adductæ per Alciat. in dictis consil.

ALDOBRANDINI.

Foroliuien. fideicommissi. Lunæ, 19. Martij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum perpetuum, & absolutum inductum censetur à testatore, agnationem per nomen collectiuum vocante.*
2 *Testator ordinans, quòd bona remaneant in agnatione pro conseruatione familiæ, censetur induxisse fideicommissum simplex & absolutum, non autem in casum alienationis.*
3 *Substitutio, vt bona remaneant in agnatione pro conseruatione familiæ, dicitur esse separata & stare de per se.*
4 *Dictio, & sic, est illatiua ex præcedentibus, & declaratiua modorum expressorum.*
5 *Substitutio facta per verba separata & geminata, quid operetur.*
Item per verba onus reale significantia.
6 *Ampliare non dicitur corrigere etiam in testatore.*
7 *Vocatio noua non inducitur ex prohibitione alienationis.*
8 *Prohibitio de non alienando sicut fideicommissum non ampliat, ita nec ratio adducta ad validandum prohibitionem prædictam.*
9 *Fideicommissum an & quando inductum censeatur tam ex prohibitione alienationis, quàm ex expressa vocatione agnatorum, distinguendi sunt plures casus.*

DECISIO DLXVIII.

CIrca hanc decis. respondit Cephal. consil. 614. vbi num. 1. fit mentio de hac decis. vol. 4.

Domini sine difficultate concluserunt, clausulam, de qua in dubio, inducere separatum fideicommissum à prima substitutione. Et proprerea non recipere eandem conditionem. Cùm. n. testator expresse dispo-
1 suerit, quòd bona sua remaneant in agnatione, & consequenter per nomen collectiuum, agnationem, vocaue rit, censetur † induxisse inter illos de eadem agnatione perpetuum, simplex, & absolutum fideicommissum. l. cum ita. §. in fideicommisso. vbi Castren. l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. Dec. cons. 38. sub num. 1. ad fin. cum seq. Pau. de Cast. in l. Gallus. §. quidam recte, num. 9. prope fin. ver sic. quædam sunt dictiones. ff. de liber. & posthum. Soc. num. 9. versic. quartus casus. & Aret. in fine. Soc. cons. 90. col. fin. lib. j. & in l. si cognatis, num. 32. de reb. dub. Ang. cons. 38. Ruin. cons. 158. num. 12. lib. 2. Quod de plano videtur procedere in hoc casu, ex quo in ista substitutione non possunt applicari ea, quæ de vulgari substitutione dicuntur in d. §. quidam recte. Quia vulgarem testator supra expresse fecerat, & quia testator inducendo onus reale ordinat, quòd bona remaneant in agnatione
2 pro conseruatione familiæ, quod † non potest fieri sine fideicommisso, vt infra dicetur, quo casu opinio Pau. de Cast. vera est, vt declarat Dec. cons. 236. col. 2. versic. secundo modo. Parisi. cons. 11. num. 27. lib. 2. & proximè ad terminos nostros declarat Rube. Alex. in d. §. quidam recte, num. 71. Et in terminis etiam, quando testator voluit quod bona remanerent in familia, quòd procedat opin. Castren. declarat similiter Ruin. cons. 92. num. 8. lib. secundo.

Idq; tantò magis, quia in hoc casu cessat communis illa conclusio, de qua per Rip. in l. filiusfamilias. §. diui, num. 109. de leg. j. quòd hæc verba possunt esse adiecta ad validandum prohibitionem alienationis, & ideo nō inducunt fideicommissum, nisi in euentū alienationis, vnde necessario dicēdum est, quòd principaliter fuerint à testatore prolata ad inducendum absolutum fideicom
3 missum. Nec debet ista † substitutio recipere conditionem præcedentis substitutionis, cū stet de per se, ex quo separatum habet verbum. Bar. in l. Seiæ. §. Caio. ff. de fundo instruc. Et propterea non obst. cons. Alex. 139. lib. 6. cum alijs allegatis. Substitutio enim in casu Alex. erat facta sub his verbis.

Et disposuit si Isacchinus & Antonius decederent sine hærede masculino, quòd bona eius remanere deberent in propinquioribus ipsius testatoris, qui essent de ipsius parētela, & sic semper de gradu in gradum, quòd dicta eius bona nunquam recederent de eius parentela, donec aliqui masculi sint in ipsa, vt patet ex col. 2. versic. primo. Et substitutio sequens licet in j. col. sit posita dictio, &, nam col. j. refert Alex. verba testamenti, vt ita se haberent, & sic semper de gradu in gradum, & quod semper. sed col. 2. dum refert verba substitutionis, non apponit illam copulam, &, & consequēter manifestè apparet, quòd tota prædicta substitutio regebatur ab vnico verbo, disposuit. Item quòd erat concepta verbis illatiuis ex præcedenti substitutione facta sub conditione, si decesserint sine filijs, propter dictionem illam, & sic,
4 quæ † est illatiua ex præcedentibus. Ruin. cons. 102. nume. 21. lib. 2. Præfata enim dictio habet relationem ad sensum & verba præcedentia. Soc. cons. 151. nu. 6. lib. j. & est declaratiua & significatiua modorum expressorū. Sarn. de triennal. q. 10. num. 7. & ita loquuntur Soci. Ias. Ruin. & ferè omnes, qui in contrariū allegantur. Ex quibus clarè constat, quòd in illis casibus testatores semper loquebantur, retento eodem euentu obitus hæredum institutorum sine filijs, & ita procedunt resolutiones à Dominis factæ, quæ in contrarium allegantur. In causa enim Albanen. substit. pendebat ab eodem verbo, item voluit,

voluit, & vltra hoc aderant ibi reiteratæ dictiones relatiuæ tam respectu hæreditatis quàm respectu substitutorum, & eorum, quibus substituebatur, cùm semper in eadem substitutione diceretur, dicti hæredes, & d. hæreditas, & dictis hæredibus. & insuper omnes sequentes substitutiones, de quibus in d. testamento, quæ multum à Dominis ponderatæ fuerunt, erant factæ in euentum, quòd filij sine filijs decederēt. Et in causa Roman. de Maximis substit. erat facta per dictionem illam illatiuam, & sic ordine successiuo &c. & consequenter de plano procedebant tradita per Alex. in cons. 139. lib. 6. cum alijs allegatis. quæ omnia hic cessant, cùm † substitutio ista non
5 solum habeat separatum verbum, sed valde geminatū, cùm testator dicat, & voluit, disposuit & mādauit, quod ponderat Dec. cons. 38. col. 2. versic. quarto quia, & nullas habet dictiones illatiuas ex præcedentibus, quæ suadeant huiusmodi restrictionem. Immo substitutio concepta est per verba potius onus reale significantia. Bal. in l. precibus. C. de impub. & alijs substit. Parisi. cons. 90. nume. 43. & cons. 92. num. 45. & cons. 93. nu. 24. cum seq. lib. 2. cum alijs pro hac parte allegatis. Cùm enim non possint bona in agnatione remanere, nec familia ex illis conseruari, nisi mediante tali fideicommisso, inducitur hoc casu absolutè fideicommissum gradatim inter illos de agnatione. Parisi. dicto cons. 37. num. 31. lib. 2. cum alijs allegatis.

Ex quibus omnibus sequitur, quòd cùm Montignani non se fundent in illa prima substitutione, cui fuit adiecta illa conditio, sed in ista alia quæ est separata, defectus conditionis primæ substitutionis adiectæ non obst. Parisi. 18. num. 39. in 2.

6 Et † cùm ampliare nō sit corrigere, Dec. in l. edita, nume. 22. C. de eden. non potest etiam dici, quòd testator hoc modo interpretando se incontinenti correxerit: cū enim prima substitutio esset personaliter facta decedentibus aliquibus ex hæredibus instituris sine filijs, voluit testator per istam substitutionem facere aliam ampliorem substitutionem, onus reale inducendo ad fauorem agnationis.

7 Similiter non obst. cons. Dec. 636. quia † loquitur in prohibitione alienationis, ex qua prohibitione defendit ibi Dec. non induci nouam vocationem. Hic autē non sumus in prohibitione alienationis, sed in expressa vocatione. & propterea non obst. tex. in §. nos igitur. in Auth. de restit. fideicom. quia & ille in prohibitione alienationis loquitur. Vnde cessat in hoc casu quod exemplo dicebatur, rationem conseruandæ agnationis considerari in personis expressis. Nam omnia allegata procedunt, quando ratio conseruandæ agnationis adducitur ad validandum prohibitionem de non alienādo. Tunc enim
8 † quemadmodum prohibitio de non alienando fideicōmissum non ampliat, secundum Doct. allegatos, nec ratio adducta ad effectum validandi prædictam prohibitionem, illud ampliare potest. In præsenti verò casu sumus in expressa & principali vocatione agnationis. Et quia omnia quæ pro contraria parte allegantur, procedebant in prohibitione alienationis, fuit propterea dictum illam non applicari huic casui, cùm non simus (vt dictum est) in prohibitione alienationis accessoria ad fideicommissum, sed in principali vocatione agnationis mediante fideicommisso, cum explicite & geminatis verbis testator disponat, quòd bona sua remaneant in agnatione, quo fit vt etiā cessent quæ aliàs deducta fuerunt in causa Bononien. de Pepulis, quia etiam ibi fideicommissum colligebatur pro parte Dominorum de Pepulis ex prohibitione alienationis, & ex ratione in dicta prohibitione assignata, qui sunt diuersissimi termini à casu nostro.

Distinguendi enim sunt plures casus in hac materia.
9 Nam † aliquando deducitur fideicommissum ex prohibitione alienationis, & tunc subdistinguendum est. Aut substitutio cum conditione, si quis decesserit sine filijs, & prohibitio alienationis ponuntur in penitus separata parte testamenti, & hoc casu prohibitio alienationis nō recipit eandem conditionem, vt fuit resolutum coram bo. me. Oradino in illa Roman. de Maximis.

Aut prohibitio est apposita accessorie ad substitutionem factam sub d. conditione, & ab ea dependet, nec alia subsunt verba, quæ contrarium suadeant, & tunc nō inducitur nouum fideicommissum, & ita procedit quod resolutum fuit coram Reuerendiss. Caputaq. in vna Bononien bonorum de Bonasonis, 27. Maij, 1575. in qua Domini sequuti fuerunt cons. Dec. 636.

Aut vna cum ista prohibitione ita à præcedenti substitutione dependente, sunt apposita verba suadentia ampliationem fideicommissi, & isto casu materiam maiorem habet difficultatem, quæ difficultas tractatur in causa Bononien. de Pepulis, quæ adhuc sub iudice est.

Si verò fideicommissum non elicitur ex prohibitione alienationis, sed ex expressa vocatione, quia testator plures gradus vocauit, & tunc aut eos vocauit sub vnica oratione, & per dictiones, vel illatiuas, vt in casu Alexan. cons. 139. lib. 6. & Ruin. cons. 153. lib. 2. & Ias. consil. 22. lib. 2. & Soc. cons. 62. lib. 3. vel relatiuas, vt in causa Albanen. fideicommissi, & tunc non inducitur passiuum fideicommissum inter personas illorum graduum, sed tantummodo illi actiuè videntur vocati per modum vulgaris substitutionis in euentum, quòd aliquis sine filijs decederet. & hoc modo procedit quod dictum fuit in illa Roman. fideicommissi de Maximis, & in illa Albanen. in qua causa vltra hoc pro eadem opin. magna colligebatur coniectura, vt dictum est, ex eo quod sequētes omnes substitutiones, de quibus in d. testamento, erant factæ sub eadem conditione, si filij decederent sine filijs, cum vna pars testamenti aliam declarer. Aut substitutio sequens non regitur ab eodem verbo, sed est in separata oratione, & stat principaliter de per se, nec habet aliquas dictiones relatiuas ad præcedentia, nec ex præcedētibus illatiuas, qui est casus noster, & tunc, cum verba ex se significēt absolutum fideicommissum inter vocatos, mens testatoris per clara verba expressa non est violanda ex supradictis.

ROBVSTERII.

Roman. de Ruscio. Veneris, 10. Ianuarij. 1562.

SVMMARIVM.

1 *Præiudicium venientium ab intestato, de quo in legitimatione facta cum clausula, sine præiudicio, ille probare debet qui illud allegat.*
2 *Causæ cognitio aliqua non requiritur in legitimatione.*

DECISIO DLXIX.

FVit resolutum pro validitate legitimationis cum præsuppositō, quòd non constet de aliquo præiudicio istarum mulierum. Nam Sebastianus erat hæres vniuersalis, cui fuerunt alij substituti, & ecclesia sancti Ludouici, & ipse mulieres solum sunt legatariæ 3000. ducatorum. Et ad clausulam, sine præiudicio venientium ab intestato, respondebant, quòd non intrat ex testamento secundum communem opin. vt per Dec.

in

in conſ.allegato.Ad illud de citatione dicebant non eſſe neceſſariam citationem agnatorum, tum de ſtylo, quia Archiuium nullum citare mandat,& nihil aliud curat, niſi apponere clauſulam, ſine præiudicio venientium ab inteſtato. Immo nec ſignatura Papæ procedit iudicialiter in citando, & magis attendit ad narratiuam, & ſic quod omittitur, quod inducat ſubreptionem, remittitur ad iudicium contradictorium, & diſpoſitionem iuris. Itaque de ſtylo non habet locum allegatio omiſſæ ci
1 tationis. Niſi † igitur iſte oſtendat intereſſe & præiudicium, hæc allegatio non ſubſiſtit. Aym.conſ.132.nu.6. & conſ.179.num.6. Et ſtante conſenſu patris, de cuius bonis agitur, non poteſt conſiderari aliquod præiudicium, vt per Bart.in l.Gallus,in loco allegato, & addebat Bal.conſ.58.in fi.lib.4.

Ad illud de lite aliqui dicebant non eſſe faciendam mentionem litis,quando impetratur legitimatio huiuſmodi,quando illud quod fit lite pendente, habet relationem ad tempus ante litem, quia rettotrahitur, præſertim in his quæ ſunt nudi facti, vt in legitimatione, in
2 qua † non adhibetur aliqua cauſæ cognitio, nam præcedente voluntate patris & legitimatione ſubſecuta, dicitur eſſe facta legitimatio in vita patris, vt per Bald. d.conſ.58.in fi.lib.4.cum alijs. Vt in extenſione conſenſus lite pendente, Aug.de fide inſtrum. tit.de ſolem.exped.numero 15. Et continuatione poſſeſſionis & alijs, præſertim,quia non agebatur de præiudicio aliquo iſtarum fœminarum.Sed quoad hanc reſponſionem poſſet fortè dici, quòd quoad mentionem litis, ſi aliæ reſponſiones non ſubſiſterent, ſatis eſſet, quòd ipſe poſſederit, & nihil ſit innouatum lite pendente.

Reſeruarunt Domini videndum, ſi limitatio Gozad. conſ.221. eſt vera,& ſi ſit,an de ſtylo & facultate legitimationis abſque aliqua cauſæ cognitione,præſertim hic in curia, potuit excuſari ipſe teſtator, quamuis deuenerit ad excuſationem ante legitimationem, relinquendo pure & fructus legatos, & tantò magis,cùm in curia ſint bullæ, dantes facultatem relinquendi, quamuis non habeant locum in bonis extra curiam. Item reſeruarũt, an legitimatio ſubſtineatur in parte.

Die Lunæ, 14.Aprilis.1567. dixerunt non obſt.conſ. Gozad. quia eius limitatio eſt reprobata ex allegatis, & addebat plures, quos refert Reuerendiſſ.Paleot.de not. & ſpur.q.45.num.2.

ROBVSTERII.

Barchinonen. matrimonij. Mercurij, 31.Ianuarij. 1575.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes deponentes ſuper recognitione cedulæ & manu ſcribentis,debent dicere,in reddendo cauſam ſcientiæ, quia erant præſentes dum ſcribebatur.*
Fallit in ſcripturis,quæ fieri ſolent abſente parte. & quare. num.2.

DECISIO DLXX.

DOmini pro maiori parte reſoluerunt, quòd ex iſtis tribus teſtibus ſolis non ſit ſufficienter recognita cedula, quicquid ſit in apoca publica, in priuata oporter, quòd teſtes deponentes ſuper reco-
1 gnitione reddant cauſam ſcientiæ, quia † erant præſentes cum ſcriberetur cedula, & recognoſcunt manum. Afflict.deciſ.181.num.8.Dec.conſ.615.vel 616.num.3. Felyn.in c.2.num.14. de fide inſtrum. & ibi etiam Dec. Ruin.conſ.69.num.2.lib.4.cum alijs quæ fuerunt dicta coram Paleot.in vna Roman.duorum millium, de menſe Maij,1559. & in cauſa matrimoniali Alex.conſ.150. num.16.lib.5. Et ſecundum hanc regulam certum eſt, cedulam non fuiſſe ſufficienter recognitam,quia nullus teſtis vidit eum ſcribere.

Secus eſt in ſcripturis,quę regulariter fieri ſolent abſente parte, prout in epiſtolis, & cedulis mercatorijs,
2 & † tunc etiam non requiritur exacta illa probatio, dũmodo recognoſcens viderit aliàs ſcribere, & rationem differẽtiæ inter iſtum caſum & alios ponit Soc. in l.ſi ita ſcripſero,col.pen.in fi.ff.de cond.& demonſt.Ruin.conſil.70.num.4. & ita aliàs fuit dictum in vna Auinionen. coram Oradino, de menſe Aprilis,1560.

Sed nec iſte eſt caſus noſter, quia ambæ partes erant præſentes. Et quia ſaltem alterum de duobus requiritur, vel quòd viderit illũ ſcribere, vel quòd viderit aliàs ſcribere. & primus,& tertius nunquam viderunt Petrũ ſcribere, ideo non probatur. Non obſt.ſtylus, nam vel procedit in inſtrumentis publicis, vel apocis Romanis forte per ſtatutum vel alia: ſed quia Domini deguſtarunt, quòd hic ſunt plura alia vltra cedulam, ideo ordinarunt,vt ponantur inſimul omnia, circumſcriptis omnibus exceptionibus,de quibus ad partem videbitur,& dubitetur, an cedula ſit ſufficienter recognita.

BRAVI.

Vrbeuetan. deuolutionis. Die 14.Octobris. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Pacta & conditiones à primo inſtrumento diſſimiles incompatibilitatem inducunt circa ſubſtantialia.*
2 *Inſtrumento primo derogatum cenſetur per ſecundum quod illi repugnet.*
3 *Obſeruantia eſt optima interpres ad declarationem voluntatis contrahentium.*

DECISIO DLXXI.

PRopoſita cauſa ſuper eiſdem ſtrictè, an per vltimũ inſtrumentum ſit primo derogatum, Domini dixerunt,ſtandum eſſe in deciſis, cùm æquè in hoc caſu militent rationes deciſionis,ſcilicet,quòd in primo morte Petri Stephani bona erant ad eccleſiam reuerſura, & quarta pars fructuum pro anima eiuſdem Petri Stephani per capitulum eroganda. per ſecundum vero bona ad eccleſiam non reuertuntur,ſed Dominis de Albanis ad tertiam generationem cõceduntur cum pactis & conditionibus omnino à primo inſtrumento diſſimilibus tam quoad miſſas, anniuerſaria & tempus, quàm
1 quoad alia, quæ † omnino incompatibilitatem inducũt circa ſubſtãtialia.Purpur.in l.pacta nouiſſima.C.de pac.

Minusq; ſe poſſunt compati enunciata in primo inſtrumento de dicẽdis nouem anniuerſarijs per nouem dies immediate ſequentes poſt mortem Petri Stephani, prout continetur in eo de anno 1493.cùm tẽpore tertij inſtrumenti de anno 1515.per annos iam antea Petrus Stephanus deceſſerit. Tertiò ex mutatione eleemoſynæ erogandæ pro dicendis miſſis vnius floreni, ſcilicet & pariter oneris iniuncti ipſius Cardinalis, & ita bene retorquetur contra D.Federicum,quod pro parte eius cõſideratur, quod vbi circa idem duo ſunt inſtrumenta,
2 † eatenus primo derogatum cẽſetur, quatenus cum illo non ſe compatitur,& illi repugnat,vt per Dec.conſ.43. &47.

& 47.Aym.conſ.107.& 257.nu.5.& alijs,de quibus per Syluan.conſ.62.num.22.

Non obſt. miſſæ in primo inſtrumento erant dicendæ ad altare maieſtatis tabulæ. Quia & cùm in tertio nihil dicatur,poſſet ſaltem in hoc compatibilitas conſiderari,cùm iſta ſimul ſtare valeant.Nam Domini multipliciter reſpondebant. Primò,quòd cùm tota ſubſtãtia primi inſtrumenti fuerit mutata per tertium, vt ex dictis conſtat, fuit etiam receſſum ab illo de altare, & partes conſenſiſſe,vt alibi dicerentur miſſæ & anniuerſaria,de quibus in tertio inſtrumento. Tum etiam obſeruantia ſubſecuta docet, quòd partes de hoc non curarunt, &
3 aliter intellexerunt,quod † ſummè præualet ad declarationem voluntatis cõtrahentium. arg.l.ſeruus plurium. §.fin. ff.de legat.3. l.ſemper in ſtipulationibus. ff.de regul.iur. Aretin. conſil.11. Aymon. conſil.101. numero quarto. cum alijs relatis per eundem conſil.211. numero 8. Ruin. conſil.104. Euentus enim declarat quid inter partes ſit actum.l.ſenatus. ff.ad Syllan. præſertim in conditione ita facilis implementi.

Et quia per ſecundum inſtrumentum ipſe Petrus Stephanus à primo receſſit, cùm in eo non fiat mentio altaris maieſtatis tabulæ, quod licet nullum, declarat tamen eius mentem.argum.l.vlt.ff. de reb.eorum. Ideo placebat Dominis vt diſputaretur dub. circa purgationem moræ.

BRAVI.

Vrbeuetan. deuolutionis. Veneris, 15.Iunij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta ſi ceſſat per biẽnium ſoluere canonem,cadit à iure ſuo, niſi celeri ſatisfactione prouideat purgando moram.*
2 *Arbitrarium eſt iudici declarare, quæ ſit celeris ſatisfactio.*
3 *Mora purgari non poteſt per oblationem ſtante pacto reſolutiuo contractus.*
4 *Oblatio facta ab emphyteuta poſt aliquod tempus inciurſæ caducitatis, & non citata parte,nec facta in loco, vbi fieri debeat, habetur pro non facta.*
Idem ſi ſit facta de parte debiti.
Et nulla dicitur, quæ non poteſt deſeruire pro iure de futuro.num.5.
6 *Oblatio verbalis facta de toto debito ſufficit ad excuſandum à mora.*

DECISIO DLXXII.

FVit reſolutum, Federicum & Fœlicem non poſſe moram purgare, dato dubio particulari, & vtraque parte informante, ſtante tam longa mora plurium annorum. Eccleſia enim habet intentionem
1 fundatam,quòd ſi † emphyteuta ceſſat per biennium, cadat à iure ſuo, niſi celeri ſatisfactione prouideat purgando moram. auth.qui rem. C. de ſacroſan.eccleſ.c.poterit, de loca.& licet gloſ.ibi in verbo,celeri, in fine.remit
2 tat arbitrio iudicis,quando † dicatur iſta celeris ſatisfactio, vbi Bero.conſil.142. & Tiraquel.in l.ſi vnquam, in verbo,omnia, num.31.C.de reuoc.donat. Menoch.poſt alios de arbitr.caſu 7.

Domini tamen firmarunt in caſu præſenti non adeſſe celerem ſatisfactionem,cùm fuerit facta declaratio in vita d.Cornelij patris dictorum Federici & Fœlicis de incurſa caducitate, qui per aliquot annos ceſſauerat ſoluere canonem. Nec facit quod non conſter de mandato declarantis, quia ex poſtea geſtis manifeſtè apparet etiam in vita ipſius Cornelij de ratificatione ipſius declarationis.

Primò,quia interuenit ſyndicus capituli in iudicio & alij duo canonici Aloyſius Magalottus & Nicolaus Roccius camerarius capituli.

Secundò, quia Cornelius obtinuit inhiberi ab A.C. & capitulum auocauit cauſam à curia & illã cõmiſit Gubernatori Vrbeueteri 3.Iunij,1573.& in commiſſione dicitur litigare ſuper caducitate ratione canonis non ſoluti, & fuerunt plures actus geſti vſque ad menſem Decembris, ex quibus omnibus ſatis conſtat de euidenti ſcientia capituli.

3 Neque obſt. oblatio, quia † ſtante pacto reſolutiuo, non poteſt mora purgari. Put.deciſ.vlt. de tranſactio. & lib.3.65. Grammat.conſ.93.num.6. cum pluribus alijs citatis per informantes. Et cùm talis clauſula apposita ſit in fine contractus, debet ad omnia præcedentia referri. cap.ſecundo requiris, de appellat.l.talis ſcripturæ. §.fin. ff. de legat. primo. Tum etiam, quia dicta oblatio in multis eſt defectiua, ratione loci, quia non fuit facta in loco, vbi erat facienda ſolutio, neque fuit citatus procurator capituli,ratione temporis, quia per plures annos fuerat incurſa caducitas tam per patrem, quàm
4 filios,& ita † non releuat talis oblatio,& habetur pro nõ facta,vt per Afflic.deciſ.150.nu.11.Rolan.conſi.53. numero 38. cum ſeq.lib.primo,& in terminis Rimin.iun. conſi.165.num.49.lib.2. Ratione rei oblatæ etiam non releuat,quia non eſt facta de toto debito,vt per Rimin. ſen.conſil.354.num.18.

Nec facit etiã, quia dicitur in ea, quatenus teneatur, & conſtabat de notitia d.inſtrumenti, & articulorum capituli,in quibus articulabant, q̃ pater per ſeptennium
5 defecerat à ſolutione. Accedit † quod illa oblatio fuit nulla, quæ non poteſt deſeruire pro iure de futuro, vt de depoſito dicit Rim.iun.d.conſi.165.nu.48.cum ſeq.

Vnde cum poſtea ſuperuenerit mora, caducitas ſuperueniens nocet.Achil.deciſ.2. de locat. Capyc.deciſio. decimaſexta.

Neque ob.conſ.Soc.118.num.10.lib.4. cum alijs allegatis, quòd verbalis oblatio ſufficiat ad excuſandum à
6 mora, quia † ibi intelligitur, quando offert totum id quod debebat, prout ſentit Achil.d. deciſ.2.de locat. Ex quibus omnibus tolluntur, quæ pro parte Federici dñr.

ALDOBRANDINI.

Pampilonen. de Sangueſſa. Die 3.Martij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Iudices ſi ſint deputati in ſolidum, poteſt vnus alio mortuo exequi remiſſoriam.*
2 *Pœnitentia licita eſt antequam ſit obtentum beneplacitum Apoſtolicum.*

DECISIO DLXXIII.

DOmini fuerũt pro validitate examinis, quia cùm
1 † iudices fuerint deputati inſolidũ, potuit vnus alio mortuo exeq̃i remiſſoriam.l.j. vbi Bal. de offic.conſul.Bar.in l.Pomponius.de re iudic. Quod autẽ fuerint deputati inſolidum,apparet ex decreto remiſſoriæ 27. Februarij,1576. quod eſt etiam de ſtylo, vt notum eſt, & colligitur ex deciſ. Guidobon.76. Apparet inſuper ipſiſmet literis ex remiſſorialib. in quibus

dicitur, quòd prædicta remissoria ab Auditore decreta, fuit in forma solita, & cum illa clausula, insolidum, ita vt vno impedito vel mortuo, alius iudex possit exequi, & sic solita apponi, & si in literis remissorialibus dicatur, quòd fuit decreta in forma solita, sequitur quòd sit habenda pro apposita, ex allegatis pro Dominico.

Non obst. defectus mandati, quia iam fuit resolutum illum non adesse, hoc.n. iuspatronatus pertinet ad parochianos vti ad singulos, & ideo potest quilibet ius suum defendere alijs contradicentibus.

Minus obst. compromissum, de quo fuit coram iudicibus remissorialibus oppositum. Tum quia adest consensus 74. parochianorum, qui dederunt post dictum compromissum mandatum ad exequendum remissoriam. Tum etiam, quia compromissum non tenebat, cum esset factum in laicos de re solum spirituali, cùm fuerit data potestas arbitris cognoscendi cui deberetur beneficium. † Et quamuis fuerit reseruatum beneplacitum Apostolicum, hoc efficit, vt antequam illud obtineretur, esset licita pœnitentia. Put. decis. 352. in vna Cęsarauguſtan. lib primo. ex not. per Card. & Abb. in cap. super eo, de condit. appos. Quæ pœnitentia interuenit stante illo mandato 74. parochianorum saltem respectu ipsorum. Tum etiam, quia licèt fuerit oppositum de compromisso, non tamen fuit appellatum, immo post fuerunt data interrogatoria pro examine testium. Ruin. consi. 61. num. 36. lib. 5. Curt. iun. consi. 175. numero 2. post Felyn. in cap. cęterum, col. 6. de rescript. Ex quibus tolluntur ea omnia, quæ pro Michaele dedu cebantur. Et hæc opinio visa fuit Dominis æquior, stante quòd mortuo canonico Vrta, iam alius iudex nominatus pro parte Michaelis fuerit requisitus, & quod fuerunt testes examinati cum interrogatorijs partis, & cum interuentu notarij ab ipsa nominati.

ROBVSTERII.

Valentin. beneficij. Veneris, 6. Octobris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Executoribus licitum est commutare voluntatem testatoris ex causa & cum auctoritate ordinarij.*
2 *Maiorales ratione officij & maioritatis dicuntur priores.*
3 *Interpretatio ex vsu & obseruantia præualet intepretationi iuris etiam si verior esset.*
4 *Consuetudo interpretatiua est attendenda.*
Etiam si non constet quod sit longo tempore obseruata, in qua præscriptio non requiritur.
Fallit, nisi agatur de auferendo iure vni, & dando alteri.
5 *Iuspatronatus potest de vno in alium etiam laicum cum auctoritate Diœcesani de consensu partis transferri.*
6 *Confraternitas, in qua saltem pro maiori parte sunt confratres laici, non dicitur ecclesiastica etiam si in ea adesset campana & altare.*
7 *Iuspatronatus confraternitatibus laicalibus relictum, dicitur laicale etiam quod sit sub nomine alicuius Sancti: nisi sit fundatum de bonis ecclesiasticis.*
Immo etiam si in tali confraternitate sint aliquæ personæ ecclesiasticæ, dummodo non sit contemplata persona ipsorum. num. 8.
9 *Dispositio cap. 1. de iurepatron. in sexto. quomodo intelligatur.*
10 *Beneficium mixtum non cadit sub reseruatione etiam si vacauerit in mense reseruato.*

DECISIO DLXXIIII.

DIfficultas proposita habet quatuor partes. Prima, an huiusmodi iuspatronatus sit laicorum tantum. Secunda, an sit clericorum tm̃. Tertia, an sit mixtum. Quarta, quis effectus sequatur ex p̃missis.

Circa primam plures ex Dñis tenebant esse laicorum tm̃, quia existimabant esse inspiciendam concessionem d. iuris patronatus factam per executorem in fauorem prioris & maiorũ confraternitatis S. Iacobi. non autem concessionem ipsius fundatoris prælibatis prioribus factam. Tum quia secundum aliquos non erat in casu isto
1 prohibitum † executoribus commutare voluntatẽ testatoris ex causa, & cum authoritate ordinarij. iuxta distin. Lambert. de iurepat. lib. 2. par. 2. q. 7. artic. 30. nu. 14. 18. & 19. fol. 233. secundum aliam fol. 80. cum seq. Tum ẽt qa verba fundatoris iuriſpatronatus de prælibatis prioribus, hoc est de priore & maioribus, non sunt ita clara, vt non possint salua ratione recti sermonis intelligi de prælibatis prioribus, hoc est de priore & maioribus
2 dictæ confraternitatis, de quibus supra mentionem fecerat, cùm † maiorales ratione officij & maioritatis dicantur priores. l. penul. C. de defer. lib. 12. l. si ex plagijs. §. in cliuo. ad l. Aquil. Et quoniam ex interpretatione iuris potius esset intelligendum de prioribus portę cęli & confraternitatis, negari non potest, quod verba præmissa non sunt ita clara vt non possint etiam modo prædicto intelligi, quo † casu est locus interpretationi ex vsu,
3 & obseruantia subsecutis, etiam si alius intellectus de iure verior esset, & remanet dispositio licet non bene interpretata, in virtute suæ dispositionis & non in virtute consuetudinis, vt bene post alios deducit Soc. consil. 145. nume. primo, in fine, cum sequen. lib. primo. & alios cumulat Aymon. consil. 201. num. 11. cum sequen.
4 & consil. 202. num. 20. in secundo. Est † enim interpretatiua, & non inductiua ista consuetudo, iuxta not. per Pau. de Cast. & alios in l. hæredes palam. §. si quid post, de testamen. Sarnen. in regula de iure quæsito non tollen. quæst. 13. & si non constet, quòd sit longo tempore obseruata, quia hæc consuetudo non requirit præscriptionem, sed actus tantum, vt latè post alios Aym. consil. 101. numero 4. & dicto consil. 202. numero 12. Et licet vbi agitur de auferendo iure vni, & dando alteri, debeat talis consuetudo esse præscripta, Soc. consi. 260. numero 19. lib. secundo. tamen id verum est, vbi constat de iure alterius, quod hic non est clarum. Ideo obseruantia absque præscriptione sufficit ad interpretandam dispositionem fundatoris. Tum etiam, quia in assignatione istius iuriſpatronatus in fauorem prioris & maioralium interuenit in casu isto authoritas Episcopi, & consensus prioris & conuentus Portę cęli, assignata illis recompensa, vt in processu de partibus, fol. 44.

5 Et non est dubium, quòd cum † authoritate Diœcesani de consensu partis iuspatronatus potest de vno in alium etiam laicum transferri. vt not. post alios Abb. in cap. illud, de iurepatron. & alij passim. Ideo si debet attendi ordinatio executorum, quòd iuspatronatus sit relictum priori & maioribus confraternitatis sancti Iacobi, dicebant aliqui ex Dominis, quòd ista confraternitas non sit ecclesiastica, etiam si in ea adesset campa-
6 na & altare, ex † quo confratres sunt laici saltem pro maiori parte. Bald. in l. si quis ad declinandam. §. omnibus, numero 19. C. de episcop. & cleric. plures accumulat Gabriel. de commun. opin. tit. de pia caus. conclus. prima, per totam. Menoch. in tracta. de recuper. possess. re-
7 med. 15. num. 30. cum pluribus seq. Et † iuspatronatus istis

istis confraternitatibus relictum dicitur laicale, etiam quod sit sub nomine alicuius Sancti, ex quo fuit fundatum de bonis patrimonialibus laici. Felyn. in tract. quando literæ Apostolicæ nocant parti. in 4. limit. Rocch. in verbo, instituit, num. 15. etiam si adhæreant alicui ecclesiæ, vt post alios Couar. pract. quæst. cap. 3. nu. 8. & ita fuit aliàs resolutum in vna Pistorien. 21. Maij, & 21. Iunij, 1565. coram R.P.D. Sarmiento. Merito iuspatronatus relictum istis debet censeri laicale, licèt aliquis ex
8 istis sit ecclesiasticus, quia † non est contemplata persona istius, sed locus, cui petunt, & sic confraternitas. Collecta. in c. ex insinuatione, num. 1. & 2. de iurepatron. Abb. in c. eam te, eod. tit. & in c. cum nos, num. 4. de offic. ordin. Felyn. in d. tract. Lambert. d. tract. lib. 3. prima parte, quæst. 5. artic. 5. fol. 7. Couar. vbi supra. Aliqui tamen dicebant, quòd hæc ratio erat dubitabilis, quia procederet si esset relictum iuspatronatus confraternitati, sed hic fuit relictum priori & maioralibus d. confraternitatis, quo casu ipsi soli absque confraternitate præsentant, & præsentatio ad dignitatem vel officium ecclesiasticum spectat, videlicet, ad priorem solum pro vna voce: ideo intrant supra allegata. Sed alij replicabant, quòd in ipso priore non est contemplata qualitas propria, sed loci, quem representant, vt dicunt Docto. supra citati.

Non obst. tex. in cap. primo, de iurepatron. in 6. Quia
9 † ibi iuspatronatus transierat in ecclesiam vel personam ecclesiasticam. Tamen Domini in hac prima parte non firmarunt, quòd iuspatronatus sit laicorum tãtum, quia forte non erit necessarium.

Quoad secundam resoluerunt non esse clericorum tantum, quia tenebant ex supra adductis esse standum ordini executorum. quo stante non potest negari, quin saltem respectu illorum duorum laicorum non possit esse ecclesiasticum, siue fundator considerauerit confraternitatem quæ vt supra fuit adductum, non est ecclesiastica sed secularis, siue ipsas personas maioralium, qui habent duas voces & sunt laici.

Quoad tertiam resoluerunt Domini, quòd licèt respectu prioris confraternitatis posset dici ecclesiasticũ, in quo tamen sunt plures difficultates, de quibus supra, tamen saltem respectu duorum aliorum maiorialium, non potest negari, quin sit mixtum, & intrant considerationes factæ in prima difficultate.

Ad vltimam dixerunt, quòd licèt beneficium vacauerit in mense reseruato, tamen non cadit sub reseruatio-
10 ne, cùm † saltem sit mixtum, & attenditur facultas laicalis. Cresc. decis. 157. Achil. de iurepatron. decis. 30. Sed si Papa præuenisset patronos, & eorum præsentationem, tunc intraret derogatio, si solum esset mixtum, quia Papa derogat in totum quando est mixtum. Tamẽ quia patroni præsentarẽt ante prouisionem Papæ, dixerunt illam esse subreptitiam, & intrare regulam de iure quæsito.

BRAVI.

Roman. domus in monte Iordano. Die 20. & 30. Aprilis. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Alternatiua negatiuè concepta requirit neutrum extare.*
2 *Nominatio extranei in iure patronatus permissa patri, multò magis permittitur filio.*
3 *Mens verisimilis contrahentium ad interpretandum voluntatem consideratur.*
4 *Omissum non dicitur quod per verba implicatiua includitur.*

DECISIO DLXXV.

PRoposita causa Roman. deuolutionis domus 20. & 30. Aprilis, 1578. super dubio, an domus, de qua agitur, sit deuoluta ad monasterium sancti Pauli, vel pertineat ad Hieronymum.

Domini stricta difficultate per duas Rotas dixerunt, vt iudicetur, an in casu, de quo agitur, stante instrumẽto concessionis factæ Francisco, possit ipse nominare, vel eius filius Christophorus. Et fuit tentum pro maiori parte tam Franciscum quàm eius filium potuisse nominare ex instrumento, vbi permittitur Frãcisco nominare vnam personam sibi gratam si filios vel nepotes non haberit. Cùm ergo Franciscus habuerit tantum filium,
11 & vterque extraneum nominauerit, tum quia † in alternatiua negatiue concepta requiritur neutrum accedere. Ant. in c. inter cęteras, num. 3. versi. aduerte, de præscrip. Dec. in l. generaliter, num. 2. C. de instit. Soc. in l. si is qui ducenta. §. cum ita, num. 5. ff. de reb. dub. Ruin. consi. 167. num. 19. lib. 3. tum etiam, quia ex serie instrumenti constat pluribus in locis mentem contrahentium fuisse cõcedere prædictam domum ad tertiam generationem, sequitur, quòd facultas nominandi æquè fuit tributa Christophoro sicuti Francisco patri, ne sequatur absurdum, vt extraneus sit melioris conditionis quàm filius. Si enim extraneo nominato à Francisco permissum fuit
2 alium nominare, ergo † & filio Christophoro multo fortius. arg. eorum quæ tradit Anchar. consi. 74. & Soc. in l. cum auus, num. 113. col. pen. versic. aliàs allegatum. per tex. ibi. ff. de condit. & demonst. Aym. consi. 378. num. 1.
3 per l. cum acutissimi, de fideicommiss. ex † verisimili mente contrahentium, quæ ad interpretandum voluntatem consideratur. vt per glos. vulg. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. & in l. cum res, versic. sed vbi verisimile est eum voluisse. ff. de legat. 3. late Gabriel. de regul. iur. conclus. 10.

Neque obst. quod dicitur, verba contractus esse personalissima, quia hoc cessat in casibus prædictis, qui nõ dicuntur omissi, vt per informantes, cùm eadẽ sit ratio, quæ in expressis, & ita verba contractus extenduntur, vt per Oldra. consi. 224. Aym. consi. 62. num. 14. & 326. nu-
4 me. 6. facit l. solis. C. de reuoc. donat. Neque † enim dicitur omissum, quod per verba implicatiua includitur, vt per Bal. in l. si cum dotem, col. 3. versic. tertio oppono. ff. sol. matrim.

Reseruarunt Domini videndum, an substitutio facta per Frãciscum de Hieronymo in personam Christophori, habeat vim nominationis. Et an intimatio debito tẽpore fuerit facta per Hieronimum.

BRAVI.

In eadem Roman. domus in monte Iordano. Die 15. Iunij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, quæ tacitè inest à iure, etiam si exprimatur, non facit actum conditionalem.*

DECISIO DLXXVI.

IN causa Roman. domus in monte Iordano super dubio, an substitutio facta de Hieronymo per Franci-

scum habeat vim sufficientis nominationis, Dñi tenuerunt quod sic. Quia cũm bona, de quibus agitur, veniãt in institutione, vt fuit resolutum 9. Aprilis in ista causa præsentis anni, veniunt etiam in substitutione, quæ etiam dicitur institutio, vt sunt iura vulgaria.

Nec obst. quòd videatur conditionalis nominatio, cũ subintelligatur conditio in personam Christophori si sine filijs &c. quia † cùm huiusmodi conditio tacitè insit à iure etiam si exprimatur, non facit actum conditionalem. l. hæc verba. ff. de leg. j. l. si Titio. §. quædam. ff. quando dies leg. ced. l. in conditionibus. §. j. ff. de condit. & demonst.

Neque obst. ex hoc subsequi dari nominationem variabilem ex natura actus, quia hic non fuit variatum, cùm Hieronymus substitutus Christophoro successit ex vnica substitutione & nominatione. Tum etiam quia nullum præiudicium ex hoc potest considerari pro parte matrimonij, cum semper sit vna persona nominata, quæ succedit. Minus facit, quòd nominatio non fuit facta ad rem locatam. Quia Hieronymus fuit expresse nominatus ex substitutione, & bona satis fuerunt expressa, & nominata stantibus verbis vniuersalibus, prout Domini aliàs considerabant in dicta decisione 28. Aprilis. Fuit tamen reseruatum per Dominos, an intimatio fuit sufficienter facta, iuxta formam contractus.

ROBVSTERII.

Roman. vineæ. Mercurij, prima Iulij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Imbecillis & indiscretus potest actus extraiudiciales facere: secus in iudicio.*
2 *Negligentia & taciturnitas in iudicijs facilius infert præiudicium parti, quàm extra.*
3 *Mens sana probatur ex opinione hominum.*
Item ex qualitate actus gesti vti ab homine prudente. numero 4.
Item ex non facto sicut ex facto. num. 4.
5 *Actum faciens limitatum ad imbecillem tantum, censetur illud facere prout ius disponit.*
6 *Imbecillitas qualis & quanta esse debeat, requiritur cognitio.*
7 *Sanæ mentis quisque in dubio præsumitur, nisi contrarium probetur.*
8 *Testes etiam non interrogati, debent reddere rationem sui dicti.*
9 *Contrarietas quælibet per distinctionem in testibus est removenda.*
10 *Testibus deponentibus sanam mentem magis est credendum, quàm deponentibus simpliciter de mentis defectu.*
11 *Mentecaptus ille dicitur, cui per decretum iudicis fuit datus curator.*
12 *Voluntas, aut alia quælibet dispositio, quæ colligitur ex facto, limitatur iuxta limites illius facti, & extenditur prout ex illo necessariò infertur, & non vltra.*
13 *Facto prædecessoris sufficit, quod successor directo non contraueniat.*
14 *Contrarium eius quod quis asseruit, allegare potest, quando succubuit.*
15 *Possessor bonæ fidei non potest condemnari nisi in fructibus perceptis, non autem in his qui percipi potuerunt: nisi sit malæ fidei.*
16 *Imbecillis seu indiscretus non vtitur priuilegio pupilli vel minoris in extraiudicialibus.*

DECISIO DLXXVII.

PLures hic fuerunt excitatæ difficultates. Prima, an constet, quòd D. Io. Baptista Salamonius esset furiosus, aut mente captus. Et res videtur clara, ꝙ non constat de tali furore, seu mentis defectu, qui impediret d. Ioan. Baptistam saltem extra iudicium contrahere, & de rebus suis disponere.

Primò, quia notum est, quòd ipse confitebatur proprio sacerdoti, sumebat sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, & ex actis apparet, quòd citabatur, conueniebatur in iudicio absque curatore, & plerunque pro debitis carcerabatur, quę nullo mõ cadunt in dementẽ.

Secundò, quia aliud est, quòd quis sit imbecillis, indiscretus, debilis ingenij, seu hębetus sensu, aut (vt vulgò dicunt) grossolanus. Aliud verò, quòd sit demens vel furiosus. Imbecillis enim licèt non habeat illum vigorem mentis & intellectum, quem ætas postulat, & non bene
4 faciat facta sua, habet † tamẽ iudicium, & intelligit quid agit, & potest matrimonium contrahere donare, & alias extra iudicium res proprias quomodolibet distrahere. l. si frater. & ibi Paul. de Castr. C. qui testamen. facere pos. Soc. consil. 47. num. 9. lib. 3. Dec. consil. 112. & 448. numero 20. cum seq. Iaſ. in l furiosum. nume. 2. C. qui testamen. facere possunt. Paris. consil. 88. nume. 37. cum seq. lib. 3. In iudicio tamen isti indiscreti indigent aliquo auxilio, & supplemento ad integrandum eorum intellectum. cap. pastoralis. & ibi Dec. in 3. not. de iud. cum his quæ post alios adducit Tiraq. de legib. connubial glos. 4.
2 nume. 7. & glo. 6. nume. 116. Quia in iudicijs ex † negligentia, & taciturnitate facilius infertur præiudicium partibus, quàm extra iudicium. c. cùm super literis. de rescrip. cum alijs per Aym. de antiq. tempor. par. prima. nume. 165. Et propterea primus testis pro parte D. Fulvię del 1563. examinatus iuxta. 15. interrogatorium, inquit, *è ben vero che Ioan Battista Salamonio andaua mal in ordine, & pareua non si curasse in che modo si andaua, non osseruando altramente, il decoro Romano, ne de Cenrilhuomini, contrario assai alla grauità, che vsaua il padre, & li putti di continouo, tanto alla strada, quanto sopra, lo vedeuano alla finestra di sua casa, gli dauano la baia, & lo berteggiauano. Niente di meno io non lo tenuo per pazzo.* Et † sana mens probatur ex opinione hominum. Bal.
3 & alij per Alex. consil. 54. nume. 2. libro primo, Dec. consil. 86. num. 7.

Et iuxta 18. interrogatorium idem testis dicit, *che vna volta esso testimonio parlò à D. Gio. Battista da parte di Monsignor Honofrio Tasca, se voleua fare vna renuncia di tutta la robba sua à d. Monsignor Honofrio che li voleua dare dieci scuti al mese, & d. messer Gioan Battista cominciò à gridare come vn matto, finalmente disse, che gli doueua bastare quello che gli haueua dato, & non cercar piu inanti.* Ex quib. ne dum excluditur insania, sed probatur integra mens, & illius prouidẽtia, iuxta tex. in
4 c. super eo. de renunc. Ex † qualitate. n. actus gesti vti ab homine prudente arguitur sana mens. Bal. & alij p Dec. d. consi. 448. nu. 15. Et arguitur hæc sana mens ita ex nõ facto, sicuti ex facto. Bar. & alij per Aym. consi. 91. nu. 10. Et secũdus testis iuxta 15. interrogatoriũ dicit se vidisse, & audiuisse D. Io. Baptistam hãberi pro ridiculo, & incedisse solum abiectum male vestitum prout non decebat Romanum nobilem: sed an fuerit demens, dixit nescire, & tñ cùm iste testis deponat de reb. & negotijs D. Ioan. Baptistæ, & verisimiliter esset informatus de eius statu, credibile est, ꝙ si fuisset demens, ipse testis sciuisset.

Tertiò quia idem Honofrius Tasca del 1538. cẽ-

paruit

paruit coram Primario Collegij, & exposuit, ꝙ d. Ioan. Baptista erat imbecillis & hębetus, seu debilis ingenij, & malè facere facta sua, præsertim in vtilitatem suam, & sic non exposuit illum esse furiosum & dementem, sed imbecillem & debilis ingenij, quæ verba, vt dictũ fuit, præsupponunt mentem & intellectum in homine illo, & iudex deputauit illi curatorem, quatenus esset imbecillis & non aliàs, & sic in causis & non in administra-
5 tione bonorum. faciens enim † actum limitatum ad imbecillem duntaxat, censetur illũ facere, prout ius disponit, & sic se restringere & limitare ad leges de ipso actu imbecillitatis loquentes. Bald. in l. si duo, de acquir. hæred. Gemin. consil. 47. numero 3. cum alijs per Felyn. in cap. cum inter priorem, numero 11. de exceptio. & Aymon. consil. 186. numero 9. Et verba ipsa respiciunt supplementum ex natura actus super quo interponuntur, vt latè cumulat Cassan. consi. 11. nu. 57. cum seq. Et cum nulla præcesserit Ioan. Baptistæ citatio & causæ cognitio
6 super illius imbecillitate, † qualis & quanta esset, prout de iure requirebatur, vt cumulant omnes in l. is cui bonis. præsertim Rip. num. 263 1. & 33. de verb. oblig. sequitur, quòd ipsum decretum fuit euidenter nullum, & quamuis esset validum, ex eo non adimit administrationem bonorum, præsertim extra iudiciũ ipsi Io. Baptistæ, quia factum absque causæ cognitione, & vt minus recedat à iure communi, & tantò magis, cùm etiam in causis idem Ioannes contradixerit, vt inferius dicetur.

Quartò, quia Io. Baptista quotidie molestabatur pro debitis per ipsum contractis, & multoties detinebatur in carceribus, à quibus ipsum liberabat D. Honofrius, qui propterea soluerat pro d. Ioan. Baptista multò maio rem quantitatem quàm esset valor vineæ, vt ex actis apparet, & sic actus dationis in solutum extraiudicialis factus per d. Io. Baptistam, & quem intẽdit D. Fuluia probare ex confessione d. Io. Baptistæ, & eiusdem scientia & patientia longæua in possessione Honofrij patris, & ex alijs, de quibus in actis, satis apparet talis qui fieri potuisset à quolibet prudente, & ex qualitate actus & alijs coniecturis, vt dictum est, arguitur sana mens.

7 Vltimò vbi essemus in dubio, † iudicãdus est quis sanæ mentis quàm demẽs, quousq; clare probetur cõtrarium. l. nec codicillus. vbi Bal. & alij de codicil. Zabarel. consi. 56. col. j. & 2.

Non obstant testes in contrarium adducti, quia illẽ parum aut nihil probant, tũ quia non sunt legitime recepti, tum ẽt quia illorum dictum pẽdet à ratione, quã
8 † etiam non interrogati debent adducere, quia de facili in hoc possunt decipi. Bal. & alij in d. l. etiam, col. 1. C. de testib. Dec. d. consi. 448. num. 31. Et coniungendo probationes hincinde apparet, quod illæ intelliguntur respectu omnimodæ ac perfectæ & integræ mentis, ex eo quod dicebatur à popularibus. Et in testibus & alijs
9 † quibuscunque depositionibus est remouenda per distinctionem quælibet contrarietas. late Dec. consi. 602.
10 col. 2. Et † magis credendum est testibus deponentibus sanam mentem, quàm deponentibus simpliciter de mẽtis defectu, latè Gabriel. de testib. conclus. 4. num. 19.

11 Non obst. ꝙ ille dicatur † mentecaptus, cui per decretum iudicis fuit datus curator, vt latè per Dec. d. cõsi. 86. num. 7. & eidem Ioan. Baptistæ datus fuit curator, tam de anno 1538. quàm de anno 1540.

Nam respõdetur, quòd ille datus fuit curator in causis tantum vt imbecillis, & non potest trahi in cõsequentiam, quod factum fuit in iudicijs, ad extraiudicium, vt supra deductum fuit. Actus. n. deputationis curatoris del 1538. & si valeret, est expresse limitatus ad imbecillitatem, & quatenus esset imbecillis, & non aliàs, & sic ad causas tantum. Alius verò actus del 1540. est etiam limitatus, quoniam non appellatur furiosus nec mẽtecaptus, sed citatus ad comparendum legitimè in iudicio, aliàs videndũ sibi deputari curatorem, & in termino citationis ipse Io. Baptista comparuit, & contradixit. & iudex deputauit illi curatorem ad illam causam tantum. quod forsan verisimiliter factum fuit, non quia esset demens, sed qa indiscretus, & in iudicio indigeret aliquo
12 adminiculo. Voluntas. n. aut † alia quæuis dispositio quę colligitur ex facto, limitatur iuxta limites illius facti, & eatenus extenditur, quatenus necessariò ex illo infertur, & non vltra. Bart. in l. j. §. Iulianus, de itin. actuq; priua. cum alijs per Aym. de antiq. temp. par. 4. num. 217.

Secunda difficultas est, an Honofrius, & illius successores possint hodie allegare d. Ioan. Baptistam non fuisse mentecaptum, sed tantum imbecillem aut debilem ingenij, ex quo Honofrius bis petijt & obtinuit illi dari curatorem. iuxta decis. 8. de testam. in antiq. Dec. d. consil. 86. num. 7. circa med. vers. vnde ex hoc. in quo etiam res videtur de plano procedere, quòd possunt successores hoc dicere, cùm non impugnẽt factũ prædecessoris,
13 licet † directè non approbent nec confirment, & tamẽ sufficit quod directo nõ contraueniant. Imo. Abb. & alij per Gabr. de reg. iur. cõclus. j. nu. 60. vers. decimo limita.

Non ob. ꝙ Honofrius petijt se deputari in curatorẽ, etiam quoad administrationem bonorum, qm̃ eius petitio fuit erronea, cùm propter imbecillitatem nõ impediatur interesse proprijs negotijs, & bona administrare, vt dictum est, & propterea iudex reijcit illã petitionem quoad administrationẽ bonorum, & tñ admisit in causis, quia dixit quatenus sit imbecillis, & non aliàs. Palam autem est, ꝙ quando quis succubuit, potest allegare cõ-
14 trarium † eius quod asseruit. vt post alios latè Gabriel. d. conclus. j. de reg. iur. num. 52. versic. octauo limita. & hoc quando hic constat de errore prout ibi, numero 25. & te vera non constat, quòd vnquam Honofrius fecerit inuentarium, nec administrauerit vt curator bona Ioan. Baptistæ.

Tertia difficultas, an constet, quòd Honofrius esset creditor d. Ioan. Baptistæ, saltem in summa 150. scutorũ occasione fideiussionis & solutionis d. summę factę cuidam materazzario, & in scutis 245. occasione depositi per ipsum Honofrium facti, ne vinea huiusmodi deliberaretur quibusdam de Iacobatijs. & res vr̃ de plano procedere, vt ex instrumentis in actis deductis apparet, concurrentibus etiam ad hoc pluribus adminiculis, de quibus his per informantes, qui bene euacuant obiectiones aduersarij in actis factas.

Quarta licèt in actis non constet de aliqua adiudicatione & deliberatione vineæ, de qua agitur, in fauorem Honofrij Zacchi iuxta formam commissionis in actis præsentatæ, an saltem præsumi possit ex circunstantijs facti de aliquo consensu, aut datione in solutum istius vineæ per ipsum Do. Ioan. Baptistam extraiudicialiter præstito in fauorem Honofrij, ita ꝙ legitimè & absque vitio spolij, & attẽtatorum potuerit accipere possessionem vineæ, & illã pro se vti suã retinere, vt in illa Romã. palatij de Ioacchinis, & Capizucchis resolutum fuit, cuius resolutionis copia datur. Et quamuis plura adducantur pro parte D. Fuluiæ quę in hoc maxime videtur fundare intentionem ipsius, nihilominus quia pars aduersa non informat, Domini in istis vltimis audientijs remiserunt diffinitionẽ ad calendas, si opus erit decidẽdam. Præsertim, quia D. Fuluia pro nunc solum videtur principaliter insistere in condemnatione fructuum, qui percipi potuerunt, vt isto saltem respectu sententia extra Rotam lata, sit notoriè iniusta.

Vltima fuit difficultas, an sententia extra Rotam lata sit notoriè iniusta ex eo, quod condemnauit d.Fuluiam in fructibus, qui ex medietate vineæ percipi potuerunt. Et in hoc Domini fuerunt concordes sine difficultate, quod sit notoriè iniusta, quia nisi clarè & apertè constet
1 de mala fide, verè † possessor non potest condemnari, nisi in fructibus perceptis, non autem in his qui percipi potuerunt. Ægid. in c.grauis, num.40. circa med. de restit.spoliat. Aug.de fructibus, num.2. Et hic licet circunstantiæ & coniecturæ non sufficerent ad effectum, vt tota vinea adiudicaretur D.Fuluiæ, tamen debent sufficere, vt excludant malam fidem veram & præsumptam Domini Honofrij. Nam ad lucrandum fructus sufficit malam fidem abesse: immo sufficit ignorantia iuris, vt bene hic deducit Dominus Bernardus Burghesius, qui bene euacuat omnia in contrarium adducta, cum quibus transierunt Domini.

Non obst. dum dicunt, quòd pupillus & mentecaptus obligant de iure possessores ad fructus, qui percipi potuerunt, quia hic non sumus in pupillo, nec in mi-
16 nore, nec in mẽtecapto, licèt fortè simus in † indiscreto, qui non vtitur priuilegio pupilli vel minoris in extraiudicialibus, vt dictum est, & in specie deducunt Iaf. & alij in d.l.furiosum.C.qui testam.facere poss. Paris.dicto cons.88.num.37.cum seq. lib.3. Præterea non agitur ad fauorem d.Ioan.Baptistæ, sed successoris, qui forte non vtitur eiusdem iuris.

Non obst.quòd hic deest titulus.Nam respondebant, quòd licèt verum sit quoad titulum verum, non tamen ita dici potest quoad titulum præsumptum, saltem ad effectum lucrandi fructus, quia ex confessione Ioan.Baptistæ & alijs probabiliter præsumi potest titulus dationis in solutum & consensus ingrediendi propria authoritate, non obstante lite, vt per Soc.cons.15.num.7. cum alijs hic per informantes.

Non obst.quòd mala fides probetur eo ipso, quòd Honofrius appropriauit sibi vineam Ioan.Baptistæ, cuius curam gerebat. Nam supra clarè ostensum est, nullam curam in bonis gessisse, sed in causis tantum.

Regien. Sancti Martini. Die 12.Iunij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatio quælibet Principis dicitur lex generalis, & eandem habet efficaciam.*
2 *Decreta in materia hæreticorum satis dicuntur publicata ad effectum vt ligent, licèt non publicentur.*
3 *Decretum irritans appositum in constitutione Papæ, ligat etiam ignorantes ante publicationem quoad nullitatem actus: secus quoad pœna. ex communi.*
4 *Annullatio actus penam non dicitur.*
5 *Dispositio illa dicitur temporalis, in qua sunt verba personalia.*

DECISIO DLXXVIII.

DVæ dispositiones continentur in decreto fe. re. Pauli Quarti. In prima disponitur quòd ex resignationibus hæreticorum etiam per clausulas generales nullum ius acquiratur resignatario, nisi in ipsis sit facta mentio, quòd resignans sit hæreticus, aliàs dictæ resignationes sint nullius roboris & momenti. In secunda Papa reseruauit sibi & dispositioni suæ beneficia hæreticorum à die commissi criminis.

Circa primam dispositionem plures occurrunt difficultates. Prima est, an dicta dispositio sit perpetua, an verò ad eius vitam finiatur. Et credo illam esse perpetuam,
1 cùm † quælibet ordinatio Principis dicatur lex generalis, & eandem habeat efficaciam. Gemin.in cap.fin.§.fin. nume.2.de hæret. in 6. Nel.in reper.in verbo, vim legis obtinet. & per consequens debeat esse perpetua, vt hic per informantes.

Secunda difficultas est, an dictum decretum quoad effectum ligandi, dicatur satis publicum. Et in hoc credo, quòd stylus illius sacræ congregationis sit, quod in materia hæreticorum decreta non aliter publicentur, &
2 ideo † satis dicatur publicatum ad effectum vt liget. Ang.in Auth.de non eligen.num.2. in fi. Alex.cons.39. nume.4.lib.3. quia est solemniter editum in præsentia totius congregationis.

Tertia difficultas posito, quòd non sit publicatum, an stante decreto irritante liget ignorantes ante publicationem. Et teneo, quòd cùm dictum decretum irritãs
3 sit appositum in constitutione Papæ, liget † etiam ignorantes ante publicationem quoad nullitatem actus, ex rationibus latè adductis per Barbat.in clem.prima, numero 25. & sequen.de electio. Turrecrem.in cap.4.§.legis, num.4.4.distinct. Cassad.decis.3. in princ. vbi fuit dubitatum, quid de decreto inferioris. ergo habuit pro claro de decreto Papæ. & istam opinionem videtur, quòd Rota semper fuerit sequuta quoad nullitatem actus, non autem quoad pœnam. vt per Put.decis.278. lib.primo.cum alijs hic adductis per informantes, quibus addo Collectar.in cap.ecclesia, num.25. de sortileg. Ferret.cons.146.num.4.lib.primo. Bursat.cons.43. numero 49. qui testatur de communi. Nec † annullatio
4 actus dicitur pœna, prout per Bald.in l.nemo martires. C.de sacrosanc.eccles. Bero.in cap.secundo, numero 27. de constitut.

Quarta difficultas est, an dicta dispositio procedat in secunda resignatione facta à resignatario hæretici, & bonum esset videre supplicationem istius resignationis. Tamen quicquid sit, credo, Carolum secundum resignatarium nullum ius assequi potuisse in beneficio, de quo agitur.

Nec ex persona Fuluij resignantis nullum ius assequi poterat, quia Iulius nullum ius habebat. ex persona verò Bartholomæi hæretici primi resignantis pariter non acquisiuit aliquod ius, quia non fuit facta mentio hæresis, iuxta formam decreti, nec per clausulas generales hoc poterat facere.

Quinta difficultas est, an decretum irritans positum in hac dispositione ita inficiat possessionẽ Caroli, vt non possit agere spolio. & super hoc non informatur pro parte Domitij.

Quo verò ad secundam dispositionem de reseruatione, difficultas est, an ista reseruatio sit perpetua vel tem-
5 poralis, & expiret per mortem, quia † verba sunt personalia, videlicet sibi & dispositioni suæ. c. gratiosè. vbi Docto. de rescrip. & in specie in materia reseruationis Cassad.decis.4.sub nu.6.de reser. Secunda, an ista reseruatio requirat publicationem ad hoc vt liget ignorantem.

SERAPHINI.

Vrbeuetan. Castri Sepij. Veneris, 15.Iunij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Ordo successiuus non attenditur in his, quos necesse nõ erat instituere, sed simul vocati censentur.*
2 *Substitutio in dubio est intelligenda de vulgari, non autem fideicommissaria.*

Requisita

3 *Requisita ad inducendum fideicommissum quę nam esse debeant.*
4 *Pluralis loquutio totam dispositionem collectiuè comprehendit.*
5 *Indefinita æquipollet vniuersali distributiuè, non collectiuè.*
6 *Filij tantum censentur vocati, qui erant nati tempore testamenti, vèl post, ante tamen mortem testatoris. ex communi.*
7 *Mens testatoris præcipuè est attendenda.*
8 *Ordo successiuus dicitur ex vocatione facta sub nomine descendentium.*
9 *Dictio.in infinitum, quid operetur.& nu.seq.*
10 *Substitutio habens verba tractum temporis denotantia, comprehendit etiam fideicommissariam.*
11 *Dictio, descendentes, importat tractum temporis. Idem in dictione, in infinitum.*
12 *Verbum, instituo, secundum subiectam materiam potest importare institutionem, & substitutionem.*
13 *Fideicommisso si institutus renunciat, succedit proximior vocatus.*
14 *Vocati in casum mortis instituti, vel purificationis conditionis, sufficit quod reperiantur nati, vel concepti tempore ipsius mortis, vel purificationis conditionis.*

DECISIO DLXXIX.

CAmilla de Sinibaldis domina Castri Sepij instituit suos hæredes Gabrielem, & Falconum fratres suos, eorumq; filios, & descendentes in infinitum ex eis, & quemlibet eorum per lineam masculinã legitimam, & naturalem. Et in euentum, in quem prædicti sui hæredes morerentur sine filijs legitimis, & naturalibus, seu descendentibus ex eisdem, vt supra, tunc, & eo casu hæredes suos vniuersales instituit Ludouicum eius maritum, & confraternitatem Annunciatæ de Vrbe. Defuncto Gabriele, qui portionẽ suam alienauerat, Sinibaldus filius Falconi patre adhuc viuente, sed exclusso à successione ob fideicommissi renunciationem, petijt vigore substitutionis se immitti in possessionem prędicti castri per Gabrielem alienati.

Exemplo dicebatur eum nõ esse vocatum, ex plurib.

Primò, quia institutio fuit facta per verba directa, & ideo non potest obliquari. Doct. in l.centurio. C.de impub.& alijs subst.

Secundò, quia cum vocentur illi, quos necesse non erat instituere, nempe fratres, & eorum filij l.fratres. C.
1 de inoffi.testamen. non † veniunt ordine successiuo, sed simul vocati censentur. c.Raynutius.de testam. Alexand. consil.13.nu.7.lib.4. Iaf.in §. quidam recte.numero 24. in prima lectura.

2 Tertiò, quia † hæc institutio, dato quod contineat substitutionem, ea est intelligenda de vulgari, non de fideicommissaria. Castren.consilio 119.lib.primo.& 352. nume.quinto, lib.2.Dec.consil.253.nume.5. Rui.consilio 119.num.2.

3 Quartò, quia nõ cõueniunt in casu isto † requisita ad inducendum fideicommissum reciprocum, de quibus per Soc.in l.hæredes mei.§.cum ita.col.2. ad Treb.& ibi Ripa nu.24.Rui.consil.126.nu.6. & 8.lib.3.Parisi.consilio 44.nume.32.lib.2. Aym.ibi. numero septimo, Mandel.consil.31.

Quintò, quia cùm testatrix instituerit Gabrielem, & Falconum eorumque filios, expectanda est mors vtriusque † propter pluralem loquutionem. l.inter illam. §.fi.
4 de verbo.signifi.cum simil.

Sextò, quia hæc substitutio distributiue est intelligenda, scilicet, vt filij Gabrielis in portione Gabrielis, & filij Falconi in portione Falconi succedant. Corn.consil.32. nume.2.lib.3.

5 Nam † indefinita æquipollet vniuersali distributiuè, non collectiuè. Bartto.in l.si pluribus in fi.de lega.2.idem Corn.consi.82.col.fi.lib.2.

6 Septimò, quia illi filij censentur vocati, † qui erãt nati tempore testamenti, vel post testamentum, ante tamẽ mortem testatoris.l.si cognatis.de rebus dub. l. cum ita. §.in fideicõmiss.de leg.2.Ale. cõsi.219. circa fi.lib.2.Dec. consi.95.col.pe.cum alijs. Quod in compendiosa cõmuniter est receptum, vt filij non cẽseantur vocati, nisi sint nati, vel concepti tempore mortis testatoris. Alex.consilio 184.colum.1.libro 2. Ruin.consil.112. numero 13. lib.2.cum alijs.

His tamen non obstantibus cõtrarium fuit decisum. Verba enim testamenti visa fuerunt satis clara, ex quib.
7 elicitur mors testatoris, quæ † in his est præcipuè attendẽda.l.in conditionib.de cond. & dẽ.l.cum proponebatur.& ibi gl.de leg.2.l.cum virum. C.de fideicommiscl.si quis mihi.de verb.sig.Iaf.cons.104.col.antep. vol.4.Soc. cons.28.nu.32.lib.3.Grat.consi.31.num.14.lib.2.Nam quod testatrix voluerit filios Gabrielis & Falconi voca-
8 re ordine successiuo, apparet ex eo quòd † vocauit eos sub appellatione descendentium. Galliaul. in l.Gallus.§. quidam recte.nu.14.& ibi Rub. Alex.nu.85.Rui.consil. 100.nu.1.lib.2.

Et tunc temporis nulli filij erant nati. Bal.consil.305. nu.2.lib.3.Dec.consi.205.nu.3.Rub.Alex.d.§. quidã recte.nu.35.Soc.iun.consi.136.num.16.in fi.lib.2.Pedam. decis.81.nu.16. Et sunt appositа verba tractum temporis
9 denotantia, nempe † dictio illa, in infinitum, quæ facit, vt nisi intelligantur vocati successiuè, dispositio redderetur impossibilis. Aym.consi.22.nu.2.

Neque ob.quòd verba sint directa, quia adest clausula codicillaris vltra verba tractum temporis denotãtia. Alex.consi.82.nu.2.lib.2.Aym.consi.22.num.8. Et ex his soluuntur primum, & secundum fundamentum, quæ exemplo fiunt.

Secundò facit, quia hæc substitutio nõ solum est intelligenda per vulgarem, sed etiam per fideicommissa-
10 riam, propter † verba, quæ habent tractum tẽporis. Soc. d.§.quidam recte.nu.19.Parisi.consi.31.nu.4.lib.2.Curt. iun.consi.48.nu.4.Rui.consi.92.nu.10.li.3.Aym.cõsi.22. nu.7.Conar.in c.Raynutius.§.2.in fi.de testam. tractum
11 † autẽ temporis importat illa dictio, descendẽtes. Curt. d.consi.48.nu.4.Soc.iun.consi.136.nu.28.lib.3.Et idem importat dictio, in infinitum. l.apud Celsum.l.in hac exceptione.de doli excep. Ex quibus resultat, vt verbũ, insti-
12 tuo, † respectu fratrum testatricis importet institutionẽ, respectu vero filiorum substitutionem. Ioan.de Anacons.37.nu.2.Curt.iun.d.consi.48.nu.2.

Confirmantur supra dicta ex substitutione facta Gabrieli & Falcono, si sine liberis decesserint, quæ hoc casu facit, vt positi in conditione censeantur substituti, vt per Rui.consi.158.nume.13. Et ex his tollitur tertium fundamentum.

Tertiò facit, quia non solũ simpliciter vocati sunt fratres, & eorum filij, sed ét ex quolibet eorum, quæ verba denotant vnius filios ambobus esse substitutos vniuersaliter in tota hæreditate. Alex.consi.30.nu.8. in fi.lib.2. Et sic excluditur illa difficultas, qp filij Gabrielis Gabrieli, filij vero Falconis succedere debeant Falcono, qua nõ obstante contrarium ex coniecturis tenuit Corn. consil. 159.nu.9.lib.4. Et ita nõ est opus videre, an hic adsit fideicõmissum reciprocũ, quãuis ét adesse voluerit Rui.d. consi.158. nu.14. & ex his tollitur quartũ fundamẽtum.

Non

Non ob.quod quinto loco opponebatur, expectandã esse mortem vtriusque tam Gabrielis, quàm Falconi, qa hoc posset procedere, si Falconus esset capax, sed cũ præ
13 supponatur, quòd † renunciauerit fideicommisso, subin trat eius filius per ea quæ fuerũt in Rota resoluta in vna Vrbeuetan. castrorum corã R.P. D. Blãchetto, & in proprijs terminis renunciationis fuit decisum in vna Foroliuien. fideicommissi coram R. P. D. Aldobrandino 30. Aprilis 1578.

Vltimo non ob. quod non veniant isti filij, qui non erant nati tempore testamenti, vel saltem concepti: illud enim procedit, quãdo vocatio est pura, sed hic cùm sint vocati in casum mortis institutorum, vt supra fuit demonstratum, sufficit quod veniente casu mortis, & tem
14 pore purificationis † huius conditionis, reperiantur nati vel concepti. Castren. consi. 16. num. 5. lib. 2. Soc. in l. si cognatis. nu. 3. de reb. dub. Alex. consi. 26. num. 14. lib. 3. Ias. consi. 159. nu. 3. lib. 4. Rui. consi. 68. nu. 9. lib. 5. Paris. consi. 31. num. 41. lib. 2. Rolan. consil. 38. nu. 36. & consilio 39. lib. 4.

Et ex his conclusum ex verbis testamenti Camillæ resultare fideicommissum in fauorem Sinibaldi.

LANCELLOTTI.

Ciuitatis castelli bonorum. Veneris, 27. Iunij. 1572.

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens circa personas non comprehendit forenses. ex communi.*
Immo nec circa pœnas.
2 *Solutio si est destinata in certo loco, attendi debet statutum illius loci.*

DECISIO DLXXX.

FVit conclusum, q dicta statuta Vrbis lib. 1. c. 101. & lib. 4. c. 18. non comprehendunt forenses, quia qñ
1 † statutum disponit circa personas, illos non cõprehendit iuxta doctr. Bar. in l. cunctos populos. nu. 25. ver. sed circa hoc dubitatur. C. de sum. Trin. & fi. cathol. quam sequuntur communiter Doct. ad trad. per Rolã. à Valle cõs. 14. nu. 19. li. 3. Et vtrunq; statutum dirigit verba in personam conditoris. Et licet secundum de quo in d. c. 18. videatur directum in rem, ex quo admit fidẽ instrumento, tamen principalis eius dispositio, quæ debet attendi, est directa in personam, & in eius rubrica, & in prin. secundi in quo refertur prædictum statutũ, & postea extenditur. Præterea dicta statuta propter exclusionem petitionis debiti elapsis 16. annis, dicuntur imponere pœnam, & ideo etiam non ligant forenses, vt per Castren. in l. sequitur. §. si viam. de vsur.

Non ob. doctr. Bar. in l. cunctos populos. nume. 16. vbi vult, q quando defectus causatur ex contractu, non ex natura contractus, sed ex aliquo facto extrinseco, puta propter negligentiam, vel moram, tunc attẽdi debet locus petitionis, & iudicij vbi mora commissa est. Nam respondetur ita demum procedere si personę illæ sunt sub illo foro. Verum cum D. Iulius creditor præsupponatur forẽsis, & sit agitatũ iudiciũ corã A.C. & in Rota, ideo nõ attenduntur statuta, nisi inter Romanos quoad decisoria. Præterea Bar. in d. l. cunctos populos. num. 18. vult, q
2 quando † solutio est destinata in certo loco, attendi debet statutum illius loci. At solutio erat destinata in ciuitate Castelli, vbi debebat fieri æstimatio, & adæquatio de bonis ibi existentibus. Quare ex hoc etiam capite cessabat difficultas. Et hanc opi. Domini sunt amplexi, præsertim, quia alias fuit hoc resolutum in causa Camerinen. de qua per informantes D. Iulij fuit dictum die 27. Februarij, 1563. coram R. P. D. Accorambono.

BLANCHETTI.

Tiburtin. castri S. Poli. Mercurij. 4. Nouembris. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Æstimatio bonorum venditorum non debet augeri ex pacto, quod venditor teneatur ea liberare ab omnibus oneribus, ad effectum rescissionis contractus ex causa lesionis.*

DECISIO DLXXXI.

QVærebatur, an pactum, q venditor teneatur liberare ab omnibus oneribus bona vẽdita, faciat, q bona sint æstimanda, sicut si essent libera, ad effectum, vt concedatur beneficium rescissionis ex capite lęsionis, iuxta dispositionem municipalem. Et quoniã aliqui ex Dominis dicebant, q licèt venditor promiserit vẽdere bona libera, illud tamen intelligitur solũ de onerib. latentibus, & occultis, non autem de his, de quibus agimus, quæ erant antiqua, & notoria, & quod remouere ea non erat in eius potestate, cum non posset quis inuitus cogi ad vendendum. l. inuitum. C. de cõtrah. emp. frequentiori, tamen calculo in eam sentẽtiam itum est, q cum verba instrumenti sint generalia, comprehendãt
1 omnia onera tam latentia, q̃ notoria: Sed † an sint censenda vti libera propter actionem quam habet emptor contra venditorem, vt liberet, & ita iudicanda sint maioris valoris, vt cadat lęsio, ad effectum rescindẽdi, duo ex Dominis dicebant existimanda vti libera. Nã qui actionem habet, rem ipsam habere videtur. l. qui actionem. ff. de reg. iu. & videbatur deseruire doctr. Bal. in l. 2. q. 18. C. de rescind. vendi. nu. 22. Quibus non attentis cæteris placuit contraria opinio, quod immo bona hic non sint censenda vti libera, sed oneribus obnoxia, ita vt hæc actio, quæ emptori contra venditorem competit, nõ debet augere æstimationem bonorum, inuito eo cui competit: nam cùm ei possit renunciare, non est, quod augeat valorem bonorum, maximè, vt dicatur venditor læsus, & attenduntur qualitates præsentes ad iudicandum valorem rei, non autem habetur ratio actionis, quæ nullum fortasse effectum habitura esset. Ad doctr. Bal. dicebant, quòd illi, siue res esset sua siue aliena, semper verũ erit dicere fuisse venditam minori pretio, sed in casu nostro verè attentis onerib. iusto pretio dicitur res vẽdita.

Non ob. quòd illa actio de euictione, quæ competit venditori, inducat compẽsationem, quoniam illa actio facit, ne possit dici pluris emisse, propter periculum, cum esset aliena: secus in casu nostro.

BRAVI.

Nullius Castri montis Portij. Mercurij. 9. Martij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Regulam qui habet prose, onus probãdi transfert in eum, qui in exceptione se fundat.*
2 *Æstimatio fructus seu rei in inuestitura concessæ, non dicitur fieri ex causa transactionis, sed gratuitæ pactionis.*

Præsumptioni

3 *Præsumptioni non est locus, vbi veritas adest.*
4 *Personæ suspectæ, & prohibitæ credendum non est.*

DECISIO DLXXXII.

PRoposita causa Nullius castri mõtis Portij inter illustr. D. Cardinalem Riarium, & Dominos Comites de Monte veteri super dubio, an constet de tali vtilitate, vt alienatio vltimo loco facta possit subsistineri cum præsuppositio, quòd sine veri præiudicio, Castrũ, de quo agitur, sit solitum locari. fuit per Dominos resolutum, non constare de tali vtilitate, vt subsistineri possit d. alienatio, vel concessio, quia esto, quòd (sine dispẽdio veritatis) dicamus versari in re solita locari, nõ excludit hoc, quin tempore concessionis debeat cedere alienatio, non in quamuis vtilitatem ecclesiæ, sed in euidentem, vt in extrauagan. ambitiose. de rebus eccl. non alien. in verbo, tunc in euidentem, & late fuit dictum in illa Bonon. de Pipinis coram R. P. D. Cęsare de Grassis, & resolutum quod hæc debeat esse lucida & clara in causa Roman. casalis Turricellę coram R. P. D. Lancellotto, estq; vulgatũ, res ecclesiæ non posse alienari, & licet ab ista regula aliq casus excipiantur, & potissimè sine euidentis vtilitatis, & necessitatis, tamen de nullo istorum fuit doctum per Illustr. Do. Comites, quib. in exceptione versantibus onus
1 probationis incumbit. D. Cardinali satis est † regula initi, vt in c. ad decimas. cum gl de rest. spol. lib. 6. & in rubri. de reg. iur. gl. in l. omnis diffinitio. ff. eo. ti. Tiraq. li. 1. de retract. §. 1. gl. 9. nu. 209. & Zuccard. in loc. de exce. ad reg. nu. 12. Couar. lib. 2. var. resol. c. 12. nu. 4. Quin potius tantum abest, vt de euidenti vtilitate constet, q de graui dispendio, & enormissima ecclesiæ lęsione apparet, cùm ex instrumento inuestituræ sub data die 16. Octobris, 1559. cõstet, q possessiones concessæ tam terrarũ, q̃ erãt aratiuæ, quàm pratiuæ, vineatę, & siluatæ, & omnibus simul iunctis ascendebant ad sal. 574. ad mensuram Senogallien. vltra domos & molendina, ac Gualderia cũ Hospitio & Taberna prout in d. instrumento latius deducitur. & pluribus testibus probatũ est, etiam ex his, qui examinati fuerunt per Illustr. Dominos Comites, granũ de tempore secundæ inuestituræ, & post, venditum fuisse quatuor scutis pro qualibet salma, vt probant Annibal, & Io. Gregorius super 21. & alij examinati pro parte Illustr. D. Cardinalis, & ex molendino. 28. salmæ percipiebantur, vt per testes. & clare deponunt 5. & 7. super 6. & alij super 28. Et habito respectu ad omnia alia in inuesti tura concessa, constat, non euidentem vtilitatem ecclesiæ fuisse per D. Abbatem consideratam, sed magis pecuniarem, & particularem sui ipsius cõcedendo pro 5000. ducatis, & 10. libris cerę soluendis ecclesiæ. Nec iuuat Dominos Comites quod aliqua pars terrarum, de quibus in inuestitura, esset sterilis, inculta, & infructuosa, qa hęc adeo erat exigua, vt nullius sit considerationis, quia testes bene euacuant quanta fuerit. Alij. n. de 25. somis deponunt, alij de 30. alij vero de 40. & qui plus ad 50. deducunt, vt bene secundus, sextus. 28. Vnde adhuc exuperat ex omnibus alijs ineuidens vtilitas.

Quæ de pestilenti aere dicuntur, & q castrum non habitaretur, ex testib. constat de contrario, vt Nicola. Bosi, Vgolinus Cola & alij deponunt. Non ob. q non dicatur noua inuestitura, cum aliquis ex comprehẽsis in prima adhuc viueret. Quia instrumentum tollit difficultatem, cum dicat, q vltimi de comprehensis viuerẽt. Quib. defunctis ecclesia poterat retinere pro se ex forma antiquę inuestituræ factæ de anno 1555. Vnde quatenus fuit castrum de nouo ad alias generationes concessum, negari non potest, quin sit noua alienatio. Et eo magis, quia d. inuestitura vltimo facta dubitatiuè, non assertiuè dicit, an dicti Rodulphus, & Robertus necesse haberent noua inuestitura, vel potius comprehenderentur in prima, cũ loquatur per verbum, creditur.

Minus ob. q simus in transactione, & non alienatione, & propter dubium litis euentum potuit fieri transactio, non constito de euidenti vtilitate. Quia hoc deducitur ẽt ex d. instrumento inuestituræ, in quo non legitur nomen transactionis. Sed vrgẽtius cessat difficultas, quia cum lis esset, an bona essent ad ecclesiam deuoluta, & finitæ generationes primæ inuestituræ, possent suprадicta applicari si super vita tantum eorum, quæ dubitabãtur, an durarent, fuisset contractum. Sed non deberet D. Abbas concessionem de nouo facere ad tot & tantas generationes, quia de hoc non erat lis, cum prima inuestitura esset clara, quia facta ad tres tantum, & quòd po
2 terat pro se retinere ipsis finitis. Et † ita fit trãsactio non super re dubia, nec sup lite incerta, sed super gratuita pactione ęstimato fructu, & quæ Dominis Comitib. concedebantur pro se & alijs, de quibus in d. inuestitura. argu. l. præses. C. de transac. Abb. in c. 1. nu. 8. de posti. daturq́ue ansa Prelatis per indirectum alienandi res ecclesiæ, quod iura tanto abhorrent, faciendo moueri litẽ, & alias desuper mota etiam clara transigere. Minus facit c. ad aures. Quia loquitur tantùm de terris, vel siluis, quæ studio, & labore alicuius erant factæ fertiles, & cultiuæ, & ita non applicatur ex suprадictis.

Minus etiam facit, quod ex diuturnitate temporis, & solemnitate aliquid sit deferendum. Quia hoc tollitur, cum de contrario constet ex dictis inuestituris, & testib.
3 Cùm † enim adsit veritas, non est, cur pręsumptioni initamur. l. vltima. ff. quod met. cau. l. nuptum. ff. de iure dot. Pau. Castr. consi. 8 1. lib. 2. Alex. consil. 1. nu. 21. lib. 4. Ias. in l. 1. nu. 15. C. qui admit. & Curt. iun. qa, q alienatio rei ecclesiasticæ, pmittatur sub cõditione, nõ sufficit.

Quæ dicuntur de necessaria concessione propter antidora ad l. Attilius regulus. de dona. l. si pater. ff. eo. ti. nõ faciunt, quia hæc non probantur, vltra quòd concessio
4 est ita immensa, & confessio est facta de persona † suspecta & prohibita, cui credendum non est. arg. l. si quis forte. vbi Bar. ff. de castren. pecul.

Nec facit, quòd Domini Comites prætendant se relaxasse 200. salmas, de comprehensis in d. inuestitura. Quia ea ipsa tollitur, cum hæc non possiderentur, nisi à particularibus, non à Dominis Comitibus, & ita potius conuentum seruant, quàm ex liberalitate largiantur, cum ad id tenerentur: in necessitatibus autem nemo liberalis existit.

Ex quibus omnibus sunt sublata deducta pro parte Dominorum Comitum, & ex alijs deductis per Aduocatos Illustr. D. Cardinalis.

ALDOBRANDINI.

Cornetan. bonorum. Die 26. Iunij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. si quis maior. C. de transact. est fundata super iuramento.*
2 *Iuramentum interpositum super contractu venditionis nõ extenditur vltra bona propria iurantis.*
3 *Dispositio d. l. si quis maior non habet locum, nisi contra dolosum.*
Quæ tamen in practica vix obseruatur, cùm quælibet causa excuset à dolo.
4 *Dolus non præsumitur, nisi probetur. fallit nu. seq.*

Dolus

5 *Dolus ex quibus probari possit.*
6 *Deceptio vbi non datur, nec ille cui dolus imputatur, sentit commodum, nec etiam dolus datur.*
7 *Mendacium omne non dicitur dolosum.*
8 *Præsumptio doli cessare dicitur, quando quis ex actu, in quo prætenditur commissus dolus, nullum commodum sentit.*
9 *Contractus, an sit diuiduus, vel indiuiduus, inspicitur mens contrahentium ab initio, quæ colligitur ex pluribus.*
10 *Difficultas excusat à mora in rebus alienis.*
11 *Potentia in faciendo supponitur, quando dolus deducitur ex non facto.*
12 *Causa quælibet, etiam iniusta excusat à dolo etiam ad effectum, vt non sit locus l. si quis maior. C. de transact.*
13 *Dispositioni d. l. si quis maior. in dubio iudicandum est non esse locum.*
14 *Purgatio moræ semper est licita de iure canonico, quando ius partis non est factum deterius, vel solutum interesse, etiam quando est oppositum de non implemento, & de rescissione.*
Immo vbi est lis contestata super ipso implemento.
Eoq; magis vbi contractus in aliqua parte, vel longe maiori est adimpletus.

DECISIO DLXXXIII.

COnstituerat D. Iulius Bufalinus 21. Nouembris, 1574. procuratorem Lazarum Zefferinum ad omnes lites &c. & pro eo agẽdũ & defendendũ, & iurandũ, & iuramẽtum litis decisorium offerẽdũ. Nec non ad vendendũ omnia illius bona pretio &c. Qui Lazarus illinc ad mensem, 22. scilicet Decembris, vendidit Dominis de Odescalchis vnam domum magnam cum domunculis paucis & omnia granaria, puteos, magazena ad vsum tenendi frumentum cũ vno horto, & quandam vineam cum hortis, & alijs suis membris, & omnia olineta, & quoddã cannetum, & omnia prata, & omnes petias terræ tenutas seu casalia in territorio Cornetan. & Viterbien. iuxta sua notissima latera specifican. per æstimatores communiter eligẽdos, & generaliter omnia bona stabilia, mobilia & se mouentia pro pretio æstimãdo per dictos peritos eligendos, qua æstimatione subsecuta Dñi de Odescalchis promiserunt suscipere in seipsos tot census seu debita per D. Bufalinum nominanda, seu soluere pretium dictorum, habita tamen prius omnium, & singulorum bonorum prædictorum possessione, & non alias, aliter, nec alio modo, quatenus per d. D. Iulium nõ steterit. Item conuenerũt, quòd Domini de Odescalchis possint habere cessionem à creditoribus D. Iulij tam cõtra prædictum D. Iulium, & eius bona, & alios quoscunque ratione hipothecæ, & anterioritatis, & potioritatis. Item affirmauit, & promisit omnia, & singula bona supradicta esse Illustr. D. Iulij sui principalis, & nulli alteri personæ vendita, nec factum esse alium contractum in præiudicium præsentis contractus, & dictorum emptorum, esseque libera, & immunia, & exempta ab omni, & quocunque onere seu canone seu responsione, liuello, & alijs quibusuis oneribus, & non esse suppositа alicui fideicommisso purificato, seu purificando, & promisit facere consentire omnes personas &c. & ius aliquod hũtes seu habere quomodolibet prætẽdentes in iudicio, & extra ad omnem solum &c. & promisit litem non inferre &c. immo omnem litem &c. & in d. suum principalẽ susципere &c. prosequi &c. cum suis procuratoribus, & aduocatis in quibuscunque instantijs ac suis sumptib. alias in omnes alios casus, & euentus contrarios seu contrauentionis præmissorum, vel alicuius eorum teneri voluit d. suum principalem de omni, & quacunque euictione generali, & principaliter omnium, & singulorũ bonorum supradictorum venditorum in omni iudicio petitorio, & possessorio, in quolibet etiam insolidum, & ad duplum &c. & ad omnia damna &c.

Et deinde 19. Ianuarij, 1575. fuerũt electi periti, pro parte Dominorum de Odescalchis Do. Paulus Pallauicinus, & pro parte Do. Iulij Capitaneus Marcellus de Nigris. Et 18. Martij. 1575. attenta discordia supradictorũ peritorum fuit electus in tertium Illustr. & Reuerendiss. D. meus Cardinalis Vrsinus. & 26. eiusdem Mensis Do. Iulius Bufalinus in ciuitate Castelli ratificauit præfatam venditionem insertam de verbo ad verbum per publicũ instrumentũ, in cuius fine adest clausula, & ita tactis &c. super quibus &c.

Et postmodum 19. Octobris, 1575. fuerunt datæ in actis listæ specificationis, & æstimationis supradictorũ peritorũ subscriptæ die 22. Septembris. 1575. Illa vero Illustriss. Cardinalis Vrsini 19. Octobris eiusdem anni. In quibus listis specificantur terræ sub istis verbis. *Item l'infrascritti terreni lauoratiui, che asseriscono, esser some 463. di misura cornetana, esistenti nel territorio di Corneto, cioè nella contrada del Taccone some 50. star. 3. nella contrada del Sterpaglio som. 39. star. 8. nella &c. Item li prati falce 68. nella contrada di Carcarello. Item li canneti che dicono esser opre di 80. cioè vno alla salita, & gli altri della Marta, le qual proue & misure si debbiano fare ad ogni instanza de gli Odescalchi & del S. Giulio, fra termine di 4. mesi con intimatione de giorni 15. auanti, altrimente spirato d. termine, la vendita s'intenda fatta come di sopra, tanto per l'vna come per l'altra parte. Et trouandosi, che detti membri ò alcuni di essi siano di minor quantità, ò misura, intendo per quella parte che tocca ad arbitrio mio, che del detto prezzo si faccia à detti signori Odescalchi, quel defalco, che dal Capitan Marcello del Nero, & da me sarà giudicato, & in cuẽto de discordia tra detti doi, dal Illustriss. & Reuerendiss. signor Card. Orsino, come anco che in cuento che si trouasseno detti membri ò alcuno di essi esser di maggior quantità, riserbo à noi medesimi, facoltà di accrescer detto prezzo, secondo che ci parerà conueniente, dechiarando anco che se si trouassero altri beni detti signori Odescalchi, debbiano pagargli secondo che da noi sarà giudicato, ò lasciarli al d. signor Giulio &c.* Qua æstimatione facta omnium dictorum bonorum videlicet per peritũ Dominorum de Odescalchis ad scuta 10000. per peritũ vero D. Iulij Bufalini ad scuta 14000. ac demum per Illustriss. D. Cardinalem tertium peritum ad 12000. D. Iulius 4. Ianuarij 1576. præsente, & acceptante Hiero. Odescalco declarauit se in territorio Viterbien. nulla habere bona, & propterea ea non potuisse vẽdere dictis de Odescalchis, aut erroneè expressum fuit in prædicto instrumento venditionis.

Et cùm D. Iulius Bufalinus coram A. C. cepisset agere contra dictos de Odescalchis, ipsi pluries oppossuerunt non fuisse adimpleta adimplenda per Do. Iulium, seque paratos esse adimplere, quæ pro eorum parte promissa fuerunt, adimpletis tamen prius promissis per Bufalinum. Tandem sub die 26. Iulij. 1577. fuit factum compromissum à partibus in Illustrit. D. meum Cardinalem Vrsinum super omnibus differentijs ortis, & oriundis de & super prædicta venditione dictorum bonorum, illiusque contractus rescissione ad tres menses, intra quem terminum S. Illustrissima Dominatio habuit terminum pro seruato.

Vertebatur igitur controuersia inter partes, an huiusmodi contractus esset rescissus. Prætendebatur enim per Dominos de Odescalchis illum esse rescissum, ex quo

quo salmę 59. & star. 8. specificatę in cõtrata sterpalij hactenus non fuerunt eis traditæ, & vt similiter prætenditur ab eisdem. quare aliarum salmarum 50. & star. 3. specificatarum ab eisdem peritis in contrata Iacconi, possessionem pariter adhuc non habuerant, cum tamen cõtrarium quoad istas vltimas terras prætenderetur p̃ parte Bufalini. Item quia in instrumento fuerat eis promissum, quòd supradicta bona erant libera &c. & nihilomi nũs super vinea specificata in instrumento venditionis erat impositus annuus census venditus ab ipsomet Do. Iulio quibusdam de Bonsignoribus pro pretio bis mille scutorum, & erant concordes, quòd reliquorum omnium bonorum tam expressorum in instrumento, q̃ specificatorum in listis peritorum dicti de Odescalchis possessionem iam fere per triennium adepti fuerant, & adhuc retinebant.

Propterea placuit Illustrissimo D. Arbitro, vt causam super huiusmodi difficultate in Rota proponerẽ. Qua de causa supradictis omnibus præsuppositis, & quamplurimis alijs inter partes cum maxima difficultate concordatis, dubitaui 26. Iunij, 1579. an hodie in casu, de quo agitur, sit locus dispositioni l. si quis maior, vt contractus d. venditionis petentibus dictis de Odescalchis sit rescindendus. In qua difficultate fuit tentum, non esse locum dispositioni d. l. & contractum non esse rescissum, tum † quia cum dispositio d. l. si quis maior. funda
1 ta sit super iuramento ibi, eas autem inuocato Dei omnipotentis nomine, eo auctore solidauerint, & passim ibi no. Doct. cessat consequenter in hoc casu, ex quo respectu bonorum alienorum nullum adest iuramentũ: non enim Iulius vendidit bona aliena, sed sua tantum, vt constat ex mandato ibi, omnia eius bona. Et ex ipsomet instrumento venditionis, in quo procurator promittit, & asserit, quòd bona, quæ vendebant, erant Iulij. vnde cum Bufalinus ante specificationem factam à peritis, in qua specificantur inter bona Buffalini quædã, quę non erant sua, ratificauerit supradictam venditionẽ cum iuramento, ratificauit consequenter venditionem bonorum suorum. Cùm igitur intentio Iulij fuerit vendere bona sua, & super hac venditione bonorum suorũ præstiterit iuramentum, non potest trahi ad bona alie-
2 na specificata per peritos, cùm † in illis defuerit consensus Domini Iulij, cuius intentio erat vendere bona propria, & non aliena. l. fina. C. de non num. pecu. Bar. in l. si qs pro eo. in prin. col. fi. ff. de fideiuss. Tiraq. in l. si vnquã. in præfat. nu. 148.

Et quamuis videatur etiam ratificasse istam specificationem, ex quo egit ad totum pretium, id tamen nõ obcum actus inducentes ratificationem fecerit sine iuramento, super quo iuramento fundata est dispositio d. l. si quis maior. vt dictum est. & no. glos. in d. l. si quis maior. in verbo, proprietatem. Alexan. consi. 92. num. 13. libro 1. Non enim potest fieri fundamentum à Dominis de Odescalchis super iuramento præstito à Bufalino in instrumento releuationis fideiussorum, quia illud eorũ vtilitatem non respicit, sed tantum fideiussorum, quos indemnes medio iuramento releuare promisit.

3 Tum & secundò, quia † dispositio d. legis non habet locum, nisi contra dolosum, vt post Bal. in l. obseruare. §. proficisci. col. 3. ff. de offic. proconsul. dicit Alex. in l. fi. ff. qui satisd. cog. Ias. in d. l. si quis maior. num. 2. & 3. vbi licet ipse contrarium teneat, dicit tamen opi. Bal. non habere contradictorem. Seisel. num. 13. in fi. & nu. 41. Iacobin. de sancto Georg. num. 56. Curt. iun. nume. 16. & 17. vbi dicit, quòd rarissimè in practica locum habet, quia quælibet causa excusat à dolo. & nu. 33. Cagnol. nume. 128. vbi de communi. Cassad. decis. 1. sub nu. 2. de iure-

iuran. Et propterea Corn. cons. 246. num. 5. & 6. lib. 3. dicit, quòd vix practicatur. Gabriel. de transact. conclus. 1. nu. 52. Clar. in prax. crim. §. periurium. in verbo, excusari autem potest.

4 Qui dolus cùm † regulariter nõ præsumatur, & propterea probandus sit per allegantem. l. quoties. §. qui dolo. de proba. licèt ex tribus capitib. deduceretur pro parte dictorum de Odescalchis, visus fuit dictis nõ subesse.

5 Primum caput † erat, quòd Iulius scienter vendidit res alienas, & consequenter à dolo excusari non possit. l. si quis affirmauerit. ff. de dol. l. Iulianus. §. qui pecus. & §. idem Iulianus. l. quæro. ff. de actio. emptio.

Secundum, quia etiam interpellatus non adimpleuit contractum à se iuratum, quo casu præsumitur in dolo. Aym. cons. 6. nu. 96. & 100. cum alijs per ipsos allegatis. Tertiò, quia postea pluries contendit se adimpleuisse, quæ pro sui parte erant adimplenda.

Quibus (vt dictũ est) nõ obstantibus visum fuit cessare dolum in huiusmodi casu, tum quia si inspicimus initium, videmus Iulium cõstituisse procuratorem ad vendendum bona sua, nõ autem aliena: si inspicimus instrumentum, in eo continentur, & comprehenduntur tantum bona Buffalini. Vnde cum ipse ratificauerit prædictum instrumentum, vt supra dictum est, ante specificationem factam à peritis non potest dici, quòd medio iuramento vendiderit rem alienam. Tum & secũdò, quia cum dolus sit machinatio ad decipiendum. l. prima, §. do
6 lum. ff. de dolo, sequitur, quòd vbi non datur † deceptio, nec ille, cui dolus imputatur, sentit commodum, cesset consequenter dolus, quia non omnis sciens est in dolo. l. nouissime. ff. de fals. tut. l. ait prætor. §. quod ait. ff. de his
7 quæ in frau. cred. Nec omne † mendacium est dolosum. l. eleganter. §. fi. ff. de dolo. Dec. in c. si autem. num. 2. & 3. de rescrip. Considerandum igitur est, quòd Dominus Iulius non istas solum terras, sed quamplura alia propria longissime valorem istarum excedentia, vendidit, quodque in contractum fuit appositum pactum, quod Odescalchi non tenerentur soluere pretium, nisi in primis tradita possessione omnium, & singularum rerum in vẽ ditione comprehensarum, ex quo pacto excluditur omnis dolus, quia donec rei alienæ Buffalinus tradidisset possessionem, cogebatur interim carere rebus suis, & p̃tio earum, prout euenit, nam stante hoc pacto, indubitatum est, quòd D. Iulius agere non potest ad pretium, nisi tradita possessione omnium, & singularum rerum venditarum.

8 Quare si Doct. sunt concordes, q̃ cesset doli † præsumptio, quando ex actu, in quo prætenditur commissus dolus, qs nullum commodum sentit. Bal. cons. 250. num. 9. lib. primo, Barto. in l. & eleganter. §. fina. ff. de dolo. Ruin. consil. 8. in fi. lib. 4. Alexan. in l. doli. nume. septimo, C. de dol. Aym. consil. octauo, num. 4. & consi. 18. numero 22. plura Rolan. consi. 11. num. 55. lib. 3. tantò magis cessat dolus, quando non solum non sentit commodum, sed damnum, & aduersarius interim lucrum, quia fruitur re, & pretio. Vbi enim aduersario non præiudicatur, nec præiudicari potest, vt in hoc casu, quis excusatur à periurio. Clar. vbi supra. ver. item excusatur.

Quod etiam apparet, quia in eodem contractu fuerunt comprehensa bona Buffalini, existentia in territorio Viterbien. quo in loco nulla bona habebat, ex quo apparere potius videtur de manifesto quodam errore, quàm de aliquo dolo.

Nec placuit Dominis illa responsio, quòd ex huiusmodi expressione fuerint inducti Odescalchi ad emendum, quasi quod alias empturi non fuissent, nisi hæc bona omnia fuissent Buffalini, cùm præsertim de omnibus

rebus

rebus fuerit factum vnum mercatum. Dec.consil. 421. numero 4.

Primò, quia cum ad dijudicandam diuiduitatem, vel indiuiduitatem contractus, inspiciatur mens contrahentium ab initio, an fuissent, † scilicet, empturi & vendituri vnam rem sine alia, etiam, quod vno cum pluribus pretijs res plures venditæ fuerint. l. cum eiusdem. §. interdũ. ff. de ædil. edic. ex effectu subsecuto, in hoc casu apparet hanc ab initio contrahentium voluntatem: fuerunt. n. vendita ne dum bona Buffalini existentia in territorio Cornetan. sed etiam existentia in territorio Viterbien. & tamen partes contentæ fuerunt bonis existentibus Corneti, cum nulla Buffalinus haberet bona in territorio Viterbiensi, ex quo apparet, ꝙ ab initio contractus secundum contrahentium mentem non erat indiuiduus.

Secundò, quia cùm fuerint venditę omnes petię terrarum, & tenutæ, & casalia Buffalini existentia in territorio Viterbien. & Cornetanensi, liquet, quòd mens partium fuit emere, & vendere illud vniuersale, vniuersitatem scilicet bonorum Buffalini existentium in illo loco quæcunque illa essent. Vnde si periti non ista, sed reliqua bona specificassent, & ęstimassent, valuisset vẽditio.

Tertiò propter pactum appositum, quòd si d. membra essent maioris, vel minoris quantitatis, augerent, vel minuerent pretium, quod pactum tollit fundamentum indiuiduitatis, quod fundamẽtum visum fuit Dominis esse contra aperta pacta contractus.

Quartò, quia cùm ipsi profiteatur ignorasse ab initio, quænam essent bona Buffalini, & tamen bona Buffalini emerent, non possunt aliquo modo dicere, quòd vnam rem sine alia non emissent.

Non obstat, quòd interpellatus non adimpleuerit, ꝙa
10 † cùm huiusmodi res non essent suæ, difficultas excusat à mora. l. Labeo. in fi. ff. de iureiuran. glo. in c. beatus Paulus. 22. q. 2. Bar. in l. quod te. num. decimotertio, ff. si certum pet. & ibi Dec. nu. 17. Ias. nume. 29. & alij. Quando enim
11 † dolus deducitur ex non facto, supponitur potentia in faciendo. l. dolus. ff. mand. & ita loquitur Soc. consi. 273. nume. 3. lib. secundo, Aym. consi. 6. numero 96. cum alijs in contrarium allegatis, & qui allegari possunt. Et consequenter cum cesset mora, vltra supra dicta, cessat aliud ex requisitis l. si quis maior.

Sicut nihil facit, quòd prætenderit se adimpleuisse, quia animaduertendum est, quod cũ Buffalinus de mense Martij. 1576. mouisset iudicium contra Dominos de Odescalchis, & ipsi 13. Aprilis, 76. dixissent se paratos et se adimplere, adimpletis per eundem Buffalinum promissionibus de quibus in d. instrumento, & consignatis sibi omnibus bonis venditis, ac nominatis censibus cum censu Brachij de Ponte, & Alexãdri Vitelleschi, postmodum 11. Maij, eiusdem anni, eidẽ Buffalino promiserunt per apocam eorum manu subscriptam ad computum vẽditionis bonorum extinguere census pro summa scutorum 10000. sibi consignandorum, ex ijs tamen qui cõprehenduntur in promissione de euictione facta à Brachio de Ponte, & Alexandro Vitellesco per totum annum 1576. sine aliqua exceptione, cũ hoc quod sint extinguibiles, & non remaneant obligati pro sequestro facto ad instantiam dictorum de Victorijs, & vsq; ad ęstimationem soluere census à primo Octobris, 1575. ad rationem octo pro centenario sine aliqua exceptione, cum conditione, quòd Bracchius de Ponte de illo terreno contento in venditione recognoscat in Dominos dictos de Odescalchis à die prima Octobris, 1575. & consignet sibi omnes massaritias, vel per agẽtes D. Iulij non stet, quominus consignentur, & quod reliquum pretij soluent in contanti, Item quòd in euentum, in quem dicti census non sint extinguibiles, vel non sint liberati à supradicto sequestro, deponent pretium in aliquo bancho, facta tamen prius quadam intimatione. Vnde prætendebat D. Iulius, quòd per d. apocam recessissent Odescalchi ab illa prima oppositione, & quod satis sibi esset adimplere contenta in apoca, ex quo post illam exceptionem oppositam promiserunt adimpletis contentis in d. apoca soluere, & extinguere illos census sine aliqua
12 exceptione, & sic cũ quælibet † causa etiã iniusta excuset à dolo etiam ad effectum, vt non sit locus d. legi. l. igitur. cum gl. de liber. cau. Curt. iun. in d. l. si quis maior, numero 17. & ibi etiam Ias. numero 2. & 3. tantò magis excusabit ista.

Non obstat promissio, quòd bona sint libera. Eo quia omissa illa quęstione, an l. si quis maior. habeat locum in iuramento de præterito, vel de futuro tãtum, soluto ab Odescalchis Buffalino pretio bonorum, cẽsus huiusmodi per D. Iulium extinguetur, cum d. census paratus sit ille recipere.

Nec facit, quòd Iulius non nominauerit illum inter census extinguendos, quia hodie illum nominat, & census nominati nõ absorbebant totum pretium 120000. scutorum, tantò magis, quia partes non se firmarunt in illa promissione, sed vlterius processerunt, quia voluerunt, quòd Iulius faceret consentire omnem personam ius habentem, seu habere prætendentem, & ita etiam videntur partes intellexisse, quia postea Odescalchi interpellarunt Buffalinum ad faciendum consentire Dominos huius consensus, & conuenerunt etiam, quod ijdem emptores possint habere cessionem à creditoribus D. Iulij, tàm contra D. Iulium, quàm eius bona ratione hypothecæ, & anterioritatis. ex quo liquet partes præsupposuisse, quòd hæc bona possent alteri esse hipothecata, sed ex pretio volebant satisfactis creditoribus sibi prouidere obtinẽdo cessiones hypothecarum anteriorum, idq; tantò magis, quia cum scirent Odescalchi D. Iulium oneratum esse pluribus censibus, quod promittebant, vel in se suscipere, vel soluere pretium, sciebant consequenter pro illis hæc bona esse suppositа hipothecæ, quia vix fit census, pro cuius euictione saltem non subijciantur hipothecę omnia bona censum imponentis, maximè, quia Buffalinus mandauit dictis de Odescalchis, quòd soluerent fructus huius census, & quasdam expensas factas, in quibus fuerat condemnatus, quas pecunias ipsi soluerunt ad hũc computum, quod non fecisset Buffalinus si voluisset fraudare Odescalcos, quia mandando, quòd soluerent fructus huiusmodi census, licet non diceret super qua re erat impositus, facile, prout euenit interrogãdo Odescalchi exigentiam, id sciuissent, quæ scientia postea habita probat, ex quo postea interpellarunt Buffalinum, vt dixi ad faciendum consentire Dominos census, quæ omnia sufficiunt ad excusandum à dolo, & redden-
13 dum saltem materiam dubiam, quo † casu in dubio iudicãdum est non esse locum dispositioni d. l. si quis maior. Grat. consi. 121. nu. 13. li. 2. Gabriel. de transact. d. concluſ. 1. nu. 72.

Et quamuis ita fuisset resolutum, quia tamẽ summopere pro parte Dominorũ de Odescalchis clamabatur, quod causa non fuerat pp calores diligẽter discussa, immo ab aliquibus ex Dominis etiam nullo modo visa, di stuli propterea dare resolutionem vsque ad sequentem Rotam, quæ fuit Mercurij, prima Iulij, & consului Dominos, quid mihi agendum esset, qui hoc negotium ad vltimam Rotam distulerunt: volebant enim videre, quęnam adducerentur pro parte Dominorum de Odescalchis. Quamobrem 6. Iulij, cũ pro eorum parte plene esset informatum, & eadem in summa repeteretur, prætendebant

tendebant enim saltem probari dolũ ex illa expressione, quod bona erant libera, & addebant etiam quandam attestationem D. Pauli Pallauicini periti dictorũ de Odescalchis, qui attestabatur se listam bonorum habuisse à Buffalino & eius ꝓcuratore, quod distertè negabat Buffalinus asserens nullam listam illi dedisse. Immo quod totum hoc negotium fuit semper tractatũ ab eius procuratore, allegabant etiã quod in omnem euentum Do. Iulius non poterat agere ad pretium, nisi adimpleto cõtractu pro parte sua, de quo non videtur dubitandum tam ex dispositione iuris communis. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. quàm ex dispositione pacti. Sed quia offerebat Buffalinus velle modo adimplere, quando non esset locus solutioni interesse pro parte dictorum de Odescalchis, prætendebatur, quod non esset locus purgationi moræ, ex quo pluries fuerat interpellatus. allegãt etiã quasdam decisiones factas in vna Eugubina terrarum coram bo. me. Oradino, & in vna Roma. census coram R.P.D. meo Seraphino, quæ non applicatur huic casui, propter diuersitatem facti. quorum omnium ab ipsis deductorum maior pars non tangebat propositam difficultatem l. si quis maior. ad quam eorum aduocati voluerunt se restringere, cum disputaretur coram Illustrissimo D. Arbitro, an esset locus purgationi moræ, ad eui
14 tãdas regulas adductas pro parte Buffalini, nempe, † ꝙ licita est semper purgatio moræ de iure canonico, quando ius partis non est factum deterius, vel solutum interesse, quod videtur procedere etiam, quando est oppositum de non adimplemento, & de rescissione. Afflict. decis. 280. maxime vbi lis est contestata super ipso adimplemento, quia tunc non tantum videtur purgatio moræ, quàm solutio debiti, ex quo sępè ac sępius in actis dictorum de Odescalchis interpellarunt Buffalinum ad implendum, & obtulerunt se paratos soluere pretium adimpleto contractu pro parte Buffalini: idque tantò magis, vbi contractus non solum in aliqua parte, sed in longe maiori parte est adimpletus, vt in hoc casu, & vbi est facta particularis prouisio, ꝙ interim donec adimpleat in totum, non teneatur emptor soluere aliquod pretiũ.

Domini his visis mihi dixerunt, quòd libenter eis satisfeciissent eos particulariter audiendo, sed quia retinent bona & pretium, & Buffalinus vehementer clamabat, quòd causa non erat rotalis, sed compromissa in illustrissimum D. Cardinalem Vrsinum, & quod ipse quotidie cogebatur soluere fructus censuum, in eam venerunt sententiam, quòd si volebant Domini de Odescalchis particulariter audiri, soluerent Buffalino interim ad computum d. pretij referuatis omnibus iuribus suis, scuta mille, si Buffalinus dabat eis idoneam cautionem de illis restituendis in euentum, quòd contractus esset rescindendus, quia dicebant ipsum esse ęre alieno valde grauatum, & quod fideiussores de euictione præstiti iã decoxerant, & quòd ipsi ad computum huius pretij iam soluerant bis mille, & ducenta scuta, & quòd imminebat euictio cuiusdam canneti, & plura alia similia, super quibus feci verbum cum Dominis in congregatione habita Lunæ 20. Iulij: Qui ordinarunt mihi, quòd tractarẽ cum Do. Iulio, & conarer illi suadere, quòd daret huiusmodi cautionẽ, & vice versa tractarẽ cũ dictis de Odescalchis si ipsi cõtentarentur dare ipsa mille sine cautione, attento ꝙ in oẽm euentũ iã possidebant bona longe maioris valoris, quod tñ frustra tentatũ fuit. D. n. Iulius omnino renuit dare hmõi cautionem, allegans in summa, ꝙ si dñi de Odescalchis in oẽm euentũ possidẽt bona sua longe excedentia valorẽ harũ pecuniarũ, bñ offerebat duas cautiones in euentũ, ꝙ vellẽt soluere integrũ ptium, & cũ protestatione, & sine ꝓiudicio iuriũ suorũ in euentũ, ꝙ contractus esset rescindẽdus, allegãs quod hoc pacto liberabatur à debitis, quib. erat obnoxius, & ab interusurijs, quib. in dies ꝑmebatur, quod fuit cã huius alienationis, qđ facere nõ poterat cũ illis mille. Viceuersa Dñi de Odescalchis clarè ꝓtestabatur nolle aliquo mõ soluere illa mille nisi cũ idonea cautione, allegãtes ꝙ D. Iulius est grauatus ęre alieno in longe maiori quãtitate, q̃ sit ptiũ horũ bonorũ taliter, ꝙ si solueret hęc mille, non esset sibi cautũ pp anteriores creditores. Propterea iterũ super hoc feci verbũ cũ Dñis in alia cõgregatione habita 6. Augusti, qui mihi mandarunt, vt nõ soluẽtib. dictis de Odescalchis hæc mille sine cautione, publicarẽ resolutionem, quod executus fui, cum ipsi has pecunias hoc pacto nullo modo soluere voluissent.

LANCELLOTTI.

Neapolitan. mercedis. Die 15. Octobris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ factæ causa alimentorum, an dicantur factæ de proprijs, an alienis pecunijs, ex coniecturis, verisimilitudinibus, & præsumptionibus colligitur.*
2 *Coniecturæ, quòd quis præsumatur expendisse de alienis pecunijs, & non proprijs, ex quibus colligatur.*
3 *Præsumptio, quod auia censeatur aluisse nepotem de suo, & sic causa repetendi, tollit præsumptionem pietatis.*

DECISIO DLXXXIIII.

DOmini tenuerunt potius ꝑsumendũ esse, Antoniũ Mariã de proprijs pecunijs Io. Bap. Dñi sui expẽdisse in eũ alimentando, dũ steterat in Vngheria in domo D. Antonij Mariæ, q̃ sit ꝑsumendum, ꝙ expenderet de suis ꝓprijs pecunijs. Et cùm hæc materia
1 † verseturin cõiecturis, verisimilitudinib. & ꝑsumptionib. secundum gl. Bar. & Doc. in l. eũ oporteat. C. de bon. quæ libe. Ideo cum Io. Baptista esset nobilissimus, & ditissimus, & Antonius Maria licet esset nobilis, tñ, quia inseruiebat ei pro salario menstruo, & quã plura officia exercebat in domo Io. Baptistæ Dñi sui, cùm esset magister domus, negotiorũ gestor, expẽditor, custos bonorũ dñi, & exactor bonorum ipsius domini, & eius pecunias
2 exigebat annuatim. Ex † quib. Dñi dixerũt ipsum potius expendisse de pecunijs dñi q̃ proprijs. per tex. in l. Nesenius. ff. de neg. gest. ibi, vt in proposito auia, quæ negotia administrabat nepotis, verisimile est de re ipsius nepotis eum aluisse. vbi Bar. num. 5. dicit, ꝙ ista est adeo violenta
3 † præsumptio, quòd tollit præsumptionem pietatis, quę alias erat, vt no. Bar. in l. alimenta. nu. 2. C. eo. Rom. consil. 8. num. 2. ver. quoad secundam. & cons. 255. num. 2. & Aym. qui multa cumulat consil. 129. nu. 3. cum seq. Maximè, quia dicta testium Antonij Mariæ videntur verisimili repugnare, & ideo non attendenda. Abb. in ca. quia verosimile. vbi Felyn. num. 4. versicu. & per istum tex. de præsumptio. Inuerisimile enim videtur, quòd seruitor, qui pro menstruo salario Domino Illustri, & ditissimo inseruit, voluerit expendere de suo scuta 500. in eum alimentando, cum ipse potuisset de pecunijs domini expendere, prout antea fecerat per multos annos, dũ inseruiebat domino suo pro magistro domus negociorum gestore, bonorum administratore, atque pecuniarum domini exactore. Neque videtur posse cadere in sensum hominum, quòd magis voluisset de suo erogare animo repetendi, quam de pecunijs domini, quas exigebat.

Roman. alimentorum. Die 23. Aprilis. 1572.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta præterita iure actionis debita peti possunt vsque ad mortem eius cui sunt debita, etiam si de suo se aluerit.*
2 *Testator in dubio censetur se voluisse conformare cum iuris dispositione.*
3 *Legatum perfectum alimentorum est præstandum etiam per hæredem hæredis.*
4 *Verba modalia apposita solutioni legati, non mutant substantiam ipsius, sed stant demonstratiuè.*
5 *Superfluitas in materia alimentorum potius tolleratur, quàm quod quis priuetur alimentis.*

DECISIO DLXXXV.

FVit conclusum alimenta præterita de iure peti posse ab Aloysio legatario. Quia cùm non sint debita
1 iudicis officio, sed iure † actionis, scilicet, ex testamento, etiam si de suo se aluerit, illa petere potest. not. Bar. in l. libertis. ff. de alim. & ciba. lega. & in l. de alimentis. C. de transact. vbi Ias. nu. 6. & Dec. nu. 5. qui alios adducit, & ista alimenta possunt peti tantum pro tempore vitæ Aloysij legatarij. l. Gaio. §. Imperator. de alimen. & cibar. lega. l. prima, C. de lega. & vtrobique not. Docto.
2 Ideo censetur in dubio † testator voluisse se conformare cum iuris dispositione. vt no. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebellia. Et in dubio etiam facienda est interpretatio, vt legatum potius subsistineatur, quàm pereat. Dec. consil. 602. numero 3.

Neque huic interpretationi videntur repugnare verba illa, durante vita supradicti hæredis, quia sunt adiecta solutioni, non dispositioni: nam primo loco testator legauit 150. atque ita perfectam dispositionem fecit de alimentis. Vñ oritur supradicta conclusio, quod sit per-
3 fectum legatum, & † propterea sit præstandum per hæredem hæredis. vt no. Bar. in l. alimenta. de alimen. & l. libertis. §. Lucius. ff. eo.

Postea idem testator disposuit circa modum soluẽdi, videlicet soluenda per suprascriptum suum hæredẽ durante eius vita, quæ verba tãquàm apposita solutioni nõ mutant substantiam legati iam in esse deducti, & perfe-
4 cti, & sui natura perpetui, † sed stant demõstratiue. l. qui testamento. & ibi no. Bar. de leg. 2. Dec. consil. 419. numero 8. cum sequen. Et placuit Dominis in hac materia ali-
5 mẽtorum potius admitti † superfluitatem, quàm quod quis priuetur alimentis, etiam quod fiat interpretatio contra ius, & similis interpretatio fit per d. l. primam. C. de leg. Vbi legatum alimentorum factum sub conditione donec legatarius moratus fuerit cũ hærede, durat ẽt mortuo hẽde. Et ita dicit Imperator se arbitrari, licet secundum Doct. dictiones huiusmodi, donec & quousq;, sint sui natura limitatiuæ tpis, ita vt vltra id tempus nõ subsistat legatum, vt ibi no. Castren. Corne. & cæteri.

SERAPHINI.

Roman. census. Die 6. Aprilis. & 17. Martij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Res non dicitur spectare pleno iure ad eum, cui facta est prohibitio.*
2 *Fideicommissum conditionale, & expressa alienandi prohibitio differunt.*
3 *Agi regulariter de euictione non potest ante euictionem sequutam: fallit tamen multis modis. & numeris sequentibus.*
5 *Actio, quod minoris, quo casu detur.*
7 *Obligatio, rem tradi, habet admixtam obligationem rem dari.*
8 *Agi potest, vt res liberè tradatur, quando in obligatione est rem dari.*
9 *Dominium in emptorem non potest transferri, vbi apparet rem alteri esse obligatam. ex communi.*

DECISIO DLXXXVI.

HIeronimus de Cuppis vẽdiderat Cardinali Cornelio cẽsum scutorũ 405. monetę super quodã suo casali pro pretio scutorum 4500. monetæ, cum narratiua, quòd huiusmodi casale erat ipsius D. venditoris, & ad ipsum pleno iure dominij, vel quasi spectabat, & nulli alij cessum, pignoratum, seu quomodolibet alienatum, alienationis latissime sumpto vocabulo, vel de eo factum esse, nec apparere quomodolibet aliquem alium contractum, distractum, vel quasi contractum in præiudicium Illustrissimi Do. Emptoris, & promittebat facere consentire omnem personam, nec non suscipere in se omnem litem, alias volebat teneri de euictione in forma iuris valida, & ad duplum pretij, & ad omnia dãna, & alias &c.

Cùm autem Cardinalis sciuisset huiusmodi casale esse subiectum fideicommisso cum prohibitione alienationis, & pœna in euentum alienationis, egit aduersus Hieronimum via executiua coram A. C. & decreto mandato contra Hieronimum, vt adimpleret cõtenta in instrumento, vel pretium restitueret. Et postea mihi commissa 17. Martij. 1577. proposui dubium, an esset procedendum ad vlteriorem executionem d. mandati. Et super hoc sunt plures difficultates.

Prima, an Hieronimus narrasset in instrumento aliquid, quod aliter res se haberet, quàm narratum esset.

Secunda, an euictione nondum secuta teneatur ad aliquid præstandum.

Tertia, an satisfactum esset obligationi per prẽstationem fideiussorum, qui fuerunt à principio adhibiti.

Quarta, an sufficeret, quòd omnes vocati, qui pro tẽpore sunt, alienationi consentirent.

Quinta, an ratione debitorum solutorum per ipsum & portionis legitimæ posset D. Hieronimus sibi imputare d. casale ad effectum substinendi dictam census constitutionem.

Sexta, an isto casu posset procedi executiue vigore obligationis in forma cameræ.

Quoad primam dictum fuit, rei veritatem aliter se
1 habere, nam ista res non spectat pleno † iure ad eum, cui facta est prohibitio, de qua per Bal. in l. fœminæ. §. illud. & §. fina. C. de secun. nup. Aret. in l. si quis vi. §. primo, numero septimo, de acquiren. possessio. Alexan. consil. vigesimoseptimo, nume. primo, lib. secundo, tex. in l. fina. §.
2 sed quia. in fine, C. commun. de lega. † Et est differentia inter fideicommissum conditionale, & expressam alienandi prohibitionem, quia posteriori casu opin. Bal. videtur procedere sine difficultate, vbi agitur de vtilitate, & æstimatione, vt ait Aretin. consil. 19. num. 8. vt facilius induceretur ad emendum, vt ait Bal. in l. Iulianus. §. fina. de rei vendica. & l. generaliter. ff. qui & à quib. Rui. cons. 133. nu. 7. lib. 2. Tiraq. de retract. conuentio. §. 2. gl. 9. nume. 52. & in l. si vnquàm. in fi. num. 11. Alex. consil. 208. lib. 2. cum alijs.

Maximè, qa Hieronimus adiuerat hæreditatẽ casalis, ideo &

& ideo quàsi contraxerat cum creditoribus hæreditarijs, & fideicommissarijs. §. hæres quoque. Inst. de obligua. quæ ex quasi contract.

Quoad secundam partem fuit conclusum, q̃ quamuis ante euictionem secutam regulariter non possit agi de euictione. l. qui rem. C. de euict. l. si plus. §. mora. ff. eo-
3 dem, tamen † huic regulæ plures applicantur limitationes. Prima, si venditor sciens vendidit rem alteri obligatam, quia antequàm euincatur, potest agi ad interesse, vt est tex. in l. seruus quem. §. fina. de actio. empti. l. si hominem. de solut. tradunt omnes in d. l. qui rem. vbi Butrig. qui optime deducit interesse, ex eo quòd volens rẽ alienare, vel obligare non potest facile reperire emptorem, vel contrahere volentem. Scientia vero Hieronymi est indubitata, tum quia fuit præsens confectioni testamenti, tumquia prius constituerat censum 360. scutorũ super palatio bo. me. Cardinalis de Tranis enunciando fideicommissum.

Secunda est, quando specialiter aliquid promittitur
4 hoc vel alio pacto, quia † tunc actione empti potest cogi venditor ad illud præstandum, quia ex tali narratione, & promissione videtur inductus emptor ad emendum alias non empturus, quę ratio colligitur ex tex. in l. si is qui hæres. §. primo, de excep. rei iudic. & l. cum eiusdem. §. interdum. de ædil. edic. Corn. consil. 226. numero tertio, lib. secundo. Et conuentio expressa auget obligationem. l. venditores. de verborum obligat. Cagnol. in l. vnica, num. centesimo quinquagesimo quarto, C. de sen ten. quæ pro eo quod inter.

5 Tertia in qua † Docto. omnes concordant, est, quòd hoc casu detur etiã actio quod minoris. Barto. in l. cum stipulatus sim. de verborum obliga. Ange. in l. si seruus. la seconda, de cond. furt. cum alijs latissime cumulatis in 24. decis. Pedem. nu. 5.

Quarta limitatio, ex qua videtur tolli difficultas, est ex l. ex his prædijs. iuncta glos. C. eodem de euict. vbi
6 vult tex. quòd † re nondum tradita si reperitur à venditore obligatã, potest agi actione ex empto, vt liberetur. allegat l. creditor. §. prędium. de actio. empti. ne deterioris sit conditionis emptor re tradita, quàm si non esset tradita: idem ait glo. in d. l. qui rem. quam referunt, & sequuntur Modern. Pedemont. decis. vigesimaquarta, numero secundo, ver. in contrarium. & nume. quarto. Cor-
7 roboratur hæc limitatio ex eo, quòd † obligatio rem tradi in venditione habet admixtam obligationem rem dari. Barto. in l. certi condictio. numero vigesimosecundo, & vigesimotertio, si certum peta. & ibi Dec. latissime. numero 11. & 12. idem Barto. in l. in conuentionalibus. de
8 verborum obligatio. Quoties † autem in obligatione est rem dari, potest agi vt res libere tradatur. l. Iulianus. §. qui fundum. de verborum obliga. quia tenetur ita dare, vt dominium auocari nequeat. Ias. d. §. qui fundum. numero quinto.

Nec liberatur Hieronymus ex eo, quòd dederit fideiussores de euictione, quia fideiussores tenentur eadem actione ad præstandum rem liberam, quia vti principales accesserunt. Pedemon. decis. 24. numero secundo, versicu. secunda. & numero octauo. Nec aduersatur, quod ait Cuman. in l. cum quis. §. qui hominem. ff. de solutio. quem refert, & sequitur Alexan. d. §. qui fundum. numero secundo & tertio, quia procedit, quando non appa-
9 ret, quòd res est obligata, secus vbi apparet, vt in casu isto, † in quo non potuit dominium transferri in emptorem, vt communiter tradunt Docto. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. 2. optime Dec. consi. 102. prope fi. & Alcia. d. §. qui fundum.

Quantum ad tertiã difficultatẽ rñdetur ex p̃cedẽtib.

Quantum ad quartam difficultatem fuit quoque dictum, cum fideicommissum sit perpetuum, non esse sufficienter cautum Cardinali per cõsensum præstitum per istos fideicommissarios, qui sunt in rerum natura, & ideo difficile esse inuenire modum cauendi, tradit Dec. consil. 323.

Quoad quintam, an exceptio Hieronymi sit liquida, nihil &c.

Ad sextam, & vltimam difficultatem, an possit proce di executiue, fuit responsum, quod sic, ex supra dictis. item cum ista obligatio fuerit apposita super contractu emptionis, vtique fortitur eius naturã. l. si stipulatus. de verborum obliga. no. Docto. in rub. eiusdem titu. Si ergo agi potest ex empto ad primeuam obligationem, de tradendo, vt fuit deductum, poterit agi etiam executiue vigore obligationis cameralis super d. contractu apposita. Et ex his virtualiter sublata sunt omnia exemplo adducta, videlicet Barto. in l. cum quis. §. qui hominem. ff. de solu. & l. si quis aliam. nu. 2. eo. ti.

Quia limitatur ex supra dictis per Cuman. Maximè, quia ex cautionis præstatione nullum adfertur præiudicium Hieronymo, ex eius vero omissione maximę videatur sors principalis Cardinalis periclitari.

LANCELLOTTI.

Roman. census apothecarum. 28. Iunij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas nuda non sufficit ad extinguendum censum titulo emptionis institutum, sed requiritur retrouenditio.*

DECISIO DLXXXVII.

FVit resolutum non constare de extinctione cẽsus. Confessio enim illa Dominici non importat quie tantiam sortis principalis, sed fructuum debito-
1 rum ex causa censuum. Cùm † enim census fuerit institutus titulo emptionis, & pretium solutum fuerit, non sufficit nuda voluntas, sed requiritur actus priori similis, videlicet retrouenditio. l. prima, in fi. C. quando lic. ab emp. disced. §. hoc amplius. Institutio. quibus modis tollit. oblig.

LANCELLOTTI.

Sabinen. dotis. Die 13. Ianuarij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Mulier nubens nulla facta mentione dotis, non censetur dedisse omnia bona sua in dotem. ex communi.*
2 *Dotis constitutio potest probari etiam per indicia, & præsumptiones. ex communi.*
3 *Mulier minor non potest absque decreto iudicis constituere sibi dotem in bonis stabilibus.*

DECISIO DLXXXVIII.

DOmini tenuerunt, quòd † mulier nubens nulla facta mentione dotis, non censetur dedisse omnia bona sua in dotem, iuxta disputa-
1 tionem Bar. quæ incipit, mulier habens amplum patrimonium. reprobata opinione Arist. de qua per glossam

in l. mulier bona. in princip. ff. de iure dot. quæ opin. Barto. est communiter recepta, vt testatur Curt. iun. in authen. præterea. num. duodecimo, Fabian. de Monte nume. 13. C. vnde vir. & vxor. idem Curt. iun. consi. 168. numero 4. Roland. de lucr. dot. quæst. 71. num. secundo, cum alijs.

Secunda conclusio est limitatio supradictæ primę cō
2 clusionis, videlicet, quòd † dotis constitutio potest probari etiam per indicia, & præsumptiones, vt per glo. no. & ibi Bal. in l. cum citra. C. de iure dot. & in consil. 102. numero primo, volu. 5. Aret. in §. fuerat. numero 29. ver sic. ex alijs. Inst. de actio. Calcan. consil. 11. colum. 3. vers. ad hoc. Campeg. de dot. q. 39. in fi. & probant omnes supradicti Doct. qui firmant supradictam conclus.

3 Tertia conclusio, q̄ † mulier minor non potest absq; decreto iudicis constituere sibi dotem in bonis stabilibus. l. lex quæ tutores. C. de admin. tuto. Roland. d. tract. quæst. 45. nume. secundo.

LANCELLOTTI.

In eadem Sabinen. dotis. Die 28. Nouembris. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Præsupposito sublato tollitur, & id quod ab eo sequitur.*
2 *Augmentum sequitur naturam rei auctæ: & sic augmentum dotis sine dote esse non potest.*
3 *Causa finalis, quæ fuerit in qualibet dispositione, ex coniecturis colligitur.*
4 *Connexorum, seu correspectiuorum eadem est ratio, & disciplina.*
5 *Causæ finales copulatiuè appositæ, debent etiam copulatiuè concurrere.*

DECISIO DLXXXIX.

DOmini tenuerunt, quod cessante dote cessaret etiam donatio sex millium scutorū facta à Camillo Portiæ, & pro maiori etiam parte tenuerunt, quòd cessasset etiam ipsa transactio. Rationes primæ partis fuerunt, quia cum Camillus donauerit pro augumento dotis, necessariò præsupponit subesse dotem,
1 quod † præsuppositum si tollatur, corruit & ipsum dispositum. Dec. in his terminis. consil. 644. num. decimoquarto, cum alijs allegatis. glo. in l. mancipia. C. de seru. fugit. Augumentum enim dotis sine dote esse nō potest. Abb.
2 consi. 46. num. 3. lib. 1. & regulare est, q̄ † augumentum sequitur naturam rei auctæ. l. inter socerū. §. cum inter. ff. de pac. dota. Paris. consi. 26. nu. 9. li. 1. Et quia in dubio dos præsumitur causa finalis. Castr. in l. 2. §. fi. ff. de dona. Tiraq. in reg. cess. caus. in 2. limit. nu. 56.

Quod etiam Domini comprobabant ex coniecturis,
3 ad quas semper recurrendum est, coniecturando, † quæ fuerit causa finalis. Soc. in l. demonstratio. §. 2. nu. 6. ff. de cond. & demonstr. Non enim fiebat aliquo modo verisimile, q̄ Camillus donasset Portiæ tam notabilem pecuniæ quantitatem, nisi intuitu tantę dotis, quam tā ipse, quàm eius filius ab ea cōsequebatur. Maximè, quia cùm talis constitutio dotis respiceret fauorem, & vtilitatem ipsius Camilli donantis, præsumitur finalis causa. Aym. post alios consi. 142. nu. 9. & consi. 192. nu. 21: Quod confirmabant ex fideiussione eiusdem Camilli, qui teneri voluit, nisi &c.

Ratio secundæ partis fuit, quia hæc omnia videntur correspectiua ex no. in l. petēs. C. de pac. cessante. n. dote, cessasset donatio Camilli, qua donatione cessante, Portia non cessisset iura sua Lelio solum pro illis 30000 & cum ideo ipsa asserat, quòd totam istam summam consequebatur, cessante etiam dote, cessasset fideiussio Camilli, & consequener Lelius, qui sub fideiussione illius contrahere noluit, non ita contraxisset.

4 Et † propterea cum hæc omnia sint ita connexa, vno cessante corruunt omnia, ex allegatis.

Quod etiam confirmabant Domini ex verbis ipsius transactionis, nam quando Lelius promittit soluere scuta 20000. inquit, modo & forma infra dicenda, & sic, vt ista in dotem conuertantur, & quando Portia soluit iura Lelio, inquit, saluis tamen obligationibus, & promissionibus infra dicendis, & sic salua obligatione Camilli citræ istam donationem, cùm & ista sit infrascripta, & quia consanguinei iurant attentis præmissis transactionem non cadere in damnum, sed in vtilitatē Portiæ, & Collateralis etiam attentis prędictis decretum interposuit. Ex quibus ista omnia videntur ad inuicem ita connexa, & vnum in aliud influere, vt sublato vno, aliud substineri non possit.

Non obstāt verba proęmij huius donationis, in quibus Camillus videtur profiteri se donare pro stabilimento concordiæ, & sic quòd concordia sit tantum causa finalis, tum quia dicit etiam pro argumento dotis, quæ causa secundum Dominos cùm respiciat vtilitatem ipsius Lelij donantis, debet censeri finalis ex supradictis, maximè, quia hoc influit secundum eos in totam hanc dispositionem, & constat ex supra dictis. Aym. d. consilio 292. cum alijs allegatis.

Et ita etiam respondebant ad eadem verba repetita in instrumento consignationis bonorum valoris 6000. ducatorum factæ à Camillo Portiæ. Tum & secundo,
5 quia in omnem euentum, quòd ambæ istæ † causæ essent finales, cùm sint copulatiuè appositæ, debent copulatiuè concurrere. Doct. in c. cessante. de appel. & in l. dedi. ff. de cond. ob caus.

LANCELLOTTI.

In eadem Sabinen. dotis. Ven. 8. Iunij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Mulier possidens bona, & nubens absque dote, si postea constituat sibi dotem, dicitur facere actum sibi præiudicialem, ex quo priuatur dominio, & administratione.*
2 *Causa dotis dicitur causa finalis.*
3 *Damnum & lucrum, quando ex aliquo actu quis potest consequi, licèt contingat damnum, non dicitur oriri lęsio etiam in minorem.*
Quod etiam in dote procedit.
4 *Dos si viro non constitueretur, posset ipse illam recusare traducere.*
5 *Maritus lucratur fructus bonorum paraphernalium, & aliorum non dotalium, quando mulier nupsit sine dote.*

DECISIO DXC.

1 FVit resolutum, quòd licèt † mulier possidens bona, & nubens absque dote, si postea constituat sibi dotem, dicatur facere actum sibi præiudicialem, & damnosum, ex quo priuatur dominio, & administratione dictorum bonorum, Barto. in questione. incipien. mulier habens, quem sequuntur plures Docto. tamen in casu, de quo agitur, attentis circunstantijs facti, quæ colliguntur ex instrumento transactionis, Domini dixerunt, quòd Dom. Portia non fecisset sibi actum præiudicialem,

præiudicialem, si postquàm fuit nupta, constituisset sibi dotem in hac summa 30000. scutorum.

Primò propter augumentum dotis 6000. scutorū sibi donatorum per Camillum.

Nec ob. quòd fuerit factum ex causa concordiæ, quia prout dicitur in d. instrumento, fuit factum ex causa do
2 tis, quæ † causa debet iudicari finalis propter eius fauorem, vt per Castren. in l. 1. §. fi. ver. quartus casus. de don.

Accedit, quia in d. transactione dicitur, q̄ fit pro fundamento concordiæ, quæ concordia corrueret sublato, & cessante fundamento ipsius.

Secundam vtilitatem deducebant ex lucro, quod potuisset vigore statutorum vrbis consequi D. Portia tā ex summa 30000. quàm dicti augumēti 6000. quod lucrū ascendit ad summam scutorum 13000. super quo lucro censentur contrahentes tacite egisse, vt per Rolan. in tracta. de lucr. dot. q. 86. nu. 6.

3 Nec ob. quòd potuisset priuare D. Portia. Quia † quando ex aliquo actu quis potest cōsequi damnum, sicut lucrum, licet contingat damnum, non dicitur oriri læsio etiam in minore. vt no. Ias. in l. de fideicommisso. numero secundo, vbi Dec. nu. 3. C. de transact. quod procedit etiam in dote, vt ibidem Alexan. & per Boer. 62. numero vndecimo.

Præterea non est reciprocum lucrum, quia maius est illud, quod potuisset consequi D. Portia, quàm eius vir.

Tertia vtilitas deducitur ex eo, quòd Do. Portia non fuisset adhuc traducta ad domum viri: nam potuisset
4 † vir illam recusare traducere, si dos sibi non constitueretur, secundum Bal. in c. iurauit. num. 3. de proba. Ias. in auth. præterea, numero 10. C. vnde vir. & vxor. Silu. nuptial. in §. non est nuben. nume. 46. Vel saltem tenebatur seipsam alere, cum esset diues, vt tradit Ias. in l. si donatus. §. si quis indebiti. nume. quarto, de condi. ob cau. Io. Lup. in cap. per vestras. in 3. not. §. secundo, de donat. in-
5 ter virum & vxor. Insuper † maritus lucratur fructus bonorum paraphernalium, & aliorum non dotaliū, quando mulier nupsit sine dote, secundum Bal. in consi. 266. col. 2. volum. 1.

Quartò aliqui ex Dominis dicebant, quòd si dos esset correspectiua ad fideiussionem factam per Camillum in fauorem filij, & ad alios contractus contentos in d. transactione, tunc oritur maxima vtilitas D. Portiæ, cuius intererat fuisse factam concordiam, quam ipse Camillus, vt consanguineus, & iudex declarat non tendere in ipsius detrimentum.

Ex quibus omnibus fuit conclusum, quòd si ex constitutione dotis D. Portia potuisset sentire aliquod damnum, illud recompensabatur cum supradictis vtilitatibus, quæ non interuenerunt in q. Bar. Et propterea dixerunt illius doctrinam non posse applicari in his terminis, &c.

SERAPHINI.

Tirasonen. pensionis. Die 11. Decembris. 1570.

SVMMARIVM.

1 *Profitens religionem debet seruare formam traditam in decreto Conc. Trid. de reg. sess. 25. c. 15.*
2 *Causa finalis decreti Conc. Trid. de reg. sess. 25. cap. 15. quænam fuit.*
3 *Excessus etiam in votis regularibus datur, veluti paupertatis.*
4 *Professus propriè non dicitur, qui proprijs non caret, & in domo cum vxore viuit.*
5 *Hieros olimitani largo modo religiosi dicuntur.*
6 *Rectores hospitalium qui vtuntur matrimonio deferentes certum habitum, non dicuntur religiosi, nec etiam largo modo.*
7 *Religiosi propriè non dicuntur viuentes sub regula tertij ordinis sancti Francisci.*
Immo nec largo modo qui vtuntur matrimonio.
8 *Verbum, professio, intelligitur de tribus votis.*
9 *Militia sancti Stephani non comprehenditur in decreto. de regul. Conc. Trid. sess. 25. c. 15.*
10 *Dispositio locum non habet, quando vnum præsupponitur, & super eo disponitur, nisi adsit præsuppositum.*
11 *Generalitas verborum secundum subiectam materiam, & rationem finalem restringi debet.*

DECISIO DXCI.

IOannes de Luna obtinens decanatum ecclesiæ collegiatæ oppidi de Tudela eum resignauit in manibus Papæ in fauorem Petri Ximenos, reseruata sibi pensione mille ducatorum cum decreto, quòd si Ioannem contingeret ingredi aliquam religionem militarem, ac iuxta ipsius religionis priuilegia vxorem ducere, pensionem nihilominus ipsam exigere, & percipere posset, & valeret in supplicatione, iuxta cuius formam se se obligauerunt in forma cameræ. Interim publicatum fuit Concil. Triden. post cuius publicationem D. Ioannes de Luna habitum militarem sancti Stephani suscepit, & in continenti professionem emisit, & demum vxorem duxit. Orta controuersia, prætendente Petro pensionem
1 extinctam esse, ex eo quod Ioannes in emittenda † professione non seruauit formam traditam in decret. Concil. Trident. de reg. sess. vigesimaquinta, capitu. decimoquinto. Quo cauetur ne quis in quacunque religione tam virorum, quàm mulierum, qui minori tempore, quàm per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur. Dubitatum, an Domi. Ioan. quoad annum probationis sub dicto decreto comprehendatur. Et fuit resolutum non comprehendi.

Primò, quia † intentio finalis decreti fuit occurrere
2 apostasiæ, in quam facile dilabuntur hi, qui minus consultè profitentur. capitu. ad apostolicam. de regul. capitu. non solum. eo. tit. in 6. quod quidem non potest conuenire in istis militijs, in quibus institutum non est multum durum, & multis abundant priuilegijs à Papa concessis.

Secundò, quia Concii. videtur de his religiosis loqui, qui pro basi, & fundamento, & perfectione suæ religionis tria vota profitentur, obedientiæ, paupertatis, & castitatis, vt videntur innuere ea, quæ in ca. 1. huius decreti continentur, quæ non emittuntur à militibus sancti Stephani.

Nec obstat, quòd postea subdat, & si quæ alia sunt alicuius alterius regulæ, & ordinis sęcularia vota, & præcepta.

Quia procedit augumentatiuè vltra alia vota tria præ
3 stari solita à regularibus. Nam † etiam in istis votis datur excessus, veluti paupertatis, vt per D. Thom. secunda secundæ, quæstione certesimaoctuagesimaoctaua, artic. septimo.

Tertiò facit dictum Specul. titu. de stat. monac. q. 36.
4 vbi tradit, † eos, qui proprijs non carent, & in domibus cum vxoribus viuunt, non esse proprie professos, & ait ita per Clementem iudicatum fuisse, quod etiam

tradit Abb.in rub. de regul.numero quarto, vbi vult, ꝙ
5 † Hierosolimitani largo modo sint religiosi, cùm non possint contrahere matrimoniũ,& promittant obedien
6 tiam.Rectores † vero hospitalium, qui vtuntur matrimonio, deferentes certum habitum, non esse religiosos neque largo neque stricto modo, allegat Io.de Ligna. & Lauren.in cle.secunda,de præben. Ange.in sua summa,
7 in verbo, religiosus.nume. 5.vbi ait, † tales viuentes sub aliqua regula, veluti tertij ordinis sancti Francisci, non esse propriè religiosos. Diu. Thom. secunda secundæ,q. 86.art.4.in fi.Illos autem, qui vtũtur matrimonio, neq; stricto, neque largo modo esse religiosos,vt per D.Tho. ibidem, qui etiam dicit, quòd sunt religiosi secundum quid,& non vere,etiam inquãtum,videlicet, quòd in ali quo participant, quæ ad statum religionis pertinẽt. Vnde concludit votum perpetuæ cõtinentiæ requiri ad religionis perfectionem.

8 Accedit etiam,quòd istud † verbum, professio,intelligitur de tribus votis.c.cùm ad monasterium. vbi Bal.nume 9.de stat.monac.

Quartò,quia quando Concil.voluit comprehendere milites,eos nominauit,vt sess.25.capitu.22.& sessio.23. capitu.18.

Quintò,quia in hoc decreto, de regular.multa præcipiuntur, quæ non possunt applicari huic militiæ sancti
9 Stephani, & † ideo non videtur comprehensa, quale est illud,quod habetur in capitu.2. vt nihil proprium possideant.& in cap.4.ne liceat à conuentibus sine licentia recedere,& ad vniuersitatem missi in suis conuentibus habitent,neque c. 6.de lectionibus loquens potest ipsis applicari,neque ca. vltimum, vbi sancta Synodus hortatur Reges,& Principes, vt velint p̃dictis Episcopis , Abbatibus,& generalibus ac cæteris præfectis in executionem eorum, quæ in d.reformatione continentur,auxiliũ suũ & auctoritatem interponere, quoties fuerint requisiti. Si enim sacra Synodus intellexisset de militijs, hortati erant ipsimet Reges & Principes,qui sunt magni magistri ordinum ad contenta in reformatione obseruanda, nec expectandum, quod ab aliquo essent requisiti.

Sextò, quia in militia sancti Stephani eodem tempore datur habitus , & ẽmittitur professio , vt in statuto d. militiæ, titu.2.capitu.1. quod etiam vsu obseruari compertum est.

Septimò fuit habitum pro solido argumẽto, quòd in cap.vltimo, præsentis decreti cauetur, vt omnia obseruẽtur in omnibus cœnobijs, monasterijs, & collegijs,& domibus quorumcunque monachorum, & regulariũ, nec non quarumcunque sanctimonialium , etiam si ille sub gubernio militiæ &c. Nam si ipsę militiæ continerẽtur sub illis decretis,frustra fuisset facta extensio ad domos mulierum, quæ sub militijs viuunt.

Ex quo arguitur de mẽte sanctæ Synodi non fuisse cõprehensas in decreto, & ex dictione, etiam, arguitur Sinodum in pertinentijs ad militias plus dubitasse.

Octauò,quando vnum præsupponitur, & super eo di
10 sponitur,† dispositio locum non habet, nisi adsit p̃suppositum.l.mancipia.C.de seru.fug.& ibi gl.& Doct.in verbo, auocãdũ.ex.in l.Lucius Titio. C.de fideicom.libert. Sed in hoc cap.de quo nunc particulariter agitur , præsupponitur annus probationis, ergo vbi nõ adest iste annus , veluti in casu, de quo agitur , non habebit locum dispositio de professione post annum probationis emittenda.

11 Non obstat generalitas verborum. Quia † secundum subiectam materiam,& rationem finalem restringi debet.glo.in l.omnes.C.de muner.& honor.l.cum pater.§. dulcissimis.de leg.2.

Neque obstat, quòd materia videatur fauorabilis, & ideo extendenda ad eos, qui largo modo sunt religiosi, quia cùm cesset ratio finalis , nullus ex hoc decreto fauor elici potest. Immo potius esset onus inutile,& odio sum illis, qui statim his militijs adscribi vellent, ad participandum, & gaudendum priuilegijs eis concessis.

Alia, quæ in contrarium facere videntur, ex deductis facile tolli possunt.

GRASSI.

Aquilan. Canonicatus. Die 26. Martij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio declaratiua alicuius actus admittitur etiam parte non citata.*
Immo etiam ea inuita.nu.4.
2 *Appellatione etiam quorumcunque beneficiorum non debent includi dignitates, & canonicatus.*
3 *Verba vniuersalia etiam geminata non semper includunt maiora expressis.*
5 *Notificatio in reseruatione legati requiritur ad tollendum errorem publicum.*
6 *Declaratio subsequens post specialem declarationem dicitur noua concessio.*
7 *Concessio noua non præiudicat iuri quæsito tertio.*

DECISIO DXCII.

FVit resolutum prouisionem Nũcij factam 26.Aprilis , 1572. non substineri ex defectu potestatis, quia in suis facultatibus expresse prohiberur conferre canonicatus in Metropolitanen. cathedralibus , & collegiatis.

Nec etiam posse substineri ex literis Illustrissimi Cardinalis Alexandrini de anno 1567.Quia per alias literas de anno 1571. ante vacationem canonicatus , de quo agebatur, per eundem Cardinalem fuerunt limitatæ,& declaratæ, nempe per præcedentes literas, quòd forma, & natura rei, videlicet, facultatum non censeatur alterata.& huiusmodi declaratio tanquàm consona stylo,& reducens huiusmodi negocium ad pristinam suam naturam, secundum quam regulariter Nuntij non conferunt canonicatus, est attendenda, & primæ literæ de
1 anno 67. sunt obscuræ, & admittunt † interpretationem, & declarantur ab vltimis de anno 1571.etiam parte non citata,iuxta consil.Castren.338. numero sexto,libro primo , & quod huiusmodi literæ ita interpretari debeant ne contradicant, facit capitu.inter dilectos.§.cęterum. de fide instrumento. Abb.in capitu. cum M. col. secunda,de testibus.plura congerit Dec.consil. 602. numero quinto & sexto, Alexander consilio 191. libro secundo,colum.quarta,& consil. 145. studendo breuitati. colum.secunda.Placuit etiam consil.Dec.193. colum.fina. numero tertio, quòd per verba generalia non facile censetur recessum à priori natura actus. ad idem etiam
2 Dec.consil.195. Vnde † appellatione etiam quorumcunque beneficiorum non debent includi dignitates,& canonicatus huiusmodi.argum.eorum, quæ no.Soc. consilio 260.sub numero 14.&15.libro secundo, facit text. cum ibi not. in capitu. fina. de præben. & in capi. cum in illis . eodem titulo , libro sexto. At quod talia verba
3 † vniuersalia etiam geminata non semper includunt maiora expressis , sed aliquando , vt in materia restringibili, includunt similia , facit glos. in l. fugitiui.

C.de

C. de seru. fugit. Barto. in l.quidam relegati. ff. de rebus dub.glos.in capi. ex literis, de offic.deleg. But.& Imo.in c.sedes, de rescrip.licèt materia sit lata.Ex quibus prædictæ declarationi literarum tantò magis dicebãt esse standum. Et ideo placebat eisdem Dominis, quòd per illa verba, omnia beneficia, quorum collatio spectaret ad suam sanctitatem quolibet modo &c. de quibus in literis anni 1567.non tollebatur prohibitio expresse facta dẽ beneficijs existentibus in Metropolitan. Cathedralibus & Collegiatis, sed magis, quòd permissio conferendi beneficia vacantia in mensibus reseruatis ampliarentur per prædicta verba ad alias reseruationes, vt in effectu ampliatio esset in qualitate reseruationis, non autẽ in quacunque qualitate beneficiorum attentis prædictis. Maximè stante alia declaratione eiusdem Cardina-
4 lis facta de anno 1571.Et † huiusmodi declaratio Cardinalis potuit fieri ne dum ignorante, sed etiam inuito Nuntio.Innoc.in c.cum olim,de verb.signif.Fely.& Docto.in c.cum venissent,de iudic.cum concord.etiã quod essent literæ missiuæ Cardinalis attenta grauitate negotij,& attenta subscriptione Cardinalis, & attento quod literæ prædictæ fuerunt præsentatæ eidem Nuntio . .

Ad Calder.cons.4.de offic.deleg. & ad decis.Mohed.
5 215.exemplo allegata,respondetur,quòd ibi † sumus in reseruatione Legati,in qua ad tollẽdum errorem publicum,requiritur notificatio:sed hic sumus in mera declaratoria, quæ nil noui inducit, & incontinenti operatur officium suum absque alia notificatione per supradicta. Quoad attestationem verò Cardinalis factam de anno 1572.mense Octobris.placuit Dominis non attendi,tũ quia videbatur contrarietatem continere cum prædictis literis de anno 1571. Tum † quia declaratio subse-
6 quens post specialem declarationem dicitur noua concessio.vt per Bart.in l.ab executore.ff.de appel. Castren. & Modern.in l.hæredes palam.§.j. ff.de testam. Anchar. cons.398. præmitto pro clariori decis.cum alijs allegatis per Soc.cons.280.num.20.lib.2. Et † ideo non præ-
7 iudicat iuri quæsito tertio,vt subdit Soc.ibidem . Maximè,quia fuit facta post mortem Pij Quinti. Vnde magis debet attendi declaratio de anno 1571.tanquàm facta ante litem motam & viuente Pio Quinto, cuius nepos erat Cardinalis Alexandrinus.

ALDOBRANDINI.

Cęsaraug.status de Moratta. Die 27.Ianuarij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Testis tenetur iurare , parte petente , de veritate dicenda super tota causa, quando producitur super negocio principali,non autem super dilatoria exceptione.*
Immo etiam productus ab vna parte debet dicere veritatem pro vtraque parte. & num.3.
Limita tamen nisi limitatè iurasset super vno articulo, & pars & iudex limitatum iuramentum detulissent. numero 2.

DECISIO DXCIII.

DOmini tenuerunt, testes interrogandos esse super interrogatorijs concernentibus etiam alios articulos, super quibus testes non inducuntur,
1 dummodo non sint impertinentia,quia † testis parte petente tenetur iurare de veritate dicenda super tota causa,quando producitur super negotio principali,non autem super dilatoria exceptione. Innoc. in c.per tuas,nume.3.Hostien.ibi §.nos igitur,col.j.prope fin.Ioan.And. col.2.versic.dicit autem .Anto.de But.num.7.Ægid.nume.4.Abb.num.3. Aret.num.6. Cyn.in l.fin.C.qui legit. pers.haben.stan.in iud.Salyc.in auth.sed iudex.C.de epi scop.& cleric.Aufrer.ad decis.Tholos.201.Doct.omnes in c.j.de testib.vbi Aret.col.j.& super ea debet dicere veritatem pro vtraque parte.c.veniens,il 2.& fin.de testib. §.& quoniam,in fi.& ibi glos.in verbo,cognita,in Auth. de testib. glos.in Authen.de sanctiss.episc.§.nonnulli,in verbo, propositis. & in l.2. C.de eden. vbi Bald.num.3. Dec.num.43. Ias.num.18. Rip.num.23. Ex quibus necessario infertur, quòd possit super omnibus interrogari, ex quo interrogantur super his, super quibus iurarunt dicere veritatem, postquàm eam iurarunt dicere super tota causa .

Non obst. tradita à Docto.in l.si duo patroni. §.idem Iulianus. ff.de iureiuran. & in l.si quis libertatem . ff. de
2 petit.hæred.& in d.c.j.de testib. Quia † hæc omnia procedunt, vbi testis limitatè iurauit super vno articulo,& pars & iudex limitatum iuramentum detulerunt: sed vbi iurauit super tota causa,prout iurare tenetur, vt supra dictum est,cessat supradicta conclusio. Imo.in d.c.j.
3 de testib. num.2. Quia † testis productus ab vna parte tenetur dicere veritatem pro vtraque parte,ne dum super articulo, super quo inducitur, sed super tota causa, si pars petat illum iurare super toto negotio, vt de huiusmodi dicit Aret.in c.de testibus,in 3.not. de testibus. cessat.n.hoc casu ratio, qua mouentur supradicti Doct. quòd deficiente iuramento, nihil probaret, quia cum adsit iuramentum,probat. Et hæc omnia dicebant Domini tantò facilius admittenda esse, quia articuli omnes constituunt vnam massam, & vnum factum, & tendunt ad vnum finem.Ægid.decis.33.in fi.

LANCELLOTTI.

Bononien. iurisdictionis. Veneris, 18.May. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Testes mortui aliàs examinati inter alias causas , semiplene probant.*
2 *Testium numerus facere notorium dicitur.*
3 *Fama in antiquis probat territorium.*
4 *Obseruantia circa mandatum quænam debeat esse.*
5 *Confessio facta in diuisione probat contra authores, & habentes causam ab eis .*
6 *Territorij vnius quod est intra fines , dicitur esse de dicto territorio .*

DECISIO DXCIIII.

FVit iterum propositum dubium informantibus nunc Dominis de Pepulis, & cum eorum præsuppositis, & Domini steterunt in decisis, videlicet, constare, villas, nuncupatas, Pallatam cà di lupi, & Galentiam, esse in comitatu & districtu Bononien.quoad situationem, circumscripto effectu, licèt secus quoad subiectionem respectu iurisdictionis. Et moti fuerunt per quatuor testes examinatos in curia pro parte communitatis,videlicet,per secũdum, tertium,quartum, & quintum , super septimo articulo, qui probant famam de hac situatione in d.territorio Bononien. ex qua fama oritur semiplena probatio , quæ suppletur ex depositionibus 10.testium examinatorum de anno 1470. in causa inter Marchionem Borsium, & Communitatem

Bononiæ ,

Bononiæ, qui concludenter hoc idem probant tam per famam publicam quàm per alias sufficientes causas. & 1 licèt † sint examinati inter alias, tamen cùm sint mortui, semiplenè probant. Mohed.decis. 178. præsertim in 2 antiquis.& cùm † sint numero 10.faciunt notorium, vt not.Bald.in auth.quod locum, in fi.C.de ædillat.Felyn.in cap.cum oporteat,col.7. num.18.versic.adde,de accusat. 3 Corn.cons.333.col.j.versic.cum alias,lib.j.Et † fama in antiquis probat territorium. Bald.in l.conuenticulam, col.pen.num.6.versic.ex his etiam infero.C.de episco.& & cleric. Soc.cons.178.col.3.versic.ista conclusio,vol.2. Alb.cons.64.num.23.in fi.

Quæ probatio primo coadiuuatur ex confessione authorum modernorum de Pepulis Comitum, quæ elicitur ex licentia eis concessa per Communitatem de anno 1468.in qua licentia continetur, qualiter fuit exhibita petitio pro eorum parte,asserentium, quòd possident in territorio Bononiæ, amplum territorium vocatum Galleatiam, & propterea petunt licentiam ædificandi molendinum in d. loco, quod absque licentia non potuit construi obstantibus statutis Bononien.

Secundò coadiuuatur ex alia eorundem confessione in instrumento diuisionis inter eos facto de anno 1516. in quo pluries asserunt, has villas esse in guardia Crepalcorij Comitatus Bononien. Quæ diuisio cùm habuerit effectum,& secundum eius formam hodie per ipsos possideantur dicta loca, cessant quæ dicuntur de defectu mandati eorum procuratorum, qui in ea interuene 4 runt,per ea quæ de † obseruantia latè cumulat Aymon. 5 cons.159.num.5.& cons.204.num.13.Quæ † confessio quemdmodum probat contra ipsos authores dictas villas esse in territorio Bononien. secundum communem opin. de qua per Ias.in l.cum aliquis, num.4. C.de iure deliber.ita probat contra habentes causam ab eis. Aym. cons.29.num.1. & in tract.de antiq.tempor.par.j.§.ampliatur, num.22. & de confessione facta in diuisione tradit Ruin.cons.40.num.4.& 5.vol. 4.Gabriel.de confess. concluſ.j.in fine.

Tertiò coadiuuatur ex assertione Leonis X. in bulla de anno 1527.in qua asserit litem fuisse ortam inter cõmendatarium Abbatiæ Nouantulanæ, & dictos authores super nonnullis bonis existentibus in districtu & curia Crepalcorij districtus Bonon. intra cõfines, de quibus in instrumentis concessionis licentiæ venandi,& piscandi. quæ bona esse has easdem villas constat ex inuestituris,de quibus in 6.præsuppositio, deducendo, vt hic per informantes pro parte Communitatis, cuius Leonis assertioni standum est, donec contrarium probetur. clem.literas, de probat. Aym.cons.145.num.42.Put.decis.324. lib.2.

Quartò coadiuuatur ex confinibus castri Crepalcorij,intra quæ consistunt hæ villæ, nam indubitatum est, d.castrum esse in comitatu Bononien.vt probant omnes testes pro vtraque parte examinati.& comprobantur ẽt ex partito facto per Communitatem de anno 1312.vbi enunciat,flumen Panarij diuidere territoriũ Bononien. & Mutinæ. Sed loca, de quibus agitur, cùm sint versus Bononiam, vtique dicũtur esse in territorio Bononien. 6 quia quicquid est † intra fines vnius territorij, dicitur esse de dicto territorio.l.æde sacra.§.j de contrah.empt. Nat.cons.240.num.1.vol.j. Rolan.à Val.cons.46.nu.35. & 50.volum.3.

Ex quibus omnibus simul iunctis probationibus fuit concluſum, quòd dictæ villæ sunt in territorio Bonon.

Nec in testibus Comitum fuit factum fundamentũ, quia loquuntur de territorio respectu iurisdictionis & subiectionis, & propterea dicunt dicta loca esse exempta ab oneribus Comitatus Bononien. de qua subiectione aliàs agetur, & clarius id exprimunt duo ex dictis testibus. Nam Franciscus Castellatius dicit se credere, ꝙ dictæ villæ sint in territorio Bononien. Galeatius verò dicit se non affirmare,quòd sint extra territorium.

Non obst.etiam bullæ Celestini & Calisti,quia in eis verbum nullum de istis villis: sed si Domini Comites prætendunt illas esse in territorio Mutinæ, ex quo in dictis bullis dicitur, quòd castrum Crepalcorij spectat ad Abbatiam Nouãtulanæ, istud potius videtur facere contra eos, ex quo notorium est d.castrum esse in territorio Bononien.per supradicta.

LANCELLOTTI.

Bononiensis iurisdictionis. Die prima Februarij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Titulus pro obtinendo mandato de manutenendo, non est necessarius, sed solum possessio: nisi simus in concursu possessionum.& num.seq.*
2 *Possessio titulata præfertur,quando sumus in concursu possessionum.*
3 *Precario possidere quando quis præsumatur.*
4 *Præscriptio tituli qui oritur ex longæua possessione, sufficit ad obtinendam manutentionem,etiam si ius commune resistat.*
Immo etiam procedit non solum in interdictis retinendæ, sed etiam recuperandæ. num.5.
6 *Diœcesis appellatione venit etiam territorium alienum.*
7 *Præsumptio vehemens vt possessio non sit manutenibilis absque probatione tituli, cessat propter antiquitatem possessionis.*
8 *Manutentio in beneficialibus datur absque tituli probatione.*
9 *Iurisdictionis quasi possessio non potest acquiri sine scientia & patientia aduersarij.*
10 *Ignorans non amittit possessionem in incorporalibus, quæ inhæret ossibus.*

DECISIO DXCV.

1 FVit concluſum regulariter non † esse necessarium titulum pro obtinendo mandato de manutenendo, sed solam possessionem.§.retinendæ. Instit.de 2 interdic.l.j.§.sicut interdicti.ff.vti possid. † Nisi essemus in cõcursu possessionum,quia titulata præfertur. vt not. Doct. in c.licet causam,de probat.

Nec obst.quod loca,de quibus agitur, sint in territorio Bononien. & quòd in eo territorio Communitas habeat intentionem suam fundatam ex priuilegio Theo- 3 dosij. † Vnde Dominis de Pepulis præsumuntur possidere precario. ex not.per Bal.in l.2. C.de seruit.& aqua. Ægid.Cassad.& alios allegatos. Quoniam respondetur, quòd si dicti Domini de Pepulis probarunt longæuam eorum possessionem, ex ea oritur præsumptio tituli, 4 †qui sufficit ad obtinendum manutentionem. vt notat Abb.in c.cum venissent,num.8.de constit.Couar.pract. quæst.cap.17.num.6.versic.secundo oportet.Quod procedit etiam si ius commune resistat, vt per Abb. in c.j. num.8.vt lite pend.Capic.decis.189. & per Couar.d.nume.6.versic.11.est animaduertendum.& tradunt omnes 5 Moder.in addit.ad Mathesil.not.28.num.3.& † hoc nedum habet locum in interdictis retinendæ, sed etiam recuperandæ, vt not.Franc.in c.ad decimas,num.8.versſ.

quarto

quarto limita,de restit.spol.lib.6.Præterea si adhuc non constat, quòd hæc loca sint in territorio Bononiæ, cessaret hoc motiuum,nec sufficit quod in cõmissione Dominorum de Pepulis dicatur dicta loca esse diœcesis Bo- 6 nonien.Quia † fuit dictum, quòd diœceses solent intendum extendi ad alia territoria.præterea dicta verba possunt verificari quoad spiritualitatem, adeo quòd nõ est probatio necessaria.Minus obst.quod hęc iurisdictio nõ possit haberi nisi à Papa, & quòd propterea adest illa vehemens præsumptio, de qua per Couar.loco allegato, num.6. versic.quarto, ita vt non sit manutenibilis pos- 7 sessio absque probatione tituli. Quia † respondetur, ꝙ illa vehemens præsumptio cessat propter antiquitatem possessionis, vt declarat ibidem Couar.

8 Accedat † quod in beneficialibus, in quibus non potest haberi possessio absque eo quòd habeatur titulus ab habente authoritatẽ, datur manutentio passim absque tituli productione. Præterea hic non agitur de iurisdictione Papæ, sed (prout Domini intelligunt) agitur de iurisdictione Communitatis.

Quo verò ad scientiam & patientiam Communitatis fuit dictũ esse necessariam,quia non potest acquiri quasi 9 † possessio iurisdictionis,quia cùm duo insolidum nõ possint possidere, non potuerunt Domini de Pepulis illam acquirere, nisi Communitas eam amiserit & in incorporalibus possessio inhæret ossibus. Abb. in c.bo- 10 næ,il secondo,num.20.de postul.prælat. † ideo ignorãs eam non amittit,Alex.cons.16.num.13.volum.5. Præterea si non fuit acquisita, non potest manuteneri. An autem sit probata dicta scientia, videndum erit quid testes deponant.

BLANCHETTI.

Bononien. hæreditatis. Lunæ, 11.Iulij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Relictum plus secundo viro quàm filijs primi matrimonij, transfertur ad filios,& inter illos diuiditur.*
2 *Relictum filiæ per matrem minus legitimæ suppletur, & reliquum diuiditur inter secundum maritum & filiam primi mariti.*
Fallit, nisi fit cum clausula, pro toto eo quod petere posset ratione legitimæ, vt tunc totum relictum secundo marito transferatur in filiam. num.3.

DECISIO DXCVI.

STante resolutione facta 28. Maij proximè præteriti, quænam portio in successione matris debeatur D.Lucretiæ.In cuius discussione quoad conclusio- 1 nes iuris Domini fuerunt concordes, quòd plus † relictum secundo viro quàm filijs primi matrimonij transferatur ad filios, & inter illos diuidatur, ex tex.in l.hac edictali.§.si vero plus.C.de secund.nupt.

Et in talem euentum si mulier simpliciter minus reliquerit filię legitimæ sibi debita,tunc deducatur supple- 2 mentum † legitimæ,& reliquum diuidatur inter virum & filiam,& ita procedit decis.Ioan.Pauli.Si verò relictũ filiæ sit cum clausula, pro eo & toto quod petere posset 3 tatione legitimæ, tunc † relictum secundo marito trãsferatur in filiam, vt fuit decisum in causa Auximan. dotis.iuxta distinct.Boer.decis.201. Aym.cons.193.nu.13. & plures refert Riminal. inter cons.vltim. volunt. consil.166.num.2. versic.secunda conclusio.

Ex quibus in terminis iuris communis clarum est, quod D.Lucretiæ debetur relictum victrico. Sed quia difficultas prouenit ex his quæ habentur in statuto de dotibus restituendis,in prin.§.si vero.& §.item dicimus. fuit tentum, quòd non obstantibus prædictis non sit recedendum à dispositione iuris communis.

LANCELLOTTI.

Oscen. Cantoriæ. Lunæ, 11.Februarij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Titulus & possessio cum omni proprietate per resignationem perditur.*
2 *Regressus dari ad ius dimissum dicitur.*
3 *Præbendæ ius ipsum, & fructus ex illa prouenientes in eadem considerantur.*
4 *Reseruatio frustratoria dicitur si præbenda in resignatarium translata non esset.*
5 *Titulus totus qui æquipollet regressui, vel accessui, & coadiutoriæ,censetur translatus in resignatarium per pingues reseruationes.*
6 *Reseruatio de facultate optandi dicitur esse simplex.*
7 *Optare nolens propter grauamen reseruationis, non debet dici impediens.*

DECISIO DXCVII.

FVit concluſum, quòd præbenda loci de Auques vacauerit per obitum Iacobi Gomex resignatarij, 1 quia †per resignationem perditur omnis proprietas,& titulus, & possessio. Rot.decis.2. de renunc.in antiq.Cassad.decis.4.num.3.&10.de restit.spol.cum simil. Adeo quòd non potuit penes Petrum resignantem remanere dicta præbenda, quæ penes dños esse non potest.Abb.in c.maioribus, num.3. de præben. præsertim cùm in hac resignatione d. Petrus assignans reseruaue- 2 rit sibi regressum ad d.præbendam, qui † regressus datur ad ius dimissum. Cassad.decis.vnica,de pact.

Non obst. reseruatio facta per Petrum de titulo, denominatione, ac administratione & possessione vnà cũ fructibus d.præbendæ, quia hæc reseruatio respicit ea, quæ concernunt temporalitatem d. præbendæ, non au- 3 tem ius proprietatis. quia † in præbenda duo considerantur, videlicet, ius ipsum præbendæ,& fructus ex illa prouenientes,secundum Archid.in c.si quis, numero 3. j.q.3. Card.in clem.fin.in prin.q.15.de præben. Felyn.in c.cum M.num.28.de constit.Sicut dicitur de vsufructu, qui potest esse penes vnum, & proprietas penes alium. Et huiusmodi diuisio prouenit ex euidenti potestate Papæ in beneficialibus. Quæ omnia multò magis procedunt in casu, de quo agitur, ex quo reseruatio facta fuit loco annuæ pensionis, propterea decedente pẽsionario omnia consolidantur cum proprietate ipsius præbẽdæ translatæ in Iacobum resignatarium,& pensio æquipa- 4 ratur vsufructui. Immo † si in Iacobum resignatarium non fuisset translata præbenda, frustratoria fuisset hæc reseruatio, per ea quæ tradit Dec.cons.183.nu.8.vol.2. & Domini non tenent clausulam Sarnen. in reg.de publican.resignat. q.2.num.3. & in reg.de triennal. q.60. 5 qui voluit, quòd per † pingues huiusmodi reseruationes censeatur translatus in resignatarium totus titulus, qui æquipollet regressui vel accessui & coadiutoriæ. qa dixerunt, ꝙ semper vacat titulus per obitũ resignatarij. & in pluribus causis fuit resolutũ, de quibus hic per informantes pro D.Ludouico. Præterea ipsemet Sarnen. in d.q.60.limitat hanc suam opin.non procedere, quan-

do istæ

do istæ reseruationes sunt loco annuæ pensionis prout
6 hic. Minus obst. alia † reseruatio de facultate optandi, quia illa simplex est reseruatio, & nihil dicitur de præbenda, & Domini intelligebant de optione similis iuris quod sibi reseruauit Petrus, licet de iure sint percipiendi fructus, qui consistunt in temporalitate.

Quo verò ad effectum, de quo agitur, in dubio maior pars Dominorum tenuit, quòd cùm præbenda vacauerit per obitum Iacobi, potuit Martinus illam optare, cũ
7 ei nullum detur impedimentum, & si noluit † optare propter grauamen reseruationis, non propterea potest dici impeditus, cùm fuerit in sui faculate illam optare vel suam retinere.

ROBVSTERII.

Bononien. iurispatronatus. Lunæ, 29. Martij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus ex legitima causa reædificationis & constructionis ecclesiæ probatur.*
2 *Iuspatronatus ecclesiæ penitus dirutæ & prostratæ acquiritur de consensu ordinarij.*
3 *Vicarius asserens habuisse plenariam informationem super narratis concernentibus causam concedendi iuspatronatus, & interponens decretum probat causam prædictam fuisse veram & legitimam.*
4 *Officialis attestationi standum in concernentibus iurisdictionem.*
5 *Obseruantia dat fidem actui, quæ ex illo subsecuta præsumitur.*
6 *Ecclesia præsumitur ædificata expensis illius qui tenebatur facere.*
7 *Enunciatio Vicarij de eius facultate asserentis cum antiquitate temporis cẽtum annorum, inducit sufficiens præsumptum mandatum.*
8 *Facultas Vicarij, qui iuripatronatus consensit, præsumitur ex antiquitate temporis.*
9 *Effectus primæ præsentationis satis eo ipso probatur, quòd ex persona vnius præsentati & instituti, fit postea præsentatio & institutio alteri.*
10 *Possessio iurispatronatus, quæ ex præsentatione colligitur, probat mandatum præsumptum, aut ratificationem episcopi ex eius patientia, & tollerantia.*
11 *Præsumptio pluralitatis mandatorum ex quibus insurgat.*
12 *Negatiua plurium mãdatorum ex vnius exhibitione probatur: secus in decreto iudicis, quod factum ex pluribus esse mandatis potest.*

DECISIO DXCVIII.

DE anno 1472. Alexander de Lungarij in spiritualibus & tẽporalibus Vicarius generalis Reuerẽdiss. D. Episcopi Bononien. habita plenaria informatione, quòd omnia quæ narrabãtur in quadam supplicatione porrecta per Bartholomæum de Razzalibus ciuem Bononien. erant vera, dedit illi licentiam reædificandi, & construendi expensis suis ecclesiã in guardia Manzolini diœc. Bononien. sub vocabulo, Beatæ Mariæ de Gauillo, & cùm illa reædificata & constructa esset sufficienter de omnibus structuris in condecenti forma, tunc concessit eidem Bartholomeo & Dominico de Razzalibus fratribus & suis hæredibus plenariè iuspatronatus & præsentandi potestatem, prout in literis cõcessionis d. iurispatronatus latius continetur. & post huiusmodi concessiones fuerunt factæ plures ptesentationes per istos de Razzalibus, & per Ordinarios Bonon., admissæ & factæ institutiones, & præsertim de anno 1508. 29. 32. 61. 65. & 72. Eueniente postmodum vacatione d. ecclesiæ, in mense Februarij, per obitum Octauiani de Capeletis vltimi possessoris, isti Domini de Razzalibus præsentant D. M. Antonium de Razzalibus Vicario Illustriss. & Reuerẽdiss. D. Episcopi Bononien. qui respondit beneficium esse plenum & non vacare, & mandauit nihilominus doceri de allegato iurepatronatus. Hinc orta fuit controuersia inter M. Antonium & assertos patronos ex vna, & Ioan. Franciscum Arriuabene pronisum ab ordinario ex altera, coram me compromissario: An in casu, de quo agitur, constet sufficienter de iurepatronatus Dominorum de Razzalibus. & Lunæ, 29. Martij. 1574. Resoluerunt Domini, satis constare in casu, de quo agitur, de dicto † iurepatronatus ex legitima causa reædificationis & constructionis dictæ ecclesiæ, cum presuppositio tamen, quòd hodie constet ecclesiam prædictam habere omnes structuras ecclesiæ & esse in condecenti forma, & cum presuppositio, quòd documentum istius concessionis istius iurispatronatus sit in forma probante.

1

2

Mouebatur Domini ex publico documento concessionis, in quo narratur legitima causa concessionis iurispatronatus, quòd ecclesia prædicta erat penitus diruta & prostrata. & † propterea acquiritur iuspatronatus de consensu ordinarij. glos. in c. quoniam. & ibi Abb. & alij num. 8. de iurepat. Gemin. cons. 117. nu. 5. Rocch. de Curt. in tract. de iurepatro. in verbo, constructi, num. 2. Staph. de literis gratiæ. fol. 82. versic. secundo dubitatur. Lambert. de iurepatron. lib. j. parte j. quæst. 6. artic. 63. num. 23. fol. 54.

1

Non obst. quòd de tali diruptione ecclesiæ non constet aliunde quàm ex assertione Vicarij concedentis iuspatronatus, & tñ de veritate causę narratę deberet aliũde apparere. l. si forte, de castr. pecul. Nam dicebatur, q cùm spectaret ad officium Vicarij inquirere de veritate
3 causæ narratæ, & ipse † Vicarius asserat habuisse super omnibus plenariam informationem, & quòd omnia, quæ in supplicatione narrãtur, vera erant, & interposuerit suam authoritatem, præsumitur tale decretum interpositum ex vera & legitima causa, præsertim cùm in specie enuncietur, quòd ecclesia erat penitus diruta & prostrata. Specul. & alij post Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 10. in princ. Felyn. in c. quoniam contra, numero 37. de probat. Nam † in concernentibus iurisdictionem standum attestationi officialis. glos. in verbo, onerare. in c. pastoralis, de off. deleg. Alberic. & alij per Alex. in l. j. nu. 5. versic. quinto sed iuxta hoc quęritur, de offic. eius. Dec. & alij in l. si donatione, num. 31. C. de collat. & Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, numero 82. prout hic, nam vltra quòd sumus in antiquis
4 centum annorum, habemus executionem & obseruantiam d. concessionis del 1508. cum alijs de quibus supra, quæ † obseruantia dat propriam fidem ipti concessioni. Cyn. inter cons. Bal. cons. 400. col. pen. versic. non obst. quòd non reperiatur. lib. 4. Bald. cons. 492. num. 9. lib. 5. Aym. cons. 101. num. 4. & cons. 158. num. 1. cum sequen. & de antiq. tempor. j. par. num. 99. & 224. & par. 3. num. 23. & par. 4. num. 167. Et hæc obseruantia præsumitur subsecuta ex præambula huiusmodi concessione. Aym. cons. 10. num. 9. & cons. 118. num. 2. Alciat. de præsump. reg. 2. præsump. 24. & facit l. quædam mulier, de rei vendic. & l. 2. C. de acquir. poss. vltra quod expresse dicit, præsentibus & instantibus.

2

3

4

5

Non obst. quod non probetur, ecclesiam huiusmodi fuisse

fuisse reædificatam expensis istorum Dominorum de
6 Razzalibus. Nam † dixerunt, quòd eo ipso, quòd reperitur ædificata, præsumitur ædificatam fuisse expensis illius, qui tenebatur facere. Abb. cons. 54 nu. 2. & 3. libro primo, & facit l. cum seruus. de verbo. oblig. l. 3. de alim. pupil. præstan.

Non ob. quòd in d. concessione iurispatronatus non cõsenserit Episcopus, sed Vicarius prædictus, qui (vt præ tenditur) non potest consentire concessioni iurispatronatus. Quoniã Vicarius in d. concessione asserit se habe-
7 re in præmissis sufficientem facultatem, quæ † enunciatio cum antiquitate temporis 100. annorum inducit mandatum præsumptum sufficiens. Curt. sen. consil. 76. numero 2. Dec. cons. 36. num. 7. & seq. Gozadin. consilio 96. col. fina. Igne. in l. 1. num. 53. & Zuccard. numero 94. C. qui admitt. Purpur. in auth. si quis in aliquo. columna fina. C. de eden. Cagnol. in l. nolle. nume. 19. de regu. iur. Aym. de antiq. tempor. par. 2. nume. 61. & consil. 317. nume. 2. Boer. decis. 271. num. 17. Cassad. decis. 3. de procurat. Sarnen. in compend. vtr. signat. verſ. sed ista omnia limitantur. Et † quod ex antiquitate temporis præsumatur facultas Vicarij, qui iuripatronatus consensit, fuit
8 resolutum in vna Roman. cappellaniæ sancti Pauli coram R. P. D. Cotta 12. Nouembris. 1572. Sante maxime quasi possessione, quæ colligitur ex præsentatione del 1525. quæ habuit effectum vsque ad 1532. & del 1561. & 65. quæ habuerunt effectum vsque ad 1572.

6

7

8

Nam † eo ipso, quòd ex persona vnius præsentati, & instituti fit postea præsentatio & institutio alteri, satis probatur effectus primæ præsentationis. Oldra. consilio 229. num. 2. & 3. Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 2. q. 10. artic. 7. nume. 11. fol. 234.

9

Et fuit decisum in vna Cęsaraugustan. coram R. P. D. Blanchetto 9. Maij. 73. & ex initio possessionis del 1508. vsque ad 1532. & fine del 61. vsque ad 72. præsumitur medium ad quemcunque effectum. Tiraq. de præscript. §. 1. glo. 9. Alciat. de præsump. reg. 2. præsump. 26. Ruin. cons. 143. nu. 20. & 23.

Et prædicta possessio † probat patientiam & tolleran
10 tiam Episcopi, & consequenter sufficiens mandatum, aut ratificationẽ Episcopi. Mohedan. decis. 225. ante fi.

10

Non ob. dum dicebatur, quòd ex præmissis colligitur mandatum præsumptum, quòd vbi non constat de contrario, esset sufficiens. sed (vt dicebatur) in casu isto constat de veritate, quòd Vicarius ille non habebat mandatum sufficiens ad hoc, quia erat productum quoddam mandatum, & veritas debet præualere. Nam etiam si nõ deficerent aliqui ex Dominis, qui tenebant, mandatum illud per Ioan. Franciscum exhibitum esse sufficiens, tamen communiter omnes Domini tenuerũt, quòd cùm Vicarius non se restringat ad d. mandatum insufficiens, & ita non facta alia diligentia, quòd nõ reperitur aliud mandatum in actis notariorum Bononiensium, qui tũc
11 erãt ex decreto d. Vicarij, insurgit † præsumptio pluralitatis mandatorum. Corn. cons. 348. num. 32. cum seq. lib. 2. Imo. cons. 98. num. 9. cum seq. Et licet negatiua regulariter satis probetur exhibendo vnum mandatum, vt per Aym. cons. primo, col. pen. & de dicto Corn. dubitet idem Aym. de antiq. tempor. parte 2. num. 30. tamen
12 † procedunt præmissa in actibus præsentatorum, sed non in decreto iudicis, & vbi ipse non se restringit ad certum mandatum. Item in casu isto cessat ista difficultas, cùm habeamus vltra lapsum temporis quasi possessionem veram viginti annorum & vltra, & præsumptam vltra quinquaginta annorum. ex qua vt dictum fuit, constat de sufficienti mandato, aut ratificatione Episcopi.

11

12

Alia verò quæ in contrarium adducuntur, certè euacuantur ab informantibus.

BRAVI.

Roman. nullitatis subhastationis. Die 15. Nouembris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum, de quo aliàs doctum non fuit, satis est ad conualidandum iudicium.*
2 *Protestatio, neminem audiri, &c. tollitur per comparitionem.*
3 *Verba sunt interpretanda iuxta rationem actus, de quo agebatur.*

DECISIO DXCIX.

PRoposita causa Roman. nullitatis subhastationis, Domini resoluerunt pro nullitate subhastationis.
1 Et moti fuerunt, quia cùm hodie constet de mãdato, licèt alias de eo non fuerit doctum in iudicio, sat est ad conualidandum iudicium, vt per Pau. Castr. consilio 290. num. 7. lib. 1. Aym. cons. 108. Rot. decis. 19. in antiq. de proc. Gomes. decis. 50. lib. 1. & fuit dictum in vna Papien. bonorum coram D. Cotta anno 1570. & Domi-
2 ni ita seruant. Et † protestatio exemplo præcedens, neminem audiri &c. non releuat, de qua Domini alias dubitarunt per cons. Bal. 122. nu. 1. lib. 3. Guidobon. decis. 129. quia tollitur per comparitionem procuratoris Do. Paridis subsecutam, ex trad. à Dec. in ca. sollicitudinem. nu. 10. de appel. Iacobin. in l. licet. nu. 14. C. de procu. vbi Curt. num. 31. cum alijs citatis per Rebuf. in trac. de recusat. ar. 11. nu. 4. ver. ex quo patet q̃ processus &c. Et deseruit decis. Mohedan. 43. de repetitione protestationis facienda, Put. decis. 284. lib. 1. Et Domini dixerunt non esse hic aliud iudicium, neque inter alias personas. arg. l. cum quæritur. cum duobus seq. ff. de excep. re. iudica. Circa mandatum de deliberando Domini dixerunt satis comprehendere oblationem scutorum 1500. ex verbis in eo expressis, nisi infra mẽsem, quæ ad talem oblationem subsecutam referenda sunt, si quidem infra tẽpus designatum à iudice fuit facta, & ita dicta verba in-
3 tellexerunt, cùm † iuxta rationem actus, de quo agebatur, sunt interpretanda, vt in l. miles ad sororem. l. cum pater. §. donationis. ff. de leg. 2. & in l. si vno. ff. locat. Aym. consilio 202. num. 38. Siluan. consilio 30. num. quinto, prima parte.

1

2

3

LANCELLOTTI.

Bononien. iurisdictionis. Veneris, vltima Ianuarij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium est metiendum ex persona actoris, cuius intentio inspicienda est, quomodo ius suum deducat, non autem quomodo reus.*
2 *Iudicium motum quale sit, declaratur ex prosecutione facta in causa.*
3 *Comparitio vna suppletur per aliam.*
4 *Rector seu gubernator ciuitatis æquiparatur præsidi, ad cuius officium spectat iurisdictionem ciuitatis defendere & conseruare.*
5 *Scientia officialium nocet Principi circa omissionem.*
6 *Apostolica sedes habet fundatam intentionem circa iurisdictionem*

tisdictionem in omnibus locis existentibus in territorio Bononiensi.

7 *Possessio vel quasi non sufficit contra superiorem, nisi doceatur de iure & titulo.*

DECISIO DC.

DVbitatum fuit iterum propositum instante parte dictorum Comitum de Pepulis. Et Domini steterũt in decisis sub die 2. Decembris, 1577. videlicet, quòd Domini Comites tenẽtur docere de eorum iure siue titulo in locis, de quibus agitur, & quod syndicus venit ad causam etiam nomine Gubernatoris Ciuitatis Bononien. pro interesse sedis Apostolicæ, & quod habet intentionem fundatam de iure communi in dictis locis. Et moti fuerunt, quia Domini Comites obtinuerunt committi causam iactationis & molestationis contra Vicarium & Massarios Crepalcorij, omnesq; alios &c. & ideo ipsi fuerunt effecti rei voluntarij: dictus verò Vicarius & alij vocati fuerunt effecte actores, sed † cùm iudicium sit mentiendũ ex persona actoris.l.j.ff.si pars hæred.peta. Cassad.decis.3.nu.2.de iudic. propterea inspici debet intentio actoris, quo ius suũ deducat, non aũt quo deducat reus. Verum syndicus cõparens nomine d.Vicarij & cõitatis deducit ius suum connexum cum iure sedis Apostolicæ. iuxta cap.Nicolai V. quod probatur. Primò ex duobus commissionibus præsentatis pro parte d.syndici, in quarum altera, quæ est confirmatoria iurisdictionis bo.me. Oradini, continetur, quòd agitur de præiudicio Communitatis Bonon. syndici ac litis consortium, ac sedis Apostolicæ & illius officialium. In altera verò commissione, quæ est auocatoria, dicitur, quòd dicti Comites obtinuerunt inhiberi ad effectum subtrahendi obedientiam, quam præstãt homines dictorum locorum Communitati & officialibus sedis Apostolicæ, & ꝙ est res mali exempli, quod ciues perturbẽt iurisdictionem d.ciuitatis & dictorum officialium sedis Apostolicæ.

Secundò probatur ex articulis datis pro parte syndici, ex quibus etiam elicitur intentio agentis. secundum Oldr.cons.224.in princ.Nam in tertio & quarto articulo dicitur, quòd syndicus intendit probare, quod dicta loca sunt sub iurisdictione d.ciuitatis, & Legatorum, & Prolegatorum, & Gubernatorum d.ciuitatis. & in additionalibus articulis dicitur, quòd in castro Crepalcorij communitas cõsueuit deputare officiales Dominorum Legatorum, & quod dicti officiales deputati à sede Apostolica exercent iurisdictionẽ in dictis locis, & illa gubernant. ex †prosecutione autem facta in causa declaratur, quale sit iudicium motum, secũdum Abb.in c.cæterum, num.20. versic. debet enim intelligi, de iudic. Felyn.in rub.de præscrip.num.8.

Tertiò ex mandato facto de anno 1546. in quo syndicus constituitur à dicta ciuitate consentiente & auctorizante dicto Vicelegato cum clausula, omni meliori modo.

Quartò ex serie actorum, in qua constat, syndicum pluries cõparuisse ne dum nomine Communitatis, sed etiam litis consortium, sub quo vocabulo etiam comprehẽdi potest d.Gubernator. & licet in aliquibus comparitionibus non fuerit additum illud verbum, consortium, tamen †vna comparitio suppletur per aliam. Ægid. decis.590.& 591.

Quintò ex mandato Vicarij Crepalcorij, in quo constituit procuratorem in hac causa pro Communitate, & sancta sede Apostolica.

Sextò probatur ex alio mandato facto de anno 1548. per quod cessat omnis difficultas, si quæ oriri posset in supradictis: nã in eo Gubernator pro interesse sedis apostolicæ constituit syndicum in hac causa cum ratificatione omnium actorum per alios syndicos.

Præterea attentis deductis pro parte dictorum Comitum, Domini dicebant constare illos mouisse iudiciũ etiam contra Gubernatores & Vicelegatos Bononien. Tum ex dicta commissione iactatiouis, in qua adest clausula, omnesq; alios cuiuscunque facultatis &c. in executione citationis nominandos. Tum ex citatione executa pro eorum parte vigore d.commissionis, & contra Vicelegatum Bononien. Tum etiam ex quarto eorum articulo, in quo ponitur qualiter ipsi exercuerunt iurisdictionem in dictis locis sciẽtibus & patientibus Legatis, & Vicelegatis, ac Gubernatoribus Bononien.

Non obst. quod Gubernator non possit deducere in iudicium iura cameræ Apostolicæ. Quoniam non est constitutus simpliciter ad ius reddendum, sed ad generalem gubernationem ciuitatis & illius territorij. Nã 4 †habet latissimã iurisdictionem, quia æquiparatur Præsidi. vt per Corn.cons.153. col.j. & 2.lib.3. & propterea ad ipsum pertinet curare, quòd iurisdictio territorij sedis Apostolicæ sit illesa, & nullus illam vsurpet. ad not. per Doct.in l.præses.C.de transact. Præsertim, quia scientia † officialium nocet Principi circa omissionem. Bart. 5 in l.si Publicanus.§.in vectigalibus, num.2.ff.de public. Balb.de præscrip.par.2. 5.part.q.2. versic.sed dubitatur. Tiraq.de nobilit.cap.14.num.3. Aym.de antiq.tempor. par.4.§.absolutis, nu.23. Couar.in reg. possessor. in prin. 2.part.col.antepen.versic.sed tamen. quare si potest nocere, multò magis in defendendo.

Pariter non obst.quòd hoc non interfit sedis Apostolicæ, ex quo Domini Comites profitẽtur illam recognoscere in superiorem, quia valde interest, quia sedes Apostolica ꝓtendit, ꝙ ipsa priuatiue ab omnibus alijs exercere debeat iurisdictionẽ, nec lis vertitur super eo, an Domini Comites recognoscãt in superiorem d.sedẽ vel ne, sed sup eo, an istis locis officiales sedis Apostolicæ exercentes iurisdictionẽ in d.ciuitate & illius territorio habeãt iurisdictionem priuatiuè ab ipsis Comitibus. Vnde cùm ex prædictis constet, syndicum venisse ad causam ẽt nomine sedis Apostolicæ, infertur, quòd hęc loca sint in territorio Bononien. vt alias fuit resolutum, quòd sedes 6 †Apostolica habet fundatam intentionem circa iurisdictionem in omnibus locis existentibus in d.territorio. vt post Hostien. not.Abb.in c.diligenti, num.2. de præscrip.Put.decis.221.vol.2.& † propterea contra superiorem non sufficit quasi possessio, nisi doceatur de iure & titulo, vt tradit Luc.de Pen.in l.quicunque, col.j.in fine, versic. sic etiam Comites, cum versic.seq. C.de fund.limotrophis.lib.10.& ibi Rebuff.num.1. sequitur Capic. decis.77.num.9.Ioan.Fab.in §.retinendæ, num.31. vers. item not.Instit.de interdict. cum alijs de quibus per informantes pro communitate.

BVBALI.

Parmen. Castri. Lunæ, 13. Februarij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Narrata in legitimatione, super quibus pars se fundat, debent verificari.*

2 *Causam committens iactationis, & molestationis, reus esse dicitur. ex communi.*

3 *Succedere volẽs in bonis defuncti ex capite agnationis debet se probare proximiorẽ, & habere interesse in causa.*

DECI-

DECISIO DCI.

FVit per Dominos resolutum, sententiam per R.P. Dominum Lancellotum ad fauorem Comitis Pomponij Taurelli latam, esse confirmandam. Moti fuerunt, quia Comites Camillus & Fabritius de 1 Taurellis non verificarunt † narrata in eorum legitimatione, quam cum reproductam repetierint, & in ea se fundent tanquàm legitimatos, debent in ea narrata verificare. vt per Ioan.Andr.in cap.primo, numero tertio, de lit.contesta.in sexto. Felyn.in cap.constitutus, colum.prima. & ibi Dec. numero 3. de rescript. cum alijs adductis per eundem Dec.consil.198.sub num.4.versic. sed in impetratione.

Nec obstat quòd Comes Pomponius committendo 2 causam sit actor, quia † cùm ipse commiserit causam iactationis & molestationis, reus esse dicitur, vt de magis communi per Couar. libro primo, varia. resolutio. cap.18.numero tertio, & sequen. & hæc opinio in Rota seruatur, & satis constat de molestijs, cùm dicti Comites Camillus & Fabritius repetierint legitimationes in actis productas.

Nec obstat, quod Comes Pomponius non possit dici reus, cùm non possideat Castrum Choensis, quia nũc lis non vertitur super dicto Castro, sed super legitimatione, an sit subreptitia.

Dixerunt tamen Domini, quòd ante omnia Comes Pomponius debet probare se esse agnatum † proximiorem Comitis Roberti iam defuncti, & habere interesse in huiusmodi causa, ex doctr. Innoc. in cap. Abbate, ante num. 2. de verb. signif.

Reseruatunt etiam; quòd dicti Comites Camillus & Fabritius audiantur, si velent dicere narrata in legitimatione esse verificata ex verbis positis in testamento d.Comitis Roberti.

BVBALI.

Roman. mercedis. Lunæ, 17. Martij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis de præscriptione 16. annorum, ligat etiam forensem, qui iudicium in Vrbe introduxerat. & numero 3.*

2 *Locus census destinatæ solutionis semper attenditur in his, quæ oriuntur ex post facto post contractum propter negligentiam vel moram: & etiam locus iudicij.*

DECISIO DCII.

DVbitaui, an statutum Vrbis capitu. 101. libro primo, & capitu. 18. libro quarto, de præscriptione 16. annorum, ligaret forensem, qui in Vrbe inseruierat, & mercedem post 16. annos coram 1 Gubernatore vrbis petierat. Et † per Dominos resolutum fuit, quòd huiusmodi statutum ligaret etiam hunc forensem, qui in Vrbe iudicium introduxerat.

Moti fuerunt principaliter ex illa ratione; quia in his, quæ oriuntur ex post facto post contractum pro- 2 pter negligentiam vel moram, semper † attenditur locus destinatæ solutionis, si est locus certus, & attenditur locus iudicij, vt per Bartol. in l.cunctos populos, numero decimosexto. C. de summa Trinit. & fide catholica. quem sequuntur ibi Fulgos.& Iason.numero sexagesimosexto. & in † istis terminis, quòd statutum loquens de præscriptione ligat etiam forensem, tenuit Anchar.in capitulo, canonum statuta. quæstio.duodecima, versiculo, item & quantum ad præscriptionem, de constitutio. Corne. consilio 205. numero nono, libro tertio. Barbat. consilio quinquagesimotertio, columna decima, libro secundo. Ruin. consilio 117. numero duodecimo, libro quinto. Caccialup.in dicta l.cunctos populos, numero 131. & ibi Purpurat. nume.154. & 161. qui testatur de communi.

BVBALI.

In eadem Romanen. mercedis. Ventis, 30. Maij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio non datur aduersus præscriptionem statutariam ex capite absentiæ voluntariæ.*

Minus ex causa paupertatis, quando sufficit extraiudicialis interpellatio. num. 3.

Idem nec ex capite ignorantiæ statuti, quæ non præsumitur in capite decem annorum. num. 4.

2 *Impedito non competit restitutio, quando potuit impedimentum remouere.*

DECISIO DCIII.

OMnes Domini concluserunt, Domino Pasqualino non competere restitutionem in integrum aduersus præscriptionem statutariam ex causis 2 per ipsum allegatis.

Nam ex capite absentiæ non venit restituendus, cùm 1 † absentia fuerit voluntaria, quæ non excusat, cùm teneatur mittere procuratorem ad interrumpendam præscriptionem. Bartol. in l.prima. ff. de diuers. tempor. præscriptio. Abb.in capitulo, querelam, numero septimo, de procurat.

Nec absenti voluntarie competit aliqua restitutio. 2 Paris.consilio 99.numero 11.libro quarto. & † quia impedito non competit restitutio, quando potuit impedimentum remouere, vt per Balb.de præscript.prima parte 6.part.numero 23. Preterea potuit Dominus Pasqualinus interrumpere præscriptionem, cùm fuerit in Vrbe per aliquot menses.

Nec † minus venit restituendus ex causa paupertatis, 3 quia ad interrumpendam præscriptionem statutariam sufficit interpellatio extraiudicialis, vt apparet in statuto, libro quarto, capitu. 18. quæ non requirit aliquam impensam.

Similiter † ex capite ignorantiæ non competit resti- 4 tutio, quia cùm per 10. annos ante suam absentiam in vrbem moram traxerit, & fuerit versatus in tribunalibus, & præsertim in curia capitolij prout ipse in articulis asserit, præsumitur habere notitiam statutorum, nec potest allegare ignorantiam. Barto. in l. cunctos populos. numero vigesimoprimo, & ibi Las. in prima lectura, numero trigesimosecundo, & in secunda, numero sexagesimosexto, C. de summa Trinita. & fide catholi. Alexan. consi. quadragesimoprimo, numero 9. lib. 5. & consil. 165. numero 3. libro sexto, cum alijs allegatis per informantes.

Nec in casu, de quo agitur, debet admitti iuramentũ Pasqualini ad probandum ignorantiam, cùm habeat præsumptionem contra se, vt dixi.

ALDOBRANDINI.

Cęsaraugustan. status. Veneris, 16. Ianuarij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum solum partis sufficit in remouendis notarijs.*
2 *Datio notarij adiuncti non habet locum, quando non potest prouideri indemnitati partis.*

DECISIO DCIIII.

DOmini dixerunt, Ludouicum Capdeuilla debere abstinere ab executione remissoriæ, ex quo fuit iuratus suspectus ab Illust. D. Ioanne de Lu
1 na. In remouendis enim † notarijs leuis causa sufficit, immo solo iuramento partis contentantur Docto. vt per Anchar. consilio 263. numero secundo. Alexan. consil. 104. numero secundo, & tertio, libro quinto. Cagno. in l. si librarius, numero 47. de regul. iur. Et ita pluries fuit resolutum per Dominos. Maximè, cùm hoc casu accesserit rixa inter ipsum & connotarium, nec hoc casu prouisum est per datione adiuncti. iuxta not. in auth.
2 si vero contingerit. C. de iudic. Quia † Domini dicebant datione adiuncti tollere suspitionem, quando per talem datione prouidetur indemnitati partis, vt in dicto tex. At hic secus est, quia licèt sint duo notarij in scribendo, potest tamen vnus reuelando dictum dicta testium, multum præiudicium parti afferre, cui malo datione adiuncti mederi non potest. Et propterea censuerunt Domini debere d. Ludouicum se abstinere à supradicta executione.

BLANCHETTI.

Valentin. matrimonij. Veneris, 24. Ianuarij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Dos applicatur fisco in pœnam illicitè contrahentium matrimonium scienter, etiam si superueniat dispensatio, quando non constat de nouo consensu. & num. seq.*
2 *Nouus consensus in matrimonio contrahendo post dispensationem requiritur.*
3 *Hæredes mariti, qui matrimonium in gradu prohibito contraxit, debent ipsius ignorantiam probare ad effectum lucrandi dotem.*
4 *Vxor putatiua propter adulterium non amittit dotem. contra communem.*
5 *Matrimonio putatiuo quæ indulgentur ad instar veri procedunt rationæ bonæ fidei.*
6 *Maritus post separatum matrimonium ex alia causa quàm adulterij, non potest mulieri repetenti dotem, obijcere adulterium.*
7 *Casus plures, in quibus matrimonium aliter in foro pœnitentiali, aliter in iudiciali iudicatur.*

DECISIO DCV.

NOn potuit capi resolutio propositi dubij, an constet de tali matrimonio Elisabet cum Petro, ꝙ sufficiat ad amissionem dotis. Quia plures continet difficultates, in quibus Domini fuerunt varij.

Et prima erat circa iurisdictionem meã, de qua quoad effectum dubij, Domini dubitabant.

Secunda fuit difficultas, an matrimonium illud subsistat vti putatiuum: nam ante dispensationem non poterat subsistere, cùm vtraque pars sciret contrahi non posse, ex eo quòd coniuncti in tertio consanguinitatis gradu: & ideo ignorantia gradus, ex quo insimul con
1 trahere prohibebantur, penitus aberat, quo† casu in pœnam illicitè contrahentium dos applicatur fisco. Roma. in l. Lucius Titius. nu. 24. ff. soluto matrimo.

2 Post † dispensationem etiam non datur nouus consensus, prout requiritur. Abb. in cap. super eo. in fine, de condit. appos. Et ideo aliqui ex Dominis dicebant videndum, an constet, quòd Elisabeth huic dispensationi consenserit.

Tertia, fuit dubitatio, an hæredes mariti possent obij cere, ad effectum lucrandi dotem, huiusmodi exceptio-
3 nem, in † quo necesse est probare ignorantiam mariti, & ꝙ non potuerit conqueri. Boer. decis. 338. cum alijs de quibus per Gabriel. libro septimo, conclu. trigesimaquinta, num. 10.

4 Et augebat difficultatem, quia† non erat expeditum apud omnes, quòd vxor putatiua propter adulterium amittat dotem, nam licet opi. gl. in capitu. plerunque. de donat. inter virum & vxorem, videatur communiter recepta, tamen fundatur præcipue super eo, quia fuit lata sententia super amissione dotis, & separatione matrimonij, vt bene considerat Roder. Suar. in titu. de las hamentas, nu. 13.

5 Præterea, † quæ indulgentur matrimonio putatiuo ad instar veri, procedunt ratione bonæfidei, vt per Modernos in tract. de lucr. dot. gl. 3. num. 19. quę bona fides abfuit in vtroque contrahente.

Vltimo dicebant, quòd post separatum matrimoniũ
6 ex alia causa, quàm adulterij, maritus † non potest mulieri repetenti dotem ad effectum illam retinendi, obijcere adulterium. Io. And. & Ant. de But. in d. ca. plerunq; nu. 11. & ibi Anch. nu. 7.

Vltima fuit dubitatio circa dispensationem, quæ ex eo quòd esset limitata ad forum conscientiæ duntaxat,
7 videtur non posse suffragari in foro fori, præcipue† cum plures dentur casus, in quibus matrimonium in foro pęnitentiali vno modo, altero vero in foro iudiciali venit iudicandum. Antonin. in sua sum. par. tertia, titu. primo, capi. 19. in princip. §. quarto, versicu. quid si dicant. Vnde dispositio in vno non videtur suffragari in alio, stante expressa, & taxata limitatione, super quibus erit particulariter dubitandum.

BLANCHETTI.

In eadem Valentin. matrimonij. Veneris. 3. Aprilis. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium committitur etiam in matrimonio ignoranter contracto in gradu prohibito.*
2 *Dispensatio matrimonij in foro conscientiæ non suffragatur in foro fori nec etiam quoad legitimationem filiorum.*
3 *Opinio Docto. quòd vxor putatiua amittat dotem propter adulterium, quo casu loquatur.*
4 *Hæredes mariti non possunt obijcere crimen adulterij, post quàm maritus viuens non opposuit.*

DECISIO DCVI.

DOmini cum præsuppositio, quòd dispensatio in foro conscientiæ non suffragetur in foro fori, vt fuit

fuit resolutum anno præterito corã R.P. Domino de Bubalis, in causa Panormitan. illegitimitatis, dixerunt non constare de tali matrimonio, ex quo mulier propter prę
1 tensum adulterium dotem dicatur amisisse. † Quæstio enim hæc procedit in terminis, quando ignoranter fuit contractum matrimonium in gradu prohibito, non autem quando scienter, prout in casu, de quo agitur. vt per Roman. in l. Lucius Titius, numero 24. ff. soluto matrimonio.

2 Nec obst. dispensatio, quia† sicut ex illa non causatur legitimatio filiorum, ita nec matrimonium in foro exteriori.

3 Secunda opin. Doct. quòd † vxor putatiua amittat dotem prõpter adulterium, loquuntur, quando præcessit sententia super separatione thori, secus si præcessit sententia super separatione ex causa consanguinitatis, & in repetitione dotis objcitur adulterium, vt Anto. de But. Abb. Ioan. And. & Anchar. in cap. plerunque, de donat. inter vir. & vxor.

Tertiò, in casu isto non potest dici dos, cùm enim pater Elisabet constituerit illi dotem si contraherer cum Petro & obtineret dispensationem à sede Apostolica, intellexit de valida dispensatione, & quæ in vtroque foro subsistineret. Vnde cùm non fuerit obtenta dispensatio talis, non fuit etiam purificata conditio nec dos constituta.

4 Vltimò placebat Dominis, quod hæredes † non possent obijcere huic mulieri huiusmodi crimen adulterij, postquam maritus viuens non opposuit. Marsil. in l. fin. num. 2. ff. de quæstio. & l. vnica, num. 62. C. de repe. virg. cum alijs, quæ habentur per Gabriel. lib. septimo, concluſ. 35. numero 8.

SERAPHINI.

Bononien. de Pipinis. Lunæ, 6. Iulij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Vtilitas ecclesiæ est probanda per conductorem, non autem per ecclesiam, quæ semper læsa præsumitur.*
2 *Enunciatio melioramentorum facta inter personas prohibitas, non probat.*
3 *Melioramenta facta pro manutentione prædij non veniunt in æstimatione.*
Quæ probantur ex statu primæuo prædij ex narratiua instrumenti emphyteusis collecto.

DECISIO DCVII.

ACtum fuerat in Rota, dato particulari dubio, sub die Veneris 15. Maij præsentis anni, an per Dominos Pipinos probarentur talia melioramenta, quæ excluderent læsionem ecclesiæ, & impedirent mandatum de immittendo petitum pro parte præ dictæ ecclesiæ. Et tunc Domini discussis dictis testium, & peritorum relatione, dixerunt, non constare de huiusmodi melioramentis, & in omnem euentum satis consultum Pipinis per cautionem, quam se daturos offerebant canonici. Qua re intellecta, informantes pro Dominis de Pipinis confugerunt ad aliud dubium, negando fuisse resolutũ cõstare de lęsione ecclesiæ, quamuis contrarium innuere viderentur decis. aliàs factę coram R.P. Do. de Grassis, quarum copia data fuerat. Tamen ad tollendum difficultates, dubitaui particulariter, an sufficienter constaret de læsione. quo dubio plenè discusso, Domini vnanimiter, vno tamen excepto, dixerunt de ea constare, per ea quæ alias fuerunt deducta 8. Nouembris. 1577. & 21. Maij. 1578. coram R.P.D. de Grassis, quæ cùm sint diligenter annotata, non indigẽt repetitione, sed solum sunt diluendæ obiectiones, quæ de nouo factæ fuerunt.

Et primò, quod prætẽditur incumbere ecclesiæ onus probandi lesionem, cùm contractus fuerit factus de re solita alienari, non placuit Dominis, quia primo in iure potest hoc pati difficultatem, retenta decisione facta in hac eadem causa, quòd vtilitas debet adesse de tempore reconductionis, ponderando verba constitutionis Paulinæ (& tunc in ecclesiarum euidentem vtilitatem) ex quibus colligitur non dari simpliciter facultatem alienandi res alienari solitas, sed cum illa qualitate præsen-
1 tis vtilitatis ecclesiæ. & † ideo hæc qualitas esset probanda per Pipinos, cum facultas, qua prætendunt habuisse locationem, sit à iure hoc pacto qualificata. Sed ex facto tollitur hæc dubitatio, cùm per canonicos fuerit probatum, prædium, de quo agitur, communiter potuisse locari de eo tempore pro lib. 240. ex qua probatione apparet euidenter ecclesiam fuisse læsam, quæ locauit pro libris 20. Quo excessu adeo notabili stante, non obstat quod secundo deducebatur de melioramentis, & de mille lib. solutis. Quia quantum ad melioramenta nihil certi per testes & peritos deducitur, vt in alia positione coram me concluſum fuit. sed hoc totum tollitur etiam admittendo id omne quod prætenditur per Pipinos, quod fuit pro eorum parte assertum in instrumento locationis ipsis factæ, nempe melioramenta ascende-
2 re ad lib. 500. Nam licèt † hæc enunciatio non probet, quia facta inter personas prohibitas, Bellam. consil. 33. col. 14. Dec. consil. 142. numero 6. Franc. & Gemin. in cap. primo, de reb. eccles. non alienan. in 6. tamen præsupposito, quòd sit vera, non excludit læsionem, iuncta solutione mille librarum. Nam daro etiam, quòd fructus harum pecuniarum æstimentur ad rationem 10. pro cẽtenario, conficient summam 150. lib. cui addendo viginti erit tota summa 170. lib. quæ adhuc est infra summam, pro qua communiter locari poterat prædium. Nec aliqua ratio aut sextæ partis, aut pacti de lu-
3 crando melioramenta, est talis, quæ possit tam notabilem excessum excludere. Primæuus † autem status prædij ex narratiua instrumentorum excludit ea melioramenta, quæ periti recensent, cum ea tenerentur pro manutentione prædij facere. l. agri, de vsufruct. l. penul. de impens. in reb. dotal. fact. Angel. in Authen. de non alienan. §. lex itaque, in fine. Castren. consil. 250. lib. secundo. Ias. in l. prima, numero 29. C. de iure emphyteu. Sed neque possunt plus importare quàm id quod prętendebat prout in narratiua instrumenti quæ supra fuit admissa, nempe, librarum 500.

Vltimò non obstant quæ deducuntur contra testes, nam placuerunt Dominis responsiones per informantes exemplo datæ. Et ideo ordinatum, vt præstita per canonicos cautione relaxetur mandatum de immittendo.

ALDOBRANDINI.

Roman. domus. Lunæ, 14. Decembris. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio propriè non est, in qua reseruatur directum dominium.*
2 *Dictio, iuxta, quando stare dicatur relatiuè.*

DECISIO DCVIII.

DOmini dixerunt, venditionem non esse contra formam mandati. In eo enim datur facultas præceptori alienandi huiusmodi domum in perpetuum sub annuo censu.& ita factum fuit: vendita nanque fuit domus in perpetuum sub annuo censu vnius lib. ceræ giallæ laboratæ.

Non obst. quòd verba mandati intelligenda essent de
1 alienatione vtilis dominij tantum, † quia immo si reseruaretur directum dominium, nõ esset propriè alienatio. Alciat. in l. alienationis, in primo not ab. ff. de verborum signifi. Salyc. in l. prima, numero primo. C. de iure emphyteu. Et in omnem euentum, quando verba mãdati essent ita interpretanda, pariter eodem modo essent intelligenda verba venditionis, vt voluerit scilicet vendere præceptor solum vtile dominium, tum ob præsumptionem l. quoties, de rebus dub. Tum quia in venditione, ne dum facit mentionem de mandato, sed ad illud se retulit. dixit enim, iuxta decretam authoritatem & facultatem aliàs Domino Præceptori attributam, & scriptam sub die vltima Februarij præsentis anni per me &c. rogatum, cùm dedit & venditionis titulo de-
2 dit & cessit. Dictio † enim illa, iuxta, hoc loco stat relatiuè ad mandatum. l. prima. vbi Bald. in principio. C. de episcop. & cleric. Bertran. consil. 44. numero secundo, in prima primi. Et consequenter cùm Præceptor ad mandatum se retulerit, eius fines diligenter seruauit, cùm relatum sit in referẽte cum omnibus suis qualitatibus.

BLANCHETTI.

Romanensis legati pij. Lunæ, 11. Ianuarij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum soluendum ab eo, quem testator dixerat se declaraturum, non secuta declaratione, debetur ab hærede. ex communi.*
2 *Personæ omissio non dicitur taliter de substãtia legati, quin à iure possit suppleri.*
3 *Prouisio hominis clara & specialis, tollit prouisionem legis.*

DECISIO DCIX.

PRoposui dubium, an legatum relictum loco pio soluendũ ab eo, quem testator dixerat se declaraturum, non subsecuta declaratione, debeatur ab
1 hærede, vel potius censeatur nullum. Et † Domini dixerunt, legatum substineri & ab hærede præstandum. In dubio enim hoc onus videtur iniunctum hæredi. Bart. in l. quidam, numero primo. ff. de rebus dub. & est text. in l. si seruus legatus. §. qui margaritam, versic. nam cùm in testamento. ff. de legat. primo. & ibi Doctores omnes. & communem testatur Anto. Gomes. tit. de legat. numero 45.

Non obstat, quòd ista sit incertitudo circa substantiam legati, quia legatum habet omnia substantialia, cùm. n. legans, & locus, cui fit legatum, & quantitas sint
2 certi, omissio † personæ non dicitur taliter de substantia, quin à iure possit suppleri. l. nulli. C. de episcop. & cleric. & placuit simile l. 2. ff. de hæredib. instituen. alleg. pro fabrica.

Non obstat, quòd prouisio hominis specialis tollit prouisionem legis, iuxta tradita per Ruin. consilio 74.
3 numero septimo, libro primo. Quia ibi † prouisio est clara, hic sumus in dubio, quo casu ius supplet. l. vnum ex familia. §. omissa. ff. de legat. secundo. Præterea Ruin. loquitur in cõtractu, hic versamur in vltima voluntate, in qua incertitudo personæ debitoris non vitiat legatum. Ant. Gomes. vbi supra.

ROBVSTERII.

Bononien. nullitatis legitimationis. Die 27. Ianuarij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum redditur suspectum ex cancellatione vel additione in loco substantiali facta: nisi veritas cancellationis vel additionis aliunde probaretur. numero 2.*
2 *Suspitio falsitatis quibus casibus elidatur.*
3 *Rasuræ & cancellationes factæ in loco suspecto, quando de veritate aliunde apparet, non nocent.*
4 *Legalitas notarij & bona ipsius fama multum iuuat ad tollendam suspitionem falsitatis, quæ oriri potest ex ipsius rasura & cancellatione.*
5 *Suspitio falsitatis & fraudis semper est excludenda, quando non inducitur à fide notarij, sed per alium quàm ipsum fieri potuerit.*
6 *Notarius an possit lacerare primam suam matricem post factum exemplum, ne incurrat suspitionem falsitatis.*

DECISIO DCX.

LIcèt Domini admitterent regulam quam adducunt isti de sancto Petro, quòd † instrumentum
1 redditur suspectum ex cancellatione vel additione in loco substantiali facta, Felyn. & alij in cap. ex literis, numero decimoquarto, de fide instrumen. Dec. in l. fin. numerò decimonono, de edict. diui Adria. tol-
2 len. nihilominus † inclinarunt limitationi, vt id non procedat, quando veritas cancellationis vel additionis aliunde probaretur. Bal. in l. si vnus, in fine. C. de testamen. Catelli. Cotta in verbo, testamentum rasum. Iul. Clar. in pract. crimin. in versiculo, falsum. vbi respondet his quæ Ias. in dicta l. fina. numero 19. adducit in contrarium.

Et ideo resoluerunt Dñi, quòd licèt cancellationes & additiones, de quibus in legitimatione, sint positę in locis substantialibus, & suspectis, tamen, cùm veritas harum cancellationum, & additionum aliunde probetur, & verificetur, illa scriptura originalis legitimationis nõ est suspecta, sed fuit bene extensa, & in mundum redacta, & propterea sententia extra Rotam lata est iniusta, & nulla, iuxta resolutiones factas.

Nam (vt sępe dictum fuit) validitas d. sententiæ pendebat ab illius iustitia, & iniustitia consistit in suspitionibus contra scripturam legitimationis, quæ tamen (vt nunc Domini resoluerunt) satis adminiculatur, & corroboratur ex alijs pro parte Helenæ adductis, & singulariter hic deducunt bene informantes Dom. Helenæ, qui euacuant particulariter omnes cancellationes, & additiones, cum quibus Domini transierunt, & cumulantur particulariter in folio ad partem dato. Si tamen super modo admissionis Helenæ ad successionem cum derogatione fideicommissi, isti de sancto Petro adducerent

ducerent aliquid considerabile, possent super eo audiri.

Plura considerantur ad elidendam suspitionem falsi-
2 tatis. Primò † attestatio notarij de verbis, quæ reperiuntur abrasa, quòd de mãdato ipsius hæc ita gesta fuerint. Secundò quòd filia Alphonsi, non Isabella, sed Helena vocaretur. Tertiò quòd ex coniugato, non ex soluto nata esset, vt patet ex dicto Isabellæ vxoris Alphonsi, & ex dicto Antonij Confessoris Alphonsi, ac ex fide baptismi. Quartò adsunt testes probantes consuetudinem notarij in conficiendis legitimationibus.

Quintò dictum Comitis Vincentij. Sextò bona fama notarij. Ex quibus videntur excludi omnes suspitiones,
3 nam † rasuræ & cancellationes quamuis in loco suspecto contigerint, si tamen apparet de veritate, non nocent. Anchar. in cap. ex literis, num. primo, de fide instrumen. §. postremò, versic. sed nunquid. Vital. in tract. clauss. versic. decreto notarij, prope fin. Bald. in rub. de fide instrumen. numero 25. vbi loquitur in notario errante in facto, vbi instrumentum non est traditum partibus, nec est orta quæstio erroris. sequitur Foller. in pract. crimin. versic. item quod cùm esset falsum, numero 62. Et in
4 istis † multum tribuendum est legalitati notarij, & bonæ opinioni ipsius. Bald. in l. quærit. §. sed si non in corpore, de hæred. instituen.

Et semper est excludenda suspitio falsitatis & fraudis, vt per Bald. in l. iurisgentium. §. quod suæ, de pact. Dec. consil. 125. Paris. consil. 28. numero 50. libro secun-
5 do. Præsertim, † quia suspitiones istæ inducuntur non à fide notarij, quia de hac non dubitatur, sed per alium quàm ipsum fieri potuerunt, & ex attestatione ipsius satis coadiuuatur. Papien. glos. secundæ, in form. oppos. contra instrument. cum alijs allegatis. Et ante notarius se informauit ab Alphonso patre Helenæ. Paris. consilio 61. numero octauo, libro tertio. Et simus in materia, quæ de facili poterat obtineri, & concurrit voluntas & potestas ipsius Comitis, & materia de illo tempore non erat alicui præiudicialis. Quod de testibus mortuis dicitur, non obstat, cum non appareat, quòd de eo tempore non viuerent, & sic non verificatur in facto, licèt hodie sint mortui. Et illud habet etiam maximam difficultatem, ex traditis per informantes Helenæ. glos. in c. cum venerabilis, de relig. domi.

Non obst. q͡ sit probata veritas, & in apostillis continetur, vt per Abb. ibi, & per Paris. consil. 28. nume. 46. libro secundo. Et sic etiam cessat, quòd in ciuilibus suspitio falsi habeatur pro falsitate. Quia stante serie facti & alijs circunstantijs, non potest hæc falsitatis suspitio considerari.

6 Præterea quòd † notarius lacerauerit illam primam suam matricem post factum exemplum, illud tollitur bene ex deductis per Paris. consil. 28. numero 20. lib. secundo. Quòd notarius fuerit alias inquisitus, respondetur, quòd fuit absolutus, stante præsertim bona fama ipsius, vt hic per informantes. Quòd deleuerit multas clausulas, & alias addiderit, non est attendendum, quia plures ex illis sunt modici momenti, & veritas probatur aliunde.

Vltimò non obstat, quòd solutio pecuniarum non vi debatur necessaria in tanto numero, si legitimatio fuisset facta in vita patris, præsertim stante tertio constituto notarij, ac visis testibus & considerata tota serie facti. ex quibus probantur bonæ qualitates notarij, & illius stylus specialiter in ista materia: probatur etiam veritas istius legitimationis.

Quibus attentis, & præcipuè, quòd veritas aliunde probatur, istæ omnes remanent suspitiones hominis, & non iuris, ideo non attendendæ.

SERAPHINI.

Anconitan. coriorum. Lunæ, 18. Aprilis. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Damnum quilibet resarcire tenetur, quod quis occasione sua patitur.*
2 *Represalijs concessis soluens repetit à debitore & sortem & omnia damna.*
Fallit nisi damnum esset iniustè illatum. num. 3.
4 *Dominium est difficilis probationis, & probatur ex indicijs, & coniecturis, & etiam ex confessione.*

DECISIO DCXI.

DOmini constituerunt regulam pro mercatoribus. Ragusinis, quòd quilibet tenetur resarcire † dã-
1 num, quod quis occasione sua patitur. c. fin. de iniur. l. qui occidit. §. in hac, ad l. Aquil. Et hinc est, quòd
2 † concessis represalijs, soluens repetit à debitore ne dum sortem, sed etiam omnia damna. Bart in l. nam & seruus, de neg. gest. Alex. post Bart. & alios in l. 2. §. in facto, nume. 11. de verb. oblig. vbi Soc. num. 8. Ias. num. 23. & 24.
3 Galliau. num. 10. cum seq. Sed quia † hæc regula limitatur per Doct. vt procedat, quando iustè fuit damnum illatum, alioquin si iniustè, non tenetur, vt per Ias. loco supra citato, & Roman. num. 8. ideo totum hoc negotium plurimum pendet à iustitia sententiæ Auditorum Classis sacri Fœderis. contra quam plurima opponuntur.

Et primò, quòd est nulla defectu iurisdictionis. Secũdò quòd est iniusta.

Quãtum ad primum, nullitas deducitur ex eo, quòd iudex deputatus tantum fuerat ad referendum. Sed hoc non obst. nam deputatio illa erat directa solum vni Auditori, nempe Sereniss. D. Ioannis, Sed sententiam protulerunt omnes Auditores Confœderatorum, qui erant iudices ordinarij exercitus, in quorum iurisdictione partes consenserant: ideo cessat difficultas. l. 2. de iudic. Gabriel. de iudic. conclus. j. num. 20.

Quantum ad iniustitiam, ea deducitur ex eo, quòd Iudæi tollerantur. Secundò, quia non probatur coria fuisse Hebræorum. Sed primum non obst. quia capta non fuerunt coria Hebræorum propter sectam, sed tãquàm subditorum Turco propter bellum.

Secundum quoque tollitur ex probationibus, ex quibus censuerunt Domini probari coria verè ad Hebræos
4 spectasse, maximè, cùm † dominium sit difficilis probationis, & probatur ex indicijs & coniecturis. Paris. consil. 104. num. 103. vol. j. Rimin. cons. 227. num. 1. lib. 2. & ex confessione Aym. cons. 157. num. 1. Concurrentib. maximè literis Prodanellorum. Put. decis. 12. lib. 2. Vnum tamen fecit difficultatem Dominis, quòd isti Domini mercatores non probarunt coria ablata ad eos spectasse. Et ideo deficiunt in fundamento intẽtionis eorũ. Quod tametsi probauerint, sententia A. C. venit reuocanda.

DECANI.

Bononiensis de Pepulis. Veneris, 28. Februarij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum patris etiam eo viuẽte transfert possessionem in filium, quando ad executionem facti deuentum est.*

2 *Possessio amittitur ex actu nullo, & acquiritur alteri, quãdo ad factum est deuentum.*
3 *Pater potest dare licentiam filio ingrediendi possessionem propria authoritate ad suam vtilitatem in vita patris.*
4 *Actus clandestini nullum possunt inferre præiudicium priori possessioni: immo eo ipso dicuntur clandestini, quòd reperiuntur facti post anteriorem alterius possessionem.*

DECISIO DCXII.

IN causa Bononien. de Pepulis de ordine Dominorũ propositum fuit idem dubium, quod fuerat alias propositum, & resolutum sub die 27. Ianuarij proxime præteriti. Et Domini die Veneris 28. Februarij, steterunt in decisis pro mandato de manutenendo in fauorem D. Comitis Romei. Et quoniam prima & principalis difficultas, à qua reliquæ omnes, quæ per informantes excitatæ fuerunt, pendere videbantur, consistit, an Illust. Comes Romeus acquisuerit quasi possessionem antequam Illust. Comites Aduersarij illam acquisiuerint. Domini attenta facti serie firmarunt, d. quasi possessionẽ Comitis Romei fuisse anteriorem, non quidem in constituto appositio in testamento Comitis Alexandri eius patris, super quo plura viderentur discurienda, si alia non concurrerent, sed in illo instrumento confecto per eundem Com. Alexandrum, sub die quinta
1 Octobris, 1550. in quo apparet † patrem ad effectum, vt ipse Comes Romeus acquireret possessionem, mortem præuenire voluisse. vt in l. Lucius Titius testamento, la prima. ff. de legat. secundo. vbi Pau. de Cast. & alij, vt per Tiraquel. de constitut. in secunda parte, ampliat. 23. num. secundo. Et licèt respectu constituti inter patrem & filium, quando de solo constituto ageretur, quia nec in illo instrumento (vt asseritur) non adest iuramẽtum patris, res non careret difficultate, tamen sufficit
2 hoc, quòd de facto sit gestum, cùm † clarissimum sit, quòd ex actu nullo amittitur possessio & acquiritur alteri, quando est deuentum ad executionem facti. l. prima. §. si vir vxori, de acquiren. possess. & ibi Doct. & Tiraquel. de constitut. in tertia parte, in septima limit. numero secundo, & sequen. De executione autem respectu apprehensionis possessionis in fauorẽ Comitis Romei constat ex testibus, quorum summarium datum fuit. Vnde tollitur illud obiectum de nullitate gestorum per Comitem Alexandrum in fauorem filij. præsertim, quia
3 † non reperitur prohibitum, quòd pater non possit dare licentiam filio ingrediendi possessionem propria authoritate ad suam vtilitatem in vita patris. dicta l. Iulianus.

Non obstant actus gesti per Comitem Philippum, & & alios post obitum Alexandri. Quia cùm possessio Co-
4 mitis Romei esset anterior, omnes † illi actus dicuntur clandestini, & nullum inferunt præiudicium prioris possessionis. l. j. in fi. vti possid. vbi glos. & alij Doct. in c. licet causam, de probat.

Coadiuuatur insup possessio Comitis Romei ex his quæ post obitum Comitis Alexandri gesta fuerunt in eius fauorem, prout in facti serie data per informantes pro eius parte. quibus stantibus non potest dici interrupta vel amissa possessio, vt prætendunt informantes pro parte Illust. Com. Ioannis sub prętextu, quòd per decem annos non appareat de aliquo actu possessorio ipsius Com. Romei. Quia fuit responsum testes non probare fundamentum ipsorum, prout fuit responsum in alia resolutione, & vltra doctr. Aret. in l. si de eo. §. si forte, de acquiren. possess. fuit allegatus Tiraquel. de constitut. in 3. parte, limit. 21. numero quinto. Ex existis Domini concluserunt, dandum esse Comitis Romeo mãdatum de manutenendo.

DECANI.

In eadem Bononien. de Pepulis. Mercurij, 24. Februarij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad videndum testes examinari potest fieri etiam procuratori partis.*
2 *Mandatum de administrando bona minorum & iurium ipsorum donec peruenerint ad legitimam ætatem, concessum à testatore in testamento durat etiam post obitum ipsius testatoris.*
3 *Actus in dubio præsumitur factus nomine proprio, non autem alieno, & ex capite verosimiliori, & conuenientiori.*
4 *Possessio proprietarij finito vsufructu incipit esse plena.*
5 *Possessio mutata dicitur ex tituli mutatione.*
6 *Interdictum adipiscendæ competit filio in bonis per patrem detentis in eius vita.*
7 *Declaratio voluntatis sumi potest etiam ex actu nullo.*
8 *Remedium l. fin. C. de edic. diui Adria. tollen. datum dicitur ad confirmandum possessionem.*
9 *Confessio procuratoris potest reuocari etiam non docto de errore.*
Item in dubio recipit interpretationem, vt non præiudicet domino.

DECISIO DCXIII.

FVit dubitatum in causa Bononien. de Pepulis stantibus multis præsuppositis, an examen testium sit validum. Et an stantibus prædictis constet qđ Comes Romeus voluerit in vita patris acquirere sibi possessionem nomine proprio & ad sui vtilitatem, & illam sibi acquisiuerit ita, vt decisio facta super possessione in vita patris subsistat, vel non.

Et quoad primam partem pro inualiditate examinis testium deducebatur, quòd fuerant examinati non citatis Illust. Comitibus Fabio & alijs minoribus. Neque
1 † huiusmodi defectus citationis tolli poterat ex eo, ꝙ fuisset citatus procurator constitutus à Comite Philippo tanquàm curatore istorum minorum. Nam ad hoc respondebatur per informantes pro parte dictorum Comitum Ioannis & aliorum de Pepulis, quòd cùm tempore examinis prędicti minores non essent amplius sub cura Comitis Philippi tutoris, ex quo excesserãt 14. annos, vt Instit. quib. mod. tutel. in princ. non potuit valide à Comite Philippo constitui procurator, licèt illum tanquàm curator constituisset, ex quo ipse Com. Philippus fuerat constitutus curator in testamento, absque eo quòd appareret de confirmatione, vt Instit. de curat. in principio.

Secundò, quia prætendebatur, quòd Comes Philippus ante huiusmodi examen licèt ratificasset omnia acta istius procuratoris non solum proprio nomine, sed etiam nomine ipsorum minorum, nihilominus cum postea constituerit eundem procuratorem, videtur se restrinxisse, & illum nomine suo tantum constituisse.

His tamen non obstantibus Domini concluserunt ꝓ validitate examinis, nam respectu ipsius Comitis Philippi res

pi res nullam habet difficultatem: respectu vero ipsorũ non ob. illud motiuum, quòd curator in testamento dari non potest, nisi confirmetur, quia omissa etiam illa responsione, quòd de iure canonico hæc solemnitas non requiratur, vt deducebant informantes pro Comite Romeo, fuit consideratum, quòd in testamento erat deputatus Comes Philippus non solum tutor & curator, sed etiam administrator & defensor horum minorũ, & bonorum, & iurium ipsorum, donec ad legitimam peruenissent ætatem, vnde † mandatum hoc est validum, &
2 durat post obitum testatoris, vt per Aret. consil. 66. numero 2. de quo per Boer. decisio. 124. numero primo, in fine, & seq.

Non ob. secundum, quòd Com. Philippus se restrinxerit, quia primum hoc in facto non subsistit, attento manuali notarij, quòd attendi debet, & non registrum. Deinde, quia cum Comes Philippus ratificauerit gesta per Verinum nomine suo & minorum, & eodemmet actu constituit eundem procuratorem, dicendum est, ꝙ hoc fecerit eodẽ nomine tutorio & administratorio, vt fuit resolutum in causa Roman. casal. Iuliani coram R. P. D. Robuster. & maximè, quia admodũ verisimile est, quòd voluerit causam nomine suo proprio defendere, & deserere minores indefensos, quoniam frustratoria fuisset ratificatio per eum facta nomine minorum.

Quoad secundam partem de voluntate Com. Romei fuit conclusum ipsum voluisse in vita patris possidere, & hoc potissimum ex tribus.

Primò ex mandato ipsius Comitis Alexandri, in quo non solum datur facultas apprehendendi possessionem, vt prætendunt informantes pro Comite Ioanne, sed procediturr vlterius constituendo ipsum Comitem Romeũ possessorem præsentem, & acceptantem, vt patet ex illis verbis, videlicet, & ad præsentis facultatis maiorem conualidationem &c. & per consequens apparet, quòd d. facultas ex tunc fuit deducta ad actum, & præsertim, cùm in d. instrumẽto adsit stipulatio ipsius Comitis Romei, prout clare legitur in d. vers. & maximè, cùm in dicto instrumento dicatur, quòd si aliquam possessionem apprehendisset, illam Comes Alexãder pater ipsius cõfirmat.

Secundò, ex clara & aperta declaratione facta per ipsum Comitem Romeum de mense Ianuarij, 1553. post obitum patris, in qua explicitè dicit se possedisse viuente Comite Alexandro, quæ sua assertio bene verificatur ex depositionibus testium, qui probant, ipsum, viuẽte patre, administrasse. Et quãuis prædicta administratio potuerit fieri in vim supradicti mandati nomine patris, &
3 non nomine proprio, nihilominus † præsumendum est, Comitem Romeum omnia hæc fecisse nomine suo ꝓprio, & ad effectum, vt efficeretur possessor, & non tanq̃ simplex administrator, cũ hoc sit verosimilius, & de enixa voluntate patris constet, quòd volebat illum constituere possessorem in vita, ne post obitum ipsius patris impediretur apprehendere possessionem. semper enim actus præsumitur factus ex capite verosimiliori, & conuenientiori. Roman. consi. 143. nu. 9. Marsil. consil. 104. nume. 34. maximè cum esset ipsi Com. Romeo vtilius, Corn. cons. 338. nu. 5. lib. 1.

Ex quibus apparet, quòd ista declaratio Com. Romei est admiciulata ex iuris præsumptione per supradicta allegata.

Tertiò, ex multis commissionibus, in quibus ipse Comes Romeus semper fecit se possessorem præseruando sibi suam possessionem: cùm enim in amittenda possessione requiratur animus, l. 1. §. in amittenda. de acquirẽ. possessio. liquidò apparet ex illis, quòd animus ipsius nedum non erat illã dimittendi, sed ẽt quatenus non habe ret illam acquirendi, & quatenus haberet illam confirmandi, & consequendi liberam à molestijs.

Non ob. adducta in contrarium.

Et quantum ad ea, quæ tendunt ad impugnationem decisionum, Domini voluerunt omittere, tanquàm alias resoluta & repetita.

Quantum verò ad nouiter adducta, visa fuerunt Dominis non multum vrgere.

Et Primò, dum ponderabatur, quòd Com. Romeus in additione hæreditatis asserit per mortem patris superuenisse sibi nouam causam possidendi, ex quo infere batur, quòd ipse in vita patris ex tali causa non possederat, fuit responsum, quòd verum erat superuenisse nouã causam possessionis plenæ, cum prius nõ esset plena, propter reseruationes, quas fecerat sibi Comes Alexander.
4 Pro † vt videmus in possessione proprietarij durante vsufructu.

Nam eo finito incipit esse plena. §. si. Inst. de vsufruct.

Vnde cum Comes Alexander constituens remanserit in detentatione ratione reseruationum, ea cessante dici
5 tur mutata possessio, & eius causa, cùm † prius possideret ratione constituti, non vti hæres simpliciter, sed vti hæres designatus, postea verò vti hęres verus, & pleno iure dominus, vt colligitur ex his quæ scribit Menoch. de retin. possess. remed. 3. nu. 195. & seq.

Secundò, dum considerabatur, quòd pro parte Com. Romei coram bo. me. Oradino fuit petitum mãdatum vigore l. fina. C. de edic. diui Adr. tollen. & hinc sequatur confessio Com. Romei, quòd Alexander pater possederit vsque ad obitum, & non ipse Comes Romeus, cùm hoc remed. non detur ei qui possedit. §. adipiscendæ. Insti. de interdict.
6 Quia † motiuum tollitur ex eo, quia hoc remedium competebat Comiti Romeo, habito respectu ad detentionem Com. Alexandri propter reseruationes quas fecerat, vt tenet glo. in dicta l. fina. in verbo, fuerunt, & ibi Salyc. colum. quinta, Castren. numero 12. Alexan. numero 21. cum alijs per eundem Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. nu. 368.

Nõ ob. tertiò, quòd procurator Com. Romei in actu facto de mense Ianuarij, 1553. petat illum immitti in possessionem ex testamento non abolito &c.

Quia in hoc adest præseruatio antiquæ possessionis. Et quamuis procurator loquatur dubitatiuè, videlicet, si quam habet, hoc potuit prouenire, quia procurator non esset ad plenum informatus, neq; certò sciret Com. Romeum in vita patris fuisse constitutum possessorem.

Prout etiam non ob. quòd Comes Romeus obtinuerit mandatum de manutenendo, excepta iurisdictione, de immittendo verò respectu iurisdictionis. Quia huiusmodi mandato limitato Comes Romeus vti noluit: vnde hoc facit potius in fauorem ipsius, cùm postea ẽt obtinuerit aliud mandatum de manutenendo simplex, & non limitatum, & licet pars aduersa non fuerit citata in hoc secundo mandato, hoc non vrget, quia non tractatur de validitate illius, sed de † declaratione voluntatis Com. Romei, quæ sumi potest etiam ex actu nullo. l.
7 fina. de rebus eorum. fuit etiam responsum vltra deducta ad mandatum de immittendo respectu iurisdictionis, quòd illud comprehendit ne dum iurisdictionem, sed ẽt cætera bona, in quorũ possessione indubitatũ est, quòd iam Com. Romeus reperiebatur. Vnde sicut respectu ipsorum bonorum clarum est, quòd habebant vim confirmationis potius, quàm immissionis, ita etiam dicendum est respectu iurisdictionis, vltra quod in fine adest limitatio, in quibus non esset adhuc minus.
8 Non † videtur autem dubitandum, remedium l. fi. datũ

esse

esse ad confirmandum possessionem antea quæsitam, vt per Bal.in consi.186.nu.8.lib.1.

Quantum verò attinet ad confessionem procuratoris, quæ videtur colligi ex scriptura vltimo loco produ-
9 cta, non † est dubium, illam posse libere reuocari, etiã non docto de errore Rot.decis.2.de confes.& 19.de pro
10 cura.in nou.& decis.32.de testib.in antiq. Vltra † quòd huiusmodi confessio non est adeò clara, vt non possit recipere talem interpretationem, vt non præiudicet Comiti Romeo.l.si quis intentione ambigua. ff.de iudic.Et in effectu visum fuit Dominis, quòd ponderationes, quę fiunt ex omnibus his, quæ gesta fuerunt post obitum Com.Alexandri, siue per ipsum Comit. Romeum, siue per eius procuratores, de facili tollantur, tum quia in vẽtre habent clausulas præseruatiuas anterioris possessionis. Tum etiam quia stantibus supradictis responsionib. sufficienter videntur sublatæ.

SERAPHINI.

Portuen.bonorum.Mercurij.27.Nouembris.1578.

SVMMARIVM.

1 *Gratia, in qua tacitè præsupponitur consensus, vel dissensus superueniens, dicitur habere statum implicitum validitatis: aliàs non valet,*
2 *Actus priuatorum vbi sunt nulli ex defectu consensus, possunt conualidari eo superueniente: secus in his, in quibus debet interuenire Principis auctoritas.*
3 *Consensus præstitus super gratia, ex qua ob ignorantiam pacti, cui in specie derogandum erat, nullum ius erat acquisitum primogenitis, potest reuocari.*
4 *Papa in dubio non intendit per priuilegium conuentioni derogare.*
5 *Princeps nunquam censetur derogare iuri tertij.*
6 *Concessio iuris realis quando tertio præiudicat, non tenet sine eius consensu: secus in concessione iuris personalis, in qua nullum infertur præiudicium tertio.*
7 *Consensus tertij, quando consentit, non trahitur ad primũ, sed primus ad secundum.*
8 *Defectus saltem in voluntate concedentis facit gratiam inualidam esse.*
9 *Ius proueniens ex pacto licèt sit ius quærendum, habet tamen causam de præterito, in quo habet locum reg. de nõ tollen.iu.quæsi.*
10 *Effectus succedendi dicitur esse separatus à legitimatione personæ.*
11 *Subreptio in iure succedendi non inficit ius filiationis.*
12 *Priuilegium in his quæ non sunt contraria conuentioni, tenet.*
13 *Legitimatio non facta de agnatis mentione, non tenet.*
14 *Dictio, implicitum, exponitur, ideſt, annexum.*
15 *Gratia si intelligatur sub conditione, quatenus tertio non præiudicetur, dicitur conditionalis conditione suspensiua, non autem resolutiua.*
16 *Præseruatio operatur, vt tunc tantum videatur gratia concessa, quando non præiudicat alteri.*
17 *Conditio tacita ita suspendit, sicut expressa.*
18 *Opponi non possunt in rescriptis ad lites per viam subreptionis, quæ competunt per modum peremptoriæ exceptionis.*
19 *Intentionis defectus & subreptio annullant gratiam ipso iure, ita quòd nec etiam per superuenientem consensum validetur.*
Fallit tamen, vt nu.22.& 23.
20 *Defectus intentionis, per superuenientiam consensus partis non tollitur.*
21 *Consensus eorum, qui interesse habent, requiritur in immutatione prioris rei status per gratiam.*
Quod procedit etiam si Papa confirmaret gratiã cum clausula non obstante.
22 *Gratia non annullatur ex defectu intentionis, vel subreptionis, quando ius tertij non est fundatum in aliqua probabili spe de præsenti.*
Idem si sit motu proprio, & ex certa scientia, & de plenitudine potestatis concessa, cum clausulis amplissimis. nu mero 23.
24 *Consensus eorum quorum interest, semper in gratia intelligitur interuenire, quando eis nullum infertur præiudicium.*
25 *Conditio apposita in gratia quid operetur.*
26 *Consensus ad validitatem gratiæ satis est, quòd possit præstari, licèt ab initio non interuenerit.*

DECISIO DCXIIII.

PRoposui dubium huiusmodi stãte pacto, & gratia principatus, quæ (sine veri præiudicio) quantum concernit personam Illustr.Do. Iulij Cęsaris, præsupponitur valida, nec non etiam præsupponitur diuidua respectu personarum, licèt respectu dotis sit indiuidua, vt fuit alias resolutum, an d.gratia habeat implicitũ statum validitatis ante consensum, vel dissensum vocatorum ex pacto, quoad ipsos vocatos.

Circa huiusmodi dubium, plures fuerũt opiniones, & variæ difficultates per Dominos excitatę.

Quarum Prima fuit circa intellectum dubij. Nã inspectis verbis dubij videbatur aliquibus ex Dominis tacitè præsupponi, quòd consensus, vel dissensus superueniens possit operari gratiæ validitatem. qui intellectus ex præcedentibus disputationibus deducebatur, cũ.n.iã fuisset decisum, gratiam, de qua agitur, fuisse factam motu proprio, & ideo fuisset dubitatum, an ex eo tolleretur contrauentio, super quo nihil fuit decisum: sed cum pro parte Illustrif. filiarum fuisset oppositum de gratiæ acceptatione, & vsu, ad euadendum hanc oppositionem Illustr.D.Iulius reuocauerat suum consensum: sed & iterum fuit oppositum eum non posse illum reuocare ratione iuris iam quæsiti primogenitis in ipsorum præiudicium: & ideo deuentum erat ad hanc disputationem, vt statueretur, opusnam esset medio tempore ante consensum, vel dissensum vocatorum status huiusmodi gratiæ. Si enim gratia haberet statum validitatis, tunc posset habere locum consideratio præiudicij primogenitorum: secus vero si haberet statum inualiditatis. & iuxta hunc intellectum fuit ab vtraque parte primo informatum in priori causæ positione, licèt nonnulli ex Dominis aduocatis Illustrif. D.Iulij Cęsaris tunc etiam aliquid dixerint circa defectum intentionis.

Alij vero intelligebant dubium, quasi ageretur nunc absolute de validitate, vel nullitate gratiæ, ex quouis capite, & præcipuè ex capite defectus intentionis, & iuxta hunc intellectum in posterioribus informationib. Do. Iulij fuit latè scriptum reclamantibus Aduocatis Illustr. filiarum ac allegantibus non posse dici de nullitate gratiæ, nec de defectu intentionis, propter decretum irritans, & clausula, sublata, quæ tollit iurisdictionem aliter iudicandi. Et in hoc differt iste intellectus à priori, quia secundum priorem illa clausula, sublata, non ob.D.Iulio alleganti gratiam habere statum implicitum inualiditatis: nõ enim dicit de nullitate gratiæ, sed allegat eius naturam siue conditionem talem esse. Tamen his non obstantibus

stantibus secundum vtrumque intellectum multa fuerunt deducta, licèt nihil fuerit resolutum.

Et primo intelligendo dubium secundum primũ in-
1 tellectum, aliqui ex Dominis censebant, gratiam † habere statum implicitum validitatis: nam si verum est id, qđ tacite præsupponitur, quòd vocati ex pacto possint ei cõsentire vel dissentire, necesse est, vt dicamus, gratiam habere subsistentiam talem, super qua possit præstari consensus vel dissensus.l. fina. si ex nox. caus.agat. Soc. consil.41.col.2. & 3.Castren.in l.si per fundum.nume.9.de seruit.rust.præd.Aym.consi.152. nu.5.alias esset impossibilis conualidatio.l.quod ab initio.de reg.iur. Cassa. decis.3.de pension.nu.5.

2 Nec † obstare, quòd vbi actus est nullus ex defectu cõsensus, possit conualidari, eo superueniente. Aret.in l. si quis mihi bona §.iussum. de acqui.hær.cum alijs allegatis per D.Gabriellium.

Quia hæc procedunt in actibus priuatorum, non autem in his, in quib. debet ex necessitate interuenire Principis auctoritas, vt bene probatur ex d.decis.3.& 4. Cassad.de pension.bene facit Calder. consi.14.nu.3. de rescriptis. Si ergo potuit præstari consensus, ergo gratia valida fuit ab initio, non autem nulla.

Aliqui verò contrarium sentiebant, nempe, gratiam habere statum implicitum nullitatis saltem ad effectũ, de quo agitur, qui est videre, an per reuocationem consensus illustr.D. Iulius præiudicet filijs primogenitis: nã
3 † cùm non possit dici per gratiam ius quæsitum primogenitis in successione contra formam pacti, nisi ius adimatur secundo genitis, nullum verò ius adimitur p gratiam secũdo genitis, ex quo Papa ignorauit pactum, inferebant nullum fuisse ius primogenitis per gratiam acquisitum, hincque sequi Do. Iulium potuisse consensum suum reuocare, cùm nemini huiusmodi reuocatio præiudicet: nullum vero fuisse quæsitum ius primogenitis colligitur ex tex.in cap.ex multiplici. de decim.vbi Papa
4 † non intendit per priuilegium conuentioni derogare. & Host.ibi in fi. ait priuilegium propter eam rationem non tenere ob non factam mẽtionem litis, quod & ibidem no.Anchar.num.4.& Io.de Anan.num.3.confirma
5 tur ex regula, quòd † Princeps nunquàm censetur derogare iuri tertij.Grat.consi.150.numero 28.vol.2.& consil.6.col.9.& 10.

Maximè, vbi præiudicium non est leue. vt per Iaſ.in l. quoties.in 3.not.C.de precibus imperat.offeren. Socin. iun.consil.77.numero 106.libro 1.& consil.1.nume.88. lib.quarto.

Quo stante priuilegium nullum dicitur. Abb.in c.pe. de cler.non resid.num.8. Anchar.nu.3. Card.in 3.q.

Non ob.tex.in l.fi.com.prædio.& in l.per fundum.de seruit.rust.præd.

6 Quia † omnes Doct.conueniunt, quòd respectu iuris realis interim non tenet concessio, quia de alterius præiudicio agitur, qui non consensit, licèt teneat respectu personalis obligationis, quia per eam nullum generatur præiudicium tertio, qui non consensit: & propterea,
7 † quando tertius consensit, iste consensus tertij non trahitur ad primum, sed primus ad secundum, vt declarat Alberic.in d.l.per fundum.sub nume.2.ver.item opin.& ibi Castren.nu.8.

Præterea procedit, vbi nullitas non adest à prin. vt declarat Imo.in c.cùm consuetudinis.nu.5. de consuetudine.& ita intelligit d.l. per fundum.

Hincque inferebant adesse saltem defectum in volũ-
8 tate concedentis: ideoque † gratiam esse inualidam, ad not.per Imol. in l. qui soluendo.la prima, de hære.instit. Ruin.consil.93.lib.3.

Circunscripta etiam potestate, quæ non careret difficultate, cùm † hoc ius prouenies ex pacto, licèt sit ius
9 quærendum, tamen habet causam de præterito, in quo habet locum reg.de non tollen.iur.quæsit.vt per Sarnẽ. ibi.q.4. ius enim ex contractu quæsitum est iurisgentiũ. l.ex hoc iure.de iust. & iur. quod per Principem tolli nõ potest. Aym.consi.249.nu.20. Rimin.iun. consil.18.nu. 121. Couar.var.resolut.lib.3.c.6.

Nec ob.tradita ab eodem Ruin.d.consi.93. & alijs cõsil.alleg. Quia in primis defectus in casibus per eum pro positis non est in causa efficienti, vt hic, sed in intrinsecis. Secũdò, videtur decipi, dum allegat pro sua opi. Butr. & Præpos.in c.per venerabilem.qui fil.sint legit. Prepos. nu.25.post Card. cõcludit legitimationem quantum ad personam valere, quantum verò ad effectum successionis, distinguitur.& si Ruin. ita intelligatur, opin.eius po-
10 test substineri, quia effectus † succedendi est separatus à legitimatione personæ. potest. n. quis esse legitimus, & nihilominus insuccessibilis. Alc.consi.215.num.14. Soc. consi.246.nu.3.lib.2. Tiraq.in l.si vnquàm.in verbo, donatione largitus.nu.317.per doctr.Bar.in l.is potest.nu. 18.de acqui.hær.dicentis ius succedendi esse separatum
11 à filiatione. Ideo † nil mirum si subreptio in vno nõ inficit aliud, iuxta doctr.Butr.in c. constitutus. nu.21.de rescrip.Fely.in c.sedes.nu.2. de rescrip. & fuit decisum coram R.P.D.Aldobrandino in vna Siracusan.illegitimitatis, 19.Octobris, 1573.

Et hoc videtur voluisse Card.in d.§. ex multiplici, cũ
12 dixit, † priuilegium in his quæ non sunt contraria conuentioni, tenere. idem sentit Butr.in d.c. per venerabilẽ. nu.15. Et nisi ita intelligamus Rui. vel saltẽ, quòd loquatur in agnatis, non autem in filijs, eius opin. defendi non
13 potest, respectu filiorum, quia † non tenet legitimatio, non facta de eis mentione, vt per Add.ad Ale.consi.195. lib.2.Butr.in d.c.per venerabilem. nu.25. idem Rui.in §. & quid si tantum.nu.197. Alcia.consi.206.nu.1. Rimin. consi.113.nu.9.cum seq.

Quæ quidem applicari possunt materiæ, de qua agimus, propter diuiduitatem gratiæ respectu personarũ.

Nec supradictis obstant no.in l.si. si ex nox. caus.agat.

Quia illa procedunt, vbi id, quod euenire potest, est
14 expressum. Et ideo gl.exponit, † implicitum, ideſt annexũ, nec simplex potentia euentus est considerabilis, alioquin etiam sistendo seruum quis non liberaretur, cùm seruus habeat in potentia libertatem, sed non habet explicitam potẽtiam, quæ requiritur. Ideo fortasse illud simile procederet, si Princeps disposuisset de hac successione cum clausula accedente consensu secundo genitorum, quia hoc casu non adesset defectus voluntatis in concedente.

Nec ob.si dicatur nõ adesse defectum intentionis Papæ, quia censetur rescripsisse sub conditione, quatenus tertio non præiudicetur, vt volunt nonnulli Doct. vt per Sarnen.de iur.quæs.non tollen.q.1.

15 Quia † etiam admittendo hanc interpretationẽ, gratia erit conditionalis conditione suspensiua, non autem
16 conditione resolutiua. Nec enim † præseruatio operatur, vt tunc tantum videatur gratia concessa, quando nõ præiudicat alteri, vt declarat Card.consi.92.alias 93. inc.
17 nobiles viri.nu.4.Rui.consil.3.nu.7.lib.1. Et nemo † dubitat tacitam conditionem ita suspendere, sicut expressam.gl.in l.ea quę.de pact. Dec.consi.2.& 327.col.3.

Non ob.simile adductum de iure patro. quia id procedit ex rationibus traditis per Paris.consi.144.lib.4.

Non ob.etiam tradita per Fel.in ca.capitulum. nu.5. de rescr. Quia procedunt, vbi versamur in modico præiudicio, vt vult Cassad.d.decis.3.nu.5. & 6.de pensio.

Non

Non ob.quòd ea, quæ competũt per modum peremptoriæ exceptionis,non possint opponi per viam subreptionis.vt per Card.d.consi.93.& in c. ex multiplici.

18 Quia† hoc procedit in rescriptis ad lites, vt ipsemet declarat col.1.Fel.in c.postulasti.num.6.de rescr.& in c. super literis.nu.11.de rescri. Quæ maximè procedunt si amplectendo secundum intellectum velimus deducere nullitatem ex capite subreptionis, vel defectus intentio-

19 nis.Cùm† enim sint applicata bona expresse contenta in pacto pro dote principatus, apparet manifeste de intentionis defectu,& subreptione,ex trad.à Doct.in cap. dudum.de priuileg.Calder.consi.54.nu.3.de rescr. Gemin.in c.gratia.nu.4.eo.ti.Soc.consi.120.nu.5.lib.3.Parisi.consi.1.nu.77.lib.1.Io.Monac.in cap.1.col.fi.de pact. in 6.Io.And.ibidem in fi.Butr.nu.4.Gem.nu.9. Anch.nume.3.Imol.in c.cum olim.nu.5. de re iud.Abb.in ca.pe. nume.8.de cleric.non resid.Felyn.in ca.causam quæ.numero 47. de rescrip. cum alijs infinitis, quæ cumulari possunt.

20 Neque iste† defectus tollitur per superuenientiã consensus partis.Inno.in c.cum olim.de re iud.Imo. ibidem nu.7.Abb.nu.19. Cassad. decis.4.de pens.Immo videretur postea ista forma succedendi ex consensu tantũ,non autem ex Principis cõcessione obseruari,maximè,cũ immutetur per gratiam prior rei status, & conditio, quo

21 † casu consensus eorum qui interesse habẽt, requiritur. l.in concedendo.de aqua plu.arcen. Anch.in c.suggestũ. nu.7.de iurepatro. Alberic. in l.fi.col.2. versi.sed contra. commu.præd.Abb.in c.cum olim.de arbitr.Et hoc adeo verum videtur,vt etiam si Papa confirmaret gratiam,de qua agitur,cum clausula,non obstante pacto, huiusmodi confirmatio non operaretur effectum conualidationis ipsius gratiæ ab initio,ita vt deberet retrotrahi, sed valeret prout ex nunc, non autem prout ex tunc.Abb.in c.3.num.5.in fi.de his quæ fiunt à prælat. sin. consi.capit. Dec.in l.quod ab initio.num.12.& ibi Mayner.nu.14.& 31.de reg.iur.

Huic tamen regulę circa subreptionem,& defectum intentionis dabantur aliquæ limitationes.

22 Prima est, † quando ius tertij nõ est fundatum in aliqua probabili spe de præsenti, vtpote, quia nondum est natus ille, cui gratia potest ꝓiudicare, vt in casu, de quo agitur.Cassad.decis.20.nu.2.& 3.de præb.Achil.decis.fi. de grat. per no.per Bar.in l.fi.C.de pact.& Aret. consil.7. facit bene decis.1. Cassad.de pens.per tex.in l.si ex duob. §.sed & Marcellus.de in diem adiect.

Confirmatur ex simili de legitimatione ante natiuitatem filiorum legitimorum, vt per Tiraq.in l. si vnquàm. in verbo, donatione largitus.nu.255.cum seq.Dec.in d. §.& quid si tantum.Bal.consi.56.lib.2. Iaf.consil.110.libro quarto.

23 Secunda est ratione clausularum,nam † posita etiam nullitate non potest dari propter clausulas in gratia positas,quæ claudunt os omnibus ista vt de subreptione,obreptione, vel defectu intentionis opponere nemo põt, maximè cum gratia sit motu proprio,ex certa scientia, & de plenitudine potestatis concessa.Dec.consi.456.nu.1.& consi.557.nu.13.Et postquàm vult princeps,tollerare de bemus.Dec.consi.665.Aym.consi.137.nu.9.

Nec ob. quòd Princeps nunquàm tollit defectũ consensus, quia in hac gratia duo sunt necessaria, nẽpe mentio iuris tertij, & iste est sublatus per clausulam, quòd de defectu intentionis dici non possit.

Secundò requiritur consensus eorum, quorum inter-

24 est, † & semper intelligitur, ꝙ debeat interuenire.Dec. consi.541.Et hoc tollit nullitatem, cum nullum fiat nõ consentientibus præiudicium.

Non ob.quòd hoc pacto gratia erit conditionalis, vt

25 supra fuit dictum, quia † videndum erit quid operetur hæc conditio, stante doctr.Bal.alias allegata in c.fina. de præsump.Dec.in cap.2. de rescrip. col.3. & in l. nec emptio.de contrahen. empt.l.si iactum. de actio. empti. faciunt no.per Tiraq.de retract.Ligna.§.primo, glos.2.nume.27.& 28.

Non ob.quòd actus sit nullus, ex quo non adest con-

26 sensus, quia † satis est,quod possit præstari,stante quòd censeatur reseruatus,nec iure cautum est,vt debeat statim ab initio interuenire,ad no.per Butr.& Imo. in cap. cum consuetudinis.de consuetu.

Et hæc fuerunt per Dominos excitata, non autem fir mata,tum quia pars filiarum noluit super defectu intentionis informare, tum etiam, quia propter clausulas in gratia cõtentas videbatur non esse procedendum ad resolutionem,maximè, quòd neque etiam pro parte D.Iulij fuit super limitationibus informatum.

LANCELLOTTI.

Carthaginen.iurisdictionis.Lunæ,20.Iunij.1580.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus in arduis,an debeat procedere cum consensu,vel consilio capituli,est quæstio valde dubia.*
2 *Consuetudo declarans certum modum procedendi, dicitur interpretatiua.*
Quæ non requirit aliquam temporis præscriptionem.numero 3.
Immo si sit præter ius, sufficiunt decem anni.nu.4.

DECISIO DCXV.

FVit conclusum, quòd consuetudo quadragenaria probata pro parte capituli iuxta resolutionem facta in hac causa sub die 6. Iunij, 1580. sufficiat in casu, de quo agitur, scilicet, vt Reuerendissimus Do. Episcopus in causis criminalibus arduis etiam correctionis capitularium, debeat procedere cum adiuncto deputando pro parte Reuer.Capituli,iuxta d.consuetudinem.

1 Et moti fuerunt Domini, quia † in hac difficultate, an Episcopus in istis arduis debeat procedere cum consensu, vel consilio capituli,ne dum Doct.nostri confuse, & obscure locuti fuerunt, & inter se ipsos fuerunt sępe contrarij,verum etiam ipsa iura,& glo.diuersimodè sentiunt,sumendo interdum consensum pro consilio, & è contra. Adeo vt quater hæc materia fuit discussa per dubia particularia tam quoad auctoritates, quàm quoad rationes,& nihil firmari potuit.

Quare cum negari non possit, quin materia sit valde

2 dubia,ista † cõsuetudo,de qua agitur, declarans certum modum procedendi,dicitur interpretatiua.vt no.Bar.in repe.l. de quibus. nu.4.in 10. oppos.de legib. Abb.in ca. cum dilectus.nume.septimo, de consuetu.cum simil. &

3 † propterea nõ requiret aliquam temporis præscriptionem,secundum Are.consi.11.col.pe.Dec. consi.156.circa

4 fin. Aym.consil.101,nume.4. Et † si etiam velimus dicere,quòd ista consuetudo sit præter ius, tunc sufficerent 10.anni.glo.in capitu.fina.in verbo,consuetudo. de consuet.in 6.Iaf.in d.l.de quibus.num.quadragesimotertio, Put.decis.duodecima, in causa Burgen. libro tertio. At hic ne dum adsunt 10. anni,sed quadraginta, vt fuit resolutum.

Et denuò Domini nunc steterunt in decisis.

CA-

CAPVTAQVENSIS.

Racanaten.parochialis.Veneris.8.Februarij.1577.

SVMMARIVM.

1 *Spolium, & manutentio sunt inter se repugnantia.*
2 *Possessio ea dicitur attentata, quæ est capta appellatione pendente.*
3 *Sententia super possessorio lata dicitur diffinitiua.*

DECISIO DCXVI.

1 COnclusum neutrum esse manutenendum.Horatius non est manutenẽdus cùm in suis dictis implicet contradictionem, quandoq; † enim dicit se spoliatum,quandoque dicit se manutenendum, quæ simul stare non possunt.l.vbi repugnantia.de reg.iur.

Nec etiam Io. Bap.est manutenẽdus, quia sua possessio,in qua se fundat, est attentata, quia † capta appella-

2 tione pendente.

Nec ob.tex.in cle.appellanti, de appella. quia non habet locum, vbi sententia fertur super attentatis, saltẽ qñ attentata respiciunt possessionem rei, de qua agitur, ꝓut in casu isto,in quo pronunciatum fuit super spolio attẽtato.Nec Rot.decis.1.vt lite pend.in nou.& deci.11.de appella.in nou.id dicunt,ad quod allegantur, immo totum contrarium dicunt,si recte intelligantur.

Et licèt Rot.decis.1.de of.iud.& decis.10.de re iud.in antiq.videantur tenere contrarium, videlicet,quod talis

3 sententia sit interlocutoria, tamen † vbi sententia est super possessorio lata, dicitur diffinitiua,& ita concordantur prædictæ decisiones,cũ d.decis.10. in fi. de re iud.in antiq.de quib. per Fely.in rub.eo.ti.nu.5.& 6.

Vnde stante appellatione in tempore, possessio capta per Io.Bap.est attentata, & per consequens non manutenibilis. Sed ex inueterata obseruantia Rotæ est sequestranda, & postmodum erit videndum citius de bono iure in negotio principali. Et ita dixerunt Domini hoc in casu esse agendum.

BLANCHETTI.

Vrbeuetan.Castrorum.Veneris.4.Martij.1580.

SVMMARIVM.

1 *Spurius est capax cuiuscunque successionis præterquàm paternæ.*
Fallit, nisi id fiat in fraudem legis, quæ colligitur in donatione reciproca,& alijs modis.nu.2.& seq.
2 *Fraus legis in successione spurij præsumitur in donatione reciproca, in qua donans censetur donasse spurijs alterius,vt proprijs donetur.*
Item quando ea quę relinquuntur spurio,succedũt loco portionis bonorum paternorum.nu.3.
Item vbi in concessione bonorum non fuisset expressè cautum,vt transirent ad spurios. nu.4.
4 *Bona in quẽcunq; transeant, cũ onere reali transire debẽt.*
5 *Dispositio facta contemplatione spuriorum, qui nondum sunt in rerũ natura, nõ dicitur facta ex persona parẽtũ.*

DECISIO DCXVII.

PRoposui dubiũ in hac causa, ꝓsuppositoꝙ Iacobus filius Lucæ natus sit ex damnato, & punibili coitu, sine tamẽ veri præiudicio,an sit successibilis in bonis,de quibus agitur.

Bona autem, de quibus agitur, sunt ea, de quib. alias anno 1505.quando Gẽtilis, Bernardus,& Corradus de Ceruaria tale pactum iniuerãt, videlicet,quòd paciscẽtes ipsi, vel eorum descendentes nullo modo de istis bonis, nec inter viuos, nec in vltima voluntate possent disponere, nisi in fauorem masculorum legitimorum,& naturalium, & ipsis cessantibus succedunt filij spurij,& bastardi, exclusis quibuscunque fœminis. Et si quis decesserit ex eis sine descendentib. masculis, succedant superuiuentes, exclusis fœminis & spurijs. & in euentum, in quem masculi vsque ad tertium gradum secundũ ius canonicum computandum,non existerent neque spurij masculi, tũc succedãt fœminæ, & eorum descendentes, vt latissime continetur in ipso pacto. Ex Gentili natus est Lucas, ex Bernardo Paulus Petrus, & ex hoc Io.Paulus,qui postmodum decessit sine filijs.Corrado mortuo sine sobole,mortuo Io. Paulo,Lucas egit vigore pacti ꝓdicti ad ista bona, sed cùm ipse alienasset bona ex causa contrauentionis contra sorores Ioã. Pauli, fuit exclusus, Fundamentum igitur actionis D.Iacobi nati ex Luca & Mecutia,prout præsupponitur,fuit,quia vocatus vigore pacti prædicti, cùm autem sibi opponeretur per Illustr. hæredes Io.Pauli,quòd erat natus ex damnato, & punibili coitu,proposui prædictum dubium.

Et fuit resolutum,quòd ipse Iacobus habet intentio-

1 nem fundatam, quòd † spurius est capax cuiuscunque successionis præterquàm paternæ.glo.in §. fi.in verbo,pacti.Auth.quibus mod.nat.effic.sui.cum alijs allegatis ꝓ Iacobo, & quos refert Ang. de Gambil.consi.4.nume.4. & 5.& tradit clarè Imol. in l. fi is qui bonis. ff.de vulga. & pupil.vbi quoties spurius non capit ex iudicio testatoris, est capax cuiuscunque successionis.

Quam reg.ẽt fatentur informãtes ꝓ Illustr. D. hære-

2 dibus,sed dicunt non habere locum, qñ id † fiat in fraudem legis, & satis censeri factum in fraudem legis dicit, cùm donatio sit reciproca, & vnusquisque paciscentium censentur donasse spurijs alterius, vt proprijs donetur. gl. in l.quod conditionis.in verbo, poterit.ff.de don. cau. mor.Nat.consi.402.num.50.& 51.cum alijs copiosè, & doctè allegatis pro Illustr.hæredibus.

Hanc tamen limitationem dixerunt Domini non applicari proposito casui, quia paciscentium intentio fuit prouidere familiæ,non autem spurijs, & conseruare bona in agnatione, & præsumendum est, quòd paciscentes hoc fecerunt potius ex ista causa permissa, quàm ex alia prohibita, ex illa vulgata reg.quòd præsumptio validitatis actus superat omnes alias præsumptiones.

Secundò respondebant,quòd opi.glo. procedit,quan do ea,quæ relinquuntur spurio, succedunt loco portio-

3 nis bonorum paternorum, tunc † enim præsumitur relictum factum in fraudem, vt bene declarat in d.l. quod conditionis.Pau.de Cast.nu.2. Cum. nume.1. & Imo.in ver.in ea.gl.Et idem in l.si is qui bonis.nume.2.ff.de vulga.& pupilla.

Tertiò,dicebant allegata procedere,vbi in concessione bonorum non fuisset expresse cautum, vt transirent

4 ad † spurios, tunc enim cum hoc onus sit reale, in quẽcunque transeant, cum hoc onere transire debent, vt post Bal.trad.Guliel.de Benedic.in capitu.Raynutius, in verbo,& vxorem nomine Adelitam.numero 129.& seq. de testamen.

Quartò, dicebant non posse dici, spurios fuisse contẽ-

5 platos ex persona parentum,quia † tunc temporis spurij non erant in rerum natura, & euentualiter illis relinquitur, quo casu dispositio tenet. Aym.consil.184. post

plures

plures alios quos ipse refert. Nec refragatur nullitas statuti inuitantis spurios ad successionem, quia procedit quoad successionem paternam, non autem quoad successionem aliorum, vt per Due. in reg. 366. in prima ampliat. ex quibus Domini dixerunt Iacobum potuisse in istis bonis succedere.

LANCELLOTTI.

Iacen. beneficij de Anso. Mercur. 16. Ianuar. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Distributiones quotidianæ perceptæ veniunt in condemnatione fructuum.*
2 *Mandatum speciale requiritur in petitione perceptarum distributionum.*

DECISIO DCXVIII.

DOmini concluserunt, q; si distributiones† quotidianæ fuerunt perceptæ per Dominum N. veniunt in condemnatione fructuum, ex his, quæ tradit Put. in decis. 3. de fruct. & propterea est dandum instrumentum subdelegationis pro facienda illarum liquidatione. Si verò dictæ distributiones non fuerũt perceptæ, tunc illæ non debentur, quia non veniunt appellatione fructuum, & tanquàm distributiones non possunt peti, quia non adest legitima protestatio, nam† illa quæ fuit facta in partibus, est inualida ob defectum mandati specialis, quòd requiritur ex allegatis per informates, & per Alex. in §. morte. nu. 186. illa verò quæ fuit facta iniuria, minus est bona, quia non fuit facta principali, sed procuratori.

BRAVI.

Bononien. de Maluetijs. Die vltima Februarij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Dos in subsidium detrahenda est etiam ex bonis fideicommisso subiectis.*
2 *Exceptio fideicommissi, vbi probatio est in promptu, non requirit altiorem indaginem.*
3 *Alienatio in materia fideicommissi non dicitur per constitutionem vsusfructus.*

DECISIO DCXIX.

IN causa Bononien. bonorum de Maluetijs dato dubio, an D. Diamantes habeat fundatam intentionẽ, Domini fuerunt concordes pro affirmatiua respectu bonorum mobilium, quæ fuerunt legata D. Diamanti per bo.me. D. Florianum de Maluetijs, & similiter, quę per ipsum ab extraneis, & quæ non à fratribus obuenerunt. Fuerunt Domini moti, quia in supradictis bonis cessat exceptio opposita de fideicommisso, per Dominos de Maluetijs prætenso in ipsis bonis, & ideo in eis tanquàm in bonis liberis habet fundatam intentionem tum ratione testamenti, tum etiam ratione dotis, & hypothecæ. Et si Domini de Maluetijs alio iure prætendũt sibi deberi, omnimodo† esset consulendum alia via Dominæ Diamanti etiam in bonis restitutioni subiectis, prout eo casu procedit l. mulier. §. cùm proponeretur. ad Treb. & auth. res quæ. C. com. de lega. & Curt. nume. 11. testatur contra. & Iaſ. num. 29. post Bar. cum alijs de quibus ibi per Ant. Meues. nu. 47. In alijs verò bonis fuit firmatum, vt videretur, an obstet exceptio fideicommissi, & an talis sit liquida, in quo etiam de idẽtitate bonorum, esto, quòd sine dispendio veritatis constet de fideicommisso, erit agendum. Quamuis enim diceretur pro parte D. Diamantis, quòd hæc oppositio cùm requirat altiorem indaginem, nõ concernit præsens iudicium summarium. l. vltima. C. de edi. diui Adria. tollen. Nam † fuit responsum non requirere altiorem indaginem, cùm Domini de Maluetijs prætendant ex testibus examinatis per ipsos ac ex tot productis instrumentis fundasse suam intentionem respectu fideicommissi per ipsos à q. Carolo seniore, licet enim in hoc versetur iudicis existimatio, an exceptio requirat altiorem indaginẽ, vt per Menoch. de arbitr. libro 2. cent. prima, cas. 20. tamen, vbi probatio est in promptu ex testibus examinatis, vel ex instrumentis exhibitis, cessant, vt per Soc. consil. 59. nume. secundo, libro tertio, quod & alias Rota secuta in hisce terminis in causa Amerin. domus proponente R.P.D. Cantutio.

Difficultates quæ excitantur per Aduocatos D. Diamantis ad exclusionem fideicommissi de facultate alienãdi tributa à primo fundatore inter ipsos descẽdẽtes, & quòd Domini de Maluetijs sint D. Floriani. ad trad. in l. cum à matre. de rei vend. indigent maiori discussione.

Nec placuit illud fundamentum, quòd per † constitutionem vsusfructus non dicatur alienatio in materia fideicommissi, obstante l. vltima, C. de rebus alien. & fuit dictum in illa Roman. vinearum coram Decano, & ita videtur illum tex. Pinel. suscipere, licèt eius dispositionem dutam appellet in l.i. in 3. parte, numerò 19. C. de bon. mater.

VICECOMITIS.

Roman. hæreditatis de Picchis. Mercurij. 15. Iunij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Testes, vt probent aliquem actum siue dispositionem, debent ad illam specialiter vocari & rogari.*
2 *Scriptura testamenti facta per testatorem debet per notarium coram testibus legi & publicari.*
3 *Medico tanquàm in arte perito est standum.*
4 *Testamentum ex defectu non sanæ mentis tanquàm imperfecta voluntas corruit.*
5 *Testamentum imperfectum non dicitur testamentum, sed ad eundem præparatio.*

DECISIO DCXX.

IN dubium reuocabatur, an ex depositionibus testiũ, & alijs in actis productis induceretur aliqua legitima dispositio q. Achillis, quæ haberet vim legitimi testamenti, & fuit responsum per Dominos non induci. Nam licet testes deponant de his, quæ sunt disposita per testatorem, tamen † cùm de tali voluntate nullibi per instrumentum testamenti appareat, debuerant ad illum actũ specialiter vocari, & rogari, vt docet Bar. in l. diuus. in fi. C. de milit. testamen. Castren. in l. hæredes palam. §. in testamento. nume. 1. & seq. ff. de testam. & in l. hac consultissima, vbi & Iaſ. col. prima, C. eodem. Alex. consi. 57. nu. 4. vol. 2. Iul. clar. lib. 3. sentent. q. 58. versi. scias tamen, quod nullibi constat. Immo de non rogitu omnes testes fatentur, cùm deponant non audiuisse, quòd Achilles testator rogauerit notarium, aut testes, vt interessent testamento.

stamento. Præterea cùm testator elegerit solemnitatem scripturæ faciendo eius voluntatem in scriptis, per notarium debuit† talis scriptura coram testibus legi, & publicari, vt tradit Castren. in l. si is qui. numero tertio, ff. de testamen. Ruin. consil. primo, num. septimo, cum pluribus seq. volum. tertio, quæ solemnitas minime seruata fuit: immo testes deponunt se nescire quid in ea scriptura cõtineretur. Imperfecta quoque talis dispositio animaduertitur, cum non potuerit perfici, & absolui ob non sanam mentem, quæ in ipso actu testandi superuenerat, vt asserit Aromatarius, & Franciscus del Pino testes, & attestatur† Medicus, cui tanquàm perito est standum iuxta doct. Barto. in l. secunda, numero tertio, ff. de testamen. Nec notarius prudens, & sibi ipsi consulens talem non sanam mentem animaduertens, testamentum rogare non est ausus. Ideo ex defectu imperfectæ voluntatis corruit, vt† in fortioribus terminis tradit Boer. decisio. 240. numero quinto, Iul. Clar. libro tertio sentent. quæst. septima, versic. aliquando. Et cum non fuerit perfectum, & absolutum, quicquid actum est, tanquàm testamentum considerari non potest, sed† solum tanquàm præparatio ad futurum testamentum. Oldrad. consilio 119. per tot. Dec. consil. 159. colum. secunda, Couar. in cap. relatum. numero nono, de testamen.

Et ex ista consideratione Dominorum tollitur omne fundamentum exemplo adductum, quòd scilicet ad interrogationem notarij, quos vellet instituere, respondeat Meneto & Leuo. & præter supradicta respondetur quoque, quod talis interrogatio notarij fuit facta non ad effectum tunc conficiendi testamentum, sed vt explo raret notarius, an scriptura dictata per Hieronimum de Picchis esset iuxta mentem suam, vel ne. Ideo nihil operatur talis responsio. Castren. consi. 137. in fi. volum. 2. & Dec. consi. 477. nu. 14.

COTTÆ.

Roman. de Incoronatis. Veneris, 8. Februarij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Donator in dubio censetur solum donare ius quod habet in re, etiam si illud morte esset finiturum.*
Fallit tamen, nisi ex coniecturis appareat, quòd voluerit disponere de re donata etiam post obitum, quæ multæ colliguntur.
2 *Donatio facta non solum de bonis fideicommisso subiectis, sed etiam de propriis, facit vt videatur verisimilis.*
3 *Declaratio voluntatis potest fieri in codicillis.*

DECISIO DCXXI.

DOmini resoluerunt ex coniecturis, & circunstantijs adductis hic per informantes constare, Bernardinum donantem voluisse præiudicare fideicommissarijs, & iuri ipsorum ad effectum, de quo agitur, quia ex dictis coniecturis apparet, ipsum voluisse disponere de bonis donatis etiam post obitum suum: licet† enim donator in dubio cẽseatur solum donare ius, quod habet in re, etiam si illud morte finiturum esset, iuxta no. in l. vxor patrui. C. de lega. tamen hoc fallit, si ex coniecturis colligitur, quòd voluerit disponere de re donata etiam post obitum. Alexan. consil. 9. numero 26. ver. vel ad omnia. vol. 2. Iaſ. in d.l. vxor sub nume. primo, ver. limita, nisi ex coniecturis. Coniecturæ autem fuere.

Prima, quia iungendo testamentum cum donatione apparet, Bernardinum voluisse, quòd si filij Marcelli, vel Marci Antonij ipso viuo decederent, portio deficientis, quæ ad coniunctum ex fideicommisso deferebatur, veniat ad descendentes in perpetuum, & sic omni tempore, & omni casu.

Secunda, quia Bernardinus voluit, quòd non reuocaretur eius donatio propter superuenientiam filiorum in domibus, in quibus per Paulum seniorem fuerat relicta habitatio filiæ suæ, & vxori, & in euentum in quem dictæ mulieres vellent dictas domos inhabitare, liceret donatarijs inhabitare in alijs domib. in donatione designatis. Et licèt dictæ domus essent communes, de quo tamen controuertitur, nihilominus saltem respectu partis Pauli senioris, erant subiectæ fideicommisso, & tamen absolutè, & simpliciter donatas fuisse, vltra quòd sequẽs ẽt vsus ex inhabitatione mulierum declarauerit.

Tertia, quia in transactione inita cum Illustr. D. Iuliano Cęsarino super censu, de quo in quarto præsupposito, quem hæredes ipsi prętẽdunt Pauli senioris propriũ fuisse, fuit adhibitus etiam Paulus iunior, & fuit illi facta promissio de censu ei quoque soluendo, cùm tamen nullum ius prætẽdere posset, nec ratione fideicommissi, quia non fuerat vocatus, nec etiam rõne iuris competẽtis Bernardino eo viuente, quia Bernardinus reseruauerat sibi vsumfructum, & ideo necesse sit, quòd interuenerit ratione iuris sibi competituri post mortem Bernardini ex d. decisione.

Quarta, quia d. Paulus iunior interfuit etiam impositioni alterius census, quem Bernardinus imposuit super bonis communibus pro soluendis paraphernis, & iuribus dotalibus Iuliæ filiæ Pauli senioris, & se cum interuentu D. Bernardini tanquàm tutoris, & curatoris obligauit de d. cẽsu soluendo, cum tamen D. Paulus iunior, qui in fideicommisso non erat vocatus, non deberet onerari tali impositione ac solutione census pro soluendo debito à Paulo iuniore proficiscente.

Quinta, quia Bernardinus non solũ donauit bona subiecta fideicommisso, sed ẽt sua propria satis magni valoris, † quod facit, vt dispositio non videatur dura, sed verisimilis ad l. cum pater. §. cum pater. de leg. 2.

Postremò Dñi multum mouebãtur† ex declaratione facta per Bernardinũ in codicillis, q̃ fieri potuit, vt per Are. consi. 84. nu. 5. & Sarnen. q. 13. de non tollẽ. iur. q̃sit. Nam ex illa apparet de enixa eius voluntate, q̃ voluerit Marcellum, & Paulum iuniorem succedere æqualiter etiam in bonis fideicommisso subiectis, vt patet ex illis verbis, pro effectu, vt d. D. Marcellus suus nepos, & Paulus Pronepos succedant æqualiter in bonis q. Pauli fratris ipsius Bernardini. Et hæc declaratio, siue eam sumamus per modum interpretationis, siue (vt vnus ex Dñis sumebat) per modum desumendi apertam coniecturam contrariæ mẽtis, faciebat, vt licet Domini haberent aliquas ex supra dictis coniecturis pro indifferentibus, & solum probabiliter concludentibus per ea quæ pro parte hæredum deducebantur, tamen existimarent illis ex d. declaratione viam aperiri, vt actus, ex quibus sumuntur, censeantur facti in consequentiam d. voluntatis Bernardini.

RVBEI DECANI.

Roman. pecuniaria. Lunæ, 28. Nouembris. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Simulatio nominis vitiat contractum, & quamlibet dispositionem.*
2 *Declaratio dicitur verè recognitio bonæfidei.*

3 *Pater non potest obligare bona aduentitia filij, nec minus castrensia, vel quasi.*
4 *Bona profectitia quare imputantur in legitimam filij, non autem aduentitia, nec castrensia, vel quasi.*
5 *Differentia inter dantem, & recipientem debet esse.*

DECISIO DCXXII.

IN causa Roman. pecuniaria dubitaui, stante instrumento societatis scutorum 400. facto per Bernardinum Pascen. ac cessione, & declaratione ad eam, nec non apoca Ludouici Aquilani, & alijs hinc inde deductis, & deducendis, quorum omnium in necessarijs copia detur: An adsit aliqua obligatio in forma cameræ contra Do. Gasparem, quæ possit exequi pro hæredibus D. Bernardini, veluti cessionarijs D. Ludouici in casu, de quo agitur.

Et die Lunæ, 28. Nouembris, 1580. Fuit resolutum constare de obligatione camerali, quæ potest exequi cõtra Gasparem.

Non obst. defectus consensus Flaminij officialis, neq; defectus consensus Aquilani, neque defectus mandati.
1 Nam † quoad Aquilanum nomen ipsius fuit simulate oppositum, & re vera pecuniæ erant Bernardini, quia plus attenditur, quod agitur, quàm quod simulatè concipitur. l. cum propria. vbi Bal. l. multum interest. C. si quis alter. vel sibi. Bal. in allegata l. precibus. in fi. C. de proba. Alexan. & Dec. in locis allegatis.

Quod autem nomen Aquilani fuerit simulatè appositum, constat ex ipsa declaratione Aquilani, quæ † vere
2 dicitur recognitio bonæ fidei, non autem donatio, vel cessio. Bal. in d. l. multum interest. nu. 2. Defectus autem
3 consensus Flaminij non ob. quia quod † dicitur, patrem non posse præiudicare, & obligare bona filij, procedit in aduentitijs. ita loquitur Bal. in l. prima, C. de bon. mater. Hæc autem officia sunt profectitia, quoniã sunt empta
4 pecunia patris. & hęc † est ratio, quare imputantur in legitimam. l. omnino. §. imputari. vbi Paul. de Castr. C. de inoffi. testamen. Rolan. cons. 112. nu. 10. & seq. li. 2. Roncheg. in l. in quartam. nu. 436. ff. ad l. Falcid. cùm aduentitia seu castrensia, vel quasi non imputantur. Rip. in l. in quartam. nu. 167. cum pluribus seq. ad l. Falcid. indubitatum est autem patrem posse præiudicare in profectitijs, quia in his filius nihil habet. §. primo, Institut. per quas perso. nob. acquir. & quicquid acquirit filius, acquirit patri.

Non obst. etiã defectus mandati stante iuramento. Ias. in l. secunda, nume. vigesimosecundo, si certum pet. quia probatur numeratio, ex quo constat, quòd pecunias soluit appaltatoribus, & consequenter cessat difficultas Tiraq. de retract. conuent. §. quarto, glos. sexta, numero decimotertio.

Vnum fuit reseruatum, an Bernardinus potuerit ipse
5 secum contrahere societatem, cùm † inter dãtem, & recipientem debeat esse differentia. c. fi. de institu. & magis ad propositum l. pupillus. §. item ipse tutor. de admini. tuto. vbi Barto. & Cum. Barto. in l. secunda, num. primo, in fi. & nume. quinto, de stipul. seru. licet in d. l. 2. num. 6. eum reprobet. sed cum Barto. videtur transire Rui. consil. 139. nu. 10. lib. 3.

Pacen. executionis testamenti. Vener. 27. Maij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Fructus liquidari possunt etiam ex libris computorum.*
2 *Depositum in liquidis non releuat debitorem à solutione.*

DECISIO DCXXIII.

FVit resolutum non esse dandam absolutoriam capitulo: non enim constat ex aliquo capite de nullitate censurarum.

Minus facit, quòd fructus non sint liquidi, quia hoc
1 est culpa capituli, quia † ex suis libris potuit liquidare. argu. l. certum. ff. si cer. peta.

Et si capitulum bona fide processisset, facillime eos potuisset liquidare.

De paritione non constat, cùm pluribus, quibus satisfaciendum erat, non doceatur solutum, nec iuxta formam condemnationis doceatur de implemento omnium, ad quæ capitulum tenetur.

2 Depositum non releuat in liquidis, cùm † deponere non sit soluere. l. item libertas. §. primo, ff. quibus modis pign. vel hypothe. soluat. vt bene Barto. in l. solutum. ff. de solut. Dec. consilio trigesimoquarto, Tiraq. de retrac. Lignag. §. 1. glos. 3. numero tertio, & placuit decis. Peregrin. 230. lib. 3.

BRAVI.

Viterbien. bonorum. Vener. 30. Octobris. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio est stricti iuris, nec in ea veniunt, nisi expressa.*
2 *Renunciatio est à sua causa regulanda, siue sit dispositio legalis, siue testamentum.*
3 *Lęsio enormissima rescindit renunciationem ratione doli, ex defectu consensus.*
4 *Decretum ex falsa causa factum, est nullum.*
5 *Mater potest de proprijs bonis facere diuisionem inter fratres.*
6 *Exclusa ab hæreditate patris per renunciationem, non prohibetur succedere ei, cui aliàs hæreditas deuenit, vel ei, cuius fauore fuit facta renunciatio.*

DECISIO DCXXIIII.

PRoposui dubium in causa Viterbien. bonorum, an Dom. Baptistæ obstet renunciatio.

Et fuit resolutum negatiuè, quòd † cùm sit
1 stricti iuris, in ea non veniant, nisi expressa, vt per Calder. consilio primo, de præben. Dec. consil. quadragentesimosecundo, Curt. iun. consilio decimosexto, numero vndecimo. Lauren. Siluan. consil. quadragesimonono, numero trigesimoquarto, & facit l. tres fratres. ff. de pact. capitu. quia circa. de priuil.

Vnde cùm renunciatio possit referri, vt Do. Baptista ex ea censeatur exclusa, vt nihil, nec præter statutum, neque contra testamentum patris, nec ex eo eandem summam, de qua primo fuerat dotata, petere posset, sed donationis titulo 120. scutorum penes Antonium sint, non est cur ad alia, quæ non erant delata, nec eo tempo-
2 re debita, sit facienda relatio, præsertim † cum renunciatio sit à causa regulanda, siue sit dispositio legalis. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patrona. siue testamentum. l. cancellauerat. ff. de his, quæ in testamen. delen. siue inter viuos. l. habebat. ff. de institoria. l. omnium. ff. de suspect. tuto. Aym. consil. ducentesimoquadragesimosecundo, nume. 6. Cassan. consil. 69. numero 9. Paris. consil. 10. nu. 72. ver. quarto etiam si renunciatio sit generalis.

neralis. l. iubemus. vbi Bal. C. ad Velle. Calcan. consi. 174. Vnde cùm causa huius renunciationis præcipue sit respectu dotis, & hæreditatis paternæ fauore fratris, non est cur ad causam superuenientem aliunde renũciationem dilatemus, scilicet ad ius reintegrationis dotis ex stat. Vi
3 terbien. maximè † cùm alias non enormis, sed enormissima læsio resultaret, quę renunciationem rescindit ratione doli ex defectu consensus. arg. l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in fraud. cred. etiam obtenta absolutione iuramenti. Cassad. decis. 1. de emp. & vend. Aym. consil. 17. & 192. vsque ad nu. 5. cum alijs per Couar. in ca. quamuis. in tertia par. §. 4. numero 5. versicu. tertia conclusio. de pact. in sexto.

Destruitur etiam renunciatio, vt non obstet ex falsa causa, cũ Antonius non debitis implicitus, nec ære alieno grauatus, vt ex eo colligitur, sed potius diues, de eodẽ
4 tempore esset, vt testes dicunt. Nec † de decreto stãte falsa causæ assertione potest dubitari, cùm sit nullum. arg. l. cum ij. §. si prætor. vbi post Fulgos. tradit Ias. 2. not. de transact. l. magis puto. §. ne passim. §. in primis. ff. de reb. eorum. Nat. consil. 102. numero 7. & 8. l. bonorum. vbi Alexan. num. 6. C. qui admit. & fuit late tentum de anno præterito, de mense Februarij coram R. P. D. meo Aldobrandino in causa Tiburtin. Castr. Sambuc. Sed omnem prorsus, si qua erat, subst ulit difficultatem, quòd D. Battista non capit ista bona vt hæres fratris, sed ex diuisione
5 facta per matrem, cui † licuit facere, vt de proprio patrimonio. arg. l. si plures. §. si filio. ff. de vulga. & pupilla. per glos. in l. prima, §. veteres. vbi omnes. ff. de acquiren. pos-
6 sessio. Exclusa † enim ab hæreditate patris per renuncia tionem non prohibetur succedere ei, cui alias hæreditas deuenit. vt per Paul. & Aret. in l. Paulus. §. primo, ff. de acquiren. hæredita. Dec. in l. hæreditas. nume. 3. ff. de regu. iur. cum alijs per Couar. in cap. quamuis. in 3. parte, §. 3. num. secundo, de pact. in 6. Sicut etiam posset capere D. Baptista ab ipso Antonio, cuius fauore facta fuit renũciatio, vt per Bal. in l. pactum dotali. q. 6. C. de colla. Affli. in c. si quis inuestierit. numero 24. de feud. dat. in vic. legis com. & per Couar. in c. quamuis. in prin. 3. parte, nume. 8. Ita etiam licuit capere ab hærede, scilicet ab Angela matre ipsius Antonij: eo magis ista placuerunt cum tendant ad æqualitatem seruandam. arg. l. inter filios. C. famil. erciscun.

Ex quibus tolluntur, quæ de clausulis dicuntur pro parte Do. Hieronimæ, & bene respondit Dec. consilio trecentesimodecimoseptimo, Menoch. citatus non applicatur, cùm loquatur, vbi dos constituitur de nouo, & fauore agnationis fit renunciatio, & ex alijs supra patet responsio, & ita fuit tentum per omnes Dominos.

LANCELLOTTI.

Amerin. bonorum. Veneris, 20. Februarij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Societas vt inducatur, duo requiruntur, ex communi.*
2 *Communicatio bonorum non præsumitur inter patruum, & nepotem.*

DECISIO DCXXV.

FVit conclusum non constare de enormissima lęsione Clementinæ, quia non probatur societas omnium bonorum inter Sartorium, & patrem, ac auum ipsius Clementinæ, ad quam societatem indu-
1 cendam inter alia Doct. requirunt † communicationem lucrorum, & hincinde non redditam rationem, vt per Barto. in l. Titium. §. altero. numero tertio, de administra. tuto. & in tract. de duobus fratribus. numero decimo, cuius opinio est communiter recepta, vt per Alexã. consil. septuagesimosexto, num. 10. vol. 4. cum alijs adductis hic per informantes, quæ duo requisita non probantur hic adesse.

Non obstant confessiones d. Sartorij, quia Domini non habent illas proclaris, immo videntur restricta ad bona Petri Pauli, ponderando verba illa, dictorum bonorum, & præsertim, quia nihil dicitur de dictorum lucrorum communicatione, & de non reddita ratione.
2 Accedit, † quia potius constat de non tali communicatione propter instrumenta acquisitionum factarum per ipsum Sartorium nomine ipsius proprio, vt de patruo, & nepote no. Bal. in l. si vt proponis. nu. 6. C. de resc. vend. cum alijs de quibus per informantes.

ROBVSTERII.

Romanen. grani de Iustinis. Mercurij. 4. Nouembris. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Sententia si sit conditionalis, & capitula sint connexa, non potest mandari ad executionem.*
2 *Appellatio deuoluit regulariter, sed non suspendit causam.*
3 *Confessio facta in maiori summa non sustinetur in minori.*
4 *Confessio certæ summæ continet quoddam integrale, continens certam speciem, quæ vitiata in aliquo tota corruit.*
5 *Pensionis constitutio si est nulla in vno obolo, tota corruit.*
6 *Creditor non potest partem petere, nec debitor partem debiti offerre.*
7 *Exceptio compensationis non inualidat confessionem, nec illi contradicit: immo præsupponit, & fatetur debitum. Eò magis inter mercatores. nu. 8.*
9 *Declaratio extraiudicialis sufficit ad inducendam compensationem.*
10 *Exceptio, quæ est in ventre instrumenti, non est opponenda.*

DECISIO DCXXVI.

IN ista disputatione fuit præsuppositum, sine veri prę iudicio, quòd sententia sit iusta. Et quoad primum caput, an vigore sententiæ possit procedi ad execu-
1 tionem, Domini fuerunt concordes, quòd non, quia † est conditionalis, & capitula sunt connexa, & non possunt diuidi, vt per informantes. Felyn. in capitu. si duobus. colum. prima, circa princ. de appella. & Rot. decisio. 365. in nou. l. in hoc iudicio. ff. famil. erciscun. & ibi Bal. Barto. in l. secunda, C. de re iudica. late Felyn. in capitu. cum inter. colum. tertia, ad finem, versic. fallit primo. de re iud. vbi declarat, qñ dicatur vnum capitulũ, vel plura.

Quò verò ad secũdũ caput, an vigore confessionis debiti possit ad executionẽ procedi. Fuerũt exhibitæ plures difficultates, an appellatio impedierit illius executionẽ propter implicitam liquidationẽ, quã dr fuisse necessa-
2 riam. Sed in hoc aliqui dicebant, quod † appellatio deuoluit regulariter, sed non suspendit, vt per Modern. de oblig. camer. in varijs locis. Fuit etiam dubitatum per

aliquos, an confessio facta in maiori summa substineatur in minori, vel potius sit indiuidua, & corruat in totum. Quia Moder.alleg.de form.camer.loquuntur in censuris, quæ regulariter sunt indiuiduæ, nihilominus
3 replicabant aliqui, † quòd confessio non substinetur in aliquo.Put.lib. primo, decis.. Et confessio certæ summæ continet quoddam † integrale cõtinens certam speciem,quæ vitiata in aliquo tota corruit. vt per Docto.in
5 l.prima,§.si stipulatus. de verb. obliga.Ideo † constitutio pensionis 200.ducat. si est nulla in vno obolo, tota corruit, vt in Cęsarauguſtan.coram Grato del 1564. vel 65.
6 Nec creditor † potest partem petere, nec debitor partem debiti offerre. Ias. post alios in l. quidam existimauerunt.si cer.peta. numero secundo, & col.tertia, in glo.magna, & num.octauo.Fuit etiam dictum, quòd regulariter, quando quis confitetur se debitorem in aliqua summa, si exemplo opponatur exceptio compensa-
7 tionis, ista † exceptio non inualidat confessionem, nec illi contradicit, ex Paul.de Castr. & alijs allegatis.Paul. de Castr.in l.eius.C.de cõpens.Bar.in l. si cum. ff.rẽ ra.hab. Bal.in l.si constat.C.de compensat. Immo præsupponit, & fatetur debitum. Bal.Aret. Salyce.per Dec.in l. non videtur rem amittere.numero quarto, de regu.iur.Prob. in capitu.nemo,numero 9.de electio.libro 6.Præsertim
8 inter † Mercatores,qui constituunt creditorem, & debitorem.Imol.in l.prima,colum.fina.de solu.& procedunt per viam compensationis, & non solutionis, seu extinctionis debiti.Alexan.cons.octuagesimoquinto, colum. prima,in tertio.Rimin.consi.trigesimoquinto, numero decimoquarto, lib.2. An verò in casu isto ista compensatio induxerit extinctionem debiti ante cõfessionem, vel non. Dixerunt Domini esse aduertendum ad pactũ, de quo in instrumento, an sit facultatiuũ, vel precisum, & ad cõfessionem,de qua in extract.coram A.C. fol.19. an ex illis appareat de aliqua compensatione opposita,
9 quia † secundum aliquos sufficit extraiudicialis declaratio ad inducendam compensationem. vt tenet Barto. in l.verum. C. de compensat.& licet Salyce. ibi numero tertio, dubitet de doctrina Barto. tamen aliqui ex Dominis comprobabant doctrinam Barto. ex Tindar. de compensat.articu.sexto, quæstio.sexagesimasexta,vbi dicit, quod cum Barto. fuit iudicatum. & ex Ias. allegato in §.in bonæfidei.Institut.de actio.Item etiam ex cau.de extort.instrum. quæstio. vigesimasexta, numero vigesi-
10 mooctauo, & etiam ex eo, quod quando exceptio † est in ventre instrumenti, non est opponenda.Tindar.d.articu.6.q.57.& 67.

Aliqui etiam ex Dominis considerabant esse animad uertendum, an debita excomputata sint exacta in extinctionem debiti, quia tunc intraret dictum Neguſan. in tracta.de pignor.primo membro,quinta parte,numero trigesimoseptimo.

Alioquin intraret,quod dicitur de oppositione compensationis,quòd ante oppositionem compensatio non impedit executionem,& exactionem debiti. quæ distinctio in idem incidit cum supradictis, & sic Domini videbantur concordes,, quòd nisi appareat de sufficienti oppositione ex computationis ante confessionem debiti, d. confessio erit valida, & illius vigore possit procedi ad executionem, non obstante, quòd sententia illam suspendit, quia dicebant,quod immo non, sed mandat excomputari, & sic non suspendit, nisi executionem, seu exactionem in partem excomputandam.

Poterit igitur dubitari, an constet de sufficienti oppositione compensationis ante confessionem debiti, vt dicta confessio fuerit falsa, vel erronea saltem in parte.

ROBVSTERII.

In eadem Roman. grani de Iustinis. Lunæ 22. Martij. 1574.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio non extinguit debitum, quæ nisi sit allegata, vt detur opposita.*
2 *Oppositio generalis exceptionum admittitur parte non reclamante.*
3 *Exceptio compensationis requirit altiorem indaginem.*

DECISIO DCXXVII.

DOmini stricte ad punctum respondendo circũscripserũt plura adducta per Dominos de Maffeis, & Iustinis, & præsertim, quod dicitur de commissione appellationis, & clausula, quam & quas. Item quod dicitur de re iudicata, quia extra punctum.

Et inclinabant, quòd Oricellarij possint vigore confessionis procedere pro huiusmodi residuo ad executionem, quia confessio habet executionem, præsertim facta mediante obligatione camerali, vt hic per informantes. Et † quia compensatio non extinguit debitum,
1 nisi sit allegata, videtur opposita. glos. Ias. & alij allegati, & quidem clare, & aperte Alexan.consil.44. num.sexto, lib.tertio.

2 Et † licèt quandoque Doct.admittãt generalem oppositionem exceptionum, parte non reclamante, Alexan. consi.29.numero 3.libro 7. tamen hic non sumus in eo qui generaliter opposuerit omnes exceptiones,sed in eo qui obscure & dubie in hoc locutus est. Nam libellus,cõmissio,& protestatio nullam in specie,nec in genere cõtinent oppositionem compensationis, nisi quòd reddat rationes, & computa, quod explicite nihil continet de hac re:immo cùm isti fideiussores prius prouocauerint ad iudicium, non erat credibile, quod opponerent contra id quod nõdum comprobatur fuisse petitum.Et tanto magis, cùm ista † exceptio requireret altiorem indaginem,& non esset admittenda, vt per Negusant. allegatum.Ad instrumenti verò clausulas respondebant, quòd sunt facultatiuę, non autem precisę,& necessitatiuæ. Ita tenebant plures ex Dominis, strictè ad punctum respondendo.
3

ROBVSTERII.

Tiburtina bonorum. Venetis,18.Nouembris. 1572.

SVMMARIVM.

1 *Onus probandi quanta sit legitima cui incumbat, quando agitur ad rescissionem alienationis,duæ sunt opin.& nume.3.distingue.nu.5.*
2 *Fratres suos nemo præsumitur velle fraudare.*
3 *Actor quando plene probauit suam intentionem,reus debet plenè probare suam exceptionem.*
Fallit in incidenti, in quo sufficit præsumptio.nu.6.
4 *Exceptio, quod quis vendidit prædium pro legitima, & Trebellianica,est dubia,& incerta.*
7 *Præsumptiones quando censeantur adductæ ad iustificandum,& coadiuuandum dispositionem iuris communis.*
8 *Reus,& possessor si opponat de consumptione expectatiuę actoris,ei creditur.*

DECI.

DECISIO DCXXVIII.

DVæ fuerunt opiniones,& in eis Domini fuerunt diuisi. Altera fuit,quòd Do. Andreæ incumbit
1 onus † probandi, quanta sit legitima, & Trebellianica, & casale alienatum ex cedere d.legitimam,& Trebellianicam,quia alienatio fuit valida, vt per glos.alleg.& præsumitur pro illius validitate, & infra debitam summam, & qui vult dicere secus, debet probare contrarium,nec † præsumitur,quòd voluerit fraudare suos
2 fratres, vt per Alexan.Beltrand.& Pic.allegatos.Itẽ glos. in l.cum de lege.ff.de proba. Alciat. de præsump.reg.tertia præsumpt.20.ante fi.Sed hic concurrunt plura.

Primò,debitum legitimæ,& Trebellianicæ.

Secundò,sumus in possessione plurium annorum.

Tertiò, gradus fraternæ consanguinitatis, qui excludit fortius præsumptionem doli seu delicti fraudandi fratres, & inducit fortiorem præsumptionem validitatis actus. Ideo non est fundamentum intentionis Particularium, quanta sit legitima, & non excessus, quia solũ dicunt, quòd Hieronimus imputauit casale huiusmodi in legitimam,& Trebellianicam.

Non obstat,quę dicuntur de retentione melioramentorum.

Quoniam dicebant, quòd non sumus in executione sententiæ,quia fuit ordinatum per Rotam, vt donec videatur,an sit iusta, stet perinde ac si non ellet lata.

Altera fuit opinio,quòd incumbat onus probãdi Particularibus,quanta sit legitima,& Trebellianica, & non excessum. Mouebantur.

3 Primò,quia † quando actor plene probauit suam intentionem,prout fecit D.Andreas,quia probauit vtrumque extremum, & omnia requisita in spolio,reus debet probare plene suam exceptionem, vt late hic per informantes Andreæ,& non admittitur præsumptio,quando actor plenè probauit.Geminia.consil.vigesimoseptimo, post Barto.in l.admonendi. de iureiur.Achil.de probat.
4 decis prima.Sed ista exceptio,†quòd vendidit casale pro legitima & Trebellianica, est dubia & incerta. Alexand. consilio quadragesimoquarto, numero 6.libro 3.vbi ad propositum, præsertim cùm inspicitur tempus mortis. Dec. consil.89.in fi.Nec debent sufficere ad certificandam istam dispositionem præsumptiones iuris communis per supra allegata.
5 Secundò mouebantur, † quia si ageretur ad rescissionem ist.us alienationis, sine dubio agens deberet probare,quanta sit legitima, & Trebellianica,& nõ excessum: eodem modo excipiendo, quia eadem incertitudo, quæ impedit actorem, impedit reum excipientem, Barto. in l.3.§.duobus,nu.5.de adim.leg.

Non ob.dum dicebatur, quòd alienatio rei subiectæ fideicommisso est valida.

Quia dicebant hanc esse diuersam materiam à proposito, de quo nunc agitur. Nam pro nunc agimus, an ista alienatio substineatur prætextu legitimæ, & Trebellianicæ,quæ non sunt subiectæ restitutioni: si autem etiam quòd excederet legitimam, & Trebellianicam Particulares voluerint audiri, an substineatur,& Andreas possit agere ad recuperationem pretij contra hæredes alienantis,erit alia inspectio. neque illa gl. dicit, quòd incumbit onus probandi alienanti, vel alteri. Vnum tamen est cõsiderandum in hac re, quòd Particulares fundant intentionem suam in dispositione iuris communis,quia legitima & Trebellianica debebatur Hieronimo alienanti. & licèt ex se hoc non sufficiat, nisi coadiuuetur ex præsumptionibus iuris, quòd non præsumitur excessus, &
6 alia de quibus supra, & præsumptiones non sufficiant ad probandum exceptionem, quando actor plene probauit suam intentionem: tamen † fortè id procedit ad probandum id, de quo incidenter deducitur, super quo non est pronunciandum. Barto. in l. quidam in suo. de condit. instit. cum alijs per Grat. consilio 153. numero 16.in secundo.
7 Nam † isto casu videntur istæ præsumptiones adduci ad iustificandum, & coadiuuandum dispositionem iuris communis.Dec. in auth.si quis in aliquo.numero secundo,cum sequen.C.de eden.& consil.139. nume.decimoseptimo, cum seq.& multum ad propositum videtur decis. Put.libro primo, incip. Martinus Calahorta produxit &c.

Vbi licèt præsumptio vitæ centum annorum nõ sufficiat,tamen quando venit ad coadiuuandum aliquid incidenter, sufficit etiam in actore non possessore, multò
8 magis in reo possessore. & decis.Mohed.130. quòd † reus & possessor si opponat de consumptione expectatiuæ actoris, ei creditur satis ad propositum. & ita dixerunt Domini in vna legionẽ.siue Astoricen. pro Pizzamo coram Do.Oradino, vel coram Do.de Rubeis.Hæc tamen sunt dicta ad excitandum informantes in ista causa,quę est iterum proponenda super eisdem.

Mercur.24.Nouembris, 1574. Fuit terminatum pro maiori parte, Particularibus incumbere onus probandi,alienationem casalis, de qua agitur, fuisse factam intra legitimam,& Trebellianicam,& non vltra,cum hoc sit fundamentum ipsorum deductum particulariter ad excludendum intentionem Andreæ, & ad impediẽdam restitutionem d.casalis,quo casu non sufficit præsumptiua probatio, vt per informantes.

VICECOMITIS.

Conchen. pecuniaria. Die 20. Nouembris. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo conficiendi inuentarium sine citatione creditorum est contra ius simpliciter. ex communi.*
Immo etiam est contra ius ciuile,nu.2.
Fallit de iure canonico.nu.4.
3 *Solemnitas inuentarij, quæ requiritur de iure ciuili,non requiritur de iure canonico.& nu.seq.*
5 *Præscriptio decennalis sufficit ad inducendam consuetudinem conficiendi inuentarium sine solemnitatibus.*

DECISIO DCXXIX.

DVbitatur,an in cõsuetudine, de qua agitur,videlicet conficiendi inuentariũ sine citatione creditorum, sufficiat decennalis, vel quadragenaria præscriptio. Quod dubium fuit in tres partes distinctũ.
1 Prima fuit,an talis † consuetudo possit dici cõtra ius simpliciter. Et licèt non sit aliquis textus de hoc in specie, tamen plerique ex scribentib.in l.fina. §.sinautem.C. de iure deliberan. arbitrati sunt,tex. in §. sancimus. Authen.de hæred.& falcid.continere etiam casum creditorum.de communi testatur Alciat. consil.43. numero 7. lib.6.tom.2.est etiã contra rationem iuris, quia vbi agitur de alicuius præiudicio,ille est citandus.l.de vnoquoque.ff.de re iudica. Alia erat difficultas, an d.consuetudo sit contra ius canonicum, vel ciuile.
2 Et † dixerunt Domini esse contra ius ciuile, cũ talis solemnitas originem duxerit à iure ciuili, cui nihil additum, vel immutatũ de iure canonico, licet simpliciter

approbata.c.Raynutius, extra de testam.& propterea di-
3 sputant Doct.an solemnitas † inuentarij procedat in Ec
clesia, siue clerico, & an teneatur vltra vires hæreditarias, de qua late per Couar.in cap.primo, numero 13.& seq.extra de testam. Et tamen si esset de iure canonico talis dispositio, vtique inanis esset dubitatio, an Ecclesiam comprehenderet. Nec facit quod hæc consuetudo sit cõtra rationem iuris canonici, & per cõsequens contra ius canonicum.ex no.in c.vt litigantes. de offic. ordina.in 6.
4 Rocch.de consuetud.nume.296. Quoniam † ratio iuris canonici fundata in capi. omnia. 3.q.9. procedit in iudicialibus,non autem extraiudicialibus, vt ibi per Prepos. & ita etiam procedunt decis.Put.allegatæ, nam tunc requiritur, quod sit præscripta, secus in extraiudicialibus, in quibus multoties citatio non requiritur, ex allegatis per Gabriel.de citat. conclus. 1.nu.66.

Subsequens difficultas erat,an requiratur prescriptio quadragenaria, vel sufficiat decennalis ad inducendum
5 istam consuetudinem. Et † placuit decennalem sufficere,cùm sit iuris ciuilis,vt per Ias.in l.de quibus.num.43. de legib.Abb.in c.fi.nume.vndecimo, de consuetu.Balb. de præscrip.in quinta par.quintę par. principalis, q.12. vbi de communi.

Neque ob.quòd talis consuetudo sit irrationabilis,cũ præbeat occasionem delinquendi.Quoniam dicebatur, quòd creditores poterunt semper hoc probare, & hęres amittit beneficium inuẽtarij. Dixerunt etiam satis probari de consuetudine ex inspectione, & vsu aliorum inuentariorum, non autem esse in iudicio obtentam.

VICECOMITIS.

Ispalen.decimarum. Die 28. Ianuarij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio iudicis delegati transferri non potest in simplicem notarium.*
2 *Examinationis ministerium, & receptio iuramentorum testium potest simplici notario committi.*
3 *Iudicij aliqua pars quando committitur, in dubio censetur etiam demandata iurisdictio.*

DECISIO DCXXX.

COmes de Mirãdula in causa,de qua agitur,assum
pserat impugnandum examen testium pro parte capituli contra se in partibus factum ex defectu iurisdictionis,& citationis. Asserebat enim vigore illorum verborum,vices nostras &c.totalem iurisdictionẽ in iudice delegato residentem, in ipsum notarium examinatorem translatam,iuxta clem.vnicã, de of.deleg.&
1 cons.Gem.76.nu.8.quod † fieri non potuit, cùm simplici notario fuerit demandata.c.statutum.de rescr. in 6. & consil.Alex.104.ad fi.lib.4.Quod Dominis non placuit. considerarunt enim ex facto id tolli, quia non fuit commissa per iudicem receptio testium, sed tãtum nudum ministerium examinationis, & receptio iuramentorum testium, quod nullam habet annexam iurisdictionem,
2 ideoque † simplici notario committi posse, & ita intelligi dixerunt decis.Ægi.43.& 624. & cætera pro parte comitis allegata, & horum actuum notarius est capax. ad trad.per Doc.in ca.2.de testib.Fel.in c.cum.nu.30.eo.ti. cætera enim quæ iurisdictionem concernunt, per iudicem fuerunt facta.admiserat enim articulos,& interrogatoria,deputauerat adiuncta,constituerat locum,& tẽpus, fulminauerat censuras contra testes recusantes se examinari.

Nec obstat, quod dicebatur, testes non fuisse admissos coram iudice.

Quia respondetur, quòd satis dicitur eos admisisse, cùm voluerit eorum nomina habere pro expressis, vt in literis receptoriæ,ibi,quod eorum nomina, & cognomina,officia,& dignitates hic volumus habere,& habemus pro expressis.

Nec multum tribuerunt doctr. Vital. in allegata clemen.vnica,nu.24.

Quia ibi præsupponit fuisse datam facultatem compellendi, quo casu censetur demandata iurisdictio: hic autem iudex ipse compellit, & cogit cum comminatione censurarum.Et † licèt in dubio,quando committitur
3 aliqua pars iudicij, censeatur etiam demandata iurisdictio,vt per Innocen.in cap.fina. numero quarto, de offi. delega.tamen hoc procedit, quando apparet de contrario, vt in casu nostro. Anchar. in alleg.clemen.vnic. Nec vim faciunt illa verba, ad omnia præmissa damus potestatem completam.

Quia intelligi debẽt circa id quod demandatum fuerat,& sic circa nudum ministerium.

Nec defectus citationis, quem postremo loco adducunt, vrget. Satis enim apparet de dicta citatione, cùm constet in summario fuisse intimatas literas receptorias die 5.Maij.1565.Didaco Lopez procuratori Comitis, in quibus iudex mandat notario, vt recipiat iuramẽta testium,& quod examen testium cum interrogatorijs & notario adiuncto pro parte Comitis, & ex alijs per informantes pro capitulo adductis,ex quibus Domini dixerunt esse satisfactum d.citationi.

VICECOMITIS.

Roman.domus. Die 16. Martij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Scientia contractus ex sequentibus solutionibus colligitur.*
2 *Actus,qui fieri non possunt sine impensa,præsumuntur facti de voluntate domini.*
3 *Ratificatio producere dicitur effectum iuris.*
4 *Pactum resolutiuum quid, & quid infirmatiuum dicatur.*
5 *Receptio idem operatur quod expressa ratificatio.*

DECISIO DCXXXI.

OMnis quæstio in casu, de quo agitur, inter Vincentium Stampam, & Lauram Battiferram eò perducta est, an ad effectum validitatis transactionis ratificatio, de qua in actis, sit sufficiens, vel ne, quam quidem affirmatiuè resoluendam Dominis placuit, tum ob ingentem præsumptionem scientiæ ipsius
1 Ascanij principalis, quę colligitur † ex solutionibus subsequentibus, vt per Aym. consilio 276. colum. quarta, versi. qui enim soluit.Tales enim actus fieri non possunt
2 sine impensa, ideo † præsumuntur facti de voluntate Domini, vt per Docto. in l. cum seruus. ff. de verborum obligatio. Felyn.in capitu.sicut. numero trigesimoquinto,de re iudic.Casiad.decisio.tertia, numero quarto, de procurat. Maxime cum fuerint reiteratæ, quæ reiteratio arguit expressam ratificationem. Dec. consil. 583. numero sexto, & octauo. Tum etiam, quia verba de-
3 bent intelligi cum effectu, & sic de ratificatione, † quæ producit effectum iuris.l.si is cui.§.j.ff.de solut.vbi Bart. & in l.naturaliter.§.nihil commune, num.12. versi.item è contra.

è contra. ff.de acquir.possess. & sic intrat reg.quòd ratificatio magis factis quàm verbis fieri dicatur. Dec.consil.368.num.3.Rolan.cons.4.num.28.lib.4. An verò Capellani recipiendo solutiones à procuratoribus Ascanij renunciasse dicantur pacto, quod exemplo asserebatur informatiuo. Dixerunt Domini censeri renunciasse,per
4 tex.in l.post diem.ff.de leg.commis. & tale † pactum resolutiuum, non autem informatiuum appellari voluerunt.Paris.cons.5.num.10.12.& 24.lib.4.cuius quidem natura incompatibilis est receptione canonis, quia receptio inducit tacitam renunciationem, eo maximè,cùm
5 fuerit reiterata,cùm † hoc casu idem operetur quod expressa ratificatio.Paris.cons.76.num.2.vol.4.& cons.66. num.16.eod.lib.Dec.cons.583.num.7.

LANCELLOTTI.

Senen. pontis Arrigi. Lunæ, 12.Decembris. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Possessorio retinendæ qui egit, non prohibetur agere possessorio recuperandæ, stante quòd petitorium non reperiatur suspensum.*

DECISIO DCXXXII.

FVit resolutum, quòd D.Eques Thomasius nõ prohibetur agere iudicio recuperandę,licèt hactenus
1 egerit retinendæ, ex quo † tam pro ipsius parte quàm pro parte D.Equitis Grimaldi fuit actum petitorio & possessorio, vt constat ex commissionibus,articulis, & iuribus vtrinque productis, & non reperitur suspensum petitorium. vt per Mohedan.decis.174.incip. in eadem causa terrarum. Afflict.decis.156. & fuit resolutum in vna Parmen. coram bon.mem.Grato,de anno 1563.& propterea Domini etiam dixerunt, quòd stante huiusmodi iurisdictione probationes factæ in d.iudicio retinendæ, possunt suffragari in præsenti iudicio recuperandæ. An autẽ constet de primo extremo D.Equitis, nihil fuit resolutum: sed dixerunt,quòd si ex resolutionibus factis est probata anterior possessio D.Equitis Grimaldi,seu commendæ sancti Leonardi, tunc præsupposita d.anteriori possessione dubitem,an constet de primo extremo D.Equitis Thomæ, vel commendæ sancti Martini.Sed si non costet de d.anteriori possessione, tũc dubitem,an de ea constet: postea videbitur de primo extremo sancti Martini,& demum titulo colorato.

BRAVI.

Bononien. de Maluetijs. Lunæ, 12.Iunij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Bona vendita cum pacto affrancandi dicuntur cadere sub dotis securitate, & sub hypotheca bonorum.*
2 *Opponens aliquem habere alia bona, debet probare.*
3 *Agnatus non debet esse deterioris conditionis quàm extraneus.*

DECISIO DCXXXIII.

SVper dubio,an D.Diamantes sit immittẽda in possessione bonorum à Dominis Alexandro & Tiberio emptorum, & æstimanda sint bona immobilia & suppellectilia eidem D.Diamanti legata in casu, de quo agitur. In vtraque dubij parte Domini resoluerunt ad fauorem Do. Diamantis. Et circa primam Do-
1 mini fuerunt moti, quia † bona empta per Florianum fuerunt vendita ab Alexandro cum pacto affrancandi ad 15.annos.vnde huiusmodi bona non possunt dici de fideicommisso Caroli senioris.& ita D.Diamantes super istis iurib. sibi consulit pro securitate dotis, cum cadat sub hypotheca bonorum.l.4.ff.de verb.signif.& si D.Carolus & Hieronymus aliquid super istis bonis prætendant, non poterunt subterfugere solutionem pretij soluti per D.Florianum.

Non obst. quod dicitur de lapsu temporis ad affrancandum.Quia hoc non fuit visum Dominis releuans,qa ad effectum,de quo agitur, dicebant Domini fideicommissum non esse ita clarum ad fauorem D.Caroli, cùm multa sint disputanda,quæ requirunt altiorem indaginem,& super dicto pacto lis pendeat, in qua erit procedendum saltem per duas conformes,& forte per tres ex his, quæ Domini firmarunt in illa Roman.de Peruschis coram R.P.D.Robusterio, quia respicit hæc oppositio replicationem Caroli, & ita applicatur etiam decis.Put. 244.aliàs 247.die 8.Aprilis,lib.3.

Quoad bona empta à Tiberio & pro parte conuersa pro dotandis eius filiabus,ijdem Domini firmarũt, cùm Carolus senior conformando se cum dispositione iuris communis permiserit bona per ipsum fideicommisso subiecta, dotis causa alienari. Vnde Tiberius potuit ea vendere ex voluntate defuncti,prout in decimo præsupposito, & ex his quæ pro eius verificatione in actis decunt,& Florianus libere emerit. Et licèt venditio fuerit facta pro maiori summa, quæ excedit constitutionem dotis in summa 4000. tollit tamen difficultatem fideiussionum factam per Carolum, qui cùm de euictione teneatur, eundem agentem repellit exceptio, iuxta iur.vulgar.

2 Nec ob.quod † opponitur, quòd Tiberius habeat alia bona,qa qui hoc dicit,debet probare,ex trad.à Cur.sen. consil.27.num.17.Soc.consil.104. in fi.lib.3. Dec.consilio 519.nume.17.Cagnol.in l.fi.nu.293.C.de pact.& ita fuit resolutum in illa causa Bononien. fideicommissi de formagliarijs coram R.P.D.Aldobrandino, 14.Februarij,1576. in his autem remedium hoc summarium suũ debet consequi effectum.

Non obst. quòd huiusmodi bona postquàm fuerunt empta per Florianum, remaneant sub fideicommisso, quia si ex testamento libere poterant alienari, nec Tiberius cogebatur vendere Floriano, sed poterat cuilibet
3 etiam extraneo vendere, non † debet vtique deterioris esse conditionis agnatus,quàm esset extraneus.

Quòd non versemur in casu præmisso,quia filij Tiberij sunt illegitimi,requirit altiorem indaginem, sicut & alia quæ deducuntur pro parte Dominorum Caroli,& Hieronymi de Maluetijs.

Placebat tamen Dominis ꝙ D. Diamantes cautionẽ præstaret in euentum succumbentiæ.Circa æstimationẽ fuit etiam resolutum non esse faciendam, cùm non interfit eorum, à quibus petitur, & placuerunt responsiones datæ per informantes.

DECANI.

Auximan. tutelæ. Die 21.Nouembris. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Curator nulliter datus an possit se excusare, vide pulchram distinctionem.*

DECI-

DECISIO DCXXXIIII.

DEdi dubium in causa Auximan. tutelæ præsuppo-
1 sita resolutione, quòd Bernardus non fuerit valide deputatus curator, an † ipse possit se excusare huiusmodi exceptione nullitatis ad effectum, vt nō teneatur de neglectis, seu non administratis, quod fuit propositum Lunæ 21. Nouembris, 1580. & resolutum cum distinctione, quòd, aut curator inutiliter deputatus ingessit se administrationi, & procedūt allegata ex l. tutores. §. curatores, il secondo, de admin. & pericul. tutor. l. fin. de eo qui pro tut. quòd scilicet curator inualide deputatus isto casu teneatur. Aut nihil omnino gessit seu administrauit, & non tenetur, vt in d. l. j. §. fin. & in l. neque à præside. C. qui dare tutor. poss. quam distinctionem collegerunt ex supradictis iuribus, & in l. impuberi, de admin. & pericul. tutor. ponit ibi glos. in verbo, non astringetur.

BLANCHETTI.

Neapolitan. pecuniaria. Lunæ, 20. Februarij. 1581.

SVMMARIVM.

1 *Iocalia, & ornamenta, ac alia bona mobilia possunt dari in solutum pro societate.*

DECISIO DCXXXV.

DOmini concorditer tenuerunt, rubinum cōprehendi in bonis datis in solutum per Cardinalem Columnam Martino de Bonuisijs & socijs anno 1577. cùm enim istud sit iocale, & vltra iocalia aurum & argentum, & ornamenta ac animalia, & alia bona mobilia & immobilia specificè designentur & in so-
1 lutum dentur, non † potest dici excluſum à dicta datione in solutum, ex allegatis cons. Soc. 10. num. 3. lib. j. & cons. 81. num. 2. lib. j.

Non obst. quòd datio in solutum videatur coarctata ad bona in domibus datis in solutum existentia, quia ex narratiua instrumenti, & ex eo quod datur facultas dictis socijs consequendi bona de manibus quarūcunque personarum, apud quas dicta bona & iocalia inuenirentur, apparet quòd nō est limitata, & quod ad omnia vbique existentia porrigitur. Immo cùm nullo alio iure potuisset agere ad huiusmodi rubinum Sbarra, nisi ratione huius dationis in solutum, constat clarè, quòd in illa cōtinetur. Non obst. quòd creditum societatis non ascenderet ad tantam summam, sed adesset rata Vincentij de Podio, iuxta memoriale, de quo in regiſtro fol. 288. qa vt in d. memoriali narratur, etiam circumscripto iure Vicentij creditum Dominorum de Bonuisijs ascēdebat ad summā scutorum 120000. Non ob. consensus seque stro, quia idem fuit præstitus etiam quoad alia bona. Non obst. obligatio ad restituendum, quia in huiusmodi negocijs discussionū id fieri consueuit. Reliquis bene rñdetur per informantes Illustriss. & Excellen. D. Ducis.

LANCELLOTTI.

Roman. deuolutionis domorum. Veneris, 20. Maij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Sententia habet præsumptionem validitatis pro se.*
Eo magis stante antiquitate temporis. ex communi.
2 *Obseruantia tollit nullitates aliquando prouenientes ex vi & natura contractus.*
3 *Processus integer debet produci ad probandam nullitatem sententiæ ex defectu alicuius citationis.*
4 *Iudex cui committitur vt se informet, potest etiam se extraiudicialiter informare, quando inter partes non est contentio.*
5 *Confitens non est citandus, & ex productione oritur confessio.*
6 *Renouatio locationis vel alterius contractus non est necessariò facienda, nisi in inuestituris feudorum.*
7 *Consensus, qui fuit ab initio contractus, præsumitur semper durare.*

DECISIO DCXXXVI.

COncluſum pro validitate sententiæ, quia ex inspectione actorum constat processum non esse integrum: nam in eo desunt multi actus, & præsertim inductiones & iuramenta testium, qui fuerunt in hac cā examinati, quorū examen notarius dedit d. Mario, desunt ēt præsentationes instrumenti locationis, & supplicationis, si in euidentem, quæ facta sunt tam pro parte Catherinæ quàm rectoris, vt continetur in instrumento processus sententiæ, quod fuit Dominis ostensum. Et tamen in processu solum fit mentio de præsentatione d. supplicationis pro parte Catherinæ. In aliquibus etiam locis d. processus reperiūtur posita in albis no-
1 men & cognomen aliquorum procuratorum, † quare præsumendum est pro validitate d. sententiæ, iuxta consil. Abb. 41. col. 2. versic. ex quibus, vol. j. Dec. cons. 341. num. 12. Capic. decis. 16. & secuta est Rota in pluribus causis d. cons. Abb. stante præsertim antiquitate temporis secundum communem opin. vt per Gabriel. de sent. conclus. 4. num. 14. & num. 36. & concurrente etiam obseruantia d. locationis, cuius vigore rector semper exe-
2 git canonem conuentum, quam obseruantiam † in terminis huiusmodi confirmationis ad saluandas nullitates, considerat Corn. cons. pen. col. pen. versic. non enim obstat, vol. j. Quare R. P. Præpositus & canonici regulares, qui ad probandum defectum citationis d. sententiæ, fundant se in processu, in quo dicunt illam non reperiri, debent d. processum integrum producere, aliàs semper præsumitur pro sententia, & nisi produxerint inte-
3 grum, † non est probata eorum negatiua, vt tradit Corn. cons. 210. circa fin. vol. 4. Aym. cons. 112. num. 7.

Præterea ex abundanti dicebant Domini pro saluanda d. sententia, nō fuisse necessariam d. citationem, quia
4 in d. supplicatione committitur † iudici, vt se informet de præmissis: at hæc informatio potuisset sumi etiam extraiudicialiter, & non vocato ipso rectore, quia inter ipsum & Catherinam conductricem nulla erat contentio, ex quo consenserant huic alienationi, vt not. Abb. in dicto cons. 41.

Non obst. clausula, vocatis qui erant vocandi, quia intelligitur de alijs, qui forsan potuissent prætendere ius vel ratione possessionis vel proprietatis, non autem de ipso rectore, qui supplicauit, & etiam produxit d. sup
5 plicationem & instrumentum locationis, ex † qua productione oritur confessio, & confitens non debet citari. Paris. cons. 111. num. 9. & 10. vol. 4. Præterea informantes pro d. Mario probant adesse citationem, vt hic per eos, licet hoc non sit necessarium, stante re iudicata & processu non integro.

Aliæ nullitates non fuerunt visæ releuantes, nam q omnia acta facta ante præsentationem d. supplicationis

sint nulla ex defectu iurisdictionis, hoc nō releuat, quia si processus afferetur integer, posset apparere acta, & sic præsumptio semper est facienda pro validitate.

Minus etiam facit, quòd post factum instrumentum locationis non fuerit impetratum beneplacitum intra tempus conuentum, & prout etiam videtur de iure id fieri debuisse, iuxta trad. per Cagnol. in l. 2. num. 100. C.
6 de pact. Quia respondetur † de iure hoc non reperiri cautū, & Cagnol. loquitur in feudalibus, in quibus debet agnatus siue emptor intra diē & annum petere inue stituram, & quamuis fuerit etiam apposita pœna caducitatis, tamen cùm illa penderet à voluntate rectoris, constat, quòd rector non declarauit, immo postea ipse consentiendo, quòd in causa procederetur, ferijs nō obstantibus, censetur potius remisisse omnem caducitatem, maximè cùm exegerit canonem semper in vita.

Non obst. etiam quòd fuisset necessarius nouus consensus rectoris, iuxta cons. Bal. 475. num. 3. versic. quæro
7 igitur, vol. j. Quoniam † Bald. dicit, quòd valet contractus à tempore confirmationis, quod non negatur, & cùm semel affuerit à principio consensus rectoris, præsumitur semper durare. c. maiores, de baptism. & Achil. decis. 2. de pact. loquitur quando datur pœnitentia, iuxta doctr. Abb. in c. super eo, de consang. & affinit. quæ pœnitentia, ex quo (vt dictum est) postea consensit, vt in causa posset procedi non obstantibus ferijs. Ideo &c.

BLANCHETTI.

Roman. de Maximis & Matthæis. Mercurij, 4. Nouembris. 1587.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum approbans & confirmans, illud postea nullum dicere potest. & num. 3.*
2 *Hæreditas patris non est debita filio, sed quasi debita.*

DECISIO DCXXXVII.

CVm præsuppositō, quòd constet de sufficienti notitia testamenti Antonij de Maximis, tenuerunt Domini, quòd Fabritius non possit impugnare
1 d. testamentum, & illud nullum dicere, ex † quo illud approbauit & confirmauit, vt hic bene per informantes.

Non obst. allegata ignorātia, quia hic nulla adest ignorātia facti, vt clare patet ex transactione & nunc præsupponitur. Ignorantia vero iuris non præsumitur, nec suffragatur in casu isto, quia nō agitur de damno, sed quasi
2 damno. Nam † hæreditas patris non est debita filio, sed quasi debita. vt per omnes in l. 3. C. de iur. & fact. ignor. & in l. iuris ignorantia. C. qui admitti.

Reseruarunt tamen Domini, an hic adsit defectus vo
3 luntatis, & decisio procedat etiam † si adesset in d. testamento defectus voluntatis, ex Oldra. cons. 237. num. 5. cum alijs per D. Tiberium adductis.

Roman. de Maximis & Matthæis. Lunæ, 8. Maij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum factum ad interrogationem notarij vel alterius exprimentis nomen hæredis, valet, si testator illud confirmat respondendo, sic.*
Limita, nisi testator fuerit ita graui infirmitate affectus, vt non potuerit articulatè loqui. num. 2.
Item nisi interrogatio fiat à persona suspecta. nu. 7.
3 *Responsio data à testatore, qui excitatur à somno, non est bona, si notarius dicit, quòd testator erat graui somno detentus, & quod non poterat illum excitare.*
4 *Voluntas testandi ex quibus colligatur.*
5 *Infirmi constituti in extremis de facili omnibus applaudent dicendo, sic.*
6 *Responsio spontanea data per testatorem arguit sanitatem mentis.*
7 *Balbutiens & semimortuus potest testari, dummodo articulatè possit loqui.*

DECISIO DCXXXVIII.

DOmini instetērunt in prima parte puncti tantū, & resoluerunt, quòd nō constat de defectu voluntatis Antonij, sed de validitate testamenti d. Antonij, quia regula est, quam informantes vtrinque
1 affirmant, quòd † testamentum factum ad interrogationem notarij, siue alterius exprimentis nomen hæredis, an, scilicet, testator talem instituere hæredem velit, valet, si testator illud confirmat respondendo sic, iuxta opin. glo. in l. iubemus. versi. quemadmodum. C. de testamen. Quę opinio est communiter approbata, vt late per Clar. de testamen. quæst. 37. versic. sed quid si notarius. Anton. Gabriel. de testamen. conclus. 2. in princip. cum alijs adductis.

Non obstat prima fallentia, vt regula non procedat,
2 † quando testator erat ita graui infirmitate affectus, vt non potuerit articulatè loqui, vel si non erat in bono sensu, & bona mente.

Nam licèt ista limitatio de iure vera sit, & de ea nemo dubitet, vt dicit Clar. vbi supra, versic. scias ergo. tamen, quòd iste testator esset talis, non probatur, licèt informantes conentur hoc quinque modis deducere, qui non applicantur.

3 Primus quia notarius † dicit, q testator erat detentus graui somno, & quòd non poterat illum excitare, quo casu responsio data à testatore, qui excitatur à somno, non est bona, per cons. Corn. 319. col. 3. versic. à somno, volum. 4.

Nam respondebāt, quòd iuxta opin. Corn. vt plurimū excitati à somno non sunt ita mentis compotes, tamen iste testator, licèt fuisset grauatus somno, fuit nihilominus excitatus, & ex se dixit, vt omnes exirent è cubiculo, & ex se ipso nominauit opus pium sancti Laurentij. Et postquàm notarius incepit se rogare de testamento, non fuit tantopere somno grauatus, & ad plures interrogationes notarij semper respōdit dicendo, sic, ex qua iterata interrogatione notarij, & responsione testato-
4 ris, & alijs circunstantijs colligitur enixa eius † voluntas testandi, vt in his terminis bene considerat Alexan. consilio 33. numero duodecimo, versic. præterea, volum. 3. Paris. cons. 3. nu. 36. & 40. lib. 3. & bene deducunt informantes hic.

Circa secundum modum probādi, quòd testator respondendo, sic, non dicatur articulatè loqui, quia
5 † infirmi constituti in extremis de facili omnibus applaudent dicendo, sic, vt considerat Rui. cons. 8. num. 7. lib. 3. cum alijs.

Respondebant, quòd Ruin. loquitur in satis diuersis terminis, vt deducunt informantes. Pręterea hoc procedit, quando fit interrogatio à persona suspecta, vt dicit Clar. vbi supra, versi. item scias. At hic fuit interrogatus à notario legali, & fide digno, qui adhibuit eam diligentiam, quam quilibet diligens potuisset adhibere.

Quò verò ad tertium, quod non dicitur sanę mentis,

ex

ex quo interrogatus si volebat aliquid relinquere pro anima sua,& pro maritandis puellis,non respodit quid, & quantum,sed dixit, fabricæ ecclesiæ sancti Laurentij.
6 Respondetur, quòd † ista responsio arguit sanitatem mentis,quia ex se ipso nominauit hanc fabricam, vt hic bene per informantes. Præterea testamentum, de quo est rogatus notarius,incipit in illis verbis,ego notarius, vbi articulate respondit, quòd sic, dum interrogatur de instituendis hæredibus.

Dum vero quarto loco dicitur, quòd pluries opus erat eum interrogare, hoc nihil facit, quia excitatio à somno fuit facta ante rogitum testamenti, & postquã incepit rogare notarius, nunquam amplius obdormiuit testator.

Vltimò ex eo, quòd volebat condere testamẽtum secrete, & ob id pluries fecit ejci astantes è cubiculo, postea verò condidit omnibus præsentibus. Respondetur, quòd ista mutatio opinionis non est probata, immo ex hoc arguitur, quòd volebat omnino testari, ex quo non curauit astantes arceri, ne somnus ipsum aggrederetur.
7 Secunda est limitatio, †vt d.regula nõ procedat,quando interrogatio fit à persona suspecta, prout hic facta fuit à matre,quę propter sui institutionem ipsum interrogauit.Nam respondebant,quòd in matre cessat suspicio.Præterea mater non interrogauit, si eam vellet instituere,sed solum, vt de ipsa recordaretur. Accedit,quòd in rogitu testamenti notarius fuit ille, qui interrogauit testatorem,& non alius.

Tertia limitatio non obst. scilicet, quòd regula non procedat, quando testator est sanæ mentis, ex supradictis.& quia notarius eum etiam sic vocat, quinimò † semimortuus,& balbutiens potest testari, dummodo articulatè possit loqui, iuxta tex.in l.quoniam indignum.& ibi not.Doct. C.de testam.cum alijs, vt hic bene per informantes. Quare stante hoc,quòd constat de voluntate testatoris circa institutionem matris, non est opus ingredi difficultatem.Et ita transiuerunt Domini.

VICECOMITIS.

Hortan. incursus Alexandrinæ. Lunæ, 28.Nouembris. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Offendens partem lite pedente ex causa litis id feciſſe præſumitur.*
Quod procedit etiam in offendente extra curiam. num.2.

DECISIO DCXXXIX.

REsolutum fuit,locum esse Alexandrinæ,cùm Ludouicus Aduersarius Sulpitiam collitigantem tempore,quo lis in curia vigebat, vulnerauerit.
1 Ideo † ex causa litis id feciſſe præsumi, dixit Put. decis. 100.Ptholom.decis.136.

Verba constitutionis sunt admodum clara, quòd offendentes procuratores aut principales ex causa litis amittunt omne ius quod in causa habent. Militat & ratio ipsius constitutionis,impedimentum, scilicet, census litis.

Nec Dominos mouit ratio per exemplo informantes adducta, quòd scilicet offensio fuerit facta extra curiam,
2 & ideo non intrare verba constitutionis. Quia † dixerunt aliàs fuisse per Dominos resolutum in ea comprehendi offendentes etiam extra curiam, vt testatur Put. decis.102.lib.j. Verum, quia ex post fuit subsecuta pax inter eos, Domini intendunt particulariter videre, an tale ius Alexandrinæ dicatur remissum.

LANCELLOTTI.

Roman. 20000. Lunæ, 24.Octobris. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, prego, quod exponitur, rogo, ex sui proprietate inducit fideicommiſſum.*
Idq; magis inductum cum verbo, supplico.
2 *Verbum, supplico,in effectu idem est, quod,rogo.*
3 *Coniecturæ plures, ex quibus colligitur quem voluisse facere fideicommiſſum.& num.seq.*
4 *Prudenter non facit qui extraneum coniuncto præfert.*
5 *Aequalitas inter liberos est seruanda.*
6 *Neptis sine causa præterita potest impugnare testamentum aui.*
7 *Testator in dubio præsumitur voluisse id quod lex disponit.*
8 *Prædilectio filij vel alterius coniuncti ex quibus colligatur.*
9 *Dictiones, & etiam, important implicationem & coniunctionem cum præcedentibus.*
10 *Pars vna testamenti quatenus esset dubia, per aliam declaratur.*
11 *Coniectura, quæ inducitur ex charitate ascendentium erga descendentes superat omnes alias ad inducendum fideicommiſſum.*
12 *Dominium bonorum post mortem parentum dicitur continuari in filios,non autem de nouo acquiri.*
13 *Viam eligere nemo præsumitur, per quam sua dispositio impugnari possit.*
14 *Voluntas magis quàm verba spectanda sunt ad inducendum fideicommiſſum.*
15 *Fideicommiſſorum materia est taliter fundata in voluntate defuncti, vt quibuscunque verbis,coniecturis,vel præsumptionibus potest apparere, sufficiat ad inducendum fideicommiſſum.*
16 *Verba enunciatiua futuri euentus, quæ aliàs de per se non inducerent fideicommiſſum, si sint prolata in filios vel nepotes,illud inducunt.*
Immo etiam verba denotantia desiderium,in quem cupiat bona sua deuenire, inducunt fideicommiſſum.
17 *Obseruantia propter agnitionem fideicommiſſi dicitur coniectura inducens fideicommiſſum.*
18 *Coniectura voluntatis testatoris dependent ab arbitrio iudicis.*
19 *Actum nullum dicitur facere testator, qui remittit fideicommiſſum in liberam hæredis voluntatem.*
20 *Testator non præsumitur se incontinenti correxisse.*
21 *Facultas testandi debet adeo esse libera, vt neque momento temporis tollatur.*
22 *Verba importantia arbitrium boni viri, adiecta verbis, altè & basiè, restringunt liberam facultatem testandi.*
23 *Correctio in testatore non potest dici,quando testatur cum commemoratione rerum supra relatarum.*
24 *Verba in fideicommiſſis debent restringi & declarari ex subsequentibus, non autem subsequentia ex præcedentibus.*
25 *Dictio,benè,dicitur esse aduersatiua.*
26 *Perplexitas in fideicommiſſis substinetur fauore liberorum.*
27 *Fideicommiſſum positum sub conditione voluntatis hæredis non valet: secus si fuit dictum, vt velit.*
28 *Fideicommiſſum inducitur etiam per verbum, dono, & num.31.*

, num.31. & 32. vbi de communi.
29 *Bona subiecta fideicommiſſo capiuntur ab ipso relinquente, non à grauato, vbi per verbum, dono, inductum est fideicommiſſum.*
30 *Rogatus à testatore donare potest cogi ad donandum, vel saltem inductum censetur fideicommiſſum.*
32 *Verbum, dono, saltem impropriè importat fideicommiſſum.ex communi.*

DECISIO DCXL.

IN causa Roman.20000.inter Christianiſſimam Reginam, & Sereniſſimam Madamam & creditores bo.me.Hippolyti Cardinalis de Medices,Dubitaui, an ex testamento Alphonsinæ auiæ paternæ Reginæ ex Laurentio filio prædefuncto sit inductum fideicommiſſum in fauore d.Reginæ.& post plures propositiones,tãdem die Lunæ 24.Octobris, 1580.Rota resoluit esse inductum fideicommiſſum tam inspectis verbis testamẽti quàm mente Alphonsinæ testatricis. Clari enim iuris
1 est,verbum, prego, † quod exponitur,rogo, ex sui proprietate inducere fideicommiſſum l.2.in princ.C.communi.deleg.l.cùm proponebatur,in fi de leg.2.l.fideicõmiſſa.§.hæc verba, de leg.3.Instit. de sing.reb. per fideicom.relict §.fin.

Præsertim iunctum cum verbo, supplico, propter quam geminationem magis enixa voluntas fideicommittere volentis ostenditur. iuxta l.cum pater. §. filius matrem. circa fin.de legat.2. Dec.cons.23.col.2.num.4. versic.quia verba.Paris.cons.63.num.43.vol.j.Aym.consil.vltimo,num.6. arg.vulgatę l.Baliſta,ad Trbel. Et licèt
2 †verbum,supplico,innitetur gratiæ,vt not.Abb.in c.ex literis, num.11. de rest.in integ. tamen in effectu idem est,quòd verbum,rogo, niſi quòd solet proferri, quãdo rogantur Principes. iuxta tex.in auth. quæ supplicatio. C.de precib.Imper.offer. vt declarat Bero.in d.c. ex literis,num.19.cum seq.Vnde cùm testatrix primo loco vsa fuerit verbo,rogo, importante fideicommiſſum, voluit etiam alloquens summum Pontificem subiungere verbũ, supplico.Mens verò colligitur tã ex cedula testamenti quã illius consignatione facta notario.iuxta l.Męuia,
3 de manumiſſ.testam.l.nummis,de leg.3.Ex † quibus plures oriuntur coniecturæ traditæ per Bal. in l.j. num.10. in fi.C.de his qui ante aper.tabul.

Et prima est quæ deducitur ex d.cedula in proœmio, ex quo causa finalis colligitur.l.fin.de hæred.instit. dum testatrix inquit velle disponere de eius substantia,& bo-
4 nis,vt prudentem decet: at prudenter † nõ feciſſet si extraneum siue minus coniunctum prætuliſſet nepti ex vnico filio prædefuncto.vt dicit Bal.in cons.40.col.j. versic.in contrarium, & versic.quæro,vol.3. subdens quod bonus vir debet arbitrari voluntatem testatoris fuiſſe debitam & ordinatam secundum ordinem charitatis. & iura etiam in testatoribus prudens cõsilium animaduertunt.l.Lucius,la 2. de hæred.instit. Et imprudentem vocant, qui nõ ex officio pietatis facit testamentum.l.2. de inoff.testam.Instit.eod.in princ.

Secunda coniectura sumitur, dum inquit se præsertim pro salute animæ suæ congrue disponere: si autem voluiſſet Leonem hæredem instituere, ita vt neptẽ propriam excluderet, saluti animæ suæ nõ diceretur prospexiſſe.iuxta illud Auguſtini. Quicunque vult exhæredato filio hæredem facere eccleſiam, quęrat alterum qui consulat quàm Auguſtinum, imò Deo propitio neminem inueniet,vt habetur c.fin.17.q.4. In hoc enim testamento non leguntur alia relicta pręter illa facta nepti,& Clarici.Vt autem verificetur causa,ob quam fuit factum dictum testamentum, neceſse est fateri, quòd vera & efficax fuerit dispositio in fauorem d.neptis, aliàs.n.id potius redundaret in detrimentum salutis animæ ipsius non seruando legem humanam, vt dicit D.Thom. in j. 2.q.96. artic.4. Minus etiam congrua fuiſſet dispositio respectu neptis si nihil ei reliquiſſet,cùm tamen lex hor
5 tetur † inter liberos seruandam esse ęqualitatem.§.illud quoque, Auth.de nupt. & ex hac coniectura lex arguit voluntatem testatoris ad inducendum fideicommiſſum.l.cum pater. §.enictis, de legat.2. tradit Dec. conſil.59.num.3.

Tertia coniectura sumitur ex verbis, ne post eius obitum super eius bonis aliquod scandalum vel controuersia aliqua oriatur. quæ ratio locum non haberet, niſi dicamus inductum fideicõmiſſum,cùm † neptis sine cau-
6 sa præterita impugnare potuiſſet testamentum. §.aliud quoque capitulum, Auth.vt cum de appel.cognoſ.Vnde ortæ fuiſſent diſcordiæ & lites, & ex hac ratione expreſſa in testamento facienda est etiam interpretatio pro fideicommiſſo. iuxta l.cum pater.§.dulciſſimis, de leg.2. Nec dici potest, quòd imò stante fideicommiſſo Clarix potuiſſet conqueri, quoniam non propterea dixiſſet testamentum nullum, sed solum ad supplementum legitimæ agere potuiſſet,si ad illam non ascenderet id, quod ei fuit relictum.

Quarta coniectura trahitur ex verbis, omni meliori modo, via iure causa & forma quibus magis & melius de iure potuit & potest. Non diceretur autẽ melius fuiſse testatam si neptem infantem,& nullam causam ingratitudinis committere valentem, debita succeſſione frau
7 daſſet.d.§.aliud quoque. Ideo vt dicamus † testatricem voluiſſe id,quòd lex ipsa disponit,prout præsumendum est, secundum Bart.in l.hæredes mei.§.cum ita, num.4. ad Trebel.Bal.in l.cum precibus, num.44. in fine. C.de impuber.Soc.cons.168.num.63. in fi.vbi de communi. vol.2.Aym. cons.35.num.38.inducenda est neceſſitas fideicommiſſi, & hoc est, quod magis & melius de iure potuit facere d.testatrix.

Sexta & vltima coniectura oritur ex verbis testamẽti, *& anche prego sua Santità che voglia dare alla Clarice mia figliuola 6000.ducati, perche non vorrei, che riceueſſe torto*, illa tripliciter ponderando.

Et primò,nam si voluit in hac parte testamenti inducere fideicommiſſum in fauorem Claricis, prout inductum esse Dominis videbatur, ne illam iniuria afficeret, multò minus dicendum est voluiſſe iniuriam nepti infanti ex vnico prædefuncto filio maſculo facere, quam
8 †prædilexiſſe apparet, tum quia eam prius nominauit. iuxta l.Lucius.l.vlt.de hæred.instit. l.Publius.§.fin.de cõdit.& demonst. Tum quia ad eam voluit maiorem hæreditatis partem peruenire. auth.hoc amplius. C.de fideicom.& per Corn.cons.304.col.3. circa med.vol.j. Aym. cons.147.num.2.Tum etiam quia erga ipsam magis enixam voluntatem ostẽdit quàm erga Claricem. quia cùm de ipsa loquitur, vtitur tantum vnico verbo,prego, cùm verò de alia, geminato.s.prego, & supplico.

Secundò ponderando dictiones illas, *& anche*, quæ
9 †important implicationem & coniunctionem cum prę cedentibus.iuxta glos.in clem.2. versic.eccleſiæ, de hæret. & l.ea tamen adiectio,de leg.3. ergo quale fideicommiſſum est in dispositione de Clarice, tale etiam debet esse in dispositione de nepte, quasi dicere voluerit testatrix,sicut reliqui Catherinæ per fideicommiſſum, ita ẽt relinquo.Clarici, præsertim cùm vtraque dispositio sit concepta eisdem ferè verbis,nempe verbo, precor, item verbo, vt velit.

Tertiò ponderando, quia dum inquit, *che Clarice non riceueſſe*

viuere esse torto, necessariò ostédit voluntatem suam fuisse maiorem prærogatiuam exhibere in neptem, quàm in Claricem, quæ erat eius filia: iniuria enim erat, si neptis totum haberet, exclusa Clarice filia. Et hæc coniectu
10 ra confirmatur, quia †vna pars testamenti quatenus esset dubia, per aliam declaratur. l. qui filiabus, in princ. de leg. j. Bart. in l. Centurio, col. 9. in prin. versic. quid enim, de vulg. & pupil. Bal. in l. cum in testamento. §. vlt. de hæred. instit. Soc. iun. cons. 55. num. 10. vol. 4. Cùm præsertim congrua ratio diuersitatis dari non possit, quare potius in fauorem vnius voluerit fideicommissum inducere magis quàm alterius, cùm ambæ essent descendentes primi gradus, imò ratio iniuriæ magis militat respectu neptis quàm Claricis, cùm Clarix esset maior, nupta, & dotata, nepris vero infans, & nihil habens.

His coniecturis accedunt etiam iuris præsumptiones pro inducendo hoc fideicommisso.

Prima est fauor liberorum, quæ resultat ex affectione & charitate ascendentium erga descendentes, & su-
11 perat † omnes alias ad inducendum fideicommissum etiam præter verborum proprietatem. iuxta l. cum acutissimi. C. de fideicom. l. cum auus. vbi late Soc. col. j. & 2. de condit. & demonst. quia parentum hæreditas per naturalem quandam quasi legem & tacitam rationem debetur liberis, vt dicitur in l. cum ratio, in princip. de bon. damnat. & omnia quæ nostra sunt, liberis nostris ex voto paramus. l. fin. §. sed nunquid, de bon. liber. Et natura simul ac parentum commune votum admittit liberos in eorum successionem. l. nam & si parentibus, in prin. de inoff. testam. l. scripto, in fi. vnde liber.

Et ideo dicuntur quasi Domini etiam viuentibus pa-
12 rentibus, & † illis mortuis bonorum dominium in eos dicitur continuari. l. in suis, de liber. & posthum. l. j. §. largius, de success. edict. de quo latius per Alciat. de præsump. reg. j. præsump. 8. & cùm simus in auia, illa præsumitur de facili voluisse donare nepti, trad. Bart. & alij in l. quæ dotis, sol. matrim.

Secunda præsumptio est fauor testamenti, quia ne-
13 mo † præsumitur eam viam eligere, per quam sua dispositio impugnari possit. l. 3. de milit. testam. & semper est facienda interpretatio, ne actus destruatur. l. quoties. l. vbi, de reb. dub. l. quoties, de reg. iur. Alciat. in d. tract. reg. 3. præsump. 34. Et voluntas testatoris ita interpretãda est, vt non videatur voluisse quod nõ potuit. l. si quis ita, de condit. instit. l. Lucius. §. pen. ad municip. Et præsumitur potius testator sensisse illud quod verbis non cõtinetur, ne eius dispositio inutilis reddat. Bar. in l. Quintus, la 2. §. j. num. 3. de auro & argen. leg. Et ista præsumptio est cæteris alijs potẽtior. vt dicit Paul. de Cast. in d. l. vbi verborum, de reb. dub. & per Ruin. cons. 72. num. 4. vol. 2. S ed si interpretaremur non adesse fideicommissum validum, dicendum esset vel testamentum esse nullum ob neptis præteritionem, vt dictum est, vel fideicõmissum, vti in liberam hæredis voluntatem collatum, esse inualidum.

Tertia præsumptio est fauor fideicommissi, pro quo
14 † inducendo voluntas magis quàm verba intuenda est. l. cùm virum. C. de fideicom. l. pen. de leg. j. Et vtcunque precaria voluntas quæreretur coniectura, potuit admitti. vt dicit tex. in l. cum proponebatur, in fine, de legat. 2. Nec spectantur verba fideicommittentis, sed sententia, quibuscunque verbis, dummodo testator senserit, vt hæreditas restituatur. l. vbi pure. §. te rogo. ad Trebel. & dicit tex. in l. ex facto, la grande. §. verum, de hæred. instituen. totum facit voluntas defuncti, nam quid sensit, spectandum est.

15 Materia † enim fideicommissorum est taliter fun-
data in voluntate defuncti, vt quibuscunque verbis, coniecturis, vel præsumptionibus de ea potest apparere, sufficiat ad inducendum fideicommissum, vt probat Alexan. consi. 100. nume. 7. volum. 4. Soc. iun. consilio 110. nu. 10. volum. 3. Curt. sen. consil. 42. in princip. cum pluribus simil.

16 Hinc est, quòd † verba enunciatiua futuri euentus, quæ alias de per se non inducerent fideicommissum, si sint prolata in filios, vel nepotes, illud inducunt. l. vnum ex familia. §. fina. de lega. secundò, l. fideicommissa. §. hæc verba. l. Pamphilo. in princip. de leg. 3. Roman. sing. 154. num. secundo.

Et verba denotantia desiderium testatoris, in quem cupiat bona sua deuenire, inducunt etiam fideicommissum. l. & eo modo. l. etiam hoc modo. de leg. 1.

Sed cum ex serie testamenti colligitur enixa voluntas testatricis volentis, quòd sua bona quoquo modo in neptem perueniret, satis ex hoc dici debet per supra dicta inductum fuisse fideicommissum.

Quarta præsumptio elicitur ex qualitate personæ hæredis instituti nulla re egentis, & liberalissimi Principis, qui erat nepti loco patris, & illi cõiunctissimus, à quo poterat sperare omne commodum etiam cum lucro, & de quo testatrix poterat confidere, cum omnia bona se ab ipso habuisse professa fuerit.

Vnde ratione talis confidentiæ præsumi debet testatricem voluisse fideicommittere. argum. l. Pamphilo. in prin. de leg. 3.

Quinta, & vltima præsumptio deducitur ex aliqua
17 † obseruantia propter agnitionem factam per Leonem de fideicommisso relicto Clarici, vt colligitur ex instrumento transactionis iuxta cons. Cyn. inter consil. Bal. in consil. 400. col. prima, lib. 4. de quo late per Aym. consil. 158. num. 1.

Ex quibus omnibus coniecturis, & præsumptionibus Domini existimarunt constare de voluntate Alphõsinæ volentis fideicommittere in fauorem neptis.

Et licèt ex dictis coniecturis, & præsumptionibus solæ, & de per se consideratæ paterentur aliquam difficultatem, tamen ex omnibus simul iunctis inducitur probatio, quam Domini sufficienter esse arbitrati sunt in
18 hoc casu, præsertim, quia † coniecturæ voluntatis testatoris dependent ab arbitrio iudicis. l. voluntatis. C. de fideicommiss.

Non ob. in contrarium adducta pro parte Dominorum creditorum.

Et in primis, quod stante resolutione in hac causa facta, quòd facultas disponendi cõcessa Leoni per illa verba, altè & bassè, quantum sibi placuerit, denotet liberã & absolutam potestatem non coarctatam ad arbitrium boni viri, non potest dici per verba subsequentia, *ben prego & supplico*, fuisse inductum fideicommissum, quia sequerentur tria potissimum absurda.

19 Primum, q̃ testatrix fecisset † actũ nullũ remittendo hoc fideicõmissum in liberã hæredis voluntatem. cõtra tex. in l. fideicommissa. §. sic fideicõmissum. de leg. 3. & l. senatus. §. legatum, de leg. j. cum alijs adductis. quod tamen non est præsumendum. c. à nobis, il primo, de sent. excom. Rot. decis. j. num. 4. de testam. in antiq. Dec. consil. 124. num. 3. Aym. cons. 172. num. 4.

20 Secundum, quòd testatrix † se incontinenti correxisset, dando in eodem contextu verborum liberam & absolutam potestatem, postea statim per verba, *ben prego*, illam adimendo. contra l. nam ad ea. & ibi glos. de condit. & demonst.

21 Tertium, quia † cõcessio dictæ liberæ potestatis fuisset, prorsus inutilis, cùm momento temporis, quo conceditur,

ceditur, momento tollatur, vt in his terminis tradit Roman. in consil. 112. num. 3. versic. prima autem ratio. & versic. sed in proposito. quam sequitur Ias. cons. 38. in fi. versic. vltimo, vol. j.

Quoniam respondetur, quòd tota series testamenti ab illis verbis, *in prima dico*, vsque ad verba, *& follo mio herede*, in effectu nil aliud continent quàm respectum, humilitatem, & reuerentiam quandam testatricis erga Leonem summum Pontificem, qui ob summam dignitatem debebat hæres institui singulari quodã modestiæ submissionis & obseruantiæ genere, nec erat rogandus vulgari & promiscuo modo, vt quilibet alius, hæreditatem restituere, propter quam etiam reuerentiam dixerat se quicquid habebat à sua sanctitate recognoscere. Quare bene sentiens de fide dicti summi Pontificis putauit cum his præfationibus tantam sublimitatem inuitare, vt non dedignaretur subire honorẽ huius tituli hæredis coniunctum cum onere fideicommissi in fauorem liberorum.

Præterea dicta verba, *ne disponga alto & basso*, nihil aliud videntur tribuere Leoni, quàm illam eandem facultatem, quàm haberet etiam quod testatrix non expressisset, nec aliud significare quàm quod hæredis nomine continetur, nempe, vt sit dominus omnium bonorum, quia hæres vere dicitur dominus. §. pro hærede, Instit. de hæred. qualit. & different. l. his verbis. C. de hæred. instituen. quod patet, quia statim post dicta verba subdit, *& follo mio herede vniuersale*, quæ declarant illa præcedentia. argum. l. seruus plurium. §. fin. de legat. primo. & hanc liberam facultatem videtur voluisse concedere, vt de bonis suis disponeret, prout sibi placeret, dummodo nepti cõsuleret. Sed particulariter rñdendo.

Non obst. primum absurdum, quia immo nisi interpretaremur pro fideicommisso, diceremus, testatricem fecisse actum nullum, vt supra dictum est, & probatur in d. §. sic fideicommissum.

Non obst. secundum absurdum de correctione. Quia in primis dicitur hic nullam adesse correctionem ea ratione, quia facultati liberè disponendi est contraria necessitas ita disponendi: sed testatrix non dicit, vt Leo ita disponat, sed orat vt ita velit: voluntas autem non est contraria isti facultati formaliter loquendo, immo illa facultas sine voluntate explicari non potest. Et ideo si Leo velit id, quod testatrix, cùm rogauit vt vellet, quicquid postea faciet, dicitur facere vigore dictæ facultatis sibi concessæ.

Accedit, quia prior illa dispositio liberè disponendi non fuit simpliciter facta, sed cum modificatione sequẽtis dispositionis, quam denotant illa verba, *ben prego*, quæ connectunt simul sequentia præcedentibus. Et
22 †ideo quemadmodum si dictis verbis, alte & basse, fuissent addita aliqua alia verba, quæ importarent arbitrium boni viri, restringeret laxam facultatem. vt post Abb. in cap. Quintauallis, numero 32. de iureiuran. tradit Socin. in l. vtrum ita. §. cum quidam, numero 11. de rebus dub. Bertran. consil. 158. numero 20. volum. tertio. parte secunda.

Eodem modo hæc verba sequentia, *ben prego &c.* quæ inducunt fideicommissum, restringerent priorem illam facultatem, ita vt censeatur data vel ante requisitionem, vel respectu temporis restitutionis vel administrationis ante obitum Leonis, & aliarum circunstantiarum, quæ considerari possent in tractatione horum bonorum, dummodo tandem ad Catherinam perueniant, vt probatur in l. si fideicommissa, & l. postulante. §. sed & in huiusmodi. & l. si Titius. vbi Bart. ad Trebellia. Socin. consilio 123. numero tertio, volumine tertio. Ruin. consilio 112. numero nono. consilio 153. volum. secundo.

23 Præterea patet non adesse correctionem, † ex quo fit cum commemoratione rerum supra relatarum propter illa verba, *che di queste cose che io gli lascio*, iuxta dictam l. nam ad ea. ibi, nisi cum commemoratione primæ. & declarat Barto. in l. iurisgentium. §. adeo, numero primo, de pact. & in l. sicut, post princip. eodem titulo. Ias. in l. qui bis idem, numero 3. in sexta limit. de verborum obligatio.

Secundò respondetur etiam, quòd adesset correctio,
24 tamen † in fideicommissis verba præcedentia debẽt restringi & declarari ex subsequentibus, non autem subsequentia ex præcedentibus. l. clari. C. de fideicommiss. l. si quis cum, in principio, de vulga. & pupilla. l. si mihi & tibi. §. in legatis, de legat. primo. Dec. consil. 317. num. 4. & consil. 653. num. 7.

Nec est inconueniens, quòd instituti hæredes in omnibus bonis & verbis quibusuis prægnantibus postea grauarentur onere fideicommissi, iuribus vulga-
25 ribus, maximè † stante dictione illa, *ben prego*, quæ est aduersatiua. glos. in l. cum hic status. §. diuortium. versic. tamen, de donat. inter virum & vxor. & denotans diuersitatem in facto, & in iure. Bart. in l. patris, & filij. numero primo, in fine, & ibi Ias. numero sexto, de vulga. & pupilla.

Quod etiam comprobatur, quia quemadmodum d. libera facultas respiciebat etiam bona relicta Clarici, & tamen ea non obstante in eius fauorem est inductum fideicommissum, & sic illa facultas ex sequentibus fuit restricta, ita dicẽdum est idẽ factum fuisse respectu nepotis, cùm hæc præsertim sit pia, & consona naturali æquitate correctio.

Non ob. tertium absurdum de inutilitate institutionis, quoniam vt fuit supradictum, non est prorsus inutile, cùm ante restitutionem non data mora faciat fructus suos. d. l. postulante. §. sed si huiusmodi. ad Treb. & verisimiliter neptis ante pubertatem, & tempus nuptiarum non repetisset ab hærede restitutionem. & Roman. in d. sing. 154. nume. secundo, mouebatur tum propter correctionem, quæ vt dictum est, non ob. tum quia insurgebat nullitas testamenti, quæ ratio nullitatis potius operatur præsumptionem in contrarium, vt valeat fideicommissum.

Non obst. aliud fundamentum adductum pro parte Dominorum creditorum, quòd oriretur perplexitas, & repugnantia inter dicta precedentia, & subsequentia verba, qua perplexitate stante iudicandum est pro non fideicommisso, vt per Bero. consil. 64. nu. 9. vol. 2.

26 Quoniam † respondetur ex supradictis non constare de aliqua perplexitate, quæ etiam si adesset, nihilominus fieri debet interpretatio pro validitate dispositionis, maxime in fauorem liberorum. Et quia posteriora in fideicommissis attendi debent, per ea quę supra dicta sunt, & Bero. loquitur in longe diuerso casu.

Minus etiam releuat aliud fundamentum, quòd testatrix vsa fuerit illis verbis, *che voglia*, quæ cum respiciant liberam hæredis voluntatem. l. fideicommissa, la tertia, §. quid si ita. de fideicommiss. libet. l. fideicommissa. §. quanquàm. de lega. tertio, sunt contraria naturæ fideicommissi.

27 Quia † respondetur dicta iura loqui, quando fuit dictum, si hæres voluerit, nam tunc non valet fideicommissum, cùm sit positum sub conditione voluntatis hæredis: secus si fuit dictum, vt velit, quia tunc includunt fideicommissum. l. pater filium. §. fi. de lega. 3. l. Lucius. §. fi. eo, prout in casu nostro.

Non obst. illud fundamentum, quod deducitur ex ponderatione illorũ verborum, *far vn dono & vn presente*, quæ sunt aliena à natura fideicommissi, ex quo cũ donatio dependeat à mera voluntate donantis . l.j. l.donari, de donatio.l.munus proprie, de verb.signif.l.donari, de reg.iur. non videtur testatrix voluisse arctare Leonem onere fideicommissi, quia ita esset obligatio, & nõ donatio.l.Aristo, in princ.vbi not.Castren.& Imo.de do
28 natio. Quoniam † primò respondetur, quòd ista verba non repugnat fideicommisso, quod inducitur etiam per verbum, dono.l.miles ad sororem . vbi glos.in verbo, remunerationis.& ibi not.Bal.de leg.2.

Nec refert, quòd testatrix non donet, sed velit ab hærede donari, quia perinde est ac si ipsa donaret, ex quo de eius mandato donatur. l.item eorum.§.primo. quod cuiusque vniuers. nomi. l. ita autem . §. gessisse, de ad-
29 min.tuto.l.quod iussu, de regul.iur. & bona † subiecta fideicommisso capiuntur ab ipso relinquente, non à grauato.l.si hæres testamento, de actio.emp. l.vnum ex familia.§.si duorum . vbi glos.in verbo, hæreditario, de leg.secundo. & non attenditur cùm quo donans loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur. vt dicit tex.in l.cum pater.§.donationis,de leg.2.

Secundò respondetur, quòd quemadmodum potest quis cogi ad restituendam hæreditatem, quando roga-
30 tur restituere, eodem modo † dicendum est posse cogi ad donandum, ex quo rogatur donare, cùm hæreditas ista possit donari sicut restitui . l. hæreditatem, de donationibus.

Tertiò respondetur, dato quòd quis non possit cogi ad donandum, si tamen rogetur, pro fideicommisso accipiendum est, sicut dicitur, quòd licèt quis non possit rogari, vt aliquem hæredem instituat, si tamen ad id rogatur, pro eo accipitur, quasi rogatus esset hereditatem restituere, & propterea inducitur fideicommissum.l.filiusfamilias.§.vt quis hæredem, de legat.j.l. ex facto,in prin. ad Trebel.

Quartò respondetur, quòd ideo testatrix vsa est verbo, dono, quia quẽadmodum ipsa professa est se omnia habuisse à liberalitate Leonis, ita etiam voluit quod ipsa neptis hanc hæreditatem, quam ei voluit per Leonem restitui, ab eiusdem Leonis liberalitate recognosceret, & sic etiam ista verba, *in dono, & in presente*, conueniunt reuerentiæ & modestię testatricis erga illũ summum Pontificem, vt supra dictum est, potius quàm verbum, restituere, quod est durius, vt ita facilius Leo faceret, quod ipsa rogabat.

Quintò & vltimò respondetur, quòd licèt ex sui proprietate hoc verbum, dono, non conueniret fideicom-
31 misso, tamen † ratione subiectæ materiæ, quæ præstat interpretandi occasionem, vt dicit Bald.in l.omnes populi, in fine, de iustit. & iure. & vt deseruiat actui, qui geritur, recedit ab eius proprietate, vt fit in l.si vno, in princ. loca. in qua appellatio donationis comprehendit transactionem. vnde cùm sub vocabulo donationis, impropriè veniat donatio, quæ fit à donante ex necessitate, glos.in l.donari, de regul.iur.& in l.rem legatam, inversic. liberalis, de adimen. lega. ergo † saltem impropriè hoc verbum erit aptum importare fideicommissum, quod ne intercidat, recedit à verborum proprietate. l.non aliter, de legat.tertio. l.quoniam indignum. C.de fideicommiss.l.in legatis.C. de legat.l.cogi, in prin. & ibi not.Bart.numero secundo, ad Trebellia.Alexan. in l.ex facto.§.fin.numero secundo. & est communis opin. vt per Paris.consil. 43.numero 24.volum.secundo. Clar. de testam.quæst.76.versic.idque maxime.Maximè stante affectione testatricis auiæ erga neptem.l.si seruus plurium.§.vltimo,de leg.primo. & latè per Aym.consil.62. num.8.9.& 13.

Et ex supradictis colligitur responsio ad id quod dicitur, quòd testatrix non videatur voluisse respectu neptis inducere fideicommissum, cùm non fuerit vsa verbo,dare, quod importat necessitatem, sicut vsa est respectu Claricis,vt etiam ad alia in contrarium adducta.

ROBVSTERII.

Roman. vineæ. Die 23.Iunij. 1581.

SVMMARIVM.

1 *Possidere iustè dicitur qui auctore prætore possidet.*
2 *Instrumentum solum possessionis in vim decreti iudicis captæ, sufficit, vt quis dicatur iustè possidere.*
3 *Continuatio possessionis ex quibus probetur actibus.*
4 *Ius executionis, & immissionis in possessionem potest cedi.*
5 *Possessio residet in persona eam accipientis, donec fuerit ratificata ab eo, cuius nomine accepta fuit.*
6 *Restringere se semper quis censetur legibus de ipso actu loquentibus.*
7 *Authoritas iudicis facit, vt possessor debuerit suspicari se posse repelli.*
8 *Mandatum de manutenendo est summarijssimum, & datur etiam mero detentori & spoliatori contra spoliatum, saluis in cęteris remanentibus iuribus partium in possessorio ordinario quàm petitorio.*
9 *Mandatum de manutenendo potest ab eodem iudice quandocunque reuocari.*
10 *Paria sunt non esse, & minus efficaciter, aut sufficienter esse.*
11 *Inhibitio quando conditionalis & limitata, aut aliàs inefficax dicatur, & de eius effectu.*
12 *Priuilegium iuem operatur quod ius commune.*
13 *Princeps nec habens causam ab eo cum facultate prædicta dicitur attentare.*
14 *Dubia res non efficitur per negationem partis, vbi ex actis res liquida reperitur.*
15 *Agi potest contra hæredem executiuè vigore obligationis cameralis, licèt non ad effectum periurij.*
16 *Executio obligationis cameralis potest impediri per tertios ex bono eorum iure & claro.*
17 *Legitima & trebellianica sunt medietas totius hæreditatis.*
18 *Filius habet fundatam intẽtionem in omnibus bonis etiam subiectis fideicommisso vniuersali.*

DECISIO DCXLI.

QVoad primam difficultatem, an constet de primo extremo in vinea, de qua agitur, resoluerunt Domini satis ex deductis constare de primo extremo in fauorem Ludouici de Angelinis & Andreæ, aut saltem in fauorem Ludouici si non constaret de ratificatione Andreæ.

Nam ad instantiam Magdalenæ citato Rodomonte possessore huiusmodi vineæ, & hærede Antoniæ, fuit actum coram D. A. C. vigore obligationis cameralis ad solutionem 200. ducatorum eidem Magdalenæ, ex hæreditate Antoniæ matris suis nomine dotis debitorum, vt in principio extractus Auditoris Cameræ, & quia Rodomontes expresè consensit, vt fieret executio in huiusmodi vinea, fol.quadragesimotertio, & 45. de

de mandato eiusdem A. C. decreto sub die 19. Aprilis, 1575 fol.46. fuit facta executio super huiusmodi vinea sub die 28.Maij. eiusdem anni. fol.49. & 58. Et præcedente subhastatione & deliberatione in fauorem Ioan. Dominici Bruni tanquàm plus offerenti,fol. 58. concordatisque creditoribus pro concurrenti quantitate precij vineæ, & facta cessione à d.Bruno in fauorem Ludouici & Andreæ, accepit possessionem dictæ vineæ, sub die 12.Augusti.1575.fol.114. illamque continuarunt, vt in dispositionibus testium, quorum copia datur. Ex quibus omnibus apertè constat de primo extremo & le
1 gitima possessione Ludouici & Andreæ,nam † iustè possidet, qui auctore prætore possidet.l.iuste, de acquiren. possess. cum alijs per glos.fin.in cap.præsentium.7.quæstio.prima.vbi etiam Archid. Ægid.Gemin.& Alexand. idem Ægid.decis.104.Gomes.decis.42.Dec.consil.125.
2 sub numero 3. Et † quod solum instrumentum possessionis in vim decreti iudicis captæ sufficiat. Abb.in cap. cum nobis, numero 5. versic.ego vero dico, de præscriptio.Soc.consil.205.in princip.lib.secundo. Zuccard.in l.fin.numero 433. C.de edict.diui Adria.tollen. Cassad. decis.20.de præben.Menoch.in tract.de retinen.possess. remed.3.numero 575.versic.nono probatur. multò magis accedente consensu Rodomontis hæredis & possessoris, quia propter consensum iura sua perdidit. l.cum quidam.C.de admin.tuto. cum alijs per Tiraquel.de retract.ligna.§.primo,glos.9.numero 154. Faciunt etiam testes, qui licet soli non sufficerent, vt in resolutione 8. Februarij 1580.coram R.P.Domino Seraphino, tamen iunctis præmissis, quòd prius fuerit capta possessio, sine
3 dubio ex istis probatur cultura vineæ, & sic † continuatio possessionis.glos.in l.tertia. vbi etiam Bal.fin. regun. Angel.Aret.in §.sic itaque, numero 7.de actio.Paris.consil.107.numero 21.in principio.Riminal.sen. consi.341. numero 4.lib.secundo.Menoch.in tract.de retinen.tertio remed.num.563.

Non ob.quòd respectu Domini Gisellini non sit probata possessio. Quoniam hoc nihil refert, cùm satis sit Ludouicum per se ipsum accepisse possessionem nomine suo & Andreæ, vt in d extract.folio 114. & is Ludouicus sit de litis consortibus in lite huiusmodi super spolio.

Neque etiam obst. quod Ludouicus non fuerit missus in possessionem auctore prætore, neque acceperit possessionem vigore decreti D.A.C. & sic eius possessio non fuerit vera, sed turbatio & molestia absente Rodomonte antiquo possessore.

Nam respondetur, quòd cùm Ludouicus & Andreas venirent ex cessione Bruni, cui fuerat facta deliberatio, bene dicuntur ex hoc capite auctore prætore possidere,
4 quia † sine dubio potuit cedi ius istud executionis & immissionis in possessionem, vt late congerit Tiraquel. de retract.lignag.§.26.glos.tertia, numero vigesimosecundo, cum sequen.

Non obst.quòd Andreas non acceperit possessionem dictæ vineæ,sed Ludouicus nomine suo & Andreæ,pro quo de rato promisit. Quoniam testes satis videntur probare gesta & continuationem consortium ante spoliationem Rodomõtis,& sic Andreæ ratificationẽ,quæ ratificatio ex alijs circumstantijs est etiam satis verisimilis: & quando non satis constaret de ratificatione Andreæ,cùm Ludouicus,Andrea non ratificante, expresse voluerit teneri de suo, satis ex hoc ostendit animum
5 suum,& rota † possessio eo non ratificante, resideret in eius persona.l.si absentis. vbi Bart.& alij,C.si cert.petat. cum alijs per Alexan.& alios in l.si mihi & Titio, de verborum obligat. Alexan.consil.22. numero secundo. & consil.24.numero quarto, cum sequen. lib.quinto.semper enim † quis cẽsetur se restingere legibus de ipso actu
6 loquentibus.l.si duo.vbi Bal.de acquir.hæred. Aym.consil.186.num.9.

Nec etiam obst. quòd Rodomontes etiam possidebat & non habuit se pro spoliato, immo obtinuit mandatum de manutenendo, & continuauit possessionem. Quoniam (vt dictum est) per consensum suum perdidit omne ius suum & possessionem, quæ solo animo amit-
7 titur.Item † authoritas iudicis facit, vt ipse debuerit suspicari se posse repelli. Ange.& alij per Mohed.decis.84. Nec constat de aliqua ipsius continuatione ante diem 19. Aprilis, & 20. Maij. qua fuit facta executio super vinea, aut ante diem 12.Augusti. 1575. Quia fuit capta possessio, & mandatum de manutenendo datum Rodomõti fuit de mense Iunij. 1576. & vix est, quòd tunc in Rota fuerit dictum de obligatione camerali, nec de consensu Rodomontis, quòd fieret executio in vinea, de qua agitur, nec de executione, nec de instrumento possessionis,quę sunt in extract.A.C.

Præterea cùm mandatum de manutenendo sit summarijssimum, Pau.de Cast.consilio 3.numero secundo. cum alijs per Menoch.de retinen.remed.quarto, numero
8 58.datur † etiam mero detentori & spoliatori, & cõtra spoliatum.Paul.in l.Attilius regulus,numero 5. Roman.numero 7. Imo.numero 5. de donat. cum alijs per Neuizan.consil.80. numero 3. versic.& dicit Paul. Non tamen intendit iudex aliud quàm manutenere illum detentorem in eo statu, in quo existit, vt tollat occasionem spolijs & scandalis. In cęteris verò præseruat parti omnia iura, tam in quocunque possessorio ordinario, quàm in petitorio.iuxta l.secundã §.merito. pro socio. cum alijs per Sarnen.in reg.de iure quæsito.quæst.secunda,numero quinto.Dec.consil.541.numero 17. Merito possunt isti spoliati agere spolio non obstãte dicto mandato de manutenendo.

Neque etiam obstat. quòd non fuerit appellatum ab huiusmodi mandato de manutenendo, & quod transierit in rem iudicatam. Quoniam ab istis interlocutorijs non datur appellatio,vt in regula cancel. cùm graua-
9 men possit reparari per appellationem à diffinitiua, vel alio remedio ordinario: immò † quandocunque constat de possessione alterius, potest idem iudex dictum mandatum reuocare, nec quoad iudicem transit in rem iudicatam. l. quod iussit. cum ibi plene not. de re iudica.

Quoad secundam partem, an isti sint restituendi in casu de quo agitur. Dixerunt Domini, quòd cùm tempore, quo Ludouicus & Andreas acceperunt possessionem vineæ, ipsi non essent citati in lite, quæ inter alios pendebat in Rota, nec illis per Rotam erat inhibitum, sunt restituendi, quia docent clare de primo & secundo extremo, & nullum adest impedimentum, quominus spoliatus sit ante omnia restituendus. Et idem esset, si essemus in casu, in quo lis & inhibitio rotalis afficeret istos, non tamen impediret vlteriorem executionem coram A.C.pendentem.

Nam quando non obstante lite & inhibitione potest quis procedere ad executionem, non dicitur attentare: limitata enim causa producit limitatum effectum, &
10 † paria sunt non esse & minus efficaciter, aut sufficienter esse.cap.si quis iusto. cum glos.in versiculo, admitti. de electio. libro sexto. Tiraquel. de retract.ligna.§.pri-
11 mo,glos.10.numero 90. pagina 250. & de † iure in inhibitione moderata conditionali, limitata, aut aliàs inefficaci, inquit Rot. decisio. prima, de offic. delega. in nouis. Tiraquell. de vtroque retractu. §. primo,

glos. 2. num. 21. versic. sed illud in dubium. late Modern. Perusin. in tracta. de attent. parte secunda, cap. 20. limit. 7. num. 13.

Vnde licet secunda Iulij. 1575. & sic ante 12. Augusti, quo isti acceperunt possessionem, iam Magdalena, à qua Ludouicus & Andreas habent causam, esset citata in lite rotali, & illi inhibitum. vt in regu. fol. 127. & reducta inhibitio, tamen cũ illa lis & inhibitio non impedirent vlteriorem processum coram A.C. pẽdentem, non est curandum de ea, ex supra deductis.

Quod aũt lis & inhibitio Rotalis non impediret processum corã A.C. introductũ, est clarum. Nam Antonia mater Magdalenæ promisit eidem & Nicolao genero nomine dotis scuta 200. & ad illa soluendum obligauit se & suos hæredes in ampliori forma cameræ, & cùm Antonia decessisset antequam solueret dicta scuta 200. Magdalena egit vigore dictæ obligationis cameralis cõtra Rodomontem vti hæredem Antoniæ, & detentorem huiusmodi vineæ repertæ in bonis Antoniæ, & sic coram A.C. agebatur de executione obligationis cameralis, & cùm A.C. habeat priuilegium notissimum, quòd vbi agitur de executione obligationis cameralis, si in commissione, cuius vigore introducitur lis coram alio iudice, & emanat inhibitio, non est facta expresse mentio dictæ obligationis, potest ipse A.C. non obstante quacunq; lite & inhibitione vigore dictæ commissionis subreptitiæ emanatæ procedere ad vlteriora in negocio executionis cameralis.

Vnde cùm in commissione præsentata bonæ memoriæ Guicciardino, cuius vigore fuit introducta lis, & emanata inhibitio, nulla sit facta mentio de dicta obligatiõne camerali, potuit A.C. procedere ad vlteriorem
12 executionem in vinea, de qua agitur. nam idem † operatur priuilegium, quod ius commune. l. fin. C. de his qui ven. æta. impetr. vbi Bald. cum alijs per Dec. consilio 542. numero quarto. & sicut Princeps non attentat, Ægid. decis. 749. in fine. Rot. decis. 25. de rescript. in nou. Mill. in verb. declaratio potest fieri. Dec. consilio 461. nu
13 mero 19. Aymon. consilio quinto, in principio. Ita † nec habens causam ab eo cum facultate prædicta. Afflict. decis. 302. numero secundo. cum alijs per Morden. Perusin. in dicto tracta. de attent. parte secunda, cap. quarto, limit. 12. & cap. 20. limit. 2. 13. & 26. vbi in specie agit de isto priuilegio A.C. contra in inhibitiones sibi factas, licèt in d. limit. 26. id declaret. Et Rota sine difficultate solet admittere huiusmodi priuilegium, vbi est clarum, quòd obligatio cameralis habeat locum in casu, de quo agitur, prout dicitur clarum, vbi adest instru-
14 mentum publicum. Nec † per negationem partis efficitur res dubia, præsertim vbi iam ex actis res liquida reperitur. Bald. & alij per Aym. consil. 44. numero 3. & consil. 132. numero 15. Aut saltem contra obiectiones probabiles discerni potest, quænam sit communis opinio. Put. lib. 2. decis. 14.

Non obst. quòd obligatio fuit facta per Antoniam & contra hæredem non videtur posse agi tali obligatione camerali, cùm hæres non incurrat periurium. Innocen.
15 & alij in cap. veritatis, de iureiuran. Nam † respondetur quòd nihilominus si non ad effectum periurij, saltem quo ad alios effectus potest agi contra hæredem executiuè vigore obligationis cameralis. Rot. in antiq. decis. 338. Afflict. decis. 381. cum alijs per Gallesi. de oblig. camer. par. 2. q. j. per tot.

Non obst. quod inhibitio Rotalis, siue iusta, siue iniusta, vel nulla etiam ex defectu iurisdictionis sit timenda. Quia verum, vbi quis nititur sola iudicis inhibiti authoritate, sed non vbi authoritate Principis proue-
niẽte ex speciali priuilegio vel reformatione. Nam cùm Princeps sit supra ius, non attentat ipse, nec qui nomine suo id facit, vt dictum est.

Vltimò non obst. obiectiones contra dictam obligationem cameralem, quòd illa non sit clara saltem in vinea, de qua agitur. Immo vt prætenditur ius illorum de Bendicis ex fideicommisso est clarum: & propterea cùm non sint spoliatores, sed tertij, poterant ex bono
16 iure suo claro impedire † executionem obligationis cameralis, & restitutionem contra Rodomontem hæredẽ Antoniæ, & spoliatorẽ. Bal. in l. si alienã. vbi etiam Alex. & alij, num. 10. fol. matr. Gabriel. de rest. spol. conclus. 1. numero 4. & 46.

Nam respõdetur, quòd veritas facti deducitur ex tribus testamentis, de quibus in actis, quorum primũ fuit conditum 22. Iunij, 1551. in reg. fol. 666. per Michaelem quondam Simonis sancti-Angeli, quem vna pars vocat barilarium, altera vero de Bendicis. in quo fuit instituta hæres Augustinus eius filius legitimus, & naturalis ætatis tunc duorum annorum, & si intra 20. suæ ætatis annum sine filijs legitimis, & naturalibus decederet, fuit ei substituta linea, & consanguinitas eiusdem testatoris, & in eodem testamento fuerunt relicta Antoniæ vxori testatoris cẽtum pro dote, & insuper, quòd si in viduitate manere vellet, haberet vsumfructum communem cum hærede.

Secundum testamentum fuit conditum anno 1564. per Dom. Angelum in 15. suæ ætatis anno constitutum, & volentem ingredi religionem, in quo pariter fuit instituta hæres vniuersalis Dom. Antonia eius mater, vt folio 134.

Tertium testamentum fuit conditum anno 1574. per Dom. Antoniam, in quo instituit sibi vniuersalem hęredem Thadeum del Forno, siue Rodomontem, & post mortem instituit Dominos Ghislerium, Andream, & Ludouicum, & in eo reliquit aliqua legata, & inter alia 200. scuta, pro quibus se obligauerat Dom. Magdalenæ eius filiæ, quodque eius vigore Rodomontes prædictus acceptauit hæreditatem cum beneficio inuentarij.

Quod autem vinea, de qua agitur, esset quondam Michaelis, probatur ex confessione cuiusdam Ioan. Antonij de Bendicis in articulis ab ipso datis.

Et quòd esset vltima in hæreditate Antoniæ, constat ex inuentario.

Quò verò ad fideicommissum, quo nituntur isti de Bendicis in vinea huiusmodi, respondetur quòd ius ipsorum non est propterea clarum, & liquidum in vinea huiusmodi, prout requiritur: immo totum contrarium, ex quo in primis est detrahenda dos materna. auth. res quæ. C. commun. de lega. Item ex persona Au-
17 gustini filij est detrahenda legitima, † & Trebellianica, quæ sunt mediates totius hæreditatis. Angel. consilio centesimouigesimoquinto, in fi. Capr. consil. octuagesimonono, numero vigesimotertio, Aym. consilio 50. Burfat. consil. 19. nume. 36.

Et consequenter hæc vinea bene potuit obligari ad computum legitimæ, & Trebellianicæ, & dotis maternæ. l. Marcellus. §. res quæ. vbi Paul. & alij. ad Trebellianum. Bal. in Liubemus. numero primo, versicu. item fallit in legitima. C. eodem. Gabriel. de legit. conclus. quarta, nume. octauo.

Nec dicatur, quòd potuerint legitima, & alia præmissa detrahi in alijs bonis, vel forte iam fuerint detracta. Quia respondetur, quòd id asserenti incumbit onus
18 probandi, cùm de iure ista sint debita, & filius † habeat fundatam intentionem in omnibus bonis etiam subiectis fideicommisso vniuersali. l. scimus. §. repletionem.

C. de

C. de inoffic. testam. cum alijs plenè deductis in Perusin. fideicommisso, coram R.P.D. Brauo. de præsenti anno 1581. & etiam nuper coram me in Pontina de Mannetis. Accedit, nam Ludouicus & Andreas ne dum ex persona suorum auctorum habent hanc præsumptionem de legitima, ex persona filij, quæ sola est sufficiens in casu, de quo agitur, sed etiam ex persona propria excluderẽt istas disputationes: nam (vt dictum fuit) ipsi habent intentionem fundatam in hac causa spolij ex sola probatione primi & secundi extremi. Qui ergo vult eos excludere ab isto spolio claro prætextu fideicommissi, debet probare clare totum contrarium, hoc est, non adesse alia bona æquè pretiosa, vel iam fuisse detracta in alijs bonis, vt in fortioribus terminis fuit resolutum coram me in Tiburtina spolij, del 1568. causa pluries propopositа, quod ne dum (vt dictum est) non fuit probatum, sed filius habet de iure in istis fundatam intentionem, immo ex articulis, de quibus probatur fuisse alia bona.

Ad alia bene respondet Dominus Tiberius in memorialibus, cum quibus transierunt Domini, & possunt videri per partes.

SERAPHINI.

Portuen. bonorum. Lunæ, 16. Maij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Bona vniuersaliter, & generaliter sumpta, differunt inter se.*
2 *Creditoribus an possit præiudicari per pactum de non alienando certa bona, quod sic.*
3 *Dictio, ex, denotat separationem.*
4 *Dispositio auth. res quæ. C. commu. de leg. habet locũ etiam in nepotibus conceptis post mortem aui.*
5 *Filia vltra dotem à patre datam potest etiam habere dotem ab auo relictam inquantum computat in legitimã.*
6 *Filia quando est nupta cum minus sufficienti dote, an possit fieri detractio pro ea supplenda ex bonis subiectis restitutioni.*

DECISIO DCXLII.

QVia sub die 15. Aprilis proxime preteriti fuerat resolutum, dotes Illust. filiabus deberi in subsidium respectu bonorum pacto subiectorũ, necnon ex ei detrahendorũ, & pro parte Illustriss. D. Iulij Cęsaris instabatur declarari, an hoc idem esset dicẽdum absolutè respectu omnium bonorum profectitiorum, & aliunde quæsitorum, ideo proposita sæpius causa, nẽpe die 4. & rursus die 9. Maij. tandem sub die 16. eiusdẽ mensis fuit per Dominos facta distinctio in tria genera bonorum.

Primum est creditorum ex bonis pacto subiectis detrahendorum. Secundum, bonorum aliunde proueniẽtium, & extantium vltra ista bona. Tertium, est melioramentorum, vel bonorum emptorum ex redditibus præfatorum bonorum.

Quantum ad primum genus, Dñi steterunt in resolutis non obstantibus exemplo deductis, ex doctr. Bart. in l. iurisiurandi. §. si liberto, in fi. de oper. liber. quem sequitur Alciat. in l. bonorum, la 2. de verb. signif. Quia huic
1 † argumento fuit alias responsum distinguẽdo inter bona vniuersaliter & generaliter sumpta, quæ distinctio corroboratur ex deductis per Rimin. conf. 240. num. 18. cum seq. lib. 2. Neque obstare rationem factam, q̃ pacientes donando omnia eorum castra videantur se restrinxisse ad existentia in eorum dominio, quia hypotheca non facit, quominus essent hæc in eorum dominio, donec fuisset facta subhastatio, deliberatio, & cętera, de quibus in l. fin. C. de iure dom. impet.

Nec obst. quod dicitur, donantem censeri donare solum ius quod habet, neque posse præiudicare creditoribus. l. si quidem. C. de donat. inter vir. & vxor. Quia †non
2 versamur in his terminis, neque præiudicatur creditoribus, sed sumus in dispositione ita limitata, vt nõ possit acceptari nisi cum sua limitatione, vt aliàs deductũ fuit ponderando dictiones illas, nihil, penitus, item illas, ex
3 dictis bonis. Quibus † additur, quòd dictio, ex, denotat extrinsicitatem & separationem. Corn. cons. 359. nu. 2. lib. j. Accedit etiam, q̃ illa prohibitio non potest commodè verificari, nisi respectu huiusmodi creditorum, ideo ab illis excludere debent. Rimin. cons. 29. num. 8. lib. 2.

Neque obst. q̃ auth. res quæ. non habeat locum in ne-
4 ptibus conceptis post obitum aui. Quia † contrariũ fuit resolutum 21. Iunij. 1574. coram R.P.D. Decanõ.

Nec obst. authoritas Corn. in d. auth. res quæ, nu. 10. Quia communis opin. est in contrarium.

Non ob. testamentum Alexandri. Quia neq; factum est in executionem pacti, cùm de bonis vti liberis disponat, neque ipse poterat facto præiudicare.

Ab istis tamen creditis detrahendis ex bonis pacto subiectis, Dñi exceperunt dotem D. Margaritæ ratione testamenti per eã facti: cùm. n. fecerit plures gradus substitutionum, ne volũtas ipsius ex aliena dispositione eludatur, censuerunt non esse imputandas in dotes filiarum, sed detrahendam & inter bona aliunde quæsita connumerandam: seruanda est enim voluntas Dominæ Margaritæ, ne per indirectum id fiat, quod alias fieri nequit.

Quantum ad secundum genus bonorum, quæ aliunde prouenerunt quàm ex fructibus & redditibus comprehensorum in pacto, Domini censuerunt eorum in dotibus constituendis rationem habendam nõ esse. Nã præsupposuerunt paciscentes filias posse habere alia bona, ex quo pactum fecerunt de bonis particularibus, nõ de vniuersis, & nihilominus constituerunt ipsis dotes, & excluserunt solum ab illis, vnde videntur aliorum rationem non habuisse.

Neque obst. dispositio auth. res quæ. Quia paciscẽtes sequuti fuerunt illam dispositionem respectu bonorum pacto comprehensorum tm̃, non autem aliorum, & hoc est de mente Pau. de Cast. cons. 64. nu. 4. lib. 2. qui vult, fi-
5 liam † vltra dotem à patre datam habere etiam dotem ab auo relictam in quantum computat in legitimam. Neque facit ad rem, q̃ in casu Castren. dos iam fuisset à patre data priusquã eueniret casus fideicommissi, quia hoc potius augere deberet difficultatem. Nam maior
6 est apud Doct. difficultas, quando † filia est nupta etiam cum minus sufficienti dote, an possit fieri detractio pro ea supplenda ex bonis subiectis restitutioni, vt per Bart. & Docto. in d. auth. res quæ. Nec sibi ipsi est contrarius Castren. in d. auth. res quæ, num. 7. cum seq. quia ibi non tractat hanc quæstionem, q̃n dos relicta est à testatore.

Non obst. cons. Bart. 131. & Rub. Alexand. 124. cum alijs allegatis. Quia vel loquuntur, quando simpliciter res est prohibita alienari, vel quando dos est relicta ab auo contemplatione filij, siue neptis. Sed circa hoc caput in casu, de quo agitur, fuit resolutum contrarium, & ideo cessat hæc difficultas.

Quantum ad tertium genus bonorum, Domini dixerunt, vt in alia positione causæ de his particulariter agatur.

VICECOMITIS.

Florentin. matrimonij. Die 26. Iunij. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Parochus iuxta terminos Concil. Triden. de matr. intelligendus est de proprio, qui requiritur pro forma.*
2 *Parochus ruralis non dicitur proprius parochus inter habitantes in ciuitate, licèt ruri aliquandò moram traxerint.*
3 *Ruri moram ad tempus trahens non dicitur velle domicilium contrahere.*

DECISIO DCXLIII.

QVæsitum fuit, an matrimonium contractum inter duos habitantes plerunq; in ciuitate Florentiæ coram Parocho rurali nullis præcedentibus denunciationibus ex forma Conc. Trid. valeat nec ne? Domini circumscripta particulari consuetudine illorum ciuium circa habitationes rurales, per modum discursus inclinarunt, matrimonium non subsistere. Ponderarunt Concil. in illa parte reformationis matrimonij, licèt non dicat debere contrahi coram proprio parocho, sic tamen omnino esset intelligendum, quia,
1 † parochus, est terminus relatiuus, scilicet, de proprio, tum quia parochus proprius requiritur pro forma, cùm procedat annullando, quę forma non potest adimpleri per æquipollens, vt sæpissimè sacrosancta Concil. Cong. declarauit, & re vera ruralis parochus etiam non æquipollet, quoniam cessat ratio notitię impedimentorum in villa, quæ in ciuitate præsumitur. & quòd parochus ruralis stante quòd contrahentes habebant domos apertas in ciuitate, & solum recreationis gratia & colligendorum fructuum, vix 3. mensibus commorabantur, cùm †ad illam villam accedebant, nõ dicatur
2 proprius, probatur per c. is qui, de sepult. in sexto. & sola mora temporalis sine animo contrahendi domici-
3 lium non sufficit. Mora † igitur modici temporis causa recreationis vel colligendorum fructuum excludit animum contrahendi domum, quia qui in Vrbe domos habent, ibi dicuntur domicilium contrahere. propterea cessat cap. primum, de paroch. quoniam loquitur quando habet animum contrahendi domicilium.

Non obstat, quòd de sacramentis loquitur. Quoniam procedit, quando sunt necessaria. Hęc pauca, cum oẽs Dñi non vidissent, inclinantes in hanc partem, sufficiãt.

SERAPHINI.

Gadicen. statutorum. Lunæ, 19. Nouembris. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Iniustitia æquipollet nullitati.*
2 *Rescriptum non faciens mentionem rei iudicatæ, dicitur esse subreptitium, & nullam tribuere iurisdictionem.*
Fallit, nisi sententia sit nulla.
3 *Sententia vltima non reuocans priores dicitur esse nulla, nisi priores sint nullæ.*
4 *Cardinalis quicquid facit, præsumitur facere authoritate Papæ.*

DECISIO DCXLIIII.

FVit resolutum pro validitate sententiæ vltimo latæ, stante resolutione sacræ congregationis Concil. quòd decret. sess. 25. cap. 6. loquatur tantum in exemptis. Nam cum ecclesia Gadicen. non sit exempta, non potuit in ea habere locum dispositio Concil. & ideo sententiæ prius latæ sunt notoriè iniustæ, quæ iniu
1 stitia † æquipollet nullitati, vt sæpissimè fuit decisum. Et ideo non obst. quod obijcitur, rescriptum, quod non facit mentionem rei iudicatæ, esse subreptitium, & nullam tribuere iurisdictionem. l. fin. C. senten. rescind. non poss. vbi Bal. & Salyc. Felyn. in cap. super literis, nu-
2 mero 14. de rescript. non † enim procedit, vbi sententia est nulla, cùm nunquam transeat in iudicatum. Fely. ibidem, num. 15.

Neque obst. quòd cùm vltima sententia non reuocet priores, sit nulla, cùm sit sententia contra sententiam,
3 quia † eadem ratione tollitur hoc obiectum, scilicet vt non procedat, vbi prior sententia est nulla. Castren. in l. prima, num. 2. circa mediũ. C. quando prouoc. non est necess. Felyn. in c. inter monasterium, num. 21. & 23. & ita fuit resolutum in vna Roman. de Benefacere, coram R.P.D. Blanchetto, 16. Maij, 1575.

Non obstat quod prior commissio esset signata manu Papæ. Quia creditur Cardinali dicenti, placet
4 D.N.PP. & † id omne quod fit ab eo, dicitur factum authoritate eiusdem Papæ. Staphil. de liter. iustit. §. in primis, num. 97. & ex his conclusum pro validitate sententiæ vltimo latæ.

SERAPHINI.

Spoletan. domus. Lunæ, 19. Nouembris. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Mens petentis in libellis & sententijs est attendenda magis quàm verba.*
2 *Actus gestus quis dicatur attẽditur, quomodo partes eum nuncupauerint.*
3 *Extensio notarij regulanda est à petitione partis.*
4 *Iudex in ciuilibus non potest mutare in sententia quod petitum est in libello.*
5 *Pactum de ingrediendo propria authoritate non operatur contra tertium, nisi quoad possessionem adipiscendam.*
6 *Possessio postquam est adepta, subsistinetur in vim extraiudicialis, non autem iudicialis, vbi iudex est incompetens.*
7 *Possessione vt quis priuetur, requiritur expulsio talis, vt cum effectu expulsus excludatur à conspectu cum tota familia, ita quod facilis non sit reditus.*

DECISIO DCXLV.

DVbitaui, an mandatum ab A.C. decretum fuerit de associando, & an in executione fuerint excessi termini associationis. Et quantum ad prio rem dubitationem fuit conclusum, mandatum fuisse
1 de associando inspecta mente petentis, quæ † in libellis & sententijs magis attenditur quàm verba, vt inquit Ægid. decis. 160. in final. verb.

Petita autem fuit associatio nulla præmissa partis citatione, & iudex decreuit mandatum de associando. Vnde tam ex mente quàm ex verbis res videtur
2 clara. Nam † quando dubitatur, quis dicatur actus gestus, solemus attendere quomodo partes eum nuncupauerint.

eupauerint. vt per Bal. in cap. primo, in princ. de feu. dat. in vim l. commiss. Aym. consi. 20. in prin.

3 Non ob. extensio notarij, quia † regulanda est à petitione, vt per Anchar. consi. 343. & Butr. consi. 19. num. 5.

4 Cùm † iudex in ciuilibus non possit mutare in sententia, quod petitum est in libello. Bal. consi. 34. num. 2. ver. præterea, lib. 1.

Non ob. quòd pactum de ingrediẽdo propria auctoritate non possit quis exercere contra tertium, vel quando pars resistit. Bar. in l. 3. nu. 19. C. de pignor. cum alijs per informantes deductis.

5 Quia † hoc procedit ad effectum, vt quis licitè vtatur pacto, & non posset pars prętendere spolium, sed non facit, quin pars si vtatur, & spoliet, non adipiscatur possessionem, vt videre est ex Salyce. in dicta l. tertia, numero 11. & 12.

Nec obst. quòd non potuerit dari mandatum de associando contra tertium ipso non citato, quia hoc idem est in mandato de immittendo, & ideo hoc signum est æquiuocum.

Quãtum ad posteriorem dubitationem fuit dictum non videri partem stetisse in meris terminis associationis, ex quo pro executione mandati de associando adiuit iudicem, vt liquet ex præcepto facto à iudice sub die 19. Aprilis prout in attestatione, quæ datur, quod præceptum cùm fuerit executum per executorem † non videtur intentio iudicis procedentis iudicialiter fuisse spoliare. Et hoc ex eo comprobatur, quòd quando Scaurus sequenti die comparuit, & appellaret à d. præcepto, præsupponitur, quòd iudex admiserit appellationẽ, ex quo apparet, intentionem iudicis fuisse non spoliare Scaurũ per præceptum factum inquilinis de disgombrando.

Non ob. quòd hæc possessio possit defendi vti extraiudicialis ex trad. per Zuccard. in l. fi. nu. 268. C. de edic. diui Adr. tol. & per Bald. in l. nec quicquàm. §. vbi decretum. col. 4. vers. sed dubitatur. de of. proconsl.

6 Quia † in terminis Zuccardi præsupponitur adeptio possessionis, quæ postquàm acquisita est, subsistinetur in vim extraiudicialis, non autem iudicialis, propter iudicis incompetentiam. Sed in casu proposito negatur acquisitam fuisse possessionem ob defectum intẽtionis iudicis Et necessaria est huiusmodi interpretatio, aliàs falsa esset limitatio, quam tradit Sarnen. in reg. de annal. q. 45. nu. 2. quam Rota amplexa est. Bal. vero loquitur in mandato de associando dato non citata parte, de quo non est controuersia.

Non ob. quod iam fuerit capta possessio. Quia ex præcepto subsecuto die sequenti apparet nõ fuisse effectua-
7 lem expulsionem, quo casu dominus non priuatur possessione, vel qđ statim inquilini reuersi fuerint. Sed † ad effectum priuandi possessione requiritur expulsio talis, vt cum effectu expulsus excludatur à conspectu, & quod facilis non sit reditus, & quod cum tota familia expellatur. Gozad. consil. 86. nu. 1. cum seq. Et ex his conclusum in casu proposito intrare limitationem prædictam Sarnen. in reg. de annal. q. 45. nu. 3.

ALDOBRANDINI.

Lucan. Decanatus. Ven. 4. Nouembris. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. libertas. la 2. de manu. testam. procedit fauore libertatis ex communi.*
Eaq; procedit etiam in pia causa, ex communi. nu. 2.
Limita, vt non procedat, nisi vbi militat ratio irreuocabilitatis, vel inæstimabilitatis. ex communi. numero 3.
4 *Libertas semel data non potest reuocari, etiam quoad effectum. nu. 8.*
Immo nec etiam de iure communi. nu. 9.
Limita pluribus modis, vt nu. 10.
5 *Res quare cum fructibus restituatur.*
6 *Æstimatio hominis liberi in infinitum procedit.*
7 *Interpretatio benigna fauore libertatis debet fieri, vt lega tum libertatis sustineatur.*
11 *Conditio resolutiua resoluitur in suspensiuam, quando alioquin semel data libertas reuocari non potest.*
12 *Onus pecuniarium libertati imponi non potest.*
13 *Intellectus magis communis c. cùm sit. de cond. appos. est, quod seruus non reincidit in seruitutem, sed cogitur adimplere conditionem, vel modum.*

DECISIO DCXLVI.

DOmini tenuerunt, argumentum desumptum ex l. libertas. la secunda, de manu. testamẽ. tunc demum procedere etiam in pia causa, quando in ea militarent rationes irreuocabilitatis, & inæstimabilitatis, quæ militant in libertate, quæ, an locum habeant in casu nostro, particulariter videndum erit. Dixerunt
1 enim communem esse opinionem, † quòd dispositio d. l. libertas. procedit fauore libertatis. id namq; dicunt gl. in d. l. libertas. & in l. & si post tres. in glos. vltima ante med. ver. item fauore libertatis. ff. si quis caut. & in l. Titio fundus. in ver. in omnibus in fi. ff. de cond. & demon. & in l. ita stipulatus. in verbo, spondes. in fi. de verb. obli. Dy. Alberic. Benedic. de Plumbin. in d. l. libertas. §. 1. Bar. in l. mutianæ. §. 1. & ibi Imol. nu. 3. in fi. vers. fallit fauore libertatis. eo. ti. Cum. nu. 4. in fi. ver. vel põt dici. Goff. in l. seruo inuito. §. & si testator. nu. 3. in fi. ver. aut est dubiũ. ff. ad Treb. Odofre. in l. ita stipulatus. nu. 7. & ibi Bar. nume. 17. Cum. sub nu. 28. Imol. nu. 10. post med. Castren. ibidem. §. itaque potest. ad fi. Ias. nu. 18. circa med. Rip. nu. 47. Seisel. nu. 11. Ias. nu. 31. Soc. iun. nume. 172. alias 128. Æmil. Ferret. nu. 9. in fi. Hereulan. nu. 115. Ange. in l. fi. post med. C. de cond. inser.

Communem etiam concluserunt esse opinionem, q.
2 † id procedat in pia causa, vt per Roma. in auth. similiter. nu. 82. C. ad l. Falc. quem sequitur Euerard. in loc. de libert. ad piam causam. col. 4. ad fi. in 10. exemplo. Tiraq. de priu. piæ caus. priuil. 48. Soc. in reg. 310. priuil. 43. Benedic. Canosil. in tract. de priuil. eccles. iast. pag. 65. ver. priuilegium est. Rip. in l. ita stipulatus. nu. 47. Curt. iun. in l. siue apud acta. nu. 65. ver. tertio scitote.

Communem quoque statuerunt esse limitationem, siue declarationem datam ad præfatam conclusionem,
3 vt videlicet, id procedat non indistincte, † sed vt dixi, vbi militat ratio irreuocabilitatis, & inæstimabilitatis, quia hæ sunt rationes, quare in libertate statutum fuit, vt cõditio negatiua successiua habeatur pro impleta, quamprimum se obtulit occasio contraueniendi, & non fuit contrauentum, nec sit locus cautioni mutianæ. Hanc. n. declarationem tenet idem Ruin. in d. auth. similiter. nume. 20. Soc. post Lap. quem allegat, in l. quib. dieb. §. Termilius. sub nu. 17. de cond. & demon. Alc. bene in l. ita stipulatus. sub nu. 31. Goffre. in d. l. sed cum testator. §. cum seruus. nu. 3. & bene etiam Eman. Cost. select. opi. lib. 2. c. 5. nu. 5. Port. in §. omnis. in fi. Inst. de verbo. obliga. Tiraq. de priuil. piæ caus. priuil. 49. Cuiac. lib. 14. obseruat. c. 31. in fine.

Non enim isti Docto. contrariantur ijs, qui simpliciter asserunt totum hoc speciali fauore libertatis inductum esse, sed particulariter assignant rationem huius specialitatis,

4 specialitatis,quæ in eo versantur, ꝙ † libertas semel data reuocari nequit.l.1. & 2.C.si adu.libert.l.si ex causa.§. fi.ff.de minor.l.Imperator.ff.de manum.testam.& consequenter in ea locus esse non potest cautioni, quia cautio non potest reponere rem in pristinum, cùm defecta conditione assecutus libertatem non possit in seruitutẽ reincidere, nec potest satisfieri soluta æstimatione, quia vigore illius restituendus est quanti est res legata.l. cum
5 sub hac.ff.de cond.& demon.Et † inde fit,quod restituitur res cum fructibus.l.cum filius.§. qui Mutiana. de lega.2.Cùm itaq;, quod legatur, sit libertas,& quod accipit seruus, sit libertas,quæ inæstimabilis est.l.libertas.de reg.iur.§.pe.Inst.quib.ex caus.manum. non lic. non potuit seruus cauere de restituendo quanti valeat libertas sibi relicta, & quam ipse accepit , quia rem infiniti valo-
6 ris recepit.Hæc † enim æstimatio in infinitum procedit, inquit tex.in l.procurator.§.si quis.ff.rem ra.hab. Nec facit, quòd sit æstimabile id, quo priuatur dominus, cùm priuetur valore vnius serui.l.Papinianus.in fi.ff.de inof. testam. Nam id verum est: sed testator non legat seruũ, sed legat seruo libertatem, quæ æstimãda est, habito respectu ad legatarium, cui legatur,& quam legatarius cõsequitur: per æstimationem enim non satisfit menti testatoris volentis, quòd in euentum non adimplementi ille remaneret seruus , nec p rem æstimabilẽ libertatem consequatur:alioqui aliud pro alio inuito creditore solueretur: idque tantò magis , quia verba illa, quanti illa res est,de quibus in l.cum sub hac.de cond. & dem.non ad id quod interest,sed ad rei æstimationem , referũtur, vt inquit Vlpian.in l.hæc verba quanti.ff.de verb.sig.specialitas igitur in eo versatur , quòd libertas sit inæstimabilis, & irreuocabilis, quo supposito interptatio l.libertas.venit, vt vnus ex dominis considerabat,secundum regulas communes,non ex aliqua specialitate. Cùm namque dispositio d. rext.non procedat, quando clare cõstat testatorem conferre libertatem in vltimum vitæ spiritũ. l.fi.ff.de man.testam. sequitur, quòd in terminis l.libertas. de huiusmodi clara voluntate non constet. Vnde, cũ ista verba, si capitolium non ascenderis, vel si oblata occasione non ascenderis, si caperemus secundum intellectum,eo quia pro parte irreuocabilitatis libertatis, & illius infiniti pretij locus esse non potest cautioni mutianæ, sequereretur,quòd legatum esset inutile, cùm libertas in vltimum vitæ spiritum collata nõ valeat, cùm potius auferendæ , quàm dandæ libertatis causa id factum videatur.d.l.fi. infertur ex regula, non speciali, sed admodum communi,& vulgari l.quoties.de rebus dub. quòd
7 † pro validitate legati debeamus interpretari hæc verba benigna hac interpretatione, vt intelligantur, quamprimum natus fuit occasionem ascendendi , & non ascenderit , quia ita substineturlegatũ, quod alias corrueret. Cùm ergo fauore vltimarum voluntatum, vt illæ sortiãtur effectum,inuenta fuerit cautio Mutiana, quæ ,ppter naturam libertatis in libertatis legato locum habere nõ potest,I.C.huiusmodi legatis libertatis prouidere voluerunt mediãte hac interpretatione,ne perirent, sicut mediante supradicta cautione alijs prouiderant,& ita erudite declarat Cuiac.d.lib.14.obseruat.c.32.in fi.

Non ob.quod Rom.in d.auth.similiter, num. 100.loquitur in modo , quia satis est, quòd Docto.inter piam causam,& libertatem ponunt hanc differentiam, vel potius declarant, quod argumentum de libertate ad piam causam procedat, & illę rationes, quæ in modo militãt, multò magis procedunt in conditione per ea quæ supra dicta sunt.

Nec facit,ꝙ semel hæres non possit desinere esse hrs, & nihilominus prædicta cautio locum habeat etiam in hærede,quia licèt mero iure non desinat esse hæres,desinit tamen quoad omnes effectus.l. & si sine.§.sed quod
8 Papi.ff. de mino.sed † libertas semel præstita,etiam quo ad effectum reuocari non potest , & ita hac responsione respondet Imo.in d.l.Mutianæ.nu. 5.& sequitur Soc. nume. 1.circa med.

Sicut nõ ob. quod possit reuocari per viam iuris cõmunis,non autem per viam priuilegiatiuam.gl.in d.l.Papinianus.§.fi.de inof.testa. Rip.in l.ita stipulatus.nu.47. Quia ratio , cur testamentum dicitur inofficiosum post quinquennium,est, quia hoc non fit,nisi ex gratia, aliàs
9 non reuocatur,& iste est sensus glo.quòd † enim de iure communi non reuocetur libertas,est text.in l. rerum. ff. de minor. vbi datur actio de dolo, quæ alias de iure cõi competit,non ad reuocandum libertatem, sed ad interesse ipsius domini. Nec est bona illa responsio Rip.respectu inæstimabilitatis, ꝙ dominus non det libertatẽ, sed eam detegat.gl.in §.1.de libert.quæ glo.communiter reprobatur, vt testantur Doct.& hinc passim iurisconsulti dicunt dari libertatem.l.Lucius Titius seruo libertatem dedit.l.libertate.ibi,libertate sub conditione data.l.si qs locuplex.ibi, videamus an ea res testamento datis libertatib. proficiat.ff.de manu. testam.cum sexcentis simil.

Sicut etiã responsio Soc.iun. in d.l. ita stipulatus. nume.128.non est vera, dum ipse inquit,legata,quæ dãtur pendente conditione negatiua præstita cautione Mutiana verè & absolutè, non dantur, nisi quoad vsum tantũ, quia immo data pendente d.conditione verè, & absolutè dantur.& ratio est, quia cautio illa habet pro adimplemento l.Mutianæ,& ibi Doct.de cond.& demõ. & quãuis contraueniendo priuetur postea legatarius re,& fructib.l.hæres meus.§.1. de condi.& demon.l.cum filius.§. qui Mutiana. de leg.2. nõ propterea hinc inferri potest, quod res ab initio vere & absolute data non fuerit.

Non ob.quod immo libertas sit reuocabilis. l. ex magna causa.ff.de minor.l.seruus.C. de epi.& cler.c. famulus.c.nullus.de seru.ordi.& quod libertas possit dari sub conditione resolutiua.c.cum sit,& ibi Doct.de cond.ap-
10 pos.Quia † omnes supradictæ sunt fallentiæ ad reg. illã quod libertas sit irreuocabilis. Id enim fallit ex magna causa, & ex delicto superueniente. & in illis casib. quod vere possit dari libertas sub conditione resolutiua, non est tutum, per l.Imperator. ff.de man.test.nisi quando in pœnam expresse adimitur libertas à testatore, per tex. in l.1.C.de his,quę pœn.nom.vt ibi no.Bal.nume.18.vel & melius prout declarat Castr. in d.l.1.nu. 6.C.de his quæ pœn.nom.ꝙ quãdo legatario libertatis iniungitur aliqđ onus, & in euentum non adimplementi adimitur libertas,non cedit dies libertatis,nec ea competit, nisi à die præstiti adimplementi,& sic licet pure relicta fuerit,cen-
11 setur relicta sub conditione,& † conditio resolutiua resoluitur in suspensiuam,quando alioquin semel data libertas reuocari non potest, quod idem voluit in effectu ibi Fulgos.nu.4.in fi.dum intelligit habere locum ademptionem antequàm sit data libertas: nam ea data est irreuocabilis,& idem vult Com.qui videtur sequi Fulgo.& Pau.de Cast.nume.6. quod idem in effectu videtur velle ibidem nume.3. Duo enim sunt contraria, de quib. ibi agitur, vnum allegarum à glo.de tex.in l.plane si filium.
12 §.fi.ff.de leg.1.quòd libertati † onus pecuniarium impoi non possit, & vt dicit ibi Ias.propter eius inæstimabilitatem , & quoad illud contrarium ipse dat aliam solutionem, quam dicit meliorem,quàm sit solutio Paul.de Cast.quæ tamen in idem reincidit.

Aliud est contrarium formatum à Paul. de Cast. in d. §.semel.ex quibus caus.man.non lic.& huic contrario nihil respondet, & consequenter transit cum interpretatione

13 tione Castr.& Fulgos. Accedit † quod tex.in c.cum sit. habet multos intellectus , & communior videtur esse, quod seruus non reincidat in seruitutem , sed cogatur adimplere conditionem, vel modum, & idem sentit gl. in d.l.Imperator.

ALDOBRANDINI.

In eadem Lucan.decanatus.Ven.13.Ianuarij.1581.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum de libertate ad piam causam, vt procedat, eædem rationes irreuocabilitatis , & inæstimabilitatis, quæ militant in libertate,debent procedere etiam in pia causa:aliàs habet locum cautio Mutiana.*
2 *Regula §.affinitatis. Inst.de nup.non procedit vbi quælibet ratio de per se non est apta producere illum effectum.*
3 *Conditio negatiua in materia cautionis Mutianæ quando habeatur pro impleta,vel sit reijcienda.*

DECISIO DCXLVII.

DOmini tenuerunt, quòd si Reuer.Do.Archiepiscopus vult insistere super argumento desumpto ex l.libertas.de manu.testa. arguendo de li-
1 bertate ad piam cãm,debet † probare in huiusmodi casu concurrere ambas rationes irreuocabilitatis, & inęsti mabilitatis militantes in libertate:alias enim vna ex ipsis cessantibus locus esset cautioni Mutianæ, cùm illa cõtineat, vel quod res, vel quod eius æstimatio præstetur. l.cum sub hac.ff.de cond.& demonstra.Vnde si rei tradi tio est reuocabilis,licèt inæstimabilis, vel æstimabilis,licèt irreuocabiliter , semper committi potest stipulatio, vel respectu rei, vel pretij ipsius.
2 Non obst. reg. §. affinitatis . Cùm † ea non procedat, quando quælibet ratio de per se, vt in hoc casu, non est apta producere illum effectum.Tiraq.post alios ab ipso relatos in reg.cess.caus.limit.22.num.12.Immo quando est ratio, & ratio rationis, requiritur ambarum concursus.Tiraq. vbi supra nu.16.

Si autem prætenditur pro sui parte, quòd circumscripto argumento prædicto ex eo , quia per alias rationes non possit præstari cautio de iure communi, conditio
3 † negatiua, vel debeat haberi pro impleta , vel reijciatur secundum terminos l. quartę, de condit.instit. & l. Mutianæ,in fine, de condition. & demonstratio.vel ex quocunque alio capite , dixerunt id particulariter videndũ, & in hoc ei dederunt optionem, an velit,scilicet, disputare, vtrum in casu, de quo agitur, conditio successiua non reuocationis iurispatronatus, præsupposito, sine veri præiudicio, quòd in ea versemur, sit habenda pro adimpleta,vel repetatur pręsuppositis resolutionibus hucusque factis, vel potius hoc omisso, velit videre, an ambæ illæ rationes irreuocabilitatis, & inæstimabilitatis militent in casu,de quo agitur.

DECANI.

Roman.fideicommissi.Lunæ,16.Ianuarij.1581.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus substituti est substitutus instituti. Limita in substitutione nominatim facta, quæ tamen non procedit in pia causa.nu.3.*
2 *Dispositio l.cohæredi,in princ.de vulga. & pupilla. procedit etiam & multò magis in fideicommissaria, ex communi.*

DECISIO DCXLVIII.

COnclusum fuit, quòd sit factus locus substitutioni appositæ in testamento ad fauorem hospitalis sancti Iacobi incurabilium. Regula enim est,
1 quòd † substitutus substituti est substitutus instituti.l.cohęredi.in prin.de vulg.& pup.& licèt ille tex.loquatur in
2 vulgari substitutione, multò † tamen magis procedere debet in fideicommissaria, in qua potissimum testatoris voluntas spectanda est.l.hæredes mei.§. cum ita. ad Treb.& confirmatur ex doctr.Bar.in l.quandiu. la quarta,de acquiren.hæred.quam Doct.communiter sequuntur,& Rota in causa Caullicen. banni de Toro coram me alias canonizauit.

Non obst.quòd informantes exemplo conabantur limitare prædictam regu. & doctrinam, quando est facta substitutio nominatim, vt per Rui.consil.99.lib.2. post Doct.in l.vnica.§.postea vero.C.de caduc.tollen.de communi testatur Ias.in l. licet Imperator. nume. 36. & seq. de lega.primo.

3 Quoniam † omissis alijs responsionibus, & difficultatibus, quæ possent oriri super illa limitatione, Rota secuta est sublimitationem, quæ habet,quòd fauore piæ causæ huiusmodi limitatio locum sibi non vendicat, vt post Alexan. in d.l. licet Imperator.numero 10.& Ias. in l.si duo.§.hæres.num.14.& 15.de leg.1.Ruin.consil.116. numero 3.& 4.Grat.consil.5.num.24. Dec. consil.182. sub num.2.& consi.273.nu.1.in fi.cumulat Tiraq.de priuileg.piæ causæ,priuil.36.Et ex hac secundum dominos cessat omnis difficultas.

SERAPHINI.

Forliuien. fideicommissi. Mercurij. 16. Nouembris.1580.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio personalis non inducit fideicommissum:& dicitur personalis, quando est facta hæredibus , & substitutis.*
2 *Filius positus in conditione non dicitur comprehensus in prohibitione personali institutorum, & substitutorum.*
3 *Testator quicquid disposuit , vt conseruetur pro filijs suis, intelligitur , idest filiorum institutorum , & substitutorum.*

DECISIO DCXLIX.

BArtolinus de Cultrarijs in suo testamento hæredẽ instituit Guidonem eius filium,& eo,nullis filijs, nepotibus , & descendentibus relictis, decedente,substituit Cecchum alterum, & eius filios,& descendentes: deinde alijs interpositis dispositionibus apposita est huiusmodi prohibitio, grauãdo dictos suos hæredes institutos,& substitutos respectu, quòd non possint vllo vnquàm tempore vendere domum prædicti testatoris, sed ipsam debeant tenere, & conseruare pro descendentibus suis , ita & taliter , quòd si aliquis eorum prædictum domum vendiderit,tunc, & eo casu talis venditio efficiatur nulla, & inualida, & recuperari possit p alios proximiores de dicta agnatione, exclusis dictis proximioribus,qui ipsam vendiderint.

Decessit postmodum Guido relicto filio, qui & ipse

post

post patrem obijt, & quātum ad priorem substitutionē eam euanuisse exploratiuris est, cùm defecerit cōditio, si sine liberis: sed de posteriore ꝓhibitione alienationis domus dubitatum fuit, an induceret absolutum fideicō missum in fauorem Cecchi.& fuit resolutum nō esse in-
1 ductum fideicommissum, quia † huiusmodi prohibitio est personalis, nam facta est dictis heredib.& substitutis. Rip.in l.filiusfamilias.§. diui.nu.108.& 111. de leg.1.Iō cùm Guidonis filius in conditione positus non sit, neq; institutus neq; substitutus, vtiq; posset tam inter viuos, quàm ex testamento, siue ab intestato huiusmodi domū alienare, neq; enim testator voluit per hanc prohibitionem nouum inducere fideicommissum inter Guidonē, & Cecchum, sed in terminis prioris substitutionis ꝓhi-
2 bitionem bene facere. Vnde † cùm illa euanuerit, hæc quoq; ab ea pendens euanuit, vt per Alex.consi.139.li.6. Rub.Alex. in l.Gallus.§. quidam recte.de libe. & posthu. Rui.consi.102.nu.14.lib.2. & consi.153.nu.5.eo.li.Dec. consil. 636. cum alijs innumeris qui cumulati possunt. Patet autem pendere à priori substitutione, ex quo prohibet substitutis,ergo præsupponit casum prioris substitutionis,& eos tantum,quos honorauit, grauare voluit. Lab eo.C.de fideicom. Ideo cessante præsuppositocessat dispositum,per reg.gl.in l.mancipia. C. de seru.fug.illud
3 enim † quòd voluit testator conseruari domum pro filijs suis,intelligendum est, suis, idest filiorum institutorum,& substitutorum,vt per Rui.consi.121. num.8.li.2. vbi ponit aliam rationem sumptam ex Bar. in l. si mihi, & Titio.de verb.ob. quæ bene potest adaptari ad casum istum.& ex his colligitur differentia inter hanc prohibitionem, & alias exemplo allegatas, quas ex supra deductis non obstare concluſum fuit.

SERAPHINI.

Lucan. beneficiorum. Mercurij, 16. Nouembris. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Gratia tota ideo annullatur in clem.1.de præben. quia non fuit facta mentio de cura, quæ alteri dignitatem immine bat. ex magis communi.nu.6.*
2 *Qualitates beneficij in impetratione sunt exprimendæ,etiā in incompatibilibus, nec sufficit expressio in genere de primo obtentis.ex communi.*
Quod procedit in qualitate tali, quæ potuisset retrahere Papam à concedendo secundum:aliàs non essent necessariò exprimendæ.nu.3.
4 *Qualitas beneficij,quòd sit sub eodem tecto,non est apta retrahere Papam à concedendo secundum.*
5 *Vtile per inutile in separabilibus non vitiatur,etiam in beneficialibus.*

DECISIO DCL.

1 DVbitaui præsupposita subreptione dispensationis, prout in resolutione alias coram me facta, an corrueret tota gratia, vel tantum dispēsatio, quæ res pendet ab intellectu clem.1.de prēb.square annulletur in casu illius cle. tota gratia, secundum intellectum omnium scribētium.& gl. ibi in verbo,vel altero, ponit tres intellectus, & Domini amplexi sunt secundū intellectum, ꝓ ideo ibi tota gratia corruat, quia non fuit facta mētio de cura, quæ alteri dignitatum imminebat, quæ res facit subreptionem, ne dum respectu dispensationis, sed ēt respectu prouisionis: & propterea vtraque gratia tam prouisiua, q̄ dispensatiua annullatur, & hanc opinionem vltra gl.tenet Zenzel.vt oēs referūt,eandem ēt vī tenere Abb. vbi pro reprobatione tertij intellectus adducit tex.in c.si eo tempore.de rescri.in 6.eandem tenet ibi Vitall.nu.72.quam ēt tenet Io.Vanquel.in cōpēd. cle.in 3.conclusione, & hæc opinio confirmatur ex alia
2 cōi sententia, ꝓ † in impetratione beneficij non sufficit facere mentionem de primò obtentis in gñe, sed eorū qualitates sunt exprimendæ, ēt quod verſemur in incōpatibilib.in quib. per adeptionem secundi vacat primū, quæ opinio fuit Cald. in c.in nostra.nu.11.ver.7. quoad vltimum.de rescr. Abb.in c.ad aures.nu.9.de rescr.vbi latissime Fel.qui reliquos cumulat, & de communi testat,
3 nu.2.& 3.quod † intelligitur,quoties ista qualitas est talis, quæ potuisset retrahere Papam à concedendo secundum.vt vult Dec.in d.c.ad aures. nu.12.& hoc est, quod dicit Mohedan.decis.171.ꝓ quando impetratur aliud simile sub eodem tecto,nō est cautum, ꝓ debeat exprimi hæc qualitas de iure, nec illa est qualitas, quæ retrahat, vel facilitet ad concedendum. Sed in cura aliud est, nā vt inquit Abb.in d.c. ad aures. si Papa sciuisset qualitatē primi,forsan non absoluisset à vinculo, & dicit Fel.ibid. nu.3.idem forte esset,quando primum habet vacare,qa posset esse tale,à quo Papa nollet istud remouere,& congruentius deberet remanere in ea vocatione, in qua vocatus est.Non ob. ꝓ cōtraria opinio sit canonizata à Rota in illa decis.Mohed.171.loquitur.n.illa decisio,quando impetratur aliud sub eodem tecto,quæ † qualitas nō
4 erat apta retrahere Papam à concedendo secundū,sicut est cura,cùm plurimum referre posset,ꝓ quis potius in vno,quàm in alio loco curam exerceret:sed quòd in vna & eadem ecclesia vnum vel aliud simile obtineat, nihil interest, neque enim potest dari maior aptitudo respectu vnius,quàm alterius.

Non obst.c.non potest.§.cum vero.de præb.in 6.quia respondent Doc.supra allegati, ꝓ Papa ibi non exprimit integre factum,nec agitur ibi de subreptione, sed an esset inducta dispensatio. Confirmatur hoc, quia intellectus est magis conformis regulis iuris, vt in spiritualib.
5 vtile † per inutile non vitietur.c.si vno tpe. de rescr.in 6. Fel.in c. sedes.nu.3.vers.subreptio in vna parte.de rescr. Ruin.consi.70.nu.8.li.5.Mill. in verbo, gratia potest esse subreptitia in vna par.Non ob. Doct. allegati in contra-
6 rium,quia † magis cōis secundus intellectus gl. tertium enim tenet solum ibi Arch.nu.16.& Card.& Imo.& Bero.in c.ad aures.nu.28.sed suboscure. Cum secundo vero post gl.& Zenzel.tenēt supra citati, iungendo tradita per Doc.in d.c.ad aures.vltra quòd Imo.in d.clem. dicit opin.Zenzel.esse æquiorem.

Ex quib.resultat nos esse in casu, in quo non ꝓcedit dispositio d.clem.si solam subreptionem dispensationis ostendamus.Verum quia in gratia adest clausula, reseruatis valide &c.nō alias, nec alio modo,quæ facit gram corrispectiuam, & indiuiduam, prout fuit resolutū in vna Claramonten.monasterij corā R.D.meo Aldobrandino, videbatur Dominis totam hanc disputationē esse ociosam, & qtia pars petebat super hoc particulariter audiri, nihil fuit super hoc vltimo capite firmatum.

SERAPHINI.

Placentin.bonorum. Lunæ,7. Nouembris.1580.

SVMMARIVM.

1 *Vtilitas ecclesiæ est consideranda etiam respectu redditus prouenientium ex emptione aquarum.*

Redditus

2 *Redditus bonorum æstimari solet ad rationem quinque pro centenario.*
3 *Augumentum reddituum, quod sine aquis haberi non potest,dicitur ex ipsis aquis prouenire, non autē ex terris.*
4 *Vtilitas ecclesiæ sufficit, quòd colligatur respectu reddituum prout re vera reddunt.*

DECISIO DCLI.

PRoposui dubium, an in diiudicanda vtilitate ecclesiæ esset habēda rō reddituum prouenientium ex emptione aquarum,vel pretij tm taxati in literis, si in euidentē.Et ꝓ non esset eorum habenda rō, sed pretij iuxta taxationem in literis,consideratur per dños informātes ita inter partes cōuentum fuisse, vt apparebat in literis,in quib.hī, quod ex dictis aquis perciperentur ad rōnem quinq; pro cētenario ducati auri 25.Sed Dñi dixerunt illam assertionem non stare taxatiue.l.si quidē. & ibi gl.& Bar.nu.3.C.de transa.& Ias.nu.4. & confessio est interpretanda in fauorem confitentis.l.si quis intē-
1 tione. C.de iud.Mohedan.decis.37. Maxime † hoc casu, in quo tam per partes, q̄ per iudices fuit habita in consideratione ista vtilitas prouenies ex aquis, vt apparet tam ex instrumento, q̄ ex processu, & testib. super dicta vtilitate coram executorib. inductis. Ex quib. colligitur hanc declarationem esse conformem voluntati contrahentium. Neq; etiam repugnat huic interpretationi intentio Papæ, quæ in ijs alienationibus est, vt cedant in vtilitatem ecclesiæ,& nihil aliud curat.Soc.consi.15.nu. 51.lib.1.Et non est verisimile, vt exemplo deducitur, ēt si intellexisset totam rem prout se habet, ꝓ concessisset alienationem hoc pacto fieri, si modò verum est de iure illos redditus esse habendas in consideratione.

2 Deducebatur ēt, cōiter † redditus bonorum æstimari ad rōnem quinque pro centenario,ad gl.in auth. perpetuo.C.de sac.san.eccl.Cagnol.in l.2.nu.263.C. de rescin.ven.sed rīsum fuit hoc magis introductū ad cognoscēdū ptiū rerū, q̄ ad taxādos redditus, & absurdū esset velle taxare,non secūdū rei veritatē, sed secūdū opinionem.Neq; placebat hos redditus esse considerandos tanquàm redditus aquarum solum, sed tanquàm prouenię-
3 tes ex terris, & aquis, quia cùm hoc † augumentum sine aquis haberi non possit, rectè dici ex aquis prouenire.Silvestr.in sum.in verbo,alienatio.24.

Allegabant præterea informantes simile de melioramentis, in quibus hī ratio tantum impensæ vbi fructus melioramentorum excedunt,non autem fructuum: sed fuit dictum hic non agi de melioramentis,sed de recompensa data pro re alienata,ex qua ecclesia percipit maiores redditus quàm ex re alienata.ca.vt super.§.1.de reb. eccles.non alien.

Insuper fiebat fundamētum in eo, ꝓ cū esset processum per viam emptionis, non per viam pmutationis, habenda esset rō pretij, quod succedit loco rei, vt per Abb. in d.c.vt super. nu.4. Sed fuit responsum perinde esse ac si res data fuisset, cum fuerit conuentum, vt hæc aqua emeretur,& pretium in actu acquisitionis exburſaretur. facit Dec.consil.249.nu.27.lib.2. Frāc.in c.fi.nu.4. & 5. de rebus eccle.non alien.in 6.

Allegabatur quoq; auctoritas Anan.in d.c.vt super.dicentis,attendendum esse valorem rei, non fructus.Sed ꝓ hoc intelligebant Domini non tolli, quin possit vendi res minus vtilis, vt ematur res maioris vtilitatis, vt per Silvestr. vbi supra.

Quibus ita discussis Domini veniunt in sententiam, quòd aut Illustr. D. Cardinalis qui tenetur probare non euidentem vtilitatem Ecclesię,illā vult deducere ex fructuum collatione, & hoc casu habendam esse rationem
4 istorum reddituum, prout re vera reddunt, quia † hoc respectu colligitur vtilitas,quam sufficit, vt per Corne. consi.181.num.34.lib.2.

Si verò vult deducere non euidentem vtilitatem ex valore bonorum,& probat considerabilem excessum valoris, cùm in omnem euentum istæ aquæ quantumuis reddant, non sunt pluris æstimandæ, quàm 3000. lib. & ita Ecclesia non recepisset æquiualentem valorem rei suæ hoc casu,non obstante redditu maiore,constaret de non euidenti vtilitate, & hoc pendet ex dictis testium, quę erunt discutienda.

ALDOBRANDINI.

Bononien. bonorum de Gambarinis. Veneris, 4. Nouembris. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo operatur, vt simpliciter deponens non dicatur liberatus,& quare.*

DECISIO DCLII.

DOmini tenuerunt pecunias perijsse periculo Frācisci deponentis, duabus de causis. Prima fuit, quia licentia consignandi pecunias depositatas non fuit libera,sed conditionalis,facta,scilicet,retronē-
1 ditione, & † quamuis hæc esset conditio intrinseca, nihilominus efficit,vt deponens non dicatur liberatus per huiusmodi depositum.Bal.in l.acceptam.nume.14.& ibi Castr.num.12.C.de vsur.idem Castr.in l.si soluturus.nume.5.de solu.Alex.consil.78.nume.29. volum.5.Neguſ. bene in tract.de pignor.par.5.membr.3.secūdæ par.nume.10.& fuit tentum coram R. D. meo Blanchetto,27. Maij.& 19.Iunij.1579. tationem assignat Bart.in d.l.si soluturus, quia taliter deponens non deponit ratione abdicandi à se tunc dominium,sed tunc demum adimpleta conditione. Vñ si res perijt domino perire debet.

Non obst. quòd depositum factum fuerit in pecunia numerata, & consequenter fuerit translatum dominiū, quia hæc translatio dominij fuit respectu depositarij depositum numeratū recipientis, non autem Baldassaris creditoris, qui pecuniam non adimpleta conditione allequi non poterat.

VICECOMITIS.

Neapolitan.pecuniaria. Die 3. Iunij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Partitæ quæ continent fauorem banchi,non probant pro se,nisi constet de mandato,cuius interest.*
Item non probant,quæ carent die,& anno.nu.seq.
2 *Annus, & dies sunt de substantia in ratiocinationibus banchi.*

DECISIO DCLIII.

IN præsenti causa Domini dixerunt,per instrumentū de nouo productum pro parte Reuerendiſ.Episcopi Licien.in casu, de quo agitur,non esse recedendum à resolutione iam facta 16.Maij,1578.sed potius ad cautæ expeditionem deueniendum,quia licèt instrumento venditionis factæ per Cardinalē,ac alios fratres Saracenos

eenos proprio nomine ac nomine eorum matris pretio 6000. ducat. appareat dictos fratres confessos fuisse se habuisse talem pecuniarum summam, tamen Domini dixerunt talem cõfessionem fuisse nudam & factam sub spe futuræ numerationis per viam depositi, videlicet, p bãchum hæredum Cosmi Pinelli, & quondam Germani Rauascherij nomine omnium, vt verba instrumenti cantant, nec postmodum apparet, quòd per banchum talis pecuniarum summa fuerit distributa ad solum mandatum Cardinalis prout asserit Campsor, quia † respõsum fuit per Dominos, quòd cũ tales istæ partitæ contineant fauorem banchi, eorum fidibus ac libris non credit, nisi constet de mandato, & ordine cuius interest, vt per glo. & communiter scribẽtes in l. quædam. §. nummularios. ff. de eden. & Ias. in l. admonendi. nu. 13 1. versi. vlt. de iureiuran. quæ mandata Cardinalis nullibi apparẽt. Insup dixerunt Domini, partitas, quas campsor asserit se pro Episcopo de mandato Cardinalis exbursasse, non probare, quia † carent die & anno, quæ sunt substãtialia in huiusmodi ratiocinationibus. Bal. in rub. C. de fide instru. col. pe. & glo. in l. 1. §. 1. ff. de eden. Alex. in l. 1. §. editiones. eo. ti. Nec verisimile visum fuit, vt eadẽ die, qua fuerunt per emptorẽ depositati nummi Cardinalis, tot mandata fecisset, & eas distribuisset, cũ eadem die, & per aliquot dies ante esset Romæ, vt ex literis in actis productis constat, quo tempore adhuc pecuniæ erant penes ipsum bãcherium depositarium, vt ex ipsis literis est legere ibi, & *li dannari nostri stanno morti*. Ergo de non exitu dictarũ pecuniarum de mandato Cardinalis satis constat.

1 *Verba concepta per ablatiuum absolutum important conditionem.*

Item clausula, nec aliter, nec alio modo. nu. 2.

2 *Renunciatio, vt nulla reddatur, vel rescindatur ob enormissimam lesionem, requiritur scientia rei tempore quo fit ipsa renunciatio.*

VICECOMITIS.

Roman. domus. Die 20. Iunij. 1580.

SVMMARIVM.

DECISIO DCLIIII.

DIxerunt Dñi, Vincentiũ Stampã non posse agere ad domũ, de qua controuertitur, ob cõditionẽ nõ impletam, positã in concessione sibi facta. s. reseruato bñplacito sedis apostolicæ, & cõsensu capellanorũ, & non aliter, nec alio mõ: q̃ verba† cũ sint cõcepta per ablatiuũ absolutũ, importãt conditionẽ, vt per tex. in l. ab emptore. in prin. vbi Bar. & alij. ff. de pac. cũ vulgar. & subsequaẽ † clausula, nec aliter, nec alio mõ, q̃ & ipsa importat cõditionẽ, vt testatur Curt. sen. cõs. 8. nu. 6. Rip. in c. cũ M. nu. 80. ver. tũ quia. de cõst. & Ias. cõs. 162. nu. 5. volu. 2. Boer. decis. 248. ver. 1. de quo cõsensu nullibi appareat, licèt esset necessarius, cùm Camillus subrogauerit d. Stampã loco sui, qđ poterat, vt p scribẽtes, ꝓ d. Laura, ergo ius, qđ ipse hẽbat, in aliũ trãsferre nõ potuit: pendẽte igitur conditione ex contractu agi non potest. l. cedere diem. ff. de verbo. significa. Corn. cons. 25. num. 3. vol. 3.

VICECOMITIS.

Amerin. domus. Die 17. Octobris. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Soror in testimonio dicitur esse suspecta, & non integer testis.*

DECISIO DCLV.

REsoluerunt Dñi non probari scientiam Claudiæ quantitatis dotis maternæ ad effectũ, vt renunciatio, de qua controuertitur, nulla reddat, vel ex capite enormissimæ lesionis rescindatur. Nã sola Horatia Laurelia de Cãsacchis deponit de sciẽtia, cuius dictũ non attẽdi Dñi existimarunt, tũ quia est dictum vnius. 1 l. iusiurandum. C. de testib. tum ẽt, † quia est soror d. Cinthij aduersarij, & sic suspecta, & nõ integer testis. Ale. cõsil. 13. nu. 16. li. 1. Tertius & sextus deponunt tm̃ de scien 2 tia Claudiæ post renunciationẽ, ideo non releuat, cũ † talis scientia requiratur tempore quo renunciatio fit, & tunc non infertur lesio. l. cũ donationis. C. de transact. ita declarat Fel. in c. cum in præsenti. num. 8. in fi. de proba. Grammat. decis. 103. nu. 54. & 55. Curt. iun. cons. 141. nume. 16. Cæteri verò testes nihil pẽnitus deponunt circa scientiam.

VICECOMITIS.

Florentin. matrimonij. Die 23. Octobris. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Parochi appellatione, de quo in Conc. Trid. de reforma. intelligitur de proprio non solum denunciante, sed etiam contrahente.*

2 *Parochus proprius de iure non dicitur ruralis.*

DECISIO DCLVI.

FVit controuersa validitas mr̃imonij contracti à parocho rurali inter ciues Florẽtinos, p̃ suppositio eo ꝙ ex testib. probetur, & ex infinitis grauissimorũ virorum attestationib. huiusmodi contrahentes non solere ruri esse, nec ꝑ maiorẽ partẽ anni, nec ẽt ꝑ dimidia parte, sed solum per tres, vel ẽt quatuor mẽses. Dñi dixe- 1 dixerunt † Concil. intelligi de ꝓprio parocho non solũ denunciãte, sed ẽt contrahẽte, tũ quia immediate subsequitur clausula cõtrahentis, post clausulã denũciãtis, cũ ꝙ nõ requireret Concil. ꝙ alius sacerdos nõ posset, nisi de licẽtia parochi, nisi intelligatur de proprio. Dixerunt ẽt decretũ illud progredi annullando, & ob id formam inducere: & ꝙ † de iure proprius parochus non dr̃ ruralis in casu proposito, p cis qui. de sepult. in 6. Car. in clemen. 1. de priuil. Calder. consil. 3. de sepultur. Federic. de sen. consil. 154. & alia infinita in informationibus adducta, reiecta illa ratione publicationis Concilij in illo loco, existimarunt adducta in contrarium nõ abesse, & satis ex se ex prædictis infirmãtur. An vero inducta ab ipso concilio possint impleri per ęquipollens, & an ruralis parochus pareat vbano, reseruarunt Domini videre, si pars mariti in illis vim faciat.

VICECOMITIS.

In eadem Florentin. matrimonij. Die 1. Februarij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Forma matrimonij contrahendi, de qua in Conc. Trid. de refor. mat. non potest adimpleri per æquipollens.*

Requisitum

2 *Requisitum pro forma quò magis est voluntarium, eò magis est implendum in forma specifica.*

DECISIO DCLVII.

DVbium fuit, an forma data à concilio in modo contrahẽdi matrimonia, videlicet, coram proprio parocho, possit impleri per aliud æquipollens, quàm ab eo quod datur ab eodem decreto. Secundum est, an dato, quod sic, an ea, quæ in casu nostro concurrunt, sint huiusmodi, quod sufficiant.

1 Circa † primum credebant Domini non posse impleri per aliud æquipollens, quàm expressum: nam regulariter, quando quid requiritur pro forma, debet impleri in forma specifica, ad not. in l. prima, & in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthum. & decretum in hac materia valde suspecta, & controuersa in qua processit annullando, videtur ita distinctè voluisse loqui, vt opus non esset aliqua suppletione: quod patet, quoniã licèt de iure idem esset, quòd parochus matrimonium celebraret, & in esse deduceret, vel alius de licentia, tum ratione iurisdictionis, tum ratione impedimentorum, vulgat. reg. qui per alium facit, l. prima. §. primo, ff. de vi & vi armat. tamen non contentum decretum hac legis interpretatione, nec aliqua aliorum opus esse in hoc suppletione, exprimit illud de licentia, vt excluderet alia æquipollentia, maximè, cum nulla possit dari quę ita æquipolleat in hac materia, sicut hoc ipsum de licentia expressa, & videtur substulisse difficultates, quæ quotidie ortæ fuissent in hoc, si agendum erat de æquipollentibus, maximè, quando forma hæc sit requisita ad deducendum factum in esse, nam forma est proprius parochus, materia est consensus.

Circa secundum dato, quòd possit impleri per æquipollens, dico in hoc casu hoc non concurrere: nam quòd illud æquipolleat tractatus matrimonij per aliquod tẽpus, præsentia patris vxoris, & multorum, præterquam, quòd videtur tollere clandestinitatem, quæ fuit finis, vt proprius parochus requireretur secundum exemplo informantes, vel secundum alios probationem matrimonij, non sufficit.

Nam præsentia parochi non videtur inducta neq; ad ad tollendum clandestinitatem neq; inducendum probationem, quoniam potuissent plures testes requiri, & alia re opus fuisset, sed vt restringat se ad proprium pa- 2 rochum. Vnde sat est, † quod requisitum pro forma, & quò magis est voluntarium, eò magis implendum in forma specifica. ad not. in d. §. & quid si tantum.

Non obst. quod parocho rurali fuerit dictum à patre vxoris, quòd poterat matrimoniũ sine aliqua suspicione celebrari, quoniam hoc non inducit æquipollens, nec tenebatur ei credere ad finem validitatis matrimonij. Si quæratur postea, quænam fuerit ratio, quòd decretum requisierit celebrationem parochi, retenta ratione clandestinitatis, dicebant causam esse, quia tale sacramentum sicut alia sacramenta, non debet ab alio celebrari, quàm à sacerdotibus.

Verum, quia non poterat ab extraneo ratione iurisdictionis, ideo à proprio, iuxta l. extra territorium. ff. de iurisdi. om. iudic. Huic rationi non satisfacit æquipollens aliud, quàm subnexum ab eodẽ decreto, hoc est ab alio sacerdote de licentia proprij.

Non placuit ratio adducta ad fauorem Dionoræ, ꝙ erat absurdum, quòd sacerdos proprius denunciaret, & ad eum deueniret impedimenta, & alius celebraret matrimonium, quod verisimiliter hoc non resciret: nam ea attenta sequeretur, quòd sicut ex interpretatione cõgregãtionis statutum est denunciationes posse remitti, per consequens hoc quoque posset.

Et hinc constat, quòd ratio præsentiæ parochi nõ est, vt tollatur clandestinitas, quoniam sicut remittuntur denunciationes, quando aliunde factum est notorium, ita etiam tolleretur hæc forma præsentiæ parochi, sic fere nunquàm locus esset annullationi contractus.

VICECOMITIS.

Penestrin. hæreditatis. Die prima Februarij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta debita iure actionis etiam præterita debeantur.*

2 *Fructus compensatiuos soluere tenetur, qui retinet bona subiecta pacto, vel fideicommisso cum onere dotandi.*

3 *Pupillares pecuniæ an potuerint collocari ad honestum lucrum, sufficit præsumptiua probatio.*

DECISIO DCLVIII.

1 DOmini quoad primum tempus dixerunt deberi alimenta, quia † cùm debeantur iure actionis, etiam præterita debentur, vt per Docto. in l. de alimentis. C. de transact. vbi Dec. numero quinto, cum alijs allegatis, & per consequens debentur hæredi bo. me. Illustrissimæ D. Iuliæ.

Non obstat promissio Illustrissimæ Dom. Marchionissæ matris, de qua agitur in instrumento per Illustrissimum Dominum Iulium producto, quia est nulla ob non seruatas solemnitates statuti: cùm enim filiæ aliunde alimenta habere possint, mr̃ non tenebatur eas alere.

Vnde sequitur, quòd talis promissio fuerit correspectiua ad promissionem dotis factam per Dominum Iulium, quia sine alia possessione Dom. Iulius vti possessor bonorum Francisci tenebatur ad restitutionem dotis. Ista autem alimenta domini taxarũt ad rationem 250. scutorum pro qualibet puella, in quibus poterunt ex computari data per D. Iulium D. Marchionissæ occasione transactionis.

Circa verò vltimum tempus à die, scilicet, obitũs Do- 2 mina Iuliæ, Domini † dixerunt deberi fructus compensatiuè ex æquitate l. curabit. C. de actio. empt. cum enim Dom. Iulius retineat bona subiecta pacto cum onere dotandi, tenetur ad fructus compensatiuos, cùm habeat rem, & pretium, quæ æquitas l. curabit. habet locum etiam de iure canonico, & videmateriam, vt alias Rota resoluit in decisionibus allegatis.

Quòd tantò magis dixerunt Domini procedere in casu isto, quia cùm istæ essent pecuniæ pupillares, quæ col- 3 locari debebant ad honestum lucrum, sufficit † præsumptiua probatio, quòd collocari potuissent, vt per Barto. consilio. centesimotertio, sub numero primo, versicu. si sic volo.

Et in Vrbe notum est semper reperiri ad collocandum prout alias tenuit Rota, vt in decisionibus allegatis. Istos tamen fructus taxarunt ad rationem quinque pro centenario, cùm constet, quòd Do. Iulius eos ex bonis, quæ possidet, percipiat.

Nec habuerunt Domini in cõsideratione, quòd ciuitas Prænestin. reddat minores fructus, videlicet, ad rationem duorum pro centenario. Quia dixerunt, Dominum Iulium teneri ad pecunias, quas certum sit, ꝙ non redegisset ex venditione ciuitatis Penestrin. sed aliorum bonorum, quæ sunt in fructu ad rõnem quinq;. Et tãtò

magis, quia cùm teneretur ad soluendum pecunias, poterant collocari ad maiores fructus, quàm ad quinque.

LANCELLOTTI.

Romanen. vinearum de Maximis. Veneris, 13. Nouembris. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Executio sententiæ non retardatur propter meliramenta non liquida, de quibus reficiendis debitor cauet. ex communi.*
Eo magis cum parti fuerunt termini dati ad liquidandum. num. 2.
3 *Appellatio non datur à sententia lata in mero possessorio.*
Fallit, nisi ex aliqua causa, quæ est in appellatione exprimenda. nu. seq.
4 *Causa, propter quam permissa est appellatio à sententia lata in possessorio, est exprimenda in appellatione.*
Immo debet specificè & nominatim exprimi. nu. 6.
5 *Appellatio debet duo continere, grauamen, à quo appellatur, & causam propter quam grauamen impugnatur.*

DECISIO DCLIX.

DOmini concluserunt, executionem fuisse legitime factam, & propterea obseruandam non obstantibus adductis pro parte Dominorum de Maximis. Quoniam ad caput melioramentorum, licèt regulariter pro illis detur retentio, tamen, quando illa non sunt liquida, & debitor cauet de illis reficiendis, nõ
1 † retardatur executio, iuxta communem opi. de qua per Curt. iun. consil. 122. nume. secundo, volum. secundo, & optime comprobat per plures rationes, & auctoritates Benintend. decis. 72. numero quinto, Bero. in ca. primo, numero 35. de in integrum restitut. Rui. consilio 1. numero 16. Gozad. consil. 100. num. 21. cum alijs de quib. hic per informantes.

Quam opinionem Domini dixerunt etiam esse de iure veriorem, per text. in l. statu liber. de stat. liber. & per no. per Alexan. in l. quarta, §. ait prætor. nume. secundo, de re iud. vbi etiam Rip. Et insuper hanc opinionem in casu, de quo agitur, dicebãt procedere absque aliqua dif
2 ficultate, tum quia † fuerunt ex æquitate Rotæ præfixi termini Dominis de Maximis ad liquidãdum dicta melioramenta, iuxta decis. Fab. Accoramb. 8. volu. 1. Put. in decis. 473. circa fi. incip. die 11. Octobris volum. 1. & tamen non liquidauerunt, vnde potuit fieri tantò magis executio, vt animaduertit etiam Soc. iun. consil. 62. numero 3. vol. 1.

Tum etiam, quia super deputatione peritorum pro facienda æstimatione, ipsi fuerunt repetiti cum intimatione, nec curarunt facere parti aduersæ d. intimationẽ, ex quo Domini arguebant illorum moram, qua stante proculdubio fit extensio secundum But. in d. decis. 473. in fi. Addebant etiam, quòd hæc oppositio melioramentorum redditur multum dubia, quia Domini de Maximis declararunt penes acta, quòd ipsi non intendebant aliquo modo velle approbare aliquem actum eorum nomine gestum per Dom. Vincentium eorum procuratorem, quinimmo reuocabãt omnia gesta per eum in hac causa, ex quo videtur etiam reuocasse oppositiones factas de melioramentis tam per ipsum Vincentiũ, quàm per eius substitutum.

Quò verò ad aliud caput concernens attentatam exe-
cutionem tanquàm factam pendente appellatione, fuit
3 etiam dictum non obstare, quia † sententia cùm fuerit lata in mero possessorio, iuxta dispositionem l. fina. C. de edic. diui Adr. tol. ab ea non dabatur appellatio stante repetita constitutione Ægidiana.

Non ob. quod immo videtur permissa stante supradicta oppositione melioramentorum.

Quia fuit responsum, quòd cùm regulariter appella-
4 tio sit prohibita in eo possessorio, si † ex aliqua causa est permissa appellatio, debet illa causa exprimi in appellatione, vt fuit resolutum coram R. P. D. meo Robusterio in causa firman. attentatorum die 11. Ianuarij, 1575. per glo. in capitu. Romana. §. si autem. cum simil. de appel. in sexto, & per Innocen. in capitu. pastoralis. nume. 3. de offic. delegat. & cum alijs, de quibus hic per informantes, vt in terminis dictæ l. fina. multa congerit Zuccard. in eadem l. numero 400. Nec placuit pro expressione causæ id, quod deducitur ex verbis d. appellationis ibi, de & super certis vineis illarumque prætensis fructib. & melioramentis. Tum quia sunt verba posita in parte narratiua, & non dispositiua, tum etiam quia etiam si essent in parte dispositiua, non releuat, quia hæc expressio
5 fuit facta super eo, de quo lis pendet: † & appellatio debet duo continere, grauamen à quo appellatur, & causam propter quam grauamen impugnatur. vt notat Vitall. in clemen. appellanti. numero vigesimoquarto, de appellatio.

Præterea † hæc causa nominatim, & specifice debet
6 exprimi ad hoc, vt iudex possit esse certus, an debeat deferre appellationi, & supersedere in executione, vt not. glo. in dicto capitu. Romana. & declarat Felyn. in capitu. quoad consultationem. nume. secundo, circa med. versicu. reperitur autem. de re iudica. Aym. in resp. pro genero. numero 196. & dicit Vitall. in dicta clemen. appellanti. nume. vigesimoseptimo, cum sequen. quòd causa debet esse talis, propter quam debetur appellatio.

Et tamen dari possunt melioramenta, quæ non sunt reficienda, & sententia potest se compati cum melioramentis, iuxta cons. Corne. 248. numero decimooctauo, volum. secundo.

Tertium obiectum, quod opponitur contra executionem de incertitudine confinium, de qua fuit etiam oppositum ante sententiam, non fuit visum releuans, quia difficultas tollitur ex articulis, & testibus examinatis pro parte dictorum de Maximis. Nam tantum vsque ad terminos declaratos per testes substinebitur sententia, quæ declaratur ex actis.

Nec obst. quòd gesta per eorum procuratorem sunt reuocata, & reprobata, quia tunc Domini dicebãt, quòd Domini Theophili habent intentionem fundatam in eorum instrumentis. Circa caput iniustitiæ sententiæ, nihil fuit resolutum, sed fuit dictum, quòd de ea particulariter agetur.

BLANCHETTI.

Roman. Societatis. Veneris, 17. Februarij. 1581.

SVMMARIVM.

1 *Decretum ex se non inducit nouationem.*
Item nec cessio nominis debitoris non acceptata, nu. 2.
3 *Societas stipulata per notarium nomine absentis, nisi ratificetur, non dicitur acceptata.*
4 *Fideiussor, nouatio, protestatio & dilatio data non habent vim solutionis.*

DECISIO

DECISIO DCLX.

DOmini fuerunt concordes post decretum visitę, commodum & incommodum societatis spectasse ad Horatium, non autem ad D. Pellegrinum ex deductis in resolutione facta sub die 21. Octobris anni præteriti.

Non obst. quod per Decretum visitæ fuerit facta nouatio stante cessione nominis debitoris, & fideiussorib.
1 præstitis, iuxta formam d. decreti. primo enim † decretum ex se non inducit nouationem. Barto. in l. nepoti. ff.
2 de fund. instruct. Pariter cessio † nominis debitoris non acceptata non operatur nouationem. Gabriel. de nouat. conclu. 1. nu. 50. & 70.

Non ob. stipulatio notarij, nam hoc casu Peregrinus obligabatur actiuè, & passiuè, cùm enim teneretur vice
3 notarij † periculo crediturn suum subijcere, nisi sequatur ratificatio, non dicitur acceptata. Rub. consi. 117. nume. 5. cum alijs allegatis.

4 Præterea cum non interuenerit † cõsensus socij cessi, qui interuenire debebat, glo. in l. si fratres. §. idem respõdit. ff. pro soc. fideiussor., nouatio, præstatio & dilatio data non habent vim solutionis. Bal. in l. fina. verfic. quæro. C. ad l. Falcid. nec nouationis. Gabriel. in loco allegato. nume. tertio.

Non ob. quod Peregrinus non intimauerit Horatio disdictam primæ societatis, quia declaratio facta sibi nocet, & fortè Horatio nocere non posset, vt supradicta decisione.

LANCELLOTTI.

Viterbien. bonorum. Lunæ, 8. Februarij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio probatur etiam ex actibus reuocatis, ex quibus colligitur voluntatis.*
2 *Probatio, quæ colligitur ex actibus reuocatis, est sufficiens ad effectum succedendi*
3 *Mater coniugata potest succedere filio. ex communi.*
4 *Legitimatio facta de nato ex coniugata dicitur vera, & perfecta legitimatio.*

DECISIO DCLXI.

COnclusum, quòd Angela sit immittenda in possessionem bonorum Camilli, ex quo probatur eius filiatio per testes deponentes de publica voce, & fama, & communi reputatione, & de alijs adminiculis, iuncta confessione Lauiniæ facta in communio-
1 ne, quæ licèt postea per eam fuerint reuocata, tamen † ex d. reuocatione colligitur eius voluntas, quæ seruit pro adminiculo. l. fina. ff. de rebus eo. Aym. consil. 153. nu. 6.
2 Et hæc † probatio est sufficiens ad effectum succedẽdi, vt no. Felyn. & alij in c. per tuas. nume. 15. de probat. late Bero. q. 90.

Non ob. quòd D. Angela non possit succedere Camillo filio, ex quo in legitimatione narratur ipsam esse coniunctam.

Quia respondetur, quòd stante d. legitimatione ces-
3 sat hæc obiectio, quia † cùm illa fuerit concessa etiam ad effectum succedendi parentibus, & agnatis, potest succedere etiam mater coniugata, iuxta consil. Alexan. consilio centesimotrigesimonono, numero tertio, volu. primo, qui testatur de communi opi.

Et hanc legitimationem Domini dixerũt esse veram legitimationem, non dispensationem, licèt in ea adsit clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, per decis. Achil. 6. de legit.

4 Et † quamuis sit facta de nato ex coniugata, nihilominus dicitur legitimatio, quia in ea fit plena restitutio ad natalia, vt per eundem Anchil. decis. 5. eo. titu.

VICECOMITIS.

Rauenaten. legatorum. Die 10. Decembris. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Expressio facta in clausula declaratiua præcedentium dicitur facta in diuersa oratione.*
2 *Oratio vnica dicitur, quando omnia reguntur ab vno verbo.*
3 *Verba in dubio sunt potius interpretanda demonstratiua, quàm taxatiua.*
4 *Clausula, ad habendum, operatur translationem dominij.*
Idem in clausula constituti apposita in datione in solutum.
5 *Datio in solutum assimilatur emptioni.*
6 *Periculum rei est penes eum, in quem translatum est dominium.*
7 *Damnum, quod ex publico datum est, debet à publico resarciri.*

DECISIO DCLXII.

DVbitabatur, an bona, & res pro satisfactione legatorum communitati Rauenaten. assignatæ, & insolutum traditæ fuerint per verba taxatiua vel demonstratiua, vt dictis bonis peremptis communitas vlterius non teneatur, etiam fauore piæ causæ. & sub die 27. Aprilis anni præsentis fuit circa primam partem dubij tantum responsum stare demonstratiuè, & non taxatiuè: nam postquàm hæredes assignauerunt bona, de quibus agitur, reseruarunt sibi per tres annos fructus nonnullorum ædificiorum, quousque scholares essent mittendi ad studium, & manutenendi per communitatem de introitibus bonorum assignatorum.

Et ideo cum locus, vnde solutio fieri debet, in nulla alia parte transactionis exprimatur, nisi in prædicta reseruatione, quo in loco prædicta communitas non obligatur soluere legata, sed supponitur fuisse obligatam ex verbis præcedentibus, in quibus nullibi exprimitur, q solutio fiat de fructibus bonorum assignatorum, nisi,
1 quòd tantum † expressio reperitur facta in prædicta clausula declaratiua præcedentium, nullibi dubium, quòd talis expressio dicitur facta in diuersa oratione, iuxta tex. in l. quædam testamento. in principio. ff. de lega. primo, & in l. Lucius. ff. de alim. & cibar. lega. Faciunt optime tradita per Castren. consilio 338. numero decimoquarto, libro primo, Ruin. consilio sexagesimoquinto, numero duodecimo, volum. secundo, Felyn. in capitu. ad audientiam. il secondo, numero septimo, verficu. sexta conclusio, & in capitu. super literis. numero quarto, de rescriptis.

Habentque rationem perfectam à quo reguntur. Alciat. in l. triplici. nu. 3. ff. de verb. signifi. Fulgos. consil. 43.
2 nu. 4. Dicitur † enim vnica oratio, quando omnia reguntur ab vno verbo, Soc. consi. 66. nu. 14. vol. 3. Paris. consilio 177. nu. 37. in 3.

His accedit, & fauor piæ causæ, ad trad. per Tiraq. de priuil. piæ causæ, priuil. 63. in fine. Roman. singul. 435. & si recte aduertatur, nulla verba taxatiua in trãsactione

leguntur, ideo † potius sunt demonstratiuè interpretanda.docet Barto.in l.centurio. num.39.Rip. num.140.ff. de vulg.Rota decis.11.de testamen.in antiq. Aym. consilio 301.num.5. Ex his hodie intulerunt,& decreuerunt Domini ad secundam partem dubij, & dixerunt, quòd cùm in communitatẽ dominium omnium rerum trãslatum fuerit per clausulam, † ad habendum, iuxta doctr. Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.oblig.nu. 21. ver.octauo quæro.& ibi Soc.num.127. & per clausulam constituti appositam in datione in solutũ.Tiraq. de constit.poss.8.ampliat.primæ par.Roland.cons.45.nume.5. lib.3. Item † & per dationẽ in solutũ, q̃ assimilatur emptioni. Crot. cons.93.lib.1.Curt.iun.cons.38.vtiq; periculum erit communitatis.§.cum autem. Instit. de emp.& vend.Petr.de Bellaper.in l.1.col.2.nu.14.& ibi Bal.nu.9. C.de iure emphyt. translato † enim Dominio periculũ est acceptantis.Cremen. sing.1. non autem datoris. Rolan.d.cons.45.nu.5.lib.3.

Præterea, si quæ bona perierunt aut deuastata fuerũt propter fortificationem ciuitatis, & reparationem quorundam reuellinorum, ob publicam vtilitatem fuit, vnde † damnum debet de publico resarciri.l.2. C.qui ser. lib.accep. vbi Bal.expresse. Et sic ipsa communitas dicta de causa tenetur.

ROBVSTERII.

Roman. fideiussionis. Lunæ, 28. Ianuarij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio absentis, cuius interest, est necessaria in quærenda sibi actione ex stipulatione notarij.*
2 *Ratificatio stipulationis notarij sufficit fieri sola scientia cum taciturnitate.*
3 *Contumax in vno actu non sibi præiudicat in sequenti.*
4 *Scientia illius, pro quo facta est stipulatio per notarium debet esse plena, & certa rei cum omnibus eius qualitatibus, & circumstantijs.*
Quæ etiam præsumitur ex lapsu trium mensium, & loco, & habitatione.nu.5.

DECISIO DCLXIII.

PLures fuerunt excitatæ difficultates. Prima, an cõstet de stipulatione notarij in fauorẽ eorũ, quorũ interest. Et ista fuit sublata ex facto propter extensionem obligationis cameralis, & attestationem collegij notariorum, vt in copia data.

Secunda fuit, an per huiusmodi stipulationem, & acceptationem notarij fuerit quæsita actio Iulio Bosco
1 absente ante ratificationem. Et † in hac cõtrouersa quæstione plures ex Dominis tenebant esse necessariã acceptationem absentis, cuius interest, nec ante fuisse quæsitum illi aliquam actionem, & ferè omnes in hanc sentẽtiam inclinabant ex pluribus auctoritatibus, & rationibus, quas in alio folio cumulaui. Et si nõ erit ex illo partibus satisfactum, poterit hæc quæstio particulariter discuti, quænam sit communis opinio, & quænam verior, & in iudicando tenenda: nam propter breuitatem temporis, & tantam molem scripturarum in ista, & in alijs causis propositis datarum, plures ex Dominis non potuerunt sibi ipsis, vt solent, satisfacere.

Tertia fuit, an sit in hac re Iulij Boschi necessaria ratificatio verbis, aut signis, vel actibus positiuis expressa, vel sufficiat sola scientia cum taciturnitate.

2 Et † plures ex Dominis tenuerunt, quòd sufficeret sola scientia ipsius Iulij, ex l.qui patitur. mand.l.Paulus. rem ratam habe.& no.per Dec.in rubr. C.de pact.& in rubr. de verborum obligationibus, cum alijs per Couar. in rubri.de testamen.par. tertia, numero decimotertio, post med.versicu.verum si donatarius.cum his quæ cumulata fuerunt in Roman.donationis 50000. coram R.P.D. Aldobrandino del 74. & in Roman. fideicommissi de Magdalenis coram R.P.D. Blanchetto de præsenti anno, vbi de acceptatione fideicommissi late actum fuit.

Nec placebat istis Dominis, quod dicitur de Iulio contumace, vt in eius odium habeatur pro contradicente, quia odium illius est in actu, in quo fuit contumax, & in illo habetur pro consentiente, & ita acceptante: nam qualitas contumaciæ intelligitur in illo actu, & in illo tempore, tum quia qualitas adiuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi.l. in delictis.§. si extraneus.de noxal.

3 Tum † quia contumax in vno actu non sibi præiudicat in sequenti.capitu.secundo, de dolo & contuma. in sexto, cum alijs per Federi. de Senis cons.centesimoquadragesimosecundo, nume.2.

Aliqui tamen dubitabant, quia si sufficeret scientia, & patientia, procederet, vbi daretur plena scientia ipsius obligationis, & omnium obligatorum, & qualitatum, & styli notariorum in obligationibus in forma camerę extendentium dictas obligationes. De stipulatione in fauorem Iulij, vt dicitur, nulla fit mentio in instrumento, &
4 † scientia debet esse plena, & certa rei, qualitatum, & omnium circunstantiarum ipsius rei.glos. in verbo, sciuerint. & ibi etiam no. Gemin. & alij in capitu. concertationi. de appellatio. in sexto, cum alijs per Tiraquel. de retract.lignager.§.36.glo.2.nu.3. quæ forte non sunt in facto verificata.

5 Et † licèt replicarent alij, quòd ex lapsu temporis trium mensium, & loco in quo est facta obligatio in actis notarij, & habitatione in vrbe, de facili sit præsumenda notitia plena, Roman. consilio quadragentesimooctuagesimoprimo, & in acceptatione resignationis, Put. per August. de præsumpt. numero vigesimosecundo, respondebant tamen, quod si probaretur ista scientia per veras probationes, possent forte admitti ista ad probandum scientiam, & ratificationem.

BRAVI.

Nullius Castri montis Portij. Lunæ, 7. & 14. Nouembris. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastica res potest concedi in emphyteusim etiam si aliquam afferat vtilitatem: & quanta esse debeat, iudicis arbitro relinquitur.*
2 *Arbitrarium est iudici decernere, quanta esse debeat vtilitas ecclesiæ tempore concessionis, vt in emphyteusim possit concedi.*
3 *Renunciare dispositioni c.ad aures. de reb.eccl.non alie.quilibet potest.*
4 *Renunciatio generalis ad omnia refertur.*
5 *Iuramentum subsequens renunciationi, habet vim specialis renunciationis.*
6 *Verba etiam in materia odiosa impropriantur potius, quàm superfluitas tolleretur.*
7 *Renunciatio c.ad aures.de rebus eccles. non alie. vt habeat suum effectum, sufficit cogitatio de meliorando.*
8 *Renunciatio non extenditur vltra id quod expressum est, nisi adsint verba clara.*

DECISIO

DECISIO DCLXIIII.

IN causa nullius castri Montis Portij Lunæ, 7. & 14. Nouembris, 1580. fuit de duobus dubitatum.

Primò, an, vt intret dispositio ca.ad aures.de reb. eccles. non alien. opus sit, quòd res concessa ab ecclesia omnino sit in fertilis, & inculta.

1 Et † fuit per Dominos resolutum obtinere locum et si afferat aliquam vtilitatem, ex eodem tex.cùm loquatur in silua, quæ nulla est, in qua saltem aliqui fructus percipiebantur, tum etiam ex solemnitate ibi requisita per omnes, quæ prætermitti vtique potuisset, si res omnino esset infertilis.arg.cap.terrulas.12.q.2. Et æquitas quæ in illa dispositione suggerit concessionem, militat in eo casu, vt bene Guid.Pap.decis.158.Rui. cuius rationes sibi placuerunt, consil.157.numero 13.lib.1.

Nec ipse sibi aduersatur consilio 35.citato, quia non excludit casum, vbi res concessa in aliqua parte esset infructuosa, & alij qui de sterili re loquuntur, possunt excusari respectu melioratiõnis, prout gl.fina. videtur insinuasse loquendo per comparatiuum de re ecclesiæ red-
2 dita meliori. quanta † autem debeat esse vtilitas de tempore concessionis, vt illius tex.dispositio applicetur, iudicis erit arbitrio, cùm iure cautum non reperiatur, iuribus vulgar.

Fuit Secundò dubitatum, an stante inuestitura anni 1455. cuius copia data fuit, esset renunciatum dispositioni d.c.ad aures. &
3 † fuit tentum pro affirmatiua, vbi ecclesia vellet pro se retinere, cùm de potestate non quæritur, cùm quilibet possit iuri pro se introducto renunciare. Sed de voluntate mouerunt Dominos verba posita in inuestitura, & retinere sine aliqua conditione, quæ stare non possunt Dominis Comitibus excipientibus Illustr. Camerario de d.c.ad aures. implicant enim pro se retinere, & propter culturæ impensam fructus cogi concedere, tum etiam, quia eadem inuestitura fuit per Comites renunciatum legibus, & cõstitutionibus factis, & fiendis, in qua renunciatione cadit dispositio d.c.ad au-
4 res. cùm iuris sit ordinarij † generalem renunciationem ad omnia referri.l.pluribus.ff. de accepta.l.empta.§. Lucius.ff.de pact.vbi glos.& tantum operatur generalis renunciatio, quantum specialis. Corn.cons.7.nu.7. Alex. consil.42.libro primo, & cons.11.libro secundo, lasc.in l. si de certa.nume.8.de transact.arg.l.3.§. contrarium.de acq.pos. cum alijs late deductis per informantes.

5 Accedit etiam pro ista parte † iuramentũ subsequẽs in d.contractu, quod operatur vim specialis renunciationis, & vt valeat eo modo quo potest. per Anch. & Ioã. And.in c.2.de pact.Bar.in l.sciendum.num.8. de verbo. oblig.& ibi Alex.Dec.consil.180.visa renunciatione.nume.4.& cons.13.num.6. cum alijs deductis per Tiraq. in præfat.l.si vnquam.num.135.C.de reuoc. donat. Cephal.consil.147.nu.2.lib.1.arg.l.cum mater. §.filius matrem.ff.de leg.2.c.rescriptum.de iureiuran. Quibus non refragatur, quod pro parte dictorum Comitum deducitur. Et primus intellectus datus ad clausulam inuestituræ, retinendo &c. subsistere non potest, cùm verbum, retinere, nisi operaretur ad fauorem concedentis, esset superfluum, quod in contractibus non est admittẽdum, quin aliquid verbum etiam minimum operetur. Bal. in rub.de contrahen.emp. nume.9.Dec.consil.232.cum citatis per Hippolit.consil.vigesimoprimo, numero 43. li-
6 bro primo. Et † impropriantur verba etiam in materia odiosa, potius quàm superfluitas tolleretur.per Aym. cõsil.294.nu.8. Siluan. cons.87.nu.7. vltra quod implicarent prout supradictum est.

Non ob.verba illa, non inducere retentionem etiam pro se, cùm Domini Comites ius habeãt ob meliorama ta facta à suis antecessoribus ex remed.d.c. & sic ex causa de futuro eueniente post contractũ. Quia fuit respõsum satis fuisse renunciatum dictæ dispositioni, & de cã etiam de futuro agitatum, cùm bona concedantur ad meliorandum in omnibus, & postea subsequitur verbũ, retinere, tum etiam, quia, cùm Castrum vel maior pars eius tempore inuestituræ, secundum quòd Domini Comites firmauerunt, quòd sit dispendio vtriusque partis,
7 sit dictum saltem in genere, potuerunt † cogitare de meliorando, & beneficiando, quod sufficit, vt operetur subsequens renunciatio, argum.l.qui iure militari. ff. de milit. testamen.& Dec.cons.343.& late Gabriel.de reg. iur.conclu. 4. & ita renunciatio potius prouenit de iure de præsenti, & cogitato.

Ex quibus etiam submouetur, quod alias dicebatur, iuramentum non trahi ad incogitata, capitu. Quintaual lis.de iureiuran.quia ex re ipsa, & verbis cessat hoc impedimentum.

Ninus facit, quod renunciatio sit stricti iuris, & quod non patiatur extensionem.ad cons.Calder. 5. de præbẽ. in fi.Paris.consi.110.nu.96.vol.1.cum alijs.

8 Quia id † verum est in dubio, non verò, vbi adsunt verba, quia tunc cessat disputatio, iur.vulg. & in renunciatione bene Aym.cons.290.nu.6.

Minus applicantur, quæ ex Barbat.in capitu.cum M. numero 28.de constitu.& per eundem in d.ca.ad aures. deducuntur.

Quoniam non loquuntur in terminis renunciationis. Minus consil. Paul. 142. num. secundo, libro secundo, quia non procedunt etiam in casu suo sine difficultate dicta per ipsos, quamuis stipulatio sequatur. Paul. in l. cum bona.numero decimoquarto, ff. de priuileg. credit. Rip. tamen eius decisionem dicit durissimam, & de ea dubitat, in tract.de pest. de remed. præseruat.nu.759.

Nec etiam iuuat verbum, retinere, referendum esse ad possessionem, quia verba inuestituræ sunt clara, & loquuntur de tenuta, & corporali possessione, cui subsequitur verbum, retinere, quod ad omnia præcedentia habet referri, vt pariformiter determinet, & vt in fine positum.

SERAPHINI.

Roman. de Fabijs. Vener. 27. Maij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de restituendo donationem propter nuptias datur in euentum, quòd vxor præmoreretur viro.*
2 *Mandato iudicis vti volens, debet eo vti cum sua causa, & qualitate.*

DECISIO DCLXV.

CIrca dubium propositum Domini considerarunt tres difficultates. Prima est, an augumentum tertiæ partis, de qua in stat.vrb.lib.1.c.39. deberetur Do.Lauiniæ. Secunda, an pro concurrenti quantitate d.augumenti, quatenus debeatur, & donationis propter nuptias, dicatur facta datio in solutum. Tertia, an in euentum, quòd esset facta datio in solutum, si ea esset nulla, respectu augumenti corruat in totum.

Quantum ad primam Dñi tenuerunt augumentum nõ deberi Lauiniæ, qa statutũ procedit, qñ nõ reperitur

licitator: hic autem Papa ad tollendas difficultates voluit, quòd darentur hæc bona in solutum creditoribus pro concurrenti quantitate eorum creditorum omissa via subhastationis: alias si interpretaremur deberi huiusmodi augumentum, aduersaremur menti Pontificis, quæ fuit prouidere quantum poterat posterioribus creditoribus. & hinc est, quòd voluit fructus perceptos debere cõputari in sortem, & quod postea decursi in nulla haberentur consideratione. Si ergo voluisset, quòd augeretur tertia pars Lauiniæ, resultasset in manifestum damnum creditorum, quibus prouidere volebat.

Quantum ad secundam difficultatem fuit dictũ nullam fuisse factam dationem in solutum, quia illa rubra fuerunt posita ad partem consignandam, quatenus deberentur, quod decretum aliud post se expectabat: immo in d. decreto dicitur, consignanda data cautione, & sic conditionaliter quatenus debeantur, & quatenus detur † cautio de restituẽdo donationem propter nuptias
1 in euentum, quòd ipsa præmoreretur, & non alias. Là testatore. de cond. & demonstra. Abb. in ca. insinuante. numẽ. 6. qui cler. vel vou. quæ quidem nunquàm fuit data, nec intelligi debet quatenus petatur, ad Ias. in l. vniuersa. C. de prec. imper. offer.

Quia id procedit, quando lex mandat ita fieri, nõ autem in mandato iudicis: is † enim qui vult eo vti, debet
2 vti cum sua causa, & qualitate. l. Caius. de pact. Roman. consil. 353. numero vndecimo. Et debet prius pro parte vti volentis impleri, vulg. l. Iulianus. §. offerri. de act. emp.

His sic stantibus, tertia quæstio, an recipiat diuisionẽ, est frustratoria, ex quo pro nulla parte facta est datio in solutum. & hæc omnia eò facilius admittenda sunt, ex quo vnus tractat de lucro, alius de damno. Fuit enim Lauinia integre satisfacta de sua dote: sed quia tenetur Elisia hæres restituere donationem propter nuptias, vellet restituere pecunias, & non bona, & lucrari augumentũ, quod beneficio temporis prouenit. Oricellarij vero tractant de damno euitando, & consequutione eorum creditori, & ideo eorum causa in concursu est fauorabilior. Aym. consil. 120. nu. 2.

Qua de re fuit conclusum pro confirmatione decretorum A.C.

B R A V I.

Mantuan. bonorum die 12. Decembris. 1580.

S V M M A R I V M.

1 *Relatio facienda est ad proximiora.*
2 *Clausula in fine posita est referenda ad omnia præcedentia, nisi sit maior ratio in vno, quàm in alio. & decis. seq. numero 3.*
3 *Nullitas, quæ ex actis resultat, nunquam censetur exclusa per statutum quibusuis verbis loquatur.*
4 *Iudicium ne reddatur illusorium ad officium iudicis spectat etiam parte non opponente prouidere, vbi nullitas adest.*

D E C I S I O DCLXVI.

PRoposita causa Mantuana bonorum super eodem dubio, de quo 4. Iulij, 1578. an D. Equiti Alexandro alleganti nullitatem laudi obstet statutum Mantuanum. Domini steterunt in decisis, & placebant adducta in decisione, quòd statutũ sit ordinatorium. Itẽ quòd clausula, alias sententiæ ipse firmæ remaneant, & executioni demandentur, referatur ad sententias crimi-
1 nales, quia † relatio facienda est ad proximiora. argu. l. si idem. §. fi. vbi gl. ff. de iurisd. om. iud.

Nec obstat, quòd clausula in fine posita sit referenda ad omnia præcedentia, vt in l. tertia, §. filius inter medias. ff. de libe. & posthum. l. talis scriptura. §. vltimo, ff. de lega. primo, l. vltima. ff. de rebus dub. vbi Bar.

2 Hoc † enim non procedit, vbi adest maior ratio, q̃ referatur ad proximiora, quàm ad præcedentia, vt per Dec. in capitu. secundo requiris. numero tertio, de appella. Corn. consil. 150. numero vigesimoquarto, lib. secundo, Aym. consil. 84. numero decimoseptimo, & consilio 326. numero decimoquarto. Subesse autem maiorem rationem in criminalibus, quàm in ciuilibus, non potest inficiari etiam ex ipso statuto, quia respectu criminalium abbreuiat tempus appellandi multò plus, quàm in causis ciuilibus, tum etiam quia illa clausula, alias sententiæ, loquitur de sententijs, non tamen de arbitrijs, cùm tamẽ supra dum loquutum est statutum de causis ciuilibus, fecerit mentionem de laudo, arbitrio, seu arbitramento. cùm igitur loquatur vers. ille de sententijs, apparet, quòd referatur ad illud solum c. in quo de sententijs agebatur in causis criminalibus.

Nec ob. quod loquatur in numero plurali per nomẽ, sententia, quia id poterit verificari tam in diffinitiua, quàm in interlocutoria.

Placuit etiam Dominis ad tollẽdum obiectum statuti huiusmodi, de quo disputatur, quod aliàs resolutũ fuit in hac causa coram bo. me. Reuer. Verallo, q̃ laudũ fuerit nullum defectu citationis, & causæ cognitionis, quia pars se defendere nequiuit, & hæc nullitas ex actis resul
3 tat. nunquàm † enim quibusuis verbis stat. loquatur, cẽsetur exclusa, vt per Card. consil. 8. de iud. Anchar. consil. 207. & 211. Alex. in l. 4. §. condemnatum. nume. 7. de iudic. Gram. consil. 43. numero 3. in consil. ciuil. cum tradi tis per Moder. de nullit. §. qui possit dicere de nullitate. nu. 54. Gig. de pensio. q. vltima, nume. 21. cum seq. & ad iudicis officium spectat etiam parte non opponente, vbi
4 nullitas adest, † prouidere, ne iudicium reddatur illusorium. arg. c. 1. de proc. c. causam quæ. de iud. c. indemnitatibus. §. sanè. vbi Domin. numero 4. de elect. lib. 6. Card. in clem. 1. q. 19. de re iudica. Alex. consil. 225. numero 3. lib. 6. cum alijs vulgar. Cætera tolluntur per informantes Domini Equitis.

ALDOBRANDINI.

Romanen. legatorum de Vitellis. Lunæ, 17. Nouembris. 1577.

S V M M A R I V M.

1 *Onus soluendi creditoribus hæreditarijs ad hæredem, non autem ad legatarios pertinet.*
2 *Legatum relictum sub conditione limitatiua ad illam restringitur.*
3 *Legatum mobilium non comprehenditur sub declaratione limitatiua in fine apposita, nisi appareat expresè.*

D E C I S I O DCLXVII.

DOmini pro maiori parte concluserunt, legatum medietatis bonorum mobiliũ, de quo agitur, deberi, nec ex eo prius satisfaciendum esse cre-
1 ditoribus illustris. D. testatoris: cùm † enim hæreditas soluendo sit, huiusmodi onus ad hæredem, non autem ad legatarios, pertinet. l. fi. C. de hæred. act. vbi glo.

Non obst. quòd testator in fine legati 30000. scutorũ subiecerit

subiecerit illa verba, præmissa autẽ adimpleri voluit si, & postquam soluta fuerint omnia eius debita. Quia huiusmodi testatoris declarationem siue limitationẽ, Domini referunt tantum ad prædictum legatum 30000. redigendum ex precio camerariatus, non autem ad om
2 nia præcedentia legata. Tum † quia huiusmodi declaratio siue limitatio venit consecutiuè ad illud legatum adijciendo cõditionem vel limitationem, quo casu restringitur ad illud caput. l. filium familias, in princ. ff. quando dies leg. ced. Bar. communiter approbatus in l. fin. de rebus dub. Paul. de Cast. in l. si ijdem. §. fin. ff. de iurisd. om. iud. Felyn. in c. causam quæ, col. 5. versic. limita tertio, de rescrip. Curt. sen. consil. 63. num. 10. versic. quinto respondemus. Alex. consil. 226. num. 19. lib. 6. & consil. 48. num. 8. lib. 1. Dec. consil. 92. in prin. & prope fin. Tum etiam, quia inter hæc duo legata quædam extranea ab vtroque legato sunt interposita, vt est illa prohibitio alienationis quoad portionem hereditatis relictã Illust. D. Alphonso, & gubernium bonorum concessum Illust. D. Iulio.

Quæ sententia comprobatur ex illis verbis, de restantibus postea fiat executio, quę cùm non intelligantur de his legatis, quorum lex ipsa facit executionem, sed de his quæ ab homine exequenda sunt, non possunt consequẽter intelligi de legato mobilium saltem respectu medietatis pure legatæ filijs Illust. D. Vincentij & Alphonsi, vt in istis terminis bene declarat Bart. in l. talis scriptura. §. fin. num. 4. de leg. 1. Quemadmodum igitur non refertur ad legatum ipsius medietatis, ita nec ad legatum alterius medietatis, quia ex hoc apparet testatorem voluisse omnia antecedentia sub illa declaratione vel limitatione comprehendi, & notum est vnam partem testamẽti aliam declarare. Comprobatur insuper ex illa dictione, integra, significante legatum debere deuenire ad legatarium sine vlla diminutione. Ruin. consil. 25. lib. 1. & consil. 58. num. 17. lib. 2. Vnde si postea in hac parte dispo fuisset testator, quòd ex ijs mobilibus satisfaceret creditoribus, incontinenti se correxisset, contra reg. l. nam ad eam, de condit. & demonst. Confirmatur adhuc ponderando illud verbum, restantibus, prout ponderatur ab informantibus. Et hæc omnia eo magis dicenda sunt, ex quo, si aliter interpretaremur, legatum omnino destrueretur, quo casu clausula in fine posita ad omnia præcedentia refertur. Dec. in cap. secundo requiris, colum. 2. de appellat.

Ex quibus tollitur fundamentum informantium pro Illustriss. D. Alphonso, quòd clausula in fine posita regulariter refertur ad omnia, vbi ratio diuersitatis reddi non potest, quia (vt dixi) vbi venit continuatiue ad vnũ caput adijciendo modum vel conditionem, ad vltimum caput semper refertur, vt dictum est. Tum & secundò, quia si vera esset interpretatio data pro parte Illust. D. Alphonsi, prius satisfaciẽdum esset creditoribus etiam de bonis alienari prohibitis, vnde clausula hæc omnia antecedentia comprehenderet etiam (vt dictum est) bona
3 à testatore alienari prdhibita. Tum † etiam & tertiò, qa bene potest assignari ratio diuersitatis, cur voluerit testator potius ex nummis redigendis ex precio officij dissolui æs alienum quàm ex bonis mobilibus: potest. n. in bonis mobilibus cadere aliqua affectio, vt conseruentur, quæ in nummis cessat, ad not. in l. nummis, de leg. 3.

Non obst. quòd lapsis 8. annis precium amplius non deberetur, & consequenter de illis dissolui æs alienum nequiret, quia testator cogitare potuit, quòd si moriebatur infra octo annos, preciũ sibi debebatur secundũ suam opinionem: si post, & tunc putabat se interim ex fructibus officij & alijs redditibus posse satisfacere suis creditoribus, maximè, quia (vt aliqui Domini dicebãt) satis esse nota huiusmodi debita, quàm primum pro emptione d. officij contracta fuerant, pro quorum creditorum taciturnitate & satisfactione fuit ab ipso procuratum illud pactum nouationis officij infra octo annos.

Nec ob. quòd testator in dubio censeatur minus grauare hæredem. Quia vltra, quòd id procedere videtur in onere adiecto à testatore, non à lege, vt est onus satisfaciendi creditoribus, tamẽ ex omnibus supradictis appareret satis clarè constare de mente testatoris.

Minus obst. quòd testator in numero plurali dixerit, præmissa autem, & in fine similiter loquutus fuit in numero plurali, fiat executio secundum superius ordinata, quia licèt legatum 30000. sit vnicum, continet tamen plures dispositiones. Disponit nanque testator ex eo, q̃ debeat esse legatarius clericus, quodque de eis debeat emere officium in Rom. Cur. & si Illust. D. Vincentius non habebit filios, quorum aliquis velit esse clericus, transfert legatum ad vnum ex filijs D. Alphonsi qui velit ipse effici clericus: respectu ergo huius multiplicis dispositionis potuit testator loqui in numero plurali.

ALDOBRANDINI.

Roman. supplementi legitimæ. Lunæ, 9. Iunij. 1578.

S V M M A R I V M.

1 *Condictio ex lege, quæ competit pro supplemento legitimæ, transit ad quemcunque hæredem sicut cæteræ actiones.*
2 *Partes omnes dicuntur esse quibus debetur legitima quoad effectum transmissionis.*
3 *Ascendentes, & descendentes respectu legitimę sunt pares.*
4 *Legatum etiam conditionale ea conditione, quæ licitè insit, transmittitur.*
5 *Actio ad supplementum legitimæ tollitur tantummodo spatio 30. annorum.*

D E C I S I O DCLXVIII.

DOmini restringendo materiam ad transmissionem, quam principaliter tangunt informantes, dixerunt supplementum legitimæ debitũ ascẽdenti transmitti ad quoscunque hæredes etiam extraneos, etiam quod ascendens non declarauerit illud velle, quia cùm repletio legitimæ fiat ipso iure, & consequẽ
1 ter pro dicto supplemento illico competat † condictio ex lege, ad quemcunque hæredem transit, sicut transeũt cęteræ omnes actiones. l. scimus. C. de inoffic. testam. vbi Salyc. num. 4. Soc. consil. 92. num. 4. lib. 1. Dec. consil. 303. & in l. si maritus, num. 4. C. de collat. & consil. 218. num. 4. Ruin. consil. 126. num. 12. lib. 3.

Neque in hoc constituenda est differentia inter ascẽ
2 dentes, & descendentes, quia, † vt bene dicit Bald. in l. si arrogator, in 2. oppos. in fi. ff. de adoptio. omnes, quibus debetur legitima, sunt pares, non attento iure potestatis, sed speciali natura transmissionis legitimæ, quod videtur etiam esse de mente Aret. in l. ventre, col. antepenul. versic. quarta & vltima quæstio. ff. de acquir. hæred.
3 vbi † dicit, quòd respectu legitimæ est eadem ratio in ascendentibus quæ in descendentibus, licèt diuersa sit in tota hæreditate. Immo Io. Raynal. in tracta. de societ. num. 19. per tex. in l. j. C. de impo. lucr. descript. lib. 10. dicit, quòd ascendentes aliquo modo dicuntur sui, quando agitur de materia, in qua tractatur de debito inter personas naturales. Et hinc est, quòd ita reijcitur omne grauamen de legitima ascendentium, sicut de legitima

descen-

descendentium. l.patronus. §.fin. ff.si quis à paren. fuer. manumiss. glos. in Auth. de hæred. & falcid. §. si vero. late Suar. in l. quoniam in prioribus, in 16. ampliatio. C. de inoffic. testam. Ant. Gomes. de succes. contra testam. numero 24. prope fin.

Ex quibus apparet non inaduertenter locutum fuisse Aymon. cons. 312. num. 5. omnia enim exemplo allegata procedunt in transmissione hæreditatis, non in transmissione legitimæ, quæ, vt inquit Bal. in d.l. arrogator. specialem quandam habet naturam, & in qua diuersa ēt militat ratio, tum quia legitima videtur quota bonorū, non autem hæreditatis, ex allegatis. Tum, quia pro assequendo supplemento legitimæ illico illi, cui debetur, competit actio in iudicium deducibilis, quæ, sicut aliæ omnes actiones, transit in hæredes: quod non est in hæreditate, quæ antequam adeatur, nullam tribuit actionem in iudicium deducibilem, sed solum hæredi competit ius adeundi, qđ consistit in mera voluntate adeuntis, & tunc † videmus, quòd legatum etiam conditionale, ea tamen conditione, quæ licitè insit, transmittitur: l. hæredis aditio. §. tractari. ff. quādo dies leg. ced. Gomes. de transmiss. sub num. 6.

Non obst. quòd querela non præparata non trāsmittitur, quia non valet argumentum de dicta querela, ad hoc supplementum legitimæ: illa enim est odiosa, hoc verò fauorabile. Et hinc est, quòd querela quinquennio tollitur, actio † verò ad supplementum legitimæ spatio 30. annorum. Ias. in l. si quis filium, num. 5. C. de inoffic. testam. Aret. in d.l. ventre, col. antepen. in d. 4. quæst. vbi signanter ita respondet ad doctr. Ang. in l. nam is. ff. de inoffic. testam. quæ exemplo allegatur.

An verò hæredes Illust. D. Angelæ, qui etiam fuerunt hæredes Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalis, teneantur in hoc ratum habere factum defuncti, ita vt nō possit petere hoc supplementum, aliàs erit videndum.

SERAPHINI.

Portuen. bonorum. Die 10. Iunij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Dotis confessio facta in testamento non præiudicat, nisi adsit iuramentum.*
2 *Melioramenta an & quando peti possint, vide distinctionem.*
Item an sit compensanda cum fructibus rei. num. 3.

DECISIO DCLXIX.

PLura sunt, quæ prætenduntur pro parte Illustrissimarum mulierum debere refici, ea autem sunt infrascripta, videlicet.

Quantum ad legatum, cùm præsupponatur, quod Vrsina prædecesserit Alexandro eius filio, id fuit caducum effectum. l. vnica. §. pro secundo. C. de caduc. tollen. Nec
1 debetur dos, quia † confessio facta in testamento non præiudicat. l. cùm quis decedens. §. codicillis, de legat. 3. confessio enim facta in testamento solum operatur legati vel fideicommissi petitionem. l. Lucius. §. secundo, de legat. 2. nisi adsit iuramentum. d. §. codicillis. & auth. qui obtinet. C. de probat. Rom. cons. 443. num. 9.

Quantum ad dotem D. Margaritæ iam fuit facta decisio sub die 16. Maij.

Quantum ad censum 80. annorum non esse reficiendum, quia permutatio fuit facta ab Alexandro post pactum, cui præiudicare non poterat transferendo onus ex vna re pacto non subiecta in aliam subiectam: idem iudicandum de 100. rubris passarani: nec potest considerari aliqua iniquitas, cùm Clarici precium restituatur in ipsius dote contentum: neque aliquis potest considerari consensus Iulij, qui præiudicet, cùm de illo tempore contradicere non potest, quia dos D. Claricis venit ex legitima detrahenda.

Quantum ad bona empta ab Vrsina Sciarra & Claricе, ea per mulieres retineri possunt, iuxta tamen distinctionem factam per Dominos sub die 30. Maij præteriti, an sint vel non sint in dotes imputanda.

Quantum ad bona cōfiscata, illa videntur esse ex fructibus iurisdictionis, & regaliorum. Afflict. in tit. quæ sint regal. in verbo, bona condemnatorum. ideo illis detractis debet haberi ratio in dotibus constituendis, iuxta prædictam decisionem.

2 Quantum ad † melioramenta intrat distinctio prædictæ decis. an probentur facta ex fructibus, & in his seruandum, quod dicunt Doct. in l. domos. & ibi Ias. in secundo & tertio not. de leg. j. Negus. de pignor. 4. memb. 5. par. num. 14. Ruin. cons. 38. num. 25. lib. j. An verò sint
3 †compensanda cum fructibus, videndum est particulariter, quia intellectus l. quod de bonis. §. quod auus, ad l. Falcid. est controuersus. Alciat. cons. 638. Et maximè, cùm simus in donatione rerum particularium. pro qua verò rata succedat D. Clarix, pendet ab eo, an Paulus excluserit sorores simpliciter, vel cū onere dotandi. Et placet Dominis decisio facta, quòd dos debeatur ex pacto in subsidium, & ideo tenebatur Sciarra ex sua legitima dotare filias & consequenter Paulus eas cum onere dotandi excludit, & non aliàs.

Quantum ad prætensionem trebellianicæ, de ea esset particulariter videndum. Reliqua videntur extra dubium proposita.

LANCELLOTTI.

Astoricen. pensionis. Lunæ, 18. Octobris. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Solita comprehendi in mandato veniunt, & comprehenduntur.*
2 *Clausula, non aliter nec alio modo apposita in mandato, quid operetur.*
3 *Clausula, in præmissis, & circa præmissa, non excludit solita comprehendi.*

DECISIO DCLXX.

1 COncluſum, quòd in mandato † comprehendantur solita, per doctr. Bart. in l. si procurator, de iure fisc. cum alijs, de quibus per Gabriel. de cōsuetud. conclus. j. num. 25. stantibus præsertim verbis, & alio quocunque onere. quæ comprehendunt etiam necessaria ad mandatum. vt dicit Bal. cons. 37. nu. 2. vol. 2. & vt dicit Alex. cons. 11. num. 13. vol. 2. referūtur etiam ad non specificata, & apponuntur ad augendum expressa. Cast. cons. 333. num. 7. vol. 2.

Non obst. clausula, non aliter nec alio modo, quæ videtur excludere omnes alios modos præter expressos.
2 Quia † aliqui ex Dominis intelligebant esse illam restrictam ad personam nominandam, licèt alij referrent ad superius expressa, ex quo est iuncta verbo, consentiendum, quod respicit omnia præcedentia. Tamen stante subsequenti clausula, & generaliter ad omnia & singula, quæ ipse constituens facere posset, &c. etiam si requireret

teret mandatum magis speciale, &c. vtique censentur comprehensi etiam casus non expressi, qui requirerent speciale mandatum: hic illud adest. Non obst. quod in hac generali clausa sint verba illa, in præmissis & circa præmissa, quæ videntur illam generalitatem restringere
3 ad specificata. Quia †non propterea excluduntur solita, sed illa comprehenduntur. vt dicit Bal. cons. 138. num. 4. & 5. volum. 5. præsertim cum adsint verba illa, quomodolibet opportuna, cùm nemo negauerit solita esse opportuna.

Quæ verò dicuntur de consuetudine loci, minime ēt faciunt, quia pensio Romæ non alibi debebat imponi. Prout etiam dixerunt Domini, non requiri, quòd solita sint nota constituenti, quia satis dicuntur nota stante mandato ita generali. Simile de consuetudine notarij dixerunt esse extra punctum.

LANCELLOTTI.

Dertusen. fundationis missæ. Vener. 30. Octobris. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Matrix, seu originalis scriptura, quæ dicatur.*
2 *Notarius quòd habeat duas originales scripturas de eadem re, non est nouum.*
3 *Scripturæ duæ originales si reperiantur inter se differentes, standum est pleniori.*
Immo nec dicuntur repugnantes, sed per errorem forsan aliquid omissum fuisse per notarium. nu. 4.
5 *Instrumenta aliqua si approbentur à parte, non possunt alia confecta ab eodem notario ab eadem parte reprobari.*

DECISIO DCLXXI.

CONcluſum fuit illam esse matricem scripturam, quæ continet obligationem celebrandi anniuersaria vnà cum liberatione ab onere fundandi ac dotandi missam. & quæ concordat cum ea, quam hære-
1 des Io. Benedicti produxerūt. Quoniam † modernus notarius capituli, qui illā exhibuit in iudicio, appellat eam notale Petri notarij rogati, & in eo notali inquit elongatum esse hoc instrumentum, vt habetur in sexto præsuppositо. Præterea testes qui sunt etiam examinati coram iudice, & præsentibus partibus super recognitione d. scripturæ dicunt illam esse notam huius instrumenti, & illud fuisse scriptum, & extensum manu d. Petri.

Non ob. quod fuit reperta alia matrix inter scripturas eiusdem notarij, quę non continet hanc, de qua agitur, liberationem, sed tantum d. obligationem celebran di anniuersaria, & in qua matrice se fundat capitulum.
2 Quoniam † fuit dictum non esse nouum, quòd notarius possit habere de eadem re duas originales scripturas, secundum Alex. cons. 70. nu. 1. vol. 1.
3 Quando † vero reperiuntur duæ originales scripturę inter se differentes, vt quia vna contineat plura capitula, & sit plenior altera, tunc standum pleniori, vt dicit Bal. in l. Imperator. la prima, col. 3. nume. 4. versicu. sed nunquid per vnum instrumentum. de stat. homi. quem sequitur Alex. consil. 105. colum. 2. nume. 4. volum. 2. & Corn. consil. 63. in princ. volum. primo, & consil. 31. in princ. eodem volum. & consil. 243. colum. fina. vers. mo-
4 do deueniendum. volum. 3. vbi † inquit non dici hoc casu repugnantes esse scripturas, sed per errorem forsan omissum aliquid fuisse per notarium. sequitur etiā Bertrand. cons. 39. nume. 1. par. prima, volum. 3. Gem. consilio 76. dub. secundo. Ægid. decis. 372. Boer. decisio. 252. circa fi. qui etiam alios citat, & ita alias fuisse resolutū, dixerunt Domini in causa Gaietana.

Et hoc eo magis procedit in hoc casu, quia notarius in d. matrice inquit, quod partes fuerunt contentæ, ꝙ de omnibus, & singulis clausulis, & pactis contentis in dicta nota simul & de per se fieri posset vnum, vel plura instrumenta.

Præterea non potest capitulum in hoc aliquam notam inferre notario, tum quia eius legalitas est approbata, vt fuit resolutum, tum etiam quia cùm approbauerit eius personam vtendo in iudicijs eius scripturis, quarum vigore hodie agit, non potest reprobare alia
5 †eius instrumenta contra ipsum producta. vt per Alex. cons. 156. num. 13. vol. 7. Boer. d. decis. 252. num. 4.

Accedit etiam, quia hęc matrix reperitur in archiuio eiusdem capituli. Concurrit etiam verisimilitudo, quia in eodem archiuio capituli inter scripturas d. notarij reperiuntur duæ aliæ scripturæ manu eiusdem notarij confectæ, in quarum altera continetur, qualiter die 28. Iunij, 1543. & sic ante d. instrumentum liberationis cōparuit d. Ioan. Benedictus coram Episcopo & capitulo exponens se adhibuisse omnem diligentiam pro exigendis nominibus debitorum sibi per d. capitulum cessis, & quod non potuit illa exigere: propterea petijt se liberari, offerens se paratum illa retrocedere. In altera vero continetur responsio capituli, quod asseruit se paratum esse illum liberare facta d. retrocessione.

Quibus stantibus facile conijci potest verū esse quod scribit notarius in d. matrice. Vltimò præmissa non modicum coadiuuat sentētia ordinarij, qui cùm bene perspexerit ambas scripturas matrices, & iudicauerit hanc esse matricem, præsumitur veritatem inuenisse.

LANCELLOTTI.

Roman. deuolutionis palatij. Lunæ, 27. Octobris. 1573.

SVMMARIVM.

1 *Cessio facta ex causa necessaria, in qua non requiritur consensus domini directi, non potest operari rei priuationem.*

DECISIO DCLXXII.

FVit conclusum non esse locum deuolutioni, quia cessio facta per D. Bonardum in fauorem ecclesiæ & hospitalis sancti Ludouici non fuit spontanea & voluntaria, sed necessaria vigore motus proprij
1 Pij Quinti, propterea † non requiritur consensus domini directi. vt concludit Ias. in l. fin. nume. 113. C. de iure emphyt. Afflict. decis. 191. Alciat. cons. 343. cum alijs, de quibus per Tiraquel. de retract. lignag. §. j. glos. 14. nume. 10. cum seq. Et quia in locum Bonardi hæredis grauati per testatorem ad alimentandum scholares, prout in testamento, fuit subrogata d. ecclesia & hospitale, vt disponitur in d. motu proprio, vtique dici potest, bona prohibita alienari ad hoc remanere penes hæredem, cū subrogatum sapiat naturam &c. & non sit dubitandum de potestate Papæ, qa id facere potuit in materia piæ voluntatis. Allegata in contrariū cessant in necessaria alienatione & in hac subrogatione. Prout etiam non obst. quod motus proprius subsit defectui intentionis Papæ, qui non præsumitur tollere ius tertij, quia hæc non faciunt ad deuolutionem, de qua agitur.

BRA-

B R A V I.

Roman. Supplementi legitimæ. Die Veneris, 21. Octobris. 1580.

S V M M A R I V M.

1 *Forensis non ligatur statutis loci cui non est subditus.*
2 *Statuentes verisimilius est solis subditis velle cauere.*
3 *Statuta sicut non trahuntur ad lucrum forensium, ita nec ad eorum dispendium.*

D E C I S I O D C L X X X I I I.

DOmini fuerunt concordes, Illust. bo.me. D. Angelæ fuisse debitum supplementum legitimæ, quia cũ D. Angela fuerit forensis & D. Alphonsus & fratres, non est † difficultas, quin non ligentur statutis nec Castri Montoni nec Cisternæ, vt per Ruin. & alios deductos per informantes pro parte Illust. D. Vincentij: & bene Tiraq. de primogen. q. 44. num. 4. Brun. de stat. artic. 6. num. 3. Repugnat enim potestas, cum extra territorium &c. ac voluntas, quia præsumi non potest statuentes voluisse exteris super aliquo prouidere, cùm
2 eorũ nihil interfit, & † verisimilius est solis subditis velle cauere. arg. l. imperialis. C. de nupt. l. j. C. de sum. Trin. & omnes citati considerant, & Rota in pluribus causis seruauit coram D. Verallo de anno 1562. & in causa Parmen. bonorum, coram R. P. D. Aldobrandino, & in illa Terracinen. coram R. P. D. meo Blanchetto, & hæc sententia maiori authoritate Doct. & ratione fulcitur, vt de ea possit dubitari, & de ea nõ sit curandum, teste Roman. cons. 224. num. 6.

3 Sicut enim † statuta non trahuntur ad lucrum forensium, ita nec ad eorum dispendium. Ang. cons. 73. Paris. cum citatis ab eo, num. 12. vol. 3. Et ita de attestatione Alben. quæ in contrarium adducitur, Domini non habuerunt rationem. Minusq; de Gozad. cum loquatur in casu diuerso, cùm bona sunt in loco statuentium, non facit, & bene ac latius pluribus deducit Rolan. consil. 24. num. 16. versic. quibus tamen non obstan. vol. 3.

B R A V I.

Gadicen. beneficij de Betet. Die 20. Octobris. 1578.

S V M M A R I V M.

1 *Literæ in supplicatione nominatæ, in qua asseritur de earum expeditione, de stylo curiæ habentur pro expeditis.*
2 *Tempus anterius vel posterius ille probare debet, qui in eo se fundat.*
3 *Actus præsumitur debito tempore factus & expeditus.*
4 *Diligentia in dubio præsumitur etiam ad excludendam nullitatem & pœnam quæ pro ea intelligitur.*
5 *Scientia in genere sufficit ad validitatem vel invaliditatem rescripti.*
6 *Subreptio vt euitetur, satis est in rescriptis ad lites aliquid ex narratis verificari ad substinendum gratiam.*

D E C I S I O D C L X X X I I I I.

PRoposita causa Gadicen. beneficij super dubio, an gratia restitutionis concessa D. Ludouico sit subreptitia vel non, Domini renuerunt, d. gratiam nõ posse impugnari vitio subreptionis. Nã illa subreptio, quæ consideratur pro parte Domini Petri de Paccecho ex præsentatione seu assertione supplicationis, dum affirmat se literas expediuisse, licèt data gratię sit die 12. Februarij, 1572. & Bullæ 27. Martij. eiusdem ad probationem subreptionis, Dominis non placuit, vtpote non cõcludens & æquiuoca, nam literæ potuerunt esse in plumbo, & ita supplicans vere potuit affirmare literas expedi
1 uisse. Nam † curia seruat haberi pro expeditis eo casu, vt per Staph. de liter. grat. tit. de sign. iust. pag. 399. num. 4. & Ludouicus cũ hodie producat suas literas, habet regulam pro se, quòd eas debito tempore expedierit, vt bene Gomes. de nõ iud. iuxta form. supp. q. vlt. Cassad. ad
2 regula cancel. decis. 3. Et † fundans se in tẽpore anteriori vel posteriori, habet illud probare. glos. in c. cum acta, de neg. gest. in l. qui iurasse. §. si pater. ff. de inreiuran. Ias. in rub. num. 6. C. qui admit. vbi Barbat. col. 2. cum traditis à Rolan. cons. 41. num. 43. cum seq. vol. j. Actus enim
3 † præsumitur debito tempore factus ac expeditus, arg. l. sciendum, de verb. oblig. ad trad. Bart. in l. non solum, §. sed vt probari, num. 2. ff. de noui oper. nunc. vbi Alex. num. 2. Ias. num. 6. Felyn. & Dec. num. 13. in c. in præsentia, de probat. cum alijs per Tiraquel. de nobilit. cap. 37.
4 num. 34. & seq. Et † diligentia in dubio præsumitur, vt per Innoc. in c. j. num. 3. versic. & tempus competens, de cõcess. præben. in 6. Eo magis hæc applicantur, cùm hæc præsumptio excludat nullitatem, vt per Ægid. decis. 100. & ad exclusionem pœnæ, quæ infligeretur ex nullitate actus. l. Senatus. ff. de contrah. empt. Ias. in l. Insulã, num. 29. vbi Rip. num. 53. de verb. oblig. Felyn. in cap. 2. num. 3. de constit. Cassad. decis. 14. num. 4. & decis. 3. de decret. in reser.

Monet etiam Dominos, quia summus Pontifex concessit restitutionem non ex narratis per supplicantem, neq; ex aliquo ipsorum, cùm plura fuerint exposita Pontifici ad animum inducendum ad restitutionem: signatura vero absolute rescripsit, attẽto quod signans adhuc viuit. Potuit enim verisimiliter mouere concedentem magna impensa facta in soluenda annata ac literis expediendis, & alijs quæ solent impendi in expeditione bullarum. & eo vrgentius, quia resignante viuo, nullum ius erat alicui quæsitum ex lapsu termini ad publicandum, cùm ius remaneat penes resignantem, ita quòd nec ipsi Pontifici, neque ordinario ius conferendi competat, sed solum dispendium erat in alia simili impensa facienda, quæ interpretatio innititur æquitati pro conseruanda gratia, vt actus potius valeat quàm pereat. Nec placuit Dñs, q̃ supplicãs ad aliquod tempus non se arctauerit, sed tãtum expresserit, quòd propter cursum viarum infra sex menses constitutos ad faciẽdum publicationem in loco beneficij, literas publicare non valuit, ac propterea dicit de literarum validitate dubitari, quo casu summus Pontifex potuit in genere intelligere multum vel parum temporis fuisse defluxum, ex quo literæ non po
5 tuerant valere, & † satis est scientia in genere, arg. l. qui iure militari. ff. de milit. testam. ex trad. à Tiraq. in præfat. l. si vnquam. C. de reuoc. donat. & Felyn. in locis per Gabriel. extendentem id ad rescripta, de regul. iur. concl. 4. num. 2. Et ex supradictis constat, quod pro parte d. Don Petri dicitur, quòd impetrans narrauit magno labore & impensa consecutum prouisionem beneficij, nã literis expeditis id potuit affirmare, cùm respectu ipsorum tunc impensæ fiant, & cum sudore obtineantur, vt per Cassad. decis. 2. num. 3. ad reg. cancel.

Minus placuit subreptio reg. de annali, quia non intrat, cùm disputetur de restitutione obtenta per resignatarium de voluntate resignantis, & illa regula solos exosos habuit tertios, qui possessores viuentes insequuntur, quos improbos appellat, vt bene per Gomes. ibi quæstio. 11. & 52. nec talis resignatarius dici potest.

Illud verò quod pro parte Ludouici dicebatur, quòd ad euitandam subreptionem, satis sit aliquid ex narratis verificari ad substinendum gratiam, licet de alijs non constet. vt per glos. in c. 2. vbi Felyn. num. 34. de rescript. per Butr. in c. exhibita, in fi. de iudic. Dec. cons. 142. nume. 5. Paris. cons. 3. num. 90. & cons. 42. num. 8. vol. 4.
6 non † placebat Dominis: nam procedit in rescriptis ad lites: secus verò in gratiosis, prout in isto casu, vt per Fab. decis. 17. vna Spoletan. portionis.

Reseruarunt tamen Domini videndum, an in obtenta gratia restitutionis nouus consensus requiratur, si aliunde quam ex deductis pars d. Petri docere voluerit tempore d. gratiæ literas non fuisse expeditas.

B R A V I.

Roman. domus in monte Iordano. Die Lunæ. 26. Octobris. 1579.

S V M M A R I V M.

1 *Intimatio potest fieri etiam per hæredes defuncti, qui eam facere poterat.*
Quæ tamen in actis conditionalibus ante implementum conditionis fieri non potest. num. 2.
Fallit in sententia. & quare.
3 *Iudex ferens sententiam sub conditione statim incipit grauare.*
4 *Creditori vbi datur electio in contractibus per verba habentia tractum successiuum, variari potest.*
5 *Actus primus quando non valet potest fieri secundus.*
6 *Declaratio seu nominatio non retrotrahitur.*
7 *Bero. cons. 166. lib. 1. loquitur in habente facultatem semel tantum nominandi.*

D E C I S I O D C L X X V.

PRima Iulij præteriti fuit proposita causa Roman. domus in monte Iordano super dubio, an intimatio fuerit sufficiens in casu & ad effectum, de quo agitur. Et quia Domini alijs erant negocijs occupati, neque omnes viderant, fuit delata resolutio ad Cal. & dictum, vt vtraque pars super isto dubio informaret, vel si quid vellent cõtra resolutionem aliàs factam dicere respectu variationis nominationis, habeant facultatem. Et Lunæ 26. Octobris, super isto dubio fuit iterum causa proposita, vna & altera parte informante, & pars monasterij informauit etiam impugnando, q̃ nominatio nõ esset variabilis, licèt pars D. Hieronymi in hoc nihil dixerit. Domini tamen omnes viderunt causam. & circumscripto pro nunc capite mandati eius, cui facta erat intimatio, firmarũt, quòd intimatio erat sufficiens, & quod erat variabilis. Moti sunt, quia sicut Franciscus primo institutus & nominatus in contractu posset intimare,
1 † ita & eius hæredes, qui eius personam representant, cũ ei prospectum. l. si pactum. ff. de probat. cum vulg. & fuit facta in tempore, cùm intra duos menses, iuxta formam contractus, nec antea debuit fieri, cùm Hieronymus esset substitutus Christophori, & posset Christophorus cũ filijs decedere, & ita frustratoria esset intimatio, cùm si-
2 mus † in actis & nominatione conditionali, in qua eius implementum debet antecedere, & ab eo die tempus sit numerandum. l. tali facta. ff. de iure dot. l. pen. versi. procedit autem. ff. de excus. tutor. cùm non antea dicatur actus perfectus. l. hæc venditio. ff. de contrah. empt. l. bo-
ues. §. sub conditione. ff. de ædil. ediç. vbi Bart. dicens multum notabiliter, in l. si legetur, in fi. princ. de legat. j. vbi Cum. Ang. & Ias. alia deducunt cùm late trad. à Tiraq. de retract. lignag. §. j. glos. 2. num. 22. & glos. 9. num. 48. nec l. j. §. biduum. ff. quãdo appellan. sit, obstat. nam gl. 2. bene respondet in c. biduum. 2. q. 6, quòd ibi sit, speciale in sententia. ratio est multiplex, vt per Bart. in d. §. biduũ.
3 tum propter auctoritatem rei iudicatæ, tum † quia iudex ferens sententiam sub conditione statim incipit grauare, ideo statim incipit tempus sequens currere. per Alexan. & Ias. num. 18. in d. l. si cui legetur, in prin. per Tiraquel. in d. glos. 2. num. 51.

Circa secundum fuit resolutum, facultatem nominandi esse variabilem: nam facultas nominandi concessa Francisco non fuit restricta ad aliquod tempus, sed ei quandocunque competebat vsque ad vltimum vitæ spiritum. quod clare comprehenditur, cùm præstetur facultas in euentum, quòd decederet sine filijs, quæ condi tio antea non potest verificari: quodque colligitur ex alia clausula instrumenti, in qua cauetur, quòd nõ factis nominationibus domus ad ecclesiam reuertatur, quæ non potest verificari, nisi sequuta Frãcisci morte. ex quibus si præsentem dispositionem iuxta formam contractus vel vltimarum voluntatum regulemus, dabitur va-
4 riatio. Nam in contractibus certi iuris est, quòd vbi creditori datur electio per verba habentia tractum successiuum, tunc potest variari. l. si quis. est lex. 112. ff. de verb. oblig. versic. si vero tractum habeat. Cùm igitur habeat tractum successiuum, vt fuit ostensum, ergo erit variationi locus re integra, cùm non possimus dicere interim factam executionem, quo casu denegatur. Rursus si ad reg. vltimarum voluntatum deueniamus, non minus variare licebit, vel si ex proprietate verborum, vel ex subiecta materia electio habeat tractum successiuum, vel secum non habeat executionem. vt in l. vnum ex familia. in prin. de leg. 2. vbi facultatem eligendi vnum ex familia, cui cùm moreretur, restitueret, potest variare. ratio est, quia electio habet tractum vsque ad mortem. argumento l. cum pater. §. an filia. ff. de leg. 2. secus si non haberet tractum vel haberet executionem, arg. l. apud Ausidium. ff. de optio. legat.

Et supradicta cõfirmantur, quia expresse cautum est in instrumẽto, vt nominatio intimetur infra duos menses, aliàs sit nullius momenti: ex quo sequitur, quòd si nominatio non intimaretur, variare posset, quia quan-
5 do † primus actus non valet, tunc potest fieri secundus, ad not. per Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone, in 6. limit. per tot. ff. de verb. signif.

Nec obst. quod idem in prima limit. dicat hoc procedere, quando aliquis actum suo iure facit, quia illa declaratio absolute intellecta patitur multas difficultates, & est contra iura supra deducta, & idem Tiraq. limitat talem limitationẽ, vt procedat in actibus iudicialibus, nu. 47. cum seq. & demum se remittit ad declarationẽ, quam tradit in 6. limit. num. 10. vbi ait, quòd cùm non sit de effectu cogitatum, nunquam expirat facultas, donec actus plenum sortiatur effectum. Quod applicatur casui præsenti, in quo fuit cogitatnm de successore per viam nominationis.

Nec obst. cons. Anch. 122. Quia contrarium eius, ad quod allegatur, dicit. Immo quòd ab ipso initio locatio-
6 nis nullum ius nominato quæsitum fuerat, & † quòd nominatio & declaratio non retrotrahatur, firmat ipse in d. cons. col. 2. cum seq. versic. per ista deciditur. & ista se compatiuntur, quòd nominatus censeatur inesse primo contractui, & tamen sit locus variationi. arg. d. l. vnũ ex familia, in prin. de leg. 2. vbi datur variatio, & tamen

dicit

dicit tex. nominatum capere ex priori testamento. Neq; dici potest, quòd sit perfecta nominatio postquam habuit tractum successiuum, & cũ hac qualitate habetur ius ab ecclesia, & sic relatio ad principium contractus.

Et Bero.cons. 166.lib.j. nõ applicatur. loquitur enim
7 †in habente facultatem semel tantum nominandi,& sic cùm semel sit facultas concessa, non datur variatio, qđ cessat in præsenti disputatione.Ex quibus etiam tollitur quod dicitur, nominationem suum confirmare effectũ postquam trahitur retro, quia ista non est vera retrotractio, nec actus consumauit effectum ex facultate tributa nominanti.

Non obst. quod ex Tiraq. deducitur, quia superius responsum est dupliciter, & ipse se ipsum declarat, num. 47.& 48. Minus facit quod fuit dictum de mente partium hoc fuisse ex intimatione facienda. Quia imò hoc vitiat,vt nominatio sit variabilis,& id factum est, vt monachi sciant qualitates personæ nominatæ: nam licèt quosdam excluserunt, possent forsan qualitates corruere in alijs nominatis, vt etiam ipsi excludantur. Et fuit inducta intimatio ad tollendum falsas nominationes, nõ ad tollẽdum variationem, cùm nihil interesset ecclesię, si nominatio facta sit in testamento, quæ non sortitur effectum, nisi post mortem nominantis, ergo antea licebat,quod satis est ad effectum, de quo agitur.Ex quibus tolluntur omnia adducta pro parte monasterij.

ALDOBRANDINI.

Auersan. decanatus. Lunæ, 16.Maij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Paupertatem alleganti onus probandi incumbit.*

DECISIO DCLXXVI.

DOmini tenuerunt non constare Ioan. Angelum impeditum fuisse, quominus infra tẽpus duorum mensium, de quo in decreto, suę prouisionis literas Apostolicas expedire potuerit, & propterea intrare prædictum decretum. Cùm enim aliud non alleget impedimentum, nisi paupertatis respectu certi effectus, nempe vt non posset expedire prædictas literas,
1 probanda † erat paupertas signanter. Bal.in auth. præterea, num.4.vbi Salyc.num.4.& 5. ac Fabian.de Pepis,nume.74.C.vnde vir.& vxor. Ruin.cons.81. num.6. lib. 5. quam non solum non probauit, sed potius de contrario apparet, cùm de mense Septembris & Nouembris constet eum recepisse pecunias nedum sufficientes, sed superabundantes super ista expeditione. Liquetque etiam tunc temporis pannos emisse, quas pecunias in hac expeditione erogare potuisset.

Addebantq; etiam, quòd nullam diligentiam fecit pro prorogatione obtinẽda. si enim re vera propter paupertatem fuisset impeditus, potuisset adire Reuerendiss. D.Datarium pro prorogatione, qui primam prorogationem denegare non solet, præsertim, vbi subest aliqua causa. Sed (quod plus est) constat de causa,quare literas non expediuit, quia, scilicet, volebat beneficium huiusmodi residentiam requirens permutare cum alijs simplicibus residentiam non requirentibus, vt liquidò apparet ex scripturis & testibus productis & examinatis à Ioan.Honofrio,& signanter ex tertio 5.6.& 4.& 5. ex ipsiusmet Ioan.Angeli literis, dum scribit, Reueren. Dom. Datarium noluisse admittere huiusmodi permutationẽ, & quod ipse expediebat literas, vt caperet possessionem. Cępit igitur expedire literas,vt ipse ait,quando fuit excluſus à permutatione, ergo non expeditio non proueniebat ex paupertate,sed à volũtate dimittendi beneficium, vt alia simplicia residentiam non requirentia assequeretur.

ALDOBRANDINI.

Lucan. decanatus. Veneris, 20.Maij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Conditio momentanea sufficit etiam momento esse adimpleta, licèt postea non duret: secus in successiua. & numero 3.*
2 *Correspectiuorum vno corruente corruunt omnia. Eò magis vbi adest conditio successiua.*
3 *Conditionem successiuam non sufficit momento adimpleri. Limita in causa pia.num.9.*
4 *Suspensio potest dari respectu effectus in futurum.*
5 *Dispositio principalis quòd non pendeat, sed eius effectus, nouum non est.*
6 *Conditio quando tacitè subintelligitur actus propriè non dicitur conditionalis: & quomodo procedat.*
7 *Conditio suspensiua inest in correspectiuis ex voluntate partium.*
8 *Correspectiua à correllatiuis differunt.*
10 *Conditio mixta deficiens casu fortuito fauore piæ causæ non facit deficere dispositionem.*
11 *Conditio mixta in contractibus quando stat per eum, cui est adimpleta, habetur pro defecta: secus in vltimis voluntatibus, quando non stat per implere debentem.*
12 *Conditio negatiua vel successiua affirmatiua nihil inter se differunt.*
13 *Dispositio l.libertas.§.primo, de manumiss.testam. procedit ex natura libertatis, non autem eius fauore. ex magis communi.*
Et ita extendenda etiam ad piam causam, in qua cautio mutiana non detur, nisi de contraria mente disponentis appareat, quæ sufficit etiam ex coniecturis colligi. numero 15.
14 *Ecclesia dari potest sub conditione resolutiua. Eo magis in suspensiua.*
16 *Mens Papæ eadem est cum mente partium in resignationibus in fauorem, vel ad certum effectum.*
17 *Alimenta vbi sunt relicta fauore tertij, cessat dispositio l.1.C.de lega.*

DECISIO DCLXXVII.

REuocauerat Adrianus VI. per suam constitutionem inhęrẽdo vestigijs Innocentij VIII. omnes patronatus concessos à Leone X. ad beneficia, quorum fructus ab obtinentibus huiusmodi concessiones non fuissent aucti vsque ad dimidiam. Et quia Dñis de Gilijs fuerat ab eodem concessum iuspatronatus ad Decanatum & canonicatum collegiatæ ecclesiæ sancti Michaelis, de qua constitutione dederat Reuerendiss. D.Archiepiscopus prouisus à sede Apostolica de præfato decanatu contra D.Ioan. Paulum præsentatum à Gilijs, qui D.Ioan.Paulus vice versa volens excludere dictã constitutionem prætendebat, quòd quamuis ea sit amplis verbis concessa,non possit comprehendere hoc iuspatronatus reseruatum simul cum ipsa erectione collegiatæ, quia (vt ipse opinabatur) sublato per Papam iurepatronatus,concessit collegiata, quod cum pro parte Reueren-

Reuerendiss.Domini Archiepiscopi negaretur, fuit necessarium prius firmare,an hoc verum esset. Ad quem effectum fuit disputatum, an omnia contenta in bulla Leonis essent correspectiua,& Rota resoluit esse omnia correspectiua, & vnum factum cõtemplatione alterius. Episcopus enim & Nicolaus non cessissent commendis, nisi fuisset erecta collegiata & reseruatum iuspatronatus Domino Ioan.Paulo, nec Matthæus dedisset bis mille, nisi fuisset sibi reseruatum iuspatronatus ad prædicta beneficia, quod sine prædicta erectione fieri nequibat. Erant enim ante beneficia regularia licet conuentu carentia, vt in literis dictæ erectionis de anno 1518. narratur.Quo firmato pro faciliori resolutione huius difficultatis fuit necessarium videre, an ista conditio, quæ oritur ex huiusmodi correspectiuitate, esset momentanea vel successiua. si enim fuisset momentanea, sufficiebat semel fuisse iuspatronatus valide reseruatum, quia
11 † sufficit conditionem fuisse etiam momento adimpletam licet postea non duret.l.si quis hæredem. vbi Doct. C.de institut.& substitut.Si vero fuisset successiua,aliud forte dicendum fuisset.Angel.consil.34. Docto.in dicta l.si quis hæredem. vbi Dec.num.3.

Qua de re disputatum pluries fuit, an versemur in conditione momentanea,vel habente tractum successiuum,in qua difficultate propter varias Dominorum opiniones numquam capi potuit resulatio.Sed quia in prędicta disputatione multa allegabantur pro parte Reuerendiss.Archiepiscopi, ex quibus prætendebat defendi posse, quòd & si versaremur in conditione successiua, nihilominus reuocato iurepatronatus substineretur collegiata,Domini voluerunt videre effectum huius disputationis.In qua disputatione plurimum referre arbitrabantur informantes vtriusque partis cognoscere, cuius naturæ esset hæc successiua conditio, an esset suspensiua,vel resolutiua,inter quas magna est differentia. Ideo dubitaui præsuppposito, sine veri præiudicio, quòd versaremur in conditione successiua, an ea esset suspensiua vel resolutiua in parte,vel in totum, vel in nihilo, ita vt reuocato iurepatronatus corruat, vel non erectio collegiatæ.Causa itaque proposita 9.& 14.Martij.& quarta Maij,Domini super eo, an ista conditio esset suspensiua vel momentanea,nihil statuerunt,opinantes etiam non multum id referre ad decisionem propositæ difficultatis,sed firmarunt regulam pro Domino Ioan. Paulo Gilio. Stante enim resolutione, quòd versemur in correspectiuis, † regula est, quòd vno corruente corruãt omnia,l.fi.C.de acceptil.l.etiam.§.ex causa,de minor. Aym. consil.179. num.13. Maximè stante præsuppposito, quòd versemur in conditione successiua, de qua tamen vnus ex Dominis dicebat se valde dubitare, quia videbatur sibi, quòd multa adducerentur pro parte Archiepiscopi suadentia omnia ista potius modum quàm conditionem importare. Sed stante præsuppposito, quòd versemur in conditione successiua, subintrat alia regula,
3 quòd † satis non sit eam momento adimplere. Cyn. in l.si quis hæredem, numero secundo, de institut. & substitut.vbi Dec. numero tertio. Angel.consil.34.numero nono.Pariscons.32.numero 81.libro primo.cum alijs ab informantibus latissime deductis. Cui regulæ pro parte Reuerendiss. Archiepiscopi plures applicabantur limitationes,seu plures dabantur responsiones,quarum plures apud Dominos magnam patiebantur difficultatem. Dum nanque dicebatur, quòd non poterat hæc conditio esse resolutiua, sed suspensiua, quia suspensiua nihil ponit in esse præter spem quandam, hic autem nedum omnia fuerunt adimpleta, sed pluries executioni demandata, cùm collegiata sit erecta, reseruatum iuspatronatus, & patroni pluries præsentauerint: resolutiua minus.quia verba id non important:

Vltra quòd tollebatur ex præsuppposito, tolli etiam
4 videtur, quia † saltem respectu effectus in futurum potest dari iste effectus suspensiuus. Bal.in l.generaliter.numero quinto,de episc.& cleric.Henric.Boich. in cap.& si Christus.numero tertio, & ibi Ægid. numero septimo, de iureiuran. Tiraq. cess. caus. limit. vigesimatertia, numero octauo. Cùm enim erectio collegiatæ, & reseruatio iurispatronatus momẽto explicentur,& effectus durationis iurispatronatus, quem effectum præ oculis partes habuerunt, habeat tractum successiuum, totum hoc potest dici habere causam momentaneam, & effectum successiuum. Vnde respectu collegiatæ causa in esse deducta, & respectu iurispatronatus iam acquisiti, conditio potest dici resolutiua,quia resoluit, quod perfectum est: respectu vero effectus durationis, qui
5 pendet,suspensiua. Non enim nouum est, quòd † principalis dispositio non pendeat, pendeat autem effectus. l.cum hic status. §.si vero. vbi glos.de donatio. inter virum & vxorem. Dum verò dicebatur,quòd quando conditio subintelligitur, actus proprie non censetur conditionalis.l.conditiones quæ extrinsecus. ff.de conditio. & demonstratio. id etiam non transit sine difficultate.
6 Nam † vltra, quòd id procedit quoad effectum transmissionis, non quoad alios effectus, quando talis conditio inest ex voluntate disponentis, suspendit. Dec.consil.2. num.5.

Vnde stante resolutione, quòd versemur in correspe-
7 ctiuis ex voluntate partium, dicitur † inesse huiusmodi conditio, quia vnum censetur factum contemplatione alterius ex allegatis à Tiraquel.in l.si vnquam, in verbo, donatione largitus, numero 117.&118. Aymon.consilio 246.numero 3.

Ex quibus corruit alia responsio considerata pro ratione diuersitatis rationis, quòd dispositum in vno ex correllatiuis non habeat locum in alio. Ias. in l.fin. numero decimooctauo, cum pluribus sequen. C.de indic. viduit.tol. Bapt. à sancto Blas.de correllat. nu. 39.& 56.

8 Quia † diuersa est materia correlatiuorum à correspectiuis. In correlatiuis namque proceditur per viam extensionis. Ias.in dicta l.fina. in princip. In correspectiuis non tractatur de extensione, quia partes vnum faciunt contemplatione alterius, & sic vnum est causa alterius. & ista est ratio, quod vno sublato corruat aliud per supradicta.Quæ responsio tollit etiam aliud fundamentum,quod fit super pluralitate causarum finalium,& super eo quod causa finalis fuit augumentum cultus diuini. Quia stante resolutione, quòd hæc omnia sint correspectiua,vnum dicitur factum contemplatione alterius, & consequenter hæc responsio non videtur applicari, quia in istis (vt dictum est) corruente vno destruitur aliud. Pariter dum dicebatur,quòd hęc conditio vti pendens à potestate Principis dicitur impossibilis, non placebat, quia Papa ita admisit cessiones commendarum, & ista non reuocatio habet dispositionem iuris pro se, ex reg.decet.de reg.iur.in 6.

Vnde istis omissis restrinxerunt se ad limitationem adductam pro parte Reuerendissimi Archiepiscopi,
9 quòd fauore piæ causæ inductum sit, vt † sufficiat conditionem etiam tractum successiuum habentem, semel adimpletam esse,licèt adimplementum non duret. Admonitis igitur partibus, vt ad istam limitationem se restringerent, propterea strictè ad hanc limitationem Domini dixerunt inspiciendum esse, in quibus termi-
10 nis versaremur, an in conditione † mixta, quæ deficiens casu fortuito fauore piæ causæ non facit deficere

dispositionem. Roman.singul.284. Tiraquel. de priuileg.piæ caus.priuileg.57.cum alijs allegatis. In qua conditione mixta procedit limitatio allegata pro parte Do-
11 mini Ioan.Pauli, quòd † in contractibus vitiat, quando stat per eum, cui adimplenda est, vt per Ias.in dicta l.prima. C. de institut. & substitut. In qua limitatione nil tractatur quod tangat priuilegium piæ causæ, sed circa illam constituitur differentia, quod in vltimis voluntatibus conditio mixta, quando non stat per implere debentem,sed per eum,cui est adimplenda,habetur pro impleta. In contractibus verò habetur pro defecta. An verò versemur in conditione negatiua.Gilij nanque sub duplici conditione promisisse dotem videntur, reseruationis,scilicet iurispatronatus, & illius perpetuitatis,seu durationis, vel non reuocationis,& ad secundâ restringitur præsens difficultas.

12 Conditio † autem negatiua, vel successiua affirmatiua nihil inter se differre videntur, vt videntur sentire Bart.in l.mutiana, numero tertio. Imol.numero tertio. versic.in glos.secunda.Castren.numero secundo,in fine, de conditio.& demonstratio. asserentes cautionem mutianam locum habere etiam in conditionibus affirmatiuis habentibus implicitam negatiuam, vtputa si dictum esset, si permanseris cum filio meo, quia implicitam habet negatiuam,si ab eo non discesseris, & propterea idem est dicere, si iuspatronatus non reuocabitur, vel si iuspatronatus perseuerauerit.

Hoc stante circa limitationem duæ cadebant difficultates. Prima, quænam opinio esset magis communis circa illud,videlicet,an dispositio l.libertas.§.primo, de manumiss. testamen. loquens in libertate indistincte procedat etiam quoad piam causam. Secunda, quæ verior.

13 Circa † quas difficultates nihil certi determinatum fuit, quia informantes ex professo hanc difficultatem non tangebant. Sed Domini ipsam veram præsupponebant, quam vnus ex Dominis dicebat esse magis communem & veriorem.eam nanque tenent Roman.in authen.similiter, numero 82. C.ad l.Falcid. sequitur Euerad.in loco de libert.ad piam caus.col.quarta, ad finem, in 10.exemplo. Tiraquel.de priuileg.piæ caus.priuil.48. Soc.reg.310.priuileg.42.Bened.Carof.de priuileg.eccle. pag.61. versic.priuilegium est. eandem firmat Rip.in l. ita stipulatus,numero 47.de verborum obligatio.Curt. senior in l. siue apud acta. C. de transactio. numero 34. versic.tertio scitote.quam opin.tacite admittunt omnes ij,qui tenent, interpretationem, de qua in dicta l.libertas.admissam fuisse fauore libertatis, quam tenuit glos. in l.& si post tres. glos.fin.ante medium, versic.item fauore libertatis, in fine. ff.si quis caut. & in l.Titio fundus, versic.in omnibus, in fine, de verborum obligatio. Alberic. Benedic. de Plumbin. in dicta l.libertas. §. primo.Bart.in l.mutianæ,numero primo. & ibi Imo.numero tertio, in fine. Cuman.numero quarto, in fine. Bart. in dicta l.ita stipulatus, numero 17. & Pau. de Cast. & Imol.numero 10.Ias.numero 18.Rip.numero 47. Seisel. numero 11.Ias.numero 31. Soci.iun.numero 127.vbi asserit cum hac opinione quasi omnes Doctores transire.Angel.in l.fin. post medium, versic.item si conditio. C.de condit.inser.

Pro contraria tamen parte stant tantummodo Alciat.in dicta l.ita stipulatus, numero 31. Eman. Cost. libro secundo select.interpret.cap. 5.numero 3. quam tacite sequuntur tenentes, d.l.libertas.§.primo.procedere non fauore,sed ex natura libertatis, quæ ad tempus dari non potest, & quę data est irreuocabilis.Guliel.de Cun. & nonnulli antiquiores relati à Bart. in dicta l.ita stipulatus,numero 17. Cuman. ibidem nu.6. & Aret.num.9. Roman.in authen. similiter, numero 100. §.omnis, ad fin. Instit. de verborum obligat. & consequenter liquet hanc esse magis communem, quam etiam probat vt dixi veriorem ex rationibus à Doct. præsertim à Soc. iun. Seisel.& Rip.in d.l.ita stipulatus.

Dicebat etiam in casu nostro idem esse quod in libertate, quia quod semel Deo dicatum,&c. & quia cultus diuinus debet augeri.& sic sumus etiam in hoc casu in terminis, in quibus per cautionem mutianam succurri nequit.

Sed præsupponendo limitationem veram prout Domini præsupponebant, subintrat sublimitatio à Docto. data,nisi constet de contraria mente disponentis. Non
14 obst.enim controuersia, quin ecclesia dari possit † sub conditione resolutiua,quicquid senserit Innoc.in cap.verum, de foro competen. vt per Docto.in cap.verum, de condit.appos.Tiraquel.de retract.conuent. ad fin.numero 14.Pinel.ad l.primam, in tertia parte, numero 52.illat. 5. & numero 53. vbi de communi. Tantò magis, si conditio est suspensiua. glos.in d.l.fin. de manu.testam.

Circa quam sublimitationem duæ cadunt difficultates.prima est, num requirantur verba expressa vel sufficiat,quod aliàs etiam tacite ex coniecturis de tali mente appareat. Alia,quando hic sufficerent coniecturæ,num hic adsint coniecturæ huiusmodi.

Quoad primam partem concluserunt non requiri
15 verba expressa,sed sufficere † quod tacite liqueat de mente disponentis. Alberic.in l.prima, num.8.in fine. & ibi Bart.num.23.Ang.col.2. versic.si non apparet, de instit. & substit. bene Ang.in l.cum quidam, de condit.insert. Socin.priuileg.piæ caus.43. Quod confirmatur. quia ratio, quare modus deficiens fauore piæ causæ non resoluit, est, ex eo quia præsumitur, quòd donans vel relinquens esset aliàs relicturus & donaturus. vt dicunt omnes Doct.in dicto cap.verum, de condit.appos.& Felyn. in cap.verum,de foro competen. numero septimo.cum alijs allegatis.

Procedit ergo in dubio supradicta conclusio: sed quando adsunt vrgentes coniecturæ in contrarium, ꝙ non esset quis donaturus vel relicturus, nisi modo adimpleto,cessat hæc difficultas,vt per Corset.sing.25.in verbo, contractum.

Et quamuis Doct.exemplificent, quando adsunt verba expressa,exempla non restringunt. quod ex eo patet, quia Doct.in cap.verum, intelligunt illum tex.procedere in modo,non autem in conditione. ratio est,quia cõditione defecta deficit etiam relictum piæ causæ. Confirmabatur hoc quoque per tex.in l.Mæuia. ff.de manumiss.testam.ibi, Modestinus respondit neque cõtextum verborum totius scripturæ, neque mentem testatricis eam esse,&c.ergo attenditur etiam mens, quæ ex verbis expressis non apparet.

Quoad vltimam difficultatem Domini non fuerunt concordes: nonnullis enim videbatur hic subesse sufficientes coniecturas,alij contrarium opinabantur.Primi mouebantur, quia cùm simus in correspectiuis, attendenda est mens, non vnius partis, sed ambarum partium, & consequenter attendenda est mens Papæ, vt cùm sit dictum,quòd non possit derogari, nisi prout derogatur patronatibus Principum, præseruatur authoritas & potestas Papæ in derogando.

Secundò, quia fuit dispositum, quòd si Gilij infra viginti annos non soluerẽt illa 500. duraret patronatus. Quemadmodum ergo ipsi si nihil adimplebant, nihil corruebat,ita etiam si reuocatur iuspatronatus, non debet corruere collegiata.

Tertiò

Tertiò quia non fit verisimile, quòd Papa sibi & successori voluerit legem imponere & supponere collegiatam huic periculo.

Nec obst.correspectiuitas, quia etiam in l.fin.ff.de manumiss.testamen.legatum libertatis erat correspectiuum ad implementum conditionis, & tamen sufficit semel adimpletam esse conditionem, nec corruit, si postea deficiat.

Secundi mouebantur, quia in primis habemus verba,quòd successiuis vacationibus Gilij habeant præsentare, & quod perpetuum esse debeat iuspatronatus, quo mediante isti voluerint se cautelare, quod derogari non posset, nisi prout derogatur patronatibus Principum, ergo tantò minus voluerunt illud abrogari posse.

Quæ omnia videbantur aliquibus satis arguere mentem istorum talem fuisse.

Nec obst. quod debebat etiam attendi mens Papæ,
16 quia † in istis resignationibus in fauorem, vel ad certum effectum mens Papæ eadem est cum mente partiũ, quia Papa adhæret illi voluntati, vt per Mohedan. decis.318.magna difficultas,prope fin.

Non obst.tex.in l.fin. de condit.inser. quia ibi seruus omnino etiam nactus libertatem cogitur obseruare & adimplere conditionem, pariter tex.in l.rogo, de fideicommiss. libert. non applicatur: ibi namque versamur in conditione momentanea,quia conditio erat, ne seruus alienam pateretur libertatem,quæ momento explicatur. statim enim quod alienabatur, erat purificata conditio.

17 Similiter † non obst. tex.in l.prima.C.de legat. Quia ibi fauore legatarij tantum relicta erãt alimenta: at vbi relicta essent fauore tertij, cessat ille tex. vt ibi per glos. & Doctores, per tex.in l.illis libertis, de conditio.& demonstratio.l.Mæuia,de annuis legat. Anchar.cons.237. in principio.

Et propterea dixerunt, vel quòd disputetur de veritate limitationis, vel ea præsupposita pro vera,disputetur, an hic adsint sufficientes coniecturæ, ex quibus dicendum sit,quòd supplicantes & Papa voluerint,quòd ista conditio non reuocationis perpetuo duraret,ita quòd si deficiat, corruat collegiata.

ALDOBRANDINI.

Roman. administrationis tutelæ. Die secunda Decembris. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Facultas iurandi in litem transit ad hæredem, qui sit informatus de veritate facti: alias non tenetur.*

DECISIO DCLXXVIII.

1 DOmini concluserunt, † facultatem iurandi in litem transire in hæredem. glos.fin.in l.penult.§. fin.ff.ti quis eum, &c. quem sequitur ibi Bald. Angel.Paul.de Cast.Alexand.Socin.& Ias.Tiraquel. qui alios cumulat, de retract.lignag.§.secundo, glos.vndecima, numero secundo. Plot.in l.si quando, numero 29. in principio, C.vnde vi. Idque dixerunt verum esse de hærede informato de veritate facti, super quo iurandum est, vt vult Bald.in cap.primo, numero primo.si de inuestit.fuer.controuer. Ias.in l.si quando, numero 53. C.vnde vi.Ruin.consilio 35.numero decimo, lib.quinto.Afflict.decis.decimasexta, numero octauo. cum alijs allegatis. Alioquin anceps non debet subijcere se periculo periurij,vt dicunt prædicti Doctores. Et propterea si hæres erat infans regulariter iurare nequit, cùm ætas illa quicquid videt, ignoret. Aymon.consilio 287. columna finali.

ALDOBRANDINI.

Roman. releuationis indemnitatis. Mercurij, secunda Decembris. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Prouisiones annuæ possunt licitè retineri à creditore ante integram satisfactionem sui crediti, quæ etiam obligari possunt.& num.3.*
2 *Accipere aliquid pro fideiussione licitum est.*
4 *Merces pati non debet dilationem. & vide distinctionem. num.8.*
5 *Facultas concessa eo modo, quo quilibet Princeps si interrogatus fuisset, facile concessisset, valet.*
6 *Solutio in dubio intelligitur facta in antiquiorem, & duriorem causam.*
7 *Debitor potest declarare in quam causam soluat.*
9 *Tempus aduenientis conditionis retrotrahitur ad tempus contractæ obligationis, non autem è contra.*
10 *Salarium non potest retineri: immo de iure non debetur, nisi sit conuentum.*

DECISIO DCLXXIX.

CVm Domini de Odescalchis coram R.P.D. A. C. vt in facto præsupponitur, instarent pro eorum indemnitatis releuatione contra nonnullos Milites fideiussores Religionis sancti Lazari,qui sub die 5. Aprilis, 1566. promiserant eosdem Dominos de Odescalchis indemnes releuare ab obligatione per eos facta de soluẽdo summam 19000.scutorum, seu aliam ad fauorem R. Cameræ Apostolicæ, pro soluenda compositione priuilegiorum prædictæ religionis sancti Lazari à fe.rec.Pio Papa Quarto concessorum. Dictique fideiussores petijssent calculari: orta fuit controuersia super partitis prouisionum, quas bo. me. Iannotus Castellioneus olim prædictæ religionis Magnus Magister,promiserat Dominis de Odescalchis in capitulationibus desuper initis cũ obligatione camerali, in quibus inter alias deputauit eosdem Dominos de Odescalchis depositarios generales omnium reddituum & introituum ipsius religionis conueniendo, vt ipsi ad omnem requisitionem religionis obligarẽt se vsq; ad summam 25000. scutorum auri in auro, quam summam possent accipere ad cambium,census,& societates officiorum, remanendo ipsi depositarij ex pecunijs quæ soluerentur, hoc est vnum pro centenario, & alterum etiam pro centenario ex pecunijs quæ intrarent, cum facultate huiusmodi vnum pro centenario exitus & introitus sibi propria authoritate retinendi.Nec non, quod pro eorum prouisione haberent annuatim scuta 350. quæ in libro ad exitum religionis, quemadmodum præcedentia suo arbitrio & absque alio mandato adnotare possent.

Negabant autem prædicti fideiussores potuisse Dominos Odescalcos sibi retinere huiusmodi prouisiones, & dicebant prius debuisse imputari pecunias exactas in extinctionem debiti sortis principalis & interesse contracti, quam in causam ipsi se obligarunt. Immo contendebant neque Magnum Magistrum potuisse promittere huiusmodi prouisiones ex fructibus

& prouentibus religionis sine interuentu & voluntate capituli. Ideoque depositarios eas nullo modo retinere potuisse.

Quamobrem fuit coram prædicto A. C. inter partes concordatum dubium, cũ præsuppositis ad me transmissum, ac etiam per memoriale porrectum S.D.N. & postea mihi transmissum, & ordinatũ fuit, vt illud proponerem in Rota, quod erat, videlicet an prædicti Domini de Odescalchis potuerint singulis annis sibi retinere suas prouisiones ex pecunijs religionis, & Magni Magistri ante integram satisfactionẽ debiti religionis. Cùm itaque die Lunæ, 16. Nouembris. bene hinc inde informantibus partibus proposuissem dictum dubium in Rota, & super eo diu, multumq; discussum fuisset, per Dominos tamen dilata fuit resolutio in sequẽtem, quæ cùm fuerit die Veneris, 20. eiusdem. nullum super eo verbum feci, quia pro parte dictorum fideiussorum fuerat facta instantia, & obtentum, vt daretur dilatio, ex quo volebant dare nouas scripturas & informationes. Quare sub die Veneris, 27. eiusdem pro habenda resolutione, proposito eodem dubio, fuit dictum, quòd aliqui ex Dominis non viderant nouas informationes, ideo quòd in sequenti caperetur resolutio.

Demum itaque proposui dictum dubium die Mercurij, secunda præsentis, in cuius resolutione Domini
1 omnes fuerunt concordes, vt scilicet † prouisiones reti neri potuerint singulis annis ante integram satisfactionem debiti religionis.

Primum enim apparebat illas esse debitas, ex quo pręcedebat clara conuentio in ipsis capitulationibus firmatis inter partes, ex quibus resultat contractus correspectiuus, cùm verisimiliter prædicti Domini Odescalchi non promisissent de obligando se ipsos & eorum bona vsque ad summam scutorum 25000. auri in auro, & ad exactionem & solutionem pecuniarum, & ad tenendum libros & computa introitus & exitus pro dicta religione sine illis prouisionibus, quarum promissio visa est Dominis licita, & rationabilis: & propterea etiam si non fuisset conuenta, videbatur ex natura negocij conueniens, ex quo sine prouisionibus tale negocium, nec inchoari, nec perfici potuisset: nec enim fuisset inuenta tam grandis summa pecuniarum exbursanda pro compositione priuilegiorum religionis, quã necesse fuit accipere ad societatem officiorum, census, & cambia à diuersis personis, & toties per tantum tempus reuoluere ratione istius negocij, vt in totum exercuerit ad summam scutorum 250000. & vltra, prout fidem faciunt periti, & apparet ex libris absque eo, quòd personæ magnæ æstimationis & facultatis se ipsas suaque bona pro illis obligassent. Tales verò personæ tantum onus omnino nõ subijssent obligationis exigẽdi & soluendi pecunias, ac tenendi libros, seu computa introitus & exitus, prout apparet fuisse Dominos Odescalcos sine talibus vel etiam maioribus prouisionibus, prout etiam fidem fecerunt insigniores ac primarij mercatores vrbis.

Vnde visum fuit Dominis constare de mente & voluntate contrahentium deberi dictas prouisiones, tum
2 † quia licitum est accipere aliquid pro fideiussione. l. rogasti. §. fin. de præscript. verb. l. ab eo. §. primo. vbi Bald. & Paul. de donat. Anan. in cap. fin. numero 42. de vsur. Dec. consilio 7. in principio. vbi de simili conuentione. Tum quia omnia ista fuerunt correspectiua, & vnum sine alio factum non fuisset. late Crauet. consilio 242. numero 3.

Similiter constare videbatur de potestate promittentis. Nam Magnus Magister, qui illas promisit tanquàm prælatus & caput religionis, erat vsufructuarius & dispensator redditum & emolumentorum religionis, & poterat illos seu illa erogare in huiusmodi causam, maximè, ex quo erat necessaria & quodammodo fundamentum istius negocij, vt aliàs resolutum fuit in hac eadem causa coram R.P.D. Lancellotto, 20. Iunij, 1578.

3 Præterea † cùm huiusmodi prouisiones fuerint annuatim promissæ, dicebant Domini eas singulis annis potuisse retineri, prout conuentum fuit. l. Lucius. ff. qui potio. in pigno. habean. l. assiduis. C. eodem. Dec. consilio 698. Cùm natura eius, quod annuatim debetur, sit quod singulis annis præstari debeat, maximè sine vlla controuersia in fine anni, quemadmodum ex libris depositariorum constat eos retinuisse sibi dictas prouisiones in fine cuiuslibet anni. Et hinc maximè tollitur omnis difficultas, cùm expresse fuerit conuentum, vt depositarij possint propria authoritate retinere dictas prouisiones & ponere ad exitum religionis absque alio mandato.

Addebant Domini, quòd cùm fe. rec. Pius Quartus per literas in forma breuis concesserit facultatem Magno Magistro accipiendi pecunias pro seruitio religionis vsque ad summam scutorum 25000. ad censum, & ad societates officiorum, ac aliàs prout melius ac cõmodius inuenire posset, & pro dicto debito obligandi bona religionis: ipse autem Magnus Magister non inuenisset meliorem vel commodiorem viam inueniendi dictas pecunias, nisi cum dictis capitulationibus, & sub promissione dictarum prouisionum, quas si non necessarias vidisset, aut sine illis facere potuisset, vtique non promisisset. Igitur verisimiliter facultas illa concessa à Papa extendi debebat in necessariam antecedentiam ad dictas prouisiones tanquàm necessarias impensas, aliàs inutilis & frustratoria fuisset.

Quare arbitrantur Domini, quòd cùm tales prouisiones fuerint assignatæ ad effectum tenendi scriptores & ministros, qui possent exigere & soluere pecunias, & ad hoc fuerint necessariæ, quia aliàs negocium expleri non poterat, etiam si non præcessisset conuentio, adhuc tamen debebantur & soluenda fuissent singulis annis, cùm requirantur ratione expensarum &
4 annui laboris, cuius † merces non patitur dilationem, & quorum causa semper præcedit. l. qui necessarias, de pigno. actio. l. huius. ff. qui potior. in pigno. habeantur.

Ex quibus Domini censuerunt præfatas prouisiones esse debitum religionis, & principale debitum tanquàm fundamentum totius negocij, nempe inuentionis pecuniarum, obligationis Dominorum de Odescalchis, solutionis factæ Cameræ Apostolicæ, exactionis introituum religionis, ac tenendi libros & computa, sine quibus hodie religio, nec ipsi milites possent scire, quæ pecunię, & quibus fuerint solutæ, quæ & à quibus exactæ.

Ad ea verò, quæ ex parte fideiussorum in contrarium affere bantur, ita respondebatur.

Et in primis ad literas in forma breuis Pij Quarti, quatenus volunt sub certis pœnis pecunias religionis non nisi in extinctionem debiti religionis, & non in aliam causam conuerti posse, dicebatur, hoc quoque esse debitum religionis, & principale debitum occasione solutionis compositionis contractum, vt dictum fuit, quoniã nemo subijsset illud onus sine talib. vel ẽt maioribus prouisionib. & si Magnus Magister aliter potuisset negotiũ explicare, vtiq; fuisset. Maximeq; cessat
5 difficultas, quia in literis conceditur † facultas Magno Magistro accipiendi pecunias, put melius & cõmodius inuenire

inuenire posset, & si Papa interrogatus fuisset, verisimiliter illud idem respondisset. glos. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. cum alijs per Iac. in l. si vnus. §. pactus ne peteret, num. 22. eo. tit.

Non mouebat, quod in dictis literis nihil dicatur de prouisionibus & quod casus omissus videatur denegatus. Nam neque in prędictis literis repetuntur omnia capita conuentionum initarum inter partes. Vnde literæ per hoc non excludunt necessarias impensas & prouisiones, neque præiudicant dictis conuentionibus, quinimò illas approbare intelligi debent in necessariam consequentiam. Etenim si Papa voluit in prædictis breuibus Dominos Odescalcos vti depositarios teneri ad exigendum pecunias, ad faciendum lites, ad reddendum computa, necessariò dicendum videtur, quòd voluerit illos posse facere necessarias impẽsas. Insuper dicebatur, quòd hodie non agitur de obligatione bonorum religionis, quia ex dictis breuibus apparet restricta ad solũ biẽnium: sed solum quæritur, an prouisiones potuerint retineri ex pecunijs introituum religionis, quarũ pecuniarũ Magnus Magister erat legitimus administrator, & illas erogare poterat pro seruitio religionis, & in hãc causam, nam aliàs ad ipsum peruenturæ erant.

Nequex ex dictis breuibus apparet quod dicebatur per informantes pro fideiussoribus prohiberi, quòd pecuniæ conuertantur etiã pro substentatione Magni Magistri. Et quamuis hoc appareret, dicebatur hoc non obstare, quia illa erat causa extrinseca & aliena, sed ista prouisionum intrinseca & necessaria pro explicatione negocij.

Secundò ad illud, quòd milites fideiussores non obligarunt se pro dictis prouisionibus, & quòd eorum obligatio est diuersa ab alia aliorum fideiussorum, qui prius accesserant obligationi Magni Magistri de anno 1565. & quod eorum obligatio nullam habebat relationem ad capitulationes. Respondebatur, quòd immo ad effectum, de quo agitur, sufficit relatio, quæ habetur in vltimis verbis eorum obligationis, videlicet iuxta formã capitulationum desuper initarum. ex quibus verbis constat, eos habuisse sufficientem notitiam, maxime, quia hodie non agitur contra ipsos, vt soluant tales prouisiones, sed tantum replicatur per Dominos Odescalcos, ꝙ bene potuerunt eas sibi retinere iuxta capitulationes.

Tertiò non mouebat Dominos illud, quod afferebatur de anteriotitate & prioritate, quòd † regulariter solutio intelligitur facta in antiquiorem & durioremcausam, & consequenter in causa quæ habet fideiussores, & pro qua soluuntur vsuræ, per l. primam, cum tribus sequen. ff. de solut. & traditur ibi per Doct. Vnde inferebatur, quòd depositarij debebant prius soluere sibi suas prouisiones. Nam respondetur, quòd antiquior causa ex forma capitulationum erat illa prouisionum, vel saltem, quòd in coniunctis nõ datur anterius vel posterius, & prædictæ capitulationes præcedunt per multum tempus obligationem & releuationem fideiussorum. Deinde, quòd illa regula procedit in dubio, secus autem quã-
7 do apparet de voluntate contrahentium. potest † enim debitor promittere vel declarare in quam causam soluat. l. j. & l. 4. & l. Paulus. §. Paulus, de solut. l. j. C. de solut. l. si vsuras. C. de vsur. Rom. cons. 94. Paris. cons. 122. lib. 4. Quæ voluntas dignoscitur ex antecedentibus seu subsequentibus, vel etiam in ipso actu, quẽadmodum in præsenti casu: præcessit enim conuentio. ita fuit descriptum in libris, & simili modo postea fuerunt solidata computa cum ipso Magno Magistro. Præterea causa prouisionum erat potior tanquàm tempus necessarij, vt dictum fuit, quamuis fuisset posterior tempore. Per hæc tollebatur etiam ratio illa, quòd ex quo prouisiones erant promissæ singulis annis, tot erant stipulationes quot anni. Ideoq; licèt illarum causa pro illo tempore posset videri anterior, tamen pro sequẽtibus erat posterior obligatione fideiussorum, & sic cùm esset promissio sub tacita conditione, dicendum videbatur prout in causa
8 † mercedis late distinguebat Bart. in l. si seruus communis. §. cum seruus. ff. de stipulat. seru. & ibi Ioan. de Imo. Ang. & Alexan. in l. Sticum. §. stipulatio.

Dicebatur enim, quòd in huiusmodi prouisionibus factis ad certum tempus, vel sub tacita conditione, quãuis intelligantur tot stipulationes, quot termini seu res, tamen adueniente tempore vel conditione quoad anterioritatem vel potioritatem attenditur tempus con-
9 tractæ obligationis: nam † tempus aduenientis conditionis ad illud retrotrahitur, & non è contra. l. potior. l. qui balneum. l. Lucius. ff. qui pot. in pign. habean.

De reuocatione omnium priuilegiorum religionis, de qua dicebãt fideiussores, non constabat, sed tantummodo de illorum limitatione. Et quatenus constaret, dixerunt Domini non propterea sublatam fuisse causam dictarum prouisionum. Summa. n. scutorum 350. quolibet anno fuit promissa pro tenendis scriptoribus & ministris, & pro tenendis libris, & computis, sed hæc causa durabat super pecunijs acceptis ad interesse vsq; ad integram satisfactionem istius debiti.

Quo verò ad vnum pro centenario exitus, & alterum introitus religionis, dictum fuit, quòd illa non retinebantur, si pecuniæ non intrabant neque soluebantur, quare si cessarunt priuilegia, & propterea non intrarunt pecuniæ, cessauit etiam talis prouisio.

Eodem modo responsum fuit ad id, quod dicebatur, depositariorum officium durasse tantum per biennium, & sic non debuisse retinere prouisiones vltetius. Nam ex forma capitulationum constat conuenisse inter partes, quòd durat per quinquennium & vltra, vsq; quo integre essent satisfacti.

Sed hæc postremo dicta & alia allegata pro parte fideiussorum, videlicet, quod hæ prouisiones erant tan-
10 quàm salarium, & † quod non potest retineri. l. prima. §. taceat. C. de rei vxor. actio. Bartol. in l. prima. §. necessario. vbi Alberic. ff. de impen. in rebus dot. fact. Et quod salarium non conuentum de iure non debetur. Put. decisio. quadragesimaquinta, & quadragesimasexta, libro secundo, & decis. prima, libro tertio, & Cassanen. decis. 20. Et quod Domini de Odescalchis fecerunt aliquas societates cum R. P. D. Episcopo eorum fratre: Hæc omnia visa sunt Dominis extra propositum dubiũ, per quod videtur concedi huiusmodi prouisiones deberi, quemadmodum debentur per supradicta.

Ad illud verò de societatibus contractis cum fratre, dictum fuit licite potuisse contrahi, quemadmodũ cum exteris personis, ex quo realiter societates fuerunt contractæ cum periculo vitæ, & declaratione commodi, & incommodi ad beneficium religionis.

Et nihil prohibet, quominus R. P. D. Episcopus, qui non erat depositarius, posset dare suas pecunias redactas ex venditione suorum officiorum ad societatem depositarijs. Sed hæc vt dictum fuit, videbantur aliena, quia in dubio tantum quæritur, an Domini de Odescalchis potuerint singulis annis sibi retinere suas prouisiones ante integram satisfactionem debit. religionis, pro cuius resolutione placuit Dominis affirmatiuè esse decidendum, videlicet, potuisse retinere. An autem fuerint retentæ, cùm sit extra dubium, & quid facti, hoc relinquerunt Domini inspiciendum ex libris arbitrio peritorum, & prudentiæ Reuerendis. D. Iudicis.

ALDOBRANDINI.

Romanensis de Incoronatis. Veneris, 28.Iunij. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Aes alienum minuit hæreditatem.*
2 *Hæres non tenetur fructus ex hæreditate perceptos computare in suo credito. ex communiori.*
3 *Fructus percepti iudicio testatoris non veniunt in hæreditate grauati: nisi addita causa pro dote restituere sit relictum.*
4 *Intellectus l.quod de bonis.§.quod auus.ff.ad leg.Falc. quo casu procedat.*
Item l.mulier.§.cum proponeretur. procedit in quasi debito dotis. num.5.
6 *Hæres vnam volens rem particularem sibi appropriare pro suo credito, id facere debet auctoritate iudicis, alioquin grauatus non deduceret melioramenta.*
7 *Solutio præsumitur prius facta de mobilibus, postea de immobilibus.*

DECISIO DCLXXX.

1 QVia prima pars dubij nō patitur difficultatem, cùm certum sit, quòd † æs alienum minuat hæreditatem.l.imponenda, ad l.Falcid.l.ab omnibus.§.fin.de legat.primo, cum similib.difficultas fuit redacta ad secundam partem, in qua Domini post multas propositiones finaliter tenuerunt, æs alienum minuere hæreditatem de tempore, quo debita soluta fuerunt: tunc enim hæres videtur sibi ipsi soluere.l.si ei.§.primo. ff.de euict.& late deducit Soc.iun.consil.170.num.5.cum sequen.lib.2.

Nec obst. quòd hæres teneatur fructus ex hæreditate perceptos computare in suo credito. l. mulier. §.cū proponeretur, ad Trebellia.l.quod de bonis. §.quod auus. ff.ad leg.Falcid. cum alijs pro Cesare allegatis. Quia con
2 traria † opinio est communior, & verior. Eam enim tenent Iacob.de Arena, Bart. Alberic. & Alexan. in dicta l.mulier. §.cum proponeretur, ad Trebellia. & pro hac parte est tex.iuncta glos.in verbo, agetur. in l.cùm quis. §.mulier, de dot.prælegat. vbi quamuis aliàs propter illa verba, quicquid ex hæreditate mea ad te peruenerit, restituas &c. in fideicommisso non veniant fructus percepti iudicio testatoris. l.quod his verbis, de legat.ter-
3 tio. tamen † secus est quando testator relinquit addita causa pro dote, quæ causa si addita non fuisset, fructus essent liberi hæredis vel legatarij, nec imputarentur in debitum dotis. eandem etiam opinionem tenent Bart. in l.cum pater. §.Titio, numero quinto, de legat.secundo. Ruin.consilio 112.numero 18. & consilio 115.numero 13.libro tertio. Alciat.consilio 172. colum.tertia, lib.9.qui de veritate requisitus, ita respondit cum alijs latius hic deductis per informantes pro Paulo, qui bene respondet omnibus ijs quæ in cōtrarium deducūtur.

Nec obst. tex. in l.quod de bonis. §.quod auus. ff.ad
4 l.Falcid. quia † ibi fuerat grauatus hæres ad restitutionem nedum bonorum testatoris, sed ipsiusmet hæredis. Ex quo colligitur, quòd mens testatoris fuit, quòd fructus compensentur cum debito, ex quo voluit, quod hæres grauatus etiam propria bona restitueret.

Nec obstat etiam in l.mulier. §. cum proponeretur. Quia † ibi erat quasi debitum dotis, non autem debi-
5 tum: & propterea ob æquitatem fit dicta compensatio, vt ibi etiam dicunt Doctores. Fructus enim percepti pendente conditione ad hæredem pertinent. l.in fideicommissaria. ff.ad Trebellia. vbi Docto. & etiam quod hæredi debetur, minuit hæreditatem, adeo quod tantò minus dicitur esse in hæreditate. dicta l.imponenda. l. irritum. C. ad leg. Falcid. quod non esset si fructus medio tempore percipiendi deberent compensari cum credito.

6 Non obst.not.in l.debitori.C.de pact. Quia † procedunt, quando hæres vult vnam rem particularem sibi appropriare pro suo credito, tunc enim id fieri debet authoritate iudicis, alioquin grauatus non deduceret melioramenta.contra tex.in l.domos. & ibi Docto.ff.de legat.primo. l.vbi pure.§.fina. ff.ad Trebellia. Hanc ta-
7 men materiam Domini intelligebant, vt † prius debeat præsumi facta solutio de mobilibus, postea de immobilibus.l.à diuo Pio.§. si super rebus.ff.de re iudic.

Sed quia pro parte dicti Cęsaris & fratrum prætendebatur, quòd idem debeat esse respectu ipsorum, quòd videlicet debita Bernardini ab ipsis soluta similiter imminuant bona donata, ad quorum restitutionem ipsi tenentur de tempore solutionis, Domini dixerūt, quòd videatur, num adsit diuersitatis ratio inter ipsos casus, quia si adest, videtur intrare vulgata iuris regula, quòd vbi adest eadem ratio, debeat esse eadem iuris dispositio: nil tamen fuit firmatum, quia partes super hoc non informabant.

SERAPHINI.

Ceruien. bonorum. Lunæ, 30.Maij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Coloni interuertere possunt possessionem domini, alieno nomine possidendo, & quæ concurrere debeant ad hoc. num.seq.*
2 *Hæres mediantibus colonis acquirere potest possessionem pluribus concurrentibus.*
3 *Possessionis continuatio tollitur per tituli recognitionem.*

DECISIO DCLXXXI.

DVbitaui, an taliter constet de possessione per colonos quondam Ioannis Humai, continuata post d.Ioannis obitum, vt possit dici quæsita hæredibus & excludat possessionem R. D. Episcopi vti posteriorem.

Dubitationem faciebat, quia cùm Ioannes viuens possideret animo suo & corpore colonorum, & coloni
1 continuauerint possessionem nomine hæredum, † possessio videbatur plena nomine eorundem. Ang.& Alex. in l.qui vniuersos. §.quod per colonum. ff.de acquiren. possess. Afflict.decis.167.num.6.& decis.325. Nat.consil.578.num.7.

Tamen hoc non obstante contrarium censuerunt Domini, quia non est verum absolute q̄ hæres median
2 tibus † colonis acquirat possessionem, nisi pluribus concurrentibus, nempe, quòd colonus continuet nomine hæredis, vt tradit Alexan. loco citato, item quod adsit scientia & voluntas eius, cui quæritur possessio. glos.in l.quod meo, de acquiren.possessio. Bald. consilio 330. numero sexto, libro primo. Et quod adsit actus aliquis recognitionis, puta per solutionem affictus, & pensionis. & ita loquuntur Doctores exemplo allegati. Bero. consilio 75.nume.vigesimotertio, libro tertio. Benint. decis.12.

decis.12.in fine.quæ in casu proposito non adsunt.

Nec placuit, quod dicitur, continuationē nomine hęredis esse præsumendam, quia si præsumeretur de iure, frustra eam Doct.requirerent.

Præterea contra huiusmodi præsumptionem facit re-
3 cognitio † facta Episcopo, ex quo tollitur talis præsumpta continuatio. Afflic.decis.325.numero quinto, cum alijs allegatis.

Neque ob. quòd recognitio sit facta tanquàm in dominum, & patronum, non autem in possessorem, quia cùm promittat respondere de fructibus, profitetur vtique se velle retinere bona nomine illius, vt per Afflict. vbi supra.

Non obst.protestatio procuratoris, quia nihil operatur, cùm ipse non posset, & debebat in facto cōsistere, si volebat impedire acquisitionem Episcopi.

Non ob.quòd prætenditur omnes colonos non fuisse eiectos, quia forte hæc eiectio tunc foret necessaria, si quæsita fuisset possessio hæredi, sed ea non quæsita, suffi cit recognitio. Ex his tolluntur omnia exemplo allegata: nam loquuntur in terminis, in quibus aderant actus positiui colonorum pro continuatione hæredum nomi ne. Et ideo dixerunt Domini mandatum alias decretum relaxandum.

SERAPHINI.

Roman.officij cur.de Sabellis.Vener.3. Iunij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Officium si sit venditum iuxta solitum similium officiorum, secuta deuolutione ex natura rei non est locus euictioni.*
2 *Actus debet referri ad causam sine qua non valuisset.*
3 *Alienare ius suum tantum nemo præsumitur in contractibus oneros is, immo potius plenum ius transferre. ex communi.*
4 *Hæredum mentio in contractibus semper subintelligitur.*

DECISIO DCLXXXII.

ILlustr.D. Hostilius, & Troilus vendiderunt officium iudicatus cur.de Sabellis, cuidam Lucretiæ della Palma pro pretio 1890. scutorū in vim motus proprij fe.re.Pauli Papę tertij, cuius data relicta fuit in albis, spō te, & ex eorum certa scientia ac deliberata voluntate, & omni meliori modo, via, iure, causa & forma quib. magis melius, & efficacius fieri potuit, cum promissione de euictione, cui accessit Illustr.Do. Flaminius Sabellus, & alias prout in instrumento. Defunctis Hostilio, & Troi lo Sanctis.D.N. Concessit Illustris.D.Bernardino Sabello officiū Marescalatus Curiæ Sabellæ, qui totius officij possessionem adeptus est, & hoc quoque officium iudicatus tanquàm illius membrum ab hæredibus Antonij Lisciati singularib. Lucretiæ successoribus euicit, & eius quoque possessionem adeptus est.

Cumque prædicti hæredes agerent de euictione contra Illustr.Dominos hæredes Troili, nec non Illustr. Do. Flaminium, obijciebatur euictioni locum non esse, cùm venditum esset officium, quod de sui natura erat vacabile, neque venditum esset simpliciter iure proprio neque in perpetuum pro se, & hæredibus, vt fieri solet, sed iux-
1 ta solitum similium officiorum, & † ideo secuta deuolutione ex natura rei non esse locum euictioni.glo. fina.in l.si familiæ. ver.item quid si vni. C.fam.ercisc.& ibi Cy. Bar.Bal. Saly.& alij, quos enumerat Tiraq.de retrac.§.1. glo.9.nu.34. Cumque inter R.Dominos iudices delegatos extra Rotam non conueniret, ego de ordine Sanctissimi D.N. causam in Rota proposui, & dubitaui, qd censeretur venditum, & quomodo in casu de quo agitur. Et dubitatio oriebatur propter mentionem motus proprij, cùm adessent duo rescripta, alterū prorogationis officij factæ in fauorem primogeniti Hostilij, ad qđ Illustr. hæredes habitam fuisse relationem prętendebāt. Alterum permissionis alienandi fructus, & emolumenta, & alia ratione d.curię ad d.Hostilium quomodolibet spectantia, & pertinentia cum facultate redimendi vsq; ad summam 6000. ducatorum, vel redditus quingentorum annuorum. In quo tamē fuerat apposita clausula facta obligatione in camera de redimendo infra 30.annos. Et ad hoc habitam fuisse relationem prætendebant hæredes Antonij.

Ideo causa in Rota proposita, Domini censuerunt ita venditum fuisse officium, vt per obitum Troili vacare non deberet, sed perpetuaretur vsque ad eius redēptionem, & ideo esse locum obligationi de euictione. Moti fuerunt ex eo, quòd non simpliciter venditum fuit, sed in vim motus proprij fe.re.Pauli Tertij, quod erat intel ligendum de eo motuproprio, in quo dabatur facultas vendendi sub certa forma.

Nam in vim alterius continentis prorogationē ven-
2 ditio talis celebrari non poterat. Actum † itaque debere referri ad causam, sine qua non valuisset, maxime stante clausula, omni meliori modo. Aym.consil.141.nu.3. Confirmatur hæc sententia manifeste ex qualitate personæ, cui facta erat venditio, nempe mulieris, quæ erat huiusmodi officij iudicaturæ incapax.l.fœminæ. de reg. iur. Ergo vendendo tali personæ censetur facta vigore rescripti, in quo datur facultas vendēdi etiam fœminæ.

Quod ex alio etiam deducitur. Nam cū in hoc instrumento fuerit facta etiam venditio cum reseruatione facultatis redimēdi, sub qua forma data erat facultas alienandi, apparet id totum factum iuxta modum in rescripto concessum.

Quod & vltimo colligitur ex eo, quod in huiusmodi alienatione nulla interuenit licentia de alienando, neq; specialiter cautum fuit de ea obtinenda.

Quare omnino dicēdum est factā fuisse vigore illius rescripti, in quo dabatur licentia huiusmodi, pro actus validitate.l.quoties. cum simil.de reb. dub.

His consona est verisimilitudo, nam satis est inuerisimile, quod quis velit emere officium, quod subiacet periculo mortis, maximè concurrente proportione pretij cum valore rei, qui valor colligitur fuisse redditus scutorum 12. mestruorum ex reseruatione duodecimę partis, pro qua soluebantur 12. scuta annua, & ex hoc reddi tu deducendæ sunt expensæ, & propterea ęstimandum pactum illud de retrouendendo, quod de valore rei detrahit. Quibus sic stantib. non obstāt exemplo deducta.

Et primò, quod dicitur in d. rescripto dari tantum facultatem alienandi redditus, & fructus, nō autem officia, tollitur ex lectura breuis in illis verbis, fructus, prouentus, cum illius iuribus, & iurisdictionibus, & alijs ad eum ratione d.curiæ quomodolibet spectantib. & pertinentibus super quibusuis rebus &c. quæ verba, apparet esse pregnantissima, non autem ad solos fructus, & prouentus restricta.

Secundò, non ob. quòd voluerit tantum vendere ius
3 suum, quia † in emptione, & venditione, & alijs cōtractibus oneros is hoc non est verum. Bald. in l.si domus. §. fina.de leg.1.& ibi Ang.in fi. Cum.nume.2. Imo. num.2. Alex.num.4. qui testatur de communi. idem Alex.consil. 63.nu.10.lib.6. Rui.consil.140.nu.3.lib.1.

Nec

Nec ob.quod nõ adsit clausula, in perpetuum, & pro se, & hæredibus &c. quia hoc non est necessarium: nam
4 †mentio hæredum in contractibus semper subintelligitur. Abb.in c.fi.in 1.not.de arb.Ias.in l.si sic stipulatus.la secunda, nu.14.de verb.oblig.& in l.2.§. item & si in facto.nu.1.& 2.eo.ti.

Nec ob.consideratio, quæ fit super natura officiorũ, qui stãte relatione facta ad motũ proprium, in qua adest clausula, decernentes, per quam Papa vult, quòd empto res nullatenus possint molestari, donec de summa soluta fuerint satisfacti, satis apparet, emptores non habuisse respectum ad naturam officij, sed ad facultatem datam in d.motu proprio.

Præterea ista consuetudo notoria, quę deducitur, nõ applicatur ad casum propositum, cùm officia soleant ita emi, vt vacent per obitum emptoris, non autem vendito ris. Quare fuit per Dominos cõclusum, Illustr. Dominos de Sabellis teneri de euictione, p̃ suppositio, quòd ea fuerit iusta, & non iniquè extorta. De iustitia autem satis videtur mihi constare ex eo, quòd cùm Papa cõcesserit facultatem alienandi sub conditione illa facta obligatione in camera apostolica de redimẽdo intra 30.annos, & talis cautio præstita non reperiatur, apparet, vẽditionem vigore motusproprij factam, non seruata eius forma in præiudicium cameræ apostolicæ, & habentium ius ab ea, substineri non posse

SERAPHINI.

Vrbeuetan. hæreditatis. Mercurij, 15. Iunij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Verba in donatione quænam dicantur importare stipulationem notarij nomine absentis stipulantis.*
2 *Verbum, promisit, importat stipulationem etiam notarij nomine absentis.*
3 *Iuramentum confirmat donationem etiam absenti factam.*
4 *Donatio stipulata à notario nomine absentis debet per eum acceptari ad effectum acquisitionis dominij, vel possessionis.*
Fallit, nisi sit alteri ius quæsitum titulo singulari. nu.seq.
5 *Acceptatio donationis factæ absenti, non potest per eum fieri, in præiudicium tertij, cui est ius quæsitum titulo singulari: secus si vniuersali.*
Fallit in infante.nu.6.
Item vbi prosit donatario.nu.8.
7 *Vtilis actio sine cessione quæritur ex stipulatione notarij.*
9 *Stipulatio si sit facta pro omnibus, vno remittente cæteris præiudicare non potest.*
Idem in pluribus substitutionibus.
10 *Iuramentum supplet defectum insinuationis.*
11 *Renunciari potest etiam iuri municipali quoad solemnitatem alicuius actus.*
Quod procedit etiam per æquipollens.nu.2.

DECISIO DCLXXXIII.

DVbitaui, an donatio, de qua agit, possit impugnari ratione absentiæ, vel ex defectu insinuationis. Et per informantes plures fuerunt excitatæ difficultates.

Prima, an in hoc casu sit præsumenda præsentia, vel absentia donatarij. Sed hanc Domini omiserũt, cùm dubium præsupponat absentiam.

Secunda difficultas excitata fuit, an adfuerit stipulatio notarij pro absente. Et censuerunt Domini adfuisse, moti illis verbis, d.donationem, & omnia alia, & singula
1 promisit: quæ † verba explicite, & in necessariam antecedentiam important stipulationem notarij, vt per Paris. cons.48.num.94.lib.3. Et quamuis non fuerit à notario scriptum promisisse sibi stipulanti pro absentib. tamẽ sa
2 tis est, quòd dictum fuerit, promisit, cùm † hoc verbum importat stipulationem. l.1.C.de contrah.stipul. Et licèt hoc procedat inter præsentes, tamen cùm notarius esset præsens, stipulatio censetur interuenisse eo modo, quo debuit pro actus validitate. l.quoties. de rebus dub. optimè Rui.consil.180.nu.10.lib.1.

3 Tertia excitata fuit difficultas, an † iuramentum huiusmodi donationem absenti factam confirmet. pro cuius resolutione affirmatiua sufficit allegare Gabriell. de verb.obl.conclu.1.nu.69. Tiber.Decian.qui reliquos citat, cons.1.nu.23.lib.3.

Sed quarta fuit in medium proposita difficultas, an hoc casu sit necessaria donatarij acceptatio, vel etiam sine acceptatione teneat, & constituta est regula valere quidem donationem ad effectum, vt reuocari nõ possit: ne-
4 cessariam † tamen esse acceptationem ad effectum acquisitionis dominij, vel possessionis. Didac.rub.de testamẽ. tertia par.nu.13. Tiraq.de const.limit.3. Tiber.Decian.d. cons.1.nu.23.lib.3. Purpur.cons.396.nu.56. Alc.in ca.cũ contingat.nu.327. Et procedit etiam si donatio sit iurata. Alc.consi.112.& Purpur.consi.478.nu.28.

Et idem est respectu acquisitionis, quæ fit mediante constituto, vel retentione vsusfructus. Purpur. ibid. numero 21. Vnde cùm ante obitum donantis non constet de acceptatione, insurgit.

Quinta difficultas, an possit postea donatio per donatarium, vel eius hæredes ratificari, quæ res nõ caret difficultate. multi.n.tenent donatarium † acceptare nõ pos-
5 se, cùm sit alteri ius quæsitum, quod tamen admittit Didac. si esset ius quæsitum titulo singulari: sed quando est acquisitum titulo vniuersali, tenet contrarium ex eo, q̃ hæres tenetur habere ratum factum defuncti. Præterea licèt difficultas possit esse respectu acquisitionis dominij, tamen respectu acquisitionis actionis ad tradẽdum videtur cessare, vt vult idem Didac. vbi supra nume. 13. ante fi. Purpur. consil.396.nu.60. Sed ad tollendum omnem dubitationem placuerũt Dominis dũæ limitatio-
6 nes. Prima est, † quod sumus in infante, cui quæritur dominium ex stipulatione notarij, quando adest constitutum, vel precarium. Bal. in l.si quis in emancipatum. nume.2.C.de don. Alc.d. cons.112.nu.14. Paris. consil.69. nu.148.lib.3.l.2.rem pupil.salu.for. Corn. consi.2.nu.3. lib.4. Alb.cons.36.nu.3. Et ita fuit tentum in vna Bononiẽ. de Oricellarijs nuper corã R.P.D.meo Lancellotto.

Nec ob. quòd Tiraq.in d.limit.30.nu.29.& 32. videatur requirere p̃toris auctoritatem. Hoc enim iõ est, quia ipse defendit, q̃ notarius absenti stipulari nõ possit. Sed cùm sit recepta contraria opinio, nihil est specialitatis in pupillo, si requireretur, q̃ interponeretur auctoritas p̃toris. Neque ob. quod sit intelligendum ad effectum, vt quæratur vtilis sine cessione.

Quia hæc sententia non est vera. Bald. enim loquitur
7 expresse de acquisitione dominij. Præterea † nihil esset speciale in pupillo, quia etiam alijs mediante stipulatione notarij quæritur vtilis sine cessione. Decis. Pedam. 33. nume.octauo.

8 Secunda limitatio placuit Dñis, quod cũ † fuerit donatum Contessinæ, eius acceptatio prosit condonatario. l. quoties. C.de dona.quæ sub.mod. Nec ob.responsio exẽplo data, q̃ illa lex procedat, quando ius est valide quæsitum primo donatario, quia id forte procederet, si non adesset stipulatio pro omnibus donatarijs.

Sed

9 Sed † quando adest stipulatio pro omnibus, etiam qđ primus remitteret, non posset cęteris præiudicare. Ias. in l.qui Romæ. §. flauius. nu.19. de verbo.oblig. Et maximè hoc procedit in isto casu, in quo sunt factæ substitutiones, ita vt caducata prima remaneant aliæ, vt per Castr. consilio 384. nume.1. lib.1. Decian. consil.55. numero 2. & 3. libro 3.

Quãtum verò ad insinuationis defectum Domini di-
10 xerunt, † quòd iuramentum hunc defectum suppleat. Gabriel. de donat. conclus.1.nu.66.

Nec ob. quod dicitur ex auctoritate Curt. iun. consil. 141.nu.21. quòd quando statutum requirit solemnitatẽ registrationis faciẽdæ intra aliquod tempus post ipsam donationem, iuramentum nõ validat donationem, nisi sequatur registratio.

11 Quia † quemadmodum iuramento renũciari potest iure communi, ita etiam renunciari potest iure municipali. Ideo cum donans renunciauerit etiam statutis, quæ rumperent, vel rumpere possent hanc donationem, dicẽdum est renunciatum quoque fuisse huic statuto.

Nec verum est, quòd sit necessarium in specie renun-
12 ciare huic statuto, nam † sufficit æquipollentia, vt dicit Corn. exemplo allegatus. consil.186.num.18.lib.2.

Maxime in casu isto, in quo adsunt tot verba prægnãtia, vt nullus dubitationi locus relinquatur.

SERAPHINI.

Lucan. beneficiorum. Mercurij, 22. Februarij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Enunciatiua plurium instrumentorum probat in antiquis etiam in præiudicium tertij.*
2 *Vocem in capitulo habere de iure communi pendet à canonia.*
3 *Canonia est ius, quod oritur ex receptione in fratrem.*
4 *Verba in dubio stant demonstratiuè, non autem taxatiuè.*

DECISIO DCLXXXIIII.

FVit iterum nouis' quibusdã additis p̃suppositis dubitatum, an constet Archipresbyteratum habere præbendam canonicalem annexam, quæ sit alteri præbendæ canonicali incompatibilis. Et Domini omnibus iunctis dixerunt probari Archipresbyteratum talem præbendam annexam habere.

Et primò moti sunt ex instrumentis annorum 1281. 1188. 1411. cum alijs, quę videntur satis clara, cùm sem per connumeretur Archipresbyter inter canonicos.

1 Et † in antiquis enunciatiua plurium instrumentorum probat etiam in præiudicium tertij. Aym. de antiq. tempor. 1. par. nu.74. Achil. decis.5. de iurepatro.

Adminiculum verò facit constitutio anni 1202. itẽ constitutio anni 1393. in quibus disponitur, quòd sint 16. canonici, & 16. præbendæ, quod verificari non potest, nisi tribus dignitatibus inter canonicos enumeratis. Quod etiam ex alio comprobatur: nam cùm in d.cõstitutione anni 1393. tradatur modus seruandus in missis per canonicos celebrandis, nihil dicitur de celebratione dignitatum, ex quo satis apparet dignitates p canonicis haberi, & ideo dicitur notorium esse in d. Ecclesia adesse 16. præbendas, & 16. canonicos præbendatos.

Aliud adminiculum sumitur ex iuris p̃sumptione, cùm enim Archipresbyter habeat vocẽ in capitulo, hæc
2 † vox à iure communi pendet à canonia. gl. in c.cum M. in verbo, receperat. in fi. de const. & ibi Fel. nu.18. Inn. in c.2. in fi. de inst. Host. in sum. de reb. eccl. non alien. nu.4. Bertrand. consi.55. num.4. in prima 3. Coadiuuatur hęc probatio ex dictis testium dicentium, istos vulgariter dici canonicos, & gaudere omnibus iurib. quibus gaudent canonici. Vltimò probatur ex eo, quòd cùm ex formula cuiusdam constitutionis interior sacrista debeat esse canonicus, & ex instrumentis appareat Archipresbyterum quandoque fuisse interiorem sacristam, sequitur eum quoque pro canonico habendum.

Non ob. quod exemplo prætenditur instrumenta nõ esse clara. Quia contrarium est verius. Nec facit illa consideratio, quòd in instrumento 1188. dicatur canonicorum, & confratrum.

Quia hæc denominatio confratrum est propria cano-
3 nicorum, cum canonia † sit ius, quod oritur ex receptione in fratrem, vt dicit gl. supra allegata in d.c. cùm M. de constitutio.

Nec facit, quòd Archipresbyter vocetur sub nomine dignitatis, quia denominatio fieri solet à digniori, nec
4 tamen sequitur excludi, quin sit canonicus, cùm † regulariter verba stent demonstratiuè, non autem taxatiuè. Paris. consi.4. nu.36. lib.4.

Et saltem non posset negari ex his probari præbendã huiusmodi esse quasi canonicalem, de qua idem iudicandum, quod de canonicali, vt per Vital. in cle. vltima, in fi. de præben.

Aliæ differentiæ per informantes consideratæ non obstant, quia non inconuenit eas esse respectu dignitatis, cui tamen præbendam annexam esse ex supra deductis conuincitur.

SERAPHINI.

Portuen. bonorum. Vener. 2. Decembris. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Confessio debiti seu dotis receptæ facta in testamento, non probat, sed solum quando habet dispositionem annexam valet in vim legati. & nu.8.*
Limita, nisi facta parte præsente. nume.5. sed est reprobata, vt ibi.
Item ad effectum retinendi. nu.10.
2 *Legato effecto caduco efficitur etiam confessio debiti, seu dotis receptæ facta in testamento.*
3 *Confessio vt præiudicet, debet esse certa.*
Item nocet confitenti, sed non tertio. nu.4.
Fallit nisi sit verisimilis. nu.9.
6 *Vxor ex testamento est capax relicti à marito.*
7 *Confessio facta parte absente pro exoneratione conscientię prodest absenti, sed facta in testamento valet solum in vim legati vel fideicommissi.*
11 *Confessionis factæ in testamento distinctio, & effectus.*
12 *Legatum pro dote confessata valet propter commodum representationis.*

DECISIO DCLXXXV.

FVit resolutum non constare sufficienter de dote Vrsinæ.

1 Primò, quia † confessio debiti, & signanter dotis receptæ facta in testamento non probat, sed solum, quando habet dispositionem annexam, valet in vim legati. l. Lucius. §. quisquis. de leg. 2. l. qui vxori. de auro & argen. lega. vbi Bar. Bal. consi. 14. nu. 2. lib. 2. Bar. in l. cùm quis decedens. §. codicillis. nu. 3. & 4. quem omnes sequũtur. ff. de leg. 3. Bal. nouel. de dot. par. 6. priuileg. 78. nu. 4.

Felyn.

Felyn.in ca.si cautio.nu.75.de fide instrum.Rom.consil. 445.nu.9.Ang.consi.181.Cum.consil.31.Castren.consil.405.nu.1.lib.1.Soc.consi.31.nu.35.

2 Hinc † sequitur,ꝙ caducato legato, caducatur etiam ipsa confessio,vt dicunt Bald.d. consil.decimoquarto,& Ang.d.consi.181.

3 Secundò,vt † confessio præiudicet, debet esse certa.l. certum. de confess.l.fi.C.de fals. cau. adiect.§. sed si vxori.Inst.de leg.Nat.consi.245.nu.3.lib.2.

4 Tertiò, facit regula,quòd † confessio nocet confitenti,sed non nocet tertio.l.Seia mancipia.ad Velleia.Ruin. consi.147.nu.13.lib.1.

His regulis nonnullæ dantur limitationes per exẽplo
5 informantes.Et † quantum ad primam dicitur nõ ꝓcedere, quando confessio est facta parte præsente,vt p Bar. d.§.codicillis.nu.5.Alex.consi.49.nu.4.lib.1.Purpur.consil.461.num.5.Et hinc inferunt, quòd cùm fauore dotis quæratur ius absenti,confessio quoque præiudicare debet tanquàm si præsente parte facta fuisset. Quod comprobari videtur ratione æquitatis canonicæ,iuxta quam confessio præiudicat etiam facta parte absente,vt voluit Rimin.consi.118.nu.14.lib.1. Sed hæc limitatio nõ placet,cùm Bar.in d.l.qui vxori.de auro & arg.leg.& alij supra allegati, loquantur de dote confessata in testamento: & sic in proprijs terminis nostris habemus claras Docto.auctoritates.

Nec placuit responsio, quòd illud sit, quia sumus inter personas prohibitas, nempe inter virum & vxorem: hic verò confessionem emanasse à persona non prohibita,nec suspecta.

6 Primò,quia† non est verum,quòd ex testamẽto vxor non sit capax relicti à mariro, vt inquit Boich. in cap. ex parte.nu.9.de confes.

Secundò,hoc idem esset si pars esset præsens, ꝙa maritus vxori neque presenti neque absenti donare potest.

Tertiò, quia Doct. considerant duas rationes in confessione dotis.

Prima,quod confessio est inter virum & vxorem.

Secundò, quia facta in testamento, in quo operatur solum in vim legati, vel fideicõmissi, vt videre est apud Soc.d.consi.294.lib.2.

Neque verum est, confessionem factam in testamento æquiualere confessioni factæ inter absentes,quæ speciali aliquo fauore profit absenti.

7 Nam † confessio facta parte absente pro exoneratione conscientiæ prodest absenti , & tamen facta in testamento valet solum in vim legati, vel fideicommissi, vt p Aret.qui de communi testatur consil.64.col.pen.versic. venio nunc ad secundum dubium. Felyn.in c. olim.nu.8. de rescrip. Tiraq. de priuil. piæ causæ,priuileg.117. Sed
8 † & posset negari confessionem parte absente probare fauore dotis, prout tradit Bal. nouel.in d.6.parte,priul. 78.nu.3.Cùm neque probet fauore fisci.l.prima,C.de iure fisc.& tamen fauor dotis,& fisci æquiparantur.l.secunda, C.de iure fisc.

Nec releuat æquitas canonica , cùm simus inter Romanos, inter quos seruatur ius ciuile ex dispositione statutorum.

Alia affertur limitatio, quæ conuenit tertiæ regulæ
9 supra positæ,vt non procedat,† quando cõfessio est verisimilis.Alex.consil.18.nu.3.lib.3.Cum.d.consil.31.numero 1.Purpur.d.consil.461.nu 7.Mohed.decis.202.q licèt in se sit vera,tamen non videntur hic cõcurrere tales coniecturæ, quæ faciant hanc verisimilitudinem , & maxime,quia quæ deducuntur in confessione, videntur se inuicem elidere.Nam si propter antiquitatem instrumentum dotale nõ reperiebatur, frustra allegabatur diruptio Vrbis , & apud prædictos Doct. coniecturæ istæ considerantur cum alijs adminiculis,& non per se solæ.

Tertia potest vltra informantes dari limitatio, quæ fuit Castren.in l.cum hæres rogatus.num.2.& l. Marcel
10 lus.col.2.ad Treb.vbi † voluit,quòd licèt huiusmodi cõfessio non profit ad effectum agendi,tamen profit ad effectum retinendi, sed Alexã.in d.l. cum hæres.reprobat Castren.ideo si opus esset,de hoc particulariter esset disputandum.Sed videtur tolli difficultas ratione certitudinis, cùm nulla certa exprimatur dotis quantitas, adeo
11 quòd circa hoc nulla adest confessio: nã † vt inquit Bal. d.consil.14.lib.2.& Boich.d.ca.ex parte.nu.9. aliquando testator confitetur, & ligat,aliquando confitetur,& non legat,quandoque verò ligat, & non confitetur, & hic est casus noster,respectu quantitatis dotis:ex quo sequitur confessionem non concludere , & si concluderet , quod tantundem esset in dore ad rationem 10. pro cẽtenario, legatum non valeret.l.si creditori,cum seq. de lega.1.va-
12 leret enim † solum propter commodum representationis.l. prima,de dot.præleg.§.sed si vxori.& ibi gl. inst.de lega. quæ representatio hic cessat, cùm simus in filio debitore.

Non obst.limitatio ex clausula, omni meliori modo, quia nihil operatur inter absentes.

SERAPHINI.

Roman.hæreditatis de Capranica.Lunæ, 23.Ianuarij. 1581.

SVMMARIVM.

1 *Statuta fœminarum excluſiua non extenduntur de perſona ad perſonam etiam ex identitate rationis , niſi daretur maior ratio in perſona, de qua agitur , quàm in excluſa à ſtatuto.*
2 *Comprehenſio,non autem extenſio dicitur,vbi adeſt maior ratio.*
3 *Filius ſubintrat locum patris cum ſua qualitate.*
4 *Fœmina excluſa ab eo gradu in quo verè reperitur , multò magis à gradu ficto. & nu.7.*
5 *Extenſio prohibita fieri de vna perſona ad aliam,non procedit ratione alicuius qualitatis,quæ in aliam perſonam transferatur.*
6 *Extenſio de vna qualitate ad aliam dicitur eſſe conformis intentioni ſtatuentium.*
7 *Fictio ceſſare debet , vbi repugnat æquitas, etiam in materia ſtatutaria.*
8 *Filia in conſequentiam excluſa dicitur à ſucceſſione patris per ſtatutum vocans ad ſucceſſionem fratris ſine filijs defuncti alios fratres.*
9 *Statutum nunquam intelligitur excludere interpretationem bonam & rationabilem.*

DECISIO DCLXXXVI.

PRoposui dubium, an statutum Vrbis,libro 1.c.24. exeludens sorores stãtibus fratribus defuncti, excludat etiam fratrum præmortuorum filias.Et cã bis proposita,Domini amplexi sunt sententiam affirmatiuam , ꝙ filiæ fratrum censeantur excluſæ. Quamuis enim statuta huiusmodi excluſiua fœminarum non extendantur de persona ad personam etiam ex identitate rationis, vt per Bald. in l.illam.& ibi alij eum sequuntur
1 C.de colla. tamen † id fallit , quando daretur maior ratio in persona, de qua agitur, quàm in excluſa à statuto, Gabriel.de statu.conclus.7.nu.43.cum seq.

Nam

Nam quicquid sit in casu, in quo adest tãtum paritas
2 rationis,tamen † vbi adest maior ratio,non tam dici potest extensio, quàm comprehensio, vt de paritate rationis tradit Alex.post Pet.Cyn.Bal. & Castren.in consi.75. nu.3.& ibi concord. in add.libro 5.& consil.89.num.6. lib.6.Et licèt in consil. 97. numꝰ.9. lib.2. teneat contrarium, tamen reprobatur ibidem per addit.quando militat maior ratio. & bene. Valde enim esset absurdum, ꝙ superstite sorore filiæ fratris defuncti succederent , soror verò excluderetur.Soc.iun.consil.129.num. 36.li.3. Quod maximè procedit isto casu,in quo non potest succedere ex suo gradu,est enim remotior fratre,sed succedit per representationem.§.reliquum.Auth.de succes.ab
3 intesta.Vnde† cùm subintret locum patris, subintrat cũ sua qualitate,quæ est fœminitatis.Bart.in l.liberorum. num.3.de verbo.signifi.Alex.in l.venia.col.fi.C.de in ius voc.& ibi Ias.num.6.Soc.iun.consi.168.nume.46.lib.2.

Quæ qualitas à statuto excluditur in d. gradu , cũ excludatur soror.

Ergo sicut si verè esset in d.gradu excluderetur, quia
4 fœmina, multo † magis excludi debet cum in d. gradu constituatur per fictionem.Lancellot.Dec. in d.l. venia. quem refert Nat.consil.201.nu.2. in fi. Et pro hac parte faciunt Doct.allegati.Cum.inter conf.Curt.sen.consilio 34.nume.10. & Soc.iun.consil.10.nume.12.lib.4.quod consil.est decisiuum.

Et facit etiam alia limitatio ad regulam prohibẽtem fieri extensionem de vna persona ad aliam, vt non proce
5 dat, quando † dispositio sit ratione alicuius qualitatis,q̃ qualitas in aliam personam transferatur. Ias.post Ange. in l.tale pactum.§.fi.nu.5.ff.de pact.Et hoc conformat se
6 cum intentione statuentium, quæ † facit, vt talis extẽsio admittatur,vt per Soc.iun.consi.129.nu.35.lib.3. Paris.
7 conf.66.lib.3.Præterea cùm fratris filia † representet patrem per fictionem,vtique debet cessare fictio,vbi repugnat æquitas, vt per Rube. Alexandrin.consil. 149. numero 10.Repugnat etiam mens statuentium , quæ fuit vocare ad successionem fratris sine filijs defuncti alios fratres , adeo quod alijs omnibus videtur auferri hære-
8 ditas: excluſio † enim venit in consequentiam, vt p Bald. consi.411. num. 1.lib.1.& in l.si vero.§.de viro.solut.matrimo.Natt.d.consi.201.nume.secundo,Barto. in l.2.§.vi dendum.in fi.ad Trebellia.Et licet Doct.hoc intelligant, vbi incluſio est correspectiua ad excluſionem , tamẽ hic dici potest correspectiua non solum ratione sororis, sed etiam filiæ fratris, ex quo subintrat locum patris cum qualitate, propter quã soror excluditur: sed dato quod non expresse correspectiuetur excluſio ad fratris filiam, tamen cùm ex hoc in hac adsit maior ratio excluſionis, ratio illa procedit absolute, vt tradit Soc.iun.consil. 30. num. 55.lib.1.

9 Neque prædictis obstat, quòd † statutum excludat interpretationem, quia non excludit bonam,& rationabilem.Bar.in l.omnes populi. numero sexagesimoquinto,de iust.& iure.Caccialup.ibi.numero 276.Dec.consilio sexagesimoquarto , in fi. & ideo male videtur consuluisse Alcia.consil.trigesimonono,lib.2.vol.1.

Quamuis ea posset euitari, cum in specie illa nõ adesset tempore delatæ successionis soror defuncti superstes,vt in casu isto.

Et ex his facile est respondere ad ea quæ late per excellentissimos aduocatos, exemplo deducuntur. Fuit tamẽ pro parte hæredum Iacobæ allegatum eam nõ fuisse dotatam, & ideo statutum non habere locum . Item quod tale statutum de tempore obitus Cęsaris, de cuius successione agitur,adhuc conditum non erat,quę cùm valde releuantia sint, dixerunt Domini videndum esse, an in facto verificentur.Et ideo partes excellentiss.D.Iudi dicis,coram quo causa pendet, eruntanimaduertere ad huiusmodi obiectiones.

SERAPHINI.

Valentin.de Conſentayna.Lunæ,30.Ianuarij. 1581.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio facta cum omnibus eius requiſitis eſt manutenenda.*
2 *Præſentatio admiſſa cum clauſula,ſi & inquantum,valet, prout de appellatione.*

DECISIO DCLXXXVII.

DVbitaui,an Illustr.D.Comes de Consentayna esset manutenendus in sua quasi possessione præsentandi,ita vt Ludouicus ab eo præsentatus veniret instituẽdus, vel potius prouisus apostolicus in possessionem immittendus.

Et fuit per Dominos conclusum non posse de iure denegari institutionem ipsi præsentato. Fuit enim præsentatus à Comite Do.Ximenio,qui erat in quasi possessione præsentandi,ex quo præsentauerat Michaelem, &
1 eius præsentatio sortita fuerit effectum: nam † per eius obitum vterque venit, & in summa concurrunt omnia requisita à Calderin. consi.12.de iurepatrona. fuit enim præsentatio facta ante litem motam,& admissa ab ordinario,licèt cum clausula, si & inquantum, quæ tamẽ im-
2 portat admissionem,cùm † simus in casu , in quo debebat admitti, vt in appellatione ita admissa ita tradit Roman.consil.501.& Felyn.in ca.cum contingat. num. 13. de of.delega.

Deberi autem institutionem tum ex supradictis patet,tum ex his quæ tradit Abb. in cap.2.nume.22. de integ.rest.Roch.de iurepatron.in versic.competens. nume.13.ver.nota.Lambertin. de iurepatron.art.4.3.q. 1. par.2.lib.nu.2.

Neque obstant contraria.

Et primò, quod priuilegium Leonis sit reuocatũ per regulam Adriani.Quia de hoc adhuc constare non dicitur,& pars interim manutentionem petere potest, & postea in petitorio docere, quòd non subiaceat regulæ. Et simul stare etiam possunt, & quod præsentatus sit instituendus, & quod in iudicio petitorio iuspatronatus veniat declarandum nullum.

Non ob.sententiæ,quæ alias dicuntur latæ contra Michaelem , quia apparet eas non habuisse effectum: ipse enim decessit in possessione.

Non ob. quòd obijcitur contra prædictum iuspatronatus, quòd solutio fuerit facta per Comitem impetrantem de primitijs, non autem de bonis suis,quia videbatus istas primitias ad ipsum pertinuisse, cùm administratores fabricæ eas exegerint vigore cessionis per Comitem ipsis factæ, quæ omnino esset inutilis , si ad Comitem dictæ primitiæ non spectassent , & maximè cùm dicantur primitiæ villæ, quæ in locis Maurorum plerunque spectant ad Dominos temporales , vt passim obseruare licet in eo regno.

Nõ ob.quod opponitur de re iudicata, quia si de primis sententijs agamus, in illis non da mnatur iuspatronatus , & quod plus est , non fuerunt sortitæ effectum .

Neque lis illa quicquàm facit , cùm ex cursu temporis censeatur habita pro derelicta . Si verò loquimur de sententia vltima lata,adhuc non constat de eius iustitia,

& cùm

& cùm concernat petitorium tantũ, non tollit ius quæsitũ Michaeli ex præsentatione, & institutione, quę præcesserunt. Quod verò deducitur ex sacro Conc. Trid. dixerunt Domini non obstare, cum in prima par. nõ loquatur de priuilegijs concessis ex causa onerosa, quod fuit sępius in alijs causis à Rota animaduersum.

SERAPHINI.

Toletan. primitiarum. Die Lunæ, 27. Febru. 1581.

SVMMARIVM.

1 *Acta reproducta parte non legitimè citata, quando non annullent processum.*
2 *Mandatum sufficit quandocunque produci ad validitatem iudicij.*
3 *Protestatio in omnibus actibus repeti debet.*
4 *Solemnitas tanta non requiritur in citationibus ad videndum decerni literas executoriales, quanta in alijs.*

DECISIO DCLXXXVIII.

FVit resolutum pro validitate executorialium, non obstãtib. nullitatib. exẽplo allegatis. Nã quantũ ad primã nullitatẽ, quæ deducitur ex eo, ꝙ acta non fuerint reproducta, parte legitimè citata, fuit dictum, ꝙ auctoritas Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 32. de acq. pos. cum alijs allegatis, loquitur, † qñ non cõstat, ꝙ acta fuerint transportata, vt ẽt loquitur Fel. in c. eccle sia sanctæ Mariæ. nu. 16. in fi. de const. vel qñ sumus in diuersa cã coram eodem, vt ibi per Bar. hic aũt constat, ꝓcessum prioris instantiæ productum fuisse, ex quo constitit de re iudicata. Secundò, quod deducitur fuisse processum citato procuratore substituto à D. Io. Prers, cuius mandatum non fuerat productum, & exemplo ꝓtestatum fuerat neminẽ audiri, nisi docto de legitimo mãdato, non placet, quia re vera D. Ioannes erat ꝓcurator, ideo † sufficit, ꝙ mandatum qñcunq; producaẽ. Rot. decis. 7. de proc. in nou. Et quamuis hoc non procedat parte opponente, vt per Aym. cons. 108. cum tamen postea aliter non producto dicto mandato D. Didacus citauit prædictum substitutum, videtur recessisse à priori illa † protestatione, quæ in omnibus actibus repeti debebat. Put. decis. 218. lib. 2. Mohed. decis. 44.

Tertiò, quod dẽ fuisse citatũ Ioãnẽ per affixionẽ absq; alia diligentia, non placet, quia hoc venit in executionẽ decreti facti, de quo f. 986. Neq; obstat intimatio facta personaliter Ioanni nominationis interpretis, ꝙa adest error in regiſtro, cùm ex relatione Cursoris in originali appareat non fuisse factã personaliter, sed domi dimissa copia, & † in summa in istis citationibus ad videndum decerni literas executoriales, non requiritur tãta solemnitas, quanta in alijs. Rot. decis. 15. de re iud. in nou.

Quartò, quod dicitur reseruationis literas non fuisse iustificatas, non placuit, quia si non sunt iustificatæ, ius remansit penes ipsum resignantem: itaque quomodocũque res se habeat, apparet de ipsius bono iure. & ita pro validitate fuit conclusum.

SERAPHINI.

Roman. executionis. Lunæ, 6. Martij. 1581.

SVMMARIVM.

1 *Conditio momentanea statim purificata dicitur, quòd ad actus finem deuentum est.*
2 *Matrimonium à principio validum dicitur, licèt vir esset impotens. ex communi.*
3 *Conditio momentanea sufficit semel adimpleta.*
4 *Hæredes non possunt minuere dotem, stante stipulatione notarij pro omnibus quorum intererat, & obitu testatoris.*

DECISIO DCLXXXIX.

FVit resolutum, conditionem esse purificatam: cũ † enim sit conditio momentanea, si nuptiæ seque rentur, statim, ꝙ contractum fuit matrimonium, purificata fuit conditio. l. cum fuerit. de cond. & demon. Dec. in l. si quis hæredem. nu. 2. C. de inst. & substit.

Nec ob. ꝙ vir esset impotens, quia † tale matrimoniũ à principio tenet, & est validum, vt communiter tenent Doct. in c. puberes. de dispensat. impuber. & ibi per Abb. nu. 4. licèt gl. contrarium tenuerit. & de communi testatur Siluestrin. in verbo, matrimonium. nu. 7. Et quãuis in c. quod sedem. & c. ex literis. & c. fraternitatis. de frig. & malefic. videantur dicere matrimonium esse nullum, tñ potius innuunt, ꝙ veniat dissoluendum, vel saltem, ꝙ ex postfacto declaretur nullum, vt per Host. in sum. de frigid. & malefic. nu. 3. & volentib. coniugibus tenet. Et sufficit, ꝙ conditio † momentanea semel fuerit adimpleta. l. si quis hæredem. C. de inst. & substit. Oldra. cõs. 21. nu. 1. Neque obstat, si dicatur ex euentu apparuisse nullum propter impotentiam viri, quia (vt hoc dici possit) multa requiruntur, quæ non apparent obseruata fuisse, de quib. per Host. vbi supra. Et hoc maxime procedit, ꝙa † stante stipulatione notarij pro omnib. quorum intererat, & obitu testatoris, non possunt hæredes minuere hanc dotem. Dec. cons. 35. per tot. & maxime nu. 5. versi. nec prædictæ conclusioni. Rip. in l. 1. nu. 61. ff. sol. matri. Ex quibus conclusum, non implementum conditionis in casu, de quo agitur, non obstare.

SERAPHINI.

Portuen. bonorum. Lunæ, 6. Martij. 1581.

SVMMARIVM.

1 *Mulier pro eius dote tenetur accipere in solutum bona non prohibita alienari si extant, aliàs ad prohibita habet actionem.*
Limita in creditoribus habentibus hypothecariam, non autem personalem. nu. 2.
3 *Inuentarij confectio reddit solum creditorem securum ne damnum patiatur, non autem, vt lucretur.*
4 *Statutum domicilij viri attendendum est.*
5 *Allegans extare alia bona quam in inuentario descripta, probare debet.*

DECISIO DCXC.

FVit dubitatum, an probetur tot bona remanere penes Illustr. mulieres, vt possint sibi satisfacere de dote, & donatione propter nuptias D. Margaritæ auiæ. Et licèt dubitatio versetur circa factum, tamen per informantes mulierum fuit tractata alia difficultas, an possint cogi talia bona accipere in solutum ita, vt non possint exercere eorum hypothecam contractam ante pactum contra bona pacto suppositа. In qua regula est, ꝙ mulierib. l. filiusfamilias. §. diui. de leg. 1. in fi. Tamen † limitatur hęc regula per tex. in l. pater filium. in fi. prin. de lega. 3. vt non possint hæc vendi, vel distrahi, qñ adsunt alia bona non prohibita alienari. Cum. in l. peto. §. ꝑdiũ. nu. 3. de leg. 3. Ias. in d. §. diui. nu. 25. in 2. lectura. Loares. nu. 21. Soc. iun. nu. 32. Hæc † tamen fallentia sublimitatur, vt procedat in creditoribus chirographarijs habentibus personalem actionem tantum, non autem in habentib. hypothecariam, quia per huiusmodi prohibitionem eis præiudicari non potest. l. 1. C. deb. vend. pigno. imper. non pos. & ibi Bal. Saly. & Ang. Verùm cum simus in creditoribus ijsdemque hæredib. subintrat alia difficultas. Nam si Sciarra fuit hæres D. Alexandri sine inuẽtario, confusæ fuerunt actiones, & extinctæ. l. debitori. C. de pact. Et hoc in euentum, quòd Margaritæ successerit Sciarra: si verò filiæ successerunt Margaritæ mediãte persona Pauli, subintrat eadem difficultas confectionis inuentarij. Sed † præsuppositо etiam, ꝙ fuerit cõfectũ inuentarium, illud solum reddit creditorem securũ, ne damnum patiatur, non aũt vt lucretur. Et ideo põt D. Iulius dicere filias consecutas tãtundem fuisse in alijs bonis, & in eis satisfactas esse. l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. vbi Bar. nu. 6. Castren. num. 7. Alex. numero 5. & 6. plures congerit Fanut. de inuent. fol. 103. nume. 4. Ideo deueniendo ad dubium, Domini dixerunt statuendum prius esse, quantum est creditum mulierum. Nam hoc pendet tum ex ea inspectione, quodnam statutum circa lucrum sit attendendum. Et regula est † attẽdi statutum domicilij viri. l. exigere. de iudic. Tiraq. de legib. connubial. gl. 2. nu. 45. Roland. de lucr. dot. q. 15. Tum ex eo, an census 3000. scutorum sit fundus dotalis, vel datus in solutum, quod verius videtur, inspectis verbis clarissimis instrumenti, & ideo intrat tex. in l. quoties. C. de iur. dot. l. plerunque. ff. eo. titu. l. ex conuentione. C. de pact. Couar. practi. quæstio. c. 28.

Secundò videndum, quænam bona extent pro satisfactione, & informantes pro Dom. Iulio dicunt hunc census extare: sed neque id probant, neque apparet, an sit extinctus. Et siquidem mulieres confecerunt inuẽtariũ, & in eo non est descriptus, qui † dicit extare, hoc probare debet, ad gl. in l. cum de lege. de proba. l. fi. §. licẽtia. vbi Doct. de iur. deliberan. Alci. reg. 3. præsump. 20. Hercul. de negat. nu. 95. Sin minus, essent confusæ actiones, & frustra de hac re quæritur.

Quantum ad scuta 5000. informantes pro mulierib. allegant esse erogata in solutionem dotis Dom. Virginię Gambacurtæ, sed hoc non probant, nisi pro summa scutorum 2500. ideo melius deducant hanc solutionem.

Quantum ad bona mobilia, si probaretur esse Alexãdri, esset eorum habenda ratio: si verò nõ probatur, & Sciarra confecit inuentarium, hæc non veniunt computanda, cùm non sint Alexandri cuius æs alienum ex suis, & non alienis bonis, est deducendum.

LANCELLOTTI.

Viterbien. bonorum. Mercur. 7. Febru. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, relinquo, adiectum certæ rei, vel quantitati, nunquàm trahitur ad institutionem. ex magis communi.*
2 *Declaratio non requiritur, vbi verba sunt clara.*
3 *Institutio matris est etiam necessaria ad testamentum, ne filij præteritione reddatur nullum.*
4 *Declaratio non potest fieri per duos testes ad actus validitatem, sed tot requiruntur, quot sunt necessarij de iure ad illius probationem.*
5 *Institutio facta inter liberos, potest probari per duos testes.*

DECISIO DCXCI.

FVit resolutum non probari particularem institutionem factam per Camillum de Angela matre, quia de dicta institutione solum deponit Ascensius Parochus, & Malagriccia testis, cuius exceptiones nunc circumscribuntur, cùm tamen vltra Parochum duo testes sint necessarij in terminis capitu. cum esses. de testamen.

Non obst. quòd verbum, relinquo, sit obscurum, & possit intelligi tam de institutione, quàm de legato, & ideo declaratio verbi obscuri possit fieri per duos testes, videlicet dictum Parochum, & Malagricciam.

Quoniam † respondetur, quòd quando verbum, relinquo, adijcitur certæ rei, vel quantitati, prout in hoc testamento, in quo Angelæ matri fuerunt relicta duo scuta, tunc nunquàm trahitur ad institutionem, secundum opinionem Barto. in l. cogi. in princip. numero tertio, ad Trebel. quæ est magis communis tam de iure canonico, quàm ciuili, & tradit Alexan. consil. 177. numero octauo, versicu. tertio principali fundamento, volum. secundo, Ias. in auth. nouissima. numero 33. C. de inoffic. testam. Couar. in c. Raynutius. §. 1. nu. 5. ver. tertius intellectus. de testam. cum alijs, de quibus hic per informantes pro parte Angelæ.

Quo stante, cùm super hoc verbo, relinquo, habeamus certam determinationem reiectis contrarijs opinionibus, non est locus declarationi, quia † illa cessat, quando est omissa à verbis, vt declarat Cuma. in l. hæredes palam. §. si quid post. numero tertio, versicu. quæro quot testes. de testam. late per Gabriel. de regu. iur. concluſ. 3. nu. 35.

Præterea quando testator aliquid exprimit, propter quod eius dispositio redditur nulla, prout in isto casu, in quo † institutio matris est de substantia testamenti, §. aliud quoque capitulum. iuncto §. siue igitur. & §. si autem hæc omnia. Authen. vt cum de appella. cognosc. declarat las. in dicta authen. nouissima. numero decimotertio, Guliel. de Benedict. in dicto capitu. Raynutius. versicu. in eodem testamento relinquens. il primo, numero vigesimotertio, Clar. in §. testamentum. quæstio. trigesimaoctaua, versic. sed quæro, tunc declaratio † non potest fieri per duos testes, cùm tractetur de validitate actus, sed tot requiruntur, quot sunt necessarij de iure ad illius probationem. glos. in l. cum proponebatur. in versicu. coniectura. de lega. secundo, Butr. in dicto §. si quid post. numero quarto, vbi Castren. numero tertio, Guliel. de Benedict. in d. versic. in eodem testamento. nume. 42. & Gabriel. d. concluſ. 3. nu. 36.

Non obst. doctrina Bal. in l. secunda, C. de bon. possess. secund. tabul. nume. 2. versic. ex his apparet, vbi videtur concludere, quòd ad probandam institutionem sufficiunt duo testes.

Quoniam † loquitur in institutione facta inter liberos, quæ potest probari per duos testes. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. & ibi no. Doct. C. de testam. vt declarat ibi Castren. nu. 5. Dec. nu. 7. Rimin. nu. 5. versic. ex his infert Bal. Guliel. de Bened. in eodem vers. in eodem testamento. nu. 47. Immo Bald. in institutione facta inter extraneos tenet contrarium, dum inquit, quòd solemnitas voluntatis debet probari per tot testes, quot sunt necessarij in facto.

An autem ex coniecturis hæc probatio per Parochũ & Malagricciam possit suppleri, particulariter videbit.

ALDOBRANDINI.

Roman. casalis. Lunæ, 29. Ianuarij. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Dominus agens contra emphyteutam non tenetur ostendere titulum, sed sufficit sola possessio.*
2 *Tempora coniunguntur contra emphyteutam ad eum expellendum ob non solutionem canonis.*
3 *Emphyteuta se defendens ad excludendum spolium debet interim soluere canonem.*

DECISIO DCXCII.

DOmini tenuerunt, terras, de quib. agitur, fuisse deuolutas ob canonem non solutum ab anno 1569. vsq; ad annum 1579. concurrunt. n. omnia requisita. Fuit. n. facta declaratio deuolutionis etiam ob istam causam à canonicis. 5. & 26. Septembris, 1572. Et adest mora ne dum triennalis, sed ferè decennalis. l. 2. C. de iure emphy. c. potuit. locat. Nec placuerunt Dominis excusationes allegatæ, & distinctio temporis facta, quia cùm 26. Febru. 1576. canonici produxerint instrumentum vnionis factæ sacristiæ, debuit Illustr. Do. Cincius soluere. cùm. n. † canonici agerent contra Cincium,
1 non erat iustificandus titulus cum ipso, sed sufficiebat sola possessio. Rot. decis. t. de rest. spolia. in nou. Achil. decis. vnica, de succes. in benefic. & ita fuit alias resolutum in vna Regien. coram R. P. D. meo Blanchetto. Idque tanto magis, quia postmodum 4. Iulij, 1578. produxerunt canonici literas apostolicas vnionis, & nihilominus ne obolum tunc, vel soluit, vel obtulit. Et quamuis à die datæ vnionis, vel productionis non sit lapsum biennium, sufficit, quòd iuncto tempore præcedenti lapsum sit bié-
2 nium, quia † coniunguntur hæc tempora, vt per Capyc. deci. 16. nu. 6. quam Rota approbauit. vt per Achil. dec. 1. de locat. Put. decis. 422. eadem die lib. 3. Neq; hodie stante commissione mihi præsentata vltimo loco, & expressa petitione capituli potest intrare difficultas tacta in dictis resolutionibus.

3 Nec etiã ob. quòd canonici agerent spolio, quia † Cincius, qui ad excludendum spolium nitebatur contractu locationis, interim debuit soluere canonem, vt p Achil. & Put. sup. allegatos. Et tantò magis grauior videtur mora hæc, ex quo obtenta ab ipso commissione super restitutione in integrum aduersus omissam solutionem canonum, nihil tamen, nec soluit, nec deposuit taliter, quòd nulla visa fuit Dominis subesse causa, ex qua possit excusari.

SERAPHINI.

Fauentina bonorum de Nicolutijs. Lunæ, 15. Ianuarij. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio probat bona paterna, & subiecta fideicommisso.*
2 *Dominium probatur ex confessione, sed non transfertur.*
3 *Confessio bonorum facta in diuisione probat etiam contra singularem successorem.*
4 *Trebellianicæ detractio potest prohiberi filijs à testatore.*
5 *Verba concepta in tertia persona, quæ referri possunt ad testatorem, & ad hæredem, in dubio referuntur ad testatorem.*
Limita, nisi materia aliud suadeat. nu. 6.
7 *Hæres hæredis non potest detrahere Trebellianicam, nisi ex persona primi hæredis, cui iam erat prohibita.*

DECISIO DCXCIII.

QVantum ad priorẽ partẽ dubij, q̃ bona probantur subiecta fideicommisso, Dñi censuerũt p̃bari, ea oĩa bona, quæ continentur in instro di-
1 uisionis, esse subiecta fideicõmisso, cùm † diuidentes fateantur prædicta bona esse p̃pria, & substitutio fuerit facta in omnibus bonis. Paris. consil. 26. nu. 54. lib. 2. Nam
2 † licèt ex confessione non transferatur dominium, probatur tamen. Bart. in l. cum falsa. C. de iur. & fact. igno.
3 Rui. cons. 128. 5. & nu. 18. lib. 2. Et † huiusmodi confessio probat ne dum contra confitentem, sed ét cõtra singularem successorem. Rui. d. cons. 128. nu. 16. cum alijs allegatis. Idque eò magis dicendum, cùm diuisio sortita fuerit effectum: & nisi vere bona ad patrem pertinuissent, Euangelista sibi præiudicasset per diuisionẽ, & censeretur illa donasse, & ita suũ iactasset diuidendo: non. n. in facto proprio ignorantia huiusmodi est tollerabilis. l. cum putarem. l. post diuisionem. C. fam. erc.

Neq; ob. instrumentum emptionis, quia ex eo cõtrarium non probatur. Cùm. n. Euangelista esset filiusfamilias, qñ emit, patri acquisiuit. l. acquiri. de acquir. rer. domi. Nec constat, quod ex acquisitis exercendo artem me dicam emerit, quia immo contrarium apparet ex eius confessione, cùm fateatur esse bona paterna.

Quantum ad posteriorem partem dubij, an filijs fuerit prohibita detractio Trebellianicæ, Dñi tenuerũt par-
4 tem † affirmatiuam per tex. in l. ex facto. in princ. & in l. debitor. ad Treb. & in l. cùm in testamento. de aur. & argen. leg. ex quib. iurib. probatur dictionem, suis, referri ad testatorem, non ad alium. ad idem Ale. cons. 56. nu. 1. & 2. lib. 1. Marsil. sing. 21. Bertrand. cõs. 256. col. 1. in 1. 3. Roland. cons. 70. nu. 77. lib. 3. Et recepta est regula quòd
5 † verba concepta in 3. persona, quæ referri possunt ad testatorem, & ad hæredem, in dubio referuntur ad testatorem, vt per Imo. in d. l. ex facto. in prin. num. 1. & ibi Rip. nu. 5. ad Treb. Dec. in d. l. fi. nu. 4. C. de impube. & consil. 470. nu. 12. & fuit doctrina Bar. in d. l. cùm in testamento. de aur. & arg. leg. & Alex. vbi supra. Et quamuis Imol.
6 ibi limitet istam regulam, vt non † procedat, quando subiecta materia aliud suadet per tex. in l. cogi. §. sed si seruo. ad Trebel. & ibidem Seisel. nu. 1. hæc limitatio quantumuis vera non applicatur, cùm indifferenter secundũ opinionem Rotæ Trebellianicæ detractio omnibus hæredibus etiam filijs primi gradus prohiberi possit. Suadetur hæc interpretatio, quia alias intelligendo de hæredibus vxoris, superflua essent illa verba, cùm † hæres hæ-
7 redis non possit detrahere Trebellianicam, nisi ex persona primi hæredis, cui hoc casu iam erat prohibita. l. 1. §. denique. vbi Docto. ad Trebel. confirmatur quoque ex prohibitione detractionis legitimæ, quæ est necessario referenda ad filios, cùm alijs non deberetur. Et ex his concluſum, prohibitionem esse claram, & necessario concludere.

BLANCHETTI.

In eadem Fauentin. fideicommissi. Veneris, 16. Februarij. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis cum expressa ratione ex sui natura*

tura non solum inducit, sed etiam ampliat, & extendit fideicommissum.
2 *Hæres nec ad tempus, nec ex tempore instituti potest.*

DECISIO DCXCIIII.

DOmini in secunda positione huius causę pro maiori parte recedendum censebant à resolutione facta die 12. mensis præteriti, ea potissimũ ra-
1 tione, q̃ † prohibito alienationis cum expressa rõne ex sui natura non solũ inducit, sed ét ampliat, & extendit fideicommissum, ex allegatis pro Archipresbytero, & Bertrand. cons. 45. nu. 7. in 2. pri. & cons. 173. nu. 14. in 2. 3. & late Gabriel. de fideicommis. conclus. 10. nu. 12. & fatentur scribentes per Iaco. Nec ob. quod stet cõsecutiue ad præcedentem institutionem pupillarem, quia hic nõ pót dari iste intellectus: cùm. n. comprehendat oẽs instituto, & substitutos, sicut institutio filij est indistincta, ita & indistincta est prohibitio alienationis ipsum comprehendens, alias si secundũ terminos substitutionis p̃cedentis esset intelligenda, sequeretur, q̃ hæreditas vsque ad tẽpus pupillaris ętatis filio esset relicta, contra tritissi-
2 mam regulam, quod † hæres, nec ad tempus, nec ex tempore instituti potest. §. hæres. Insti. de hære. inst. Cùm igitur institutio comprehendat omne tempus, ita & prohibitio, ex quo sequitur, q̃ omnes clausulæ postea subsequentes etiam ipsę recipiant eundem sensum, & complectantur omnes casus, prout ipsa prohibitio comprehendit omnes personas, licèt etiam secũdum aliquos ex dominis clausula, adeo quòd vult, inducat fideicommissum, ex allegatis pro Archipresbytero. verum quia agitur de reuocanda decisione, mandarunt, vt in primis audientijs quadragesimæ causam iterum proponam &c.

ALDOBRANDINI.

Lucana decanatus. Vener. prima Decembris. 1581.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, quòd datum pro dote ecclesiæ reuocetur corruente ecclesia, non valet. & nu. 4.*
Limita in pacto inito cum Papa. nu. 7.
2 *Patronus diruta ecclesia non potest repetere fundum.*
Immo nec etiam de consensu episcopi. & quare.
3 *Donatio si sit facta ecclesiæ aliàs non valitura, nisi certo modo adimpleto, datum repetitur ecclesia recusante modum adimplere.*
5 *Voluntas cuiusque in dubio talis præsumitur, qualis de iure esse debet.*
6 *Mens disponentium præsumitur conformis naturæ rei, de qua agitur.*
8 *Relictum ciuitati, vt fiant certi ludi, vel certamina, si id fieri nequeat, non caducatur legatum, sed conuertitur in alios vsus.*
Limita, nisi testator aliter expressè disponeret.
9 *Modus non adimpletus non operatur reuocationem datorum, sed agi debet ad implementum.*
10 *Vnum quando ad plura potest re referri, non sufficit talis expressio.*

DECISIO DCXCV.

COncluserunt Domini pro maiori parte, in casu, de quo agitur, non adesse sufficientes coniecturas, ex quibus dicendum sit, cedentes commendis, & dãtes pecunias pro dote collegiatæ nõ fuisse alias
cessuros, vel daturos, nisi cũ effectuali implemento modi perseuerantiæ, ita q̃ reuocato iurepatronatus consequenter corruere deberet collegiata, ex quo necessariò infertur ét nõ constare hanc fuisse mentẽ Papæ, vt reuocato iurepatronatus dẽret ét reuocari collegiata. Ratio
1 fuit, quia † pactum hoc, q̃ datũ pro dote ecclesiæ reuocetur corruente ecclesia, vti à iure reprobatũ, non valet. Anch. cons. 107. nu. 7. Pau. de Cittadin. de iurepat. par. 3. c. 2. nu. 20. & 21. & quod in eo cõsensus Episcopi interueniat. Lamber. de iurepat. 1. par. 1. lib. q. 5. art. 8. nu. 9. & q. 6. ar. 4. nu. 11. & 12. & q. 9. ar. 1. num. 104. Quod idẽ est
2 in fundatione ecclesiæ: patronus † namq; diruta ecclesia non repetit fundũ. Inno. in rub. de iurepat. nu. 2. Cassad. ibid. in 6. q. in fi. Roch. de iurepat. in verb. ecclesiã fundauit. q. 3. Lamber. in eo. tract. par. 1. q. 6. ar. 4. nu. 11. Nec ét de consensu Epi valet pactũ in fundatione, quod diruta ecclesia fundus ad patronũ reuertatur. Lãber. in d. j. ar. 9. q. 1. par. 1. lib. nu. 103. Horum omnium ea est rõ, quia semel Deo dicatum non est amplius ad vsus humanos reuocandum. c. semel Deo dicatum. de regu. iur. in 6. maxime in eo quod datur siue pro fundatione, siue pro dotatione ecclesiæ, qua in re est multũ priuilegiata ecclesia. c. 2. 10. q. 1. c. si quis basilicam. de consecr. dist. 1. cap. 1. de censib. quæ iura ad hoc adducuntur ab Ancha. d. consil. 197. num. septimo.

Non ob. doctr. Bal. in l. dictam. sub nu. 5. ver. ego dixi. C. de cond. ob cãm. Doc. in c. verum. de cõd. appos. & Tiraq. de retract. Lignag. §. fi. nu. 14. & 15. & Corse. in sing.
3 in ver. contractus. 15. asserentium, q̃ quando constat † donantes ecclesiæ alias donaturos non fuisse, nisi mõ adimpleto, datum repetitur, ecclesia recusante modũ adimplere, ex quo datum nõ dẽr effectũ simpliciter sancta sanctorum, sed cũ sua cã. Quia nullus istorũ loquitur in dato pro dote, in quo casu particulares habemus auctoritates reprobantes hmõi pactum resolutiuum. Fely. quoq; in c. cùm venerabilis. nu. 33. de excep. dum affirmat valere conuentionẽ consentiente episcopo, non loquitur in hoc pacto, sed in ea conuentione, q̃ ordinatio ecclesiæ ad alium p̃ter Episcopum pertineat, vt apparet ex Innoc. in c. in Lateranensi. circa fi. de præb. & Abb. in ca. nobis.
4 nu. 5. de iurepatro. quos allegat. quam † opinionẽ, q̃ pactum hoc non valeat, aliqui ex Dñis comprobant ex tradit. in simili à Bal. in l. cùm rem aliquam. nu. 5. de lega. & in l. ab eo. in fi. C. de fideicom. & Abb. in c. significatum. nu. 1. de præb. & Inno. in c. nos quidem. nu. 2. de testamẽ. Firma itaque manente hac opi. Anch. super cuius veritate si pars vellet audiri, aliqui ex Dominis dicebant posse illi satisfieri, concluserunt, vt dixi, non afferri tales coniecturas, ex quibus dicendum sit à partibus appositũ fuisse huiusmodi pactum resolutiuum, partesq̃ vel Papã talem habuisse intentionem, quam si etiam partes habuissent tanquàm propositum in mente retẽtum, cùm Papę non innotuerit, nihilominus operaretur, quia non est præsumendum, quod partes voluerint apponere pactum à iure improbatum, immo potius censendum est in hoc se conformasse cum dispositione iuris communis, ad trad. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebel. volun-
5 tas enim cuiusq; † in dubio talis præsumitur, qualis de iure esse debet. Bal. in c. 1. nu. 1. de iuram. calum. Aym. cõ-
6 fil. 33. nu. 23. & mens † disponentium præsumitur conformis naturæ rei, de qua agitur. Oldrad. consi. 243. nume. 7. Aym. loquens in dote cons. 186. nu. 6. quo fit, vt cũ dos ecclesiæ data sit irreuocabilis, talis quoque præsumitur fuisse mens dotantium.

Nec placuit responsio, q̃ supradicta p̃cedere possent,
7 † nisi res gesta fuisset cũ Pontifice, qui in istis oĩa põt. c. innotuit. de elec. cap. proposuit. de concess. præben. Quia

bona esset talis rñsio, si pactum expresse legeretur, sed cũ expresse nec in suppletione, nec in literis legatur, & agat de coniecturanda mente partium, & Papæ, non est ꝑsumendum eos aliqd tale voluisse, cũ voluntas, & partium & Papæ ea præsumatur, vt dictũ est, q̃ de iure esse debet. l. ex facto. vbi Ias. in 4. not. de vulg. & pup. cum sim. Maximè, q̃a videmus in simili, ꝙ † relictum ciuitati, vt fiãt ludi, vel certamina aliqua, si id fieri nequeat, non ꝓpterea caducatur legatum, sed conuertitur in alios vsus. l. legata ciuitati. cum l. seq. ff. de vsufruct. lega. l. legatum. ff. de admin. rerum ad ciui. pertin. nisi testator expresse dispo- 8
suerit, ꝙ si ludi non fierent, legatum penes hæredes remaneret. l. liberto. §. Lucius. ff. de an. leg. vbi gl. & Bar. quę iura ad legatum factum ecclesię trahit Couar. in ca. nos quidem. num. 9. de testam. & Bal. in l. cùm rem alienam. nu. 5. & 6. C. de legat.

Non ob. allegata correspectiuitas, quia cũ (vt Dñi resoluerunt) ea solum operetur, vt reseruatio iurispatronatus sit posita in conditione, perseuerantia autẽ sub modo, eius † defectus siue nõ adimplemẽtũ regulariter nõ operatur reuocationẽ datorũ ecclesiæ, sed agi dẽt ad implementum. c. verũ. de cond. appos. vbi oẽs. hoc est totũ illud, quod operaẽ correspectiuitas. Ad effectũ igit̃ resolutionis inducendæ post̃q̃ semel oĩa valide reseruata fuerunt, aliæ sunt afferendæ coniecturæ, ꝑter correspectiuitatẽ, ex quib. censendũ sit partes hũc sensum habuisse, q̃ hic nõ afferuntur. Dũ. n. ꝑderanẽ verba supplicationis, ꝙ voluerunt cedentes, & pecunias dantes ꝓ dote sibi reseruari iuspatronatus in ꝑpetuũ, & ꝙ possent, dũ pro tpe vacarent, decanatus, & alia bñficia instituẽda pñtare, & ꝙ voluerint reseruari tale iuspatronatus, & taliter qualificatũ, vt non posset nec censereẽ ei derogatũ, nisi ꝓut derogatur patronatib. Principũ, cùm hęc oĩa ab initio ꝑ signaturã Papę, dum dixit, fiat vt petitur, Sarnen. de non iudic. iuxta formã supplicat. q. 1. nu. 7. fuerint adimpleta, satisfactum fuit ẽt ab initio conditioni orienti ex correspectiuitate, quia supplicantes obtinuerunt ea oĩa q̃ petierunt. Cũ aũt non petierint, ꝙ abrogato postea iurepatronatus, possent redire ad pristina beneficia, & ꝙ reuocaretur collegiata, nec ẽt Papa hoc concessisse ꝑsumitur, ꝑsertim, cũ id sit contra ius. Sarnen. de annal. q. 15. nu. 3. Coniecturæ igit̃ collectæ ex illis verbis hoc operari possunt, vt constat de mente ipsorum, ꝙ voluerint sibi reser- 1
uari iuspatronatus perpetuũ: sed post̃q̃ ab initio oĩa supplicata obtinuerũt in perpetuũ, & in omnib. & ꝑ oĩa, ꝓut petitũ fuerat, iuspatronatus cõcessum fuerit, ꝙ voluerint, vt eo reuocato, oĩa dissoluerentur, verba hæc necessariò non significant, nec pstant coniecturã, cũ ꝑsertim materia sit cõtra ius tale, vt certo possimus dicere ipsos ita voluisse, & hanc ipsorum mentem Papæ ita innotuisse, vt illi annuerit, ac tali volũtati adhęserit. Et quamuis expressum dicaẽ multis modis, & particulariter, qñ q̃d venit in necessariã añcedentiã, hoc nõ facit, q̃a in necessariã antecedentiã bñ venit, ꝙ si voluerint reseruari iuspatronatus perpetuũ, voluerunt, ꝙ nõ concedereẽ iuspatronatus tpale: sed nõ venit in necessariam añcedentiã, ꝙ concesso semel perpetuo iurepatronatus, & satisfacto cõditioni, sub qua petitũ fuit, si postea abrogaretur, voluerint posse reuerti ad prima bñficia, & quod oĩa corruerẽt, cùm ꝑsertim hæc mens (vt sępius dictũ est) cõtra se hẽat iuris dispositionẽ. Et in summa, qñ verba hmõi potuissent aliquo mõ referri ẽt ad abrogationẽ, hoc nõ obstaret, q̃a qñ vnum ad plura põt se referri, non sufficit talis expssio. Aym. cõs. 68. nu. 3. in fi. maxime cũ difficilius Papa huic pacto assensurus fuisset, ex quo iuris cõis resistẽtiã habet, vt in simili dicit Aym. d. cons. 68. nu. 3. in fi.

Nec ẽt ob. ꝙ quamuis dos repeti nõ potuisset, cedẽtes nihilominus potuissent redire ad ipsorũ bñficia: Quia quoad eos eadẽ militat rõ: nã fuerũt expssa pristina beneficia, & prioratus fuit vnitus, & applicatus ꝓ dote collegiatæ: immo fructus amborũ bñficiorũ fuerũt ꝓ dote bñficiorũ erigendorũ in collegiata applicati. Ex quib. in summa Dñi dixerũt tolli oĩa, q̃ in cõtrariũ deducebanẽ.

DECANI.

Rauen. bonorum seu hæreditatis. Die 22. Aprilis. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Onus omne, & omnis conditio reijcitur à legitima, vt testamentum remaneat validum.*
2 *Hæredes plures instituí possunt in primo gradu sub contrarijs conditionibus ex communi.*
3 *Vxoris institutio, an intelligatur in dubio sub tacita conditione, si vitam vidualem seruauerit.*
4 *Conditionis reiectio non potest mutare gradum, & transfundere institutionem in substitutionem.*
5 *Verba præsupponentia acquisitionem hæreditatis possunt exponi pro validitate testamenti pro non successione.*

DECISIO DCXCVI.

OMissis multis, q̃ latissime fuerunt deducta ab informantib. hinc inde in cã Rauẽnaten. bonorũ sup illa difficultate, an mr̃ testatoris in casu isto cẽseatur instituta in primo gradu saltẽ quoad legitimã, vel potius instituta in 2. gradu, consulendo breuitati, fuit cõclusum, mr̃em fuisse institutã ĩ primo gradu. Fundamentũ Dñorũ fuit in verbis testamẽti: q̃bus. n. verbis vsus est testator circa institutionem vxoris, q̃ sine dubio fuit hæres instituta in primo gradu, eisdẽ vsus fuit erga mr̃em, quia dixit, cõstituo hr̃dẽ mr̃em meam, vna. n. pars testamẽti declarat aliã, vt sunt iura vulgaria. Neq; difficultatẽ facere debent illa verba, *& facendo il contrario constituisco herede mia madre*, ex quib. vr̃, ꝙ mr̃ fuerit vocata sub conditione, si vxor vitã vidualẽ, & castam seruauerit. Quia non ꝓpea sequitur, ꝙ ista non sit institutio, licèt conditionalis, sed cũ ex dispositione l. qm̃ in priorib. C. de inoffi. testa. reijciatur † oẽ onus, & omnis conditio quoad legitimã, pinde est, ac si mr̃ in ea instituta fuisset absq; vlla additione cõditionis, & ita testm̃ remanet validum. Bal. cons. 84. li. 4. Guid. Pap. decis. 456. Bertrand. cons. 35. in 2. par. 2. vol. qui videtur loqui in fortioribus terminis. Et videbatur aliquib. ex Dominis satis ad hoc propositum conferre, quæ scribit Alex. in l. si extraneo. nu. 8. in fi. C. de hæred. inst. & ibi Corn. nu. 23.

Neq; ob. fundamentũ, quod sumitur ex l. cum in testamento. de hær. inst. ꝙ s. mr̃ censeaẽ substituta, ex eo quia non possit esse cohæres cũ vxore, sed tm̃ in euentum, ꝙ illa vitam vidualẽ, & honestã non seruauerit: nam † vi- 2
demus posse plures institui sub contrarijs conditionib. quarum vtraq; põt primũ locũ obtinere, vtputa, instituo Titium si nauis ex Asia venerit, & si nõ venerit, instituo Semproniũ. isti. n. non pñt esse cohæredes, & ꝛecũdus vr̃ institutus in defectũ cõditionis primę institutionis adiectæ, & nihilominus ambo dñr̃ instituti in primo gradu, vt per Are. post Fabr. Inst. de vulg. substit. in prin. nu. 4. vbi Vigl. nu. 6. testatur de cõi. Quòd aũt vxor, & mr̃ censeant institutæ sub duab. contrarijs conditionib. placuit Dñis Concil. Rui. allegatum 170. lib. 3. & rex. in l. si plures. de cond. institut. cum ibi no. & quamuis in dubio, vbi quis est institutus simpliciter, & alius post mortem ipsius, intelligatur potius substitutus, q̃ institutus, tamen hoc nõ procedit,

procedit, vbicunq; ex hoc testm̃ annullaretur, prout esset in casu isto, si mr̃ cẽseretur substituta, & nõ instituta in primo gradu. Qm̃ in dubio debet fieri interpretatio, vt actus substineatur, vulgat. l. quoties. cũ ibi no. de ver. ob. Dec. in l. quoties idem sermo. de regu. iur. Neq; ẽt obstaret si prætenderetur, † ꝙ institutio vxoris non fit cõditionalis, sed pura, quia & in casu Bal. & Guid. Pap. institutio erat pura, & ex d. cõs. Bal. 84. li. 4. tollitur illud absurdum, ꝙ mr̃ iure directo capiat legitimã, & reliquum ꝑ fideicommissum. Quia hoc non est inconueniens, vt ibi determinat Bal. Neque ob. cons. Bal. 504. lib. 5. vbi vr̃ loq̃ de filio instituto post obitum vxoris, & ꝑsupponit illum esse substitutum, non institutum: nam ad substinendum testm̃ verior est opinio Bal. in d. cons. 84. Et licèt Doct. q̃ plures sequantur Bal. in d. cons. 504. hoc est verum respectu illius rationis, † ꝙ reiectio conditionis nõ possit mu- 4
tare gradum, & transfundere substitutionẽ in institutione, quod verum est: non tm̃ Bal. ibi tangit, an illa esset substitutio, vel institutio, sed absolute habuit illã dispositionem pro substitutione, cuius contrarium tenuit d. cons. 84. quę opin. ad substinendum testamentum videtur æquior, maximè, quia testator non censetur voluisse testari, nisi valide. l. 3. de mil. testam.

Postremo non ob. consideratio, quæ fiebat super illis verbis, *perda ditta heredità*, quę videntur præsupponere acquisitionem hæreditatis. l. non vr̃ amittere. de reg. iur. Nam † fuit rñsum, ꝙ pro substinendo testamento, & ita 5
pro validitate actus possunt exponi pro eo quod vxor non succedat. l. is qui hæres. in prin. & l. nec is. de acq. hære. Alc. in l. delata. de verbo. signifi.

DECANI.

Fanen. fideicommissi. Lunæ, 21. Maij. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, si sine filijs legitimis, & naturalibus, respectu constituti in sacris dicitur impossibilis, non autem turpis.*
Fallit in conditione, si sine liberis, quæ inuitat ad delinquendum. nu. 2.

DECISIO DCXCVII.

FVit dubitatum in cã Fanẽ. fideicõmissi, an in casu, de quo agitur, sit factus locus substituti in fauorẽ D. Adriani fideicõmissarij, ita vt sit immittẽdus in possessionẽ bonorum d. quõdã Episcopi pro rata ipsum ex persona d. quondã Francisci tangente. Et die Lunę, 21. Maij. 1582. fuit resolutum esse locũ fideicõmisso in fauorem Adriani. Fundamentum Dñorum fuit, ꝙ cũ hæc cõditio, si sine filijs legitimis, & naturalibus, possit intelligi 1
propriè, vt sit necessaria, † eius contrarium respectu cõstituti in sacris erit impossibile, vt per Rui. cons. 144. nume. 11. lib. 3. Bero. cons. 73. nu. 12. lib. 2. Illustr. Cardinalis Paleottus. de not. & spur. cap. 28. num. 9. Et propterea non placuit illa interpretatio, ꝙ ista conditio tanq̃ turpis, & inuitans ad delinquendum sit reijcienda, præsertim ex verisimilimente testatoris, attenta qualitate ipsius, cùm esset Episcopus, & quia voluit seruari æqualitatem inter istos institutos, vt patet ex verbis testamenti, quæ non seruarent si Franciscus constitutus in sacris potuisset succedere reliquis institutis, & ipsi instituti ei succedere non potuissent: non enim dubium est, conditionem hanc, si sine filijs legitimis, & naturalibus, in casu isto respicere omnes nominatim institutos, vt per Rui. consi. 108. nu. 3. lib. 2. Et præmissa confirmantur, quia etiam verisimile est, testatorẽ sensisse de filijs legitimis, cùm legitimatio pendeat à gratia Principis, quæ quodammodo reputatur impossibilis, præsertim in præiudicium fideicommissariorum.

Non ob. allegata in cõtrarium. Et in primis decis. Put. 16. lib. 1. quia ibi non deciditur iste casus, de quo nunc agitur. Secundò, non ob. doctr. Pau. de Castr. in l. 1. §. lex falcidia, quia ibi conditio erat, si decesserit sine liberis, 2
quæ † conditio bene poterat inuitare ad delinquẽdum, & ita loq̃tur Paris. cõs. 109. lib. 3. qui allegat Bar. in l. hæredibus. §. citius. ad Treb. prout etiam loquitur Bero. cõsil. 107. nu. 30. li. 2. Nã ibi cõditio erat, si decederet sine filijs legitimis, & naturali. & ita proprie intellecta excludit omnem turpitudinem, & in persona constituti in sacris importat necessitatem, vt superius est deductum.

BLANCHETTI.

Mediolanen. fideicommissi. Veneris, 9. Iunij. 1581.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas etiam tacita in fideicommissis attenditur.*
2 *Masculinitatis mentio reiterata ostendit testatorem voluisse in perpetuum agnationi hæredum institutorum prospicere.*
3 *Reciprocæ substitutionis natura quæ sit.*
4 *Fideicommissum perpetuum ex quibus verbis inductum censeatur.*
5 *Ratio expressa in aliqua dispositione solet ampliare dictum. ex communi.*
6 *Verba, & quòd huiusmodi, quid importare dicantur.*
7 *Passiuum fideicommissum ex quib. verbis induci dicatur.*
8 *Venire quicquid potest ex ratione expressa, dicitur esse in dispositione.*
9 *Intentio, non ordo scripturæ attendi debet in interpretandis disponentium voluntatibus.*
10 *Dispositum in vno casu per testatorem debet extendi ad alium, & ad aliam personam, si forte testator interrogatus ita potuisset respondere.*
11 *Alex. cons. 139. lib. 1. quibus casibus non procedat.*
12 *Fideicommissum reciprocum inductum censetur, vbi omnes descendentes ab institutis sunt positi in conditione, & expresè vocati: secus si tantum essent in conditione positi. nu. 14.*
13 *Qualitates clausulæ præcedentis veniunt in repetitione vniformi.*
15 *Clausula restricta ad certum verbum, vel casum debet recipere determinationem ab eo.*
16 *Substitutio quando est restricta ad certum casum, dictio, in infinitum, non operatur perpetuum fideicommissum.*
17 *Verba, sint, remaneant, & conseruentur, quid operentur.*
18 *Interpretatio in dubio facienda est pro non fideicommisso.*

DECISIO DCXCVIII.

PRoposui sępe hoc anno hmõi cãm. Nouissime aũt dubitaui cum præsuppposito, quod clausula, & qd̃ huiusmodi, regatur à verbo, rursus voluit &c. & stet cõsecutiue ad ipsum, inducat tñ actiuã substitutionẽ in fauorem ab hæredib. institutis, & substitutis, an inducat nouũ fideicõmissum, videlicet, si institui decesserint sine filijs, vel ẽt in casu, quo decederẽt cum filijs, ita quod filij institutorum sint grauati restituere portionẽ patetnam alijs institutis, & eorum descendentib. Et bis vel ter prædicto dubio in relationibus proposito, Domini paribus votis in diuersas iuere sententias.

Qui enim tenebant etiam passiuum inductum fideicommissum, mouebantur ex mente, verbis, & rationib. ac argumentis infra dicendis.

1 Ex voluntate autem testatoris, quæ † in fideicommissis attenditur etiam si sit tacita. l. pe. ff. de leg. primo, l. licèt Imperator. vbi Bar. ff. eo. l. qui solidum. §. primo, ff. de lega. secundo, & quæ dicitur satis in dispositionem trãsiuisse si ex verbis dispositiuis colligat. Bal. in l. vnica. C. de his qui ante aper. tabul. Soc. consil. 69. in prin. lib. 3. col ligebant, quòd testator voluit, quòd quilibet ex institutis haberet substitutos descendentes suos masculos in infinitum. Vnde cùm postea subiungat clausulam, & quod huiusmodi, iuncta ratione, ostendit mentis suę fuisse reciprocum inducere fideicommissum inter omnes: ma-
2 sculinitatis enim illa † reiterata mentio ostendit testatorem voluisse in perpetuum agnationi hæredum institutorum prospicere. Bal. in ca. primo, quemad. feu. ad fil. pert. Paris. consil. octauo, num. 9. libro 3. late Aym. consil. 130. num. 9.

3 Secũdò de natura † reciprocæ substitutionis cum sit, vt pari modo grauentur, & honorentur inuicem substituti. l. iam hoc iure. l. Lucius. ff. de vulg. & pup. l. quamuis. C. de impub. & aliis substi. Si substituti possent succedere istis primo institutis, ipsis autem ab eisdẽ succedi non posset, tolleretur reciprocatio nõ solũ collecta ex voluntate, sed etiam à testatore clarissimis verbis expressa, vt bene arguit Paris. cons. 44. nu. 30. lib. 2.

Corroborantur præmissa ex ratione assignata per testatorem, quę impossibile est, vt habeat locum, videlicet vt hæreditas, & bona sint, remaneant, & cõseruentur in-
4 ter prædictos in infinitum, si fideicommissum † sit inĩctum tantum in portione decedentis sine filijs. Paris. cõsil. 90. nu. 33. lib. 2. Dec. cons. 481. nu. 4. Soc. iun. consil. 1. nu. 13. lib. 3. aliter enim si diceretur, nunquàm hæreditas, sed portio hæreditatis conseruabitur inter substitutos, & tamen testator intellexit de tota hæreditate, tum quia adest dictio dicta repetitiua eorum, quæ supra dixit. Tum etiam quia quando testator substituit in portione alicuius ex institutis, dixit, in bonis, & hæreditate talis decedentis, & non est vsus dictione indefinita, quæ æquipollet vniuersali.

Præterea cum testator pater voluerit bona trãsire ad descendentes institutorũ in infinitum, eosq; inuicẽ substituerit, ex tali geminatione colligitur enixa mens testa
8 toris inducendi perpetuum fideicommissum in omnem casum. Paris. cons. octuagesimooctauo, num. decimoseptimo, lib. secundo.

Mouebant eos etiam verba. Et primò verbum, huiusmodi, cuius est proprium eam recipere interpretationẽ, quam patitur subiecta materia, ita vt non stet restrictiue, sed denotet similitudinem substitutionis factæ ipsis institutis, videlicet, vt si ipsi decedant sine filijs, sint inuicem substituti, vt per D. Hieronimum.

5 Secundò verba rationis expressæ, quæ † solet ampliare dictum. Bar. in l. cum pater. §. fundum. ff. de lega. 3. cuius opinio communiter recipitur, secundum quam se obtinuisse, & fuisse iudicatum, dicit Ias. in l. filius familias. §. diui. nu. 152. de leg. 1. idem cons. 73. nu. 2. lib. 3. & in d. §. diui. Crot. nu. 42. Loaz. nu. 134. & Rip. nu. 66. Roman. cons. 457. nu. 2. Gozad. cons. 102. nu. 5.

Et in fere similib. verbis dixerunt Corn. cõs. 22. nu. 8. lib. 2. Dec. cons. 23. nu. 4. Vt enim dicit ibi Corn. magis regulare est, vt ratio de dicto disponat, quàm dictum de ratione, vel saltem, vt idem subiungit, num. 9. ratio corroborat coniecturam voluntatis testatoris, quòd noluit se restringere ad vnum casum tantum. Tritum est enim, quòd quando verba habent latam, & strictam significationem, tunc late, & stricte interpretantur iuxta voluntatem coniecturatam testatoris.

Ex dictis verbis etiam ponderabant verbum, in infinitum, iuxta auctoritates pro D. Cęsare allegatas.

Considerabant præterea verba, rursus voluit &c. q. b. hanc clausulam regi præsupponitur, iunctis his, quod dicta hæreditas, & bona &c. quę geminatio verborum ita vniuersalium ostendit enixam voluntatem testatoris inducendi perpetuum fideicommissum, argumento eorũ, quæ de prohibitione alienationis dicit Aret. in l. ventre nu. 7. ver. dicimus ergo. ff. de acq. hær. & Alex. cons. 56. nume. 1. lib. 1. & 59. nu. 4. lib. 3.

6 Addebant etiam, q̃ illa verba, † & quod huiusmodi, idem important ac si testator dixisset, & eos ac præmortuorum cohæredum descendentes inuicem, & in infinitum substituo, quo casu esse inductum fideicõmissum passiuum in persona descendentis à cohærede præmortuo in fauorem hæredis primo instituti superstitis, tradit Soc. cons. 69. nu. 4. lib. 3.

In prædictam etiam sententiam trahebant eos argumenta infrascripta. Et primò illos mouebat, q̃ cũ præsupponatur, clausulam, & quod huiusmodi, inducere nouã actiuam substitutionem in fauorem descendentium, & illam testator velit esse reciprocam, & in infinitum, ne-
7 cesse erit dicere etiam importare † passiuam, hoc est. n. de natura reciprocæ substitutionis. Soc. iun. cons. 81. nume. 13. lib. 3.

Secundò si testator vult substitutionem esse reciprocam, & in infinitum, vtiq; susceptis liberis ab aliquo ex institutis, non est dicendum expirare substitutionem, quia non esset reciproca, & in infinitum.

Tertiò cum nulla detur ratio, quare testator voluerit potius grauare hæredem institutum à se prædilectũ decedentem sine filijs, q̃ substitutum eodem mõ decedentem, dicendum est vtrunque grauasse eodem modo, ne secundo vocati sint melioris cõditionis, quàm primi instituti. & ratio concludit, vbi verba sunt dubia. l. publius. §. Titia. ff. de cond. & demonstratio. late Curt. sen. consilio 51. nu. 19.

Quartò cùm testator post aliquas vocationes adijcit rationem, quia vult, q̃ eius hæreditas, & bona penes aliquos conseruentur, ratio ipsa disponit prout facerẽt ver
8 ba ipsa dispositiua, cùm † id quod venit ex ratione expressa, dicatur esse in dispositione. l. emptor. §. fi. ff. de rei vẽd. l. nominis & rei. §. verbũ. vbi Alc. ff. de verb. sig. præcipue
9 † cũ in interpretandis dispositiũ voluntatib. id quod prius fuit in intentione, non ordinem scripturæ, debeamus attendere. Bal. in auth. ingressi. nu. 9. C. de sacr. san. eccl. & idem in l. generaliter. C. de epi. & cler.

Præterea si vnquàm datus fuit casus, in quo dispositũ à testatore in vno casu debeat extendi ad alium casum, & ad aliam personam ex coniecturata mente ipsius, quòd
10 † si interrogatus fuisset, ita respondisset, iuxta trad. per Paris. consil. 50. numero 55. libro 3. cum alijs relatis per Marzar. consil. 4. in princ. fol. 31. certe videtur esse is, de quo agitur, ex dictis verbis, & quod huiusmodi.

Quibus stantibus non eos mouebant deducta pro D. Barbera. Et ad præcipuum fundamentum super cons. Alexan. 139. lib. 6. pluribus modis respondebant.

11 Et † primò, quòd verba in casu Alex. stant illatiue, videlicet, & sic de gradu in gradum.

Secundò, ipse Alex. non respondet verbis testatoris in sua facti specie narratis, & quòd dicta eius bona nunquàm recedant de eius parentela de Gambazocchis, donec aliqui masculi sint in ipsa.

Tertiò, Alexandri consil. non procedere, vbi ex ratione assignata à testatore apparet, quòd. noluit restringere

stringere se ad terminos præcedentis substitutionis, vt late tradit Marzar. in cons. alleg. fol. 32. & 33. & facit tex. in l. j. C. de cond. infer. vbi conditio susceptionis liberorum non limitat substitutionem, sed de contraria mente disponentis apparet. Quartò quia in themate Alex. & omnium aliorum, qui allegantur, filij sunt solum positi in conditione, non autem vocati. In casu autem isto omnes descendentes ab institutis sunt positi in conditione, & expresse vocati, vt in prioribus substitutionibus appa-
12 ret: & ideo censetur inter eos † inductum reciprocum fideicommissum. Ruin. cons. 143. num. 8. cum seq. lib. 3. & ita non ob. Alciat. in d. §. fundum. quia sequitur Alex. in suis terminis, videlicet quando testator simpliciter hæredi substituit ea ratione, quia vult bona conseruari in familia: sed quando testator grauauit descendentes, quos vocauerat in infinitum, vtique tunc ratio extendit dictum ex supra deductis.

Non obstant ponderationes dictionum, huiusmodi, & dicta, quia tenentes prædictam sententiam dicebant eandem cõditionem repeti, sed in persona substitutorũ.

Secundò, Doct. dicentes censeri repetitas qualitates clausulæ præcedentis in sequenti, intelliguntur, quan-
13 do † vniformiter repetitio potest cadere. Paris. cons. 18. nume. 23. lib. secundo. Sed in hoc casu non potest dari ista repetitio vniformis, cùm testator voluerit hanc substitutionem esse reciprocam in infinitum. Infinitatem autem in prima non apposuit.

Non obst. decis. in causis Albanen. fideicommissi &
14 Roman. de Maximis. quia † in illis filij erant positi in conditione, non autem vocati, vt in casu Alexan. d. consil. 139. quæ est vera respõsio, cùm prima habeat aliquid captionis. vt inquit Soc. cons. 104. num. 5. versic. postremò, lib. 3. & ideo ipse firmat rationem suam in huiusmodi solutione, vt in tota col. 4. d. consilij.

Domini verò qui in contrariam ibant sententiam, mouebantur ex duobus primis præsuppositis, videlicet
15 quod clausula, & † quod huiusmodi, cum regatur à verbo, rursus voluit, &c. debeat recipere limitationem à terminis in eo contentis. iuxta cons. Dec. 636. & Alex. sępius allegatum & decisiones allegatas, & ea quæ deducuntur per scribentes pro Barbara.

Nec eos mouebat tertium præsuppositũ, quia licèt reciproca ista substitutio sit noua etiam dispositio, regitur tamen à verbo principali superius relato, & recipit eandem conditionem. quare cum Ioan. Baptista decesserit cum filijs respectu suæ portionis, conditio deficit, & per consequens fideicommissaria expirauit.

Nec obst. quòd non seruetur æqualitas, quia id prouenit ex eo, quòd conditio deficit, & ita portio Antonij fuit liberata à fideicommisso, & placebant responsiones datæ per D. Parentium.

Non obst. verbum, in infinitum, quod videtur inducere perpetuum fideicommissum. Ias. consil. 108. col. 3.
16 versic. & sic cum testator, vol. 4. Quia † omnes allegati pro D. Cęsare non loquuntur, quando substitutio est restricta ad certum casum, vt per Ruin. cons. 153. nu. 14. lib. 2. Ceph. cons. 17. num. 31. lib. j.

Accedit, quòd copula, &, coniungit. Ias. cons. 228. nume. 2. lib. 2. & quòd testator potius declarando procedit, vt denotat verbum, intelligatur.

Rationi per testatorem allegatæ respondebant, quòd cùm stet consecutiuè ad fideicommissum restrictum, illud ampliare non debet, sed intelligitur ad limites præcedentis substitutionis. vt per Alciat. d. §. fundum. cum
17 alijs allegatis pro Barbara. Præcipue † ponderando verba, sint remaneant & conseruentur, vt per Dec. consil. 513. num. 12. bene ponderantur.

18 Accedit vulgaris regula, quòd in dubio † est faciendа interpretatio pro non fideicommisso. Bald. in l. cum vitum, in penul. col. C. de fideicommiss. Grat. consil. 5. num. 2. lib. 2. ratione oneris quod continet l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil.

ALDOBRANDINI.

Palentin. pensionis. Mercurij, 10. Maij. 1581.

SVMMARIVM.

1 *Pensionem nemo soluere tenetur qui possessionem rei vel beneficij non habet.*
2 *Clausula, habita vel non habita, non extenditur vltra duos annos.*
3 *Diligentia quælibet ab habente tantum nudum nomen in re sufficit fieri pro adipiscenda possessione.*
4 *Resignatio nuda sine acceptatione resignatarij, vel acceptione possessionis, non abdicat ius à resignante.*

DECISIO DCXCIX.

1 FVit tentum, D. Ioannem non teneri ad solutionem pensionis, ex † quo fructus non percipit, cùm nõ possideat. Gig. de pensio. q. 39. & q. 60. & resp. 29.
2 Neque potest hoc casu lapsis tot annis suffragari Francisco clausula, habita vel non habita, quæ † non operatur nisi pro vno vel altero anno, vt per Aug. lib. tertio. decis. 305. Nec potest dici stetisse per d. Ioannem, quominus possessionem assequeretur, cùm ex testibus alias põderatis, constet eum feciſſe multas diligentias pro ea adipiscenda, & impeditum fuisse.

Nec obst. assertio eiusdem Ioannis in informationibus aliàs datis coram R. D. meo Decano, dum ageret contra Archiepiscopum pro relevatione indemnitatis, quòd nullas vltra transmissionem brevis fecit diligen-
3 tias, quia † cùm ipse nudum solum nomen in hoc negocio haberet, & tota hæc res ad Archiepiscopum pertineret, sufficit, quòd ab ipso fuerint factæ diligentiæ præfatæ. Sicut pariter non obst. quòd resignatarius nullas fecerit diligentias, quia cùm impedimentum proueniret ratione Extrangeriæ, eo mediante excludebatur Ioannes, & omnes, qui ex iure ipsius venissent. Et quòd impedimentum exinde causaretur, probant tertius testis ad cart. 9. & 10. & quartus ibidem. & res est satis verisimilis. Vnde cùm simus in re secundum Dominos nedum difficilis, sed difficillimæ probationis propter pragmaticas illorum regnorum, & sæueritatem, qua executioni demandantur, habuerunt hanc probationem pro concludenti. Quo stante tolluntur omnia pro Francisco adducta. Et quod Ioannes resignauerit in fauorem N. contra formam decreti, non obstat, duplici de causa.

Primò, quia huiusmodi decreta apponuntur ad euitandas clandestinas resignationes, ne supplantentur pensionarij, vnde non potest comprehẽdere actum factum nedum non clandestinè, sed mandato iudicis, cùm ad id per binas sententias N. fuerit condemnatus, de quibus fit mentio in ipsamet resignatione.

Secundò, quia in omnem euentum resignatio hæc
4 non abdicauit ius à resignante, cum † quia non constat de acceptatione resignatarij, tum & secundo, quia cùm eius vigore non fuerit capta possessio beneficij, ea subiacet constitutioni S. me. Pij Quinti, de publican. resignat. Non obst. supplicatio cessionis N. resignatarij, quia non constat de aliquo consensu super ea præstito.

ALDO-

ALDOBRANDINI.

Roman. domus. Veneris, 16. Iunij. 1581.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis verbum intelligitur propriè etiam in vtili dominio in re ecclesiastica.*
Idq; tantò magis ex consuetudine loci. num. 2.
3 *Verbum, census, dicitur esse æquiuocum.*

DECISIO DCC.

DOmini tenuerunt, dominium non fuisse alienatum. Moti fuerunt, quia & verba mandati concessa à capitulo & Præceptore ad alienandum, & verba ipsius alienationis intelligenda sunt secundum subiectam materiam.

Vnde cùm versemur in alienatione rei ecclesiæ, illa, vt plurimum, semper solet fieri quoad vtile dominium tantum, quæ si alienetur, verificatur nihilominus pro-
1 prietas verbi alienationis, cùm † & hoc casu proprie dicatur alienatio, licè fortasse non proprijssime. Bald. in cap. primo. §. si autem libellario, sub numero quinto, ver sic. adde quòd alienatio, quibus mod. feud. amittat. Beto. in cap. nulli, numero 21. extra de rebus eccles. non
2 alien. Idque † tantò magis iuncta consuetudine, quam Domini supposuerunt notoriam in vrbe quoad ecclesias, & signanter hoc hospitale regulariter non solet alienare bona, nisi quoad vtile dominium. ad l. semper in stipulationibus. vbi Dec. numero 10. ff. de regul. iur. Idque tantò magis, quia hæc interpretatio est magis fauorabilis hospitali, ad Tiraquel. de priuileg. piæ caus. priuileg. 148.

Nec Dominos mouet ponderatio facta super verbo,
3 census, quia huiusmodi denominatio † est æquiuoca: sumitur enim pro canone. Abb. in cap. constitutus, numero 20. extra de relig. dom. Clar. §. emphyteusis, q. prima, versic. contractus, in fine.

ALDOBRANDINI.

Roman. causæ partus. Lunæ, 6. Iunij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Exitus acta probare dicuntur.*
2 *Allegans aliquem decessisse ex alia infirmitate quam ea, qua obijt, id probare tenetur.*
3 *Infirmus conualescens & postea decedens, ex qua causa decessisse præsumatur, vide distinctionem.*
4 *Recidiua breui tempore superueniens præsumitur ex prima causa.*
5 *Laborare in extremis ille dicitur, qui obijt ex illa infirmitate, nullis sanis interuallis.*
6 *Culpæ si prima causa infirmitatis prædominat, dicitur quis mortuus ex prima causa.*
7 *Arbitrarium est iudici decernere, an quis decesserit ex prima, an verò ex secunda causa.*

DECISIO DCCI.

DOmini tenuerunt, Paulum probasse incumbentia, nempe Victoriam ex causa partus obijsse: cùm enim ante partum bene se haberet, & post partum semper male se habuerit, vt habetur in prima & tertia conclusione, cùmque manifestè liqueat de causa infirmitatis, quia scilicet in alijs puerperijs solita erat multò plus purgare quàm in isto purgauerit, vt habetur in sexta, quo factum fuit, vt semper varios dolores totius corporis passa fuerit, quodq; gena, manus & crura tumefacta ei fuissent, vt in dicta tertia concluf. quæ in alijs puerperijs, in quibus plus vt dictum est, solita erat purgare, pati solita non erat, vt habetur in quarta. Et hinc exortæ fuerunt illæ impinguedines, de quibus in nona, coagulatio lactis, & alia, de quibus in decima & vndecima conclusione: consequenter manifeste apparet ex dicta infirmitate eam obijsse, quia quod fuerit mortalis, euentus docuit, exitus † enim acta probant. ita dicit
1 Soc. consil. 178. numero primo, libro secundo. qui igitur vult † dicere decessisse ex alia infirmitate, id probare debet, quod sentit Bald. in cap. primo, numero nono, quibus mod. feud. amittat. Soc. in cap. presbyterum, de homicid. numero 9. & clare & bene Sarnen. de infirm. quæst. 11. numero 405. vbi ait etiam id resolutum fuisse in infirmitate regulariter non mortali, vt in morbo Gallico.

Non obst. quòd conualuerit, quia id non probatur: licèt enim aliquando ita melius se habuerit, vt medici visitationē intermiserint, vt habetur in septima conclu sione, tamen apparet, quòd quando è domo exijt, sana non erat, cùm non posset ambulare, nec cùm genuflexisset, surgere. Et tertia vice quando exijt è domo, fuerit
3 febri correpta, ex qua obijt, quo † casu adhuc præsumitur obijsse ex prima causa, vt per Sarnen. dicta quæst. 11. qui distinguit, aut infirmus ita conualuerit, vt ageret ea quæ sani agunt, tunc præsumitur ex alia causa: aut integraliter non erat redditus sanus, sed ambulauit cum baculo, & visus est extra periculum, tūc præsumitur ex eadem causa, & dicēti ex alia causa obijsse, incumbit onus probandi, & ita vult etiam Ioan. Villamar. in l. diuus, numero 122. ad l. Cornel. de sicar. vbi exemplificat, quando febris recessit, & ille in operationibus naturalibus non impediebatur.

Quod comprobatur ex illa communi conclusione,
4 quòd † recidiua breui tempore superueniens vt in hoc casu, præsumitur ex prima causa. Bart. Bald. Soci. & Fulgos. in l. maritus. ff. loca. Soc. in cap. presbyterum, numero 13. & 14. de homicid. & ibi Ioan. de Anan. similiter, numero 13. & 14. in fine. Felyn. num. 40.

Quod etiam confirmatur ex trad. à Bal. in cap. primo, numero vndecimo, de pact. quem sequitur Iaf. in l. prima. §. primo, numero 10. ff. si quis iusd. non obtemper.
5 Cremen. singul. 12. quòd ille dicitur † in extremis laborare, qui obijt ex illa infirmitate nullis sanis interuallis. Idque tantò magis, quia quando superuenit febris, superuenerunt multa ex pristinis sinthematibus, quæ ostendunt identitatem causæ.

Et huc tendunt tradita ab Excellentissimo Mercuriali, qui in primis admittit, quòd illæ efflorescentiæ & alia prouenerunt à menstruis retentis. sed ipse præsupponit, quòd ex quo domo exijt de licentia medicorum, sana redita esset, & quod denuo fuerit febri correpta, sed cùm ex testibus appareat eam numquam conualuisse, cessant quæ ipse dicit, & subintrant præfatæ conclusiones.

Nec facit, quòd nisi domo exijsset, reliquiæ morbi potuissent forte curari, quia forte etiam nō potuissent. Non enim apparet, quòd culpę hæc causæ primæ præ-
6 pōderauerint: alioqui † si prima causa prædominat culpæ, dicitur mortua ex prima causa. Bald. in cap. primo, numero 9. quibus mod. feud. amittat. Cùm igitur onus probandi incumbat Lentulo (vt dixi) tenetur ipse probare,

bare, quòd hæc culpa præpōderaret primæ causæ. quod etiam verisimile non est: modica nanque fuit agitatio, cum cursu semper lentè gradiente vecta fuerit, vt in 18. & vlt. concluf.

Non obst. glos. in l. prima, de emen. ser. Quia indistinctè non tenetur, & quamuis Marsil. in l. in rixa. ff. ad l. Cornel. numero decimosexto. & in pract. §. & quia, numero 56. limitet illam, quando infirmus procedit de malo in peius, per doctrinā Abb. in capitu. secundo, de cleric. percuss. hoc non obstat, quia Abb. illud dicit exempli causa, sed vera distinctio est ea, quam tenet Sarnen. & sequuta est Rota, quod aut infirmus conualuit, aut non.

7 Cùm † itaque hæc materia sit arbitraria ex circumstantijs, Abb. in cap. secundo, numero primo, de cleric. percuss. Soci. in dicto cap. presbyterum, numero octauo, de homicid. de communi Marsil. consil. 70. numero 27. Florian. in l. ait lex, numero quarto, ad leg. Aquil. Clar. in prax. in §. homicidium, versiculo, scias autem, in fine. inspectis supradictis circumstantijs, visa fuit Dominis sufficiens huiusmodi probatio, sicut etiam visæ fuerunt contrarietates & exceptiones contra testes debiles, attenta materia, de qua agitur, quæ non admittit probationem, nisi per valde domesticos & familiares: nec facit quòd infirmitas mulieris possit probari per alios, quia nobiles & honestę mulieres etiam infirmæ nō admittunt, nisi domesticos & consanguineos.

Quibus sic firmatis Domini dixerunt non esse deueniendum ad electionem peritorum, quia ex probatione formiter facta resultat probatio obitus ex causa partus per supradicta.

Et quia cum supradictis necessario standum non sit, vt dicit Clar. in dicto §. homicidium, dicto versicu. scias autem. & habemus hinc inde dicta plurimorum medicorum, & eorum etiam qui infirmitati illius interuenerunt, qui notam habuerunt infirmitatem & complexionem ægrotæ, eorum opinio conueniens cum probatione formiter facta per testes, videtur Dominis taliter adminiculata, vt alteri sit præferenda. Et propterea dixerunt superfluam videri peritorum electionem. Dixerūt tamen quòd cum probatio probationem non excludat, si Lentulus & litis consortes volunt probare formiter aliquid in contrarium datis articulis ad examinandum testes medicos vel alios, id facere poterunt.

ALDOBRANDINI.

Mediolanensis cursus aquarum. Veneris, 28. Aprilis. 1581.

SVMMARIVM.

1 *Exempti possunt coram ordinarijs ratione rei, de qua agitur, conueniri, quantumuis exemptio sit lata.*
2 *Priuilegium amittitur propter delictum in eo casu tantum, in quo delinquitur.*
3 *Priuilegium, ne quis possit excommunicari, non impedit, quin ordinarius possit alias pœnas imponere.*
4 *Ordinarius plus habet in exemptos quam in penitus extraneos.*
5 *Regulares extra monasteria degentes indistinctè subijciuntur ordinario.*
6 *Priuilegiorum innouationes nullum ius de nouo tribuunt.*
7 *Confirmatio quid, & quid approbatio.*

DECISIO DCCII.

DOmini tenuerūt decretū sacr. Conc. Trid. (sess. 7. c. 14. intrare ad effectum saltem, vt reiecta oppositione nullitatis videatur negocium principale, ad quem effectum sufficit, quòd nullitas sit turbida. clara enim est dispositio cap. primi, de priuileg. in
1 sexto. declarantis, quòd † exempti possunt coram ordinarijs ratione rei, de qua agitur, conueniri, quæ dispositio locum habet quantumuis lata sit exemptio, vt per Gemin. ibi in quarto not. & in §. in eos, in fine. & Franc. sub numero primo, circa medium, & numero secundo. Ioan. Vanquel. in compen. sexti, supra eod. cap. conclusio. prima.

Ex quibus dicebant non obstare, quòd Butr. in cap. fin. sub numero septimo, de foro competen. & Abb. in tuarum, numero octauo, de priuileg. Soci. in cap. recepimus, numero 17. eodem titulo. Couarru. pract. quæst. cap. 11. numero quinto. videantur restringere dispositionem illam, vt procedat solum, quando personæ sunt exemptæ respectu certi loci. Quia vltra supradictos Doctores expresse asserentes d. cap. procedere in exemptione quantumuis lata, Abb. in cap. fin. de foro competen. reprobat dictam distinctionem. quem ibi sequitur Felyn. numero quinto. & Dec. in cap. tuarum, numero 44. & 45. cum pluribus sequen. de priuileg. qui licèt subiungat, quòd priuilegium non remanet inutile, ex quo durat quoad ciuilia, hoc non obst. quia ex hoc non potest inferri ipsos sentire, quod in ciuilibus exemptus ratione contractus & rei, de qua agitur, non possit coram or-
2 dinario conueniri. Ipsi † namque tractant illam quæstionem, an propter delictum amittatur priuilegium exemptionis, & quia tenent, quòd amittatur, declarantes, quòd non procedat indistinctè, dicunt remanere quoad ciuilia, tenentes quòd priuilegium perdatur solum in illo particulari casu, in quo priuilegiū durat, nedum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus: si enim iterum delinquat exemptus in loco exempto, sibi suffragabitur priuilegium, & re vera quæstio illa non videtur habere quid commune cum dispositione illius tex. declarantis, quòd priuilegium hunc casum non comprehendit. Gemin. bene in d. §. in eos. numero 9. frustra enim à Docto. citatur ille tex. ad probandum, quòd propter delictum quis amittat priuilegium, si priuilegium illum casum per viam comprehensionis non continet, vt per Gem. vbi supra: si enim habitus non datur, dari quoque non potest priuatio. Dum igitur dicunt quoad ciuilia durare priuilegium, intelligunt, quòd duret secū dum declarationem de qua in prædicto cap. quod appa ret ex ratione ab Abbate assignata, quæ est, quòd in cap. primo, dicitur exemptus ratione delicti, & ideo nō perdit priuilegium, & quod nullibi reperitur contrarium statutum de priuilegio ratione personæ, ergo expressè Abb. intelligit, quòd ca. primum comprehendat quamcunq; exemptionem, & cùm illa sit vnica dispositio, necesse est, quòd si respectu delicti intelligitur etiā de priuilegio personali, prout ita intelligunt Abb. Dec. & Felyn. ita quoque intelligatur respectu ciuilium, cum illi casus sub vnica determinatione ponantur, vulgata l. iam hoc iure.

Idque tantò magis, quia Doct. qui contrarium asserunt, mouentur per tex. in §. in eos. in d. cap. primo, quod non loquitur in priuilegio exemptionis, sed in priuile-
3 gio, ne quis possit excommunicari, cuius † vigore non impeditur ordinarius, quin alias pœnas imponere possit, vt dicunt ibi post glos. Doct. omnes, & consequenter

non

non limitat declarationem, de qua in dicto cap.primo. Nec obst.quòd priuilegium redderetur inutile, quia expressis verbis occurrit huic difficultati tex.in dicto cap.j. quam opinionem comprobant Domini ponderando indefinitam illam, priuilegia exemptionis, & ibi, sic exẽpti, quæ indefinita in lege æquipollet vniuersali. Item ponderando dictionem illam vniuersalem, quantumcunque, & ponderando rationem supradictæ declarationis. Vt enim inquit Monac.dicto cap, primo, numero quarto.plus habet † ordinarius in exemptos quàm in
4 penitus extraneos, ex quo in multis casibus in exemptos retinet iurisdictionem, & nihilominus penitus extranei in tribus illis casibus subijciuntur ordinario illius loci, quæ ratio militat tam in reali quàm in personali exemptione. & hinc Ias.in l.fin. numero 52. de constit.Princ. dum tractat hanc quæstionem, eam exemplificat virtualiter in exemptione personali, dum dicit, pone, Abbas habet priuilegium exemptionis, ne teneatur comparere coram ordinario vel alio iudice.

Non obst.quod in dicto decreto cap. 14.sess.7.solum subijciantur regulares extra monasteria degentes ordinario in causis miserabilium personarum & merce-
5 dum, quia † quoad istas causas dicti regulares non solum ratione contractus vel rei, de qua agitur, sed indistincte supponuntur ordinariæ iurisdictioni, quod non concedit d.cap.primum, de priuileg.in 6. & consequenter vera est ampliatio.

Reliqua decreta visa fuerunt non obstare vti non loquentia in hac materia.cap.enim quinto, sess. 14. loquitur de conseruatorijs, non de exemptis, & quamuis in fine subiungatur, quòd regularia loca remaneant exempta, hoc non contrariatur dispositioni cap. volentes. quia remanent nihilominus exempta, præterquam in tribus illis casibus. vt dicit ibi tex.in cap.quoque. vndecimo, sess.24. pariter ille non contrariatur. & sic dixerunt de reliquis cap.allegatis.

Non obstãt, quæ de priuilegijs confirmatis dicuntur ad glos. in clem.dudum, de sepultur. Quia illa materia procedit, quãdo per confirmationem adijcitur nouum vinculum, ex quo duplex funiculus arctius ligat, quod in priuilegijs non datur.

Eadem enim est authoritas prædecessoris & successoris, cùm par in parem non habeat imperium: eadem namque est authoritas sedis Apostolicæ quæ concessit priuilegium & confirmauit, vnde nullum nouum vinculum potest dici adiectum. capitulo, innotuit, de election. capitulo, finali, de rescript. in sexto, cum similibus.

6 Sunt enim potius quædam † innouationes priuilegiorum, quæ parum, aut nihil operantur, & nullum ius de nouo tribuit.Cassad.de confirmat.vtil.vel inutil. decis.vnica, num. 2.

7 Confirmatio † enim est actus superioris, quæ nec ab inferiori, nec à pari fieri potest: quando enim fit à pari, est quædam approbatio, non autem confirmatio. Dec. post Bald. & alios in rub. de confirm.vtil.vel inutil. numero primo.

Non obstat pariter quod per priuilegium Martini Carthusiani sint exempti etiam in tribus illis casibus. quia in hoc subintrat innouatio dicti capituli primi, qua mediante priuilegium reducitur ad terminos iuris communis.

Quæ omnia Domini dixerunt reddere hanc materiam saltem ita turbidam, vt omissis nullitatibus videndum sit de bono iure.

AL DOBRANDINI.

Roman. casalis. Lunæ, 23. Ianuarij. 1581.

SVMMARIVM.

1 *Locatio an sit, vel contractus census in dubio, ex quibus colligatur.*
2 *Census denominatio est æquiuoca.*
3 *Illegitimi in quacunque dispositione ecclesiastica in dubio non succedunt.*

DECISIO DCCIII.

DOmini concluserunt, contractum, de quo agitur, esse locationis, non autem census, ex apertis & sæpius geminatis verbis illius: centies enim appellatur locatio & conductio, & partes locator & conductor, & translatio in Rocchum fit titulo-locationis.

1 Nec obstant pacta, quia † ea conueniunt etiam locationi perpetuæ: clausula enim ad habendum, &c. est limitata per illa verba, prout de similibus rebus locatis fieri & disponi solet, quæ restrictio & limitatio infra etiam iterum apponitur in clausula, dans & cedens nihilominus d.locator.

Sicut nihil obstat translatio iurium & actionum, quia omnia hæc recipiunt interpretationem ab illa limitatione, de qua supra, respectu scilicet perpetuæ conductionis, maximè cùm post dictam translationem in sequenti clausula iterum repetatur limitatio, prout de similibus rebus locatis fieri & disponi solet, vt in indiuiduo dicit Bellon. consil.21. numero 11. versic.secundo respondeo.

2 Denominatio census non obstat, quia † est æquiuoca.Abbas in cap. constitutus, numero vigesimo, de relig.domib.

Quibus stantibus succedit, quòd illegitimi in hac locatione ab ecclesia facta succedere nequeant, cùm † id
3 non solum in emphyteusi, sed in quacunque ecclesiæ dispositione procedat. Dec. in cap.in præsentia, numero quadragesimoseptimo, de probatio. Rip.in l.ex facto. §.si quis rogatus, numero 65. ad Trebellia. Quod confirmatur etiam ex traditis à Bero.in dicto cap.in præsentia, numero 368.

Quoad bullam Leonis Domini dixerunt, de ea particulariter agendum esse.

ALDOBRANDINI.

Mantuan. bonorum. Veneris, 27. Nouembris. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Sententia confiscatoria lata vigore statuti particularis non extenditur vltra eius territorium: secus si sit lata ex dispositione iuris communis.*
2 *Sententia sine processu de stylo Rotæ non habetur in consideratione.*

DECISIO DCCIIII.

DOmini dixerunt, validitatem inuestiturę Domini Susij pendere ab eo, an sententia confiscationis bonorum lata Mirandulæ contra Galeottum

Pedocha, sit probata ex dispositione iuris com-
1 munis, vel vigore statuti particularis. quia † si vigore statuti particularis, bona extra territorium non fuerunt confiscata, ex doctrina Bart. communiter approbata in l.cunctos populos, in fine. C. de summa Trinitate. Clar.in pract. crimin. quæstio.septuagesimaoctaua, numero 27.

Et ideo cùm non producatur processus, illa sententia
2 nihil suffragatur, præsertim ex stylo Rotæ, vbi † sententia sine processu non habetur in consideratione. Mohedan.decis.319.

BRAVI.

Virdunen. hæreditatis. Lunæ, 28. Maij. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Hæres personæ ecclesiasticæ tenetur in dubio cauere de hæreditate restituenda ecclesiæ.*
2 *Acquisita per ecclesiasticam personam in dubio intuitu ecclesiæ censentur acquisita.*
Idq; tantò magis in Monaco procedit.num.3.
4 *Monacus factus episcopus in dubio non liberatur à regula, quin bona vndecunque prouenientia quærat monasterio.*

DECISIO DCCV.

IN causa Virdunen. hæreditatis proposito dubio, an de bonis & hæreditate quondam Episcopi tanquàm acquisitis intuitu ecclesiæ Virdunen. Dominus Ioan
1 nes teneatur cauere. Fuit † per Dominos resolutum affirmatiuè, quòd teneatur iuxta resolutionem factam in huiusmodi causa, sub die quarta præsentis mensis. Fuerunt moti Domini, quia Reuerendissimus Dominus Modernus Episcopus habet fundatam intentionem per
2 præsumptionem iuris communis, vt † omnia per prædefunctum Episcopum acquisita censeantur intuitu ecclesiæ, & post adeptam possessionem acquisita. vt per Ioan.Andr.in cap. 3. de pecul.cleric. vbi Card.nume.2. Abb.num.3. dicens communem cum alijs deductis per Couarru.in cap.primo, numero 8. de testamen.quæ iuris præsumptio non tollitur ex deductis per dictum Ioannem.

Reseruationi enim fructuum multipliciter fuit responsum, quia ea non concludit ad effectum tollendi præsumptionem, cùm non constet de eius effectuatione, de qua Dominus Ioannes habet docere, cùm sit suæ intentionis fundamentum, & Dominus Episcopus habet pro se rem iudicatam, sitque præfata reseruatio facultatiua & ex aliquibus obfuscetur.

Est enim inuerisimile, quòd cùm non ostendatur bonæ memoriæ Nicolaum Episcopum habuisse bona patrimonialia, nec aliunde ex industria fuisse lucratum, opulentam admodum hæreditatem potuisset relinquere, nisi ex bonis Episcopatus id sibi comparasse credatur, cùm 200. scuta, quæ sibi supererant, si reseruatio habuisset effectum, vix pro vnius mensis tempore supersessent, vt secundum eius dignitatem potuisset viuere.

Nec etiam Abbatiam sancti Pauli reliquisset propter admodum paucos fructus, qui sibi stante reseruatione remanebant. Tum etiam quia hæredes bonæ memoriæ Illustrissimi Domini Cardinalis Lotharingiæ, credibile est, quòd ab ipso peterent huiusmodi bona relicta ratione reseruationis fructuum.

Concordia etiam aliquod præstitit Dominis adminiculum, vt non admodum acquiescerent prædictæ re-
3 seruationi, sed omnem substulit difficultatem, † quia cùm constet prædictum bonæ memoriæ defunctum fuisse Monacum, vt ex literis suæ prouisionis liquet, per ipsum vndecunque quæsita, ecclesiæ quæsita censentur. vt in cap.primo, 18.quæstio.prima. glos.penult.in cap.primo, de testamen. not.scribent. & ibi per Couar. numero 17.versicu.glos. penult. & in cap.quia tua. glos. prima, 12.quæst.prima. sanctus Thom.secunda secundæ,quæst.185.artic.8.

4 Et si enim † Monacus factus Episcopus quoad reliqua liberetur à regula monacali, non tamen absoluitur à substantialibus, vt suæ ecclesiæ vndecunque prouenientia non quærat, vt per supradictos. & sanctus Thomas vbi supra.& bene per Corn.consil.88.numero 2.libro secundo.

Ex quibus prædicta reseruatio læditur, vt non clara nec euidens dici possit, vt tollat veritatem rei iudicatæ ad effectum, de quo agitur.

SERAPHINI.

Portuensium bonorum. Sabbati, 23. Ianuarij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Dos relicta ab auo nepti, censetur relicta contemplatione filij, non autem neptis.*
Limita, nisi ex coniecturis contrarium appareat.
2 *Onus dotandi pacto adiectum habet locum, quando commodè aliunde filiæ dotari non possint.*

DECISIO DCCVI.

FVit dubitatum, an dotes Illustrissimarum filiarum bonæ memoriæ Sciarræ debeant detrahi de legitima ita, vt ad eas non teneatur Illustrissimus Dominus Iulius, nisi quatenus legitima non sufficiat.

Et pro parte affirmatiua deducebantur duo particulariter.

Primò, vulgata communis Doctorum conclusio,
1 quòd † dos relicta ab auo nepti censetur relicta contemplatione filij, non autem neptis. Cyn.in l.scimus, in quinta quæstio. C. de inofficio. testamen. Angel. in l.in quartam.& ibi Rip.numero 202.ad leg.Falcid. & idem Angel.consilio 78. Alexand. consilio 31. numero quarto, libro quarto. & ibi addent. cum alijs congestis per Gabriel.titulo de iure dot.conclus.5.

Et ideo dicunt prædicti Doctores eam imputari filio in legitimam & nepti etiam petenti legitimam in bonis auitis ex persona patris.

Huic fundamento plures per Dominos exemplo informantes dantur responsiones. Inter quas placuit, quòd præfata conclusio non procedat, vbi apparet, neptes non fuisse dotatas contemplatione filij. Bar.in l.dotem, de collat.bonorum. Angel.& alij in dicta l.in quartam. Alexan.dicto consil.31. numero quinto, libro quarto. Socin. consilio 33. numero decimosexto, libro tertio. Gabriel.dicta conclusio.quinta, numero tertio. cum alijs adductis.

Hic autem plures adsunt coniecturæ concludentissimæ, ex quibus constat dotes huiusmodi, non propter filios, sed propter neptes, & proneptes, & deinceps ratione

tione exclusionis ab istis bonis relictas fuisse, quas quia bene deducunt informantes, hic non repeto.

Alia ratione mouebantur informantes pro Domino Iulio, quòd dispositio huiusmodi facta per paciscentes debet recipere interpretationem à dispositione iuris communis, & ideo quemadmodum dispositio authen. res quæ. C. commun. de legat. locum habet tantum in subsidium, quando non adsunt alia bona, ita
2 intelligendum † onus dotandi pacto adiectum, vt tunc demum locum habeat, si commode aliunde dotari non possint. iuxta tradita per Castren. consilio 65. numero quarto, libro secundo. Rubeus Alexandrinus consilio 124. Cephal. consilio 105. numero decimoquinto. Marzar. consilio primo, folio 15. & 16. & in epithom. quæstio. 48.

Hanc sententiam comprobant coniecturæ. Voluerunt enim paciscentes bona conseruari in familia, vt dicitur in proœmio pacti, quæ voluntas facile elideretur, si promitteretur huiusmodi detractio dotium & legitimæ, & maximè procedente tempore à fœminis dotandis, & bona exhaurirentur.

Præterea voluerunt, quòd nihil præter dotes ex dictis bonis habere possint, ex quo videtur, quòd in necessarium antecedens noluerint eas habere legitimam & dotes, alioquin ex dictis bonis haberent aliquid præter ipsas dotes.

Nec placebat responsio Menoch. consilio 88. numero 53.

Quia non habemus expressam voluntatem, quòd vltra legitimam detrahantur dotes: immo habemus eniam voluntatem, quòd bona conseruentur, & ita respondere possumus adductis à Cephal. consilio 253. numero 41. cum sequen. Et eadem ratione potest responderi Riminal. consilio 257. numero 22. Quia ratio per eum allegata, quòd dos sit relicta contemplatione neptis, non autem filij, non est concludens, cùm nec contemplatio recipiat hanc limitationem à iuris dispositione, vt ea tunc demum locum habeat, quando aliunde dotari non potest: nec propterea est inutilis hæc paciscentium prouisio, quia saltem tollit difficultatem, an authen. res quæ. habeat locum in contractibus. Aym. consilio 19. in fine. Item, an habeat locum in omnibus descendentibus post obitum deponentis, de qua aliàs actum fuit in vna Roman. dotis coram R. P. Domino Decano.

Ex his, quæ in hoc vltimo fundamento deducuntur, concluſum fuit, dotes non deberi vltra legitimam, si legitimam possunt habere sufficientem iuxta dignitatem familiæ, & temporum qualitatem.

SERAPHINI.

Farfen. grani. Mercurij, 9. Martij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Libri mercatorum non probant pro tertio contra tertium.*
2 *Res vnaquæque hypothecata præsumitur sufficiens ad satisfactionem.*
3 *Creditor satisfactus præsumitur à debitore, nisi contrarium probetur.*
4 *Hypotheca specialis quando præsumatur idonea & sufficiens.*
5 *Administrationis ratio petenda est ab eo, qui administrauit, non ab alio.*

DECISIO DCCVII.

PRætendebat D. Ludouicus Anastasius non constare de credito D. Fabij Seuerini ex tribus capitib.

Primò, quia non probatur aliqua solutio ex
1 eo, quòd † libri mercatorum non probant pro tertio contra tertium, ad not. per Docto. in l. admonendi. de iureiuran.

Secundò, quia dato, quòd constaret de solutione, tamen cum non soluerit Cardinali, ad cuius vtilitatem fideiusserat, sed Alexandro Sancascano, vt liquet ex quietantijs productis, male soluit, quia Sancascianus non habebat beneficium diuisionis, & ideo intrare dispositionem l. exceptionem. de fi. instrum.

Tertiò, quia cùm specialiter esset hypothecata administratio afflictus, ex quo percipiebantur tot fructus, ex
2 quibus verisimiliter poterat satisfieri, cùm † vnaquæq; res hypothecata præsumatur sufficiens ad satisfactionē. gl. in l. 2. C. de pignor. Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 18. & Sancascianus administrauerit, non prius potest agere Fabius contra Ludouicum tertium, quàm liqueat ex istis fructibus administrationis sibi non posse satisfieri.

His tamen non obstantibus Domini censuerunt constare de credito sufficienter ad hunc effectum, vt Fabius agere possit contra Ludouicum.

Nam cùm clara sit obligatio Fabij, & sic in confesso, quòd Argentinus decoxit, & non soluit, item quòd Illustrissimus Dom. Cardinalis locator fuit satisfactus,
3 præsumitur † satisfactus ab eis, qui ad id tenebantur, Bart. in l. cum seruus. de verborum obligatio. numero quarto, Abb. consil. quinquagesimoquarto, numero secundo, & tertio, libro primo, Felyn. in capitu. sicut, numero trigesimoprimo, versi. fallit quinto. de re iud. maximè concurrentibus partitis, & quietantijs, quæ omnem tollunt difficultatem.

Neque obstat primum fundamentum, quia conclusio illa, quòd libri mercatorum non probant contra tertium, procedit, vbi non adsunt adminicula; hic verò concurrunt quietantiæ, & attestationes Cardinalis, & Lauaianæ, quæ reddunt rem ita claram, vt tergiuersari non possit.

Non obst. secundum, quòd Fabius male soluerit.

Quia prædicta procederent, si Lauaiana soluisset Illustrissimo Dom. Cardinali sine cessione, & Fabius dein de soluisset Alexandro: tunc enim posset habere locum l. Modestinus. de solut. Sed hic non apparet, quòd soluerit Alexandro postquàm Alexander soluerat Cardinali, immo de contrario constat, quia partita solutionis facta à Fabio est sub die 20. Iunij, 1575.

Partita verò solutionis 600. scutorum facta ab Alexandro ad quam se refert, est sub die 22. Idem apparet esse de partita 250.

Non obstat tertium, quòd specialis hypotheca præ-
4 sumatur idonea, & sufficiens, quia illud procedit, † quando quis habet generalem, & specialem, & agit vigore generalis contra alia bona non specialiter hypothecata, quorum neutrum hic concurrit.

Primò, quia specialis hypotheca non est in fauorem Dom. Fabij, sed Alexandri.

Deinde non agitur super re speciali non hypothecata: granum enim istud si est ex redditibus Abbatiæ, vt fuit decisum, cadit sub hypotheca speciali, & est pars illius.

Non obst. quòd Dom. Fabius, & Alexander multos actus insimul contra Argentinum fecerint, prout deducitur in informatione facti pro Ludouico, quia agebatur de communi eorū interesse. Sed hoc non facit, quando administratio esset particularis ipsius Alexandri. Vn-
5 de † cùm ipse administrauerit, ab eo, non à filio, petenda est ratio administratorum, Angel. consil. 286. colum. prima. Fulgos. consi. 209. prope fin. Anchar. consil. 332. numero 6. glos. in l. creditor. §. duobus, in verbo, pro solido, manda.

Firman. bonorum. Veneris, 19. Ianuarij. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Statutum si loquatur de masculis vsque in tertium gradū de iure canonico computandum, verba, & dicti masculi secundum gradus prærogatiuam succedant, posita in eodem statuto, intelliguntur in masculis in tertio gradu secundum ius canonicum existentibus.*
2 *Filius in successione patrui de iure communi representat personam patris, & concurrit cum patruo.*
3 *Statuum corrigens ius commune circa exclusionem fœminarum non debet intelligi, vt corrigat etiam circa exclusionem representationis.*
4 *Dictio repetitiua dicti apposita in statuto vel alia dispositione, debet interpretari, ne absurdus intellectus sequatur.*
5 *Statuta debent ita interpretari ne contineant absurdum, & ne à sapientibus reprehendi possint.*
6 *Relatio cessat, vbi absurditas sequeretur.*
7 *Representatio non excluditur in dispositione legis vel statuti vocantis proximiores in gradu, & filius succedit in locum patris in hæreditate patrui, licèt secus sit in fideicommissis, & dispositione hominis.*
8 *Clausula, salua gradus prærogatiua, intelligitur etiam respectu eorum, in quibus non cadit representatio.*
9 *Parentes succedunt filio sine liberis defuncto, salua gradus prærogatiua.*
10 *Clausula, secundum gradus prærogatiuam, potest intelligi respectu existentium in tertio gradu secundum ius canonicum, etiam si in eis non cadat representatio.*

DECISIO DCCVIII.

DOmini resoluerūt particulariter in casu, de quo agitur, & in terminis statuti Firmani, Hieronymum & Rogerium ex fratre nepotes in hæreditate Euandri patrui succedere vnà cum Horatio patruo. Et moti sunt.

Primò, quia principalis intentio statuti Firmani fuit excludere fœminas, incidenter autem in eo dicitur, & dicti masculi secundum gradus prærogatiuam succedant.

Secundò, quia cùm dictum statutum loquatur de masculis vsque in tertium gradum de iure canonico com-
1 putandum, possunt † illa verba, & dicti masculi secundum gradus prærogatiuam succedant, intelligi & verificari in masculis in tertio gradu secundum ius canonicum existentibus, aliàs per subauditum intellectum resultantem ex illa dictione repetitiua, dicti, quasi repetat omnes masculos supra expressos, induceretur correctio iuris communis. contra glos. communiter approbatam in cap. cupientes. §. quid si per viginti. in ver-
2 bo, petere, de electio. libro sexto. Secundum † quod ius commune in successione patrui filius representat personam patris, & concurrit cum patruo, vt hic per informantes.

3 Et tantò † magis, quia cùm d. statutum corrigat ius commune circa exclusionem fœminarum, non debet intelligi, vt corrigat etiam circa exclusionem representationis, cùm semper statutū ita debeat interpretari, vt minus corrigat ius commune, quàm sit possibile, etiam verba impropriando. cap. cùm dilectus. de consuetud. Aym. consil. 197. nu. 6.

Tertiò (& hoc Dominos maxime mouit) quia si illa dictio repetitiua, dicti, repeteret omnes masculos supe-
4 rius nominatos, maxima † sequeretur absurditas, & iniquitas, quòd si quis decederet relictis filio, & nepote ex altero filio præmortuo, nepos excluderetur per patrum ab hæreditate aui, & sic destrueretur materia suitatis:
5 & † tamen statuta ita debent interpretari ne contineant absurditatem, & ne mereantur à sapientibus reprehendi. l. Saluius Aristo. de lega. præstan. Bald. consil. nonagesimoprimo, libro quarto, Aym. consil. tertio, numero vigesimotertio, & consil. 5. nu. 14.

Vnde illa dictio, dicti, non debet esse relatiua om-
6 nium masculorum: cessat † enim relatio, vbi per eam resultaret absurditas. Aym. post alios consilio septuagesimo, num. 11.

Et quamuis videatur generaliter prolata ad omnes masculos, tamen generalitas restringitur, quando alias induceretur inconueniens. Aym. dicto consil. 70. nume. vigesimoprimo.

Quartò aliqui ex Dominis mouebantur, quia in dispositione legis, siue statuti vocantis proximiores in gra-
7 du non excluditur † representatio, & filius succedit in locum patris in hæreditate patrui, quicquid sit in fideicommissis, & in dispositione hominis, vt per Alexan. consil. octuagesimooctauo, lib. primo, per tot. Ias. consi. 159. nume. quarto, lib. quarto, Socin. iun. consil. 126. numero vndecimo, ad fin. lib. primo, Dec. in l. prima, nume. decimonono, versicu. & hoc procedit. C. de secund. nupt. late idem Dec. consil. 412. nume. 5. 6. 7. & 8. & consilio 553. nume. secundo, versic. & ista conclusio. Tiraq. de iure primog. quæst. quarta, num. vigesimosecundo, plene Conar. pract. quæst. cap. 38. nu. 4. ver. 3. ad intell. fusè Aym. consi. 703. nu. 3. cum seq. lib. 4.

Nec obst. quòd illa clausula, secundum gradus prærogatiuam, respectu masculorum in tertio gradu secundum ius canonicum existentium, sit superflua, & ideo debeat intelligi respectu eorū, in quibus potest cadere
8 representatio. Quia † sicut in iure clausula, salua gradus prærogatiua, intelligitur etiam respectu eorum, in quibus non cadit representatio, vt in authen. defuncto. C. ad
9 Tertullian. vbi † parentes succedunt filio sine liberis defuncto, salua gradus prerogatiua, & tamē parentes non representant filium, vt per Salycet. Fulgos. Paul. de Cast. & Corne. ibi. & pro vt in l. lege. circa medium. C. de legitim. hæred. & in §. si vero neque fratres. in Authen. de hæred. ab intesta. venien.

10 Ita † in casu nostro clausula, secundum gradus prærogatiuam, poterit intelligi respectu existentium in tertio gradu secundum ius canonicum, etiam si in eis non cadat representatio.

Cætera exemplo deducta tolluntur ex præmissis.

Melphien. fructuum. Veneris, 19. Ianuarij. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Simonia committitur etiam in annexis spiritualibus.*
2 *Locatio rerum, & iurium ecclesiasticorum in qua insit simonia respectu spiritualium, dicitur in totum nulla.*
3 *Venditio plurium rerum facta vnico pretio censetur vna venditio quoad resolutionem contractus.*

4 *Contractus non afferens tantam vtilitatem in parte respectu partis, quantam in toto respectu totius, indiuiduus iudicatur.*

5 *Venditio plurium rerum, quarum aliquæ erant prohibitæ alienari, aliquæ non, facta sub vnico pretio, dicitur nulla in totum, & non pro parte.*

Fallit, nisi quælibet res habeat precium distinctum. numero 7.

6 *Locatio facta vltra tempus permissum sub vnica pensione pro toto tempore, dicitur indiuidua, & sic in totum viciatur.*

7 *Precio vnico plurium rerum facta venditio dicitur vna tantum venditio: secus si quælibet res habeat precium distinctum.*

8 *Indiuiduum quid dicitur etiam ratione verisimilis voluntatis contrahentium.*

9 *Dictio, cum, de sui natura copulat accessoriè, & indiuiduam reddit dispositionem.*

10 *Indiuiduus contractus dicitur, in quo per dictionem, cum, plura continentur, quæ alias separata censerentur.*

DECISIO DCCIX.

DOmini dixerunt fuisse simoniacam, & consequenter nullam locationem factam 25. Octobris, 1532. pro annuo precio 1200. scutorum per procuratorem Episcopi Melphien. Francisco Pitti mercatori Floren. de episcopatibus Melphien. & Rapollen. cum omnibus & singulis eorum fructibus, redditibus, & prouentibus, & emolumentis tam spiritualibus quàm temporalibus, & cum pacto, quòd d. Franciscus conductor posset in dictis episcopatibus eligere Vicarium, qui sibi placeret, & conferre dignitates & beneficia dictorum episcopatuum, cui & quibus velle, & q
1 Episcopus deberet illos confirmare, quia †simonia committitur non solum in mere spiritualibus, sed etiam in annexis spiritualibus. c. quæsitum, de rerum permut. & c. præterea, il primo. & ibi Abb. in secundo not. de transactio. idem Abb. in cap. de iure, num. 2. versic. item committitur, de iurepatron. & in c. veniens, il primo, in secundo not. & ibi Felyn. pariter in secundo not. de testib. Roman. consi. 317. per tot. & consi. 368. sub num. 2. Dec. in rub. de iudic. num. 8. versic. & simonia. & ibi Rip. numero 66. Rocch. de iurepat. in verbo, & vtile, num. 9. & Et ita aliàs in hac eadem quando pendebat coram Puteo, resolutum fuit, prout annotauit Anton. Aug. decisio. 692. lib. 3.

Fuit autem reseruata difficultas particulariter discu-
2 tienda, † an dicta locatio sit nulla in totum, vel solum quoad spiritualia, & quoad ius nominandi ad beneficia vacantia? super qua difficultate Dominos fuisse diuisos annotauit Put. decis. quinta, de reb. eccles. non alien. licèt Ant. Aug. decis. 724. lib. 3. annotauerit contrarium, nempe maiori parti Dominorũ visam fuisse locationẽ nullam in totum, propter vnitatem precij fructuum & collationis beneficiorum. Proposita igitur hac difficultate die Veneris, 9. Februarij eiusdem anni, Domini tenuerunt, dictam locationem fuisse nullam in totum. Moti ex pluribus.

3 Primò, quia †venditio plurium rerum facta vnico precio censetur vna venditio quoad resolutionem contractus, ita vt si contractus resoluitur quoad vnam rem, intelligatur etiam resolutus quoad aliam. l. si duos. ff. de contrahen. empt. l. cùm eiusdem. ff. de ædilit. edic. Bart. in l. scire debemus, in prin. num. 4. & ibi Ias. num. 3. ff. de verb. oblig. Alex. consi. 178. sub numero 5. lib. septimo. Tiraquel. de retract. lignag. §. 23. glos. prima, sub num. 2. bene Nat. consil. 479. numero 26. & 27. lib. tertio.

4 Secundò, quia †cõtractus censetur indiuiduus, quando non affert tantam vtilitatem in parte respectu partis, quàtam in totum respectu totius. ita Bart. in l. qui vsumfructum, num. 4. ad fin. versic. præterea. ff. de vsufruct. legat. Bald. consi. 32. ante num. 2. lib. 2. Aret. consil. 129. in princ. versic. & est ratio. Cagnol. in l. secunda, num. 102. post medium versic. non est tamen. C. de pact. int. empt. & vendit. Tiraquel. vbi supra, num. 7. in fine. & latius numero 14. Nat. consi. 479. num. 23. bene Couar. lib. secundo varia. resolutio. cap. 16. num. 5. versic. non obstat. bene Alex. consi. 143. sub num. 2. versic. hoc etiam esse indi-
5 uiduum, lib. 7. vbi ex hac ratione consuluit, † venditionem plurium rerum, quarum aliquæ erant prohibitæ alienari, aliquæ non, factam sub vnico precio, esse nullam in totum, & non pro parte.

Tertiò, nam locatio facta vltra tempus permissum sub vnica pensione pro toto tempore, tũc contractus in
6 totum viciatur, quia † propter vnitatem pensionis non potest diuidi. ita Bald. consi. 475. num. 8. lib. primo. per tex. in l. si plura. ff. de ædilit. edic. sequitur Tiraq. d. glos. j. num. 10. Couar. d. cap. 16. sub num. 5. versic. ex his etiam deducitur. Alciat. in l. j. §. sed si mihi, in repet. num. 24. ff. de verb. oblig.

Quartò, quia licèt venditio plurium rerum, quarum vna non poterat vendi, nõ reuocetur respectu omnium rerum, sed solum respectu illius vendi prohibitæ, vt per Abb. in c. querelam, num. 7. de simon. nihilominus hoc
7 †intelligitur, quando quælibet res habet distinctũ precium, quia tunc tot sunt venditiones, quot sunt res: at secus, si omnes res sub vnico precio vendantur, quia tũc venditio retractatur non solum in re prohibita vendi, sed etiam in alijs, prout declarat Soc. in d. c. querelam, num. 10. versic. quod arbitror, per tex. in l. si duos. ff. de contrahen. empt. & sequitur ibi Felyn. numero quarto, versic. limita.

8 Quintò accedit, quòd dicitur † quid indiuiduum ẽt ratione verisimilis voluntatis contrahentium. l. Pedius. ff. de arbit. Bart. in l. Grecè. §. illud, sub num. 4. ff. de fideiuss. Alciat. in d. §. sed si mihi. in repet. sub num. 6. Paris. consi. 12. num. 74. lib. 2. Aym. consi. 170. num. 6. & de verisimili voluntate disponentis constat, quando disponit de vno principaliter, & de alio accessoriè per dictionẽ,
9 cum, quæ † sui natura copulat accessoriè. l. j. & ibi Bart. in princ. num. 3. ff. de pecul. legat. & ideo si testator legauit seruum cum peculio, si legatum in seruo est nullum, erit etiam nullum in peculio, quia verisimilis mens testatoris fuit, vt peculium non deberetur, nisi vnà cũ seruo, propter illam dictionem, cum, cuius natura est, vt copulet accessoriè. ita Alciat. in d. §. sed & si mihi, in repet. num. 15. & in lect. nu. 17. Vnde cùm locatio, de qua agitur, sit facta sub vnico precio, cùmq; non afferret sine spiritualibus tantam vtilitatem, quantam cùm illis, quia facultas conferendi beneficia augebat pensionem, prout deponunt testes super 4. artic. cùmq; sit facta principaliter de episcopatibus & accessoriè de fructibus pro-
10 pter dictionem, cum, sequitur †vt esset contractus indiuiduus, quo casu vtile per inutile vitiatur. l. j. §. item quæritur. ff. de aqua quot. & æstiua. Doct. in d. §. sed & si mihi. Nat. d. consi. 476. num. 29. Alex. d. consi. 143. num. 3. lib. 7.

Bononien. de Maluetijs. Mercurij, 24. Ianuarij. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Diuersitas prædiorum arguitur ex diuersitate locorum. Fundus*

2 *Fundus vt demonstretur certus, debet exprimi nomen loci cum duobus confinibus.*

Immo locus, & vnus cõfinis sufficit, quando aliud fieri non potest. num. 3.

4 *Dictio, ab, vel dalla, excludit, & non includit.*

5 *Variatio loci etiam ex cursu temporis non præsumitur, nisi probetur.*

6 *Diuisio facta de bonis communibus non potest dici facta tanquam de bonis alicuius tantum, nisi aliter probetur.*

DECISIO DCCX.

DOmini dixerunt, D. Diamantem non cepisse tenutam possessionis 50. tornaturarum in circa olim per Carolum seniorẽ de anno 1460. emptorum, & per consequens non spoliasse Dominum Carolum modernum, & propterea debere ad vlteriora procedi.

Nam possessio, cuius tenutam cepit D. Diamantes, est sita in loco *detto, la Seluarella*: possessio verò 50. tor-
1 naturarum emptarum per Carolum seniorem, est posita in loco aliàs *detto, il campo della Buscosa*. Et † ex diuersitate locorum arguitur diuersitas prediorum. argumento l. si idem. C. de codicil.

Et maximè, quòd expressio loci, vbi existit prædium,
2 de cuius identitate agitur, est necessaria. Nam † ad demonstrandum fundum certum debet exprimi nomen loci cum duobus confinibus. l. forma, in principio. & ibi Dyn. Bart. & Alberic. ff. de censib. idem Bart. in l. demonstratio, numero 14. versic. item ad demonstrandum. ff. de conditio. & demonstratio. Alexan. consil. 73. sub numero 6. libro tertio. Ruin. consil. 50. sub numero 12. libro primo. Riminal. iun. consil. 58. numero 30. lib. primo. Paris de Put. de feud. reintegr. fol. 18. numero 12.
3 Immo † sufficit verificari locum, vbi res existit, & vnum finem, quando aliud fieri non potest, secundum eundem Paris de Put. vbi supra, fol. 166. colum. 3. num. 9. & colum. 4. num. 6.

Non obst. quòd duo confinia tornaturarum 50. per Carolum seniorem emptarum, videlicet flumen centonariæ, & flumen quadernæ, conueniant tornaturis 53. in quibus pro parte D. Diamantis facta est executio. Quia non cessat propterea diuersitas tornaturarum resultans ex diuersitate locorum: nam illa duo confinia sunt communia nõ solum istis, sed etiam pluribus alijs possessionibus, prout liquet ex inspectione plantæ, licèt pro parte D. Diamantis prætendatur, confine fluminis quadernæ, mediante via publica, esse particulare, & conuenire solum 50. tornaturis per Carolum seniorem emptis.

Secundò non obst. quòd tertium confine particulare, videlicet Bartholomæus de Musis conuenit 53. tornaturis captis per d. Diamantem, cùm in instrumento executionis dicatur, ab alio bona quondam Bartholomæi de Musis. Quia iste Bartholomæus habet bona in pluribus locis, videlicet in Buscosa, in Culfura, & loco *detto, lo Selletto*, vt patet ex instrumento emptionis Caroli senioris de anno 1460. & ex instrumento emptionis Marsibiliæ de anno 1489.

Secundò non obst. quòd 50. tornaturæ emptæ per Carolum seniorem non sunt positæ in loco aliàs *detto, il campo della Buscosa*, sed in loco aliàs *detto, il campo*
4 *dalla Buscosa*, quæ † dictio, *dalla*, excludit & non includit. ad trad. per Tiraq. de retract. ligna. §. primo, glos. 10. numero 51. 52. & 53. Quia non propterea tollitur diuersitas locorum: nam locus continens 50. tornaturas per Carolum seniorem emptas, nuncupatur, *il campo dalla Buscosa*: locus verò 53. tornaturarum, in quibus est facta executio, non dicitur, *il campo della Buscosa*, sed appellatur, *la Seluarella*, prout in instrumento emptionis Floriani de anno 1565. ad quod relationem habet instrumentum executionis, & prout etiam fatetur D. Carolus modernus tam in visitatione loci, de qua in processu magno, fol. 481. quàm etiam in articulis eodem processu magno, fol. 635.

Nec potest ex cursu temporis prætendi variatio loci, tum quia etiam hodie reperitur locus Buscosæ, cùm bona hominum Butrij hodie nuncupentur, *la Buscosa*, prout in inuentario bonorum Floriani, de quo in processu magno, fol. 49. & prout in visitatione loci, de qua in pro-
5 cessu paruo, fol. 190. Tum † etiam quia debuisset probari, quòd locus, qui olim dicebatur, *la Buscosa*, hodie nuncupetur, *la Seluarella*. Bart. in l. demonstratio, in princ. num. 20. ad fin. ff. de conditio. & demonst. idem Bart. in l. j. num. 3. C. si vnus ex pluribus. Dec. consi. 109. num. 2. Aym. consi. 57. num. 7.

Quartò non obst. quòd 50. tornaturæ per Carolum seniorem emptæ in diuisione facta de anno 1473. obuenerunt in portionem Cleophæ matris & tutricis filiorum Matthæi, & bona empta per Marsibiliam fratrem Medosij confinantur ab vno latere, iuxta Cleophem, ab alio iuxta bona ecclesiæ sanctæ Crucis. Quia non propterea infertur, quòd bona obuenta in portionem Cleophæ essent Caroli senioris, quia (vt ex instrumento diuisionis apparet) fuerunt diuisa non solum bona Caroli, sed omnia alia inter ipsos diuidentes quouis
6 modo communia, tunc † autem intraret obiectum, si fuissent diuisa tanquàm bona Caroli tantum. Abb. consil. 6. num. 8. in fi. cum seq.

Ab ista decisione fuit recessum die 12. Februarij. eiusdem anni.

Romanensis vineæ. Mercurij, 24. Ianuarij. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium piæ causæ in relictis sub conditione quid operetur. & num. 3.*

2 *Libertas relicta sub conditione non debetur, nisi hæreditas adeatur ab eo gradu, à quo relicta est: secus in dubio. cum num. seq.*

DECISIO DCCXI.

DOmini recesserunt à resolutis 27. Febru. 1581. quia non applicantur casui nostro: non enim priuilegium piæ causæ operatur, vt si quid relinquatur sub conditione, ea defecta, nihilominus relic-
1 tum debeatur: sed † priuilegium in hoc versatur, vt quamuis videatur quid relictum à secundo gradu, censeatur nihilominus relictum à primo, & non intelligatur repetita præcedens conditio, & ita loquuntur omnes Doctores allegati pro Martha in prima resolutione. Alioqui si velimus, quòd libertas relicta sub conditione, ea defecta, nihilominus deberetur, repugnaret toto titulo, ff. de stat. liber. & tex. in l. cùm Neratius. ff. de manumis. testamen. & in l. testamento. ff. eodem.
2 vbi † ita demum debetur libertas, si hæreditas ab eo gradu, à quo relicta est, adeatur.

Priuilegium ergo nullum adest, quando certum est,
3 quòd ab vno gradu relicta est libertas: sed † quan-

do sumus in dubio, tunc censetur relicta ab vtroque. ita procedit tex.in l.2.ff.de manumiss. testam. secundum Pandect. Floren.

Et præmissa comprobantur ex his, quæ scribunt Anchar. consil.187. num.2. prope fin. versic.& vere ista est intentio.& cons.266.num.2. vers.ego de iure contrariũ sentio.Ruin.cons.76.num.17. versic.& si forte,lib.5.Paris.consil.86. numero 68. vsque ad 79. versic.ex istis. & signanter num.74.75.77.& 79. lib.secundo,& cons.74. num.6.7.10.17.19.20.21.22.& 23 .lib.tertio. Riminal. iun. consil.117.numero 40.46.47.69.70.72.& 73. libro secundo.

Ex quorum Doct. dictis patet responsio ad ea quæ in contrarium allegari possent. Et in summa res apud Dominos nullam habuit difficultatem.

Auximan. bonorum. Die 12.Ianuarij. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Substitutioni locus non est, vbi conditio nõ fuerit purificata,etiam si ecclesia fuerit substituta.*
2 *Dispositio l.hac edictali. C.de secund.nupt. non mutat titulum institutionis nouercæ & priuigni, nec portionem vel bona eis relicta.*
3 *Mulier si secundo viro plus relinquat quàm filijs primi viri,illud plus remouetur, & applicatur ipsis filijs, reliquo in cæteris firmo manente.*
4 *Parens si plus relinquat coniugi quàm vni filiorum, illud plus reuocatur, & non aliud.*
5 *Institutus in re certa simpliciter & absolutè non est hæres vniuersalis, nec legatarius, sed tertia species participans de natura vtriusque.ex communi.*
6 *Nouerca hæres instituta in plus quàm filij primi matrimonij, remanet hæres testamentaria, sed illud plus applicatur filijs qui minorem habent partem.*

DECISIO DCCXII.

DOmini tenuerunt 30.Decembris, 1581. & iterum 31.Ianuarij, 1582. non esse locum substitutioni factæ de ecclesia Lauretan. ex eo præcipuè capite, quòd † conditio, si nouerca & priuignus hæredes non erunt, sub qua ecclesia Lauretan.est substituta,non fuit purificata, quia fuerunt & sunt hæredes, hæreditatemque adierunt,ideoque cessat substitutio. nam † l.hac edictali. C. de secund. nupt. non mutat titulum institutionis nouercæ & priuigni, nec etiam mutat portionem siue bona eis relicta. Quòd non mutet titulum institutionis, patet,quia in principio permittit relinqui nouercæ & priuigno iure hæreditatis, & sic titulo institutionis illud minus, quod est relictum vni ex filijs primi matrimonij. Deinde in §.sin verò plus. vbi disponit in casu contrauentionis,statuit, vt illud plus, quod nouercæ & priuigno relictum est, habeatur pro non scripto, & pro non relicto, & deferatur filijs prioris matrimonij.& sic l.hac edictali. in casu, in quo quis relinquit nouercæ titulo institutionis plus quã reliquerit filijs prioris matrimonij,non immutat titulum, cùm de eo nullum verbum, sed solum illud plus aufert nouercæ, & applicat filijs primi matrimonij.

Quòd autem non mutet portionem siue bona relicta nouercæ & priuigno, ostenditur ex eo, quòd relictum filio primi matrimonij non applicat nouercæ & priuigno, & è contra relictum nouercæ & priuigno nõ applicat filio prioris matrimonij, sed solum reuocat tanquàm non scriptum illud plus,quod est relictum nouercæ & priuigno, quod est vltra illud minus, quod filio prioris matrimonij relictum est: & sic nouerca & priuignus retinent eandem portionem, siue eadem bona sibi relicta vsque ad illud minus, quod est relictum filio primi matrimonij, & non vltra, & in eo, quod eorũ portio,& bona excedunt, diminuuntur & augentur portioni, & bonis relictis filio primi matrimonij, prout sunt clara verba d.l.hac ædictali.§. sin verò. ibi, sin vero pluſquam ſtatutum eſt nouercę,vel vitrico relictum fuerit,id,quod plus relictum fuerit, tanquàm non ſcriptũ, neque relictum ad perſonas deferri liberorum, & inter eas diuidi iubemus. & in §.optime. in Authen. de nupt. ibi, quia quod plus eſt in eo, quod relictum eſt nouercæ, vel victrico, ac ſi neque ſcriptum, neque relictum, competit filijs. & in §.quia verò.eo.tit. ibi, & ſecundum eam id, quod plus eſt, contemplantes auferre, quod tranſcendit, oportet, & filijs applicare.

Idque vltra iura prædicta expreſſe tenet Ang.in principium.decimotertio, in Authen.de non eligen. ſecun.
3 nub. vbi inquit, † quòd ſi mulier ſecundo viro plus relinquat,quàm habeat vnus ex filijs primi viri, nõ fit iniquum id totum, quod mulier ſecundo viro relinquit, ſed illud ſolum, quod reliquit vltra illud, quod habet vnus ex filijs, qui minus habet, & hoc idem voluit idem Angel.in dicto §. optime.dicens, quando † parens reliquerit coniugi pluſquam reliquerit vni filiorum,quòd illud plus ſolummodo reuocatur, & non aliud, & latius hanc eandem opinionem firmat,eamque veram, & communem aſſerit Bertrand.in d.§.ſin vero plus.nu.2.

Vnde nouerca,& priuignus in caſu noſtro remanent hæredes vniuerſales, & retinent eundem titulum inſtitutionis vniuerſalis, ac eandem portionem, & eadem bona vſque ad quantitatem mille florenorum Dianę filiæ prioris matrimonij iure inſtitutionis relictorum,& illud plus applicatur eidem Dianæ.

Neque obſtat, quòd inſtitutus in re certa dato cohærede vniuerſali eſt loco legatarij. l.quoties. C. de hæred.
5 inſtituen. Quia † vltra quòd communis opinio eſt in contrarium, quòd inſtitutus in re certa ſimpliciter & abſolutè loquendo non eſt hæres vniuerſalis, neque legatarius, ſed tertia ſpecies participans de natura vtriuſque. Bart.Bald.Imol. in l.ex facto, la ſeconda. ff.de hæred.inſtituen. Bart. Angel. Salyc. Caſtren. Fulgoſ. Aret. Com.& Iaſ.in dicta l.quoties.cum aliis citatis per Tiraquel.le mort ſayſit. le vif.parte ſecunda, declarat.4. numero tertio. & hanc eſſe communem teſtantur Iaſ. in dicta l.quoties,numero ſexto,in fine.Eman.Conſt.in repet.cap.ſi pater, in verbo, in re certa, numero duodecimo, in fine, folio 294.de teſtamen. libro ſexto. Accedit, quòd non applicatur caſui noſtro, in quo non fit mutatio tituli neque portionis.

Non obſtat tradita per Bald.in dicta l.hac ędictali.numero vigeſimoprimo.

Quia in eo quod dicit ante numerũ vigeſimũſecun-
6 dũ,quòd † nouerca remaneret hæres teſtamentaria, facit pro hac parte. Reliqua non faciunt ad propoſitum.

Non ob.ſententia,quia poterit declarari.

Gadicen.portionis. Mercur.7.Februarij. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Institutio & eius vigore capta possessio probant quasi possessionem iuris votandi.*
2 *Dictio,supradicti,est relatiua præcedentium.*

Immo

Immò idem importat,ac si præcedentia specificè, & nominatim expressa forent. num.2.
4 *Relatio facienda est ad omnia præcedentia, quando ratio diuersitatis reddi non potest.*
5 *Portionarij de consuetudine dicuntur de capitulo, in eo q̃ habent ius nominandi.*
6 *Actus vnius ex socijs præseruat ius & possessionem alterius.*
7 *Spoliatio per vnum ex socijs in præiudicium alterius non præsumitur,nisi clarè probetur.*
8 *Consensus elicitur etiam ex actu nullo.*
9 *Possessio præsentandi in vno casu non porrigitur ad alium.*
10 *Corpora duo quando conueniunt in vnum,attenditur maior pars respectu totius numeri, non autem vtriusque corporis.*

DECISIO DCCXIII.

FVit resolutum, quasi possessionem Portionariorũ votandi in capitulo in nominationibus dimidiarum portionum probari ex nominationibus factis de anno 1524.& 1544.in quibus interuenerũt tam Canonici,quàm Portionarij,& quæ habuerunt effectũ,
1 cùm † fuerit secuta institutio, eiusq; vigore capta possessio, & sic concurrunt omnia requisita, vt per Rip.in c.cum ecclesia Sutrina,num.91. cum seq. de cau.poss.& propriet.

Non obst.exemplo deducta.

Et in primis, quòd in materia probationis indefinita non æquipollet vniuersali, & quòd in dictis nominationibus non dicitur expresè, quòd Portionarij dederint in illis votum, sed dicitur, supradicti Domini & domi-
2 nationes suæ, quia † illa dictio, supradicti, est relatiua præcedentium.Dec.cons.423.num.5.Paris.cons.primo, num.134.lib.3. Ruin.cons.55. num.4. lib.3. Aym.consil.98.num.8.cum alijs, de quibus per Tiraq.de retract.
3 lignag.§.8.glos.7. num.24. Imò † idem important ac si præcedentia specificè & nominatim expressa forent, vt post Bart.scribit Iaſ.conſ.15.num.2.lib.j.

Et in præcedentibus tam Canonici, quàm Portionarij sunt regulariter nominati, ideo illa dictio, supradicti,debet ad omnes referri, & non ad Canonicos tantũ,
4 cùm † relatio debet fieri ad omnia præcedentia, quando ratio diuersitatis reddi non potest,cur ad omnia nõ fiat.Aym.cons.149.num.8.& cons.155.num.10.

Nec potest dici hic adesse ratione diuersitatis ex eo, quòd ius nominandi vigore indulti pertinet ad capitu-
5 lum,de quo non sunt Portionarij.Quia † licèt id de iure verum sit, tamen secus est stante consuetudine. Abb.in c.scriptum,num.4.in fi. de elect.& in c.cum olim,nu.8. & ibi Felyn. num.4. de re iudic. quam consuetudinem bene deducit hic D.Tiberius.

Secundò non obst. plures nominationes factæ à solis Canonicis.Quia propterea Portionarij non sibi præiudicarunt,scientes ius & quasi possessionem eorum sibi cõ-
6 seruari per nominationes canonicorum, cùm † actus vnius socij præseruet ius & possessionem alterius.Feder. de Sen.cons.102. num.3. Calder.cons.15. de iurepatro. Abb.in cons.54.nu.3.post med. versic.nam vbicunque, lib.j.Rot.de iurepat.in verbo,competens. q.7. num.42. Ruin.cons.50.num.10.lib.5. Put.decis.292.in fi.lib.j.& vlt.de iurepat.

Tertiò non obst. quòd Canonici ex quo pluries soli nominarunt,habuerunt animũ spoliandi Portionarios.
7 Quia de huiusmodi animo non constat, tum † quia in nominatione de anno 1568. admiserunt Portionarios, quos non admisissent, si illos voluissent spoliare, vt per Cald.d.cons.15.& licèt illa nominatio non habuerit effe-
8 ctum,tamen † etiam ex actu nullo elicitur cõsensus, nec Canonici contradixerunt nominationi Portionariorũ, sed prouisioni factæ per Episcopum. Tum etiam, quia in vltima nominatione interuenerunt Canonici & Portionarij, vt quamuis super ea hodie sit lis, tamen Canonici non sunt in causa, quinimò die 4.Febru.1577.omnes tam Canonici, quàm Portionarij concorditer decreuerunt,vt nomine capituli fieret præsentatio Prouisori de persona Bartholomæi Locano.

Quartò non obst. quòd nominationes factæ de anno 1524.& 1544. fuerunt factæ in casu concordiæ Cano-
9 nicorum: nos autem sumus in casu discordiæ, & † possessio præsentandi in vno casu non porrigitur ad alium.
10 Put.decis.306. in vna Elnen.lib.2. Quia † quando duo corpora conueniunt in vnum, vt in casu nostro,in quo corpus Canonicorum & corpus Portionariorum de cõsuetudine conueniunt in vnum, & faciunt capitulum, tunc attenditur maior pars, habito respectu ad totum numerum personarũ, nec requiritur maior pars vtriusque corporis, vt per Abb.in c.pastoralis,in fi.prin.de rescripr.Felyn.in c.cum omnes,num.18.post med.in 8.fallen.in fi.de constit.

Ad alia bene respondent informantes pro Bartholomæo.

Regien. hospitalis. Veneris, 16.Februarij. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio quando dicatur in titulum beneficij, & quando non.*
2 *Idoneus ad beneficia quis esse potest, sed non ad hospitalia.*
3 *Verbum,committens, est proprium hospitalium laicalium, in quibus fit commissio.*
4 *Verba, conferendi, & committendi, respectu diuersi finis differunt:respectu verò vnius,æquiparantur.*
5 *Inuentarij confectio facienda est ab eo, cui hospitale laicale committitur.*
6 *Distributio reddituum hospitalis in alimoniam & nutritionem pauperum non conuenit nisi rectori hospitalis laicalis: secus in hospitali ecclesiastico.*
7 *Rector hospitalis ecclesiastici facit fructus suos: secus in rectore hospitalis laicalis, quos distribuere tenetur in alimoniam pauperum.& num.15.*
8 *Hospitale si detur in titulum beneficij,oportet recipientem esse clericum, & facere fructus suos, cum oneribus ad quæ clerici beneficiati teneatur.*
9 *Iuramentum rectoris hospitalis laicalis de recipiendo, nutriendo,& alendo pauperes, secundum debitas facultates hospitalis, dicitur esse secundum formam clem. quia contingit,de relig.domib.*
10 *Rector hospitalis seu beneficij ecclesiastici non astringitur distribuere fructus in vsus pauperum: secus in rectore hospitalis laicalis.*
11 *Rectores hospitalis seu beneficij ecclesiastici deputantur accessoriè ad vsum pauperum,sed principaliter ad diuinum cultum: secus in rectoribus hospitalium laicalium.*
12 *Res vnaquæque secundum statum principalem, & non secundum accessorium est iudicanda.*
13 *Rectores beneficiorum ecclesiasticorum si distribuant eorum fructus in alios quàm in pauperes, valet distributio,quamuis peccent,malè distribuendo.*

14 *Prælatus & alius quilibet titulatus facit fructus suos: secus in rectoribus hospitalium laicalium, qui tenentur reddere rationem administrationis.*
16 *Hospitale diuiditur in prophanum, seu laicale, & religiosum.*
17 *Hospitalia laicalia etiam per episcopum committuntur.*
18 *Hospitalia laicalia possunt etiam clericis in regimen sicut laicis committi.*

DECISIO DCCXIIII.

1 DOmini tenuerunt, prouisionem † Blasij nō fuisse in titulum beneficij ecclesiastici, sed in regimen hospitalis laicalis. iuxta formam clemen. quia contingit, de relig. domib. Moti

Primò, ex verbis positis in proœmio d. prouisionis ibi, plenissimè confidens de industria, fide, legalitate, & sufficientia, &c. quæ verba non conueniunt prouisioni beneficij, sed cōmissioni regiminis hospitalis: alia enim discretio requiritur in his, qui præficiūtur hospitalibus, quàm in his, qui præficiūtur beneficijs: oportet enim illos esse bonos patresfamilias, & bene scire dispensare
2 redditus in vsus pauperum, ita vt possit quis esse † idoneus ad beneficia, qui non erit idoneus ad hospitalia, vt bene deducit Card. in clem. per literas, ante num. 3. vers. & est alia ratio, de præben.

Secundò ex verbo, committens, quod proprium est
3 hospitalis laicalis, cùm † in laicalibus fiat commissio. Gemin. in c. fin. num. 20. de elect. lib. 6. Felyn. in c. de quarta, num. 13. versic. adde quod Doct. de præscript. & ex tex. in d. clem. quia contingit. §. vt autem. vbi tex. vtitur verbo, conferendi, quando hospitale datur in titulum beneficij, & verbo, committendi, quando datur in regi-
4 men & administrationem: nam † quando verbum, conferendi, & verbum, committendi, sumuntur vt diuersa respectu diuersi finis, & effectus, prout accidit, quando hospitale datur in titulum beneficij, vel in regimen, & gubernium, tunc verbum, conferendi, & verbum, committendi, inter se differunt. vt in d. §. vt autem. quando verò sumuntur vt idem respectu eiusdem finis, & effectus, tunc æquiparantur. vt in clem. vnica, de supp. negl. prælat. idem post Paul. declarat Card. d. §. vt autem, numero 9. & ibi Imol. num. 15. circa fin. per quod videtur, quòd differentia sit.

Tertiò, ex iuramento de faciendo inuentarium bo-
5 norum omnium hospitalis, quæ † inuentarij confectio fit ab eo, cui hospitale laicale committitur. d. clem. quia contingit. §. vt autem, prope fin. versic. illi etiam.

Quartò (& hoc fuit præcipuum Dominorum fundamentum) quia Blasius iurauit etiam in d. hospitali pauperes recipere, alere, & nutrire secundum debitas facul-
6 tates d. hospitalis. Nam † distributio reddituum hospitalis in alimoniam & nutritionem pauperum non conue-
7 nit, nisi rectori hospitalis laicalis. Rector † enim hospitalis ecclesiastici, quod datur in titulum beneficij, facit fructus suos, sicut de alijs beneficijs, vt post Zenzel. not. Card. in clem. per literas, num. 2. circa med. versic. quæro de ratione. ibi, vt sunt hospitalia, sequuntur Mill. in verbo, hospitalia licèt habeant. num. 5. versic. prædicta intellige. Barbat. cons. 65. sub num. 9. lib. 3. Silu. de benefic. par. j. q. 3. sub num. 9. circa med. & par. 3. quæst. 57. sub num. 1. Sarnen. in reg. de triennal. quæst. 7. num. 3. versic. secundus casus. hoc idem post Paul. firmat Card. in dicta clem. quia contingit. §. vt autem, num. 9. versic. prohibetur autem. & ibi Imo. numero 15. prope fin. volentes,
8 quòd si † hospitale daretur in titulum beneficij, oporteret recipientem esse clericum, facere fructus suos, dicere horas canonicas, & alia facere, ad quæ clerici beneficiati tenentur: quòd si hospitale committeretur simpliciter in regimen & gubernium, prædicta cessarent.

Non obst. exemplo deducta hoc vltimum fundamentum concernentia. Reliqua enim bene tolluntur per informantes Boiardi.

Et in primis non obst. quod hoc iuramentum sit dubium, ex quo habet relationem ad quandam constitutionem ecclesiæ Regien. incip. iuro ego rector, &c. & sic patet, iuramentum non fuisse clem. quia contingit. sed illius constitutionis ecclesiæ Regien.

Nam respondetur, iuramentum Blasij fuisse super pluribus, & inter alia super obseruatione omnium constitutionum ecclesiæ Regien. & maximè constitutionis, quæ incipit, iuro ego rector siue presbyter. vt ex lectura
9 bullæ prouisionis Blasij clare liquet, & † sic iuramentum Blasij de recipiendo, alendo, & nutriendo pauperes secundum debitas facultates hospitalis, non potest esse nisi iuxta formam clem. quia contingit.

Secundò non obst. quod prædictum iuramentum sit æquiuocum, cùm possit referri ad plebaniam de Bagno, tum quia id tollitur ex verbis ipsius bullæ ibi, nec non in eodem hospitali pauperes recipere, &c. tum quia in prouisionibus in titulum beneficij nunquam tale iuramentum apponitur.

Tertiò non obst. quòd iuramentum non sit conforme clem. quia contingit, cùm non contineat de fideliter administrando, & rationem singulis annis reddendo. Quia Blasius in fine iuramenti iurauit omnia alia & singula facere, ad quæ de iure tenetur, & debet.

Quartò non obst. quòd actus alendi pauperes ex redditibus hospitalis sit æquiuocus, cùm etiam rector beneficij teneatur ex illius fructibus pauperes alere. c. de redditibus. & c. quatuor. 12. q. 2.

10 Nam respondetur † secundum Imol. in d. clem. quia contingit, sub num. 9. versic. & licèt generaliter. quòd licet generaliter bona ecclesiarum sint pauperum. c. quoniam quicquid. 16. quæst. 1. tamen latiorem potestatem habent beneficiati quàm rectores hospitalium. vel clarius secundum Anch. in d. clem. per literas, num. 7. post med. quòd non est bona similitudo de redditibus bene-
11 ficiorum ad redditus hospitalium: nam † illi deputantur accessoriè ad vsum pauperum, principaliter autē ad diuinum cultum, & ad officium, quod est connexum beneficio. c. fin. de rescript. lib. 6. redditus verò hospitalium principaliter ad vsum pauperum, accessoriè autem ad di-
12 uinum cultum deputantur. & † vnaquæque res secundum statum principalem, & nō secundum accessorium est iudicanda. quod idem tenet Card. in d. clem. per literas, in 15. quæst. in fine, inquiens, deputationem redditum beneficiorum ad vsum pauperum non esse immediatam, sed principaliter illos deputari in vsum ministeriorum, item deputari in vsum pauperum per erogationem faciendam per institutos. d. c. quoniam quic-
13 quid. qui † tamen faciunt fructus suos ita, vt si distribuāt in alios quàm in pauperes, teneat distributio, quamuis peccent, male distribuendo.

Vel potest etiā responderi secundum Vital. in d. clem.
14 quia contingit, num. 92. vers. nisi dicas. vbi vult, † prælatum & alium quemlibet titulatum facere fructus suos, non quòd sint sui ad eius commodum, hoc est, vt cedāt eius lucro, sed vt eos fideliter pauperibus distribuat, & sic eorum conscientia oneratur: rectores verò hospitalium carentes titulo haberi tanquàm tutores & curatores, nec facere fructus suos, cùm teneantur, vt procuratores ad annuam rationem reddendam, ad quam prælatus & intitulatus non tenetur.

Quintò

Quintò non ob. quòd prædictū iuramentum de alendo, & nutriendo pauperes non repugnat titulo beneficij, quia potest hospitale, quod datur in titulum, habere naturam hospitalium in alijs de quibus in clemen. quia contingit, vt inquit Card. in d. clemen. per literas. in vltimis verbis.

Quia ibi remittit se ad dicta per eum superius sub nu
15 me. 2. vbi † vult, rectorem hospitalium, quæ dantur in titulum beneficij, facere fructus suos, sicut de alijs beneficijs.

16 Sextò non obstat distinctio † hospitalis in prophanū, & in religiosum, vt per Abb. in sua disput. 3. sub nu. 14. versic. condescendo nunc. quem sequitur Silu. de benefi. par. prima, quæst. 6. nu. 6. & 8.

Et quòd stante ista distinctione, ex prouisione Blasij nullum colligitur signum, quòd iste locus sit hospitale prophanum, sicut laycale.

Quia contrarium apparet ex iuramento de alendo, & nutriendo pauperes secundum debitas facultates hospitalis, quod est signum manifestum hospitalis laycalis.

Nec quicquam facit consideratio, quæ fit de persona Episcopi, de persona Blasij in sactis constituti, de verbo, conferendi, & prouidendi, & de modo iurandi non conuenienti clem. quia contingit.

17 Nam respondetur, quoad primum, quòd etiam † hospitalia laycalia per Episcopum committuntur. glo. in d. clem. quia contingit. in verbo, de iure. & ibi Card. numero 13. Imol. nu. 3.

18 Quoad secundum, quòd hospitalia † laycalia possunt clericis non in titulum, sed in regimen, sicut laycis, committi. Lap. in tract. de hospital. num. 68. Mil. in verbo, hospitale, quod laycis confertur. Card. in ca. quæsitum. nume. 7. in 4. q. de rerum permut. Et bene Vital. in d. clem. quia contingit. nu. 38. & 44.

Quoad tertium, quòd referendo singula singulis verbum, conferendi, & prouidendi, refertur ad plebem: ver bum, committendi, ad hospitale. Quartum tollitur ex il lis verbis, omnia alia, & singula facere, ad quæ de iure tenetur, & debet.

Penestrin. hæreditatis. Lunæ, 19. Febru. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Debitor pupilli liberatur per solutionem factam tutori.*
2 *Dos relicta mulieri sub conditione, si nupserit, non debetur, si innupta decesserit, vel vitam cœlebem duxerit, nec ad hæredes transmittitur.*
3 *Promissio facta in aliquo instrumento continente plures causas, inter quas sit causa dotis, ad eam in dubio referenda est tanquàm magis priuilegiata, non autem debet dici correspectiua.*
4 *Solutio facta ex causa nulla non parit liberationem debitori.*
Fallit, nisi in ea fuerit pactum validum, cuius vigore facta præsumitur, & sustinetur ex illo. nu. seq.
5 *Debitor soluens ex causa nulla, in qua tamen fuerit pactum sui natura validum, liberatus intelligitur ex illo pacto, & ad illud solutio refertur. & nu. 7.*
6 *Exactio, quæ potest fieri virtute instrumenti habentis executionem paratam, non debet dici fieri virtute sententiæ super eodem latæ.*
7 *Causa remota magis inspicienda est, quàm proxima, quando est talis, vt sine ea effectus sequi non possit.*
8 *Transactio nulla non potest nouare præcedentem obligationem pacti validi.*
9 *Debitum sub conditione potest ante euentum conditionis solui, qua eueniente debitor liberatur.*

DECISIO DCCXV.

FVit resolutum, aliquibus tamen contradicentibus, Do. Iulium per solutionem scutorum 3000. factā Marchionissæ Mortariæ matri, & tutrici D. Iuliæ ante matrimonium, & ætatem 10. annorum eiusdē Do. Iuliæ fuisse liberatum à solutione dotis d. Do. Iuliæ pro rata dictorum scutorum 3000.

1 Quia † non est dubium, debitorem pupilli liberari p solutionem factam tutori. l. quod si forte. §. 1. ff. de solut. l. Lucius Titius. §. tutelæ. ff. de admin. tuto. Doct. in l. 1. C. si aduers. solut. Vnde cùm Do. Iulius vellet vigore pacti excludere D. Iuliam à successione, cumque teneretur vigore eiusdem pacti eam dotare, & sic esset eius debitor in dote, si soluit tutrici scuta 3000. recte soluit, & pro illa rata liberatus fuit à solutione dotis.

Non obstant exemplo deducta.

Et in primis, quòd solutio dictorum scutorum 3000. non fuit facta pro dote D. Iuliæ, sed ex causa transactionis, prout legitur in instrumentis solutionum, & transactio non fuit facta super dote Do. Iuliæ, sed super hæreditate, & bonis D. Francisci patris D. Iuliæ, & super portione hæreditarum, & bonorum Dominorum Iacobi, & Stephani iunioris patruorum.

Quia vltra, quòd transactio fuit facta etiam sup multis alijs prætensionibus D. Iuliæ tunc temporis in litem deductis, prout legitur in instrumento transactionis, sat est, quòd D. Iulius promisit soluere D. Iuliæ scuta 6000. pro omni eo, quod ipsa prætendere posset super hæreditate patris, & super portione hæreditarum patruorum, & super earum fructibus tam præteritis, quàm futuris, & super alimentis pariter præteritis, & futuris, & super legitima, & eius supplemento, & in specie causa, & occasione dotis, & alias generaliter ex quacūque causa, prout legitur in instrumento transactionis: & sic patet, transactionem fuisse factam etiam super dote D. Iuliæ.

Secundò non ob. quòd Do. Iulia vigore transactionis debebat consequi scuta 6000. etiam quod esset cœlebs, & poterat etiam decedens innupta, & in pupillari ętate
2 ad hæredes transmittere: & tamen dos ei † debita non fuisset, nec ad hæredes transmississet, si innupta decessisset, vel vitam cœlebem duxisset, prout resolutū fuit in illa Albanen. legitimæ coram R. P. Dom. Blanchetto, 23. Maij, 1579.

Quia licèt D. Iulius promiserit soluere scuta 6000. D. Iuliæ in omnem eius euentum, & matrimonij, & monachatus, & cœlibatus, & licèt etiā cōuenerit, vt ipsa posset de illis libere disponere, & ad hæredes transmittere etiam si innupta, & in pupillari ętate decessisset: nihilominus nō propterea sequitur, quin solutio dictorū scutorum 3000. cesserit in causam dotis D. Iuliæ, quia cùm nupserit, factus est locus causæ dotis, & D. Iulius promisit illi soluere scuta 6000. ex pluribus causis, & in specie causa, & occasione dotis: & quamuis ei promiserit soluere etiam in euentum matrimonij spiritualis, & cœlibatus, & cum facultate libere disponendi, & transmittendi ad hæredes, etiam ea innupta, & in pupillari ætate decedente, tamen huiusmodi cōuentiones fuerunt factæ ad fauorem D. Iuliæ: & non repugnant, quin, ea postea nubente, & sic causa dotis existente, solutio dictorum scutorū 3000. sit facta pro eius dote.

Tertiò non ob. quòd D. Iulius in transactione promiserit scuta 12000. etiam pro remissione redditionis rationis administrationis tutelæ Do. Helenæ, cùm videan-

tur

tur correspectiua ad totam trãsactionem, prout dictum fuit coram R.P. D. Seraphino, 13. Febru. 1573.

3 Quia † etiam stante ista correspectiuitate, non tollitur, quin solutio dictorũ scutorum 3000. cesserit in causam dotis Do. Iuliæ, quæ nupsit, & sic extitit causa dotis.

Quia licèt promissio D. Iulij de soluẽdis scutis 6000. fuerit correspectiua ad totam transactionem, tamen fuit facta pluribus de causis, & signanter causa, & occasione dotium.

Quartò non ob. quòd dicta solutio scutorum 3000. non potest D. Iulio suffragari, & parere ei liberationem, nisi probata per ipsum versione in vtilitatem Do. Iuliæ, ex quo d. solutio fuit facta causa transactionis, vt legitur in instrumentis solutionum, quæ transactio fuit nulla,

4 prout resolutum fuit, & † sic intrat conclusio glos. communiter approbata in l. prædiorum. & ibi Bar. Bal. Salyce. & alij. C. de præd. minor. Iacobin. de sancto Georg. in l. prima, num. 6. & seq. C. si aduers. credit. Rui. consi. 113. num. 5. prope fi. lib. 5. Soc. consi. 115. num. 13. vbi de communi, lib. primo. Gabriel. de proba. conclus. 7. nume. 18. cum alijs, de quibus per Rimin. iun. in §. fi. num. 61. Insti. quibus alien. lic. vel non.

Nam pro responsione dicitur, quòd ex quo D. Iulius in transactione promisit soluere D. Iuliæ scuta 6000. ẽt causa, & occasione dotis, & postea D. Iulia nupsit, & sic factus est locus causæ dotis, & Do. Iulius declarauit, & protestatus fuit in transactione se omnia in ea contenta facere pro obseruatione pacti, & sic transactio fundatur in pacto, satis dicitur facta dicta solutio ex d. pacto, qđ cum sit validum, non intrat doctrina gl. & Docto. in d. d.

5 prædiorum, quia licèt d. solutio † sit facta ex immediata causa transactionis, ex quo tamen transactio stante declaratione Do. Iulij, est fundata in pacto, satis dicitur facta ex ipso pacto, ex his, quæ in similibus terminis scribit Dec. in auth. si quis in aliquo. num. 5. C. de eden. vbi

6 vult, † quòd stante instrumento debiti habente executionem paratam, si sequatur sentẽtia, quòd licèt exactio debiti videatur fieri immediate virtute sententiæ, quæ transiuit in iudicatum, quia tamen sententia est fundata in tali instrumento, satis dicitur exactio fieri ex ipso instrumento, quod est potissima causa illius condemnationis. Facit † quòd quando causa remota est talis, vt sine ea effectus sequi non possit, tunc magis inspicimus causam remotam, quàm proximã, vt per Tiraq. cessan. caus. limit. 20. nu. 14.

Vnde licèt causa proxima dictæ solutionis fuerit transactio, ex quo tamen dicta solutio non poterat sequi sine pacto, quod fuit causa remota, cùm transactio fundata sit in pacto, sequitur, vt magis inspici debeat pactum, quàm transactio.

8 Accedit, quòd † transactio nulla non potuit nouare præcedentem obligationem pacti validi, iuxta no. per Docto. in l. prima, ff. de nouat. & transactio nulla non nouat præcedentem obligationem. capitu. constitutus, & ibi Doct. de transact. l. si instituta. in prin. vbi scrib. ff. de condi. indeb.

Quintò non ob. quòd dos non debeatur D. Iuliæ, nisi tempore matrimonij.

9 Quia † debitum sub conditione potest ante euẽtum conditionis solui, & eueniente conditione debitor liberatur. l. sub conditione. ff. de cond. indeb.

Ad alia exemplo allegata bene respondent informantes D. Iulij.

Præterea Domini dixerunt, & in hoc fuerunt concordes, quòd hodie hæres D. Iuliæ est etiam hęres D. Marchionissæ, & sic cessat illud, quod alias dictum fuit 16. Ianua. 1581. coram R.P.D. Vicecomite, quòd scilicet videretur, an hæres D. Iuliæ posset cum effectu recuperare à Domina Marchionissa dicta scuta 3000. ei soluta.

Nec ob. quòd sit hæres D. Marchionissæ cum beneficio legis, & inuentarij.

Quia hæreditas est soluendo, ex quo in ea adest creditum scutorum vltra 15000. contra Serenis. Regem Hispaniarum super oppido Mortariæ.

Auersan. tenimenti. Die 15. Febru. & 5. Martij. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Alienans bona ecclesiæ secundum formam Paulinæ debet recipere testes, & alias probationes pro veritate narratorum: aliàs assertioni partium non statur.*
2 *Tractatus requisitus in alienatione rei ecclesiasticæ non probatur ex assertione prælati. ex communi.*
Immo debet de eo scriptura fieri separata. nu. 3.
4 *Informatio quando probari possit per simplicem assertionem, & quando testes requirantur, vide distinctionem.*

DECISIO DCCXVI.

1 COnclusum fuit 19. Febru. & 5. Martij, 1582. non fuisse satisfactum formæ Paulinæ requirentis, testes, & † alias probationes pro veritate narratorum recipi. Simoncel. de decret. lib. 1. titu. 1. inspect. 7. num. 106. & seq. quamuis enim huiusmodi testium, & probationum receptio non requirat processum, & telã iudiciariam, sed sufficiat extraiudicialis informatio, tamen de ea debet constare aliunde, quàm ex assertione

2 prælati: sicut videmus, tractatum † requisitum in alienatione rei ecclesiæ non probari ex assertione prælati, sed debere alias de eo apparere, Bart. communiter receptus in l. forte. in fi. ff. de castr. pecul. Calder. consi. 4. circa med. de reb. eccle. non alien. Feder. de Sen. consi. 143. ad fi. ver. nec ob. Pau. de Cast. consil. 38. num. 1. in fi. & nu

3 me. seq. lib. 2. vbi ante nume. 3. vult, de † isto tractatu in alienatione rei ecclesię debere fieri scripturam separatã, allegan. Spec. ti. de locat. §. fequitur. nu. 3. ad fi. & num. 4. & Pau. de Castr. sequitur Alex. consi. 17. nume. 6. libro 4. Corn. consi. 71. num. 4. lib. 3. Bolognin. consil. 53. in 6. p. suppositio. Paris. consil. 36. nume. 10. lib. 4. Thom. Ferrat. cautel. 60. num. 3. & 4. Ruin. consi. 189. nume. 8. lib. 1. & consi. 40. num. 3. lib. 1. Rebuf. de alienat. rerum eccle. nume. 12. Grammat. decis. 79. num. 13. cum trib. seq. Natt. consi. 361. num. 32. 33. & 34. lib. 3. Roland. consi. 33. nume. 12. lib. 1. qui omnes loquuntur in specie alienationis rei ecclesiæ, quæ opinio videtur apertè probari in l. minorum. ibi, nisi apud acta causis probatis. & ibi glos. Bar. Bal. Saly. & alij. C. de præd. minor. Alcia. de præsump. reg. 3. præsump. 10. num. 3. ver. & vltra. Vnde quamuis in casu nostro Præsidens, & Diffinitores capituli generalis congregationis Cassinen. qui iuxta facultatem sibi ab Innocentio octauo concessam deberent se diligenter informare, seruata forma Paulinæ requirentis receptionẽ testium, & probationum super veritate narratorum, cõfirmauerint alienationem, de qua agitur, asserentes se fuisse certificatos ex relatione Auditorum ad temporalia deputatorum, nihilominus de ista relatione in actis non constat, nec huic assertioni creditur ex præmissis. Ex quibus cessant adducta in contrarium.

4 Potest igitur in hac materia distingui, quòd aut † Papa simpliciter committit alicui, vt se informet, & tunc circa informationem statur eius assertioni, & in his terminis loquitur Abb. consil. 41. lib. primo, vt patet col. 2. in fi. ver. nam Bonifacius. Aut committit, vt se informet per

per receptionem testium, & probationum, & sic iuxta formam Paulinæ, & tunc informatio aliunde probari debet, quàm ex assertione commissarij, sicut dicimus de tractatu, qui non ex assertione Prælati, sed aliter probari debet. Et ideo hodie saluantur similes processus, quia committitur, vt se informet, & si reperierit &c. confirmet derogando Paulinæ.

Harnien. Molendini, die 16. Martij, & 1. Iunij. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Molendinum construere in loco superiori impedire potest vnus ex socijs habens molendinum communem in loco inferiori cum altero socio in pœnam priuationis incursõ. & nu. 2. cum seq.*
3 *Beneficium, an & quando ex persona socij, vel adiuncti quis consequatur, quòd ex propria consequi non potest.*
4 *Domus, vel turris communis cum fratre non debet destrui propter delictum ipsius fratris habentis partem inferiorem. ex communi. nu. 5.*
6 *Statutum mandans bona delinquentis deuastari debet intelligi sine præiudicio tertij. ex humaniori communi, & æquiori. nu. 7.*
8 *Emphyteuta, & feudatarius in bonis emphyteuticis, & feudalibus possunt seruitutem constituere duraturam vsq; quo ad dominum directum reuertatur.*
Fallit in vsufructuario. nu. seq.
9 *Vsufructuarius non potest etiam durante vsufructu seruitutem imponere.*
10 *Proprietarius non potest fundo seruitutem imponere, licèt illi acquirere possit.*
11 *Vsufructuarius meliorem conditionem facere potest, non deteriorem.*
12 *Maritus fundo dotali inæstimato seruitutem imponere non potest. & quare.*
13 *Pater in bonis aduentitijs filij non potest seruitutem imponere.*
14 *Seruitutis constitutio est species alienationis.*
15 *Administratio bonorum aduentitiorum conceditur patri ad vtilitatem filij.*
16 *Pœna delinquentis est introducta fauore publico, non autem partis.*

DECISIO DCCXVII.

DVbitaui 16. Martij, 1582. in vna Harnien. molendini, an Petrus spera iunior, habens in flumine Heris molẽdinum commune cum Marco eius patre, possit impedire Io. Iacobum Herulum volentem in eodem flumine in loco superiori aliud cõstruere molendinum, stante, quòd Marcus huiusmodi impedimentum præstare nequeat, ex quo incidit in bullam Alexandrinam propter minas per eum Io. Iacobo illatas.

1 Quod dubium † affirmatiuè resolutum fuit, nempe, Pierum iuniorem impedire posse. Quæ resolutio, causa iterum ad instantiam Io. Iacobi proposita prima Iunij, eiusdem anni, 1582. confirmata fuit.

Materia autem, omissa difficultate fideicommissi Pieri senioris, fuit distincta in tres difficultates principales.

Prima fuit, stante communione molendini inferioris inter Marcum, & Pierum eius filium, an Pierus ex eo quòd Marcus incidit in Alexandrinã, priuetur iure prohibendi, ne Io. Iacobus molendinum in loco superiori construat.

Secunda, an hoc ius prohibendi denegetur Piero sal

tem in vita Marci habentis vsum fructum in parte molendini inferioris spectante ad Pierum.

Tertia, an Alexandrina ius, super quo ligatur, applicet parti, vel fisco.

2 Quoad primam Domini tenuerunt, † Pierum ex delicto patris non amisisse ius istud prohibendi cõstructionem molendini in loco superiori, & omisso fundamento Bal. in c. 1. num. 12. quibus mod. feu. amitta. quod versatur circa illam quæstionem, an & quando ex persona

3 socij, vel adiuncti quis consequatur † beneficium, quod ex persona propria consequi non potest. de qua quæstione per Felyn. in c. 1. sub num. 6. ver. & dicit Bald. de præscrip. Roman. consi. 195. num. 4. vbi addit. dixerunt, quòd cùm simus in seruitute, quæ est indiuidua, & Pierus iunior ex testamento Francisci patrui habeat medietatem in molendino inferiori, competit sibi ius prohibẽdi in totum ratione indiuiduitatis materiæ.

Et moti sunt Domini ex his, quæ in simili dicunt Docto. in illa quæstione de duobus fratribus, vel socijs ha-

4 bentibus † domum, vel turrim communem, quorum alter, qui commisit delictum, propter quod eius bona ex forma statuti debebant deuastari, habebat partem inferiorem, alter vero superiorem, nunquid tota domus, vel turris sit destruenda.

In qua quæstione quicquid dixerit Bartholo. Brixien. in quæst. dominical. quæst. 44. incipiẽ. duo communem domum. Dyn. in l. prima, §. inde quæritur. versi. solutio. ff. de noui ope. nunciat. Gandin. in tract. de bon. malefact. num. 12. & 13. Alberi. de statut. lib. 3. q. 46. num. 4. in fin. in l. prima, in princ. num. 24. & in §. potest autem. num. primo, versic. item quæritur. & num. secundo, ff. de nou. ope. nunc. Iacob. de Aren. in l. si finita, §. deinde. num. 1. 2. & 3. ff. de dam. infect. Archid. in c. felicis. col. 3. cir. med. in verbo, iniuriam. de pœn. lib. 6. Ioan. And. in cap. super Specula. in fi. de priuileg. in d. c. felicis. num. 4. & latius in add. ad Specul. in rub. de pœn. vbi etiã plures refert opi-

5 niones easque confutat, cũmunis † & æquior opinio est, vt domus, vel turris nõ demoliatur, sed illa pœna in aliã commutetur. arg. eorum, quæ no. in l. quod ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infam. quod fieri debet, ne innocens puniatur, & ne delictum transeat impunitum. ita post Petr. tenet Cyn. in l. & si sequerior. in fi. argu. illius legis. C. ex quib. cau. infam. irrog. sequitur ibi Bal. & Salyc.

6 ambo in fi. addentes, & eam rationem, quòd † statutum mandans bona delinquentis deuastari debet intelligi sine præiudicio tertij. l. 2. §. si quis à principe, cum simil. ff. ne quid in loco public. quam etiam rationem assignat Barto. in l. Attheius. §. de eo. prope fi. ver. & lex quæ iubet. ff. de aqua plu. arcen.

Hanc quoque opin. post Imo. sequuntur Gemin. in d. c. Felicis. col. 3. in princ. versi. Io. de Imola dicit. & Franc. num. 3. prope fi. ver. sed si nolit. cum eadem opin. transit Florian. in l. si is cum. num. secundo, circa med. versi. alij. ff. commu. diuid. idem tenet Bar. in d. l. Attheius. §. de eo. circa med. ver. primo casu. & ibi Cum. §. in hoc. ver. & per hoc inducitur. & ibi Roman. num. 4. transit cum Barto. cum quo etiam transit Anch. in d. c. felicis. in 6. no. in fi. & Petr. de Vbal. de duob. fratr. par. 8. nu. 26. & hoc idem expresse firmat Abb. in ca. super speciali num. 2. in fi. de priuil. Corset. in suis singul. in verbo, communitas. Cels. Hug. in addi. ad Dyn. in d. l. prima, §. inde quæritur. vers. solutio. ff. de nou. ope. nunc. & Clar. in pract. crim. §. fina.

7 q. 82. par. 8. ver. sed quid si delinquens, & † hanc opinionem esse humaniorem inquit Saly. in d. l. & si sequerior. in vltimis verbis. & satis æquam dicit Abb. in d. c. super speciali. nu. 2. in fi. & communem, & æquiorem fatentur Corset. Cels. Hug. & Clar. vbi supra.

Quoad

Quoad secundam difficultatem Domini dixerũt Piero iuniori competere ius prohibendi Ioan. Iacòbo constructionem molendini,de qua agitur, etiã in vita Marci,non obstante vsufructu, quem habet in parte molendini inferioris tangente filio, quia pater in bonis aduentitijs filij ratione vsusfructus,quem in illis habet,nõ potest,nec tacite,nec expresse seruitutem constituere: nam
8 † licèt emphyteuta,& feudatarius in bonis emphyteuticis,& feudalibus possint constituere seruitutem duratu ram, quamdiu durat emphyteusis,& feudum, quamuis resoluatur, quando ad dominum directum reuertitur, vt per Bar.in l.prima,§.fina.ff.de superficiebus,Guliel.de Cun.Bald.Salyce.& Pau. de Cast.in l.3.C. de seruitut. & aqu.Veronen.de seruitut.vrban.præd.cap.decimoquarto,nume.2.& 3.Afflic.decis.380.nume.2.& 3.Boer. decis.181.cum alijs collectis per Pinel.in l.1. par.3. numero 7.C.de bon.mater.Anton.de Padil.in d.l.3. num.6.7. 8.& 9.Coras.in l.2.nume.22.vsque ad 27.& num. 23.in
9 fine,testatur de communi.ff.de seruitu.nihilominus † secus est in vsufructuario, qui rei fructuariæ non potest, etiam durãte vsufructu,seruitutem imponere, vt in specie firmat Pau.de Cast.in l.secunda,numero 5.& ibi Coras.nume 20.ff.de seruitut.Veronen.d.cap.decimoquarto,num.11.Pinel.d.par.3.num.69. Anto.de Padel.d.l.3, nu,5.C.dè seruit.& aqu.

10 Quæ conclusio probatur,tum quia † si proprietarius non potest fundo seruitutem imponere,& tamẽ illi seruitutem acquirere potest,multò minus fructuarius, qui nec acquirere potest.text.est in l. sed & si quid.§. sed nec
11 seruitutem. ff.de vsufruct. Tum † quia fructuarius meliorem conditionem facere potest, non deteriorem.l. si vsusfructus.§.fructuarius.ff.de vsufruct. Tum etiam, & tertio, quia maritus plus iuris habet in fundo dotali, q̃ fructuarius in re fructuaria: ille enim est dominus.l.decce ancillam.C. de rei vendica.l.in rebus. C. de iure dot. iste vero non.

12 Et † tamen maritus fundo dotali, dummodo sit in æstimatus,seruitutem imponere non potest.tex. est in l. Iulianus. ff.de fund.dotal.& ratio est, quia non habet limerum dominium, vt post Bald.tradit Veronen.d.c.14. nume.decimo.

13 Et † in proprijs terminis,quòd pater in bonis aduentitijs filij non possit seruitutem constituere, deducit Pinel.d.par.3.nume.69.quem sequitur Anton.de Padil.in d.l.3.nume.16.C.de seru.& aqu.Motus tum ex his, quæ proxime diximus de fructuario, tum quia patri bonorum aduentitiorum alienatio interdicta est.l. prima, C.
14 de bon.mater.Seruitutis † autem constitutio est alienationis species.l.fina.C.de rebus alien.tum & tertio, quia
15 † patri ad vtilitatem filij conceditur administratio bonorum aduentitiorum, secundum Bald.in d.l.2.in fi.C. de bon. matern. & probat text. in l. generaliter. versicu. nec.C. de secundis nuptijs, & tamen seruitutis impositio esset detrimentum manifestum. l. stipulatio ista habere licere. §. si quis forte.ibi, minuitur.ff.de verborum obligatio.

Circa tertiam difficultatem non est opus insistere, cùm stantibus præmissis superflua sit eius dissensio, licèt habeamus decis. Mohedan. quinquagesimaquarta, incipien. in causa Taruisina. in qua Rota clare firmauit, pœnam Alexandrinæ non fuisse inductam ad fauorem
16 partis lęsæ, sed reipublicæ: & † ideo non parti, sed fisco acquiri, ad trad. per Barto. in l. agraria. ff. de termin. amor.

Et fuit etiam tentum coram D.Aldobrandino in vna Hortan.bonorum 8.Iunij præsentis anni.

Cornetan.spolij. Die 28. Martij. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio spolij solum repellit eum, qui tenetur interdicto vnde vi: secus si tenetur alijs remedijs possessorijs. ex æquiori.*
2 *Exceptio spolij competit contra eum, qui tenetur interdicto vnde vi,vel vi bonorum raptorum ex vi expulsiua, vel ablatiua.ex communi.*
3 *Possidens auctoritate iudicis non dicitur violentus possessor.*
4 *Citatio generalis sufficit ad obtinendum mandatum de immittendo in possessionem.*
5 *Actio spolij est priuilegiata, vt spoliatus super alio iudicio non teneatur respondere, nisi prius terminato iudicio spolij.*
6 *Exceptio spolij repellit spoliatorem violentum ab agendo, non autem tertium.*

DECISIO DCCXVIII.

DOmini dixerunt,iudicium repetitionis dotis per D. Alexandrum intentatum non impediri, nec retardari per iudicium spolij prius intentatum per D. Bernardinum,sed super vtroq; iudicio simul procedendum esse.

Et ratio Dominorum fuit, quia exceptio spolij, quod non est violentum, & pro quo non competit interdictũ vnde vi, non impedit, nec retardat iudicium super alia
1 re: nam † exceptio spolij solum repellit eum, qui tenetur interdicto vnde vi: secus si teneẽ alijs remedijs possessorijs,vt per Abb.in c.2.nu.12.ante med.vers.licet iste articulus.de ord. cogn.sequitur Afflic. decis.19.nu.3.& sub nu.3.Aufrer.ad decis.cappel.Tholosan.393.inquiẽs hanc opinionem æquiorem esse. Hoc idem voluit Ioan, And.in c.frequens.nu.5.ver.ibidem etiam tenuit. de re-
2 sti.spol.lib.6.dicens, † exceptionem spolij non procedere, nisi contra eum, contra quem competit interdictum vnde vi, vel vi bonorum raptorum, ex vi expulsiua, vel ablatiua.& Io.And.sequitur ibi Gem.col.3.circa fi. versi. sed quid si reus.Butr. num.8.ver. dicit.Ancha.num.2. ad fi.Franc.num.4.ver.quod intelligit.Mil.in verbo, possessorium deducens.circa med.vers. quod intelligit.& hãc esse communem testatur Bossi.in pract. crim.tit.de pluribus violent.nu.35.prope fi.ver.est tamen difficile,eamq; secuta est Rota,vt per Sarnen.decis.44.incip. Abb.in ca. cum dilect.

Quod autem spolium in casu nostro non sit violentum, & quod pro eo non competat interdictum vñ vi, patet ex eo,quia D.Alex. cum mandato A.C.& cum præsentia, & interuentu commissarij Corneti accepit pos-
3 sessionem bonorum maternorum, quo † casu non dicitur vim intulisse.l.creditores.ff.ad l.Iul.de vi priuat.

Et licèt A.C. processerit sine citatione, nihilominus cùm D.Helena mater D.Alexandri obijt 25. Aug.1570. & mandatum A. C. fuit relaxatum die prima Septẽbris eiusdem anni, & sic inter obitum, & mandatum pauci dies interuenerint,sequitur, vt D.Alexander in tam modico temporis interuallo non potuerit facile scire,an ali
4 quis esset in possessione, quo † casu sufficit citatio generalis,vt per Zuccard. in l.fi. sub nu.129.C. de edict. diui Adria.tollen.

Non ob. quòd actio spolij sit priuilegiata ita, vt spoliatus super alio iudicio conuentus non tenetur respondere, nisi † terminato iudicio spolij prius intentato, iuxta-
5 tex.

tex. in c.fi.vbi Abb.nu.14.de ord.cogn.Quia responsum fuit, id procedere in spolio violento, pro quo competit interdictum vnde vi,vt declarat Abb.in d.cap.2.sub nume.duodecimo.

Minus obst. quòd exceptio spolij repellit actorem ab agendo etiam super alia re, quando opponitur cõtra ipsum spoliatorem,vt in casu nostro,licèt secus, quãdo ponitur contra tertium,vt per Abb.in d.c.2.nu.3.& ibi Butr.nu.14.Pau.de Castr.in l.si te bonis.nu.3.Alex.nu.3. Ias.sub nu.2. Corn.sub nu.1. Iacobin. de sancto Georg. in prin.ver.nos autem.C.de iure delib.

6 Quia † isti Doct.non dicunt, quòd exceptio spolij repellat ab agendo super alia re quemcunque spoliatoré, siue violentum, siue non violentum, & sic siue teneatur interdicto vnde vi, siue alijs remedijs possessorijs:sed prędicti Doct.solum dicunt, quòd exceptio spolij, quando ciuiliter agitur, repellit solum spoliatorem, non autem tertium,per tex.in cap.primo, de restitu.spoliato.Id autem debet intelligi de spoliatore violento, contra quem competit interdictum vnde vi, prout declarat Abb. & alij supra citati.

Hispalen.de Vilalua. Veneris, 30. Martij. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Quadriennium, quod datur ad petendum restitutionem in integrum aduersus rem iudicatam,est vtile, & non currit,nisi à die scientiæ rei iudicatæ.*
2 *Negligentia procuratoris in non prosequendo causam appellationis nocet domino.*
3 *Scientia procuratoris generaliter nocet domino.*
4 *Procurator omittendo præiudicat domino.*
5 *Scientia, & negligentia procuratoris habẽtis speciale mandatum ad petendam restitutionem in integrum, & negligentis eam petere, præiudicat domino.*

DECISIO DCCXIX.

DOmini dixerunt,quadriennium in casu, de quo agitur, elapsum fuisse,& Do. Ioanni de Zunica moderno Comiti de Mirãda restitutionem in integrum ab eo petitam denegandam esse, quia secunda sententia,de cuius re iudicata agitur, fuit lata ad fauorẽ Capituli contra D.Franciscum de Zunica Comitem de Miranda 26.Octobris, 1565. eique intimata 30. eiusdẽ mensis,& ab ea idem Comes appellauit 6. Nouembris, eiusdem anni.Postea 21.Februarij, 1566.capitulum cõmisit in Rota causam appellationis vtriusque partis,cuius commissionis vigore 29.Iulij,eiusdem anni,1566.citatus fuit idem Comes Franciscus.Deinde 19.Ianuarij, 1567.fuit citatus D. Petrus de Zunica eius filius, q 11. Febru.eiusdem anni,1567. constituit procuratorem cũ facultate petendi restitutionem in integrum.

Ab isto tempore vsque ad annum 1578. nihil actum fuit in causa. Vnde stante huiusmodi facti serie, concluI sum fuit, quòd licèt † quadriennium sit vtile,& nõ currat, nisi à die scientiæ rei iudicatæ, vt per Doct. in cap.1. de rest.in integ.lib.6.nihilominus, quòd cùm procurator Comitis Petri sciuerit rem iudicatam, & causam restitutionis in integrum, ad quam petendam speciale mã datum habebat,& intra 10. annos, & vltra non commiserit, eius scientia,& negligentia præiudicauit Domino:
2 sicuti † videmus, quòd in desertione appellationis causata ex negligentia procuratoris nõ excusatur dominus, nec ei restitutio in integrum competit, vt per Cassad. decis.5.in prin.de appellat.

3 Et † generaliter scientia procuratoris nocet domino, vt late per Aym.de antiq. tempor. par.4. sect. absolutis,
4 nu.23.24.25.& 26. Et † procurator omittendo præiudicat Domino.Bal.in c.cum olim Abbas.in fi.de offi.delega.Ias.in l.si procurator.col.1.in 8.limit. C. de procurat. Tiraq.de legib.connubial.gl.7.nu.78.

5 Et † in specie, quòd scientia, & negligentia procuratoris habentis speciale mandatum ad petendam restitutionem in integrum,& negligentis eam petere, præiudicet Domino, deducit Corn.consi.144.nume.7.iunct.nume.decimotertio,versicu.sexto,libro quarto, quod procedit etiam si procurator non sit soluendo, vt per Crescen. decis.254.

Reseruarunt autem Domini particulariter videndũ caput maioricatus.

Bononien. sancti Apollinaris. Lunæ, 2. Aprilis. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei ecclesiasticæ facta in consanguineum præsumitur facta in eius vtilitatem, & in damnum ecclesiæ.*
2 *Testes deponentes per præmeditatum sermonem reddũtur suspecti.*
3 *Pensionis diminutio in sexta parte fit in concessione in emphyteusim perpetua.*
4 *Remissio pensionis propter sterilitatem non fit in contractu emphyteutico.*
Intellige, & declara, vt nu seq. ex communi.
6 *Remissio sextæ partis fit ab initio conducenti in emphyteusim in compensationem periculi sterilitatis, & alterius casus fortuiti, qui ad ipsum spectat conductorem.*
7 *Emphyteutæ non fit remissio pensionis propter sterilitatem.*
8 *Aedificia constructa, vel reparata in fundo emphyteutico cedunt commodo, & vtilitati emphyteutæ, non autem domini.*
9 *Dispositio auth. si quas ruinas. C. de sacrosan. eccl. non procedit, quando ecclesia potest reædificare.*
10 *Qualitas reddens difficiliorem vsum rei diminuit iustum eius valorem.*

DECISIO DCCXX.

DOmini circumscriptis multis capitibus deductis pro parte Rectoris, & restricta difficultate ad caput euidentis vtilitatis, an illa probetur ex testibus processus, si in euidentem, tenuerunt non probari euidentem vtilitatem, sed potius euidens damnum ecclesiæ.

Et in primis considerarunt, quòd cùm alienatio, de qua agitur, facta fuerit in consanguineum, nempe, in nepotem ex fratre Rectoris illius temporis, non caret
1 fraudis suspicione, ita vt † magis in vtilitatem consanguinei, quàm ecclesiæ facta præsumatur.authen.quibuscunque modis,& ibi Docto.C.de sacrosanct. eccles. Alciat.post alios de præsump.regula prima, præsump. 29. num.1.2.& 3.

Secundò dicta istorum testium Dominis non placebant, quia omnes loquuntur per eundem præmeditatũ
2 sermonem, quo † casu reddũtur valde suspecti. l.3.§. ideoque.& ibi Bar.& alij.ff.de testib.Dec.consi.327. nume.7.consi.448. nu.24. & consi.627.nu.3.Curt. de testibus conclus.14.Aym.consi.78.in fi.

Tertiò Domini dixerunt, quòd ex calculo dato p̃ parte rectoris clare apparet, annuum redditum bonorum alienatorum ascendere ad valorem lib.178.12. & 6. put

etiam

etiam ipsimet testes deponunt,& nihilominus fuit facta concessio in emphyteusim perpetuam pro annuo canone lib.130.& sic constat de manifesta lęsione ecclesiæ.

Non ob.exemplo deducta.

3 Et in primis, quòd † in emphyteusi perpetua fit dimi nutio pensionis in sexta parte,iuxta auth. perpetua.C.de sacr.san.eccles.

Quia etiam facta diminutione sextæ partis adhuc lo catio debebat fieri pro lib.150.& tamen fuit facta pro libris 130.

Secundò non ob.quod simus in contractu emphyteu 4 tico, in quo † non fit remissio pensionis propter sterilitatem.l.1.& ibi Doct.C.de iure emphy. canonistæ in ca. potuit. de loca.prout fit in simplici locatione. l.si vno.§. fina.ff.loca.Iaf.consi.54.prope fi.lib.1.

5 Quia † id procedit, quando soluitur quid minimum, non in compensationem fructuum,sed in recognitionē directi dominij:at secus, quando soluitur pensio correspondens fructibus,& sic pro vsu rei, quia cùm tūc emphyteusis sit similis locationi, & de eius natura magis participet,sit remissio,sicut in simplici locatione,vt per Alexan.consi.112.num.3.ver.ex qua ratione.lib.j. Rom. in l.interdum.§.ex naufragio.nu.5.ff.de acq.pos.Are. cō sil.55.nu.3.ver.præmissis.Soc.in l.Gallus.§. etiā si à parē te.num.6.ver.confirmatur hoc.ff.de lib.& posth. Barba. consil.14.num.36.lib.2. & in rub.de loc.num.8. Veron. consil.ciuil.25.nu.20.Rui.cons.77.num.7. & cons.161. sub num.21.lib.j.bene Grat.cons.128.num.9.versi.nam vt diximus,& nu.10.& 11.lib.2.Cagnol.in auth. qui rē. nu.6.C.de sac.san.eccl.Bero.in c.potuit.nu.175. in fi.de loc.Bellon.consi.21.nu.10.ver.vnde inferebat.Clar.in §. emphyteusis.q.8.ver.sed nunquid.versic.ibi, nisi tamen. Neuizan.consil.92.nu.45.& 50.Rolan.consi.96. nu.26. lib.j.cum alijs de quibus per Aluer.de Valasc.de emphyteus.par.j.q.27.nu.11. Bossi.in pract.crim. titu.de remiss. merced.num.114. vbi hanc opinionem veram, & communem fatetur.& sentit Bar.in d.l.j. in secunda oppo.& cæteri post eum,quicquid in contrarium dixerit ibi Sal. in 5.oppos.quem sequitur ibi Iaf.nu. 20.Nat.consil. 49. nu.25.ver.vndecimo,lib.j.Valasc. vbi sup.num.11.ad fi. cui Salycето bene respondet Rui.d.cons.161.sub nume ro vigesimoprimo.

Et sic patet,testes erasse in eo,quòd ad deponendum de minore valore iusti pretij,moti sunt ea ratione,quòd in emphyteusi perpetua non fit remissio pensionis propter sterilitatem,vel alium fortuitum casum.

Præterea,& secundo potest dici, quòd stante diminu tione sextæ partis pensionis,nō est locus remissioni pro- 6 pter sterilitatem, quia † remissio sextæ partis fit ab initio conducenti in emphyteusim in compensationem periculi sterilitatis,& alterius casus fortuiti, qui ad ipsum conductorem spectat,vt post Iaco.de Beluis.in §.quia vero Leonis.in 3.oppos. in Auth.de non alie.aut pmu. rebus eccl.deducit Alex.d.cons.112.sub num.2.lib.j. & videtur tex.in d.§.dudum.in d.auth.de non alien.aut permut.ibi,nō autem vltra sextam partem releuari emphyteusim percipientes propter fortuitos casus sancientes, & est gl.in auth.perpetua.in verbo,sextam partem.C.de 7 sac.san.eccl.vbi vult,rationem, cur † in emphyteusi ppe tua fit diminutio sextæ partis, quæ percipitur, esse, quia non fit remissio pensionis propter sterilitatem,& sequitur ibi Bar.nu.4.ver.quādoque.vult Sal.in j.oppos. Pau. de Cast.nu.3.& nu.5.Spec.de emphy.nu.10.Alex.d.consi. 112.nu.2.circa med.ver.4.Iaf.d.cons.54.nu.5.ver.corroborantur,lib.j. Accedit & 3. quod in 7. & 8. articulis fit calculus omnium fructuum, & valoris illorū, vno anno cum alio, & sterilitate cum fertilitate compēsatis: & nihilominus fructus ascendunt ad summam lib.178. non obstante, quòd habeatur ratio sterilitatis. Vnde non est iterum habenda ratio sterilitatis, si semel illius habita est per viam compensationis cum fertilitate.

Tertiò non ob.quòd domus existentes in istis prędijs alienatis erant ruinosæ, & maxima indigebant reparatione, & quod in vno prædio erat necessaria ædificatio vnius domus pro habitatione colonorum.

Quia pro responsione dicitur. In primis, quòd tam re paratio, quàm noua ędificatio tēdebat ad commodum, & vtilitatem emphyteutæ, ex quo concessio ei facta fuit in perpetuum, & pro quibuscunque eius hæredibus, & 8 cum pacto affrancandi, & † ideo cùm hæc ædificia remā sura essent penes emphyteutam, & eius successores, nulla ex illis vtilitas proueniebat ecclesię.ita Dec.consi.142. nu.5.circa med.vers.non obstat,quod dicitur de remis. sione,ibi,sed cùm bona in perpetuum.

Secundò dicitur, quòd auth.si quis ruinas.C. de sacr. 9 san.eccles.non † procedit, quando ecclesia potest reædifi car e, prout ibi clare dispònitur: sed in casu nostro Rector poterat reædificare, quia poterat incidere arbores existentes in prædijs alienatis,assumere arenam, & lapides ex flumine vicino, destruere ædificia ruinosa,eorūque ruderibus, & cęmentis vti, colonos saltem pro parte ad huiusmodi reparationem, & ædificationem obligare, prout fecit cōductor,& bene deducunt informantes Rectoris.

Tertiò dicitur satis esse, quòd Rector sine domo noua percipiebat annuatim lib.178. & si construxisset nouam domum, maiores fructus percepisset.

Quartò non ob.quòd domus canonicalis ecclesiæ es set ruinosa, quia cùm & ipsa in locatione comprehenderetur, eius reparatio cedebat in vtilitatem emphyteutæ: si quidem in locatione pro Rectore fuit solum reser uata necessaria habitatio, residuum vero concessum fuit emphyteutæ, vltra quod poterat ipsemet Rector huiusmodi reparationem facere sine alienatione istorum prę diorum, per ea quæ mox supra diximus.

Quintò non obst.quòd huiusmodi terræ patiebantur detrimentum ex vicinitate fluminis, & recipiebāt multa damna à facinorosis hominibus,quæ qualitates dimi 10 nunt iustum rei valorem, cùm † reddant difficiliorem ipsius vsum. Marsil.sing.373.

Nam respondetur, quòd non obstantibus huiusmodi detrimento, & damnis, Rector prius percipiebat annuatim lib.178.

Vltimò non ob.quòd ista prædia distent à ciuitate Bo nonien.per 16. milliaria.

Quia sufficit illa esse prope ecclesiā, in qua Rector tenetur residere: & sic sunt commoda ipsi ecclesiæ,nec inter se distant, quinimmo sunt contigua, vt apparet ex confinibus descriptis in instrumento locationis, vbi fere in omnibus petijs terræ dantur pro confine alia bona ecclesiæ.

Bononien.de Maluetijs.Lunæ,2. Aprilis.1582.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio spolij non impedit, nec retardat iudicium super alia re, nisi spolium sit violentum, & pro eo detur interdictum vnde vi.*
2 *Spolium attentatum sui natura suspēdit quodcunque aliud iudicium.*
3 *Possessio capta pendente lite, dicitur attentata: fallit nisi sit capta iudicis auctoritate.*

DECISIO

DECISIO DCCXXI.

CONclusum fuit ad vlteriora procedendum esse, quia spolium,de quo agitur, non fuit violētum, ita vt pro eo competat interdictum vnde vi. Exceptio † autem spolij non impedit, nec retardat iudiciū 1 super alia re, nisi spolium sit violentum, & pro eo detur interdictum vnde vi,vt fuit resolutum in illa Cometan. spolij coram me superioribus diebus.

2 Non ob.quòd simus in spolio attentato,quod † sui natura suspendit quodcunque aliud iudicium.cap.non solum.in fi.de appel.in 6.Quod autem spolium sit attentatum,ostenditur ex eo,quòd cùm fundus,cuius possessio per dominam Diamantem capta fuit, sit de bonis fideicommisso Caroli senioris subiectis, & super his lis pendeat,& tempore litis motæ D. Carolus esset in possessio 3 ne,† eo ipso probatur D. Diamantem attentasse, vt per Rot.decis.2.nu.3.de rest.spol.in nou.

Nam respondetur Do. Diamantem cępisse possessionem fundi,de quo agitur, in executionem sententiæ rotalis,& sic cessare attentatum.

Nec obst.replicatio,quòd sententia mander Do.Diamantem immittendam esse in possessionē 50. tornaturarum in circa diuersarum ab illis,quarum possessionē cępit,quę diuersitas colligitur ex diuersitate confinium. Nam in sententia dantur pro confinibus bona ecclesiæ, Hector Ghislerius Centonarola,& bona nuncupata, la Buscosa,quæ confinia conueniunt tornaturis 50.in circa per Marsibiliam empris,quæ confinant cum bonis ec clesiæ.Siquidem hæc replicatio tollitur ex eo,quòd confinia bonorum ecclesiæ,quod est confine tornaturarum 50.in circa,de quibus agitur,& sic tam sententia,quàm decretum moderationis inhibitionis, & ipsa immissio in possessionē concordant in tornaturis 50.in circa emptis per Florianum ab Alexandro Maluetio, prout latius deducunt informantes D.Diamantis.

Penestrin.hæreditatis. Vltima Aprilis. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Debitor soluens auctoritate, & iussu iudicis plenam consequitur liberationem aduersus pupillum, & minorem propter in integrum restitutionem.*
Immo sola iudicis auctoritas non sufficit, sed requiritur eius præceptum in contradictorio iudicio factum. nume.sequen.
3 *Minor restituitur contra soluentem non solum,quando pecunia est deperdita facilitate ipsius minoris, sed etiam quando culpa curatoris.*
4 *Restitutio si fundetur in perditione, debet ipsa perditio probari.*
5 *Actiones non confunduntur in hærede adeunte hæreditatem cum beneficio legis,& inuentarij.*
6 *Difficultas,& impossibilitas æquiparantur.*
7 *Paria sunt, rem non posse habere, vel cum magna difficultate eam prosequi.*
8 *Mater tutrix dando dotem filiæ in dubio censetur dare ad computum eius,quod habet ex administratione.*
9 *Dos quoad maritum dicitur titulus onerosus, quoad vxorem lucratiuus.*

DECISIO DCCXXII.

LIcèt D. Iulius per solutionem scutorum 3000. factā D.Marchionissæ Mortariæ matri,& tutrici Do.Iuliæ fuerit liberatus,prout 19.Febru.& 28. Martij proximè præteritorum resolutum fuit, nihilominus cùm nō soluerit iussu iudicis, non est assecutus plenissimam libe rationem,ita vt D.Iulia pupilla siue D. Vincētius iunior eius filius, & hæres non possit restitui in integrum ad- 1 uersus solutionem:ad † excludendum enim pupillum,& minorem à restitutione in integrū aduersus solutionē, debet debitor soluere auctoritate, & iussu iudicis, nam tunc consequitur plenissimam liberationem, & securitatem.l.sancimus.la 1. & ibi Doc. C.de admin.tut.l.ait prętor.§.permittitur. & ibi gl.in verbo,imputādum.vbi etiā Bar.Bald.& alij.ff.de minor.§.at ex contrario.vbi glos.in verbo,soluerit.& ibi Ange.Port.& alij.Inst. quib. alie.lic. vel non.glo.in l.prima,in verbo, potest.& ibi omnes. C. 2 si aduer.solut.Immo † non sufficit simplex auctoritas iudicis,sed requiritur eius præceptum, & iussus,non obstā te contradictione debitoris, ita vt solutio non sit spontanea,sed coacta,prout ex d.§.permittitur. declarat Pau. de Castr.in d.l.prima,nume.3.ver.in tertio vero casu,& ibi Iacobin.in fi.C.si aduers.solut. Barto.in d.§.permittitur.num.secundo, vers.& hoc vltimum.Anto.Gomes.de contract.cap.14.nume.4.circa med. versic. quod tamen intellige.Vnde pro parte hæredis Do.Iuliæ prætendebatur restitutio in integrum aduersus solutionem scutorum 3000.per Do. Iulium tutrici Do.Iuliæ sine iussu,& mandato iudicis factam ex eo, quòd pecunia culpa tu- 3 tricis fuit deperdita.Minor † enim restituitur contra soluentem ne dum, quando pecunia est deperdita facilitate ipsius minoris,sed etiam quādo culpa curatoris.Paul. de Cast.in d.l.j.nume.3. & ibi Iacobin. de sancto Georg. pariter.nu.3.C.si aduer.solut.

Pro parte autem D. Iulij prærendebatur non esse locum huic restitutioni, & hæredi D. Iuliæ incūbere onus probandi perditionem pecuniæ,cùm † restitutio in pdi 4 tione fundetur, vt per Iac.Butrig.in l.1.in fi. quem ibi sequuntur Bar.Bal.Ang.Albertis.Fulgo.Saly. & Iacobin.de sancto Georg.C.si aduers.vendit.Soc.consil.115.nu.13. circa med.lib.1.Ideo de ordine Dominorum difficultatem ad id restrinxi, & die vltima Aprilis, 1582. Domini pro maiori parte tenuerunt constare de perditione pecuniæ, & per consequens locum esse restitutioni in integrum, quia tutrix,cui dicta scuta 3000. fuerunt soluta, erogauit illa in alimentis D.Iuliæ,& D.Catherinæ pupillarum prout ipsamet tutrix in actis declarauit se velle illas in alimentis pupillarum erogare. ergo cùm Do. Iuliæ de dote scutorum 5000.sibi à D. Iulio vigore pacti debita, desint scuta 3000. satis constat de amissione: alias si scuta 3000.per D.Iulium soluta, essent imputanda in causam dotis D.Iuliæ,amisisset D.Iulia.

Non ob.quòd hæres D.Iuliæ sit etiam hæres D. Marchionissę, in cuius hæreditate reperitur creditum contra Serenissimum Regem Philippum, & sic hæreditas est soluendo. Quia multipliciter respondetur.

5 Primò,quia † cùm sit hæres cum beneficio inuētarij, non sunt confusæ actiones:& cū in hereditate non reperiātur corpora hæreditaria,sed eius actio cōtra Regē, nō cogitur mutare debitorē. Secūdò,quia est paratus cedere dictū creditū pro ea quātitate, quā Rota ordinabit. Tertiò, quia qñ et vellet illud exigere, non posset id facere sine magna difficultate, stante maxime declaratione Senatus Mediolani, q̄ feudū castri Mortariæ sit deuolutū Regi,& qđ hēdi Dñæ Marchionissæ nullū ius cōpetebat cōtra Regē.& paria sunt pecuniā esse deperditam, vel eā 6 esse difficilis exactionis,cùm † difficultas,& impossibilitas æquiparentur.l.nepos Proculo.ff. de verb.signi.c. breui.de iureiur.late Felyn.in cap.ecclesię sanctæ Mariæ. nu 7 me.86.de constit.& † non posse rē habere, vel cū magna

difficultate eam prosequi, paria sunt, vt inquit Bald. in l. mater tua. nu. 17. C. de rei vendica. per l. naturalem. ff de acquiren. rer. dom. & per alia iura ibi per eum citata, vbi exemplificat in re possessa à magno Barone.

Non ob. ꝙ D. Marchionissa post receptionem scutorū 3000. dedit in dotem D. Iuliæ scuta 17000. & mater tutrix dando dotem filiæ censetur dare ad computū eius, quod habet ex administratione, vt per Puteū decis. 174. alias 177. incipien. die 26. lib. 1.

8 Quia id † procedit in dubio: at secus quando constat de contrario. gl. & omnes. in l. fi. C. de dot. promis. prout in casu nostro, in quo tutrix scuta 3000. sibi soluta declarauit se velle erogare in alimentis.

Non ob. quòd super dictis scutis 17000. cōpetit Do. Iulio hypotheca, ex quo fuerunt soluta ex causa dotis, q̄
9 † licèt quoad maritum sit titulus onerosus, tamen quoad filiam est lucratiuus, & sic intrant trad. per Gram. q. j. nume. septimo.

Quia maritus Dominæ Iuliæ præmorientis cum filio lucratus fuit dicta scuta 17000. vigore statuti vrbis, li. j. c. 77. disponentis, maritum muliere præmortua liberis extantibus de iure dotem lucrari, teneri tamen eam dictis liberis seruare, vltra quòd hæres D. Iuliæ offert cedere D. Iulio actionem reuocatoriam, vel hypothecariam, si quam habet contra quoscunque.

Non ob. quod D. Marchionissa sit soluendo, cùm habeat fideiussorem idoneum. Quia pupillus non tenetur mutare debitorem, etiam si est paratus cedere ius sibi competens contra fideiussorem.

Bononiensis sancti Apollinaris. Lunæ, vltima. Aprilis. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Æstimatio, & taxatio rei debet fieri secundum valorem annui redditus.*
2 *Remissio in re emphyteutica non fit propter sterilitatem.*
3 *Diminutio sextæ partis rei concedendæ in emphyteusim, fit propter compensationem futuri periculi. & quare. numero 7.*
Declara in re ecclesiastica, vt nu. seq.
5 *Emphyteusis perpetua substinet onera, & pericula grauiora, quàm locatio temporalis.*
6 *Remissio sextæ partis fit ab initio conducenti in emphyteusim in compensationem periculi sterilitatis, & vlterius casus fortuiti.*
7 *Ecclesia quando fit diminutio sextæ partis rei concedendæ in emphyteusim, dicitur habere certitudinem percipiendi quolibet anno tantum nomine pensionis.*
8 *Ecclesia ponens rem suam magis in tuto non dicitur damnum pati.*
9 *Dispositio §. dudum. Authen. de non alien. aut permut. non potest restringi ad casus insolitos, quasi illi dicantur fortuiti.*
Contrarium tamen vt verius tenetur. nu. 12.
10 *Casus fortuitus non dicitur casus insolitus.*
11 *Casus insolitus dicitur contingere præter omnem cogitationem, & verosimilitudinem.*

DECISIO DCCXXIII.

DOmini perstiterunt in decisis. Et ad maiorē eorum corroborationem, & clariorem euidentis lęsionis ecclesiæ demonstrationem, vltra deducta in decisione, addiderūt & alias rōnes, & fundamēta.

In primis animaduerterunt, calculū librarū 178. 12. & 6. quibus æstimatus fuit annuus redditus bonorū, de quib. agitur, & de quo testes processus, si in euidentē, deponunt, nō fuisse factū inspecto valore annui redditus, quem terræ per se ipsas reddidebant, sed inspecta taxatione pretij frumēti, speltæ, & marzolæ in locationib. ad longum tempus in illis partib. fieri solita, prout in 8. articulo processus, si in euidentem, continetur, & prout ēt testes eiusdē processus desuper examinati, videlicet primus & secundus circa finem eorum examinis deponūt,
1 quæ † taxatio sine dubio præsupponit diminutionē valoris annui redditus veri, & ex ipsis bonis prouenientis, & est contra dispositionem §. quia verò Leonis. in 3. oppos. vbi inquit, † remissionem sextæ partis fieri ab initio conducentis in emphyteusim in compensationem periculi sterilitatis, & alterius casus fortuiti, quod ad ipsum conductorem spectat. sequitur Alex. d. cons. 112. sub nu. 2. lib. j. demum hoc idem expresse sentit Iac. Butrig. in auth. perpetua. in 3. oppos. vers. &
7 conducitur hoc. C. de sac. san. eccl. vbi † inquit, ideo concedi diminutionem sextæ partis, quia ecclesia habet certitudinem percipiendi quolibet anno tantum nomine pensionis: possunt enim in re emphyteutica (vt ipse subdit) contingere multi casus, ex quib. ecclesia non sit habitura eos fructus, prout habet. sequitur Gem. in d. capi. perpetua. col. 2. circa med. & ibi Præpos. sub nume. 3. vbi
8 † subdit, non posse ex hoc dici ecclesiam damnum pati, cùm ponat rem suam magis in tuto. & præmissa clare probantur in d. §. dudum. ibi, nō autem vltra sextam partem releuari emphyteusim percipientes propter fortuitos casus sancientes.

9 Nec pōt dispositio d. §. dudum: restringi † ad casus insolitos, quasi illi dicantur casus fortuiti. Bald. in ca. qm̄ frequenter. in prin. nu. 9. ver. præterea. vt li. non contest. per tex. in l. fistulas. §. frumenta. & ibi Bar. & Sālyc. nume. 1. de contrah. emp. Corn. cons. 23. prope fin. lib. secundo, & consil. 12. nume. 6. versicu. casus enim. libro 4. Aym. cōsilio 294. nu. 9. versi. quarto respondeo. Damna autem, de

de quibus agitur, prouenientia ex vi fluminis, vel à facinorosis hominibus, sunt solita.

Nam pro respōsione dicitur. In primis, tex. in d. §. frumenta. per quē Doct. prædicti, & alij idem dicentes mo-
10 uentur, non † probare generaliter, & absolute, ꝙ casus fortuitus dicatur casus insolitus, quia loquitur in casu speciali, nempe in casu naturali, qui non potest esse fortuitus: nam existentia niuium tempore hiemali, si non sunt immoderatæ vltra consuetudinem, non dicitur casus fortuitus, sed quędam contingentia secundum naturam, siue casus naturalis: non autem dicitur ibi, quòd q̄ suscipit in se casum fortuitum, non teneatur de casu fortuito quocunque modo contingat, & sic tam de solito, quàm de insolito. & ita expresse declarat Bal. in l. sed & si quis. §. quæsitum. nume. quarto, col. fi. versicu. si quis velit dicere. ff. si quis caut. quem sequitur ibi Alex. nu. 1 §. ante med. ver. & subdit Iacob. de sancto Georg. num. 12. circa med. versic. nam secundum. & hoc idem voluit ibi Roman. sub nume. 9. & clarius Ias. nu. 33. circa med. vers. quid tenendum.

Præterea respondetur, quòd diminutio, de qua in d. §. dudum, licèt taxetur semel tantum, videlicet, ab initio contractus locationis, & taxatio fiat vsque ad sextā partē pensionis, quæ tunc temporis solui consueuit, vel percipi potuisset, nihilominus diminutio per se quolibet anno contingit, cùm fiat ex annua pēsione, quæ singulis annis soluitur. Si igitur diminutio fit quolibet anno, non vī il
11 lam posse fieri propter compensationem casus insoliti tantum, qui † contingit, vel per mille annos secundum Bar. à plerisque receptum, vel præter omnem cogitationem, vel verisimilitudinem, secundum Corn. vel semel tantum intra centum annos secundum eundem Corn. vel longissimo tempore secundum Soc. vel arbitrio iudicis secundum Rip. & Menoch. qui refert prædictas opiniones de arb. iud. cas. 80. nu. 7. & 8.

Quæ compensatio cùm fiat de rē rarò contingente, non videtur proportionabilis diminutioni, quæ fit singulis annis.

12 Quo circa † dispositio d. §. dudum. debet intelligi de quibuscunque casibus fortuitis tam solitis, quàm insolitis, prout sentiunt etiam Doct. prædicti dum indistincte loquuntur de futuris periculis.

Roman. compromissi. Die 4. Maij. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta præstita à fratre in dubio præsumuntur causa pietatis, & sic animo donandi.*
Fallit, vt nu. sequentibus.
2 *Administrator negotiorum præstans alimenta ei, cuius negocia gerit, licèt sit sanguine coniunctus, non censetur in dubio de suo præstare, sed de bonis eius, cuius negocia administrat.*
3 *Alimentator, qui aliàs ratione sanguinis, & pietatis, præsumeretur alimenta donare, ratione tamen administrationis non præsumitur.*
4 *Mater, in qua cadit maior affectio, & pietas, ratione administrationis non præsumitur filio alimenta donare.*
5 *Alimenta præstita à persona coniuncta paupere, vel tenues facultates habente, non præsumuntur animo donandi. & nu. 7.*
6 *Alimenta, vt censeantur facta animo donandi, tria concurrere debent.*
7 *Expensæ alimentorum factæ à coniuncta persona graui familia oncrato, non præsumuntur animo donandi.*
8 *Obligatus ad alimenta præstanda excusatur ratione paupertatis.*
9 *Causa alia quàm donationis si potest præsumi in præstandis alimentis, illa semper præsumitur.*
10 *Causa successionis futuræ potest etiam præsumi in præstandis alimentis, præcedente aliqua fama, vel indicijs.*
11 *Statuta semper debent interpretari ne contineant irrationabilem intellectum.*
12 *Frater diues cogitur alere fratrem, vel sororem pauperem, non autem quando est pauper.*
Immo Pater ipse non habens, nisi quantum sibi sufficiat ad alimenta, non tenetur alere filium. nu. 13.
Nec etiam mater si sit pauper, cogitur alere filium infra triennium. nu. 14.
15 *Statutum veniens derogatiuè ad ius commune non recipit interpretationem passiuam ab eo.*
Contraria tamen opinio est communis. nu. 16.

DECISIO DCCXXIIII.

DVbitaui 4. Maij, 1582. in causa Roman. compromissi, an D. Iacobus Antonius à repetitione alimentorum præstitorū Martię eius sorori possit repelli, vel ex dispositione iuris communis, vel ex statuto vrbis lib. 1. c. 85. Fuit conclusum ad fauorem D. Iacobi Antonij, videlicet neutrum ius ei obstare, quominus possit dicta alimenta repetere. Nam

Quantum ad ius commune, licèt forte expensa alimē-
1 torum facta à fratre in dubio, siue regulariter † loquēdo non possit repeti tanq̄ facta intuitu pietatis, & sic animo donandi, Bal. in l. filiæ cuius. sub nu. 3. C. fam. erc. Dec. cōsil. 628. nu. 6. citans Bal. in l. centum. nu. 10. C. eo. ti. fam. erc. Aym. cons. 86. sub nu. 2. Cephal. cons. 94. nu. 17. lib. j. Anchar. in quæst. famil. q. 52. nu. 10. nihilominus in casu nostro est locus repetitioni, cùm cesset præsumptio pietatis, & donationis, ex pluribus.

Primò, quia D. Iacob. Ant. gerebat negotia Martię tēpore quo illam alimentauit, quo casu intrat communis
2 conclusio, ꝙ † administrator negociorum præstans alimenta ei, cuius negocia gerit, quamuis sit sanguine coniunctus, nō censetur in dubio de suo præstare, sed de bonis, siue patrimonio eius, cuius negocia administrat, iuxta tex. in l. Nesennius. & ibi Bar. nu. 5. Bal. sub nu. 3. Fulg. nu. 4. Pau. de Cast. nu. 3. ff. de neg. gest. Et secundum Bar. ibi præsumptio ista est adeo violenta, vt tollat præsum-
3 ptionem pietatis. & Bal. ibidem inquit, † alimentatorē, q̄ alias ratione pietatis, & sanguinis præsumeretur alimenta donare, ratione administrationis nō præsumi illa donasse, & d. l. Nesennius. loquentem in matre, & auia, extē dit etiam ad fratrem. bene Cuma. loquens in patruo cōsil. 88. nu. 5. ante med. ver. hoc non obstante. Aret. in l. alimenta. sub nu. 2. C. de neg. gest. Petr. de Vbal. de duobus fratrib. par. 6. nu. 24. in 4. fallen. ver. idem videtur. vbi loquitur de duobus fratrib. Ruin. consil. 171. sub nume. 4. lib. 1. & consil. primo, nume. 23. versicu. secundo quia, lib. tertio.

Et si ratione administrationis negociorum, siue bonorum cessat præsumptio donationis alimentorum præ-
4 stitorum à matre, in † qua cadit maior affectio, & pietas, & maior præsumptio donandi. d. l. Nesennius. multo magis cessabit in fratre, prout ita argumentatur in patruo Cuman. d. consi. 88. nume. 5. circa med.

Secundò, quia Dom. Iacobus Antonius fecit impensas, non modicas, sed magnas, attenta tenuitate facul-
5 tatum suarum, quo † casu cessat præsumptio donationis alimentorum à personis coniunctis præstitorū. arg. l. verum. ff. de don. inter vir. & vx. Salyc. in l. alimenta.

num.2.& ibi Alex.num.8. ad fi.versic.sed in matre.C.de neg.gest.idem Alex.consil.110.sub nume.2.lib.7. Pet.de Vbald.d.par.6.nume.24. in secunda fallen. Corn.consil. 214.nu.6.lib.4.bene Ruin.cons.100.nu.5. post med.ver sicu.secundo etiam potest.vbi loquitur de fratre.libro 4. Purpur.in l.cum quid.nume.129. ff.si cer.petat. Paul.de
6 Cast.in l.ex duobus.nu.3. ff.de neg.gest.dicens † tria debere concurrere, vt expensæ factæ ratione pietatis censeantur factæ animo donandi, & non animo repetendi,videlicet, quòd expensæ sint factæ in persona, non in rebus, vt sunt expensæ alimentorum, quòd illa persona sit coniuncta, & quòd expensæ non sint magnæ, sed paruæ.

Tertiò, quia D.Iacobus Antonius est pauper,& longe pauperior, quàm Martia, maximè cùm sit graui familia
7 oneratus, quo † casu alimenta non animo donandi, sed repetendi censentur præstita, cùm prima charitas incipiat à seipso.l.Præses. C.de seruitu.& aqu. & facit, quòd
8 † obligatus ad alimẽta præstanda excusatur ratione paupertatis, vt habetur in l. si quis à liberis.§.si vel parens. ff. de libe. agnosc.ita in terminis firmat Pet.de Vbald.in d. par.6.num.24.in 4.fallen.ver.item si vterque.Salyc. in d. l.alimenta.in 3.oppos.prope fi.Anch.d.q.52. nu.7.Sim. de Præt.cons.142.nu.16.& 17.

Quartò,quia in præstandis alimentis si potest præsu-
9 mi alia causa,quàm donationis,illa † semper præsumitur ad excludendam donationem,vt per Petr.de Vbal.d.nume.24.ver.aut sumus in dubio.Cuman.d.consil.88. nume.5.prope fi.Alex.d.cons.110.sub nu.j.lib.7.Sed in casu nostro potest præsumi causa successionis futuræ,quia
10 † Martia carebat liberis, & iactabat se velle bona sua relinquere D.Iacobo Antonio, vt in decima,& 13.cõclu. prout in his terminis considerat Addi.ad Alexand.in dicto consil.110.

Quantum autem ad statutum vrbis lib.j. ca.85. illud non intrat. Tum quia Martia non probauit qualitates à statuto requisitas,nempe,quòd D.Iacobus Antonius sit hæres sui patris ab intestato,quòd habeat bona paterna, & domus, ad quam tempore viduitatis reuersa fuit,esset paterna,& non conductitia.Tum quia, quando ẽt qualitates statuti probasset, nihilominus cùm Do. Iacobus Antonius de bonis paternis non habuerit, nisi vnam do munculam modici redditus,quam de anno 1573. vendidit pro pretio scutorum 400.Martia verò habuerit ,p dote vnam domum,quæ hodie est valoris scutorũ 800. in circa. Et sic cũ Martia de bonis paternis habuerit multò maiorem partem quàm D. Iacobus Antonius,non potest intrare statutum,tum quia esset absurdum, vt frater pauper teneretur alere sororem, si non diuitem, saltem
11 minus pauperem. Et statuta † debent semper interpretari, ne contineant absurditatem, vel absonum intellectum, ne sint irrationabilia,& ne mereantur à sapientib. reprehendi.Paris.consi. 59.num.25.lib.3.Soc.iun.consilio 9.num.7.lib.j.Rimin.cons.427.nu.29. Bal.consi.91. lib.4.Aym.consi.3.nu.23.consi.5.nu.14. Soc.iun.cons.j. nu.128.cons.8.nu.22.& cons.15.nu.9. lib.j.Rolan.cons. 72.nu.41.42.& 43.lib.3.Tum quia statutum recipit interpretationem passiuam à iure communi, secundũ qđ
12 tunc † frater cogitur alere fratrem, siue sororem,quãdo est diues,non quando est pauper, tunc.n. non tenetur alere, quia prima charitas incipit à seipso, vt p Pet.de Vbal.
13 Anch.& Sim.de Præt.vbi supra. Immo † pater ipse non habens,nisi quantum sibi sufficiat ad alimẽta,non tenetur alere filium.Bal.in l.præses.in prin.arg. illius legis. & ibi Salyce.in fi.& Ant. de Padil.nu.14. C.de seru. & aqu. Afflic.decis.290.nume.9.versic.sicut etiam dicimus. Alciat.de præsump.reg.prima,præsump.52. nume.4.& est tex.in l.pe.ff.de lib.agnos.gl.in l. si quis à liberis.§.mr. in
14 verbo, necessario.ff.eo.ti.Nec † mater si sit pauper, cogitur alere filium infra triennium.Bal.Pau.de Cast.& Are. in l.alimenta.C.de neg.gest.Abb.in c. cum haberet. nume.8.de eo qui dux.in matrim. Couar.in epitom.par.2. c.8.§.6.num.13. cum alijs adductis per Ant. Cordub.in d.§. si mater.num.5. vers.secundo hæc sententia. Vnde si nec pater, nec mater, in quos cadit maior affectio, pietas,& obligatio, non tenentur alere filium, quando sunt inopes, multò minus frater, & multo minus in casu nostro,in quo de bonis paternis non habuit tantum, vt sibi sufficeret ad alimenta duorum mensium. Statutum igitur necessario debet intelligi in casu, in quo frater habeat de bonis paternis tantum, vt possit alere non solum se ipsum, & familiam suam, sed etiam sororem viduam reuertẽtem ad domum patris, & fructus dotis cõferẽtẽ.

Non obst. quòd statutum veniens derogatiue ad ius
15 commune non recipit † interpretationem passiuam ab eo,secundum doctrinam Bal. in l.maximum vitium.nume.14.circa med.C.de libe.præterit. quem sequitur Paris.post alios per eum citatos consil.66.numero octauo, lib.secundo,Roland.consil.62.nume.45.46.& 47.lib.3. Primò,quia non sumus in statuto derogatorio iuris cõ-
16 munis.Secundò contra † Bald. est communis opinio, vt patet ex cumulatis per eundem Rolandum consi.72.nume.33.cum sequen. lib. tertio, & de communi testatur Curt.iun.consil.7.sub nume.8. Crot.in l. omnes populi. num.194.ff.de iust.& iur.& Zuccard.in l.1. numero 18. C.qui admit. Tertiò, quia alias sequeretur iniquitas, vel absurditas, de qua supra.

Regien. hospitalis.Lunæ,8.Nouembris.1582.

SVMMARIVM.

1 *Hospitale dicitur publicum,& religiosum,quando constitutio, vel destitutio Rectoris hospitalis spectat ad Episcopum:si verò ad laycos, est priuatum, & prophanum.*
2 *Hospitale publicum,& religiosum impetratur à Papa:priuatum verò,& prophanum non.*
3 *Locus,vbi publicè celebratur, præsumitur auctoritate episcopi constitutus.*
4 *Locus, vbi apertis ianuis missa celebratur, & ibi populus ad eam audiendam confluit, præsumitur religiosus.*
5 *Hospitale, an sit publicum, & religiosum, vel ne, ex iure præsentandi cognoscitur.*
6 *Hospitalia publica, & religiosa possunt etiam per laycos gubernari.*
7 *Hospitalia non sunt beneficia ecclesiastica, sed religiosa, & pia.*
Idem in alijs pijs locis.nu.8. & quare.nu.9.
9 *Layci non habent potestatem clauium,licèt habeant curam pauperum.*
10 *Descriptio loci per episcopum non arguit eum esse beneficium ecclesiasticum.*
Immo nec descriptio in libro collectorum decimalium palium.nu.11.
12 *Abusus rei non mutat statum loci.*

DECISIO DCCXXV.

POst multas particulares positiones huius causę super iurib.vtriusq; partis proposui eã vniuersaliter super concursu dubitando, an stantibus hincinde deductis, & resolutionibus in huiusmodi causa factis, locus, de quo agitur, sit hospitale laycale ita, vt laycus sit illius capax, vel potius beneficium ecclesiasticũ in casu, & ad effectum,

effectum, de quo agitur, Domini 8. Nouembris,1582. duo firmarunt. Vnum, q̃ istud hospitale nõ sit priuatũ, neq; prophanum,sed publicum,& religiosum. Tũ, quia ordinarius de eo prouidit, siue electorem ei deputauit.
1 Quando enim † constitutio, vel destitutio Rectoris Hospitalis spectat ad Episcopum,tunc hospitale est publicum,& religiosum:qñ verò spectat ad laycos, tũc est priuatum,& prophanum.Cald. cons.4.ver.item cõstitutio. de relig.domib.Bal.in auth.hoc ius porrectũ.nu.2.versi. sed huic quæro.C.de sacr.san.eccles.Roman.consi.477. nu.8.Abb.disput.3.sub nu.14.Silu.de benefi.par.1.q.6. nu.6.& seq.Felyn.in cap.de quarta,num.vndecimo,versic.& commissio.de præscrip.Gambar. de offic.& potest. leg.de later.ti.de offi.lega.circa hospital.sub numero 30. fol.mihi 140.

2 Secundò,quia hospitale,† qđ impetratur à sede apostolica,quale est istud, de quo agitur,quod pluries à Papa impetratum fuit, est publicum,& religiosum, alias si non esset tale,impetratio non valeret, cùm hospitale priuatum, & prophanum non possit à Papa impetrari: ita Bur.in c.inter dilectos.nu.15.ad fi.ver.vidi maximã quæstionem.de donat.quam sequitur ibi Imol.num.18.post med.versicu.quia dicit.& Barbat.num.6.prope fi.versic. & dicit Felyn. in d.cap. de quarta, nume. decimotertio, & hanc esse communem conclusionem fatetur Curtius iun.consi.20.nu.1.

Tertiò, quia in isto hospitali missa publica celebrat, ergo præsumitur publicum,& religiosum.locus † enim
3 vbi publice celebratur, præsumitur in dubio auctoritate Episcopi constitutus.Anc.in c.nemo. post prin.de consecra.dist.1.Alex.consi.101.nu.5.lib.7. Et † locus vbi aperis ianuis missa celebratur,& ibi populus ad eam audiẽdam confluit,præsumitur religiosus. Cald.d.consil.4.ad fi. ver.item celebratur.hoc idem tenet Butr.in d.c.inter dilectos.num.15.circa med.vers. ad hoc respondet.& ibi Imol.num.18.post prin.ver.sed ad hoc.& bene Abb. nume.8.ver.dic tamen.idem Abb.in c.sopitæ.num.4.versi. secundus casus.de censib.& latius in c.patentib.num.1. ver.idem si ibi.de priuileg.Fely.in d.c. de quarta.numero duodecimo,Silu.de benefic.par. prima, quæst.sexta, sub num.vigesimosexto.

Quartò, quia isti de Boiardis sunt patroni huius ho-
5 spitalis, & habent ius præsentandi ad illud, id † quod signum est,quòd hospitale est publicum, & religiosum,vt per Butr.in d.c.inter dilectos.num.15. post med.ver.tertio videtur.Imo.nu.18.ante med.ver.tertio videtur. Abbas.nu.7.post med.ver. item patroni hospitalis. & Barb. nu.6.ante med.ver.tertium signum.

Secundum autem, quod Domini firmarunt, fuit, q̃
6 † laycus est capax huius hospitalis, licèt sit publicum, & religiosum, tum quia cle. quia contingit.procedit ẽt in hospitali publico, siue religioso, cũ sit posita in rub. de relig.domib.Tum quia hospitalia, & alia pia loca, de quibus in cle. p̃ literas. de præb.sunt loca religiosa, vt tenet ibi gl.in verbo,ecclesias. quam sequuntur ibi Laud.Pau. Card.in 2.oppos.& in 10.q.Imo.nu. decimoquarto, ver.
7 interdum.Vital.nu.25. Et † generaliter, q̃ hospitalia nõ sint beneficia ecclesiastica, sed loca religiosa, tenet idem Vital.in d.cle.quia contingit.nu.39. per tex. in d.cle.per literas.sequitur Rebuf.de nominat.q.decimaquinta,nume.duodecimo.

Et nihilominus hospitalia,& alia pia loca, de quibus in d.cle. per literas. non possunt dari clericis in titulum beneficij,per tex.in d.cle.quia contingit.§.vt aũt.in prin. ita tenet gl.in d.cle. per literas. in verbo, prouideri. quã sequitur ibi Card.q.19.Imol.nu.19.post princ. Vital.nu.
8 40.dicens,† q̃ hospitalib. & alijs pijs locis, de quib.ibi, vtpote non beneficijs, præficiuntur layci, & bene Card. ibidem q.11.num.8. vbi post Laud.inquit, institutos de hospitalib.religiosis frequenter esse cõiugatos. & rõ,cur layci hospitalib.religiosis præfici possunt, est, quia licèt
9 habeant curam pauperum,non † tamen habent potestatem clauium,vt inquit gl.in d.cle.quia contingit.in verbo,secularib.ver.de laycis autem, quod idem post Paul. voluit Card.in d.cle. quia contingit.§. vt autem.sub nume.5.dicens, istos hospitalarios non conferre sacramenta,nec diuina celebrare, sed tantum dispensare prouentus in vsum pauperum, & ideo æquiparari tutorib. qui sunt layci.

Et præmissa eò magis procedunt in hospitali, de quo agitur.tum quia 10.Iunij,1579.resolutum fuit,primeũ statum huius loci fuisse laycalem. Tum etiã, quia postea prouisiones Blasij, Caroli, Georgij, Bernardini, Antonij, Io.Pauli,& Simonis omnes successiue factæ sunt in regimen,& gubernium,& nullam in titulum beneficij,præter illam Bernardini,quæ tanquàm falsa,& erronea fuit reuocata,& annullata per Iulium secundum, qui eidem fecit aliam prouisionem in regimen, iuxta cle.quia contingit, iuxta quam aliæ quoque prouisiones apostolicę factæ fuerunt,prout apparet ex pluribus resolutionibus in hac causa factis.

Non obst. quòd in libro visitationum Episcopi Regien.locus iste sit descriptus inter beneficia ecclesiasti-
10 ca diocesis. Regien. Quia † ista descriptio facta fuit ad effectum visitandi.

Non ob.quòd iste locus reperiatur descriptus in libro
11 collectorum decimarum papalium, tum † quia potuit esse erronea, tum quia potuit exactori concedi facultas exigendi decimas etiam de hospitalibus, in quibus non seruaretur hospitalitas: tum quia in omnem euentum solutio decimarum non potuit mutare statũ huius loci.

Non obst.quòd locus iste licèt haberet nomen hospitalitatis, tamen cum effectu non erat hospitale, cùm in eo nulla seruata sit hospitalitas, vel modica, & qualis qualis,prout resolutum fuit.

12 Quia † id accidit de facto, & fuit merus abusus, & non mutauit statum loci huius.

Montis Falisci hæreditatis.Mercurij,14.Martij. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Conseruationis familiæ ratio considerata in legato multò magis est extendenda in hæreditate.*
2 *Coniectura conformitatis voluntatis testatoris cum statuto,de cuius validitate posset dubitari,elici potest.*
3 *Statutum præsumitur esse in vsu, nisi contrarium probetur.*
4 *Neptis ex fratre ex coniectura exclusionis filiarum testatoris coniuncta cum coniectura conformitatis voluntatis cum statuto, non facit cessare conditionem substitutionis:secus si coniectura statuti deficeret.*

DECISIO DCCXXVI.

DOmini dixerunt in casu, de quo agitur, neptem ex fratre non facere cessare conditionem substitutionis.Moti primò ex coniectura exclusionis filiarum testatoris.

Secundò ex cõiectura Cyppi domus, cuius ratio licèt habita fuerit respectu legati domus, tñ vr influere etiã
1 in hæreditatẽ,quia † si testator habuit rationẽ Cyppi domus in legato particulari, multò magis ī hẽditate, p quã

magis conseruatur Cyppus, licèt plures Domini non haberint in consideratione hanc secundam coniecturá, quia sicut testator, quando voluit habere rationem Cyppi in legato pauciori, expressit, ita etiam fecisset in hæreditate. Tertiò ex coniectura statuti, de cuius validitate licèt posset dubitari ex his, quę deducit hic D. Gabriellus,
2 nihilominus ad istum effectum eliciendi † coniecturam conformitatis volũtatis testatoris cum statuto, satis est, quòd homines Montis Falisci potuerunt probabiliter credere illud esse validum, tum quia est insertum in volumine aliorum statutorum, tum quia habet confirmationem bo. me. Cardinalis sancti Angeli tunc temporis gubernatoris, licèt illa de iure non suffragaretur.
3 Et propterea, nisi † probetur nõ vsus, siue contrarius vsus statuti, quem testes, quorum copia datur, non probant, Domini concluserunt ex duabus coniecturis, videlicet exclusionis filiarum, & statuti, † neptem ex fratre
4 non facere cessare conditionem substitutionis. Si verò coniectura statuti deficeret, Domini dixerunt solam cõiecturam exclusionis filiarum non sufficere, & ideo per existentiam neptis ex fratre cessare conditionem substituționis.

Vide ad materiam Gozadin. consi. 89. nu. 5. Paris. cõsi. 89. nu. 14. lib. 2. Soc. iun. consi. 168. nu. 86. lib. 2. Mandel. consi. 19. nu. 12. Montic. de coniectur. li. 11. ti. 14. nu. 14. Brun. de statut. 5. art. princ. Gabriel. de verb. sig. concl. 6. nu. 7. & 8. Tiraq. in l. si vnquàm. in verbo, susceperit liberos. nu. 84. Cephal. consi. 85. Decian. consi. 74. li. 3. per tot.

Romanen. extinctionis census. Die 8. Octobris, 1582.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio statutaria contra creditores extenditur etiam ad eos, qui habent ius hypothecæ.*
Limita in actione reali, in qua non habet locum. nu. 5.
2 *Sciens actum factum in sui præiudicium, & non reclamans præsumitur scire illum ad se non pertinere.*
Declara tamen, vt nu. 6.
3 *Transactio, vt sustineatur, sufficit aliquid dari etiam si sit minimum.*
Immo etiam si promissio sit inefficax, dummodo actor à lite discesserit.
4 *Conductor contra locatorem nunquàm præscribit.*
Idem in tacita reconductione.
5 *Statutaria præscriptio non habet locum in actione reali.*
6 *Scientia, & taciturnitas sola non sufficit ad remissionem iuris proprij, nisi etiam interueniat aliquis actus positiuus. ex communi.*
Vel lapsus decennij.

DECISIO DCCXXVII.

CAmillus Pignarellus 15. Nouembris, 1576. fecit quandam apocam continentem duos casus, in quorum primo promisit, quòd Sigismũda eius filia mater, & tutrix filiarum Ioan. Hieronimi Arditij, & ipsæ filiæ, vel aliquis earum nomine non molestabunt Mercurium Amodeum, nec Prosperum Plantanidium, nec eorum hæredes ex causa census scutorũ 20. auri impositi. 22. Octobris, 1560. per Lucretiam, & Mercurium eius filium super quadam eorum domo ad fauorẽ Iulij, & Iuliani de Surdo pro scutis 200. auri, & de inde cessi 19. Septembris, 1570. per eosdem de Surdo ad fauorem Io. Hieronymi.

Vlterius promisit, quòd d. Sigismunda cõsentiet cassationi instrumenti census, & super isto censu faciet celebrari instrumentum cum suis clausulis, & solemnitatibus infra terminum 10. dierum post consignationem, de qua infra. & vtranque promissionem fecit sub dupli. ci conditione, vna, quatenus Prosper consenserit, vt scuta 500. auri in auro penes Mensarium Notariorum Rotæ deposita consignentur Sigismundæ, altera, quatenus consignatio fiat per totum mensem Decembris proxime futurum.

In secundo casu dictæ apocę Camillus promisit, ꝙ in euentum, in quem consignatio non fiat per totum mensem Decembris, idque non contingat causa Prosperi, ꝙ Sigismunda, vel eius filiæ non vtentur, nec se iuuabunt consensu Prosperi, alias Sigismunda, & eius filiab. prędicta non facientibus, Camillus voluit teneri de suo proprio vti principalis ad omnia damna expensas, & interesse, quæ possent pati Mercurius, & Prosper.

Post huiusmodi apocam, 26. Nouembris, 1576. Prosper consensit consignationi dictorum scutorum 500. fiendæ Sigismundæ, quæ 12. Iulij, 1577. vtendo consensu Prosperi dictas pecunias sibi consignari fecit. Vnde cum consignatio fuerit facta extra tempus conuentum, & dicta Sigismunda vsa fuerit consensu Prosperi, Mercurius prętendebat Camillum sibi obligatum esse ad interesse extinctionis census.

Quia Sigismunda si non fuisset vsa consensu Prosperi, non habuisset pecunias depositas, & sic cẽsus potuisset cum illis extingui. Camillus verò prætendebat se nõ teneri ad interesse extinctionis census, ex quo non sumus in primo casu apocæ.

Prærerea à R. P. D. Blanchetto dubio super hoc particulariter dato, & 9. Octobris, 1581. in Rota proposito, Domini tenuerunt, Camillum posse cogi ad extinctionẽ census: & eodem dubio ad instantiam eiusdem Camilli 20. eiusdem mensis iterum proposito, Dñi dixerunt, videndũ esse de bono iure Prosperi circa dictas pecunias depositas, de quo si apparebit, tunc stabant in decisis, qa constabat de fraude Sigismundæ in vtendo consensu Prosperi, qui potuisset censum extinguere: si verò nõ apparebit de bono iure Prosperi, tunc Domini recedebãt à resolutione iam facta.

Dedi igitur dubium, an de bono iure Prosperi constaret, super quo pro parte D. Mercurij multa fiebant fundamenta, & præcipue tamen quatuor.

Primum erat præscriptio statutorum Vrbis lib. j. cap.
1 101. & lib. 4. c. 18. cùm † enim effluxerint 16. anni post recognitionem bonæ fidei officij Notariatus Rotæ, & scripturarum illius, & declarationem nudi nominis factam per Prosperum erga Petrum Paulum Arditiũ de anno 1552. 12. Ianu. & locationem dicti officij factam eodem die per Arditium Prospero, intrat pręscriptio statutaria, & per consequens omnes actiones Arditio tam vigore recognitionis bonæfidei, ꝙ vigore locationis cõpetẽtes, sunt sublatæ, maximè, quòd statutum li. 4. c. 18. loquitur generaliter contra quoscunque creditores, etiam ius hypothecæ habentes.

Secundum fundamentum colligebatur ex vẽditione duarum domorum dotalium facta 14. Decembr. 1551. per Prosperum Arditio pro pretio scutorum 600. posito, & inuestito super scripturis d. officij.

Tertium sumebatur ex eo, quòd Arditius sciuit, Prosperum vendidisse Petro de Lintris. 23. Martij, 1563. officium, & scripturas, & Petrum postea vendidisse Thomæ Ciaffono, ipsumq; Thomam vendidisse Martignono, & demum Martignonũ vẽdidisse Io. Hieronimo Arditiò. Vnde cùm Petrus Paulus Arditius sciuerit tot ven
2 ditiones factas de dicto officio, & scripturis, & † nunq̃ reclamauerit, oritur pſumptio, & verisimilitudo, ꝙ dictum officium & scripturæ spectauerint ad Prosperum.

Quartum in eo consistebat, quòd satis dicitur constare de bono iure Prosperi ad effectum, vt apoca transactionis super extinctione census sit valida, & effectum
3 sortiatur, quia † sufficit in transactione aliquid dari etiã si sit minimum. l. 3. §. debitor. ff. de transact. Immo substinetur transactio etiam si promissio sit inefficax, dummodo actor à lite discesserit. l. cum donationis. C. de transact. prout deducit Ant. de Padil. in l. trãsactio, nu. 4. & 5. C. de transact.

Quibus tamen fundamentis non obstantibus, Domini contrarium concluserunt, videlicet, non constare de bono iure Prosperi. Et ad

Primum responderunt, tum quia cùm Prosper eodemmet die, quo recognouit bonam fidem erga Arditium, ab eodem d. officium & scripturas conduxerit, nõ
4 † potuit vllo vnquam tempore contra illum præscribere. ad. l. male agitur. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. & licèt conductio facta fuerit pro vno anno, adest tamen tacita reconductio. iuxta l. quæritur. §. qui impleto. ff. locati.

5 Tum † quia statutaria præscriptio non habet locum in actione reali. Bal. in §. j. in prin. nu. 3. versic. in glos. fi. & ibi Ang. Aret. num. 16. & Ias. num. 99. Instit. de actio. Roman. consi. 201. num. 2. & 3. Felyn. in c. vlt. num. 6. de præscript. Cepol. in l. creditores, num. 7. versic. & ideo. & ibi Rebuff. fol. 95. versic. primum autem. ff. de verb. signific. Balb. de præscript. 2. par. 3. part. princ. quęst. 14. num. 10. Grat. consi. 41. num. 7. vbi de communi. lib. j. Gabriel. de præscript. conclus. 4. num. 17. Couar. var. resol. cap. 14. num. 1. versic. secundo ab eodem. Riminal. iun. consi. 37. num. 67. & in terminis statuti vrbis tam lib. j. cap. 101. quàm lib. 4. cap. 18. fuit sine difficultate resolutum in vna Roman. vinearum de Maximis, 26. Octobris, 1576. coram R. P. D. Decano.

Ad secundum respõsum fuit, tum quia cùm Prosper non haberet ius nisi pro scutis 600. monetæ, super scripturis dicti officij, cùmq; dictæ scripturæ fuerint venditæ pro precio mille scutorum auri in auro, quæ fuerunt depositа, clarum est, quòd medietas dictorum scutorum erat libera Arditiorum, & ideo potuit eis consignari: tum etiam quia dicta scuta 600. monetæ, in quibus dumtaxat Prosper ius habebat, debebant compensari pro concurrenti quantitate cum 800. scutis auri in auro, pro quibus Prosper vendidit Petro titulum dicti officij, quæ scuta 800. erãt liquida, & in quibus Prosper erat debitor Arditiorum, iuxta resolutionem factam coram R. P. D. Blanchetto, vlt. Ianuarij, 1578.

Ad tertium fuit responsum, ex resolutione facta corã eodem R. P. D. Blanchetto 29. Maij, 1579. quòd scientia
6 & † taciturnitas Arditij sibi non præiudicauit, nec operata fuit remissionem iuris proprij, cùm non interuenerit aliquis actus positiuus. Abb. in cap. nonne, num. primo, post med. versic. idem fallit & quarto. & ibi Felyn. num. 10. de præsumpt. idem Abb. in cap. cum virum, in 3. notab. de regul. Ias. in l. quæ dotis, nume. 90. cum seq. ff. soluto matrim. Aym. de antiq. tempor. parte j. sect. viso de verbis, num. 23. & consi. 101. num. 5. vbi de communi. Nec etiam interuenit lapsus decennij. Ias. in d. l. quæ dotis, num. 85.

Ad vltimum respondetur, quòd hic non agitur, an cedula transactionis super extinctione census possit valere & effectum sortiri, sed an probetur aliquod interesse Prosperi ex eo, quòd Sigismunda vsa est eius consensu. Quæ probatio secundum Dominos pendebat ab eo, an constaret de bono iure ipsius Prosperi.

Vnde cùm ex præmissis de nullo bono iure illius

appareat, non potest prætendere aliquod interesse circa pecunias depositas, & postea Sigismundæ cosignatas.

Roman. Militiæ siue pecuniaria. Die 12. Decembris. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio rati quando commissa dicatur, ita vt factus sit locus hypothecæ.*
2 *Agere vt quis possit, satis est docere de eius interesse.*
3 *Conditio potestatiua non trahitur retrò ad diem promissionis in præiudicium creditorum habentium hypothecam ante existentiam conditionis.*
Intellige in ea quæ pendet à potestate debitoris, quæ eo inuito adimpleri non potest: secus tamen in ea quæ pendet à potestate creditoris. num. 4. & 12. & quare. nume. 5. & seq.
Contrarium tamen etiam in creditore. num. 8. solue vt ibi.
6 *Retrotractio non fit, vbi deficit æquitas, in qua fundatur ipsa retrotractio.*
7 *Æquitatis cessatio non potest considerari in conditione potestatiua creditoris.*
9 *Dispositio l. 1. ff. qui pot. in pign. habean. quomodo intelligatur.*
10 *Conditio receptionis dotis non pendet à potestate mariti debitoris.*
Immo nec eadem conditio solutionis dotis pendet à potestate creditoris.
11 *Conditio vel numeratio necessaria, siue implementum contractus proueniens ex necessitate, retrotrahitur ad tempus contractus: secus in voluntaria.*
12 *Conditio voluntaria pendens à voluntate vtriusque contrahentis non retrotrahitur: secus si à voluntate creditoris tantum.*
13 *Conditio existens trahitur retrò ad tempus contractus, quando extrema sunt habilia ad obligationem contrahendam.*
14 *Conditio voluntaria vt trahatur retrò, sufficit debitoris personam adfuisse representatiuè.*
15 *Hæreditas semper dicitur donec aliquis potest adire.*

DECISIO DCCXXVIII.

DOmini steterunt in decisis, nempe, Elisabettam in pecunijs officij militis Pij, de quibus agitur, cęteris creditoribus Raphaellis præferendam esse, quia habet anteriorem & expressam hypothecam in instrumento mandati procuræ in eius persona per eundem Raphaellem facto, vbi ipse promittit sub hypotheca & obligatione omnium bonorum suorum se habiturum ratum & gratum quicquid ab Elisabetta eius procuratrice circa ea, quæ in mandato continentur, fieri contingat.

Vnde cùm hodie Elisabetta petat istas pecunias, & creditores à Raphaelle causam habentes hanc petitionẽ
1 ratam non habeant, dicitur † commissa stipulatio rati. l. si indebitum. §. fin. ff. rem rat. haber. & sic factus est locus hypothecæ.

Sicut enim si Raphael viueret, & huiusmodi petitionem Elisabettæ ratam non haberet, sue promissioni cõtraueniret, & stipulatio committeretur. l. quo enim. §. tẽ habere. & §. fin. ff. rem rat. hab. Eodem pacto creditores, qui ab eo causam habent, tenentur petitionem Elisabettæ ratam habere, alioquin non habendo ratam, prout non habent, dicitur commissa stipulatio rati.

Non obst. quòd promissio rati non fuit facta ad fauorem

uorem Elisabettę procuratricis, sed ad fauorem contrahentium cum ea, quia immo fuit facta ad fauorem omnium, & singulorum, quorum interest vel interesse possit quomodolibet in futurum, prout verba instrumenti cantant, pro quibus omnibus & singulis notarius stipu-
2 latur, prout in eodem instrumento apparet, & † sic satis est docere de interesse Elisabettæ, vt agere possit. Corn. cons. 139. nume. 6. lib. 3. Paris. consil. 82. num. secundo, li. primo.

Nec potest dici, promissionem rati & hypothecam non posse referri ad creditum Elisabettæ, ex quo de eo non fit mentio in instrumento, nisi per verba narratiua & enunciatiua. Quia immo fit per verba assertiua & dispositiua, prout patet ex illis verbis, & sic ipse Raphael constitutus dixit, asseruit, & affirmauit.

Non obst. quòd promissio rati & hypotheca est conditionalis conditione potestatiua, si Elisabetta aliquid
3 gesserit, quæ † conditio potestatiua existens non trahitur retrò ad diem promissionis in prejudicium creditorum habentium hypothecam ante existentiam conditionis. iuxta l. qui balneum. §. primo. & l. potior, in princ. ff. qui pot. in pign. habean. Doct. in l. si filiusfamilias. ff. de verb. oblig. Bart. in l. si is qui pro emptore, num. 46. ff. de vsucap. Alex. cons. 25. num. 5. lib. 3. Negus. de pignor. parte quinta, memb. secundo, numero 9. in 16. ampliat. ver sic. secus autem est. Paris. consi. 10. num. 69. cum sequen. lib. primo.

4 Siquidem † non omnis conditio potestatiua non retrotrahitur, sed illa solum, quæ pendet à potestate debitoris, & quæ eo inuito adimpleri non potest. tex. est in d. l. qui balneum. §. primo. & l. penult. ff. quæ res pign. oblig. poss.

Conditio autem potestatiua quæ pendet à potestate creditoris, quæque inuito debitore impleri potest, retrotrahitur, vt post Bald. expresse firmat Imo. in d. l. si filiusfamilias, num. primo. & ibi Alciat. nu. 22. bene Pau. de Cast. in l. quidam cum filium. §. fin. versic. secus si non erat. & ibi Alciat. versic. sed quid si conditio. ff. de verbo. oblig. latè Pet. Stel. in l. qui Romæ. §. Augerius, num. 41. ad fin. versic. aliæ sunt conditiones, & num. 5. ff. eo. tit. de verb. oblig.

Quæ conclusio probatur tum ex d. l. qui balneum. §. j. arguendo à contrario sensu. Si enim ibi ea tantum conditio non retrotrahitur quæ inuito debitore impleri non potest, ergo à contrario sensu ea conditio, quæ potest inuito debitore impleri, qualis est hæc, de qua agitur, retrotrahitur.

Tum etiam quia in conditione potestatiua pendente à potestate creditoris, quæ tamen inuito debitore impleri potest, cessat ratio, cur conditio potestatiua non re-
5 trotrahitur: ratio enim est, quia † deficit æquitas, cùm in potestate fuerit ante implere. & hanc rationem assignat Bart. in d. l. si is qui pro emptore, num. 46. in fine. quem sequitur ibi Ias. num. 339. Negus. d. memb. 2. nume. 9. ante fin. versic. & ratio differentiæ. Ant. Gomes. de contract. cap. 11. num. 30. ante med. versic. tertius effectus est. ibi, cuius ratio est. idē Ias. in l. filiusfamilias, sub num. 2. in 2. limit. & in l. quidam cum filium. §. fin. sub num. 2. ff. de verb. oblig. Paris. d. cons. 111. num. 71. circa med. lib. j.

Quæ ratio deficientis æquitatis non potest applicari nisi conditioni potestatiuæ debitoris: quādo enim quis contrahit sub conditione potestatiua, & deinde ea pendente contrahit cum alio purè, & demum adimplet cō-
6 ditionem, tunc non fit retrotractio, quia † cessat æquitas, in qua fundatur ipsa retrotractio: non enim æquum est, vt debitor, qui pendente conditione cum alijs purè contraxit, & quibus est ius quæsitum, adimpleat postea conditionem in eorum præiudicium, cùm posset antequàm cum illis contraheret, adimplere, & sic ei imputandum est, cur antea non impleuit: quæ † cessatio equi-
7 tatis non potest considerari in conditione potestatiua creditoris, cui non potest imputari, si conditionem impleuit postquam debitor cum alijs purè contraxit, quia ignorauit debitorem voluisse purè cum alijs contrahere: si autem sciuisset, cessaret æquitas, & ei imputaretur, cur antea conditionem non impleuit.

Et licet Aret. in d. l. cum filium. §. fin. sub num. 19. ver-
8 sic. sed aduerte. teneat contra Pau. de Cast. quod † immo conditio potestatiua creditoris non retrotrahatur, motus ex l. j. ff. qui pot. in pign. habean. & ex eo quod non vi detur ratio differentiæ inter cōditionem potestatiuam debitoris, & conditionem potestatiuam creditoris, quia sicut illa pendet à potestate debitoris, ita & ista pendet à potestate creditoris, deducendo latius vt per eum: nihilominus Alciat. in d. §. fin. inquit Aret. leuiter dissentire à Pau. de Cast. & Pet. Stel. in d. §. Augerius, sub nu-
9 me. 43. dicit, Aret. non rectè scripsisse. Et ad † tex. in d. l. j. respondetur, non colligi ex eo, quòd ad hoc, vt conditio nō trahatur retro, satis est, quòd ipsa sit in potestate creditoris: nam ibi maritus, qui sub conditione, si dotem reciperet, promisit illam soluto matrimonio restituere cum obligatione & hypotheca bonorum suorum, quique post numerationem partis dotis bona sua alteri obligauit, cogebatur recipere residuum dotis, & nō erat in potestate sua illud non recipere, ne mulier minus dotata remaneret, alioquin maritus propter eius negligentiam potuisset conueniri ad restitutionem dotis etiam non receptæ. l. si fundum. ff. de fund. dotal. & ita ad tex. in d. l. j. respondet Pet. Stel. in d. §. Augerius, nume. 43. versic. non obst.

10 Vnde ille tex. non facit ad propositum, quia † conditio receptionis dotis non pendebat à potestate mariti debitoris, qui cogebatur eam recipere speciali ratione, ne mulier minus dotata esset. Nec etiam eadem conditio solutionis dotis pendebat à potestate creditoris, qui sibi stipulatus fuerat dotem soluto matrimonio restituí, quia ipse compellebatur dotem soluere, ex quo eam promisit.

11 Et † sic ibi sumus in conditione necessaria, quæ retrotrahitur, vel in numeratione necessaria, siue implemento contractus prouenient ex necessitate, quo casu inspicitur tempus contractus, licèt secus sit in conditione vel numeratione voluntaria, siue complemento contractus prouenient ex voluntate, tunc enim conditio non retrotrahitur, nec inspicitur tempus cōtractus, sed tempus solutionis, vel implementi, prout bene declarat ibi Bal. & Ang.

Et si dixeris, Aret. colligere ex d. l. j. à contrario sensu, quòd satis sit, conditionem esse in potestate creditoris ad hoc, vt non retrotrahatur. Si enim ideo ibi conditio retrotrahitur, quia est necessaria, ergo à contrario sensu, quando est voluntaria, & sic quando pendet à potestate creditoris, retrotrahitur.

12 Nam † pro responsione distinguendum est, quòd, aut sumus in conditione voluntaria pendente à potestate vtriusque contrahentis, qualis est conditio solutionis & receptionis pecuniæ, & tunc non retrotrahitur. & ita procedit l. potior. ff. qui pot. in pign. hab. & l. pen. ff. quæ res pign. oblig. poss. prout declarat Pau. de Cast. in d. l. si filiusfamilias, post med. & ibi Alciat. numero 21. & Pet. Stel. in d. §. Augerius, nu. 41. & in ista etiam conditione loquitur etiam d. l. j. licèt conditio ibi non sit voluntaria, sed necessaria fauore dotis.

Aut

Aut sumus in conditione voluntaria pendente à potestate creditoris tantum, & tunc retrotrahitur, per ea quæ supra deducta sunt: & sic patet, inductionem Aret. in d. l. j. nec etiam à cōtrario sensu posse procedere, quia cùm ibi agatur de conditione numerationis & receptionis pecuniæ, vtique si conditio esset voluntaria, penderet à potestate vtriusque contrahentis, & per consequēs non retrotraheretur.

Quantum verò ad id, quod dicit Aret. quòd non adsit ratio differentiæ inter conditionem potestatiuam debitoris, & conditionem potestatiuam creditoris: Respondetur, contrarium ex præmissis apparere.

Vltimò non obst. quòd conditio potestatiua in casu nostro non potest retrotrahi, ex quo Raphael debitor iā obierat tempore existentis conditionis, & sic deficiebat vnum ex tribus extremis necessarijs ad retrotrahēdam conditionem.

13 Communis est enim Doct. conclusio, quòd † conditio existens tunc trahitur retro ad tempus contractus, quando sunt extrema habilia ad obligationem contrahendam, quia supereſt persona, quę potest obligari, persona cui potest obligatio quæri, & res, super qua contrahitur, aliàs non fit retrotractio. l. eum qui ita. §. fi. ff. de verb. oblig. l. quoties. §. inde Marcellus. ff. de nouat. Ang. in d. l. si filiusfamilias, in fi. & ibi cum num. 4. Imo. ad fin. Ias. num. 2. in 3. limit. & Alciat. num. 11. Bar. in d. l. quoties, in fi. Crot. in d. l. si is qui pro emptore, num. 136. ver sic. tertio fallit. & ibi Alciat. nu. 121. Ant. Gomes. de contract. cap. 11. ante med. in 3. limit.

Quoniam pro responsione dicitur, in casu nostro ad-
14 fuisse personam debitoris † non verè, sed representatiuè mediante hæreditate illius iacente, quod sufficit, vt per Bart. in l. postquam, in princ. per illum tex. ff. vt leg. nom. cau.

Nec intrat replicatio, quòd tempore existentis condi
15 tionis hæreditas non erat iacens, sed iam repudiata à filijs, matre, & alia debitoris. Quia forsan extat aliquis agnatus vel cognatus, qui non repudiauit, & in omnem euentum adest fiscus, quem constat non repudiasse, & donec † aliquis potest adire, sine dubio est hæreditas, quia est ius succedendi. l. hæreditas. ff. de reg. iur. & ita in proprijs terminis firmat Bar. in d. l. postquam, num. 2.

Pientin. affictus. Veneris, 12. Nouembris. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. contractus. ff. de regul. iur. loquitur in debitore speciei, qua perempta sine culpa ipsius debitoris, liberatur: aliàs tenetur ad eius æstimationem.*
2 *Æstimatio debitoris generis facit emptionem, & dominium transfert: secus si sit speciei, cuius fit æstimatio ad effectum sciendi valorem.*
3 *Pactum in contractu locationis appositum de consignandis animalibus eiusdem bonitatis & qualitatis, comprehendit quemcunque casum etiam mortis naturalis animalium.*
4 *Substitutio animalium in locum demortuorū potest etiam fieri de alio grege.*

DECISIO DCCXXIX.

1 DOmini steterunt in decisis, quia dixerunt nō obstare tunc deducta pro parte Petri. Nam † tex. in l. contractus. ff. de reg. iur. non habet locum in casu nostro, propter pactum de consignando animalia eiusdem bonitatis & qualitatis, quod pactum non intelligitur de eisdem animalibus in specie, sed de alijs in genere, cùm eadem animalia non possint consignari in eadem bonitate, & qualitate, in qua fuerunt recepta, cùm ex cursu temporis deteriora efficiantur, & sic conductores in casu nostro non erāt debitores speciei, qui non tenentur præstare mortem animalium sine culpa contingentem, in quibus terminis d. l. contractus. & ibi Dec. nu. 46. & Cagnol. nu. 85. & alia hic pro parte Petri procedunt allegata.

Secundò non ob. resolutio facta in hac causa 16. Octobris, anni præteriti, quòd æstimatio animalium non fecerit emptionem, & quòd dominium illorum remanserit penes locatorem, ex qua resolutione colligitur, conductores fuisse potius debitores speciei, quàm generis, qa
2 † si fuissent generis, æstimatio fecisset emptionem, & dominium in eos translatum fuisset.

Si quidem pro responsione dicitur, quòd conductores erant debitores speciei, quando eadem animalia tēpore restitutionis extabant, licèt tenerentur illa restituere in eadem æstimatione, quia æstimatio, prout in d. resolutione, fuit facta ad effectum sciendi valorem, ita vt si eadem animalia tempore restitutionis minus valerēt, quàm à principio fuerint æstimata, illud minus deberet refundi, & sic eadem animalia restituebantur in eadem æstimatione: quando verò eadem animalia non extabāt, sed morte naturali perierant, prout in casu nostro, tunc conductores erant debitores generis, quia tenebantur consignare alia animalia eiusdē bonitatis, & qualitatis.

Tertiò non obst. quòd verba pacti de consignandis animalibus eiusdem bonitatis, & qualitatis possunt intelligi in casu, in quo Petrus vendiderit, vel aliter alienauerit animalia, vel eius culpa perierint, vel fuerit in mora restituendi, vt per Dec. in d. l. contractus. numero 46. & 47. & ibi Cagnol. nu. 87. & 88.

Quia † verba pacti sunt simpliciter concepta, & ideo
3 comprehendunt tā istos casus, quàm etiam casum mortis naturalis sine culpa contingentis, maximè quòd iste casus frequentius accidit.

Quartò non ob. quòd vbi animalia subrogāda essent, id intelligebatur de eodem grege, qui in totum fuit extinctus partim impetu militum, partim morte naturali.

4 Quia † substitutio animalium in locum demortuorum potest fieri etiam de alio grege: nec est verum fuisse resolutum, quòd illa sit facienda de eodem grege.

Et hæc Domini firmarunt, nisi pro parte Petri probaretur, vaccas, de quibus agitur, perijsse morte repētina.

Quantum ad fructus Domini dixerunt, illos deberi à die motæ litis.

Non ob. quòd fructus non possunt deberi, nisi ex mora, & quòd mora in casu nostro non fuit inducta, ex quo cùm fuerit plus petitum, quàm deberetur, licuit torum negare.

Quia Rota non tenet hanc opinionem, prout resolutum fuit in vna Roman. rescissionis contractus coram Seraphino. 19. Ianuarij, 1575.

Minus obst. quòd Episcopus à principio petierit sibi restitui animalia, vel pretium illorum, quod pretium non potuit parere fructum aliquem.

Quia sententia A. C. cōdemnat Petrum ad animalia.

Larinen. expensarum. Lunæ, 29. Nouembris. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Sententiam protalem habens pro se, quæ postea in secunda instantia ex nouiter deductis est reuocata, de stylo Rotæ excusatur ab expensis.*

Fallit

Fallit nisi habens sententiam pro se fuit mendax. num. 2.
8 *Expensarum condemnatio fit propter calumniam litigantium.*

DECISIO DCCXXX.

1 QVamuis Rotæ stylus sit, vt habens † sententiam Rotalem pro se, quæ postea in secunda instantia ex nouiter deductis est reuocata, excusetur ab expensis, vt post Ægid. decis. 319. ad fin. tradit Sarn. in reg. de annal. quæst. 41. circa med. versic. nam habens. Peregrin. decis. 49. incip. corâ D. Reomano. lib. 2. Cassanen. decis. 55. incip. si quis habeat.

Nihilominus iste stylus nõ habet locum, quando is,
2 qui † sententiam pro se habuit, fuit mendax: tunc enim propter mendacium in expensis condemnandus est. Afflict. decis. 126. in fine. Asin. in pract. §. 32. cap. 2. ampliat. 21. fol. 422.

3 Ad † condemnationem enim expensarum deuenitur propter calumniam litigantium, vt per Couarru. pract. quæst. cap. 27. num. 1.

Ita fuit tentum in vna Larinen. expens. coram me. 29. Nouemb. 1582. in qua Domini dixerunt, eum, qui tres sententias conformes, vnam A. C. alias Rotales pro se obtinuerat, & contra quem postea ex nouiter deductis tres aliæ sententiæ Rotales conformes priorum reuocatoriæ latæ fuerunt cum condemnatione omnium expẽsarum in illa lite factarum, etiam coram illis iudicibus, qui priores sententias tulerunt, fuisse in expensis legitimè condemnatum, & contra ipsum ad illarum taxationem procedendum esse, quia contenta in positionibus, quas prius medio iuramẽto negauit, postea deductum est, eum propria scriptura approbasse, & coram testibus confessum fuisse, & sic commisit mendacium, & fuit in dolo & calumnia.

Cremonen. pensionis. Veneris, 3. Decembris. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus ab episcopo non suo sine dimissorijs non recipit executionem, licèt recipiat characterem, vel si recipit, ei est interdicenda.*
2 *Episcopus non potest extraneum, quem in suum familiarem recipit, ordinare, nisi ei beneficium contulerit, cuius ratione factus sit de foro suo.*
3 *Episcopus vt familiarem suum non subditum ordinare possit, requiritur, vt per triennium secum commoratus fuerit, & beneficium quacunque fraude cessante statim re ipsa illi conferat.*
4 *Ordo primæ tonsuræ differt ab alijs minoribus ordinibus. Intellige tamen, vt num. 7.*
5 *Prima tonsura, quæ aliàs dicitur psalmistatus, est ordo. ex communi. num. 6.*
8 *Abbas non potest conferre primam tonsuram nisi monachis & conuersis sui monasterij, & in quos habet iurisdictionem episcopalem vel quasi.*
9 *Presbyter non potest conferre primam tonsuram, nisi in eum, cui confert, habeat iurisdictionem episcopalem vel quasi. Idem in Cardinalibus presbyteris. num. 10.*
11 *Ordo primæ tonsuræ non exigit collationem beneficij sicut ordines maiores.*
12 *Familiaritas sola sine beneficio sufficit in prima tonsura. Idem in alijs minoribus ordinibus. num. 13. & quare. Contrarium tamen est verius, & est communis opinio. numero 16.*
14 *Ordinatus ad minores ordines potest redire ad seculum: secus in maioribus.*
15 *Ordinatus ab episcopo non suo ratione beneficij efficitur de eius foro, & sit ei subditus.*
17 *Error communis non facit ius quoad ordines conferendos, ad quem probandum sufficit binus actus.*
18 *Dispensationem & literas dimissorias ad ordines licet allegare ex cursu decem annorum: nisi producatur ordo clericatus expressi, qui est inualidus.*
19 *Producere quis præsumitur omnia meliora, & potiora iura quæ habeat: nisi fiat à tertio.*
20 *Productio tituli infecti facta à tertio non tollit præsumptionem tituli boni ex cursu temporis decennalis.*

DECISIO DCCXXXI.

DOmini dixerunt non constare de clericatu Domini Hieronymi Carcani: is enim, quẽ habuit à bo. me. Cardinali Sfortia, est inualidus, tanquàm collatus ab episcopo nõ suo sine dimissorijs, quo
1 casu clericatus quoad exercitium non valet: nam † licèt taliter ordinatus recipiat characterem, non tamen recipit executionem, vel si recipit, interdicenda est sibi. vt dicit But. per illum tex. in c. quoad translationem, num. 3. & ibi Abb. num. 1. de temp. ord. Parisc. cons. 136. num. 4. lib. 4. Rebuff. in pract. tit. de cler. & quomodo creen. nume. 12. & de nominationibus. q. 22. num. 12. Ægid. in c. adeo, num. 3. de rescrip. Cassan. super consuet. Burgun. rub. j. §. 6. glos. sent. cur. num. 13. fol. mihi 70. & hanc opinionem Rota in pluribus casibus secuta fuit, prout in decisionibus, quarum copia datur. Vnde cùm bo. me. Cardinalis Sfortia esset Episcopus Parmen. & D. Hieronymus Carcanus sit ex patre Mediolanen. ex matre verò Roman. collatio clericatus non tenuit.

Nec potest substineri ex eo, q̃ Carcanus esset fami-
2 liaris Cardinalis. Quia † episcopus non potest extraneũ, quem in suum familiarem recipit, ordinare, nisi ei beneficium contulerit, cuius ratione factus sit de foro suo. ita Spec. in c. eos, in verbo, figmento quæsito, num. 11. versic. vel forte quia in fraudem, de temp. ord. lib. 6. quẽ refert & sequitur Lap. Abb. in cap. cum nullus. & ibi Gemin. col. 2. prope fin. versic. quid si episcopus, aliàs nu. 9. & Franc. num. 3. in fi. eo. tit. de temp. ordin. lib. 6. Rebuf. in pract. tit. de cler. & quomodo creent. num. 24. immo secundum dispositionem Concil. Trid. sess. 23. cap. 9. ad
3 hoc, vt † episcopus familiarem suum non subditum ordinare possit, requiritur vltra familiaritatẽ, vt per triennium secum commoratus fuerit, & beneficium quacũque fraude cessante statim re ipsa illi cõferat. Quod decretum habere locum tam in minoribus quàm in maioribus ordinibus, & vtroque casu opus esse collatione beneficij, cõgregatio Card. Concil. Trid. interpretum censuit in vna Hieracen. 6. Septembris. 1581.

Cùm igitur in casu nostro non constet de collatione beneficij, familiaritas & triennalis commoratio non sufficit.

Non obst. quòd præmissa non procedunt in prima
4 tonsura, † in qua nos sumus, quam differre ab alijs minoribus ordinibus ex eo patet, quia Guardiani vel Priores regularium possunt cõferre primam tonsuram, alios verò minores ordines non. vt per Præpos. in c. quoniam, num. 3. distinct. 69. sequitur Franc. Mar. decis. 1082. nume. 3. lib. j. Nam respondetur.

In primis, præmissa procedere generaliter in ordini-
5 bus: & prima † tonsura, quæ aliàs dicitur psalmistatus, est ordo. c. cum contingat. & ibi glos. in verbo, Abbati. Hostien. col. j. post princ. versic. quod non placet. Ioan. And.

And. col. 2. post med. versic. & ex eo quod in hac forma. But. num. 6. Card. q. 2. Ægid. q. 7. Anch. in fi. & Abb. sub num. 1. versic. quæro an psalmistatus, de æta. & qualit. Archid. in cap. psalmista, col. vlt. versic. ego tamen. & ibi Gemin. col. 2. post med. versic. ad secundum. & Præpos. in nume. 6. distinct. 23. Card. in clem. dudum, in prin. in 8. notab. de sepult. Couar. in c. quia nos, num. 4. de testam. latè Gemin. in c. cleros, col. 3. prope fin. versic. ad primum. &
6 latissime ibi Præpos. nu. 4. distinct. 21. Et † hanc esse communem opinionem Canonistarum testantur Gem. Præpos. & Couar. vbi supra. & Ang. & Siluest. in eorum summis in verbo, ordo, il primo, sub numero primo. licèt ibi dicant, Theologos tenere communiter contrarium.

Præterea respondetur negando, primam tonsuram respectu subiectionis eius, cui confertur, differre ab alijs
7 minoribus ordinibus. Quia † Guardiani vel Priores regularium nec etiam primã tonsuram conferre possunt, nisi suis professis & subditis, & in quos iurisdictionẽ habent, prout ipsemet Præposit. declarat d. cap. quoniam, numero 3.

Vnde cùm præmissa procedant ea ratione, quia ordinatus non est subditus ordinanti, hæc ratio subiectionis militat etiam in prima tonsura.

8 Nam † Abbas non potest conferre primam tonsurã, nisi monachis & conuersis sui monasterij, & in his, in quos habet iurisdictionem episcopalem, vel quasi. cap. Abbas, de priuileg. lib. 6. Ioan. And. in d. c. cum contingat, in prin. & ibi But. nu. 12. Card. in primo not. Ægid. quæst. prima. Anch. in primo notab. Abb. num. 2. versic.
9 quæro an conuersis. & pariter † presbyter non potest cõferre primam tonsuram, nisi in eum, cui cõfert, habeat iurisdictionem episcopalem vel quasi. vt per tex. in d. cap. Abbates. tenet Ioan. And. in d. c. cum contigat, ad fin. ver sic. primos sequor. & ibi But. nu. 10. in fi. Card. q. 4. in fi. & Abb. num. primo, ad fin. Gemin. in d. c. psalmista, colum. 2. circa med. versic. Ioan. And. tamen. & ibi Præpos. num. 5. circa fin. idem Præpos. in d. c. quoniam, num. 5.
10 Et † similiter Cardinales presbyteri non possunt dare primam tonsuram, nisi subditis. Ioan. And. quem cæteri sequuntur in c. j. de supplen. neglig. præla. Præpos. in d. c. quoniam, num. 5. versic. ideo videmus.

Secundò non obst. quòd Gemin. & Franc. in d. c. cùm nullus. & Concil. Trid. sess. 23. cap. 9. non loquuntur in
11 prima tonsura, sed in maioribus ordinibus. Tum † quia prima tonsura non exigit collationem beneficij, sicut ordines maiores. Franc. Mar. d. decis. 1082. nu. 4. Tum quia
12 † in prima tonsura sola familiaritas sine beneficio sufficit. vt est glos. in c. eos. in verbo, figmento, in fi. de temp. ord. lib. 6. Nam respondetur.

Primò, Gemin. Franc. & Concil. Triden. loqui generaliter de ordinibus, inter quos connumeratur prima tonsura.

Secundò, quia nedum prima tonsura, sed etiam alij
13 † minores ordines possunt conferri sine titulo. glos. prima, in d. c. psalmista. & ibi Gemin. in primo not. & Præpos. num. 3. glos. & Doct. in c. 2. de præben. Franc. Marc. d. decis. 1082. num. 4.

14 Et ratio est ſm Doct. in d. c. 2. quia † ordinatus ad minores potest redire ad seculum si vult, quod non potest facere ordinatus ad maiores. & in hoc non est differentia inter primam tõsuram, & alios minores ordines, bene Præpos. in d. c. cleros, num. 4. prope fin. versic. non ob. dum dicitur. Et tamen congregatio Cardinaliũ declarauit, Conc. Triden. habere locum etiam in minoribus ordinibus.

Tertiò, quia ratio, cur Gemin. Franc. & Concil. Trid.
15 requirunt collationem beneficij, est, vt † ordinatus ab episcopo non suo ratione beneficij efficiatur de eius foro, & sit ei subditus. vt declarat Specul. Gemin. & Franc. vbi supra. quæ ratio militat etiam in prima tonsura. Cũ etiam tonsurãdus debeat esse subditus tonsuranti. & gl. in d. cap. eos, in verbo, figmento, in fi. dum loquendo al-
16 ternatiuè videtur sentire, quòd † sufficiat familiaritas sine beneficio, in hoc loquitur contra communem opi. & declarationem. Card. & Franc. ibi num. 4. circa med. loquitur copulatiuè.

Tertiò non obst. Cardinalem Sfortiam communiter
17 reputatum † fuisse habilem ad conferendum ordines, & communem errorem feciſse ius, ad l. Barbarius. ff. de of fic. præsi. & eundem Cardinalem plures ordinasse, licèt ad probandum huiusmodi communem errorem binus actus sufficiat. vt per Gabriel. de probatio. conclus. 8. numero secundo.

Quia reg. ad l. Barbarius. non procedit in spiritualibus, in quibus nos sumus, vt per eundem Gabr. d. conclus. 8. num. 34.

Quartò non obst. quòd ex cursu decem annorum li-
18 cet Carcano allegare † dispensationem, & literas dimissorias, ad trad. per Sarnen. in reg. de triennal. quæst. 10. numero 12.

Quia ista allegatio & præsumptio cessat, stante productione clericatus expressi, qui est inualidus, cui standũ est, cùm expressum faciat cessare tacitum & præsumptũ. Cùm enim Carcanus clericatum istum produxerit, allegauerit, & in eo se fundauerit, præsumitur nullum
19 alium meliorem clericatum habuisse: si † enim habuisset, verisimiliter potius produxisset clericatum bonum siue literas dimissorias vel dispensationem, quàm clericatum istum malum, iuxta doctr. Ægid. cons. 10. col. 10. in princ. versic. item & aliter respondeo. Aym. cons. 134. num. 44. versic. pro hoc. & in Rota hoc tritissimum est. Tunc autem nõ obstaret productio huius clericatus in-
fecti, quando non ipse Carcanus, qui illum habuit, sed
20 tertius produxisset: productio † enim tituli infecti facta à tertio non tollit præsumptionem tituli boni ex cursu temporis decennalis, vt per Cassad. decis. vlt. num. 7. circa med. de procur. Crescen. decis. 257. aliàs 2. sub tit. de alleg. Lap.

Quintò non obst. quòd ordinatus à non proprio episcopo non intelligitur suspensus ab exercitio ordinum, nisi à suo ordinario fuerit sibi interdicta executio, ad tex. & ibi Doct. in cap. quod translationem, de tempor. ordinat.

Quia stante Concil. Trid. quod habet decretum irritans, censetur suspensus ipso iure.

Potentin. quartæ. Veneris, 17. Decembris. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Remedium l. 2. C. de rescinden. vendit. an habeat locum in transactione, vide distinctionem, num. 2. ex communi. & ita Rota tenet. num. 3.*
4 *Episcopus de iure communi non habet intentionem fundatam nisi super quarta decimarum, funeralium, & legatorum.*
5 *Præscriptum tantum dicitur, quantum possessum.*

DECISIO DCCXXXII.

REsolutum sine difficultate cõstare de tali lęsione, vt concordia sit nulla vel veniat rescindenda.
1 Nam † licèt multum controuersa sit quæstio illa, an remed. l. 2. C. de rescind. vendit. habeat locum in transactione,

transactione, vt liquet ex cumulatis per Gabriel. de emp. & vendit. concluſ. prima, num. 68. & ex his, quæ copioſè ſcripſit Pinel. in d. l. 2. par. j. cap. 4. num. 12. vſque ad 33. quamuis num. 14. referat multos teſtantes affirmatiuã eſſe veriorem æquiorem & magis communem, prout etiam magis communem aſſerit Nat. conſ. 548. ſub nume. vndecimo, lib. 3.

2 Nihilominus communis diſtinctio eſt, quòd, aut † exceſſus vltra dimidiam eſt modicus, & tunc procedit negatiua: aut eſt magnus, & tunc habet locum affirmatiua. ita diſtinguit Corn. conſ. 166. num. 7. poſt prin. verſic. & inſuper dato, lib. primo. & conſ. 27. numero 11. poſt med. verſic. præterea dato, lib. quarto. quam diſtinctionẽ ſequitur Dec. in l. cum te, la ſeconda, ſub nume. primo, verſic. ſed ſedere diſtinctionis. C. de tranſact. idem Dec. conſ. 203. num. 4. in fine. conſ. 216. ſub nu. 5. conſ. 479. num. vndecimo, circa medium. & conſil. 597. ad fi. Aym. conſ. 151. num. 26. ad fin. Cagnol. in d. l. ſecunda, nu. 80. circa medium. Grammat. deciſ. 66. num. 48. Soc. iunior conſ. 129. num. 48. verſic. poſſumus etiam. & conſ. 144. num. 38. lib. primo. & conſ. 98. num. 18. & 19. lib. ſecundo. Nat. conſ. 548. nume. duodecimo, lib. 3. Pariſ. conſil. duodecimo, ſub num. 102. lib. ſecundo. Rub. conſil. 71. num. 8. in fine. conſ. 103. num. 2. verſic. circa primum. & conſ. 147. ſub num. 17. Cephal. conſ. 62. num. 23. lib. primo. & conſ. 208. num. primo, lib. ſecundo. Riminal. iun. conſ. 77. num. 20. lib. primo. vbi de communi. Gabr. de empt. concluſ. prima, num. 69.

Verum in caſu noſtro prout bene deducunt informãtes in facto pro parte capituli, adeſt exceſſus vltra dimidiam nedum magnus, ſed maximus, & læſio eſt enor-
3 miſſima vltra duas partes ex tribus, quo † caſu etiã contra tranſactionem datur remedium d. l. 2. prout Rotam tenere refert Put. deciſ. 11. de reſtit. in integ. & fuit tentum in vna Tiraſonen. decimarum, 8. Octobris. 1576. coram R. P. D. Robuſter.

Nec obſtat de aliquo iure epiſcopi ſuper quarta fructuum bonorum capituli, nam † de iure communi epi-
4 ſcopus non habet intentionem fundatã niſi ſuper quarta decimarum, funeralium, & legatorum, c. conquerente, de offic. ordin. immo teſtes examinati pro parte capituli, de quibus in ſummario nume. 6. dicunt, epiſcopos numquam fuiſſe ſolitos exigere quartam fructuum capituli.

Adeſt etiam inuẽtarium antiquiſſimum, in quo ſunt deſcripta bona eccleſiæ ſancti Nicolai ſeparata à bonis Epiſcopi, in quo inuentario nulla fit mentio de huiuſmodi quarta.

Non obſt. conſuetudo percipiẽdi quartam fructuum reliquorum bonorum totius diœceſis.

Quia † tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum: vltra quòd ſatis conſtat, epiſcopum de fructibus bonorum huius eccleſiæ nullam percepiſſe quartam.

Non obſt. quòd ſextus & ſeptimus teſtes ſuper ſexto præſupponunt, quartam, de qua agitur, eſſe debitam epiſcopo.

Quia teſtes non præſupponunt hoc, ſed dicunt, quòd epiſcopus habebat quædam bona ſeparata, vnus dicit pro reſiduo reddituum vel pro quarta, quam potuiſſet habere.

Alter dicit, pro complemento eius quod potuiſſet habere de dictis redditibus: immo dictum iſtorum teſtium potius comprobat, epiſcopum nullum ius habere, cùm ab antiquiſſimo tempore ipſe poſſederit bona ſeparata loco quartæ.

Regien. præcedentia. Lunæ, 20. Decembris. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Exemplum exempli non facit fidem, etiam ſi primum exẽplum fuerit ſolemniter extractum cum cauſæ cognitione, & decreto iudicis. ex communi.*
2 *Proceſſus, vel ſcriptura habens interlineationes, & cancellationes redditur ſuſpectus.*
3 *Notario non creditur facienti fidem de geſtis coram alio notario.*

DECISIO DCCXXXIII.

DOminis non placuit tranſumptum, de quo agitur, ita vt illi fides non ſit adhibenda, tum quia non eſt extractum à ſcripturis originalibus, ſed
1 ab alio tranſumpto. Et communis concluſio eſt, q; † exẽplum exempli non facit fidem, licèt primum exemplum fuerit ſolemniter extractum cum cauſæ cognitione, & cum decreto iudicis, prout de communi teſtatur Dec. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 30. C. de eden.

Tum quia proceſſus compulſorialis factus de anno 1531. habet multas interlineationes, & cancellationes, vt dicit quartus teſtis ſuper interrogatorio, quas interli neationes, & cancellationes notarius ſubſcribens nõ ap-
2 probat, ideo † huiuſmodi proceſſus redditur ſuſpectus. bene Pariſ. cum alijs per eum allegatis. conſil. 12. numero 129. libro 2.

Tum & tertiò, quia notarius in ſubſcriptione atteſtatur, iura contenta in iſto proceſſu facto de anno 1531. fuiſſe tranſumptata, & regiſtrata per Bartholomẽũ Varnaccinum notarium publicum de eius commiſſione, &
3 † tamen notario facienti fidem de geſtis coram alio notario non creditur. Dec. in d. authen. ſi quis in aliquo. numero 39.

Roman. de Alterijs. Die Lunæ, 20. Decembris. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum ſcriptum manu teſtatoris, valet ſine aliquo teſte inter liberos: ſecus quoad extraneos, niſi ſaltem interuenerint duo teſtes. ex communi. nu. 2. 19. & 20.*
3 *Teſtes duo, quando ſufficiunt in teſtamento, dicuntur requiri ad probationem ſecundum diſpoſitionem iuris gentium, non autem ad ſubſtantiam. & num. ſequen. & numero 12.*
Contrarium vide. nu. 8. & intellige, vt ibi: ex communi.
4 *Teſtes duo in teſtamento nuncupatiuo inter liberos, ſufficiunt. ex communi.*
Idem in teſtamento ad pias cauſas. nu. 6. ex communi.
5 *Teſtes ſi deficiunt in teſtamento inter liberos, non dicitur deficere ius, ſed probationem, quæ ex confeſſione, vel alio modo ſuſtineri poteſt.*
7 *Teſtes duo requiſiti in teſtamento ad pias cauſas, non dicuntur de ſubſtantia, ſed ad probationem.*
8 *Teſtes duo requiſiti in teſtamento manu teſtatoris conſcripto quoad extraneos, dicuntur requiri de ſubſtantia, nõ de probatione. ex communi, & veriori.*
9 *Legata alijs, quàm liberis facta ſine teſtibus non valent.*
10 *Teſtes de iuregentium non ſunt neceſſarij ad actum, licet ſint neceſſarij ad eum probandum.*
11 *Statutum ſi requirat in teſtamento præſentiam duorum teſtium, eam dicitur requirere ad ſubſtantiam, non ad probationem.*

Manus

12 *Manus & lingua teſtatoris quoad nominationem coram teſtibus æquiparantur in teſtamento.*
13 *Teſtes requirere ad ſubſtantiam actus, eſt de iure poſitiuo, non autem de iure gentium.*
14 *Ius gentium recipit teſtes ad actus probationem, non autem ad ipſius ſubſtantiam.*
15 *Subſcriptio patris habet vim duorum teſtium, & æquiparatur ſubſcriptioni liberorum.*
Declara tamen, vt num. 16. & 17. cum ſeq.
16 *Legata & fideicommiſſa extraneis relinqui poſſunt in teſtamento manu teſtatoris conſcripto; dummodo ſaltem interuenerint duo teſtes, vel ſubſcriptio liberorum.*
17 *Subſcriptio liberorum facta in teſtamento patris valet vt contractus, non vt teſtamentum.*
Subſcriptio vero patris operatur validitatem teſtamenti quoad liberos tantum.
18 *Teſtamentum patris manu alterius conſcriptum non valet, niſi habeat eius ſubſcriptionem vel liberorum.*

DECISIO DCCXXXIIII.

DOmini dixerunt, teſtamentum Marci Antonij Alterij manu propria ipſius ſcriptũ, & ſubſcriptum, quod nunc (ſine veri præiudicio) præſup ponitur fuiſſe inter liberos ipſius Marci Antonij validũ, non poſſe ſubſtineri quoad D. Hieronymum Alterium iuniorem, qui nõ eſt de liberis eiuſdem Marci Antonij, ſed extraneus, hoc eſt, nepos ex eius fratre. Et ratio deciſionis fuit, quia nullus interuenit teſtis, & tamen de iu-
1 re duo ſaltem requiruntur: licèt † enim teſtamentum ſcriptum manu teſtatoris, vel aliena, ſed manu ipſius teſtatoris ſubſcriptum, valeat ſine aliquo teſte quoad liberos, non tamen valet quoad extraneos, niſi ſaltẽ duo teſtes interuenerint. per tex. in §. ſi tamen aut vxori. in Auth. de teſtam. imperfect. vbi ſi teſtator in teſtamento inter liberos voluerit extraneo legata vel fideicommiſſa relinquere, debet illa manu propria ſcribere & coram teſtibus dicere. & ſubdit tex. in fine. quòd eius manus & lingua habet omnem virtutem cartæ præbitam ex quibus verbis oſtenditur, manum requiri ad ſcribendum, & linguam ad voluntatem coram teſtibus exponẽdam. & quod in tali teſtamento non ſolum ſcriptura manu propria teſtatoris confecta, ſed etiam teſtes requirantur, tenet gloſ. in §. nos igitur. in verbo, inter filios. in Authen. de teſtam. imperfect. Bald. in auth. quod ſine, ante num. primum, verſic. & in tali teſtamento. & ibi Fulg. in prin. verſic. in gloſ. relinqui. Alex. num. 4. Iaſ. num. 1. ante mediũ. verſic. quando ergo ſcriptura. Com. num 2. circa med. verſic. nota quod in teſtamento. & Nat. nu. 37. verſ. & hæc procedunt. C. de teſtam. Alex. conſ. 76. num. 3. verſic. vbi autem, lib. 3. Guliel. de Benedic. in c. Rainutius, in verbo, teſtamentum, il j. num. 87. verſic. ſed ſi in tali ſcriptura, de teſtam. Soc. iun. conſ. 24. num. 2. verſic. tamen ad tollendam, lib. 3.

Ad euadendam hanc concluſionem pro parte dictorum de Alterijs duo potiſſimum fiunt fundamenta.

Primum eſt, quòd teſtes, qui in tali teſtamento requiruntur, ſunt de ſolemnitate probatoria, non autem de
2 ſubſtantiali, quia † communis concluſio eſt, quòd in huiuſmodi teſtamẽto ſufficiunt duo teſtes. Bal. Fulg. Alex. Iaſ. Com. & Nat. in d. auth. quod ſine. in locis ſupra citatis. Alex. Guliel. & Soci. vbi ſupra. & hanc eſſe communẽ teſtatur Iac. Put. inter conſ. diuerſ. in mater. vltim. volun. conſ. 121. num. 29. circa med. quicquid ſenſerint aliqui relati per Alberic. in d. authen. quod ſine. tenentes exigi
3 quinque teſtes. quando † autem duo teſtes ſufficiunt, tunc non ad ſubſtantiam requiruntur, ſed ad probationem ſecundum diſpoſitionẽ iuris gentium. vt per Com. in d. auth. quod ſine. ſub num. 3. verſic. ſi vero loquitur.
4 Nam † videmus in teſtamento nuncupatiuo inter liberos ſufficere duos teſtes. gloſ. vnica, in d. auth. quod ſine. vbi Alex. num. 3. Bart. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, num. 3. & ibi Ang. in princ. Pau. de Caſt. num. 2. Alex. num. 5. Com. num. 1. verſic. & ſic ſufficiunt. Iaſ. nume. 6. Nat. num. 153. C. de teſtam. Alex. conſ. 105. num. 4. verſic. & quod ſufficiant, lib. 7. & conſ. 128. num. 2. verſ. & videtur quod ſufficiant, eo. lib. 7. & communem dicit Grat. conſ. 90. num. 3. lib. 2. & poſt eum Clar. in §. teſtamentum. q. 8. verſic. hinc infertur. Et tamen iſti duo teſtes non ad ſubſtantiam teſtamẽti, ſed ad probationem requiruntur. prout ſentit Bal. in d. §. ex imperfecto, ſub num. 2. dum inquit, ibi eſſe vitium in ſolemnitate probatoria, & in teſtamento inter liberos pro eius validitate & ſubſtantia nullũ requiri teſtem, illudq; valere, ſi ex confeſſione vel alio modo probetur. & ſi teſtes deficiũt,
5 non † deficere ius, ſed probationem, firmauit Corn. in d. §. ex imperfecto, ante num. 2. & ibi Nat. nu. 151. & 153. Tiraq. de priuileg. piæ cau. priuileg. 2. ante med. verſic. vt etiam in ſimili.

Præterea idem videmus in teſtamẽto ad pias cauſas,
6 in quo † patitur duo teſtes ſufficiunt. c. relatum, il j. de teſtam. & eſt communis opin. vt poſt Alex. in l. ſi certis annis, ſub nu. 5. verſic. & tale relictum. C. de pact. & conſil. 131. num. 2. lib. 7. teſtatur Clar. in d. §. teſtamentũ. q. 6.
7 verſ. hinc infertur. Et † tamen hi duo teſtes non requirũtur pro ſubſtantia teſtamenti, ſed ad probationẽ illius, vt per Corn. conſ. 215. num. 4. lib. 2. & conſ. 307. num. 6. lib. 3. Tiraq. d. priuileg. 2. verſic. hoc autem intellige.

Huic fundamento reſpondetur, quòd illi duo teſtes, qui quoad extraneos in teſtamento manu teſtatoris ſcri
8 pto requiruntur, ſunt † de ſolemnitate ſubſtantiali, non autem probatoria, & quod hæc opinio ſit communis & de iure verior. ita nanque expreſſe firmat Alex. d. conſil. 76. num. 3. verſic. vbi autem, lib. 3. & bene Ruin. conſil. 71. ſub num. 12. lib. 3. Soc. iun. in d. conſ. 24. num. 2.
9 verſic. tamen ad tollendam, lib. 3. vbi inquit, † pleroſque velle, quòd legata alijs quàm liberis facta ſine teſtibus non valent, per tex. in §. nos omnia igitur. in Auth. de teſtam. imperfect. Vnde ſi legata facta extraneis ſine teſtibus non valent, ergo teſtes requiruntur ad validitatẽ, & ſic ad ſubſtantiam, non autem ad probationem. hoc idẽ ſentit Corn. in d. auth. quod ſine, num. 3. circa med. verſ. in terminis autem. vbi vult, q; ſi ſtatutum requirit, quòd in teſtamento interſint ſaltem duo teſtes, q; tunc vide-
10 tur receſſum à diſpoſitione iuris gentium, quia † teſtes de iure gentium nõ ſunt neceſſarij ad actũ, licèt ſi actus aliter non appareat, ſint neceſſarij ad eum probandũ, &
11 ſic vult Corn. q; quando † ſtatutum requirit in teſtõ præſentiam duorum teſtium, prout requirit tex. in d. §. ſi tñ aut vxori. ibi, coră teſtib. quod tunc teſtes nõ requirũtur ad probationẽ, ſed ad validitatẽ ſiue ſubſtãtiã teſtamẽti.

Quòd autem hæc hæc opinio ſit de iure verior, patet expreſſe in d. §. ſi tamen aut vxori. ibi, eius manus & lingua habet omnem virtutem cartæ præbitam, quæ verba referuntur ad verba præcedentia ibi, & hæc propria ſcripta manu dictaq; ue à teſtatoribus coram teſtibus. Vnde ſi manus & lingua teſtatoris, hoc eſt, propria eius ſcriptura, & expoſitio coram teſtibus tribuunt omnem virtutem cartæ, hoc eſt, totam ſubſtantiam teſtamento in carta contento, ſequitur, vt teſtes, coram quibus teſtator debet dicere legata vel fideicommiſſa extraneis relicta, ſint de ſubſtantia teſtamenti, aliàs lingua teſtatoris, hoc eſt, dicere legata vel fideicommiſſa prædicta coram teſtibus, non tribueret vires & robur teſtamẽto.

12 Accedit, quòd in d.§. si tamen aut vxori. manus † & lingua æquiparantur, & pariformiter determinantur ab illo verbo, habet præbitam. Sicut igitur manus, hoc est, propria scriptura testatoris sine dubio est de substantia testamenti, ita & lingua, hoc est, quòd testator dicat coram testibus legata vel fideicõmissa extraneis relicta,

Non obst. quòd in testamento inter liberos requirun tur duo testes ad probationem, non ad substantiam. Quia glos. in d. auth. quod sine. & ibi Alex. num. 3. Bart. & alij in dicto §. ex imperfecto. & Grat. dicto cons. 90. nu mero 3. solum dicunt, ad probandum testamentum inter liberos sufficere duos testes, non autem tangunt hanc quæstionem, an isti duo testes requirantur etiam ad substantiam.

Præterea Bart. & alij in d. §. ex imperfecto, mouentur ea ratione, quia in testamento inter liberos remissa est solemnitas iuris ciuilis & solum attenditur ius gentium, secundum quod in ore duorum vel trium stat omne ver bum, quæ ratio probationem respicit, non autem sub-
13 stantiam: non † enim est de iure gentium, sed de iure positiuo, requirere testes ad substantiam siue validitatẽ actus, prout deducit Corn. d. §. ex imperfecto, sub nu. 1, versic. sed etiam. & latius d. cons. 215. nu. 4. vers. & ideo, lib. 2. & cons. 307. nu. 6. vers. nec de iure gentium, lib. 3. Nat. d. §. ex imperfecto, num. 151. cum duobus sequen, Et hæc eadem responsio inseruit testamento ad pias cau sas, in quo ideo duos testes non ad substantiam, sed ad
14 probationem tantum requiruntur, quia † attenditur ius gentium, secundum quod (vt dixi) in ore duorum vel trium stat omne verbum, & ita procedit tex. in d. cap. relatum. Sed in casu nostro videtur cessare omnis difficultas, cùm habeamus tex. clarum in d. §. si tamen aut vxori. requirentem interuentum testium pro substantia testamenti.

Secundum fundamentum, quod sit pro parte Dominorum de Alterijs, est, quòd in testamento, de quo agitur, adest subscriptio testatoris, quæ habet vim duorum
15 testium. Nam † subscriptio patris & subscriptio liberorum æquiparantur. auth. si modo. C. famil. ercis. subscriptio autem liberorum habet vim duorum testium. Bal. in d. auth. quod sine, in prin. inquiens, in testamento scri
16 pto manu testatoris posse relinqui † legata & fideicommissa extraneis, dummodo in eo interuenerint saltem duo testes, vel subscriptio liberorum. hoc ideo voluit Pau. de Cast. in l. fin. in fi. C. famil. ercis. dicens, quòd quãdo non extant duo testes, qui deponant de voluntate patris, quia non fuerunt præsentes, non statur testamento paterno scripto manu alterius, nisi habeat subscriptionẽ patris vel liberorum, & quod ita procedat d. auth. quod sine. & d. auth. si modo. & quòd subscriptio testatoris ha beat vim duorum testium, expresse firmat Boer. decisio. 14. sub num. 11.

Sed ad istud fundamentum respondetur negando, subscriptionem patris æquiparari subscriptioni liberorum ad effectum, vt legata & fideicõmissa relicta extraneis valeant: subscriptio enim liberorum operatur hũc effectum propter eorum consensum in subscribendo præstitum, cui non possunt contrauenire, vt declarat Nat. in d. auth. quod sine, num. 51. sequitur Clar. §. testa-
17 mentum. q. 14. versic. sed pone. vbi intelligit † hanc subscriptionem liberorum valere, non vt testamentum. iuxta dispositionem d. auth. quod sine. sed vt contractum ex conuentione liberorum.

At secus est in subscriptione testatoris, quæ operatur validitatem testamenti quoad liberos tantum. Paul. de Cast. in d. l. fin. in fine. non loquitur quoad extraneos,
18 sed quoad liberos, quoad quos † non valet testamentum patris manu alterius scriptum, nisi habeat subscriptionem patris vel liberorum.

Et in hoc æquiparantur subscriptio patris, & subscriptio liberorum. & quòd loquatur quoad liberos, patet ex eo, quòd inquit, d. authen. quod sine. habere locum, quando non extant duo testes deponentes de voluntate testatoris, quia non fuerunt præsentes, quæ non existen tia duorum testium procedit respectu liberorum: testa-
19 mentum † enim patris manu propria ipsius scriptum valet quoad liberos sine vllo teste, prout tenent communiter Doct. in d. authen. quod sine. aliàs si Pau. de Cast. loqueretur etiam quoad extraneos, haberet contra se communem conclusionem Doct. in d. auth. quod sine. in
20 locis supra citatis, volentium, † quoad extraneos requiri saltem duo testes. Boer. decis. 14. num. 11. non facit ad propositum, quia solum allegat Bal. cons. 169. circa medium, versic. alij dicunt sufficere, lib. 2. vbi loquitur de testamento inter liberos, firmans, solam scripturam patris sufficere sine interuentu duorum testium, quia (vt ipse subdit) talis scriptura patris indubitata habet vim duorum testium.

Roman. fideicommissi del Deto. Lunæ, 10. Ianuarij. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Remedium l. fin. C. de edic. diui Adria. tollen. quo casu non procedat.*
2 *Soror dotata & à statuto exclusa non potest petere legitimam neque in bonis patris, neque fratris, sed tantum potest agere supplemento dotis contra bona paterna.*
3 *Legitima detrahitur deducto ære alieno.*
4 *Sententia interpretari debet, ne iniustitiam contineat.*
5 *Factum iudicis reputatur factum partis.*

DECISIO DCCXXXV.

REsolutum sine difficultate, Bernardinam non pos se exceptione retentionis legitimæ Ioan. Baptistæ, ei super bonis Ioan. Petri patris debitæ, repellere. Archihospitale sancti Iacobi incurabilium de
1 vrbe, † agens remedio l. fin. C. de edic. diui Adria. tollen. Et resolutionis ratio fuit, quia Bernardina ratione supplementi congruæ dotis nullam habeat actionem super legitima Ioan. Baptistæ fratris, sed tantum super hæ
2 reditate & bonis Ioan. Petri patris: cùm † enim ipsa fuerit dotata & per consequens à statuto exclusa, frater ad nihilum tenebatur, sed ipsa poterat petere supplementum congruæ dotis super hæreditate patris, & agere cõtra fratrem tanquàm hæredem patris. Vnde legitima fratris erat immunis ab isto debito paterno, quia prius
3 † deducitur æs alienum & postea detrahitur legitima. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. de inoff. testam.

Et licèt ex deductione debiti paterni legitima filij diminuatur, non tamen potest pro debito paterno fieri executio super legitima filij.

Cùm igitur Bernardina contra fratrem super eius legitima haberet actionem, non potest dicere se habuisse domum, de qua agitur, tanquàm de legitima fratris, & per consequens non potest eandem domum ex iure legitimæ fratris retinere.

Non obst. quòd sententia Gubernatoris licèt non ceat fideicommissario, afficit tñ ipsum hæredẽ, quia affi cit hęredem super bonis hæreditarijs, non aũt super sua legitima, aliàs sententia contineret iniustitiam, quod
4 non est dicendum, cùm † sníà ita interpretari debeat, vt

vt iniustitiam non contineat. Anchar. consil. 6. num. 7. Roman. consil. 320. numero 4. Alexan. consil. secundo, num. 2. lib. 3.

Non obst. quòd Ioan. Baptista sibi præiudicauit in sua legitima, ex quo iudex adiudicauit Bernardinæ pro sup plemento congruæ dotis domum, de qua agitur, & fa-
5 ctum † iudicis reputatur factum partis, ita vt perinde sit, ac si Ioan. Baptista d. domum Bernardinæ tradidisset. Quia responsum fuit, quòd Ioan. Baptista censetur tradidisse, tanquàm hæres, & soluendo debita patris non censetur soluisse de sua legitima, sed de hæreditate paterna.

Non obst. quòd cùm sententia Gubernatoris nõ possit substineri quoad bona subiecta fideicommisso, debeat saltem substineri quoad legitimam fratris. Quia non posse sententiam substineri quoad fideicommissarium, accidit culpa Bernardinæ, quæ illum non citauit saltem per proclama, sed quoad legitimam fratris non potest sententia substineri, quia frater non fuit condemnatus ad legitimam.

Salamantin. iuris visitan. Veneris, 14. Ianuarij. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Capellani regij subsunt ordinarijs locorum de iure communi, non autem magistris capellarum.*
Immo Reges ipsi subsunt in spiritualibus episcopis locorum.
2 *Exempti à iurisdictione ordinaria respectu alicuius loci, non tamen aliorum beneficiorum respectu dicuntur exempti.*
3 *Episcopus de iure communi habet fundatam intentionem in tota sua diœcesi, & in qualibet eius parte.*
4 *Capella regia non dicitur exempta à iurisdictione ordinaria, nisi priuilegium exemptionis ostendatur.*
5 *Ordinarius in concernentibus curam animarum potest visitare etiam locum exemptum tanquàm sedis Apostolicæ delegatus.*
6 *Exemptio simplex non eximit à visitatione.*
7 *Conc. Trid. sess. 22. cap. 8. quo casu loquatur.*

DECISIO DCCXXXVI.

DOmini circa primam partem dubij dixerunt, ecclesiam sancti Marci esse capellam regiam, & Abbatem & clerum in dicta ecclesia seruientes esse capellanos regios, tum ex assertione regum in diuer sis priuilegijs antiquis facta, tum ex dictis testium, prout informantes in facto pro parte Abbatis & cleri latius deducunt.

Circa secundam partem dubij Domini tenuerunt, Episcopum Salamantin. posse visitare tam dictum Abbatem, & clerum, quàm dictam ecclesiam sancti Marci: nam quoad Abbatem & clerum Episcopus Salamantin. habet intentionem fundatam de iure communi, cũ
1 † capellani regij subsint ordinarijs locorum, non magistris capellarum. Si enim Reges ipsi subsunt in spiritualibus episcopis locorum. cap. omnes Principes, de maio. & obedien. multò magis ipsi clerici capellarum. ita Abbas in c. cùm capella. per illum tex. num. 3. & ibi Soci. pa riter num. 3. de priuileg.

Nec Abbas & clerus in casu nostro docent de aliquo priuilegio exemptionis, ideoque nil prohibet quin ab Episcopo Salamantin. visitari possint. Doct. in dicto cap. cùm capella.

2 Et quatenus ratione † capellæ regiæ essent priuilegiati, tamen respectu aliorum beneficiorum, quæ obtinent, possunt corrigi & visitari, & d. c. cum capella. inno uar Conc. Trid. sess. 24. cap. 11.

Quo verò ad ecclesiam parochialẽ sancti Marci, Episcopus Salamantin. similiter habet intentionem fundatam de iure communi, cùm sit in sua diœcesi. Episcopus
3 † enim fundat intentionem suam in tota diœcesi, & in qualibet eius parte. c. omnes basilicæ. 16. q. 7. c. cum episcopus, de offic. ordin. lib. 6. Abb. in d. c. cùm capella, nume. 3. ad fin. & ibi Soc. num. 4.

Nec ex eo quod dicta ecclesia sit capella regia, dicitur exempta à iurisdictione episcopi Salamantin. nisi ei priuilegium † exemptionis concessum fuerit, vt per Doct.
4 in d. c. cùm capella. & maximè Card. q. 2.

Et quatenus ei priuilegium exemptionis concessum
5 foret, nihilominus in † concernentibus curam animarũ potest Episcopus Salamantin. visitare tãquàm delegatus sedis Apostolicæ, vt in Concil. Trid. sess. 21. c. 8. & sess. 7. cap. 8. & c. per exemptionem, de priuil. lib. 6.

6 Et † simplex exemptio non eximit à visitatione. Soc. de visitat. lib. 6. q. 14. versic. primo igitur quæro.

7 Non obst. Conc. Trid. sess. 22. cap. 8. Quia † loquitur de hospitalibus, collegijs, & cõfraternitatibus laicorum sub immediata regum protectione existentibus.

Non obst. testes, quia non ptobãt immemorabilem, & quamuis super 13. articulo dicant, Abbatẽ & aliquos beneficiatos visitasse d. ecclesiam sancti Marci, id tamen non intelligitur priuatiuè ad episcopum, cùm vltra visitationem inferiorum episcopus non prohibeatur seorsum ab illis visitare, vt in Conc. Trid. sess. 24. cap. 3.

Roman. dotium de Zappis. Mercurij, 19. Ianuarij. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio authen. res quæ. C. commu. de legat. non procedit, quando sunt bona materna, ex quibus filia dotari possit, & quibus nondum renunciauit.*

DECISIO DCCXXXVII.

DOmini dixerunt, domum, de qua agitur, ex quo erat fideicommisso subiecta, non potuisse à Iacobo de Alexijs obligari pro dotibus Lauræ & Iuliæ filiarum, nec etiam potuisse deinde super eadem domo executionem pro dictis dotibus fieri. Nec intrat
1 hic auth. res quæ. C. commu. de leg. Quia † Laura & Iulia tempore obligationis paternæ, quæ fuit de anno 1567. habebant bona materna, ex quibus dotari poterant, & quibus nondum renunciauerant, cùm renunciatio fue rit facta de anno 1567. & ideo cessat dispositio d. auth. res quæ. prout in specie firmat Iaf. cons. 231. num. 4. circa med. versic. nam cum ista domina, lib. 2. post Cuman. in l. mulier. §. cum proponeretur, sub num. 12. ff. ad Trebel. Aym. cons. 19. sub num. 18. Rolan. cons. 85. num. 9. lib. 3.

Nec potest substineri executio facta pro dictis dotibus super d. domo post renunciationem bonorum maternorum. Quia, aut renunciatio fuit nulla, & tunc, cùm Laura & Iulia haberent bona materna, non erat pro earum dotibus facienda executio super hac domo fideicommisso subiecta.

Aut renunciatio fuit valida, & tunc executio pro dictis dotibus debebat fieri super bonis maternis renunciatis, quæ erant libera, & non super d. domo subiecta restitutioni.

Melphien. fructuum. Lunæ, 24. Ianuarij. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Contractus nouus quando sit ad cautelam, non nouatur primus, nec ab eo receditur.*
2 *Clausula, citra præiudicium priorum iurium, non inducit nouationem, neque recessum à primo instrumento: secus in clausula, quatenus opus sit, de nouo arrendauit.*
3 *Confirmatio actus subreptitij nihil operatur, etiam si habeat clausulam, confirmamus actum quatenus est validus, alias de nouo concedimus.*
Fallit in contractu. num. 4.
5 *Interpretatio Papæ cessat, si in priuilegio diceretur, donationem talem si valuit, confirmamus: si non valuit, de nouo donamus.*
6 *Cogitatio in genere sufficit de casu nullitatis primi actus.*
7 *Scientia seu cogitatio, vel consensus sufficit alicuius rei in genere.*
8 *Clausula, omni meliori modo, quando restringatur ad expressa.*

DECISIO DCCXXXVIII.

DOmini steterunt in decisis, nempe constare ex instrumento secundæ locationis factæ 16. Februarij. 1537. quòd Iannotus Putius Episcopus Melphien. & Franciscus Pittus voluerint facere nouam locationem, & recedere à prima facta 25. Octob. 1532. Et præcipuum Dominorum fundamentum fuit in illis verbis secundę locationis: cùm enim prima locatio esset nulla ex vitio simoniæ, vt resolutum fuit, absque dubio opus fuit noua locatione, & per consequens oportuit contrahentes voluisse recedere à prima locatione.

Non enim credendum est eos voluisse facere actum nullum, committere delictum, & illaqueare animas proprias, & maximè quòd secundam locationem fecerunt vigore breuis Apostolici cum clausula, omni meliori modo.

Non obst. deducta in contrarium pro parte Illustriss. D. Ducis Adriæ. Et

In primis, quòd illa clausula, quatenus opus sit de nouo arrendauit, importat quòd partes intendebant facere nouam locationem ad cautelam, quo † casu quando
1 nouus contractus fit ad cautelam, tunc non nouatur primus, nec ab eo receditur, vt per Grat. cons. 126. num. 7. versic. nam ad ista. & num. 8. lib. j.

2 Nam Grat. loquitur de clausula, † citra præiudiciũ priorum iurium, immo iura iuribus addendo, quæ clausula non mirum si non inducit nouationem neque recessum à primo instrumento, quia ex ea clare liquet, partes noluisse nouare vel recedere à primo contractu. At secus est in clausula, de qua agimus, quatenus opus sit de nouo arrendauit, quia ex ea aperte constat, partes voluisse facere nouam locationem, & recedere à prima, quatenus opus esset noua, qua opus erat stante nullitate primæ.

Secundò non obst. quòd prędicta clausula secundum intentionem partium operabatur anticipationem solutionis, quæ non poterat fieri vigore primæ locationis, cùm nondum esset impetratum breue apostolicũ, quòd permittit anticipatam solutionem.

Quia respondetur, clausulam prædictam non fuisse restrictam ad hunc casum, sed emanasse generaliter, & propterea comprehendere quemcunque casum, in quo opus esset noua locatione, & per consequens casum nullitatis primæ locationis.

Tertiò, non obstant tradita per Ias. in l. more. nu. 36. ff. de iurisd. omn. iud.

Nam ipse loquitur de priuilegio confirmationis subreptitio, quia non fuit expressa Principi confirmanti
3 falsitas, vel simulatio instrumenti confirmati: ideo † nõ mirum, si talis confirmatio nihil operatur, etiam si habeat clausulam, confirmamus actum quatenus est validus, alias de nouo concedimus, quia vitium subreptionis id operatur, prout declarat Seb. Sap. in addi. ad Abb. in c. inter dilectos. sub nu. 8. in verbo, priuilegium. vbi tenet idem quod scribit Ias. Vnde hoc dictum Ias. nõ ap
4 plicatur casui nostro, in † quo non cadit subreptio, cũ non simus in gratia Principis, sed in cõtractu, maximè, quòd partes habebant notitiam omnium contentorum in prima locatione etiam pacti simoniaci.

Præterea Ias. ad probandum dictum suum allegat Abb. in d. c. inter dilectos. nu. 8. post med. ver. dic etiam.
5 vbi inquit, cessare † interpretationem Papæ, si in priuilegio diceretur, donationem talem si valuit, confirmamus: si non valuit, de nouo donamus. & allegat Ioã. And. ibi col. 6. post med. in verbo, nequiuissent. Vbi Ioã. And. interpretando illa verba text. cùm eadem nequiuissent confirmari pariter, & donari, declarat, nisi eadem confirmarentur, & donarentur sub conditione, puta si dicetur, donationem talem si tenuit, confirmamus, si non tenuit, de nouo donamus. & hoc idem tenet ibi Hostiẽ. col. antepen. prope fi. versic. nisi forsan ita dicatur. quem sequitur Henrich. Boich. num. 6. versi. & hoc est verum, & sic Abb. non dicit id, ad quod Ias. allegat: nam quando loquitur de clausula, donationem talem si tenuit, confirmamus: si non tenuit, de nouo donamus, præsupponit contrarium quod dicit Ias. quòd scilicet priuilegium continens hanc clausulam valeat & operetur, quia licèt eadem res non possit confirmari, & donari, hoc tamen verum est pure loquendo: at secus sub conditione. Cùm igitur in casu nostro contrahentes ratificauerint primam locationem, & quatenus opus esset, de nouo arrendauerint, perinde est ac si primam locationem ratificauerint sub conditione, si esset valida.

Quartò non ob. quòd quamuis prima locatio re vera esset nulla, tamen sufficit, ꝙ contrahentes putauerint illam valere, ex quo eam ratificarunt, licèt ad cautelã, quatenus opus esset, de nouo locauerint, & in his, quæ pendent à voluntate, magis inspicitur opinio, quàm veritas. Siquidem rñdetur, contrahentes si nõ in specie, saltẽ in gñe cogitasse de nullitate primæ locationis, cùm sub illis verbis, quatenus opus sit de nouo arrẽdauit, cõprehẽ
6 dat gñaliter qlibet casus indigẽs noua locatione, & † sic casus nullitatis primę locationis, aliàs sufficit cogitatio in genere. l. qui iure militari. & ibi Bald. & Angel. ff. de milit. testamen. Ange. Imol. Alexan. Aret. Ias. & alij in l. qui Romæ. §. duo fratres, de verborum obligatio. cum alijs cumulatis per Gabriel. de regul. iur. conclus. quarta, in princ. & per Tiraquel. in l. si vnquam, in præfat. numero 80. vbi † subdit, quòd omnes fere Docto. passim
7 & in omni materia dicunt sufficere scientiam siue cogitationem siue voluntatem, siue consensum alicuius rei in genere.

Quintò nõ obst. quòd clausula, omni meliori modo, in casu nostro restringatur ad expressa, Achil. decis. vnica, de clausul. Quia † in instrumento dicitur, sponte &
8 ex certa scientia, non vi, dolo, metu &c. sed omnibus me lioribus modo, via, iure, causa & forma, quibus magis, melius, tutius, & efficacius fieri potuit, & debuit, quæ verba (vt per se patet) stant generaliter.

Sextò

Sextò non ob. sextus articulus additionalis datus pro parte Francisci Pitti ad probandum valorem fructuum spiritualium.

Quia iste articulus fuit datus 23. Iulij, 1546. ad probandum contrarium eius, quod continebatur in quarto articulo additionali dato dudum antea, videlicet, 9. eiusdem mensis Iulij, pro parte D. Vincentij Aquæuiuæ tunc Episcopi Melphien. sine facultate conferendi beneficia, quòd locatio fieret minori precio 150. ducatorum auri.

Ad probandum autem contrarium fuit pro parte Pitti datus dictus sextus articulus qui est negatiuus, continens, quòd fuit præter id, & absque eo, quòd fructus spirituales fuerint alicuius annui considerabili fauore excedentis summam 15. aut 20. ducatorum, aut ad illam summam ascendentis. Et sic iste sextus articulus nõ fuit datus ad probandum valorẽ fructuum spiritualium ad effectum eos consequendi, sed ad effectum ostendendi valorem illorum non fuisse considerabilem, & quod sine illis secunda locatio erat vtilis conducenti.

Ad alia bene respondetur per informantes.

Aquilan. prioratus. Veneris, 28. Ianuarij. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum appellatione veniunt etiam regularia beneficia, sicut & canonicatus appellatione venit etiam regularis.*
2 *Regula de infirmis habet locum etiam in beneficijs regularibus.*
3 *Constitutio de publican. debet intelligi de beneficijs perpetuis.*
4 *Beneficia manualia vacantia per obitum vel amotionem, dicuntur etiam vacare per resignationem.*
5 *Beneficia manualia possunt esse perpetua, habito respectu ad prælatum qui forsan non amouebit.*
Immo manualia regularia sunt in se perpetua, licèt secus in secularibus. num. 6.
7 *Beneficium manuale possidens non potest se iuuari reg. de annali, nec de triennali, quin possit amoueri ad nutum superioris.*
8 *Beneficij naturam Papa non censetur velle mutare, vt de manuali efficiatur perpetuum.*
9 *Beneficiorum appellatione nõ veniunt hospitalia, quæ dantur in regimen: secus si in titulum.*

DECISIO DCCXXXIX.

DOmini cum præsupposito, quòd prioratus, de quo agitur, fuerit Ascanio collatus in titulum, tenuerunt, constitutionem de publicandis in casu, de quo agitur, intrare.

Et moti sunt. Primò, quia constitutio loquitur de re
1 signatione beneficiorum, & † non est dubium, appellatione beneficiorum non solum venire beneficia secularia, sed etiam regularia, sicut sub nomine canonicatus, venit etiam canonicatus regularis, vt post glos. in clem. secunda, in verbo, beneficij, versic. tamen negari non potest. tradit ibi Card. quæst. 5. numero 13. Imo. sub numero 103. & Abb. numero 4. de iudic. Felyn. in cap. postulasti, numero 4. in fine, de rescript. Rebuff. in prax. benefic. tit. quid sit & quot mod. cap. benefic. numero 10. & in
2 simili videmus, regu. de infirmis, quæ † simpliciter loquitur de beneficijs, habere locum etiam in beneficijs regularibus, vt per Rebuff. in eadem reg. glos. 5. in princ. & sub reg. de publican. comprehendi etiam beneficia regularia, tradit idem Rebuff. in eadem reg. glos. j. versic. item quia.

Secundò, moti sunt Domini ex rationibus procemialibus constitutionis, quæ fuerunt, vt fraudes tollerentur, ne resignantes fructus indebitè percipiant, ne cum illis contrahentes decipiantur, quæ rationes militant etiam in beneficijs regularibus.

Tertiò moti sunt ex eo, quòd si constitutio habet locum in cessione iuris, multò magis in beneficijs regularibus.

3 Non obst. quòd † constitutio debet intelligi de beneficijs perpetuis. cap. percepta. 55. distinct. Cassad. decis. 4. numero 2. de præben. Calder. consil. 26. post princ. versic. nam collatio. eo. tit. de præben.

4 Tum † quia cùm ista beneficia manualia vacent per obitum, vel per amotionem, vt per glos. in clemẽn. prima, in verbo, reuocari, versic. & scias, quam ibi sequuntur Card. in §. præmissa, quæst. 5. numero 8. Imo. numero 44. post medium, versic. redeo ad glos. Abb. num. 17. Vital. dicto §. præmissa, numero 9. de supplen. negligen. prælat. dicuntur etiam vacare per resignationem, qua vacatione stante intrat constitutio.

5 Tum † etiam quia, cùm beneficia manualia possint esse perpetua considerato, quòd prælatus forsan non amouebit, habentur pro perpetuijs. argumen. l. sufficit. ff. de cõdict. indeb. prout in specie tradit Rebuff. de nominat. quæst. 9. sub numero 27. & Vital. in dicta clemen. prima. §. in quibus, numero 3. de supplen. negligen. prælator. latè Sylu. de benefic. parte tertia. quæst. 21. num. 3. circa medium, versic. & illa possunt dici. Andr. Gambar. de offic. & potesta. legat. de later. lib. quarto, numero 13.
6 in fine. & numero 14. 15. & 16. vbi † amplius vult, manualia regularia esse in se perpetua, licèt secus sit in manualibus secularibus. & allegat decis. Ægid. 702. col. 2. versic. nec obst.

Non obst. quòd in beneficijs manualibus non habet locum regula de annali, nec regula de triennali, vt per
7 Mohed. decis. 169. Quia † possidens beneficium manuale non potest iuuari dictis reg. quin possit amoueri ad nutum superioris.

Non obst. quòd in reseruatione beneficiorum non veniunt manualia, vt per Calder. consil. 26. de præben.
8 Achil. decis. secunda, de benefic. Quia † hoc ideo contingit, quia Papa non censetur velle mutare naturam beneficij, vt de manuali efficiatur perpetuum, vt per Calder. vbi supra.

Demum non obst. quòd appellatione beneficiorum non veniunt hospitalia. clemen. per literas, de præben. Sarn. in reg. de annal. q. 7. num. 2.

9 Nam † id verum est, quando hospitalia dantur in regimen, siue administrationem: at secus, quando dantur in titulum, quia tunc reputantur vti beneficia, & veniunt appellatione beneficiorum. Mill. in verbo, beneficij appellatione. Sarnen. dicta quæst. 7. numero 3. Rebuff. in reg. de infirm. glos. 5. & de nominat. quæst. 15. numero 14.

Legionen. iurisdictionis. Lunæ, 7. Februarij. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest ecclesias & loca exempta ab eius iurisdictione in aliquibus casibus hic enumeratis, visitare, citra tamen correctionem & punitionem. nu. 2. 3. 4. & 7.*
3 *Episcopus in visitatione loci exempti citra exercitium iurisdictionis potest paternè admonere, verbum Dei prædicare, & alia docere, quæ de iure sibi permittuntur.*

5 *Inquisitio ordinaria dicitur illa quæ non est solemnis, sed præparatoria absque correctione, & iuramenti exactione.*

6 *Inquisitio solemnis fit ad corrigendum & puniendum, & cum exactione iuramenti.*

7 *Episcopus in locis exemptis potest facere solam inquisitionem præparatoriam, & in genere, non autem solemnem. & num. 9.*

8 *Metropolitanus in visitatione suæ prouinciæ non potest facere inquisitionem solemnem, sed subditos sibi mediatos reperta contra eos infamia, eorum ordinarijs denunciare, vt solemniter inquirant.*

DECISIO DCCXL.

DVbitaui in Legionen. iurisdictionis, an in concordia cõprehendatur visitatio citra correctio-
1 nem & punitionem. Domini † distinxerunt plures casus, quorum duos priores habuerunt pro indubitatis, quòd visitatio in illis non comprehendatur.

2 Primus casus † est, quando episcopus visitat ecclesiã, sanctissimum sacramentum Eucharistiæ, locum baptismi, & reliquiarum, altaria, capellas, vasa & vestimenta ecclesiastica, & alia his similia & ad cultũ diuinum pertinẽtia: item domos ecclesiæ & possessiones earumq; domos, de quibus latè Soc. in tract. de visitat. num. 26.

3 Secundus casus est, quando † episcopus in visitatione citra exercitium iurisdictionis paternè admonet, verbũ Dei prædicat, & alia docet, de quibus in c. placuit. 10. q. j. Doct. in c. j. §. deinde, de censib. lib. 6. Soc. de visit. sub nume. 28. fol. mihi 247. col. 4. circa fi. versic. expedita ergo. & in Concil. Trid. cap. 3. sess. 24.

Et in his duobus casibus ambæ partes conueniunt, visitationem in concordia non comprehendi.

4 Tertius casus est, quando † episcopus visitando vult inquirere causa imponendi pœnitentiam per viam fori pœnitentialis, quam inquisitionem potest episcopus facere contra laicos, vt per Soc. de visitat. q. 13. sub nu. 14. post med. ergo multo magis cõtra clericos. & iste casus non est comprehensus in concordia, quia ipse loquitur de exercitio iurisdictionis in foro exteriori, non in foro pœnitentiali, vt ex eius verbis liquet.

Quartus casus, in quo videtur consistere difficultas, est, quando episcopus dum visitat loca suæ iurisdictioni subiecta, facit inquisitionem non solemnem, sed præparatoriam absque correctione, & iuramenti exactione,
5 quam † inquisitionem alij vocant ordinariam, de qua in c. j. §. sane, de censib. lib. 6. & bene Specul. de inquisit. §. quãdo, num. 29. quem sequitur Soc. in c. qualiter, il 2. num. 28. de accusat. & de visit. num. 28. post med. fol. mihi 247. col. 3. versic. huiusmodi autem inquisitio.

In qua quidem inquisitione præparatoria, si episcopus inueniet aliquem ex dignitatibus vel canonicis commisisse delictum, quod sit de illis, quorum cognitio, correctio, & punitio pertinet ad episcopum siue eius prouisorem, & iudices capituli simul, & insuper si episcopus comperiet ortam esse talem infamiam, vt ad solemnem inquisitionem deueniri possit, tunc episcopus non potest nisi cum interuentu iudicum capituli & seruata forma concordiæ deuenire ad solemnem inquisitionem,
6 ex quo † illa fit ad corrigendum, & puniendum, & cum exactione iuramenti, vt per Specul. d. §. quando, num. 13. & Soc. de visitat. sub num. 28. fol. 247. col. 4. prope fin. versic. & in prædicta inquisitione.

7 Vnde in isto quarto casu † aut episcopus visitando vult facere solam inquisitionem præparatoriam, & in genere & sine aliqua exactione iuramenti, & nullum afferentem præiudicium inquisitioni solemni, & tunc talis visitatio in concordia non comprehenditur.

Si enim Metropolitanus in visitatione suæ prouinciæ potest facere huiusmodi inquisitionem præparatoriam in genere sine vlla iuramenti exactione, qui tamen nullam habet iurisdictionem in puniendo subditos me-
8 diatos, sed † orta contra eos infamia debet eorum ordinarijs denunciare, vt super his solemniter inquirant. dicto cap. primo. §. sane, de censib. lib. 6. Specul. d. §. quando, sub numero 13. Soc. de visit. num. 28. fol. 247. col. 3. circa fin. versic. huiusmodi autem inquisitio. & colum. 4. post princ. versic. secundo vero casu. multo magis in casu nostro debet posse facere episcopus, qui habet iurisdictionem corrigendi & puniendi, licèt non solus, sed vnà cum iudicibus capituli.

9 Aut † episcopus in visitatione vult facere inquisitionem solemnem, exigere iuramenta, & alia facere, quæ in solemni inquisitione fieri solent, etiam si non deueniat ad correctionem & punitionem, & tunc talis visitatio in concordia comprehenditur.

Nec primo membro huius distinctionis videtur aduersari cap. 8. concordiæ, disponens, quòd absque expectatione denunciationis vel accusationis duo capitulares in correctores electi debeant vnà cum prouisore inquirere ex eorum officio, & procedere in causa insimul.

Quia talis inquisitio ex officio non intelligitur de illa inquisitione præparatoria, quam Prælatus facit visitando, sed de inquisitione solemni extra visitationem.

Roman. dotis. Veneris, 11. Februarij. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Dotem promittens inuestire pro cautela & securitate sub obligatione, & non adimplens, tenetur ad interesse, & loco illius ad sortem principalem, contra quem agi potest via executiua propter obligationem cameralem.*

2 *Clausula, omnia & singula, refertur etiam ad enunciata.*

3 *Adiectio non valet, nisi inueniatur persona, in qua obligatio consistit.*

4 *Adiectus non datur, nisi sit qui petere possit.*

5 *Persona loquentis in generali sermone non censetur inclusa.*

Declarat tamen & intellige, vt num. seq. & num. 9.

7 *Mens loquentis est attendenda, an eius persona in generali sermone censeatur inclusa vel ne.*

8 *Solutio facta prodigo seu bonis interdicto, habetur pro non facta.*

10 *Superflua non dicuntur, quæ ad dubitationem tollendam inseruntur.*

11 *Executiua via obligationis cameralis non competit nisi pro his, quæ expressè loquuntur in instrumento.*

12 *Obligatio cameralis non competit pro his quæ veniunt ex interpretatione iuris, si allegentur per viam actionis: secus si per viam replicationis.*

DECISIO DCCXLI.

DOmini dixerunt, Illust. Domino Alexandro de Aptis competere viam executiuam obligationis cameralis contra Illust. Dominum Bernardinum Sabellum pro restitutione dotis, de qua agitur. Moti ex pluribus.

Primò,

Primò, quia in instrumento constitutionis dotis Do. Helenæ D. Bernardinus eius maritus promisit, & se obligauit D. Portiæ matri D. Helenæ, quòd Illustr. Cardinalis Sabellus inuestiet scuta 9000. tempore receptionis eorum in bonis stabilibus, pro cautela, & securitate dotis in omnem casum, & euentum restitutionis illius, & pro his D. Bernardinus se obligauit in forma camerę. Vñ
1 † cùm non doceatur pro parte d. Bernardini de huiusmodi inuestimento, potest D. Alexander hæres Dominæ Portiæ agere executiuè ad interesse, ad quod D. Bernardinus expresse se obligauit in forma cameræ, vt per Gallesi. de oblig. camer. par. 3. ti. de vi instrum. oblig. cameræ, num. vndecimo, & loco interesse petere sortem principalẽ. Bal. in l. si traditio. q. 4. C. de actio. emp. Rui. cõsi. 141. nu. 9. prope fi. lib. j. Rimin. consi. 297. num. 10. 11. & 12. libro secundo.

Sicut dicimus in contractu census, quòd si non seruentur pacta, nempe renouatio cautionum seu alia pacta, potest peti loco damnorum, & interesse sors principalis.

Secundò, quia cùm in instrumento dotali sit enuncia
ta restitutio dotis, vt patet ex illis verbis, in omnem casum, casum, & euentum restitutionis dotis, obligatio cameralis facta pro omnibus, & singulis intelligitur etiã
2 pro restitutione dotis, quia † clausula, omnia & singula, refertur etiam ad enunciata. Alex. consi. decimoseptimo, num. 2. lib. 3. Ruin. consi. 137. num. 6. lib. primo, & consil. 103. num. vndecimo, lib. 4. Parisi. consi. 97. nu. 91. lib. j. Crescen. decis. 26.

Et in fortioribus terminis posse agi via executiua, resoluit Rota in vna Roman. societatis de Philippensibus. 3. Martij, 1581. coram R. P. D. Lancellotto.

Tertiò licèt Illustr. Cardinalis Sabellus frater Do. Bernardini, & D. Constantia eorum mater adijciantur solutioni huius dotis, tamen certum est, principalem obligationem consistere in persona D. Bernardini, alias adie-
3 ctio non valeret, quæ † vt valeat, necesse est, vt inueniatur persona, in qua obligatio consistat. l. fi. §. cùm mihi. in fi. ibi, quia nisi à me vim accipiat obligatio, adiectio
4 nihil poterit valere. ff. de verb. oblig. & † non datur adiectus, nisi sit qui petere possit. l. nam cùm. ibi, non inueni mus quis adiectus sit, quia non est qui petere possit. ff. de stipula. seruor.

Non ob. pactum, quòd in euentum, in quem solutio pecuniarum dotalium fieret alijs personis, quàm Illustr. Cardinali seu D. Constantiæ, esset nulla, & haberetur p non facta, & in casu restitutionis dotis Do. Bernardinus vel eius hæredes ad restitutionem non tenerentur.

Quia sub istis verbis generalibus non comprehendi-
5 tur persona D. Bernardini ita pacisentis, cùm † in generali sermone non censeatur inclusa persona loquentis. l. inquisitio. & ibi Iacob. Butrig. Petr. Cyn. Bar. Bal. Ang. Saly. & Fulg. C. de solutio. c. petitio. vbi glos. & Doct. de iureiur. Ruin. consi. 89. nu. 2. lib. primo, consi. 42. nu. 15. & consi. seq. num. 17. ad fi. lib. 4. late Grammat. consil. 2. post decis. nu. 13. 14. & 15.

6 Et † licèt in ista materia secundum Abb. in d. ca. petitio. in fi. non possit dari certa doctrina, sed secundum varietatem casuum, varia sequitur decisio, nihilominus in generali locutione, de qua agitur, non potest censeri inclusa persona Do. Bernardini, tum quia non est verisimile, eum voluisse personam suam comprehendere, cùm eius interesset, pecunias dotales habere, vt posset onera matrimonij substinere.

Et quando materia est indifferens, & quia potest cõgruere, & non congruere personæ loquentis, tunc, si materia est talis, in qua generaliter loquens non intellexit verisimiliter includere personã suam, vt in casu nostro, tunc in tali generali sermone persona loquentis non includitur, prout declarat Præpos. in c. deinde. num. 5. post med. ver. aut materia est indifferens. distin. 26. ita intelligens tex. in d. c. petitio.

Tum etiam, quia ex obseruantia subsecuta solutionis
7 factæ D. Bernardino constat de eius † mente, quòd noluerit personam suam includere, quæ mens in ista materia seruanda est, secundum Saly. in d. l. inquisitio. versic. aut de persona.

Tum & tertiò, quia si persona D. Bernardini include-
8 retur, D. Portia soluendo ille iactasset suum, cùm † solutio esset nulla, & haberetur pro non facta. contra l. cum de indebito. ff. de proba.

Non obst. quòd quando generalis sermo non potest verificari in alia persona, quàm in persona loquentis, p vt in casu isto, in quo alteri, quàm Do. Bernardino solui
9 non poterat, tunc † in generali sermone includitur persona loquentis, prout declarat Marsil. in l. j. §. si seruus. il secondo, nu. 2. cum seq. ff. de quæst. Gabriel. de verb. signi fic. conclu. 9. num. 6.

Quia licèt de iure, & vtiliter non posset alteri, quàm Do. Bernardino solutio fieri, poterat tamen fieri de facto, & nulliter eius fratri, vel creditoribus, & sic pactum non soluendi alijs personis, quàm Cardinali, seu D. Constantiæ non dicitur superfluum, cùm exprimat id, quod tacite de iure inerat. Alexan. consil. 33. num. 5. lib. j. Aym.
10 consil. 25. num. 31. quæ † enim ad dubitationem tollendam inseruntur, non dicuntur superflua. l. quæ dubitationis. de re. iur. l. j. ff. de ædil. edic.

11 Non ob. quòd via † executiua obligationis cameralis non competit, nisi pro his, quæ expresè leguntur in instrumento. vt per Gallesi. de oblig. camer. par. 3. titu. de vi instrum. oblig. camer. nume. 14. & 15. Corn. consil. 141. nu. 6. & seq. lib. 3.

Et in instrumento, de quo agitur, expresse legitur, D. Bernardinum nõ teneri ad restitutionem dotis, quatenus soluatur alteri, quàm Cardinali seu Dominę Constantiæ. Vnde cùm solutio, nec Cardinali, nec Do. Constantiæ facta fuerit, sequitur, Dominum Bernardinum ad restitutionem dotis non teneri.

Siquidem pro responsione dicitur, quòd tunc intraret obiectum, quando in instrumẽto expresè legeretur pactum negatiuum de non soluendo Do. Bernardino, quod quidem non legitur, cùm sub illis verbis generalibus, alijs personis, non includatur persona D. Bernardini, vt supra deductum est.

12 Non ob. si dicatur, quòd † obligatio cameralis non cõpetit pro his, quæ veniunt ex interpretatione iuris, vt p Gabriel. vbi supra, prout accidit in casu isto, in quo à generalitate illorum verborũ, alijs personis, eximitur persona Domini Bernardini ex interpretatione iuris, quæ habet, quòd in generali sermone non includitur persona loquentis.

Quia id verum est, quando ea, quæ veniunt ex interpretatione iuris, allegantur per viam actionis: at secus, quando allegantur per viam replicationis, vt in casu nostro, quia tunc pro ijs competit obligatio cameralis, pro vt resolutum fuit in illa Roman. census coram me. 27. Iunij, 1580.

Quòd autem in casu nostro per viam replicationis allegetur, quòd persona Do. Bernardini non sit inclusa sub illis verbis generalibus, alijs personis, patet, quia Do. Alexander tanquàm hæres Do. Portiæ agit via executiua ad restitutionem dotis, de qua agitur, contra D. Bernardinum, qui se obligauit in forma camerę pro omnibus, & singulis expressis in instrumento dotali, inter quę expresse

legitur

legitur restitutio dotis enunciata: Do.Bernardinus excipit se non teneri ad hanc dotis restitutionem, stante pacto negatiuo de non soluendo dotē alijs personis, quàm Cardinali, vel D.Constantiæ, & stāte, quod dos, nec Cardinali, nec D.Constantiæ soluta fuit: D.Alexander replicat sub illo pacto negatiuo personam D.Bernardini, cui dos fuit soluta, non comprehendi, ex regula iuris, quòd in generali sermone non includitur persona loquentis.

Non ob. alia deducta pro parte D. Bernardini.

Quia bene tolluntur per D.Biscium.

Roman. compromissi. Die 14. Februarij. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta repetuntur pro bursali dispendio, non pro labore personæ.*
2 *Alimenta sunt præstanda de fructu, seu lucro ex pecunia, vel capitali proueniente, non autem de ipsa pecunia, vel capitali, nisi quando lucrum non est sufficiens.*
3 *Fructus pecuniæ datæ pro alimentis taxandi sunt ad rationem census.*
4 *Consuetudo soluendi interesse pecuniæ non datæ ad lucrum ea attenditur, secundum quam minus lucrum soluitur.*
5 *Periculum amissionis sortis principalis facit lucrum aliàs illicitum licitum esse.*

DECISIO DCCXLII.

IN Roman.compromissi dubitaui de pluribus.

Primò à quo tempore alimenta per Do. Iacobum Antonium D. Martiæ, eiusque ancillæ præstita computari debeant.

Secundò ad quam summam illa sint taxāda pro quolibet mense.

Tertiò, an debeantur fructus pecuniarum, quas Martia pro alimentis sibi, & ancillæ præstandis Do. Iacobo Antonio dedit.

Quartò posito, quòd debeantur, ad quam summam taxari debeant.

Quoad primam Domini fuerunt concordes, nō probari per testes, quòd alimenta computari debeant ab anno 1569. inclusiue. Nam tertius testis Martiæ iuxta octauum dum deponit de anno 1569. inclusiuè vsque ad tempus matrimonij Martiæ, loquitur de habitatione eiusdem Martiæ in domo Iacobi Antonij.

Quo verò ad alimenta nil aliud dicit, nisi, quòd tempore, quo testis recessit, Iacobus Antonius, & Martia cęperunt facere expensas alternatis mensibus: quandiu autem durauerint, testis dicit se nescire. Tertius testis Iacobi Antonij iuxta 6. non concludit.

Quoad secundam Domini taxarunt alimenta ad scuta 7. pro quolibet mense, moti ex dicto Bal. in l. patrem.
1 circa fi. per illum tex. C. de nup. vbi vult, † alimenta repeti pro bursali dispendio, non pro labore personæ. sequitur Pet. Rauen. sing. 28.

Et propterea non habuerunt in consideratione dicta testium Iacobi Antonij taxantium alimenta ista ad summam scutorum 15. pro quolibet mense, quia testes non habuerunt rationem solius bursalis dispendij, sed etiam laboris, & molestiæ, dum dicunt, quòd Martia tempore infirmitatis occupabat non solum propriam ancillam, sed etiam famulos & ancillas Iacobi Antonij, & quod Martia propter eius infirmitatem erat intolerabilis, vt in 11. & 12. conclus.

Nec visum est Dominis reducere alimenta huiusmodi ad minorem summam, prout pro parte Martiæ prætendebatur, & aliqui etiam ex Dominis sentiebant, quia testes probant aliquas impensas extraordinarias factas tempore, quo Martia infirmabatur.

Quoad tertiam Domini tenuerunt, fructus deberi ex pecunijs, quas Martia pro alimentis proprijs, & ancillæ dedit Iacobo Ant. quia mens Martiæ censetur fuisse, vt ex emolumento ex illis pecunijs percipiendo alimenta
2 sibi, & ancillæ præstarentur, pro † vt in specie firmat Imol. in l. diui. num. 2. in fi. per illum text. & ibi Alex. nume. 6. ff. ad l. Falcid. & alimenta, vt inquit Alc. consil. 36. num. 2. tom. 2. lib. 5. non debent præstari de capitali, sed de lucro ex capitali ipso proueniente. l. 3. §. j. ff. vbi pupil. educ. debeat. & l. Imperator. ff. ad Treb.

Et non debet tangi capitale, nisi quando lucrum non est sufficiens, pro vt resolutum fuit octaua Nouembris, anni præteriti.

Circa quartam, & vltimam Domini taxarunt fructus dictarum pecuniarum, non ad scuta 12. ad rationē
3 societatis officij, sed ad scuta 8. ad † rationem census, ex his, quæ scribit Roman. consil. 139. sub nume. 5. & sing. 179. ver. pone. in quibus locis vult, quòd si in ciuitate variæ sunt consuetudines dandi pecunias ad lucrum, & pupillus petat à tutore interesse pecuniæ non datæ ad
4 lucrum, quòd † debet attendi consuetudo, secundum quam non maius, sed minus lucrum soluitur, per text. clarum in l. tutor qui repertorium. §. ex cæteris. ff. de admin. tuto. sequitur Lup. in cap. per vestras. §. 7. nume. 2. post med. fol. mihi 248. de dona. inter virum & vxo.

Vnde in proposito arguendo de consuetudine generali ad particularem ipsius Martiæ, quæ consueuit dare pecunias suas ad lucrum diuersimode, nempe ad societatem officij, & sic ad maius lucrum, & ad censum, & sic ad minus lucrum, debet attendi minus lucrum ad rationem census.

Præterea ratio, cur Domini non taxarunt fructus, de quibus āgitur, ad rationem societatis officij, fuit, quia
5 † cessauit periculum vitæ Martiæ, & per consequens amissionis sortis principalis, quod solum periculum in societatibus officiorum facit esse licitum lucrum 12. pro centenario, vt notissimum est.

Gadicen. adiunctorum. Die 14. Februarij. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Conc. Triden. c. 4. sess. 6. & c. 6. sess. 25. habent locum in capitulis non solum exemptis, sed etiam habentibus consuetudines, sententias, iuramenta, & concordias. & de eorum vario intellectu, & eadem fere dispositione vide num. sequentibus.*
2 *Episcopi, & alij maiores prælati possunt visitare, corrigere, & emendare capitula non solum auctoritate apostolica, sed etiam ordinaria.*
3 *Decreta Conc. Trid. sess. 6. c. 4. & sess. 25. ca. 6. habent locum etiam in capitulis habentibus statuta.*
4 *Conc. Trid. c. 6. sess. 25. loquitur in eisdem terminis, in quib. loquitur. c. 4. sess. 6.*
Item quòd dictum c. 6. venit ampliatiuè, & limitatiuè ad dictum c. 4. nu. 5.
Item quod dictum ca. 6. non procedit in illis Episcopis, aut eorum vicarijs, qui quocunque iure maiorem habent potestatem, quam in eo decreto comprehendatur. nu. 6.
Item quòd dictum capitu. 4. debeat intelligi disiunctiuè. numero 7.
8 *Capitula non habentia exemptiones, vel consuetudines, vel sententias, vel iuramenta, vel concordias, vel statuta, possunt vti dispositione c. 6. Conc. Trid. sess. 25. circa consilium*

filium & assensum duorum capitularium, sed remanent sub dispositione iuris communis.
9 *Declaratio congregationis Conc. Triden. quòd cap. 4. sess. 6. & c. 6. sess. 25. habeant locum in capitulis exemptis tantum, quomodo intelligatur.*

DECISIO DCCXLIII.

DOmini in vna Gadicen. adiunctorum, proponēte R.P.D.Decano, tractarūt de ordine Sanctissimi, 14. Februarij, 1583. de intellectu duorum decretorum Concil. Tridenti. videlicet, capitu. quarti, sessio. 6. & cap. 6. sess. 25. super quorum intelligentia plura firmarunt.

1 Primò, quòd † habent locum in capitulis non solum exemptis, sed etiam habentibus consuetudines, sententias, iuramenta, & concordias, prout expresse loquitur c. 4. cuius verba visa sunt Dominis clarissima.

Secundò, quòd Episcopi, & alij maiores prælati possunt visitare, corrigere, & emendare capitula non solum
2 auctoritate apostolica, sed † etiam ordinaria, ponderando dictionem, etiam, positam in d.c.4. quæ implicat auctoritatem ordinariam.

Tertiò, quòd decreta ista habent locum etiam in capi
3 tulis habentibus † statuta, licèt de eis in d.ca.4. specifica mentio non fiat, & ad id ponderarunt Domini d. cap. 6. in fi. ibi, ex constitutionibus. Ac etiam mouebantur ea ratione, quod si statutum tollit exemptiones, & priuilegia, multò magis censetur voluisse tollere statuta.

Quartò, quòd dictum ca. 6. loquitur in eisdem termi-
4 nis, in quibus loquitur dictum capitu. 4. videlicet † in capitulis habentibus exemptiones, consuetudines, sententias, iuramenta, concordias, quia dictum ca. 6. habet relationem ad dictum c. 4. & ideo secundum terminos illius intelligi debet.

Quintò, quòd dictum c. 6. venit ampliatiuè, & limita-
5 tiuè ad dictum c. 4. ampliatiuè, † quatenus ampliat dictum c. 4. vt procedat etiam, quando Episcopus extra visitationem processerit: limitatiuè verò, quatenus limitat hāc ampliationem, vt habeat locum, dummodo Episcopus, vel eius Vicarius de consilio, & assensu duorum capitularium procedat.

Sextò, quòd dispositio dicti cap. 6. circa consilium, & assensum duorum capitularium non procedat in illis
6 † Episcopis, aut eorum Vicarijs, qui ex cōstitutionibus, vel priuilegijs, aut consuetudinibus, siue concordijs, seu quocunque alio iure maiorem habent potestatem, auctoritatem, ac iurisdictionem, quàm in eo decreto comprehendatur.

Septimò, quòd dictum cap. 4. debeat intelligi disiun
7 ctiuè, hoc est, † in capitulis habentibus, vel exemptiones, vel consuetudines, vel sententias, vel iuramenta, vel concordias: alias si intelligeretur coniunctiuè, superflua & eluſoria esset eius dispositio: nullum enim inueniretur capitulum, in quo exemptio, consuetudo, sententia, iuramentum, & concordia simul concurrerent.

Vltimò, quòd capitula non habentia exemptiones, vel consuetudines, vel sententias, vel iuramenta, vel con
8 cordias, vel statuta, non † possunt vti dispositione dicti cap. 6. circa consilium, & assensum duorum capitulariū, sed remanent sub dispositione iuris communis.

Præterea, quia Congregatio Cardinalium Conc. Tri den. interpretum declarauit, decreta prædicta habere lo
9 cum in capitulis exemptis tantum, puto, † declarationē debere intelligi, capiendo exemptionem in genere, vt scilicet, dicta decreta non procedant in capitulis subditis, sed in exemptis tantum, hoc est, in liberis, & immunibus à visitatione, correctione, & emendatione Episcoporum, ita vt capitula exempta non solum dicantur illa, quæ habent exemptiones, sed etiam ea, quæ habent consuetudines, iuramenta, sententias, concordias, quarū vigore sint exempta, hoc est, immunia & libera à visitatione, & correctione Episcoporum. Et pro hac intelligētia plurimum facit decretum eiusdem Conc. Trid. ca. 4. sess. 14. vbi omnes prælati in ecclesijs suis residentes possunt visitare, punire, & corrigere quoscunque clericos ęculares qualitercunque exemptos.

Deinde subditur, quibuscunque exemptionibus, consuetudinibus, sententijs, iuramentis, concordijs ipsis clericis minime suffragantibus. Demum in fine dicitur, ipsorum exemptorum contemplatione.

Et sic patet ibi, quòd clerici habentes exemptiones, consuetudines, sententias, iuramenta, & concordias, appellantur generali nomine exempti.

Salamantin. iuris visitandi. Lunæ, 28. Februarij. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Exemptioni visitationis etiam immemorabili hodie est derogatum per Conc. Trid.*
2 *Conc. Trid. in capellis regijs expresse præseruat dispositionem c. cum capella. de priuileg.*
Declara tamen, vt ibi, & nu. 4.
3 *Exemptio concessa quoad vnum, non extenditur quoad alia.*
5 *Decreta Conc. Trid. de visitatione loquentia habent locum etiam in capellis regijs.*
6 *Immemorabilis habet vim priuilegij, sed non est verum priuilegium.*
7 *Dispositio c. cum capella. de priuileg. non extenditur ad priuilegium fictum resultans ex immemorabili.*

DECISIO DCCXLIIII.

DOmini denegarunt remissoriam ex capite irreleuantiæ propter decreta Conc. Trid. capitu. 8.
1 sess. 7. c. 8. sess. 21. cap. 3. & cap. 9. sess. 24. In † quibus decretis quoad visitationem derogatur etiam immemorabili.

Nec ob. quod ista decreta loquuntur in alijs ecclesijs, non in capellis regijs, in quibus Concil. Triden. expresse
2 † præseruat dispositionem c. cum capella. de priuileg. vt in c. 11. sess. 24.

Nam respondetur, quòd c. cùm capella. à Conc. Triden. præseruatum, non loquitur de priuilegio exemptionis generali, sed de speciali quoad suspensionem, vel excommunicationem, aut interdictum, & ideo secundum Docto. ibi capellani regij delinquentes in capella, licèt non possint ab Episcopo suspendi, vel excommunicari, aut interdici, poterunt tamen alia pœna puniri, quia non sunt simpliciter exempti, sed quoad quid, hoc est, vt nō valeant excommunicari, aut suspendi, aut interdici: &
3 † exemptio concessa quoad vnum non extenditur quoad alia, immo concessio vnius est derogatio alterius, vt per Inno. ibi prope fi. ver. item nota. Host. col. j. ad fi. vers. quo circa. Io. And. in prin. Card. q. pe. But. num. 4. Abb. in fi. & Soc. nu. 5. ver. & ideo.

Vnde Conc. Trid. præseruauit ca. cum capella. solum
4 † quoad suspensionem, vel excommunicationem, aut interdictum, de quibus loquitur, non autem quoad visitationem, de qua nullum verbum

5 Et † propterea decreta Conc. Trid. de visitatione loquentia, habent locum ne dum in alijs ecclesijs, sed etiā

in

in capellis regijs. Præterea potest etiam responderi, q̃ li
6 cèt † immemorabilis habeat vim priuilegij, non tamen est verum priuilegium. Soc.consil. 260.nu. 22.lib. 2.cùm multa (vt ipse inquit) possint acquiri per viam priuilegij, quæ non possunt per viã immemorabilis. sequitur Cassan. cons. 34.nu. 13. Aym. de antiq. temp. par. 4. sect. absolutis differentijs, nu. 10.& 51. Gabriel. de præscrip. conclu. j. nu. 42.

Quare c.cùm capella, præseruatum à Conc. Trident.
7 in eo quod loquitur de priuilegijs apostolicis, † non debet extendi ad priuilegium fictum resultans ex immemorabili, quia c.cum capella. loquitur de priuilegijs exẽptionis, quæ tanquàm odiosa, & ordinariæ iurisdictioni præiudicialia, debent stricte intelligi, vt per Doct. ibi, & alibi passim.

Pientin. affictus. Vener. 19. Martij. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Remissio pensionis est facienda conductori propter casum fortuitum.*
2 *Remissio pensionis propter bellum, quod erat tempore locationis, non fit. ex communi.*
Ampliatur etiam si bellum non esset inchoatum, sed dubitaretur de eo. nu. 3.
4 *Casus fortuitus, qui potuit præuideri, & non fuit præuisus, culpæ ascribitur.*

DECISIO DCCXLV.

COnclusum, Petrum teneri ad solutionem affictus vltimi triennij, quia cùm continuauerit in locatione per aliud triennium nulla præcedente intimatione, quam nolens sequi locationem tenebatur coram duobus testibus locatori facere iuxta tenorem 10. cap. in instrumento affictus inserti, consequens fit, vt cẽseatur renouata locatio ad aliud triennium cum eisdem pactis, & modis superius expressis, prout in eodem c. 10. continetur.

Non obst. quòd propter bellum Senense, & propter defectum animalium prædia non potuerunt coli, & sic
1 † ex casu fortuito sit facienda remissio pensionis, iuxta tex. in ca. propter sterilitatem. de locat. late Couar. pract. quæst. cap. 30.

Quia iste casus fortuitus fuit præuisus, cùm tempore huius tacite reconductionis bellum vigeret, quo nõ obstante Petrus in locatione continuauit, ideoque non est locus remissioni.

2 Communis † est enim conclusio, quòd non fit remissio propter bellum, quod erat tempore locationis, quia imputandum est conductori, qui sciuit statum, & conditionem rei, & vidit periculũ imminere, & nihilominus conduxit, vnde non excusatur à solutione pensionis. arg. l. qui bona. §. de illo. ff. de dam. infect. & eius, quod no. in l. habitatores. §. fi. ff. loca. ita Cyn. in l. ex conducto. §. 1. in addi. ff. locat. quem refert, & sequitur Bald. in l. si ea lege. sub num. 3. C. de vsur. in c. j. §. vasalli. nume. 2. de pac. constan. & cons. 329. num. 4. lib. j. Roman. Aret. & Alex. in l. interdum. §. ex naufragio omnes. in fi. ff. de acquir. possess. Aret. cons. 139. num. 2. ver si. aliquando guerra impedit. Alex. consil. 112. num. 4. lib. j. Ias. in l. prima, num. 98. circa med. ver. 2. ego limito. C. de iure emphy. Rip. de priui leg. contra. caus. pest. nume. 44. Dec. consil. 312. prope fi. ver. & sicut non debet. Calcan. cons. 24. nume. 11.& 12.
3 Vbi † ampliat etiam si bellum non esset inchoatum, sed dubitaretur de eo. Afflic. decis. 365. num. 8. vbi loquitur
4 in terminis nostris tacitæ reconductionis. Vnde † cùm bellum in casu nostro potuerit tempore tacitę reconductionis præuideri, non connumeratur inter casus fortuitos, sed culpæ ascribitur. vt inquit Bal. in d. §. vasalli. nu. j. per l. ex conducto. §. si vis tempestatis. ff. locat. sequitur Alex. d. consil. 112. nu. 4. Calcan. d. consi. 24. numero 11. circa med.

Dixerunt tamen Domini, Petrum non teneri ad solutionem integri affictus, quia cùm fuerint locata prædia, & animalia pro affictu annuo 320. scutorum, & animalia fuerint depredata ante annum 1554. affictus debet solui de prædijs tantum, non autem de animalibus, quæ perierunt periculo locatoris, vt iam resolutum fuit: exceptis tamen 12. vacchis pro quibus pensio est soluẽda.

Roman. compromissi. Die 23. Martij. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento creditoris circa quantitatem statur probato debito etiam ex confessione debitoris. ex communi. numero 2.*
Intellige tamen & declara, vt nu. 3.4.& 5.
4 *Dolus debitoris in negando debitum cum difficultate probationis, operatur, vt creditor possit circa quantitatem debiti iurare.*
5 *Creditoris iuramento non debet super quantitate debiti stari, quando debitum est confessatum, sed quantitas est in dubio.*
6 *Iuramentum super quantitate mutui potest creditori deferri, vbi mutuum probatum sit, & quantitas ex coniecturis deprehendi possit. ex communi.*
7 *Iudex potest refrenare iuramentum iuxta illud, quod sibi videbitur verisimile.*
8 *Iuramentum super quantitate præstationis alimentorum quæ confessa fuerunt, deferri non potest, nisi ex coniecturis aliqua quantitas deprehendatur.*

DECISIO DCCXLVI.

IN Roman. compromissi 23. Martij, 1583. dubitaui, an stante, quòd sit probata pro parte D. Iacobi Antonij præstatio alimentorum tam per testes vtriusque partis, quàm ex confessione Martiæ, de qua in 19.& 21. art. circa tempus standum sit iuramento D. Iacobi Anto
1 nij, prout videmus in simili, quòd † probato debito etiã ex confessione debitoris circa quantitatem statur iuramento creditoris, vt per decis. Pedamon. 96. nu. 3.

2 In quo dubio, licèt † communis opinio sit, quòd probatio debito possit quantitas ipsius iuramento creditoris probari. prout voluit Rayn. de Forliu. in l. j. per illũ tex. ff. de in lit. iuran. & per l. fi. C. de bon. auct. iud. possid. refert & sequitur Veronen. caut. 210. Dec. in ca. j. nu. 33. prope fi. ver. tertio accedat. de prob. in l. certi condictio. §. quoniam. nu. 7. circa med. ff. si cer. pet. in l. in actionib. nu. 13. circa med. ver. & ad hoc bene facit. ff. de in lit. iuran. in l. fi. nu. 24. C. de eden. cons. 146. nu. 14. ante med. versicu. & hoc in proposito. & consil. 536. numero 14. Marsil. sing. 322.& 689. Decis. Pedamont. 96. numero 3. & de communi testatur Bolognet. in d. l. in actionibus. nume. 86. circa med.

3 Nihilominus hoc dictum Rayn. intelligitur, † quãdo debitor negasset debitum, & conuictus esset de mendacio, & constaret de eius dolo: nam tunc probato debito statur quoad quantitatem illius iuramento creditoris, idque colligitur ex eo, quod Rayner. & sequaces loquũtur, quando per testes, aut acta fuisset probatum debitum,

tum, licèt non constaret de quantitate, & sic præsupponunt debitum fuisse negatum, alias nõ opus fuisset, pbare debitum per testes aut acta: at secus est, qñ debitor nõ negaret debitum, immo fateretur illud, sed non in tãta quantitate, quia hoc casu decis. Ray. videretur satis dura, cur magis circa quantitatem debiti standum esset iuramento creditoris, q̃ debitoris. & ita late declarat Aym. de antiq. tempor. par. j. sect. vidimus, nu. 15. vers. secundo respondeo. & nu. seq. sequitur Plot. in l. si quãdo. nu. 660. post med. vers. & debent intelligi, & nu. seq. C. vnde vi. & hanc quoque declarationem sentit d. decis. Pedamont. 96. in fi. dum ibi præcipue se fundat in dolo præsumpto debitoris, qui noluit exprimere quantitatem debiti, & Bolognet. in d. l. in actionibus. nu. 86. in fi. vbi firmat doctrinam Rayne. non † esse veram, quando non concurrit dolus cum difficultate probationis, & hoc idem senserunt Purpur. in l. admonendi. nu. 265.& ibi Rip. num. 188. in fi. ff. de iureiuran.

Præterea, quando debitor fatetur debitum, sed negat fuisse illius quantitatis, quem asserit creditor, tunc etiã si per testes, vel acta debitum probaretur, de quantitate
5 autem non constaret, non † debet super quantitate stari iuramento creditoris, nisi concurrant aliæ coniecturæ, prout firmat Aym. d. sect. vidimus, num. 18. in fi. & latius Plot. in d. l. si quando. num. 661.& est doctrina Bar. in d.
6 l. admonendi. nu. 40. vbi vult, quòd si duo † testes probẽt me mutuasse tibi pecuniam, sed ignorent, vel non recordantur de quantitate, & ex aliquibus coniecturis potest coniecturari quantitas, vtpote, quia duo alij testes probent te petijsse à me mutuo decem, vtique ex istis pbationibus simul iunctis posset mihi iuramentum deferri, & Bar. sequitur But. in c. fi. num. 12. circa med. vers. si est defectus iurisdictionis. de iureiuran. Alex. consil. 69. nu. 6. lib. 2. Ias. in l. certi condictio. §. quoniam. nu. 10. ver. aduerte etiam. ff. si cer. peta. Marsil. in l. certi condictio. §. idem Cornelio. nu. 3. ff. de quæstio. Veronen. d. caut. 210. circa fi. ver. sed tu vide. Aym. consil. 98. nu. 9.& sect. vidimus. nume. 10. Plot. in d. l. si quando. sub num. 661. Rip. asserens hanc esse communem in d. l. admonendi. numero 188.

Et hoc idem in effectu sentit Rayn. dum dixit, quòd
7 iudex † potest refrenare iuramentum iuxta illud, quod sibi videbitur verisimile, & ita Rayn. intelligit Veronen. d. caut. 210. in fi. & Marsil. in sing. supra citatis.

8 Vnde † cùm in casu nostro D. Martia non negauerit, sed confessa fuerit alimenta, immo vlterius fassa fuit, illa fuisse sibi præstita per spatium octo annorum, cumq̃ non concurrant coniecturæ sufficientes, vt apparet ex præmissis, non potest esse locus delationi iuramenti.

Forliuien. prædij de Magliano. Mercur. 4. Maij. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Hæres grauatus debet habere non solum quartam, sed etiã fructus quartæ.*
2 *Res alienata per hæredem ei computatur in quartam.*
3 *Fideicommissario incumbit onus probandi hæredem tot fructus percepisse ex tribus partibus hæreditatis, vt absorbeant quartam, vel rem alienatam ab eo excessisse quartam.*

DECISIO DCCXLVII.

1 DOmini tria firmarunt. Primò, quòd hæres grauatus debet habere non solum quartam, † sed etiã fructus quartæ. l. mulier. §. si hæres. ver. alia causa. ff. ad Trebel. l. quod de bonis. §. fructus. & ibi Paul. de Castr. nume. 3. ff. ad l. Falcid. Rip. in l. in fideicommissariam. num. 24.& ibi Hier. Lauren. num. 46. ff. ad Trebel. Pic. in l. in quartam. nume. 109. versicu. caue tamen. ff. ad legem falcid.

2 Secundò, quòd regulariter † res alienata per hæredẽ computatur ei in quartam. l. Marcellus. §. res quæ. & ibi Bar. & alij. ff. ad Trebel. Docto. communiter in dicta l. in quartam. etiam inuito fideicõmissario. Bar. d. §. res quæ. num. 2. versic. sed fideicommissario inuito. & ibi Paul. de Cast. sub nu. 3. Imo. nu. 10. ver. & adde & Ias. nu. 12. Rip. in d. l. in quartam. sub nu. 96. Soc. iun. nume. 89. in fi. inquiens hanc conclusionem de plano procedere. Bolognet. nu. 236. cum seq.

3 Tertiò, quòd fideicõmissario † incumbit onus probãdi hæredem tot fructus percepisse ex tribus partibus hæreditatis, vt absorbeant quartam, vel rem alienatam ab eo excessisse quartam, quia cùm hæres habeat intentionem fundatam, quòd ei debetur quarta, & quod res per eum alienata regulariter imputatur sibi in quartam, si fideicommissarius vult dicere contrarium, debet pbare.

Forliuien. fideicommissi. Mercurij. 4. Maij. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Bona subiecta fideicommisso non veniunt in institutione hæredis. ex communi.*
2 *Ampliat etiam si de illis testator disponere potuisset. numero 3.*
Limita tamen, & declara, vt nu. 2.

DECISIO DCCXLVIII.

DOmini dixerunt, Euangelistam ex eo, quòd in testamento instituit filium, & substituit filias, nõ fuisse vsum facultate alienandi sibi in diuisio-
1 ne data, quia communis est conclusio, quòd † in institutione hæredis non veniunt bona subiecta fideicommisso, & sic prohibita alienari. Bar. in l. codicillis. §. instituto. num. 5.& ibi Imol. in fi. ff. de leg. 2. Bal. in l. j. in princi. C. quę res pignor. &c. Alex. consi. 168. num. 6. lib. 2. Ias. consil. 124. sub num. 4. lib. 4. Dec. consil. 378. num. j. Parisi. cõsil. 26. num. 19.& consi. 93. num. 38. lib. 2. Decisio Pedamont. 85. ad fi. & communem inquit Roland. consil. 71. num. 26. lib. 2.

Non ob. quòd in decisione data fuit facultas alienandi, quo casu censetur etiam data facultas instituendi hę
2 redem in testamento, & † sic in generali institutione veniunt omnia bona propter liberam alienandi facultatem. Alexan. consi. 57. nu. 6. lib. 3. bene Soc. consi. 43. numero 2. libro 4.

Quia in casu isto non solum inductum fuit fideicommissum fauore Petri Franciſci, & Pauli de Monsignanis, sed etiam contemplatione totius familiæ de Monsignanis. Vnde quamuis Euangelista in diuisione habuerit à Petro Francisco, & Paulo facultatem alienandi, remanebat tamen fideicommissum quoad alios de Monsignanis, quo stante non potest dici, quòd in generali institutione includantur bona subiecta fideicommisso, & bene facit Aym. cons. 19. num. 13. firmans in generali institutione hæredis non censeri comprehensa bona subiecta restitutioni, etiam † si de illis testator disponere
3 potuisset, allegando Aret. cons. 74. nu. 10. ad fi. & nu. 11. Corn. cons. 165. nu. 19. 20.& 21. lib. 2.& Ias. in l. qui post nu. 3. C. de legat.

Romanen.

Romanen. fideicommiſſi. del Deto. Die 22. Aprilis. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Filius hæres inuentarium non conficiens tenetur indiſtinctè creditoribus hæreditarijs, nulla facta deductione legitimæ.*
Immò etiam ſi conficiat, non deducit legitimam quoad creditores hæreditarios, ſi hæreditas non ſit ſoluendo: aliàs ſecus. num. 3.
2 *Hæres non conficiens inuentarium tenetur ad ſupplementum legitimæ de ſuo proprio.*
Fallit, niſi hæreditas ſit ſoluendo. nu. 4.
3 *Æs alienum debet ante legitimam deduci.*
5 *Hæres extraneus, quando hæreditas eſt ſoluendo, deducit legitimam etiam ſi inuentarium non fecerit.*
6 *Fideicommiſſarius vniuerſalis ſubrogatur loco hæredis.*
7 *Filia, an & quando poſſit repellere fideicommiſſarium exceptione retentionis aliquorum bonorum pro legitima debita fratri in bonis patris, vide diſtinctionem.*

DECISIO DCCXLIX.

DOmini concorditer ſteterunt in deciſis ex rationibus in deciſione adductis.

Non ob. nouiter pro parte Bernardini allegata, quæ ad duo rediguntur.

1 Primum eſt, † quòd ſi filius hæres inuentarium non conficit, tenetur indiſtincte creditorib. hereditarijs, nulla facta deductione legitimæ. glo. & Doct. in l. fi. §. ſi quis autem temerario. C. de iure deliber. & ratio eſt clara, vt inquit Salyc. ibi circa méd. ver. quæro. cum glo. quia legitima debetur ære alieno prius deducto. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inof. teſtam.

Et non eſt dubium, quòd non confectio inuentarij præiudicat filio in legitima quoad creditores, vt inquit Suar. in l. quoniam in prioribus. ampliat. 7. num. 18. poſt prin. verſi. conſidera quia. & Pau. de Caſt. conſil. 188. numero 2. lib. 2.

Secundum eſt id, quod tradunt Docto. in l. in quartã. in pen. q. Barto. circa ſupplementum legitimæ. & in ſpecie, quod ſcribit Ang. in l. ſi pater. num. 5. C. de inſtitu. & ſubſtitut. & in l. Papinianus. §. ſi conditione. num. 5. ff. de
2 inoffi. teſtamen. in quibus locis Ang. ſentit, † quòd ſi hæres non confecit inuentarium, tenetur ad ſupplementũ legitimæ de ſuo proprio, & cum opin. Ang. videtur tranſire Alexan. in d. l. in quartam. num. 30. poſt méd. verſic. finaliter Ang. tenet, & clare hoc firmat ibi Pic. num. 262. circa méd. ver. licet Ang. videatur, & num. ſeq. Rip. num. 213. & Soc. iun. num. 146.

Vnde cùm Bernardina eſſet creditrix Ioã. Petri patris ratione ſupplementi congruę dotis, & Io. Baptiſta filius, & hæres eiuſdem Ioã. Petri ſimpliciter ſine confectione inuentarij paternam hæreditatem adierit (prout nunc de nouo in facto præſupponitur) ſequitur, vt ſententia Gubernatoris cõdemnans Ioan. Baptiſtam ad ſoluendũ Bernardinæ ſupplementum congruę dotis, cenſeatur cõdemnaſſe ad ſoluendum illud non ſolum de legitima Io. Baptiſtæ, ſed etiam de ſuo, quatenus non extarent bona hæreditaria pro ſatisfactione dicti ſupplementi.

Sed pro reſponſione primi fundamenti animaduertẽdum eſt, quòd confectio, vel non confectio inuentarij nil releuat quoad creditores, aduerſus quos filius legitimam deducere non poteſt. non ſolum ſi inuentariũ non
3 fecit, ſed etiam ſi fecerit, quia † legitima non debetur, niſi ære alieno deducto, & ſic æs alienum præcedit legitimam, prout bene deducit Pau. de Caſt. d. conſi. 188. nume. 2. deciſ. Pedamont. 148. num. duodecimo. verſicu. & quoad creditores.

Vnde aditio Ioan. Baptiſtæ ſine inuentario non facit eum magis teneri Bernardinæ creditrici, quàm ſi inuentarium feciſſet, cùm filius indiſtincte, ſiue fecerit, ſiue non fecerit inuentarium, non poſſit contra creditores legitimam deducere, vt per Pau. de Caſt. & deciſio. Pedamont. vbi ſupra.

Id autem procedit, quando hæreditas non eſt ſoluendo, ita vt, facta deductione legitimæ, bona, quæ ſupereſſent, non ſufficiunt ad ſatisfactionem creditoribus: at ſecus, quando hæreditas eſt ſoluendo, prout in caſu noſtro, quia tunc creditor patris non poteſt petere, vt ſibi ſatisfiat ſuper legitima filij, quia de hæreditate eſt creditori ſatisfaciendum, & poſtea filius legitimam deducit, vt per Suar. in d. 7. ampliat. ſub nu. 18.

Quamobrem aut hereditas Io. Petri erat ſoluendo, & tunc Bernardina non poteſt conſequi ſuum creditum ſuper legitima Io. Baptiſtæ: aut non erat ſoluendo, & tunc non poterat Io. Baptiſta detrahere legitimam in præiudicium Bernardinę creditricis, & ſic fruſtra Bernardina opponit exceptionem retentionis domus, de qua agitur pro legitima Io. Baptiſtæ.

Ad ſecundũ fundamentũ multipliciter reſpondetur.

Primò, quòd in caſu iſto, quando Bernardina egit ꝓ ſupplemento congruæ dotis contra fratrem, hæreditas paterna erat ſoluendo: vnde non eſt quærendum, an ad hoc ſupplementum frater tunc temporis teneretur de
4 ſuo, quia † tam Ang. in locis ſupra citatis, quàm etiam omnes Docto. in d. l. in quartam. in pe. q. Bar. loquuntur, quando hæreditas non eſt ſoluendo: tunc. n. controuertunt, quis teneatur ad ſupplementum legitimæ filij, hæres, vel legatarij, quia quando hæreditas eſt ſoluendo, nulla eſt dubitatio, hæredem teneri.

Secundò dicitur, quòd tradita per Doc. in d. l. in quartam circa pe. q. Bar. & per Ang. in locis, de quibus ſupra, non applicantur caſui noſtro, quia ipſi loquuntur in hæ
5 rede extraneo: nos verò ſumus in filio hærede, † qui quãdo hæreditas eſt ſoluendo, deducit legitimam, etiam ſi inuentarium non fecerit.

Tertiò, quia ſi hodie Bernardina vellet agere ad ſupplementum congruæ dotis, quaſi ad ſupplementum legitimæ, cùm dos ſuccedat loco legitimæ, non poterat agere contra hæredes Ioan. Baptiſtæ fratris, ſed debebat agere contra fideicommiſſarium vniuerſalem Ioã. Petri
6 patris, & ſic cõtra hoſpitale. Et † ratio eſt, quia fideicommiſſarius vniuerſalis ſubrogatur loco hæredis. §. reſtituta. Inſtit. de fideicom. hæred. & bene declarat Bolognet. in d. l. in quartam. numé. 170. ver. quamobrem.

Præterea non video, quomodo deducta pro parte Bernardinæ faciant ad propoſitum dubij, de quo agitur.

Quia hoſpitale agit remed. l. fina. C. de edic. diui Adr. tollen. contra Bernardinam pro recuperatione domus per eam poſſeſſæ tanquàm ſubiectæ fideicommiſſo relicto eidem hoſpitali in teſtamento Ioan. Petri: moriente
7 Ioan. Baptiſta hærede ſine filijs, Bernardina vult † repellere hoſpitale exceptione retentionis iſtius domus pro legitima debita Ioan. Baptiſtæ ſuper bonis Ioan. Petri patris, & non poteſt Bernardina vti iſta exceptione ad aliũ effectum, quàm oſtendendi, domum iſtam non eſſe ſubiectam fideicommiſſo ex eo, quòd illa eſt de legitima Ioan. Baptiſtæ. Aut igitur Bernardina vult retinere hanc domum pro legitima debita Ioan. Baptiſtæ ſuper bonis Ioan. Petri patris, quaſi Io. Baptiſta illam non detraxerit, & hoc

& hoc Bernardina facere non poteſt, quia ipſa nõ eſt hæres Ioan. Baptiſtæ, ſed Ioannes Vallus relictus hæres in teſtamento ipſius Ioan. Baptiſtę. Aut verò Bernardina vult retinere domum iſtam pro legitima Ioã. Baptiſtæ ex eo, quòd ipſe in ſententia Gubernatoris fuit condemnatus ad ſoluendum Bernardinæ ſupplementum congruę dotis, & tunc pariter hoc facere non poteſt, tum quia ſententia Gubernatoris non condemnat Ioan. Baptiſtam ad ſoluendum dictum ſupplementum de bonis proprijs, & per conſequens de ſua legitima, ſed declarat, ſupplementum congruæ dotis Bernardinæ in bonis, & hæreditate Ioan. Petri patris aſcendere ad valorem 1260. & pro d. ſupplemento eiusque fructibus adiudicat Bernardinæ domum, de qua agitur, tanquàm relictã in bonis, & hæreditate Io. Petri: tum quia Io. Baptiſta de iure non poterat condemnari ad ſoluendum ſupplementum congruę dotis Bernardinæ, niſi de bonis hæreditarijs Ioan. Petri, ex quo hæreditas erat ſoluendo. Et mens iudicis talis eſſe intelligitur, qualis de iure eſſe debet. Aym. conſil. 45. nume. quinto.

Vnde cùm hæc domus peruenerit ad Bernardinã vti res hæreditaria patris, non tanquàm res propria Io. Baptiſtæ, non poteſt eſſe locus exceptioni retentionis pro legitima Io. Baptiſtæ.

Ianuen. matrimonij. Lunæ, 16. Maij. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Conc. Trid. c. 1 ſeſ. 24. pro validitate matrimonij duo alternatiuè requirit.*
2 *Licentia generalis parochi ſufficit pro validitate matrimonij.*
3 *Matrimonium nullum non redditur ex ſimplici probatione legis.*
4 *Actus factus contra formam traditam à lege ſine clauſula annullatiua, valet & tenet, licet contrafaciẽs veniat puniendus. ex communi.*
5 *Voluntas parochi eſt regulanda ab eius poteſtate.*
6 *Mandatum generale non comprehendit ea, per quæ dominus incidat in pœnam.*
Limita, niſi dominus poſt factum tacitè, vel expreſsè ratificet. nu. 7.
8 *Scriptura priuata non probat in præiudicium tertij.*
Neque ex depoſitione eius qui tractat de ſe exonerando.
9 *Deponens de facto proprio, quando non probet.*
10 *Parochi depoſitioni deponenti de pertinentibus ad eius officium ſtandum eſt.*
11 *Actus vt valeat, debet quis ſuam ſcire iuriſdictionem.*
12 *Neceſſarium, quod eſt pro validitate actus, illud præeſſiſſe præſumitur.*

DECISIO DCCL.

1 DOmini dixerunt conſtare de ſufficienti licentia parochi, quia † Conc. Triden. cap. primo, ſeſ. 24. pro validitate matrimonij duo alternatiuè requirit, nempe, vt matrimonium celebretur, vel præſente parocho, vel præſente alio ſacerdote de ipſius parochi licentia. Hiç autem conſtat de licẽtia parochi in ſcriptis, quæ licèt ſit generalis de exercendo ea, quæ concernunt officium curati, nec faciat in ſpecie mentionem de cele-
2 bratione matrimoniorum, nihilominus pro † validitate matrimonij hæc generalis licentia ſufficit, pro vt Illuſtriſſima congregatio Concil. Tridenti. in hac cauſa declarauit.

Non obſt. quòd in huiuſmodi licentia non fuit ſeruata forma ſynodi prouincialis Ianuen. mandantis in licentijs matrimoniorum adhiberi notarium, vel tres teſtes, quorum teſtimonia intra triduum in acta recipiantur.

Nam reſpondetur, tum quia ſpeciale eſt fauore ma-
3 trimonij, vt non reddatur nullum † ex ſimplici prohibitione legis, prout bene deducit Dec. in cap. ſecundo, nume. ſeptimo, verſicũ. ſed conſiderandum eſt. de teſtibus, per tex. in cap. ſecundo, de matr. contr. interdict. eccleſ. Tum quia, quotieſcunque habenti alias poteſtatem faciendi actum, conſtitutio mandat ſimpliciter ſine clauſula annullatiua illum actum ſub certa forma fieri, tunc,
4 † quamuis contrafaciens ſit puniendus, tamen actus valet, & tenet, iuxta glo. communiter approbatam in clemen. prima, in verbo, inhibentes. de iure patronat. cum qua tranſeunt ibi Guliel. Paul. Stephan. Card. quæſt. ſeptima, Anch. in tertio not. Imo. nume. quarto, circa med. ver. ſecundo caſu principali. & Abb. ſub nu. primo, idem Abb. conſi. 91. num. 6. ante méd. verſi. ad prædicta induco. lib. primo, & q. 5. num. 6. circa med. verſ. ſecundo probatur. Imo. in capitu. ex parte, numero 8. ad fi. & ibi Abbas nume. 5. Felyn. nume. primo, prope fi. ver. ſecunda limitatio. vbi alios citat. & Dec. ſub nume. 6. de conſtitut. Ægid. deciſ. 696. circa fin. Brun. qui de communi in tracta. de forma, fol. 53. colum. ſecunda, limi. 2. & fol. 17. colum. prima, ad fi. in ſexta limit. Vnde cum in caſu iſto parochus habeat facultatem dandi licentiam à Conc. Tridenti. cumque ſynodus prouincialis Ianuen. mandet ſimpliciter abſque clauſula annullatiua hanc licentiam ſub certa forma concedi, ſequitur, vt matrimonium, hac forma non ſeruata, non ſit nullum, ſed validum, licet parochus contra faciens veniat puniendus.

Non obſt. quòd licentia, de qua agitur, cùm ſit generalis, non cenſetur includere facultatem contrahendi
5 matrimonium, tum † quia voluntas parochi debet regulari ab eius poteſtate, ad tradita per Dec. in capitu. eccleſiæ ſanctæ Mariæ numero 50. de conſtitut. Tum quia ſi cenſeretur includere, parochus incidiſſet in pœnam conſtitutionis ſynodalis, quod non eſt dicendum, cùm
6 † in mandato generali non veniant ea, per quæ dominus incidat in pœnam. l. tertia, §. ſi procurator. & ibi Docto. & præcipue Dec. numero decimotertio, ff. quod quiſq; iur. Siquidem pro reſponſione dictum fuit, quòd hic de poteſtate Parochi non poteſt dubitari, cùm Concil. Trideti. illi tribuat hanc facultatem, quæ non fuit ſibi adempta à ſynodo prouinciali.

Nec etiam dubitari poteſt de eius voluntate, quæ ſatis ex eo colligitur, quòd in ſuo libro inter alia matrimoniali ab eo ſolemnizata, matrimonium, de quo agitur, annotauit, ex qua adnotatione inducitur ratificatio, & ſic tollitur illud, quòd in generali mandato non veniũt ea, per quæ Dominus incidat in pœnam.

7 Quia † hoc non procedit, quando Dominus poſt factum tacite, vel expreſſe ratificauit, prout declarat Lap. allegat 127. ſub nu. 5. Gem. in c. eum qui, §. inſuper. ad fi. de præben. lib. 6. Felyn. in cap. 1. nume. 12. vt lit. non conteſtat. Iaſi. in l. ſi procurator. nume. 17. verſi. 4. limita. ff. de condi. indeb.

Non obſtat, quòd licentia, de qua agitur, non probatur neque ex ſcriptura † parochi, quæ cùm ſit priuata, & agatur de præiudicio tertij, non probat tempus propter ante datam. l. ſcripturas. C. de fide inſtrumento. Tiraquel. de retract. conuent. glo. ſeptima, nume. quadrageſimotertio, & ſeq. Neque ex depoſitione Striglioni, quia tractat de ſe exonerando. Bart. in l. differre. ff. de iure fiſc. Pariſ. conſil. ſepruageſimoquarto, nume. 20. lib. 3. & conſil. 15. numero 20. lib. 2. neque ex depoſitione parochi,

9 quia remanet vnicus, & † licèt deponat de facto proprio, non tamen probat, prout tenet Rota, vt per Achil. de testib. decis. 3.

10 Quoniam pro responsione dictum fuit, quòd † depositioni parochi standum sit, cùm deponat de pertinentibus ad eius officium. Aym. de antiq. tempor. par. prima, §. quarto limitatur. nu. septuagesimosecundo, Gramat. consil. ciuil. 24. nume. 8. & fuit resolutum in illa Colonien. status coram R. P. Do. Vicecomite, & maximè stante depositione Striglioni, & annotatione parochi in eius libro.

Demum non obstat, quòd non sufficit probare licentiam, nisi etiam probetur eam præcessisse matrimonium, cùm hoc casu tempus sit de substantia, & nisi etiam probetur, licentiam prius peruenisse ad manus Striglio-
11 ni, cùm † vt actus valeat, debeat quis suam iurisdictionem scire, Rot. decisio. 459. in nou. Ferret. consilio 75. nume. quarto.

Nam respondetur, quòd cùm licentia concessa fuerit eodem die, quo matrimonium fuit contractum, præsumitur præcessisse matrimonium, ac etiam prius peruenisse ad manus Striglioni: illud enim præsumitur
12 † præcessisse, quod est necessarium pro validitate actus. Alciat. de præsump. reg. 3. præsump. quadragesimasecunda, Cassad. decis. vigesimaprima, de præben. Crescen. decis. 138. libro j.

Et si Do. Lucretia voluerit particulariter audiri super annotatione huius matrimonij in libro parochi, & super eius ratificatione ex eadem annotatione resultante, Domini dixerunt debere audiri.

Romanen. extinctionis census. Die 18. & 20. Maij. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata nihil probat ad fauorem scribentis. & quare. nu. 6.*
Fallit, nisi sit adminiculis fulcita. nu. 2. & 3.
4 *Dispositio l. instrumenta. quo casu loquatur.*
5 *Annotatio in priuata scriptura facta sine testibus absente eo contra quem fiebat, non valet.*
7 *Liberalis nemo in necessitatibus existit.*
8 *Mori nemo velle præsumitur cum peccato.*

DECISIO DCCLI.

DVbitaui in causa Romanen. extinctionis census, nunquid ex iuribus de nouo productis constaret de bono iure Prosperi ita, vt recedendum esset à resolutione vltimo loco facta? Domini 15. Decembris anni præteriti, inclinabant pro recessu: placebat tamen eis, probationem Mercurij (si fieri posset) meliùs coadiuuari. Proposita iterum causa 18. Maij. 1583. additis quibusdam fidibus, Domini concluserunt constare de bono iure Prosperi, & à resolutione prædicta recedendum esse.

Et rursus 20. eiusdem mensis Domini steterũt in decisis. Verum in discussione præsentis dubij Domini plures considerarunt difficultates.

Prima fuit, an scriptura priuata in forma memorialis scripta probet pro scribente, quando cùm ea concurrunt verisimilitudines, & coniecturæ.

Secunda, an in casu, de quo agitur, concurrant tales verisimilitudines, & coniecturæ, ex quibus scriptura priuata Prosperi in modum memorialis scripta circa officium notariatus Rotæ, de quo agitur, probet pro eo.

Quoad primam difficultatem licèt regula sit pro Ar-
1 ditijs, quòd † scriptura priuata nihil probet. l. instrumenta. l. rationes. & l. exemplo. C. de probat. l. nuda. ff. de don. l. inter clausulas. C. de conuenien. fisc. debit. lib. 10. Bald. ad rub. C. de fide instrumen. sub nume. 38. bene Aym. de antiq. temp. par. prima, §. viso de verbis. num. 6. nihilominus cessat hæc regula in casu isto, in quo plura concur-
2 runt adminicula, de quibus infra. Priuata † enim scriptura cum adminiculis probat. d. l. instrumenta. à contrario sensu. & no. ibi Odofred. ad fin. & Corn. in vltimis verbis dicens, priuatam scripturam cum alijs adminiculis facere fidem, sine quibus non fecisset. & bene ibi Bal. in
3 princip. inquiens, † scripturam priuatam per se ipsam non sufficere ad probandum, sed ex cohærentibus adminiculis simul iunctis cum ea fumi fidem veri. idem Ias. consil. 129. col. vlt. ver. 1. quia. lib. j. Aym. vbi supra, numero 7. in fine.

4 Et d. l. instrumenta applicatur casui nostro, cùm † loquatur etiam de priuata annotatione, quæ dicitur priuata scriptura facta sine testibus. secundum gl. ibi in verbo, domestica. & ibi Ioan. Faber. & Salyce. post princip. versicu. dicunt ergo. bene Odofred. num. primo, in fine, explicans, annotationem † in priuata scriptura facta sine testibus continente talem mihi dare debere, tantum absente eo, contra quem fiebat, non valere.

Et sicut in l. exemplo. C. eodem titu. de proba. scriptura priuata non probat ad fauorem scribentis, ea ratio-
6 ne, quia † alias daretur occasio fabricandi falsum, secundum Bal. Salyc. & Corne. ibi, ita etiam eadem ratione nõ creditur scripturis priuatis, de quibus in d. l. instrumento, prout no. Corn. in d. l. exemplo. in prin. versicu. & per hanc rationem, & nihilominus illis creditur concurrentibus adminiculis.

Quoad secundam difficultatem Domini affirmatiuè resoluerunt, plures considerantes verisimilitudines, & coniecturas. Quarum.

Prima fuit, venditio portionis Ripæ, quam cùm Prosper vendiderit eodem tempore, quo in suo memoriali narrat se restituisse Petropaulo Arditio pretiũ d. officij, verisimiliter credendum est, eum vendidisse causa restituendi d. pretium, cùm de alia causa non conster.

Secunda coniectura est indigentia pecuniarum Petri Pauli Arditij de tempore descripto in memoriali Prosperi, quæ indigentia colligitur ex fidibus Alexandri Poggij, iuncta fide R. P. Do. Fabij Amodei &c. qua indigentia stante est multum verisimile, eum exegisse à Pro-
7 spero pecunias erogatas in emptione d. officij, quia † nõ præsumitur, quòd in indigentia, & necessitate quis sit liberalis. l. rem legatam. ff. de alim. lega. not. in l. si vsusfructus. de iure dot. & in terminis Afflict. decisio. 13. sub numero decimoquinto.

Quinta, & vltima coniectura potest sumi ex morte Prosperi secuta sine vlla retractatione eius, quod scripsit in memoriali, de quo agitur: scriptura enim priuata magis probat mortuo scribente, quàm eo viuente, quia non est verisimile eam ita dimisisse, si vera non
8 esset: alias morerentur cum peccato, cum † quo nemo præsumitur velle mori, vt post alios Aym. consilio sexto, nume. quinquagesimosecundo, & sexagesimoprimo, latius consil. 158. numero septimo, consilio 224. numero quarto, versicu. simile videmus. & consil. 287. numero septimo, versicu. tertio respondet. & de antiq. tempor. par. prima, sect. 4. limitatur, nume. quadragesimooctauo, cum duobus seq. Petr. decis. 105. nu. 6. bene Rimin. iun. consil. 58. nu. 30. & 31.

Et tãto magis, q̃ Prosper in litera missiua per eũ scripta procuratori Petri de Lintris pro exoneratione suæ conscientiæ, & cum iuramento recenset idem factum, quod narratur in memoriali, de quo agitur.

Roman. de Alterijs. Lunæ, 23. Maij. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum manu testatoris conscriptum non valet sine testibus quoad extraneos hæredes.*
2 *Assertioni testatoris dicentis se scripsisse testamentum coram testibus, non statur, & numero 4. & quare. numero 5.*
Limita, nisi ex coniecturis appareat. nu. 11.
3 *Assertioni prælati non statur, asserentis alienationem rei ecclesiasticæ factam fuisse præcedentibus solemnitatibus.*
4 *Testator si dicat se fecisse testamentum coram septem testibus, non statur eius assertioni. & quare. nu. seq.*
Limita, nisi ex coniecturis aliud colligatur. nu. 11.
5 *Testator non potest facere testamentum sine solemnitate legali.*
6 *Scripturæ testatoris statur quoad ea, quæ respiciunt dispositionem bonorum, non quoad alia.*
7 *Testamentum nuncupatiuum probatur per publicum instrumentum, in quo sint descripti septem testes rogati absque eo quod examinentur. ex communi.*
8 *Scriptura priuata testamenti paterni habet vim publicæ scripturæ quoad liberos: secus quoad extraneos sine præsentia duorum testium.*
9 *Præsentia duorum testium requisita quoad extraneos in scriptura testamenti manu testatoris conscripta, non probatur per illam scripturam, nisi sit per iudicem authenticata, & publicata.*
10 *Præsentia testium requisita pro solemnitate actus præsumitur. in scriptura publica, in qua si reperiatur verbum, promisit, præsumitur præsentia stipulatoris.*

DECISIO DCCLII.

DOmini concorditer concluserunt, testamẽtum, de quo agitur, manu propria testatoris scriptũ & subscriptum, licèt valeat quoad eius liberos, non tamen subsistere quoad Dom. Hieronimum
1 extraneum, quia non constat, testamentum † fuisse factum coram testibus, prout de iure requiritur. §. si tamẽ aut vxori. in Auth. de testam. imperfect.

Et quamuis testator in scriptura testamenti dicat se illud fecisse coram testibus, nihilominus in hoc ei non creditur.

2 Non † enim statur assertioni illius, qui non potest facere actum sine solemnitate, si dicat se fecisse solẽnita-
3 te adhibita: sicut † in simili videmus non stari assertioni Prælati asserentis, alienationem rei ecclesiasticæ factam fuisse præcedentibus solemnitatibus, iuxta doctrinam Bart. in l. si forte. ad finem. ff. de pecul. castren. idem Bar. in authen. si quis in aliquo. numero duodecimo, & ibi Dec. alios citans. nume. trigesimosexto, C. de eden. Alexan. consil. decimosexto, nume. septimo, lib. quarto, Socin. post alios consil. quinquagesimosecundo, numero quinto, lib. quarto, Paris. consil. sexagesimosecundo, num. septimo, lib. primo, Aym. consil. 175. num. 2. qui de communi. & fuit tentum in illa Auersan. tenimenti. 24. Nouembris, 1581. coram me.

4 Et † in terminis, quòd nõ debeat stari confessioni testatoris fatentis se fecisse testamentum coram septem testibus, ne sit in eius potestate eludere legem requirentem interuentum septem testium, cùm quilibet posset confiteri coram duobus testibus se fecisse testamentum coram septem, & tamen vere non fecisset, expresse tenet Paul. de Cast. in l. hæredes palam. in princip. numero 8. in fine. ff. de testament. & hoc idem voluit ibi Imol. numero quarto, post med. versicu. & per hoc patet, & latius, & melius Aret. ibi, nume. quarto, post med. versicu. sed quæritur. vbi arguit hincinde, & tandem concludit, non credi assertioni testatoris asserentis se solemniter testatum fuisse coram septem testibus exprimendo nomina illorum. Motus ea ratione, quòd † sicut testator non posset (si vellet) facere testamentum sine solemnitate legali, l. nemo potest, de lega. primo, ita non potest confiteri se solemniter testatum fuisse, quia aliàs posset de facili legem fraudare. & allegat tex. in dicta l. si forte. in fine, & ibi Barto. & alia iura, & auctoritates, vt ibi per eum. & Aret. refert, & sequitur Brun. de form. fol. octuagesimosexto, colum. quarta, versicu. sed quid erit. & hoc idem firmat Bal. in l. si inter cartulas. numero tertio, versicu. simile videmus. C. de conuenien. fisc. debitor. vbi
6 inquit † stari scripturæ testatoris quoad ea, quæ respiciunt dispositionem bonorum, non quoad alia, argum. l. si quis in graui. §. si quis moriens. ff. ad Sillanian.

Non obst. quòd simus in scriptura testamenti paterni, quæ secundum Nart. in authen. quod sine. numero trigesimoprimo, C. de testament. dicitur redacta ad instar publicæ scripturæ: & certum est, quòd de consuetu-
7 dine, ac etiam de iure † testamentum nuncupatiuum probatur per publicum instrumentum, in quo sint descripti septem testes rogati, absque eo quòd examinentur. glos. in l. secunda, in princip. in verbo, publicum. & ibi Barto. ante num. secundum, quem alij sequuntur. ff. quemadmo. testam. aper. Barto. & alij in l. hæredes palam. in princip. ff. de testamen. gl. in l. fina. in verbo, ostenditur. & ibi Barto. nume. quarto, Salyce. colum. fina. versicu. nunc quæro. Corne. colum. pen. prope fin. & Ias. numero decimonono, C. de fideicommiss. glos. in l. prima, in glo. fina. & ibi Bal. quæst. 9. nume. decimoquinto, Ange. nume. tertio, in fin. Salycet. in tertia opposit. versicu. idem dicit Corn. nume. 10. post med. versicu. in eadem. C. de testamen. bene Ias. in l. secunda, num. tertio, C. de bonor. poss. secund. tabul. Brun. de forma. fol. 86. colum. quarta, in fi. versicu. per scripturam. Afflic. decisio. 166. nume. secundo, & de communi testantur Corn. Brun. & Afflic. vbi supra.

8 Siquidem † respondetur, priuatam scripturam testamenti paterni habere vim publicæ scripturæ quoad liberos, & in his terminis loquitur Natt. at secus quoad extraneos, quoad quos testamentum manu propria testatoris scriptum non valet sine præsentia duorum tes-
9 tium. d. §. si tamen aut vxori, quæ præsentia † non probatur per illam scripturam priuatam, nisi esset per iudicem authenticata, & publicata, ad not. in l. 2. C. de testamen. & in specie tenet Ias. in l. 2. nu. 4. C. de bon. poss. secund. tabul. Brun. de form. fol. 87. col. 2. versicu. priuata etiam scriptura.

10 Non obstat, quòd † præsentia testium præsumitur, cùm requiratur pro solemnitate actus, vt per Felyn. in capitu. tenor, nume. tertio, circa med. versicu. fallit 2. de re iudica.

Quia id procedit in scriptura publica, in qua si reperiatur verbum, promisit, præsumitur præsentia stipulatoris.

Non obstat, quòd trad. per Barto. in dicta l. si forte.
11 non † habent locum, quando cum assertione concurrunt coniecturæ, & verisimilitudines, vt per Dec. in l. si donatione. num. 31. C. de collat. late Tiraq. in l. si vn-

quàm.in verbo,donatione largitus.nume.100.cum seq. C.de reuoc.donat.Aym. de antiq.temp.par.j.§. propositum.num.69.cum seq.

Quia coniecturas, & præsumptiones pro parte Do. Hieronymi deductas Domini tanquàm leues nõ habuerunt in consideratione:immo potius verisimilitudo videtur esse in contrarium,cùm non probetur aliqua executio,vel effectuatio testamenti.

Roman.compromissi.Vener.21. Octobris.1583.

SVMMARIVM.

1 *Legitima debetur in rebus hæreditarijs, non in pecunia, quam nec iudex potest assignare.*
Fallit, nisi aliter de voluntate testatoris, seu pacisc entium appareat.nu.2.
Item fallit,vt nu.3.4.7.& 9.
2 *Arbitri in assignanda legitima iudicium testatoris sequi debent.*
3 *Legitima non potest peti in bonis, quę exirent de agnatione, sed in pecunia debet dari.*
4 *Legitima æstimata pro dote soluenda,de qua etiam fuit soluta,non potest amplius in bonis peti.*
5 *Auus potest alienare bona nepotis tanquàm eius legitimus administrator sine decreto iudicis,& alijs solemnitatibus,sed non sine causa à iure permissa.*
6 *Filius non est dominus legitimæ,sed est creditor, & datur ei condictio ex lege.*
7 *Legitima potest ex causa assignari in pecunia, & quæ sint.*
8 *Iudicibus maioribus licet leges transgredi,& ab ordine iuris recedere ratione periculi,vel scandali euitandi.*

DECISIO DCCLIII.

1 DOmini tenuerunt, q̃ licèt regula sit pro D.Vincentio, quòd legitima † debeatur in rebus hæreditarijs, non in pecunia, & quòd iudex non possit illam assignare in pecunia, nihilominus ab ea recesserunt in casu isto, pluribus motis rationibus.

2 Primò, quia † quemadmodum arbitri in assignanda legitima iudicium testatoris sequi debent,Old. consilio 113. prope fi.Menoch.de arbit.cas.163.sub num.30. ita etiam in casu isto sequi debent iudicium pacisc entium, qui voluerunt expresse,bona,de quibus agitur,conseruari in agnatione, & familia Columnensi.

Non ob. resolutio, quòd pactum non comprehendit legitimam.

Quia non fuit resolutum,bona expressa in pacto non esse sub eo comprehensa, quatenus debentur pro legitima:sed cum voluntas pacisc entium sit clara, quòd dicta bona in eorum agnatione conseruentur,resolutio debet intelligi, quòd legitima non comprehenditur in pacto quoad pecuniam, non quoad bona.

Non ob. quòd non agitur de legitima D.Iuliæ, sed de legitima D.Francisci,in qua D.Iulia tanquàm hæres succedit,quia si viueret Do.Franciscus, & vellet suam legitimam, bene posset eam cõsequi in bonis, cùm per ipsum conseruaretur agnatio,& sic satisfieret voluntati pacisc ẽ
3 tium: sed † cùm D.Vincentius filius, & hæres d. Iuliæ petat legitimam D. Francisci spectantem ad d. Iuliam eius hæredem, non potest eam consequi in bonis, quia exirent de agnatione pacisc entium contra expressam eorum voluntatem.

Non ob. etiam si diceretur non constare de voluntate pacisc entium, vt etiam bona debita pro legitima conseruentur in agnatione,& subijciantur pacto.

Quia respondetur, satis constare ex eo, quòd alias fi. omnes legitimæ deberent assignari in bonis, pactum de facili redigeretur ad nihilum.

Secundò moti sunt Domini, quia Do. Vincentius senior Auus & legitimus administrator D.Vincẽtij iunioris per receptionem dotis d.Iuliæ,quæ pro parte fuit soluta de residuo legitimæ d.Fracisci,soluto prius ære alieno ipsius,facta † tamen æstimatione bonorum Do. Iulij
4 in scutis 200000.præiudicauit sibi ita,vt non possit amplius legitimam D.Francisci prætendere in bonis. Paris. consi.16.nu.71.& seq.lib.2. cum alijs adductis per Menoch.vbi supra nu.30.

Non ob.quòd D.Vincentius senior recipiendo pecuniam loco bonorum,ad quæ actionem habebat,dicatur
5 illa alienasse, quod † licèt potuerit facere sine decreto iudicis,& alijs solemnitatib.Docto.in l.præses,& maxime Ias.nu.2. C.de transl. non possit tamen facere sine causa à iure permissa.l.j.& ibi Doct.C.de bon.materñ.cũ oportet.§.non autem.ver.sed tantummodo.C.de bo. quæ lib.

Quia responsum fuit, q̃ nõ sumus in alienatione,qa filius non est dominus legitimæ, & non competit ei rei
6 vendicatio,sed † est creditor, & datur ei condictio ex lege.bene Suar.in l.quoniam in prioribus.in 11.ampliat.nume.111.Corasi.in l.filium quem habentem.nu.85. C.famil.erc.Alex.consi.127.nu.6.lib.6.

7 Tertiò moti sunt Domini, quia † legitima potest ex causa assignari in pecunia, vt late deducit Rim.sen.cõsil. 332.num.16.17.18.19.& 20.lib.2.Causa autem in casu isto poterat esse duplex. Vna, vt bona conseruentur in agnatione,cùm Principis interfit habere Barones, Marchiones, & reliquos milites opulentos, vt in specie bene deducit Bereng.in l.in quartam.in 3.c.princ.num.61.ff. ad leg.Falc. Nec intrant responsiones exẽplo datæ.Quia ex superius dictis tolluntur. Altera causa poterat esse pbabilis timor scãdali, qui licèt cesset quoad communionem (quia D. Vincentius non petit legitimam in bonis pro indiuiso,sed pro diuiso loco separato in prædio Corcolli, vel Algidi)nihilominus timor scandali potest considerari ratione vicinitatis, quia quamuis assignaretur legitima in loco separato,assignaretur tamen in loco vicino, & contiguo alijs bonis D.Iulij: tũc autem cessaret prorsus timor scandali, quando legitima posset assignari in bonis non solum separatis, sed etiam distantibus à bonis D. Iulij. Et non est dubium, quòd ratione euitãdi scandalum multa permittuntur cõtra reg. iur. quæ aliàs non permitterentur.late Felyn.in c.2.nu.2.de præscript.
8 Et quòd† iudicibus maioribus licet leges transgredi,& ab ordine iuris recedere ratione periculi, vel scãdali euitandi,tradit Bal.per illum tex. in l.si quis filio.§. huic autem.circa fin.ff.de iniust.rup. testam.sequitur Paris.d.capitu.2.in prin.Afflic.ad rub.ex quib.cau.feu.amittat.nume.43.& 44.& hoc idem voluit Dec.in ca.1.nu.31. prope fi.ver.nam ex causa.de proba. post Innoc. & omnes in c.1.de constitut.

9 Quartò, & vltimò mouebat Dominos, † quòd nihil interest Do. Vincentij habere hanc legitimam in bonis: cessat enim duplex interesse consideratum pro parte ipsius.Primum est, quòd cùm Do. Iulius velit ei assignare de bonis legitimam Do.Helenæ auiæ maternæ sibi debitę in bonis filiorum, quæ legitima est minuscula portio, sua interest cum ea habere legitimam D. Francisci, quæ est multo maior portio. Istud interesse cessat condemnando Dom. Iulium ad præstandam hanc legitimam Do.Helenæ in pecunia. Secundum interesse in eo consistit,quòd si legitima assignabitur in bonis ex valore illorum,poterit regulari valor reliquorum bonorum Dom.Iulij, & sic constito de valore bonorum poterit dignosci,

dignosci,an sit locus augumento dotis Dom. Iulię. Istud interesse cessat, quia aut legitima assignabitur in bonis per viam quotæ,& tunc non poterit fieri assignatio sine æstimatione omnium bonorum Do.Iulij,per quam æstimationem poterit cognosci, an sit locus augumento d. dotis.Aut legitima assignabitur in certis bonis, non per viam quotæ, & tunc non poterit à valore illorum regulari valor reliquorum bonorum, quia differunt inter se ratione iurisdictionis, & aliarum qualitatum.

Roman.notariatus.Vener.14.Octobris.1583.

SVMMARIVM.

1 *Notarius,vel actuarius causę presumitur scire mentem iudicis.*
2 *Officialis dicitur delinquere officium exercendo, quando delinquit fauore,vel prætextu, vel contemplatione, vel calore officij.*
3 *Officialis dicitur delinquere in exercitio officij, quando auctoritas officij est in causa vt delinquat.*
4 *Notarius dicitur delinquere in officio, quando tanquàm notarius,& non tanquàm simplex reus delinquit.*
5 *Notarius,quòd dicatur solum delinquere in officio, quando conficit falsum instrumentum, Doctores non loquuntur restrictiuè,sed exemplificatiuè.*
6 *Notarius delinquere dicitur in officio, quando delictum propriè tangit officium.*
7 *Notarius,an delinquat in officio,vel occasione,fauore, calore,& auctoritate officij,non est differentia.*
8 *Notarius, quando dicatur committere crimen concussionis,vel quasi.*

DECISIO DCCLIIII.

DOmini tenuerunt, Franciscũ Burgum deliquisse in officio,quia cùm esset notarius causarum criminalium curiæ capitolij, & per consequens actuarius causę criminalis, quã Mutius de Furnarijs habebat coram Do. Senatore, & verisimiliter posset scire mentem eiusdem D.Senatoris,non potuit,nisi tanq̃ notarius causarum criminalium curiæ capitolinæ,& actuarius illius causæ, & sic ratione, vel occasione, vel calore officij,persuadere matri,vel fratribus d. Mutij, quòd D. Senator, non obstante decreto iam facto,intendebat facere eundem Mutium furcis suspendi,nisi pecuniæ soluerentur, quibus auditis mater d.Mutij metu concussa domunculam suam dotalem viliori pretio vendidit, & d.Francisco scuta 40. tradidit.Si enim d.Franciscus non fuisset notarius causarum criminalium curiæ capitoliũæ,& actuarius illius causę,mater d.Mutij ei non credi-
1 disset: ex eo enim dũtaxat credidit, quia † erat notarius criminalis curiæ capitolij, & actuarius causæ criminalis filij, ita vt posset verisimiliter scire mentem iudicis, & sic credidit,& metu concussa fuit contemplatione, & fauore officij.Vnde intrant trad. per Par.de Put. de sindic. ti.iudices ad syndicatum.c.primo, nume.8.vers.& dixit, pag.mihi.129.& in verbo,officialis offensa.num.6. vers. nisi adulterasset, fol.350. vbi post Gul.de Cun.in l.nulli.quor. appel. non recip. & Bald.in l.secunda, in fine.C.
2 vbi de ratiocin.firmat,officialem † dici delinquere, officium exercendo, quãdo delinquit fauore, vel prætextu, vel contemplatione, vel calore officij. & idem quod Bal. tenet Salyce.in d.l.secunda,C.vbi de ratiocin.

Et quòd officialis dicatur delinquere in exercitio offi
3 cij,quando †auctoritas officij est in causa,vt delinquat, late deducit Prosper Caruita super rit. mag. curt. titu. quadragesimonono,colum.fina.versic.vnum tamen aduerte.& hoc idem sentit Barto.consil.174. nume. quar-
4 to,in fi.vbi vult,† notarium delinquere in officio, quando tanquàm notarius, & non tanquàm alius simplex reus delinquit.

Non obstat, quòd notarius dicitur delinquere in officio, quando conficit falsum instrumentum, Ange. Alexan.Ias.& Iacobin.in l.si quis ex argentarijs.§. cogentur. ff.de eden.Paul. de Cast. in l. quamuis.§.j. nume. secundo, ff.de solut.

5 Quia† Doctores non loquuntur restrictiuè,sed exemplificatiuè, & non negant, quin notarius possit delinquere in officio alio modo vltra confectionem instrumenti falsi.

6 Non obst.quod notarius, † tunc dicatur delinquere in officio, quando delictum proprie tangit officium,secundum Bald.in l.2.§. miles. post med. ff. de his qui notant.infam.

Quia delictum in casu nostro proprie tangit officiũ, cùm calor, & auctoritas officij fuerit in causa, vt notarius delinquat ex supradictis.

7 Non obst. quòd sit differentia, an notarius † delinquat in officio, vel occasione, fauore, calore, & auctoritate officij, Tiraquel. cess. caus. limit.13. numero quinto,cum seq.

Quia Tiraq.loquitur de differentijs inter causam, & occasionem, & contrarium sentiunt Doct.præcitati,maximè Barto.consil.174.numero quarto,in fine ibi,notarius fuit condemnatus de falso nõ commisso in officio, nec in eo, quòd tamquã notarius esset sibi commissum. & bene Bal.& Salyce. in d.l. secunda, C. vbi de ratiocin. volentes, syndicum potestatis non posse eum syndicare de his, quæ non gessit in officio, nec contemplatione officij,& sic gesta in officio æquiparantur gestis contemplatione officij.

Non ob.quod dicit glo.in ca.statutum.§.notarium.in verbo,metas.de rescrip.Bouer. in suis sing.in verbo, notarius.num.11.

8 Quia † ideo ibi notarius non dicitur committere crimen concussionis, sed quasi, quia in exigendo salarium metas rationis excedebat, & sic non exigebat pecunias in totum indebitas, sed partim debitas ratione salarij, partim indebitas ratione excessus, & ideo gl. dicit, quòd exigere ratione officij vltra debitum, est quasi crimen concussionis.

Vrbeuetan.Legati.Vener.21. Octobris.1583.

SVMMARIVM.

1 *Editio,quæ fit iudici, debet fieri de tota scriptura.*
Intellige tamen & declara,vt nu.2.& 6.
3 *Legatarius non potest petere à notario copiam totius testamenti,sed solum particulam spectantem ad eius legatum,ac etiam nomina testium.*
Limita, nisi in legato adsit aliquod verbum ambiguum, quod declaretur per aliam particulam testamenti. numero 4.
Idem si particula legati haberet relationem ad aliam particulam testamenti.nu.5.

DECISIO DCCLV.

REsolutum fuit, Iulium legatarium non teneri producere integrum testamentum, neque etiã particulam legati vsufructus omnium, & sin-

gulorum bonorum relicti Lauiniæ, & eidem Iulio suffi-
1 cere productionem particulæ sui legati, quia licèt † si-
mus in editione, quæ fit iudici, quæ debet fieri de tota
scriptura, Doct. in cap. contingit. de fide instrumen. Bar-
to. in rub. ff. de nou. ope. nuncia. sub num. septimo, quem
ibi cæteri sequuntur. Dec. in cap. primo, nume. 62. circa
med. versicu. secundo conclusio supradicta. de proba.
2 nihilominus hoc intelligitur † in eo, qui totam scriptu-
ram exhibere potest: secus in eo, qui totam scripturam
exhibere nequit, vt legatarius, qui non debet habere co-
piam totius testamenti, sed particulę sui legati, & ita de-
clarat Barto. in d. rub. de nou. ope. nuncia. numero septi-
mo, in fine. versic. & hoc intellige, quam declarationem
sequuntur ibi Alexan. nume. trigesimoseptimo, Hercul.
nume. quadragesimoprimo, ante med. versic. subdit Bar
to. hoc procedere. bene Ruin. nu. vigesimoseptimo, ver-
sicu. insuper est aduertendum. Crot. nume. 50. Paris. nu-
me. 103. vers. & iudic. Soc. iun. num. 128. in fi.

3 Et † certum est, legatarium non posse petere neque à
parte neque à notario copiam totius testamenti, sed so-
lum quoad particulam sui legati, & institutionis, à qua
legatum pendet, ac etiam quoad nomina testium. ita Ia-
cob. de Aren. in l. fina. C. de precib. Imper. offeren. per il-
lum tex. & per l. argentarius. §. edi. ff. de eden. & c. contin
git. de fide instrumento. sequuntur in d. l. fina. Cyn. nu-
me. secundo, Fulgos. ad fi. Pau. de Cast. nume. 3. & Ias. nu-
me. 3. Barto. in l. secunda, §. fi. nume. secundo, ff. quemad.
testam. aper. Ange. consil. 164. prope fi. versi. debet ergo,
idem Barto. in l. argentarius. §. edi. sub num. primo, & ibi
Alber. nume. 3. ver. & ideo. Ang. nume. primo, & Iacobin.
num. 4. ff. de eden. idem Bar. ad rub. ff. de nou. ope. nunc.
nume. 3. in fi. & ibi Alex. nume. 35. vers. an autem. Paris.
num. 99. Niconit. num. 274. Crot. num. 47. & Hercul. nu
me. quadragesimoprimo, vers. an autem sufficiat. Dec. in
d. cap. primo, nume. 62. post prin. ver. vnde legatario, ex-
tra de proba.

4 Hoc † tamen non procedit, quando in particula lega
ti adest aliquod verbum ambiguum, quod declaratur p
aliam particulam testamenti, quia tunc legatario illius
quoque particulæ copia dari debet. ita Barto. per illum
tex. in l. qui filiabus. in princ. nume. primo, versicu. & pu-
to, quem ibi sequuntur Pau. de Cast. num. 3. Aret. nume.
primo, in fi. Alex. in primo not. Ias. num. 7. ff. de legat. 1.
Dec. in d. c. primo, nume. 62. ante med. ver. & ideo dicit.
Crot. in d. rub. de nou. ope. nunc. nu. 48. Niconit. nume.
274. ver. tamen si est. Bolognet. num. 144. versic. hanc ta-
men limitationem.

5 Et idem † si particula legati haberet relationem ad
aliam particulam testamenti, puta, quòd legatum esset
factum sub conditione scripta in alia particula præcedē
ti, vel sequenti: nam illius quoque particulæ copia dan-
da est, vt per Bolognet. d. rub. num. 144. circa med. ver. &
si eueniret. Crot. num. 50. in fi. Paris. nu. 103. in fi.

Vnde cùm in casu nostro particula legati producta
pro parte Iulij sit integra, perfecta & clara, & non ha-
beat relationem ad particulam legati vsusfructus relicti
Lauiniæ, nec ab ea declarationem vllam recipiat, conse-
quens fit, Iulium non teneri eam producere.

Non ob. quod quando editio fit iudici, tunc tota scri
6 ptura exhiberi debet, quia † in fine posset esse vna parti-
cula, quæ corrigeret, & limitaret præcedentia, vt inquit
Barto. in d. rub. num. septimo, versicu. dico contra. & ibi
Ias. nume. octauo, versicu. vltra alios, & in casu isto agi-
tur de editione facienda iudici, & particula legati vsus-
fructus facti Lauiniæ limitat legatū factū Iulio: Quia
illud, quod dicit Bar. & Ias. procedit in eo, qui pōt totam
scripturam exhibere: at secus in eo, qui totam scripturā
exhibere non potest, prout est legatarius, qui non potest
habere copiam testamenti, nisi quoad particulam sui le-
gati, prout ipsemet Barto. ibidem, & cæteri post eum
declarant.

Valentin. emolumentorum. Lunæ, 24. Octobris. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest alienare res suæ mensæ episcopalis, nisi copulatiuè interueniat solemnitas de qua in ca. sine exceptione. 12. q. 2. & euidens vtilitas. ex communi.*
2 *Ius non decrescendi quo casu locum habere dicatur.*
3 *Episcopus de bonis suæ mensæ episcopalis potest donare, & alienare capitulo sine solemnitatibus, non obstante iura mento de non alienando sine superioris licentia.*
4 *Episcopus potest de bonis suæ mensæ episcopalis loco religioso donare.*
5 *Donatio non videtur esse proprie alienatio.*
6 *Capitula omnia cuiuscunque dispositionis recipiunt vim & effectum eo tempore, quo fit conclusio dispositionis, & omnia capitula simul videntur fieri, & concludi, quando dispositio est absoluta.*
7 *Clausulæ omnes positæ in sententia in fine, & in eodem instanti concluduntur.*
8 *Capitula, vel pacta omnia posita in eodem instrumento, simul & semel in eodem instanti vires suscipiunt, non dando neque prius, neque posterius.*

DECISIO DCCLVI.

DOmini in decisis concorditer perstiterunt, non obstantibus nouiter deductis pro parte benefi-
ciatorum. Quorum.

Primum est, quòd applicatio facta canonicis sit nul-
1 la; tum quia † Episcopus non potest alienare res suę mē
sæ episcopalis, nisi copulatiuè interueniat solemnitas,
de qua in capitu. sine exceptione. duodecima quæstio. se-
cunda, & euidens vtilitas. glo. in sum. duodecima, q. 2. de
communi Dec. consil. 142. sub nume. 4. & consilio 283.
sub nume. 6.

Quorum neutrum hic adest. Tum etiam; quia Episco
pus restrinxit se ad facultatem sibi per literas apostolicas
datam, prout patet ibi, volentes igitur nos Iacobus gra-
tiam, & concessiones apostolicas supradictas debitæ
executioni demandare.

Vnde si non fuit executus iuxta formam literarum
apostolicarum, quia canonicis ibi non nominatis assi-
gnauit, vtique ex alio capite assignatio substineri nō po-
test. Stante igitur nullitate applicationis factæ canoni-
cis, & stante præcedente applicatione totius summę mil
le florenorum factę beneficiatis, & applicatę canonicis,
quæ ipsis ob nullitatem applicationis non acquiritur,
2 sequitur, vt remaneat penes beneficiatos † per ius non
decrescendi. l. vnica. §. fin verò non omnes. C. de cad. tol-
len. Ias. in l. si mihi, & Titio. numero 2. ff. de verb. oblig.

Secundum quod pro parte beneficiatorum deduci-
tur, est, quòd postquàm Episcopus assignauerat benefi-
ciatis integram summam mille florenorum iuxta for-
mam literarum apostolicarum, non poterat postea face
re adiectionem, & statutum, vt canonici ad dictos mille
florenos æquis portionibus cum beneficiatis admitte-
rentur, cùm iam super tota summa mille florenorum
esset ius quæsitum ipsis beneficiatis.

Tertium, quod deducitur pro parte beneficiatorum,
est, quòd beneficiati de dictis bulla, & applicatione nul-
lam

lam habuerunt notitiam, nec habere potuerunt, nisi de
anno 1566. tempore bo. me. D. Martini de Aiala tunc
Archiepiscopi Valentin. prout deponunt plures testes,
qui etiam probant diligentem & exactam custodiā scri-
pturarum in archiuio reconditarum, & prohibitionem
illas alicui personæ ostendendi.

Ad primum responsum fuit, quòd immo applicatio
3 facta canonicis fuit valida, quia † episcopus de bonis
suæ mensæ episcopalis potest donare & alienare capitu-
lo sine solemnitatibus, non obstante iuramento de non
alienando sine superioris licentia, iuxta cap. vt super, de
reb. eccles. non alienan. & ratio est, quia non potest dici
alienatum ab ecclesia, quod semper in dominio eccle się
retinetur. argum. l. vnum ex familia. & l. Imperator. §. fin.
& l. seq. ff. de leg. 2. ita tradit Hostien. in cap. nouit, col. 2.
prope fin. versic. quid ergo si episcopus, de his quæ fiunt
à præla. sine consen. capit. sequuntur ibi Ioan. And. col. 2.
in prin. versic. quid ergo. Card. num. 5. q. 7. Imo. num. 13.
in fine, versic. vltimo limita, & num. 14. & Butr. num. 7.
& glos. in clem. 2. in verbo, ecclesiam, de reb. eccles. non
alien. Bertach. de episc. par. 4. q. 45. hoc idem voluit Ol-
dra. consil. 182. versic. & sicut inquiens, quòd sicut episco-
4 pus † potest de bonis suæ mensæ episcopalis loco reli-
gioso donare. c. consultationibus. c. pastoralis, de donat.
ita & multò magis debet posse donare capitulo suo, cui
5 magis alligatur. c. requisiti. §. vlt. de testam. & † ideo non
videtur proprie ad alienationem tendere. l. voluntatis.
C. de fideicommis. l. pater. §. quindecim. ff. de leg. 3. quod
dictum refert & sequitur Ioan. And. in addit. ad Specul.
de his quæ fiunt à præla. sine consen. cap. §. j. sub num. 6.
in verbo, sibi ipsi, ad fin. addit.

Nec obst. illud, quòd episcopus se restrinxerit ad fa-
cultatem sibi per literas Apostolicas tributam, quia id
verum est quoad applicationem factam beneficiatis, sed
quoad applicationem factam canonicis non se restrin-
xit, quia processit etiam authoritate ordinaria.

Ad secundum responsum fuit, quòd beneficiati non
possunt prætendere sibi applicatam fuisse totam sum-
mam mille florenorum, & per consequens sibi super to
ta summa ius quæsitum fuisse, quia adiectio & statutū
ad fauorem canonicorum fuit factum vnico contextu,
& ideo perinde est ac si episcopus applicasset quingenta
beneficiatis, & quingēta canonicis, quia vt inquit Aret.
in l. si ita scriptum. col. 3. circa med. versic. ista tamen ra-
6 tio. ff. de leg. j. omnia † capitula cuiuscunque dispositio-
nis recipiunt vim & effectum eo tempore, quo fit con-
clusio dispositionis, & omnia capitula simul videntur fie
ri & concludi, quando dispositio est absoluta. Et in simi
li videmus in sententia, quòd in eam non transit prius
7 †vna clausula quàm altera, quia omnes clausulæ in fine
& in eodem instanti concluduntur, vt inquit Bald. in
l. quid ergo. §. pœna grauior, in 2. lect. num. 10. circa me-
dium, versi. item non est verum. ff. de his qui not. infam.
Aret. in l. si is qui, in primo not. ff. de testam. Facit etiam
quod scribit Bart. in l. contractus, num. 4. C. de fide in-
8 strum. quod † vbi in eadem scriptura vel instrumento
capitula, vel pacta sunt scripta, quorum primum sit ad
fauorem vnius partis, secundum ad fauorem alterius,
non potest illa pars, ad cuius fauorem primum capitu-
lum siue pactum scriptum fuit, dicere, illud fuisse prius
conuentum & stabilitum & sibi ius quæsitum, quia om
nia simul & semel in eodem instanti vires suscipiunt, &
non datur neque prius neque posterius. & Bart. sequun-
tur Salyc. ibi q. 5. ad fin. versic. item dicit. Fulgos. num. 5.
Castren. num. 7. Cagnol. in l. lecta, num. 129. & 157. ff. si
cer. per. & in l. fin. num. 266. C. de pact.

Ad tertium fuit responsum, illud posse procedere in
beneficiatis modernis, quia forsan non habuerunt scien
tiam tenoris bullæ Benedicti XIII. At secus in benefi-
ciatis antiquis illius temporis, quos habuisse notitiam
tenoris & qualitatis ipsius bullæ faciebat Dominis mul
tum verisimile ex prioribus cōiecturis in decisione de-
ductis, & in hoc casu debet attendi scientia & obser-
uantia proxima eidem bullæ, & non remota, secundum
Bal. in proœm. ff. sub num. 7.

Alia deducta pro parte beneficiatorum tolluntur, vel
ex præmissis, vel ex eo quod bulla Benedicti est facultā-
tiua, non præceptiua, & ideo illud quod dicitur de dic-
tione, vsque, vt stet inclusiue, non facit, quia licèt bulla
includat integram summam mille florenorum, hæc
tamen inclusio stat facultatiuè, non præceptiuè.

*Romanen. nullitatis census. Veneris, 4. No-
uembris. 1583.*

SVMMARIVM.

1 *Singula singulis congruè referenda sunt in aliqua interpre tanda dispositione.*
2 *Census constitui debet super re certa, qua perempta, perimit census.*
3 *Pactum de non petendo reductionem census seu defalca-
tionem pro quouis casu etiam inexcogitato, non debet intelligi super re censuali, qua perempta perimit etiam census, sed super fructibus eius: aliàs esset iniquum. & num. 5.*
4 *Remissio census & defalcatio fit non solum ratione damni contingentis in fructibus, sed etiam in re.*

DECISIO DCCLVII.

QVamuis verba instrumenti impositionis cēsus,
de quo agitur ibi, D. Iacobus vendidit &c. vnū
annuum & perpetuum censum scutorū 130.
monetæ, liberum & exemptum ab omni quouis onere,
impositione, reductione, grauamine, defalcatione, & im
pensa, ad cuiusuis personæ instantiam, pro quauis causa
& occasione, etiam necessarijssima & vrgentissima, ac
pro quouis casu & euentu, etiàm hic penitus inexcogi-
tato, impositis & imponendis, fierijq; respectiuè necessa-
rijs & opportunis: Quamuis (inquam) huiusmodi ver-
ba reciperent eum sensum, quem prætendunt isti de
Alexijs, videlicet, vt census sit liber, & exemptus ab om
ni, & quouis onere, impositione, & grauamine, ad cu-
iusuis personæ instantiam, pro quauis causa & occasio-
ne, etiam necessarijssima & vrgentissima, ac pro quouis
casu, & euentu, etiam hic penitus in excogitato, impos-
itis, & imponendis, & sit liber, & exemptus ab omni, &
quauis reductione, & defalcatione, & impensa fieri ne-
cessarijs pro quouis casu & euentu, etiam hic penitus
1 inexcogitato, † singula singulis congruè referendo, vt
2 per Aym. consil. 98. num. 11. Et † quamuis etiam receptis-
sima sit conclusio, vt census cōstitui debeat super re cer
ta, ita vt ea perempta, perimi debeat census, prout testā-
tur Moder. Gemin. in l. 2. commentario 2. num. 63. C. de
pact. inter empt. & vendit. nihilominus ex pacto, quòd
3 † non possit peti reductio, & defalcatio pro quouis casu
& euentu, etiā penitus inexcogitato, non infertur, vt do
mo (super qua impositus est census) perempta, rema-
neat census, quia illa reductio & defalcatio debet intel
ligi non respectu damni contingentis in domo, eo quia
ex terræ motu vel incendio, vel ex alio casu etiam inex-
cogitato pereat, nam hoc casu pactum de non petendo
reductionem & defalcationem esset illicitum, cum cen
sus,

sus, re, super qua esset impositus, perempta, remanere nequeat, sed debet intelligi respectu damni contingentis in fructibus domus, eo quia propter bellum, vel pestem, vel alium quemcunque casum, etiam inexcogitatum, non possit fructum habitationis reddere: hoc.n.casu pactum de non petendo reductionem & defalcationem est licitum, quia sterilitas cum vbertate compensari potest. l. licèt. C. loca. l. ex eo. ff. de tritic. vin. oleo lega. cap. propter sterilitatem, de loca.

4 Et † licèt remissio & per consequens reductio, & defalcatio fiat ratione damni contingentis, non solum in fructibus. l. si merces. §. vis maior. & ibi Bart. num. 6. ff. loca. d. l. licèt. & ibi Doct. sed etiam in re, quia pereat. l. ex conducto. §. sed si ager. ff. loca. Doct. in d. c. propter sterilitatem. & d. l. licet. Bar. in d. §. vis maior. sub num. 6. bene
5 Capr. reg. 88. num. 18. nihilominus pactum † de non petendo reductionem & defalcationem in casu nostro debet intelligi (vt dixi) ratione damni cõtingentis in fructibus tãtum, vt excludatur delictum, tum, vt actus substineatur, tum etiam, quia verba, quæ ad casum licitum & illicitum trahi possunt, ad licitum trahi debent; vt per Gabriel. de crimin. conclus. 2. num. 25.

Toletan. præeminentiarum de Alcanzar. Lunæ, 7. Nouembris. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia vnita monasterijs quoad temporalia debẽt in suo statu conseruari.*
2 *Vicarij perpetui deputantur solum in beneficijs curatis: in alijs verò sunt ad nutum amouibiles.*
Fallit in ecclesijs collegiatis vnitis. num. seq.
3 *Clerici perpetui deputantur in ecclesijs collegiatis vnitis, licèt non habeant curam animarum.*
4 *Monasterium habet liberam administrationem in bonis tẽporalibus beneficij sibi uniti.*
5 *Vicarij perpetui non habent nisi congruam.*
6 *Emolumenta omnia beneficij suppressi transeunt in ecclesiam, cui facta est vnio.*

DECISIO DCCLVIII.

QVoad præeminentiam Domini dixerunt, vicarios perpetuos præferri capellanis de numero, & alijs presbyteris, quos vocant, extrauagantes, prout bene deponunt testes vicariorum super secundo articulo.

Quo verò ad emolumentum Domini dixerunt, Vicarios perpetuos & monasteria, quibus ista beneficia seruitoria sunt vnita, habere intentionem fundatam de iu-
1 re communi, quia cùm huiusmodi † beneficia sint vnita quoad temporalia, iuxta tex. in cap. primo, de capel. monac. lib. 6. debent in suo statu conseruari. cap. secundo, de supplen. neglig. præl.
2 Et † quamuis in beneficijs simplicibus vnitis soleant deputari vicarij ad nutum amouibiles, & non perpetui, cùm in curatis tantum deputentur perpetui. glos. & Docto. in clemen. vnica, de offic. vicar. Gemin. cons. 86. nume. 3. tamen † in ecclesijs collegiatis vnitis debent deputari clerici perpetui. vt per Innoc. in c. Lateranen. sub nume. primo, in fine. de præben. Card. in cap. de monachis. quæst. 9. eod. tit. Et ideo in istis ecclesijs licèt vere nõ sint collegiatæ, tamen ad instar collegiatarum fuerunt deputati clerici perpetui præsentandi per Monacos, & instituendi per ordinarium.

Cùm igitur prædicta beneficia sint vnita pleno iure quoad temporalitatem, omnia bona temporalia in monasterium, cui vnio facta fuit, translata fuerunt, super
4 † quibus habebat liberam administrationem, vt per Innocen. in c. pastoralis, num. primo, de priuileg. Petr. de Vbal. de vnion. cap. secundo, numero primo. & melius, numero 22.

Quo stante cùm hæc emolumenta spectent ad beneficiatos ratione suorum beneficiorum, debent etiam spectare ad istos vicarios perpetuos, qui deseruiunt, & horis intersunt, dummodo monasteria, quibus beneficia prædicta sunt vnita, id eis concedant.

Non ob. quod isti Vicarij non sint Rectores. clemen.
5 vnica, de offic. vicar. vbi Vital. num. 7. & 8. & † quòd non possint habere, nisi congruam. Abb. in ca. quia extirpandæ. §. quia verò. num. 6. de præben.

Quia monasteria assignant istis vicarijs hæc emolumenta pro congrua, & obiectio procederet, si monasteria contradicerent.

Non obst. quòd cùm per vnionem hæc beneficia sint suppressa, vt per Rebuf. de vnion. nu. 3. non possunt isti Vicarij dici subrogati, quia licet beneficia sint suppres-
6 sa, tamen omnia † emolumenta transeunt in ecclesiam: cui facta est vnio, & ideo illa ecclesia potest hæc emolumenta concedere istis Vicarijs perpetuis, qui actu in ea deseruiunt.

Reseruarunt autem Domini particulariter videndũ de emolumentis ad mensam capitularem spectantibus.

Salamantin. obseruationis beneficiorum. Lunæ, 14. Nouembris. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Reg. de iure quæsito non tollendo, non habet locum, vbi est fauor publicus.*
Item non habet locum, nisi quando est verè & perfectè quæsitum. num. 4.
2 *Priuilegio causa insertionis concesso, renunciari nõ potest.*
3 *Priuilegium datum pauperibus censetur causa insertionis datum.*
4 *Verbum, quæsitum, denotat perfectionem, seu incorporationem, & radicationem.*
5 *Priuilegij ius eo ipso quod est acceptatum, dicitur incorporatum.*
6 *Ius quæsitum vniuersitati eo ipso dicitur, quòd quis declarat se velle graduari in ipsius collegio.*
7 *Ius statuti seu priuilegij ecclesiæ quæsitum, & incorporatum dicitur eo ipso, quòd titulus vacat.*

DECISIO DCCLIX.

DOmini dixerunt, reg. de iur. quæsit. non tollen. in casu, de quo agitur, non intrare, ex duplici ratione.

1 Altera fuit, quia † vbi adest fauor publicus, non est locus d. reg. Gomes. decis. pen. lib. 2. Ant. Aug. in repert. super d. reg. nume. 8. Rebuf. super eadem reg. glo. 6. nu. 29. arg. l. item si verberatum. §. j. ff. de rei vendic. l. Lucius. ff. de euict. Pau. de Cast. cons. 178. col. j. circa fi. ver. ideo videtur. lib. j. & fuit tentum in vna Granaten. hospitalis coram R. P. D. meo Brauo, 26. Maij. 1583.

Hic autem adesse fauorem publicum apparet, tum quia literarum studia ad communem, siue publicã vtilitatem pertinent, vt in proem. Gregorij. vers. ad commu-
2 nem. Tum † quia priuilegio causa insertionis concesso, renunciari non potest. Felyn. in c. si diligenti. num. 16. de
3 foro compet. & † priuilegium datum pauperibus censetur

fetur causa insertionis datum, cùm pauperes sint miserabiles personæ. Abb. in cap. significantibus, num. 6. de offic. deleg.

Non obst. quatuor responsiones exemplo datæ.

Prima, quod in priuilegio sancti Iacobi nulla fit mentio de paupertate.

Secunda, quòd collegiales dicti collegij possunt graduari in eorum collegio ab eorum Rectore.

Tertia, quòd si dicti collegiales volunt sub prætextu paupertatis graduari, hoc facere possunt cum interuentu omnium Doctorũ, cùm ex statutis vniuersitatis pauperes gratis promouebantur, ideo ratione paupertatis non debent excludere cathedraticos de collegio.

Quarta, quia dicti collegiales non sunt pauperes.

Quia ad primam replicatur, satis esse, priuilegium concessum fuisse pauperibus, licèt in eo de paupertate mentio non fiat.

Ad secundam, quòd licèt dicti collegiales possint graduari in eorum collegio, non propterea sequitur, quin possint etiam suscipere gradum in collegio vniuersitatis, cùm eorum priuilegium sit facultatiuum.

Ad tertiam, quòd si dicti collegiales tanquam pauperes suscipiunt gradum in collegio vniuersitatis, & ratione paupertatis gratis promouentur, si graduantur à cathedraticis proprietatis sine interuentu aliorum cathedraticorum de collegio, id nihil eorum interest, quia si gratis promouentur, nullum possunt consequi emolumentum.

Ad quartam, quòd de paupertate dictorum collegialium satis constare in statuto eorum dicitur.

Altera decisionis ratio fuit, quòd dicta regula nõ ha-
4 bet locum, nisi † quando ius est verè & perfectè quæsitum, hoc est radicatum & incorporatum, cùm verbum, quæsitum, denotet perfectionem, & sic incorporationem, & radicationem, vt per Ægid. cons. 34. col. antepenul. in 7. dub. in fine. Sarn. in d. reg. quæst. 4. sub num. 14. Put. decis. 260. incipien. fuit conclusum, lib. 2. Paleot. decis. 138. incip. 13. Februarij. Vnde cùm dicti collegiales non cogantur suscipere gradum in collegio vniuersitatis, sed possint extra illud, vbi voluerint, graduari, nõ potest dici fuisse illis aliquod ius quæsitum, radicatum, & incorporatum, sed tantum ei competit quoddam ius incertum, & in spe, quo casu non requiritur derogatio regulæ.

Non obst. quod priuilegium vniuersitatis tribuit illi ius purum & simplex, & quod illud est radicatum. Quia
5 † id verum est quoad ius ipsius priuilegij, quod quæsitum & incorporatum fuit vniuersitati eo ipso, quòd acceptauit priuilegium, & eo vsa fuit, de quo iure hic non agitur, cùm per priuilegium sancti Iacobi non fuerit in perpetuum reuocatum vel sublatum, nec in totum, nec in parte priuilegium vniuersitatis, quod si factum fuisset, obstaret regula, vt per Put. decis. 289. incipien. Pompeius, lib. 3. Paleot. decis. 138.

Sed hic agitur de iure particulari resultante ex eo, quòd aliquis collegialis sancti Iacobi vellet graduari in
6 collegio vniuersitatis: nam † eo ipso, quòd declarauit hanc voluntatem suam, dicitur vniuersitati ius quæsitum, & radicatum, sicut dicitur de statuto & priuile-
7 gio ecclesiæ Burgen. cui † dicitur ius quæsitum & incorporatum eo ipso, quòd Abbatia vacat, vt per Sarnen. dicta quæstio. decimaquinta, in fine. Mohedan. decisio. 82.

Et sic ex occurrentia casus, quando scilicet aliquis collegialis collegij sancti Iacobi velit graduari in collegio vniuersitatis, dicitur ipsi vniuersitati ius quæsitum, & radicatum, quod ius per priuilegium sancti Iacobi non fuit sublatum, sed solum illud ius, quod est incertum, & in spe consistens.

Roman. fideicommissi del Deto. Lunæ, 21. Nouembris. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quando iubet, filiam contentam esse debere dote sibi data, vel constituta, non potest tunc agere ad supplementum etiam congruæ dotis.*
Et eò magis vbi statutum excludit filiam tam ex testamento quàm ab intestato, ita quòd nec etiam legitimæ supplementum petere potest. num. 2.
Immo nec etiam supplementum congruæ dotis vsque ad alimenta, stante prædicto statuto: aliàs contra. num. 3.
4 *Filia exclusa a statuto propter masculos, & mandante eam debere esse contentam dote sibi per patrem assignata, potest petere supplementum congruæ dotis respectu mensuræ alimentorum.*
5 *Qualitas personæ est consideranda in alimentis præstandis.*
6 *Maritus tenetur alere vxorem etiam indotatam.*

DECISIO DCCLX.

QVoad primam partem dubij Domini dixerunt, Bernardinam non posse petere supplemẽtum
1 congruæ dotis arbitrio boni viri. Nam † quando statutum iubet filiam contentam esse debere dote sibi data vel constituta, tunc non potest agere ad supplementum etiam congruę dotis, ex allegatis per Menoch. de arbit. casu 149. num. 2. cum alijs, de quibus in deci-
2 sione facta coram D. de Grassis. Maximè † iungendo vtrunque statutum vrbis cap. 82. & cap. 85. lib. j. vbi excluditur filia tam ex testamento quàm ab intestato, & mandatur contentam esse debere dote sibi data vel constituta, & prohibetur plus petere posse, quo casu certum est non posse petere repletionem neque dotis, neque legitimæ, vt post Bal. firmat Ruin. cons. 56. in fi. lib. 3. vbi subdit in hoc nullum contradicere.

Quantum autem ad secundam partem dubij Domi-
3 ni tenuerunt, Bernardinam, nec etiam † vsque ad alimẽta supplementum congruæ dotis petere posse. licèt enim Bal. Nouel. de dot. par. 6. priuileg. 17. num. 6. velit, stante statuto excludente filiam propter masculos & mandante eam debere esse contentam dote sibi per patrem assi-
4 gnata, posse † nihilominus eam petere supplementum congruæ dotis respectu mensuræ alimentorum, sequitur Soc. cons. 100. num. 11. ante med. versic. si verò statutum diceret, lib. 3. cum alijs adductis pro Bernardina: tamen Domini dixerunt nõ applicari casui nostro, tum quia verba statuti vrbis cap. 82. lib. j. sunt multum ampla & præcisa. Tum quia cùm Bernardina sit vxor artificis, dos sua videtur sibi sufficiens ad alimenta, cùm in hac materia consideretur qualitas personæ. alia enim
5 † debent esse alimenta præstanda filiæ nobilis conditionis, vt inquit Bal. nouel. d. priuileg. 17. num. 5. circa medium, versic. secundum conditionem. Tum etiam & tertiò, quia obiectum posset procedere, quando mulier nõ
6 esset adhuc nupta, sed † postquàm est nupta, maritus tenetur eam alere etiam indotatam. glos. & Doct. in l. si cũ dotem. §. finautem in fquisimo. ff. soluto matrim. Guid. Pap. decis. 439. num. primo. Aufrer. ad Capel. Tholos. decis. 87. num. secundo. Lup. cap. per vestras, in 3. not. num. 5. fol. mihi 191. & §. primo, num. 1. versic. fortius ergo. & §. 2. num. 3. Ferret. cons. 34. num. 7. & 17. vbi de communi.

Burgen.

Burgen. expensarum. Lunæ, 28. Nouembris. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Successori futuro reseruantur omnia acquisita ex redditibus ecclesiæ.*
2 *Ecclesiæ administrator præsumitur facere expensas de redditibus ecclesiæ.*
3 *Actio repetendi expensas factas per prædecessorem competit successori, seu ecclesiæ cui acquisita dicitur.*
4 *Fructus ecclesiæ à solo separati ad hæredes prædecessoris, non autem ad successorem pertinent. & num. 6.*
5 *Fructus recuperati per prædecessorem, & conuersi in vtilitatem ecclesiæ vna cum expensis pro eorum recuperatione factis, æquiparantur meliorationibus factis per prælatum vel clericum in rebus ecclesiæ, quæ sunt suæ in vita, sed de his non potest testari.*

DECISIO DCCLXI.

COnclusum fuit, capitulum teneri reficere moderno Archiepiscopo expensas litis, in quibus de anno 1565. condemnatum fuit, quia omnia ac-
1 quisita † ex redditibus ecclesiæ futuro successori reseruantur. cap. præsenti, de offic. ordin. lib. 6. cap. relatum, il secondo, de testam.

Vnde cùm prædecessor moderni Archiepiscopi litigauerit cum capitulo super exemptione iurisdictionis, & sic super re ad dignitatem episcopalem spectante, & in prosecutione litis multas fecerit expensas, easq; præ-
2 sumatur fecisse ex redditibus ecclesiæ, ex quo † erat eius administrator. l. Nesennius. & ibi Doct. ff. de nego. gest. Aym. cons. 129. num. 3. sequitur, vt moderno Archiepiscopo successori sit reseruata actio, quę competebat eius prædecessori pro dictis expensis aduersus capitulum, tãquàm acquisita ex redditibus ecclesiæ, cùm ex illis præ-
3 sumatur expensas fuisse factas, quæ † actio censetur acquisita ipsi ecclesiæ, ex not. per Docto. in cap. primo. vbi Couar. nu. 5. de testam. & actio quoq; personalis transfertur in ecclesiam, quando est celebratus contractus super bonis ecclesiæ, vt per D. Sarn. de reddit. eccles. par. 3. cap. 2. num. 8.

Non obst. quòd prædecessor moderni Archiepiscopi fecerit ipsas expensas de fructibus ecclesiæ, qui erant sui
4 proprij, cùm † essent recollecti & à solo separati, & ideo ad eius hæredes, & non ad successorem, pertinebant. gl. & Doct. in cap. si propter, de rescrip. lib. 6. Card. Imo. & Barbat. in cap. fin. de pecul. cleric. cum alijs citatis per Couar. qui de communi testatur, lib. primo varia. resol. cap. 15. sub num. 12.

Quia illi fructus, de quibus huiusmodi expensæ sunt factæ, fuerunt conuersi in vtilitatem ecclesiæ pro defen-
5 sione suæ iurisdictionis, & † ideo æquiparantur meliorationibus factis per prælatum vel clericum in rebus ecclesiæ, quæ sunt suæ in vita, sed de his non potest testari, vt inquit Abbas in capitu. fina. in principio, de pecul. cleric.

Et hæc Domini dixerunt procedere, attenta dispositione iuris communis. Verum cùm camera Apostolica exigat spolia episcoporum in Regnis Hispaniarum, putabant Domini, expensas tanquàm spolia potius pertine re ad ipsam cameram Apostolicam.

De hac materia fructuum ecclesiæ, quando sunt per-
6 cepti & à solo separati, an † spectent ad hæredes vel potius ad ecclesiam, præsertim quando prælatus habebat administrationem, & maximè quando de eis non dispo-
suit, vide Couar. varia. resolut. cap. 15. sub num. 12. & in c. cum in officijs, num. 5. versic. septimo, de testam. Bello. cons. 3. num. 6. Gigan. cons. 24. & 25. maxime num. 26. versic. tria sunt.

Senen. donationis. Lunæ, 21. Nouembris. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Maritus si relinquat vxorem vsufructuariam simpliciter cum alterius verbi adiunctione, non autem cum pluribus alijs verbis, licèt habeat liberos, intelligitur de ipso vsufructu propriè.*
Contrarium tamen in eo quod dicitur de vsufructu proprię, quãdo maritus relinquit vxorem vsufructuariam simpliciter, tenet Bart. & alij, num. 2.
Si verò cum alterius verbi adiuncto, legatum restringitur ad alimenta. num. seq.
3 *Testator si relinquat vxorem dominam & vsufructuariã, legatum restringitur ad alimenta.*
Eò magis si relinquat vna cum eius filijs. num. 4.
Contrarium tamen vide num. 6.
5 *Verba denotantia diminutionem non debent operari augumentum.*
6 *Filij inuitari dicuntur ad male tractandum matrem, si legatum vxori relictum vti dominæ & vsufructuariæ, restringeretur ad sola alimenta.*

DECISIO DCCLXII.

DOmini non recesserunt à resolutionibus coram R. P. D. Robuster. in hac causa factis; nempe, vsumfructum omnium bonorum relictum ab Antonio suæ vxori, stantibus filijs, resolui in alimenta iuxta consuetudinem Bulgari.

Non obst. quod dicit Bald. in l. si pater, in primo not.
1 C. de vsufruct. vbi † vult, quòd quando maritus reliquit vxorem vsufructuariam simpliciter cum alterius verbi adiunctione, non autem cum pluribus alijs verbis, licèt habeat liberos, tamen intelligitur de ipso vsufructu propriè.

Quia si hoc dictum Bal. allegetur in eo, quòd vult intelligi propriè de vsufructu, quando maritus relinquit vxorem vsufructuariam simpliciter, & tunc vltra quod in casu, de quo agitur, testator nõ solum relinquit suam vxorem vsufructuariam simpliciter, sed etiam dominã,
2 respondetur, quòd † contrarium tenet Bart. in l. Titia. §. Titia, num. 8. ff. de leg. 2. latè Aret. cons. 40. num. 2. versic. in contrarium. Soc. iun. cons. 97. nu. 21. versic. & ideo verum est, lib. j. Iaf. in l. cum hi. §. si singulos annos, nu. 4. ad fin. ff. de transac. Pract. Papien. in form. libel. quo vxor agit ad dotem. in glos. donec, num. 5. versic. & eodem modo. bene Pic. in d. §. Titia, nume. 48. in 6. limit. cum alijs allegatis per Gabriel. de vsufruct. conclus. secunda. num. quinto.

Si verò dictum Bal. allegatur in eo, quòd vult intelligi propriè de vsufructu, quando maritus relinquit vxorem vsufructuariam, non cum pluribus verbis, sed cum alterius verbi adiunctione, prout in casu nostro, in quo testator reliquit vxorem dominam & vsufructuariam,
3 & tunc † legatum restringitur ad alimenta, prout voluit idem Bal. in l. fin. num. 9. circa fin. versic. tertio casu. C. de indic. viduit. tollen. Salyc. in auth. hoc locum, col. 3. in fi. versic. & hæc puto vera. C. si secund. nupt. mul. Ruin. consil. 39. num. 1. lib. secundo. Pic. d. §. Titia, num. 48. versic. sexto limita.

Præterea & secundò, testator in casu nostro reliquit vxorem

vxorem dominam & vsufructuariam vna cum eius fi-
4 lijs, quia † voluit fructus debere inseruire etiam pro eius filijs, quo casu legatum restringitur ad alimenta. Bal. cõsil. 30. num. 2. iunct. princ. lib. 5. hoc idem præsupponit Pau. de Cast. cons. 118. num. 1. lib. j. Non enim testator videtur voluisse in legato matris coniungere filios, sed solum ostendere à matre alimenta percipi, vt etiam filij alerentur.

Accedit etiam, quòd cùm ex verbis illis, reliquit dominam & vsufructuariam, non posset vxor consequi alimenta, verba quæ postea addita sunt, videlicet reseruato etiam quod fructus prædicti debeãt inseruire etiam
5 pro eius filijs, quæ verba † denotant diminutionem. l. si quis à Titio. & l. illi cum illo. ff. de vsufr. leg. non debent operari augumentum. ad l. legata inutiliter.

Vlterius & tertiò ex legato alimentorum, quod testator reliquit vxori in euentum, quòd filij male eam tractauerint, clare colligitur, testatorem voluisse solum alimenta & quandam præeminentiam in domo relinquere, cùm per sequentia declarentur præcedentia. l. qui filiabus, de leg. j aliàs sequeretur absurdum, quòd testator voluisset inuitare filios ad male tractandum matrem,
6 cùm † ipsa in euentum malæ tractationis habeat solum alimenta, & faciunt tradita per Soc. cons. 279. num. 5. lib. 2. Pic. d. §. Titia, num. 136.

Forliuien. societatis. Veneris, 2. Decembris. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Societas contrahi potest super officijs, & eorum fructibus.*
2 *Communicatio portionum est de substantia societatis. ex communi.*
3 *Dominium portionis in societate censetur communicatum, in quam dicitur esse translatum.*
4 *Societas contracta ad commune lucrum & damnum de sui natura est licita etiam secundum Theologos.*
5 *Qualitas contractus cognoscitur ex pacto appposito super dissolutione ipsius contractus, & sic ex fine, qui declarat principium.*
Declara procedere in dubio, vt num. 13.
6 *Societas sortis dicitur, vbi sors in dissoluenda societate diuidi debeat: si verò sit salua, tunc non societas, sed insti toria dicitur.*
7 *Periculum vitæ facit valere societates, quæ quotidie contrahuntur super fructibus officiorum Romanæ Curiæ: quæ aliàs non valerent.*
8 *Contractus duo includuntur in contractu societatis, vnus implicitus, alter explicitus.*
9 *Contractus duo compatibiles possunt ex vno & eodem pacto resultare.*
10 *Ius resultans ex societate contracta super emptione, communicatur inter socios actiuè & passiuè.*
11 *Pactum de retrouendendo eodem precio non facit contractum illicitum ex augumento vel diminutione rei venditæ.*
12 *Principium si est licitum, & finis illicitus, attenditur initium, & non finis.*
13 *Dissolutio contractus inspicienda est in dubio.*
14 *Correctio est euitanda quantum fieri potest.*
15 *Dispositio quælibet ita interpretanda est, vt euitetur contrarietas & contractus illicitus.*
16 *Verborum significatio debet per largam interpretationem ad bonum intellectum & ciuilem applicari.*
17 *Pactum in societate appositum, vt quis partem lucri ferat, & de damno non teneatur, non est intelligendum de capitali, sed de damno & lucro mercimonij.*
Contrarium tamen vide num. seq.
Intellige, vt num. 20. & 21.
18 *Damnum propriè in societate non potest dici, nisi quando capitale non est saluum.*
Si autem societas non lucratur, dicitur sterilitas.
19 *Societas quandoque est lucrosa, quandoque sterilis, quandoque damnosa.*
21 *Intellectus ad §. & adeo. Instit. de societ. varij dantur. & num. seq.*

DECISIO DCCLXIII.

CIuitas Forliuien. redimit à Reueren. camera Apostolica officia ciuilia & damna data ipsius ciuitatis pro quantitate mille trecentorum triginta tria scutorum. Postea eadem ciuitas omnia iura & actiones sibi competentes super dictis officijs cessit Frãcisco Paulutio, qui deinde eadem iura & actiones sibi à dicta Communitate concessas super dictis officijs cessit Equiti Simoni Paulutio, qui admisit in socium ad tertiam partem dictorum officiorum tam ad bonũ quàm ad malum Dominum Ioan. Antonium Luccatellum, eo quia recepit ab eo scuta 444. pro integra tertia parte pecuniæ soluendæ Reueren. cameræ Apostolicæ debitæ dictæ ciuitati Forliuien. pro redemptione dictorum officiorum, cum pacto, quòd sit in facultate & potestate ad omne beneplacitum cuiuslibet partium nolentis amplius permanere in dicta societate, videlicet in potestate d. Ioan. Antonij repetere scuta 444. & in potestate Equitis Simonis illa restituere. Dubitatum fuit de duobus, videlicet.

An societas sit contracta super dictis officijs, vel super eorum fructibus. Et an sit valida vel licita, vel potius nulla, & illicita, tanquàm sapiens vsurariam prauitatẽ.

Domini Veneris, 2. Decembris, 1583. cõcorditer concluserunt, societatem fuisse initam super dictis officijs, & fuisse validam & licitam.

1 Quoad primam difficultatem, quòd † societas sit inita super dictis officijs, Domini dixerunt constare ex verbis instrumenti societatis tam in narratiua, ibi, *volendo pigliare per compagno al terzo di detti officij tanto al bene quanto al male.* quàm in dispositiua ibi, *piglia, riceue, & accetta in compagnia al terzo di detti officij tanto al bene quanto al male.* Item ibi, *non volendo più tenere per compagno alla sopradetta terza parte*, quæ verba visa sunt satis clara. Et ista societas fuit contracta super dictis officijs pro vna tertia parte quoad Luccatellum, pro alijs duabus tertijs quoad Paulutium. ille enim contulit in societatem vnam tertiam partem dictorum officio-
2 rum, quæ † communicatio est de substantia societatis. l. j. & l. si id quod. ff. pro soc. Doct. communiter in l. si pascenda. & maxime Dec. num. 13. C. de pact. Patet ex eo, quòd Luccatellus soluit Paulutio pro tertia parte dictorum officiorum scuta 444. & sic implicite & in necessariam antecedentiam Luccatellus emit à Paulutio tertiã partem dictorum officiorum, vt infra latius deducitur.

3 Cùm † igitur appareat de causa habili ad transferẽdum dominium, non est dubium, quòd dominium tertię partis dictorum officiorum censetur communicatum. Bar. in l. dotis fructus. ff. de iure dot. Dec. in d. l. si pascenda, num. 14. in fine.

Quoad secundam difficultatem, quòd hæc societas sit licita & valida, patet ex illis verbis, *tanto al bene quan-*
4 *to al male*, quæ denotant lucrum & damnum: & † non est dubium, societatem valere & licitam esse, quando lucrum & damnum inter socios est commune, & contractus

ctus societatis de sui natura est licitus etiam secundum Theologos, ex allegatis per Corn.in d.l.si pascenda,nume.24.Couar.lib.3.var.resol.cap.3.num.2.

Non obst. quòd si societas fuisset contracta super dictis officijs,non fuisset factum pactum,quòd esset in potestate vtriusque partis ad omne beneplacitum repetere vel restituere respectiuè tertiam partem dictorum officiorum. nam † qualitas cõtractus cognoscitur ex pacto 5 apposito super dissolutione ipsius contractus,quia finis 6 declarat principium.& ideo †si conuentum sit,vt in dissoluenda societate sors diuidi debeat, tunc est societas sortis: si verò vt sit salua,tunc non est societas; sed institoria.ita Bal.in l.j.num.8.ad fin.C.de fruct. & lit.expen. sequitur Corn.in d.l.si pascenda,num.3.& num.46.versic.prout tamen.Et hęc ideo, cùm societas non fuerit inita super dictis officijs; oportuit eam contrahi super eorum fructibus, super quibus nõ posset contrahi absque labe vsurariæ prauitatis, stante pacto de repetendo vel 7 restituendo dicta scuta 444. & † cessante periculo vitæ, quod facit valere societates, quæ quotidiæ contrahuntur super fructibus officiorum Rom.Curiæ.

Non obst inquam ista obiectio, quia multipliciter tollitur.

Primo,negando pactum istud respicere dissolutionẽ contractus societatis,quinimò concernit dissolutionem contractus venditionis. In hoc enim negocio duo includuntur contractus, qui sese consequuntur, & quorum ex ordine intellectus vnus præcedit alterum.Primus præ 8 cedens † est implicitus venditionis tertiæ partis dictorũ officiorum. Alter subsequens est explicitus societatis super tertia parte dictorum officiorum, prout in terminis societatis deducit Corrad. de contract. tract.6.q.96. in j.conclus.sum.Siluest.in verbo,societas,il j.num.18.sum. 9 Armil.in eodem verbo,num.17.Et † ex vno eodemque facto possunt resultare duo contractus,quando sunt cõpatibiles, prout in casu nostro, vt per Dec.post alios in l.2.in j.lect.num.3.& in 2.lect.num.6.ff.si cer.pet. Vnde si Paulutius admisit Lucatellum in socium ad tertiã partem dictorum officiorum,quia recepit ab eo scuta 444. ergo implicitè & in necessariam antecedentiam Paulutius prius vendidit Luccatello tertiã partem dictorum officiorum pro precio scutorum 444. ex qua venditione Luccatellus acquisiuit dominium tertię partis dictorum officiorum, quod dominium postea communicauit, & sic contracta est societas.

10 Et † quòd societas possit fieri super emptione cõtracta, & quod ius resultans ex ea communicetur inter socios actiuè & passiuè, firmat expresse Corn.cons.122.nume.2.in fi.vers.& ideo,lib.j. Stante igitur hac venditione,sequitur,vt pactum de repetendo vel restituendo scuta 444.sit in effectu pactum de retrouendendo, vel redimendo tertiam partem dictorum officiorum eodẽ pre- 11 cio, & pactum † de retrouendendo eodem precio non facit contractum illicitum ex eo,quòd postea res vendita augeatur vel diminuatur, quia vtraq; tam auctio quã diminutio pertinet ad vnum ex contrahentibus, licèt in hoc Doct.controuertant,& distinguant,an pertineat ad venditorem vel emptorem, vt per Gozad.in l.2.nu.17.7. cum seq.& ibi Cagnol.num.189.cum seq.C.de pact.inter empt.& vendit.

Secundò dicitur,quòd quando principium est licitũ, & finis illicitus, prout in casu nostro, in quo contracta fuit societas super dictis officijs ad omne lucrũ & dam- 12 num, † tunc inspicitur initium,& non finis, vt per Bar. in l.quod ait lex.per illum tex.num.3. in fi. ff.ad l.Iul.de adult. Euerad.in loc.à virtute fin.post med. versic.alij autem dicunt.

Tertiò dicitur,doctrinam Bal.procedere,quando sumus in dubio, an cẽseatur communicatum dominium rei,super qua contracta est societas: at hic sumus in casu claro, quòd pro parte Luccatelli fuit communicatũ dominium tertiæ partis dictorum officiorum: & ideo nõ 13 oportet † inspicere dissolutionem contractus, vt bene per Corn.in d.l.si pascenda,sub num.46.

Vnde cùm societas in casu nostro sit contracta super dictis officijs, illud pactum de repetendo vel restituẽdo scuta 444.ad omne beneplacitum partium, debet intelligi,quatenus societas non recipiat damnum in capitali, hoc est, quatenus tertia pars dictorum officiorum, quæ erat capitale,sit eiusdem precij scutorum 444. non autẽ debet intelligi,quòd capitale esset saluum: & ista interpretatio debet admitti in casu nostro, tum quia verba præcedentia ibi, *piglia in compagnia al terzo di detti officij*, sunt clara,quòd societas fuerit contracta super officijs, & non super fructibus,& ideo debent declarare verba subsequentia ipsius pacti,quæ non sunt clara: non.n. dicitur,quòd sit in potestate partium semper & omnia su repetere vel restituere scuta 444.vel nõ dicitur, quòd 14 illa sint semper salua. Tum etiam † vt euitetur subita correctio.l.non ad ea.ff.de condit.& demonst. Alciat.de præsump.reg.3.præsump.28.

Tum & tertiò, vt excludatur contrarietas & contra- 15 ctus illicitus, vt in † terminis societatis deducit Alexan. cons.191.num.6.lib.2.

Tum & quartò,quia verborum significatio per largã interpretationem & conuenientem subauditionem debet ad intellectum sanum, bonum, ciuilem,& vitio ca- 16 rentem † applicari, prout inquit Rot.decis.10.num.4. & 5.de testam in antiq. per iura ibi allegata.

Non obstat, quòd illa verba, *tanto al bene quanto al male*, quæ significant lucrum & damnum, stante pacto de repetendo vel restituendo eas pecunias, debent intelligi, non de capitali, per ea quæ tradit Ioan. Calder. in cap.nauiganti, quæst.2. colum.7. in principio, versic. quod autem dicitur. de vsur. vbi vult, text. in §.& adeo. 17 Instit.de societat.volentem † posse conueniri,vt quis lucri partem ferat,& de damno non teneatur:non esse intelligẽdum de capitali,sed de damno & lucro mercimonij.sequitur Laurent.de Rodulph.in tracta. de vsur.par. secunda,quæst.decimanona, Abb.in d.ca.nauiganti.nume.vndecimo,post med.vers.nec ob. &ibi Ioan.de Ana. nume.septimo,versicu.non obstat. Lup.in c. per vestras. §.11.num.7.de donat.inter virum & vxo.sum.Siluest.in verbo,societas,il primo.nume.secundo,post med. versi. ad §.autem de illa. & hoc idem voluit Addit.ad decisio. Guid.Pap.186.Nat.consil.403.nume.quarto, vers.ecce. & consil.seq.num.j. circa med.lib.2.Ias.consil.174.ante nume.3.lib.2.

Quoniam pro responsione dicitur, quòd damnũ non potest intelligi, nisi de damno contingente in sorte, & 18 † non potest esse damnum, nisi quando capitale non est saluum,vt inquit Bal.consil.493.sub num.primo, lib.4. per text.in l. Mutius. ff.pro soc. & quando societas non lucratur,tunc illud non est propriè damnum, sed non lucrum,siue sterilitas,quia secundum Bal.d.cons.493.sub 19 num.j.societas † quandoque est lucrosa, quandoque sterilis, quandoque damnosa.

20 Non obstant Calderi. & alij supra citati, quia † non loquuntur, quando est contracta societas ad lucrum, & damnum, prout in casu nostro, sed loquuntur de pacto inito in contractu societatis, vt quis lucri partem ferat, & de damno non teneatur, iuxta terminos d.§. & adeo. Inst.de societat.& in l.si nõ fuerit.ff.pro soc.quæ iura va- 21 rios habẽt intellectus.Nã † vltra intellectum Theophili in

in dicto §.& adeo. intelligit Abb.in dicto cap.nauiganti,numero 11. prope finem, versic.darem alium intellectum. vt scilicet loquatur in ponente operam tantum, qui ex pacto non tenetur de damno pecuniæ, cùm satis sit eum sentire damnum operarum amissarum, sequitur sum.Silu.vbi supra,numero secundo,post medium, versiculo, vel dic.Ioan.de Anan.in dicto cap.nauiganti, num.7.versic.vel dici potest.

22 Alium † intellectum tradit Pet.de Vbald. de duobus frat.parte quarta, numero sexto, ante medium, versic. mihi tamen, pag. 29. vt scilicet dicta iura loquantur in eo, qui plus pecuniæ vel alterius rei contulit in societate,qui potest pacisci, vt non teneatur de damno. sequitur & latius explicat Lup.in dicto cap.per vestras. §.12. numero 8. Corn.in dicta l.si pascenda,numero 23. ante medium.& ibi Purpur.numero 37. Couar.lib. tertio var.resolut.cap.secundo,numero 4.versic.quibus suffragantur.Bero.d.cap.nauiganti,num.41.post med. versic. & consequenter.

Macaratea. attentatorum. Mercurij. 16. Nouembris. 1582.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1 *Appellari non potest à sententia lata in causa alimentorum, quæ non iure actionis, sed officio iudicis propter inopiam petita sunt.*
Limita vbi non adest inopia.num.2.& quare.
Item limita in alimentis præteritis num.4.
3 *Sententia lata in causa mercedis pauperis inappellabilis est.*
5 *Alimenta futura quænam etiam dici possint.*
6 *Iudex si habet iurisdictionem limitatam ad certam summam, in cognoscendo, an valor rei sit intra illam summam, debet attendi tempus petitionis, non posterius quo creuit.*

DECISIO DCCLXIIII.

DOmini cum præsupposito, quòd Iosephus esset pauper non in genere, sed eo respectu, vt non haberet vnde se aleret, dixerunt, causam mercedis,de qua agitur, non fuisse appellabilem,& per consequens non constare de attentatis, stante rescripto Sanctissimi ad memoriale transmissum R.P.D. Seraphino, continente, quòd si materia non est appellabilis,curaret Iosepho satisfieri.

Et moti sunt Domini ex his, quæ in simili dicunt Do- 1 cto.quòd à † sententia lata in causa alimentorum, quæ non iure actionis, sed officio iudicis propter inopiam petita sunt, non potest appellari. ita Guliel. de Cun. in l.secunda. ff.de his qui sunt sui vel alien.iur. argumento l.2.ff.de re iudic. & l.secunda. ff.de fer. sequitur Bart.in l.fin. numero primo, versic.hoc verum. & ibi Cuman. numero quarto.ff.de appellat.recipien. Specul.de appel. §.in quibus, numero 11. Vital.de clausul.tit.an iuri alimen. possit renuncia. cum iuramen. numero 206. fol. mihi 633.Aret.consil.97.numero tertio,in fine. aliàs,vt inquit Cuman.in dicta l.fin.numero quarto, versic. sed 2 vbi. † quando non adest inopia, tunc bene posset appellari,per reg.l.& in minoribus.C.de appel.

Et quia cessat ratio, quòd alimenta non recipiunt dilationem. Et posse appellari,quando is, pro quo est lata sententia, aliunde se alere potest, tenet Ioan.And.in addit.ad Specul.vbi supra,num. 11.

Vnde si Iosephus tempore petitæ mercedis erat adeo pauper, vt res non reciperet dilationem, sequitur, vt à decreto facto super taxatione mercedis non potuerit appellari: sicut enim à sententia lata in causa alimentorum debitorum officio iudicis, propter paupertatem non potest appellari, quia res non recipit dilationem, 3 dicta l.fin. de appel. recip. ita † etiam dicendum est de sententia lata in causa mercedis pauperis, vt non sit appellabilis, propter eandem rationem, quia res non recipit dilationem.

Et licèt lex prohibens, causam alimentorum per appellationem suspendi, intelligatur in alimentis futuris, 4 non † in præteritis, in quibus admittitur appellatio.Io. And.vbi supra. Alberic.in d.l.fina.num.secundo, Bal.in l.prima, nume.6. C.de fideicommiss. Aret. d.consil.97. num.3.Ias.in l.in alimentis.nume. quinto, versicu. adde vltra eum,& ibi Dec.nume.decimo, versic. & pari ratione.Curt.jun.nume.decimotertio, Alciat.nume.10.C.de transac.Nihilominus alimenta † futura dicuntur etiã illa, quæ sunt decursa ante sententiam, post tamen litem motam siue petitionem illorum, quia alimenta respectu temporis, quo fuit lis contestata, dicuntur futura, prout sępius in Rota resolutum fuit,& signanter in vna Roman.coram Reuerendissimo, sancta Crucio.9.Maij.1559.& in alia Roman. alimentorum de Vrsinis coram R.Dom.Aldobrandino 24.Ianuar. 1575. & in alia Illerden. matrimonij coram Reuer.P.D.Blanchetto 15.Octobris,1576. & faciunt tradper Docto.in l.si idem cum eodem.& maximè Ias.nume- 6 ro sexto, ff.de iurisdictio.omnium iudic.quòd si † Iudex habet iurisdictionem limitatam ad certam summam,in cognoscendo, an valor rei sit intra illam summam, debet attendi tempus petitionis, & non tempus posterius, quo creuit.

Cremonensis pensionis. Lunæ, quinta Decembris. 1583.

S V M M A R I V M.

1 *Dispensatio præsumitur ex possessione decennali, quando allegatur ab eo, pro quo dispensatio præsumitur: secus si ab eo negatur, & ab alio contra eum allegetur.*
2 *Possessio præsumitur medio tempore continuata, si is qui semel possedit, asserit se hodie possidere: secus si negat.*
3 *Solemnitas extrinseca præsumitur, si ab eo allegetur, ad cuius fauorem præsumptio oritur: secus si negetur.*
4 *Iussus patris si allegetur, præsumitur præcessisse: secus si negetur.*
5 *Semel tale semper præsumitur tale, si is, ex cuius facto præsumptio descendit, fateatur: secus si neget.*
6 *Temporis lapsus in connexis quod operatur quoad vnum, operatur & quoad aliud.*
Declara vt num.8.
7 *Dispensatio in vno ex connexis extenditur ad aliud.*
Declara, vt num.seq.
9 *Præscriptio quæ oritur ex facto præscribentis, non præsumitur.*
10 *Dispensatio non præsumitur quoad resignationem stante eius negatione, nec etiam quoad pensionem.*
11 *Dispensatio quando præsumatur in pensionibus ex lapsu temporis.*
12 *Præsumptio iussus patris potest allegari etiam eo inuito, quando ipse possedit & consecutus est commodum.*

Declara vt num. sequen.

14 *Præsumptio quando elicitur aliunde, quam ex facto eius, de cuius fauore agitur, non autem ex facto partis, potest iudex in ea se fundare, etiam si pars eam non alleget.*

15 *Dispositio l. 1. & 2. ff. de liber. cau. quo casu procedant.*

DECISIO DCCLXV.

DOmini pro maiori parte tenuerunt, Carcanum non posse contra reg. 24. allegare præsumptionem dispensationis resultatem ex possessione decennali Guinisij eo inuito & negante. Et ratio Domino-
1 rum fuit, quia † ex decennali possessione tunc præsumitur dispensatio, quando allegatur ab eo, pro quo dispensatio præsumitur: at secus si ab eo negatur, & ab alio contra eum allegatur: sicut in simili videmus in continuatione possessionis, quæ continuatio præsumitur, si is, qui semel possedit, asserit se hodie possidere: nam tunc
2 † præsumitur possessio medio tempore continuata, secus si negat, tunc enim præsumptio ista cessat, glos. in l. siue possidetis, in verbo constituti. versic. vel distinguitur. & ibi Bart. numero 6. & 7. Bald. numero primo, circa medium, versic. reuoco in dubium. Angelum quarto, versic. in glos. 3. Albericum quarto, versic. Offred. autem. Paul. de Cast. numero 9. Corn. colum. secunda, circa medium, versic. tu dic. C. de probatio. But. in cap. cum ad fidem, numero 25. in med. versic. dico colligendo. & ibi Abb. numero 15. ad med. versic. Dic. Ant. colligendo, de restitut. spoliat. Alciat. de præsumpt. reg. secunda, præsumpt. 21. numero sexto, versic. primus est. & versic. secundus casus. Bald. in l. Celsus, parte quarta, quæstio prima, num. 8. ad medium, versic. quinto limita, de usucapio. Rip. in cap. cum ecclesia Sutrina, numero 27. vbi de communi, de cau. possess. & propriet. Couar. qui etiam de communi in cap. Raynutius. §. 11. sub num. 2. versic. immo iure communi, de testam.

3 Item † solemnitas extrinseca præsumitur, quando ab eo allegatur, ad cuius fauorem præsumptio oritur: at secus si ab eo negatur, secundum Salyc. in l. si filius, quæstio prima, versic. sed hoc non obstante. C. de pœnt. hæred. dicentem, quòd † iustus patris præsumitur præcessisse si ipse hoc allegat: secus si negat. sequitur Alexan.
4 consil. 9. numero 9. versic. potest etiam, libro tertio. bene Ruin. consil. 23. numero 20. libro quinto. Gabriel. de præsumpt. conclus. j. num. 74.

Idque generaliter firmat Bart. in dicta l. siue possidetis, sub numero 14. dicens, quædam esse, quæ mutantur contingenter facto nostro interueniente, & eo casu pro-
5 cedere dictã l. siue possidetis. nempe, quòd † qui semel fuit tale, semper præsumitur tale, secundum distinctionem superius factam, si is ex cuius facto descendit præsumptio, fateatur: secus si negat.

Non obstat, quòd prætrissa non procedunt, quando alius habet ius connexum, prout in casu isto, in quo pensio fuit reseruata in eadem supplicatione resignationis, & pendet à validitate ipsius resignationis: in connexis
6 † autem lapsus temporis quoad vnum operatur quoad aliud, prout in præscriptione Felyn. in cap. auditis, numero 17. versic. nec obst. & numero 20. de præscript. & in cap. cùm ex iniuncto, numero 5. & 8. de hæret. Et dis-
7 pensatio † in vno ex connexis extenditur ad aliud. glos. & Doct. in c. quia in tantum, de præben.

Quia respondetur, quòd tunc obiectum procederet, si Guinisius non negaret se impetrasse dispensationem, quia tunc ex decennali possessione præsumeretur etiam super pensione, sicut præsumpto vno ex connexis, cen-
8 setur præsumptum & aliud. Sed † cùm Guinisius neget se impetrasse dispensationem, & sic neget factum proprium, ex quo oritur præsumptio, ratio annexorum non facit, sicut nec etiam faceret in materia præscriptionis: si enim quis negaret se præscripsisse, non posset alius dicere eum præscripsisse nec quoad vnũ, nec quoad aliud
9 connexum, cùm † præscriptio oriatur ex facto præscribentis, & ideo non præsumitur, vt post Abb. consil. 82. numero sexto, post medium, libro primo. tradit Balb. de præscript. 2. parte 3. part. princip. quæst. 3. numero 8.
10 fol. 73. Immo sicut † dispensatio non præsumitur quoad resignationem stante resignatione Guinisij, ita nec etiam præsumi debet quoad pensionem.

Illud autem, quòd dispensatio extenditur ad connexa, non applicatur, quia hic nulla adest dispensatio, sed tantum eius præsumptio oriens ex curtu temporis, quę præsumptio cessat negante Guinisio.

11 Non obstat, quòd in pensionibus præsumitur † dispensatio ex lapsu temporis, prout fuit decisum in vna Pharen. pensio.

Quia aut Carcanus prætendit dispensationem ex cursu temporis, & tunc non potest, cùm non adsit decennium pacificum, in quo pensio exacta fuerit. Si verò fundet se in præsumptione dispensationis in persona Guinisij, & tunc non admittitur negante Guinisio. & in illa Pharen. ideo præsumebatur dispensatio, quia non aderat is, de cuius dispensatione præsumenda agebatur, quia si adfuisset, & negasset dispensationem, vtique non fuisset præsumpta.

12 Non obstat, quòd præsumptio nullius patris possit allegari etiam ea insitio, quando ipse possedit, & consecutus est commodum, vt per Saly. in dicta l. si filius, quæ-
13 stio. prima. ibi licet si pater possedisset. Quia † obiectũ procederet, si Papa fecisset aliquem actum positiuum, tunc enim posset allegari præsumptio dispensationis, etiam à tertio. Sed in casu nostro non constat de aliquo actu positiuo Papæ & Carcanus nititur solùm possessione decennali Guinisij, dicens, ex ea resultare præsumptionem dispensationis, ideo non potest istam præsumtionem allegare contra Guinisium negantem, quia hæc præsumptio prouenit ex facto ipsius Guinisij, quòd scilicet dispensationem obtinuerit.

14 Non obst. quòd quando † præsumptio elicitur aliunde, quam ex facto eius, de cuius fauore agitur, non autẽ ex facto partis, potest Iudex in ea se fundare, etiam si pars eam non alleget, vt per Abb. in cap. afferte. num. 4. & ibi Paly. nu. 4. de præsump.

Quia in casu isto præsumptio oritur ex facto partis, quòd scilicet, obtinuerit dispensationem.

Demum non ob. tex. in l. prima, & secunda, ff. de liberali causa.

15 Quia † procedit, vbi agitur de causa status personæ, in qua causa filius potest agere inuito patre, & pater inuito filio: sed regula est in contrarium. l. Pomponius. in fi. ff. de procurat. glo. in d. l. 1. in verbo, inuitorum.

Sabinen. castri Vaconis. Veneris, 9. Decembris. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Possessionem constituentis de tempore constituti tenetur probare, qui in constituto se fundat.*
2 *Instrumenta possessionem non probant.*
Fallit in locatione contra conductorem. num. 3.
Intellige tamen, vt num. 4

Possessio

5 *Possessio ciuilis & naturalis transfertur in creditorem per constitutionem pignoris vnà cum eius consignatione.*
6 *Creditor dicitur verè possidere pignus quoad auocandam possessionem.*
7 *Possessio de præsenti non infert possessionem de præterito, nisi probetur dominium.*
8 *Possessio subsequens non prodest constitutorio.*
9 *Verba æquiuoca non concludunt necessario ad possessionem.*
10 *Narratiua breuis non facit plenam fidem quoad tertium.*
11 *Constitutum regulariter probat contra singularem successorem.*
Fallit, nisi probaretur amissio possessionis de tempore constituti. num. 12.

DECISIO DCCLXVI.

DOmini dixerunt, quòd si hæredes & donatarij Laurentij Guisij tenentur probare de tempore venditionis possessionem Cardinalis Franciotti, constituentis se possidere nomine ipsius Guisij, illam, sine dubio non probant respectu primi extremi, quia
1 † cùm ipsi nitantur constituto in instrumento venditionis apposito, tenentur probare possessionem constituentis de tempore constituti. Bald. in l. siue autem. ff. de public. in rem actio. Doct. in l. quamuis. §. primo. ff. de acquiren. possessio. cum alijs allegatis per Tiraquel. de constitut. possess. limit. j. num. 8.

Quòd autem Cardinalis Franciottus de tempore cõstituti possideret, conantur hæredes & donatarij Guisij tripliciter probare.

Primò, ex duobus instrumentis confectis de anno 1518. in quorum primo Cardinalis promittit assignare castrum Vaconis in pignus Comiti Alberto, pro scutis 4000. In secundo Cardinalis assignat eidem Comiti Alberto per triennium fructus dicti castri.

Secundò, ex instrumento adeptionis possessionis dicti castri per d. Comitem Albertum de anno 1524.

Tertiò, ex assertione Clementis, de qua in breui de anno 1524. ibi, & dudum antea ad ipsum Cardinalem spectantia & pertinentia.

Ad primum responsum fuit, quòd ex illis instrumentis non probatur possessio Cardinalis de tempore con-
2 stituti, quia † instrumenta non probant possessionem. l. prædia. vbi Bart. & alij. ff. de acquiren. possessio. oportet enim probare factum, ex quo resultet possessio. Soci. cons. 205. num. 1. lib. j.

3 Nec obstat, quòd † ex instrumento locationis probatur possessio contra conductorem. Bart. in l. ad probationem. C. de probatio. Ruin. consilio 46. sub numero duodecimo, post medium, versiculo, constat itaque, libro quarto.

4 Quia † hoc procedit, quando constat, conductorem tenuisse rem conductam: hic autem non apparet, Comitem Albertum possedisse post dictam assignationẽ: quinimò si constaret ipsum possedisse vigore dictæ as-
5 signationis, vtique res esset clara, quòd Cardinalis non possidebat tempore constituti, quia † per constitutionem pignoris vnà cum eius consignatione transfertur in creditorem ciuilis & naturalis possessio. Ias. post alios in l. prima. §. per seruum, numero quinto. & ibi Soci. in secunda lect. numero decimo. ff. de acquiren. possessio.
6 Et † quoad auocandam possessionem creditor dicitur vere possidere pignus. vt latè per Menoch. de recuper. possess. remed. 9. num. 199. ad fin.

Ad secundum, de instrumento adeptionis possessionis responsum fuit, ex eo non inferri ad possessionem
7 Cardinalis de anno 1521. Nam † ex possessione de præsenti non infertur ad possessionem de præterito. Alciat. de præsumpt. reg. secunda, præsumpt. 21. numero 15. nisi probaretur dominium Cardinalis de anno 1521. Tunc enim ex possessione de præsenti præsumeretur etiam possedisse de illo tempore. Salyc. in l. ex persona. C. de probat. & ita limitat Alciat. vbi supra, num. 15. ver sic. vnde probato.

Sed circumscripta probatione dominij ex possessione Cardinalis de anno 1524. non infertur (vt dixi) ad
8 possessionem de anno 1521. & † subsequens possessio non prodest constitutorio. Tiraq. dicta limita. prima, numero 13.

Ad tertium, de assertione Clementis, de qua in breui, fuit responsum, quòd illa verba ad ipsum Cardina-
9 lem spectantia & pertinentia sunt æquiuoca, cùm † possint referri ad proprietatem. l. sciendum. §. hæc verba. & l. verbum illud pertinere. ff. de verb. signif. & ideo non concludunt necessario ad possessionem.

Non obstat, quòd dictum breue sit expeditum motu proprio, quia vltra quòd de hoc non constat, tertius
10 non potest se fundare in narratiua dicti breuis, ita † vt quoad ipsum faciat plenam probationem. Achil. de motu propr. decis. vnica.

An autem hæredes & donatarij Laurentij Guisij teneantur, vel non teneantur probare possessionem Cardinalis de tempore venditionis, Domini dixerunt pendere ab eo, an Illust. Domini Caetani sint singulares successores Cardinalis in castro, de quo agitur, quia
11 † constitutum regulariter loquendo sufficienter probat contra singularem successorem. Aret. consil. 36. sub numero tertio, versiculo, secundo dico. Soc. consil. 11. numero primo, circa medium, versiculo, & pro prædictorum confirmatione, libro tertio. & in proprijs terminis Grat. consilio 42. sub numero 12. & 13. libro secundo. Tiraquel. post alios dicta limit. prima, numero 10. in fine, & numero 23.

Vnde hæredibus Guisij regulariter loquendo consti-
12 tutum sufficeret, nisi † pro parte Dominorum Caetanorum probaretur amissio possessionis de tempore constituti. Tiraq. d. limit. j. num. 7.

Cremonen. pensionis. Lunæ, 16. Ianuarij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio dominij in præteritum viget etiam in præsens, stante retentione possessionis, etiam si negaret se dominum.*
2 *Asserenti se alienasse ea, in quorum possessione reperitur, non creditur, sed alienatio præsumitur simulata, & in fraudem.*
Declara, vt num. seq.
4 *Negans se hodie possidere quod semel possedit, debet conuinci de mendacio, quod non præsumitur.*
5 *Papa præsumitur adhærere voluntati resignantis, quando ius remanet penes resignantem: secus si non remanet.*

DECISIO DCCLXVII.

DOmini steterunt in decisis ex deductis in decisione.

Quibus non obstat, quòd Guinisius [illegible] de

se obtinuisse derogationem vel dispensationem aduersus reg. 24. Stante quod possederit beneficium per decennium, ex qua decennali possessione præsumitur dispensatio, & validitas tituli, & stante quòd etiam hodie possideat, censetur negare in fraudem pensionarij, sicut † præsumptio quòd qui fuit dominus, præsumatur etiam de præsenti esse dominus. l. siue possidetis. & ibi Doct. C. de probatio. viget etiam si negaret se dominum, sed retinet possessionem. Alciat. de præsumpt. reg. secunda, præsumpt. 20. numero quarto, versic. secus si negaret, vbi citat tex. in l. sicut. §. superuacuum. ff. quibus mod. pign. vel hypotec. soluat. vbi non † creditur asserenti se alienasse ea, in quorum possessione reperitur, sed alienatio præsumitur simulata & in fraudem.

Quia † respondetur, tum quòd ista præsumptio fraudis non est habenda in consideratione stante facilitate illam probandi per diligẽtias: si enim Guinisius in fraudem Carcani negaret se obtinuisse dispensationem, posset Carcanus facile probare hanc fraudem, faciendo diligentias in locis, vbi posset reperiri registrata dispensatio

Vnde stante ista facilitate probandi, Domini non habuerunt in consideratione hanc præsumptionem fraudis. Tum † etiam, quòd sicuti is, qui semel possedit, & hodie negat se possidere, debet conuinci de mendacio, aliàs si præsumeretur possidere, conuinceretur de mendacio ex sola præsumptione, quod est falsum, vt expresse firmat Bald. in dicta l. siue possidetis, numero primo, prope finem, versiculo, tu teneas glos. C. de probatio. ita Carcanus si prætendit Guinisium negare in fraudem, & in hoc esse mendacem, maxime stante facilitate probandi.

Sed quod videtur tollere omnem difficultatem, & ex quo cessant deducta pro parte Carcani, vltra quod secundum Dominos non applicantur casui nostro, facit illud, quòd ex possessione decennali Guinisij præsumitur reualidatio suæ gratiæ quoad beneficium, non autem quoad pensionem, quia non est præsumendum ipsum impetrasse reconualidationem pensionis in sui præiudicium, maxime tam graue ac etiam in præiudicium ecclesiæ.

Nec intrat ratio connexitatis, quia licèt ab initio, quando Guinisius fuit prouisus de beneficio per resignationem, eius prouisio fuit connexa cum pensione, quia resignans resignauit reseruata pensione, nihilominus postquam resignatio, prouisio, & pensio, & omnia inde secuta fuerunt annullata per regulam 24. potuit Guinisius obtinere reconualidationem tituli beneficij tantum.

Nec potest dici, quòd Papa verisimiliter non concesserit sine pensione, stante voluntate resignantis, cui † Papa præsumitur adhærere.

Quia fuit responsum, quòd procederet, si ius remansisset penes resignãtem: sed cùm nullum ius penes eum remanserit, quia beneficium vacauit per eius promotionem, verisimili est, Papam cõcessisse reualidationem gratiæ sine pensione, cessante ratione adhærendi intentioni resignantis.

Potentin. quartæ. Lunæ, 16. Ianuarij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Causa omnino concessionis cessare debet, ad hoc vt cesset concessio.*
2 *Concessa ad tempus censentur post tempus prohibita.*
3 *Sententiæ duæ liquidatoriæ requiruntur super liquidatione.*
4 *Lis finita dicitur per renunciationem, nisi reus eam non acceptaret, & vellet sententiam propter fructus & alia. cum num. seq.*
6 *Lis finita etiam dicitur, quando est lata sententia ad fauorem actoris sequuta possessione.*
Declara, vt num. seq.
8 *Concessio Papæ latè debet interpretari, non autem restringi.*
9 *Fructus peti possunt finito iudicis officio etiam per renunciationem sicut per sententiam.*
Fallit, nisi reus non acceptauerit. num. 10.

DECISIO DCCLXVIII.

REsolutum, deputationem Reuerendiss. Archiepiscopi Cosan. pro nunc non esse reuocandam, & consequenter, Episcopum Potentinum suam ordinariam iurisdictionem exercere non posse: causa enim quæ mouit Papam ad concedendam exemptionẽ, non cessat in totum, cùm adhuc pendeat lis super fructibus & expensis. Papa namque concessit exemptionem clero Picerni, quia Episcopus Potentin. vexabat illum propter litem, quam cum eo habebat super quarta fructuum, ne ius suum prosequeretur, quam exemptionem Papa concessisset etiam quòd non super ista quarta, sed super quacunque re lis versa fuisset.

1 Vnde cùm ad huc supersit lis super fructibus & expensis, non potest dici, quòd causa † concessionis esset omnino, prout requiritur. Tiraquel. cessante caus. limit. 32.

2 Non obst. reg. quòd † concessa ad tempus censentur post tempus prohibita. Quia concessa intelliguntur ad tempus totius litis, quæ quamuis non sit super quarta, est tamen super fructibus ab episcopo occasione quartæ perceptis: cùm enim super liquidatione requirantur
3 †duæ sententiæ liquidatoriæ, non potest dici non adesse litem, & ad hoc proposito deseruiunt tradita per Sarnen. in reg. de annal. q. 44.

Sicuti enim quando sententia lata est ad fauorem actoris, non dicitur lis finita, quia seruandi sunt termini ad docendum de paritione, & quia executorialibus intimatis & reproductis non potest capi possessio, ita hoc casu non potest dici lis penitus cessare, cùm agendum sit de liquidatione fructuum.

4 Non obstat, quòd † per renunciationem dicatur lis finita. l. postquam liti. vbi omnes. C. de pactis. Cassad. decisio. quinta, vt lite penden. Put. decisio. 498. libro secundo.

5 Quia † potest reus renunciationem non acceptare, & velle sententiam propter fructus & alia. l. vtique. ff. de rei vendicatio. Pau. de Cast. in dicta l. postquam liti, numero sexto.

6 Et † quamuis dicatur lis finita, quando est lata sententia etiam ad fauorem actoris secuta possessione, prout videtur secuta in casu isto, in quo episcopus debet solum abstinere ab exactione quartæ, Mohedan. decisio. 180. quod idem dicitur de renunciatione, vt per
7 Achil. decisio. prima, de lit. nihilominus † id bene procedit ad effectum, vt beneficium non dicatur amplius litigiosum, sed non propterea dicitur non durare lis super liquidatione fructuum.

Non obst. quòd Papa in concessione exemptionis se
8 se restrinxit ad litem super quarta. Quia † eius concessio non debet intelligi ita stricè, sed intelligenda est super quarta & occasione quartæ, cùm adsit eadem ratio concedẽdæ exemptionis, ne isti clerici ob oppressionem Episcopi

Episcopi cogantur ius suum indefensum relinquere.

9 Non obstat, quòd non possint peti fructus, ex † quo sicut expirat officium iudicis per sententiam, ita per renunciationem. Baldus & Salycetus in l. terminato.
10 C. de fruct. & lit. expens. Quia † hac de causa potest reus velle sententiam. d. l. vtique. ff. de rei vendica. & Paul. de Castr. in dicta l. postquàm liti. numero sexto, & ita practicatur.

Ne tamen isti clerici malitiosè differant liquidationem fructuum, præfigatur eis terminus duorum mensium ad faciendam hanc liquidationem: & si tergiuersabuntur, reuocetur deputatio Archiepiscopi Cesan. & subijciantur Episcopo Potentin. nec habeatur in consideratione huiusmodi lis, tanquàm calumniosè substentata.

Roman. Notariatus. Ven. 25. Ianuarij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Notarius delinquens in officio non priuatur ipso iure officio.*
2 *Pœna priuationis nunquàm incurritur ipso iure, nisi sint iura expressa.*
3 *Verba legis quando sunt dubia, in dubio potius iudicari debet canon ferendæ sententiæ, quàm latæ.*
4 *Condemnatoria non fit, vbi ipso iure pœna incurritur.*
5 *Sententia priuatoria officij requiritur, non autem sufficit condemnatoria ad aliquem priuandum officio propter delictum in eo commissum. Sed contra numero 8. & est communis.*
6 *Notarius donec fuerit per sententiam priuatus, vel interdictus vti officio, valent instrumenta per eum postea confecta.*
Sed contra nu 8 ex communi.
7 *Notarius si ex delicto commisso in officio est simpliciter damnatus, valent instrumenta postea per eum confecta, donec exauctoratus, siue priuatus non fuerit. Contrarium tamen vide nu seq. ex communi.*
8 *Sententia condemnatoria delicti in officio commissi, sufficit ad priuandum notarium eius officio. ex communi.*
Secus si extra officium. nu. 10.
9 *Notarius condemnatus de falso non potest de cætero officium notariatus exercere.*
10 *Notarius si delinquat extra officium, sententia priuatoria officij requiritur: secus si in officio. ex communi.*
11 *Notarius priuatur solum exercitio officij, non autem titulo, & proprietate, dum venit priuandus propter delictum in eo commissum. & ante nu. 16.*
12 *Notarius condemnatus de delicto commisso in officio, censetur priuatus officio adeo, quod non potest noua confice re instrumenta.*
13 *Notariatus officium Doctores accipiunt pro facultate, siue auctoritate conficiendi instrumenta, non autem proprietatem officij separatam ab exercitio.*
14 *Officij proprietas dicitur esse in bonis nostris, de qua dispo ni potest.*
15 *Auctoritas conficiendi instrumenta est res ipsius principis.*
16 *Notarius priuatus exercitio officij propter delictum in eo commissum, potest præteritas rogationes ante condemnationem factas perficere, & in publicam formam redigere.*
17 *Sententia condemnatoria contra notarium de delicto in officio commisso, sortitur tantummodo effectum suum quoad noua instrumenta conficienda, non ad præterita*

DECISIO DCCLXIX.

DVbitaui in causa Rom. notariatus, an Franciscus Burgus fuerit ipso iure priuatus officio notariatus, presupposito sine veri prejudicio, q. in eo delinquerit. Super quo dubio licèt informantes plures tetigerint difficultates, tamen Domini stricte ad dubium, & non egrediendo terminos illius, tres tantum constituebant difficultates.

Prima fuit, an notarius delinquens in officio priuetur officio ipso iure.

Secunda, an ad priuandum notarium officio propter delictum in eo commissum requiratur sententia priuatoria officij, vel sufficiat sententia condemnatoria delicti in officio commissi.

Tertia, an priuetur solum exercitio officij, vel etiam titulo, & proprietate.

1 Quoad primam Domini † negatiuam amplexi sunt, tum quia hoc nulla lege cauetur, vt deducit Capyc. decisio. 121. numero vigesimotertio, versic. in casu nostro,
2 & nunquàm incurritur † pœna priuationis ipso iure, nisi sint iura expressa, vt per Tiraquel. in l. si vnquàm. in verbo, reuertatur. numero 248. C. de reuoc. donat. tum
3 † quia quando verba l. iudices. C. de dignit. libro duodecimo, l. si quos. C. de offic. præfect. prætor. l. si aliquid. C. de suscep. arca. libro decimo, & aliarum legum de hac materia loquentium, essent dubia, tunc in dubio potius iudicari debet canon ferendæ sententiæ, quàm latæ, vt per eundem Tiraquel. vbi supra numero ducentesimoquadragesimosexto.

Tum & tertio, quia Doct. infra citandi requirunt sen
4 tentiam condemnatoriam delicti, & † tamen si pœna priuationis officij incurreretur ipso iure, non requireretur condemnatoria, vt per Tiraq. vbi sup. nu. 400.

Quoad secundam difficultatem, Odofred. in l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. ad finem ibi, nisi esset depositus, vt de cætero non conficeret instrumenta. ff. de eden.
5 sentit † requiri sententiam priuatoriam officij. Specul. de instrumen. edit. §. restat. numero trigesimotertio, in
6 fine idem sentit, dum dicit, quòd donec † notarius fuerit per sententiam priuatus, vel interdictus vti officio, valent instrumenta per eum postea confecta, sed clare tenet Bal. in l. Cassius. numero tertio, in fi. ibi, non perdit officium donec priuetur. ff. de senat. & in l. secunda, §. miles. ante nume. tertiũ, ibi, donec ipso officio nominatim priuetur. ff. de his qui not. infam. in l. secunda, nume. secundo, prope fi. ibi, exauctoratus per sententiam. C. de vindic. libert. & in l. iubemus. §. sane. nume. 2. ibi, quamdiu priuatur per sententiam retinet officium, & exercitium officij. C. de sacrosan. eccles. Pau. de Cast. consil. 180. nume. tertio, circa med. ibi, aut lata erat sententia priuatoria officij. Nell. de bannit. prima par. secundi tempor. quæst. 51. prope fi. fol. 202. vbi concludit, quòd
7 si notarius † ex delicto commisso in officio est simpliciter damnatus, tunc valent instrumenta postea per eum confecta, donec exauctoratus, siue priuatus non fuerit, & subdit tunc intelligi exauctoratus, si id expresse in sententia dicatur. & Nell. refert, & sequitur Foller. in pract. crim. in verbo, banniantur. nume. trigesimonono, folio mihi 73.

His tamen non obstantibus, Domini firmarunt, com
8 munem opin. esse in contrarium, † q. sufficit sententia condemnatoria delicti, cum qua opinione etiam transierunt, eamque tenuerunt Barto. Ang. Io. de Plat. & Iacob. Rebuf. in l. si aliquid. C. de suscептor. libro 10.
9 notantes ex illo text. quòd † notarius condemnatus de

falso non potest de cętero officium notariatus exercere. hoc idem voluerunt in d.§.cogentur. Ang.num.2. Pau.
10 de Cast. num.3. dicens, requiri † sententiam priuatoriam officij, quando notarius deliquit extra officium: at secus, quando in officio. Alexan.num.6.Iacob.de sancto Georg.num.12. Ias.num.17. Pau.de Cast.in l.quamuis. §.fin.num.2.ff.de solut.& bene cons.203. secundum veterem impress.Bal.in l.& militibus,num.3.versic.& ideo notarius.& ibi Pau.de Cast.num.4.& 5.& Dec.num.16. versic.& nota.C.de milit.testam. Afflict.in constit.regn. in constit.incip.iudices.tit.de elect.offic. num.8. Tiraq. de pen.cau.58.numero 7.in fine.& numero 8. Alua rot. consil.67. numero 10. inter consil.crim. diuers.lib.primo. Iul.Clar.in pract.crim.§.fin. quæst.73. versic.notarius condemnatus. Franc.Mar.decis.299. lib.secundo.& hanc esse communem testantur Alex. Dec.Clar.& Fran. Mar.vbi supra.

11 Quoad tertiam difficultatem,quòd † priuetur solum exercitio, sentiunt glos.in dicto §.fin. in glos.vltima. in Authen.de arm. Bart. Angel. Ioan.de Plat. & Iacob.Rebuff.in d.l.si aliquid.Tiraquel.d.cau. 58.num.8. dum dicunt, quòd notarius delinquens in officio, vel condemnatus de falso non potest officium exercere, & sic loquuntur de exercitio.

In contrarium, quòd priuetur nedum exercitio, sed etiam titulo & proprietate, videntur sentire Ang.in dicto §.cogentur, num.2. Alexan.num.6. Iacob.num.12. Pau.de Cast. dicto cons.203. in princ. Clar.d.quæst.73. versic. notarius condemnatus. Franc.Mar. d.decis.299.
12 dum dicunt, † notarium condemnatum de delicto cõmisso in officio, cęteri priuatum officio adeo quòd non potest noua instrumenta conficere.

Sed Domini dixerunt, istos Doct.non facere ad propositum nec ab aliquo reperiri tactam hanc difficulta-
13 tem, cùm Doct. loquentes de hac materia † accipiant officium notariatus pro facultate siue authoritate conficiendi instrumenta, & sic priuatio officij secundum eos verificatur in priuatione exercitij. & ideo quando dicunt, notarium cõdemnatum de falso priuari officio, subijciunt declarando, adeo quod non possit noua instrumenta conficere.

Nunquam autem Doct.considerarunt, proprietatem
14 officij separatam ab exercitio, eamque † esse in bonis nostris,esse venalem,& de ea disponi posse.Et bene hanc materiam declarat Bald.in l.secunda, sub num.2. C.de
15 vindict. libert. vbi inquit, † authoritatem conficiendi instrumenta esse rē ipsius Principis, nec posse circa hanc rem à notario aliquid disponi.

Et in hac tertia difficultate Domini tenuerunt, notarium condemnatum de delicto commisso in officio nõ priuari proprietate siue titulo officij, sed solum exerci-
16 tio, & eo quidem quoad futura instrumenta,nam † præteritas rogationes ante condemnationem factas potest perficere & in publicam formam redigere. Ang.in d.§. cogentur, nume.3.Fulgos.num.5.versic.vel quinto. Pau. de Cast. numero 3.circa fin.Alex.num.7. Iaco.de sancto Georg. num.13. Ias.num.17. & 18. idem Ias.in l.Barbarius, num.58.ff.de offic.præfid. But.in cap.fraternitatis,
17 num.6. vbi inquit, † sententiam condemnatoriam solummodo suum effectum sortiri quoad hoc,vt noua instrumenta conficere nequeat, non vt præterita nõ valeat perficere. & ibi Ioan.de Ana.num.16. Soci.num.12. & Felyn.num.12.de hæretic. Vnde si notarius condemnatus de falso, vel de delicto in officio commisso potest antiquas rogationes explere, & rogationes antiquæ sunt suæ, Domini non videbant, quomodo possit induci priuatio quoad proprietatem & titulum officij.

Valentin. emolumentorum. Mercurij, prima februarij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Canonici & beneficiati vocati per eorum nomina collectiua regulariter censetur vocati pro æquali portione.*
Quod procedit nedum quando aliqui sunt vocati sub nomine collectiuo, & alius sub nomine proprio & singulari, sed etiam, quando omnes nomine collectiuo vocantur, tam ex vna, quàm altera parte.num.2.
3 *Beneficiati licèt non habeant collegium, tamen veniunt & vocantur sub nomine collectiuo.*
4 *Consuetudo loci est attendenda circa applicationes & distributiones portionum inter canonicos & beneficiatos.*

DECISIO DCCLXX.

DOmini tenuerunt, admissionem canonicorum ad distributiones, de quibus agitur, ęquis tamẽ portionibus cum beneficiatis, intelligendam esse ęquis portionibus quoad corpora, non quoad personas, quia cùm ambo tam canonici quàm beneficiati fuerint admissi ad huiusmodi distributiones per nomina collectiua (nomen enim canonicorum & nomen beneficiatorum sunt nomina collectiua) intrat reg. quod
1 vocati † per nomina collectiua regulariter censentur vocati pro æquali portione. l.si quis Titio & hæredibus.ff. de vsufruct. accrescen. l.si mulieri cum liberis. ff. de hæred. instituen. late Roman.cons.99. num.primo. Abbas cons. 37.lib.secundo. Doct.in l.fin.maximè Ias.num.5.& Dec.pariter num.5. de impuber. & alijs subst. Felyn.in cap.pastoralis,sub numero 9.de rescrip. Ias.in l.iurisgentium.§.fin.numero 9.prope finem, versic.adde. ff.de pactis. Soc.iunior consil.104.numero decimoseptimo, libro primo.

2 Et quamuis Doct.supradicti loquantur † quando plures vocantur sub nomine collectiuo, & alius sub nomine proprio & singulari,tamen idem procedit etiã, quando alij vocantur pariter sub nomine collectiuo, prout in casu Roman. in quo testator mandauit fieri distributionem per consules & hæredes, & sic omnes collectiuè nominauit, quo casu de iure (nisi aliud testator disposuisset) consules pro vna voce, & hæredes pro alia voce, & sic æqualiter admissi fuissent,prout declarat idem Roman. dicto consil.99.numero quarto. Ias.in dicto §.fin. numero nono, ad finem. Soci.iunior dicto consil.104. numero 17.

Non obst. argumenta quæ fiunt pro parte beneficiatorum in materia distributionum. Quia nihil concludunt: licet enim distributiones viritim interessentibus distribuantur, tamen nil prohibet, quin de portione tãgente canonicos fieret massa quæ postea distribueretur vnitim inter canonicos interessentes.

3 Non obst. quòd † beneficiati non fiunt collegiũ, quia nec hæredes faciunt collegium, & tamen si testator dicat, distribuantur per hæredes & Titium, hæredes habent vnam vocem, per supra allegata.

Nec obst. quòd finis applicationis fuit seruitium personale. Quia hoc seruitium personale non excluditur, vt supra deductum est.

4 Cæterum Domini dixerunt, seruandam esse † consuetudinem hactenus & tamdiu obseruatam, quam verba applicationis optimè admittunt, cùm se referant ad ordinationem faciendam, ex allegatis pro parte capituli, etiam quòd verba aliud suaderent. Abb. *in cap.cum dilectus.*

dilectus.nu.7. de consuetud. Soc.consil.145.nume.2.libro primo, cum alijs allegatis.

Roman.dotium de Zappis.Lunæ,30.Ianuarij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Domus seu alia res subiecta fideicommisso potest tota sub hastari, & deliberari pro concurrenti quantitate legitimæ.*
Nisi tamen reperiatur emptor pro parte.nu.3.
2 *Decretum,quòd res pignorata,licèt plus valeat,quàm sit debitum,adiudicetur creditori, valet,sed illud plus reddendum est debitori.*
4 *Dispositio l.fin.C.de dot.promiss.procedit etiam quando filia renunciauit bonis paternis,& maternis.*

DECISIO DCCLXXI.

DOmini dixerunt, quòd si tertia pars domus, de qua agitur, erat libera Iacobi de Alexijs ratione suæ legitimę, executio facta super ea, & illius subhastatio, & deliberatio substinetur in totum, nõ obstante, quòd esset subiecta fideicommisso, quia † pro cõ
1 currenti quantitate legitimæ, & sic pro tertia parte potuit etiam subhastari, & deliberari tota.Bal.in l.fina.nume.4.post med.versic.ibi, sinautem minus.C.de iur.domin. impetran.Vbi vult,non vitiari secũdum decretum,
2 † per quod adiudicatur creditori res pignorata, q̃ plus valet, quàm sit debitum, sed illud plus reddendum esse debitori,sequitur Alex.in l.iuste possidet.nume.23. ff.de acquir.pos.& ibi Soc.num.13.post med.versic.aliquando, & secundo.& Claud. de Seisel.num.12. vbi ad id ponderat à contrario sensu l.magis puto.§.item prætor.ff.de re bus eorum.bene Ruin.cons.137. sub num.10.lib.j. ma-
3 ximè, † quãdo nõ potuisset reperiri emptor tertię partis tantum dictæ domus,cùm non possit commode separari: pars enim separata à toto minus valet,quàm vnita toti, nec adfert tantam vtilitatem pars respectu partis, quantam affert totum respectu totius, prout bene deducit Ruin.vbi supra.

Et pariter Domini dixerunt, Iacobum potuisse promittere dotes pro filiabus,quatenus eius legitima patiebatur,quia non faciebat contra fideicommissum. Si verò legitima Iacobi tempore promissionis dotium erat consumpta, & sic mariti filiarum ipsius Iacobi erant,& sunt pauperes, maximè quod habent quinque alios fratres, ita vt si vellent inter se diuidere, non haberent singuli eorum scuta 300.Domini dixerũt dotem mille ducatorum pro qualibet filia de tempore promissionis, vi delicet,de anno 1567. attenta tenuitate facultatum maritorum,fuisse excessiuam,& ideo non potuisse promitti in præiudicium fideicommissi, cùm satis esset cõgrua dos summa scutorum 680.pro qualibet,quę scuta 680. partim erant de bonis maternis,videlicet, scuta 487. cũ dimidio,& partim de paternis,videlicet, scuta 192.cum dimidio soluta per Iacobũ ad computum dotis,quæ solutio nõ potest dici facta pro satisfactione dotis maternæ,quia id esset contra tex.in l.fi.C. de dot.promiss. quæ
4 † procedit etiam,quando filia renunciauit bonis paternis,& maternis.Afflic.decis.178.nu.13.

Aquilan.prioratus. Mercur.1. Febru. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia ad nutum superioris amouibilia possunt conferri etiam fratribus regularibus.*
Fallit,vt nu.6.& nu.8.
2 *Peculium habere ex permissu superioris non repugnat voto paupertatis,*
3 *Prior non potest ab Abbate sine causa remoueri.*
4 *Regulares possunt disponere de fructibus beneficiorum regularium,sicut clerici seculares de fructibus beneficiorum secularium.*
5 *Regularia regularibus,& secularia secularibus.*
6 *Regulares sunt incapaces tituli beneficij etiam regularis.*
7 *Beneficium,quod confertur,dicitur etiam committi.*
8 *Abbas dicitur intitulatus in abbatia regulari,ad quam eligitur,& confirmatur.*
9 *Constitutio de publicandis, intrat etiam in beneficijs ad nutum amouibilibus.*
Item intrat etiam si ecclesia, pro qua fit publicatio, non subsit cathedrali,vel Metropolitanæ.nu.10.

DECISIO DCCLXXII.

REsolutum fuit,prioratum,de quo agitur, in titulum collatum fuisse, & constitutionem de publicandis intrare. Præsupposuerunt enim Domini, in religione sancti Spiritus præter hospitalia adesse domos, prioratus, & beneficia, prout colligitur ex literis Pauli Secundi ibi,cum domibus,hospitalibus,& beneficijs seu membris,& ex literis Sixti Quarti ibi, omnia & singula hospitalia,domos, præceptorias, oratoria, prioratus,ecclesias,capellas, membra, seu beneficia dicti hospitalis. Præsupposuerunt etiam ista omnia conferri fratribus ordinis sancti Spiritus, immo nõ nisi illis conferri posse,vt appareat ex primis literis eiusdem Sixti,in quibus prohibet,ne in titulum vel commendam conferantur alijs, quàm fratribus, ergo constat posse in titulum, & commendam fratribus conferri.

Dixeruntque hoc non repugnare voto paupertatis,
1 quia † fratres possunt ad nutum superioris remoueri,vt in alijs religionibus.clem.2.vbi glos.in verbo,electionẽ. de rescrip. & in præceptorijs sancti Ioannis Mohedan. decisio. 169.

2 Non † enim repugnat voto paupertatis habere pecu lium ex permissu superioris.capitu.2. vbi Abb.nume. 4. de stat.monac.Siluestr.in verbo,religio.il 6.num.7.vers. sinautem.

Quia cùm hæc beneficia sint ad nutum amouibilia, is qui ea obtinet, est semper paratus dimittere, quando superior voluerit, & sic non repugnat voto paupertatis.

Et quod habere proprium non sit contra votum pau
3 pertatis, apparet, quia † Prior non potest ab Abbate sine causa remoueri.capitu.secundo, in fine, & ibi Doct. de stat.monac.

4 Et hinc est, q̃ † regulares possunt disponere de fructibus beneficiorum regularium, sicuti clerici sęculares de fructibus beneficiorum sęcularium, vt per Nauar.in ca. vt non dicatis.num.42.duodecima,quęst.j.& in apolog. q.j.mon.80.num.4.& 5.post Cardin.in clem.secunda,§. sed & tales.in primo notab.de vita & honesta. clerico.& in clem.gratiæ.col.penul.ad fi.ver. quod interrogatus in quæstione facti. de rescript.

5 Apparet etiam, quia † regularia regularibus, sęcularia sęcularibus.ca. cùm singula.de præb.lib.6. clem. 1.de elect.clarus tex.in clem.prima, de supplen.neglig.præla.

6 Et † quæstio inter Doct. non est de titulo, an regularis sit capax tituli beneficij regularis, sed an possit dispo nere de fructibus, sicut sęcularis, de qua quæstione Nauar.vbi supra.

His stantibus Domini inferebant ad resolutionem præsentis

præsentis dubij pro affirmatiua, quòd prioratus iste sit collatus in titulum, & quod constitutio, de publican. interet. Nam verba prouisionis Ascanij sunt clara: dicitur enim in ea, tibi conferimus, & de illo etiam tibi prouidemus, teque in illius verum certum, & legitimum priorem, administratorem, & rectorem facimus, constituimus, & deputamus.

Non ob. illa verba, curam regimen, & administrationem committimus, quia conueniunt etiam titulo, cùm
7 † beneficium, quod confertur, dicatur etiam committi c. cùm in illis. in princip. de præben. libro sexto, clem. prima, de sup. neglig. prælat. clem. ne in agro. de stat. monac.

Non obst. quòd hæc verba, sunt impropriandæ ratione personæ.

Quia persona non repugnat, quin ei detur in titulum
8 ad nutum amouibile: Abbas † enim est intitulatus in abbatia, & tamen est regularis, & eligitur, & confirmatur. c. cupientes. de elect. lib. 6.

Non ob. quòd cùm hæc beneficia sint ad nutum amouibilia, cessat constitutio de publican.

9 Quia † contrarium est iam resolutum.

Non obst. quòd non intrat constitutio, ex quo secundum ipsam publicatio est facienda in ecclesia cathedrali, vel Metropolitana, cui beneficium immediate subest, & iste prioratus non subijcitur alicui ecclesiæ cathedrali, vel Metropolitanæ, sed solum magno hospitali.

10 Quia † nil prohibet, quin publicatio fiat in ecclesia ipsius prioratus.

Neapolitan. sacristiæ. 6. Februarij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Articulorum specificatio nõ requiritur, vbi ex officio proceditur per inquisitionem, non ad effectum pœnæ, sed remouendi ab administratione.*
Declara tamen & distingue, vt nu. 2. 3. & seq.
3 *Specificatio articulorum in processu ex officio per viam inquisitionis non debet fieri, vbi infamarentur plures personæ, & fama esset generalis non specialis.*
4 *Fama duplex est, generalis & specialis.*
5 *Remissoria, an possit dari ad probandum delictum per inquisitionem.*
6 *Purgatio non est indicenda apparentibus accusatore, & testibus.*
7 *Accusatore apparente, & non probante, debet reus absolui, & non indici purgatio.*

DECISIO DCCLXXIII.

CIrca dubium istud duæ cadunt difficultates.
Prima, an articuli sint bene specificati.
Secunda posito, quòd sic, an super illis sit danda remissoria.

Quoad primam tertius, 4. & vndecimus quoad tempus non sunt bene specificati, quintus, & duodecimus concernunt res gestas in curia.

1 Circa specificationem dicitur quòd, quando † proceditur per inquisitionem non ad effectum pœnæ, sed ad ad effectum remouendi ab administratione, & inquiritur ex officio, tunc non requiritur hæc specificatio, vt p Innoc. Host. Butr. Card. & Abb. in c. accepimus. de purg.
2 canon. Hæc † materia habet difficultatem, tum quia potius sapit accusationem, tum quia iudices, quibus commissa est causa appellationis, non inquirunt, sed fiscus videtur instare, & accusare: tum quia parte opponente ẽt in huiusmodi inquisitione videtur deueniẽdum ad specificationem, vt post multa finaliter videtur distinguere Socin. in capitu. qualiter, & quando, il secondo, nu. 8 51.
3 cum seq. de accusatio. Tum † quia cessat ratio, qua potissimum mouentur Doct. præcitati, quæ est, quia infamarentur plures personæ. Item † quia fama potest esse
4 generalis, & non specialis, vt per Inno. in. d. c. accepimus. nume. 2. Host. col. pen. prope fi. Card. numero 9. Abb. & alij supradicti.

Quæ rationes cessant, quia quoad personas illæ specificantur, solum ius est in tempore, & loco.

Quoad secundam difficultatem, an sit danda remissoria super istis articulis, licèt alias fuerit data † ad pro-
5 bandum delictum, vt per Crescen. decis. 130. tamẽ cùm testes bene probent bonam famam Vincentij, & adsit causa, cur Archiepiscopus eum amore non prosequatur, & modus quo fuit processum contra ipsum, quia debebant apponi edicta, & videre quis se opponebat, licèt possit superior inquirere, est deneganda, tum quia refricantur vulnera iam obducta. Tum quia suscitatur processus à quo fuit Vincẽtius purgatus, & ad ordinem presbyteratus promotus.

Non obst. quòd quando adest accusator non inducitur purgatio.

Quia tex. in capitu. nos inter. de purgat. canon. dicit,
6 cessante accusatore, & testibus, & ibi Abb. dicit, † quòd apparentibus accusatore, & testibus non est indicenda purgatio.

Non. n. apparebant testes, nec accusator, licèt adesset instigator. & ibi Soc. nu. 3. non potest dici grauatus, quia
7 † apparente accusatore, & non probante debuit absolui, & non indici purgatio per supradicta.

Maceraten. mercedis. Lunæ, 6. Februarij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Iudex deferendo appellationi, & dando reuerentiales, dicitur abdicare à se omnem iurisdictionem, eamq; transfundere in iudicem ad quem.*
2 *Appellatio admissa per iudicem à quo eo tunc dicitur valida, & eius delatio operari abdicationem iurisdictionis, quando pars non opponit: secus si opponat.*

DECISIO DCCLXXIIII.

DOmini stante resolutione in hac causa facta, q causa mercedis, de qua agitur, non sit appellabilis, tenuerunt, appellationem ex eo, quòd iudex à quo illam admisit, & apostolos reuerentiales dedit, non fuisse validam.

Concluserunt etiam, decretum relaxationis mandati
1 non fuisse nullum ex eo, quòd idem † iudex deferendo appellationi, & dando reuerentiales abdicauit à se omnem iurisdictionem, eamque transfudit in iudicem ad quem, quia huiusmodi admissio, delatio, & datio reuerentialium non possunt operari validitatem appellationis, & nullitatem decreti relaxationis mandari, stãte oppositione partis resultante ex memoriale porrecto Sanctissimo D.N. vbi supplicat ordinari iudici à quo, vt fa-
2 ciat sibi solui mercedem, & expensas. Tunc enim † appellatio admissa per iudicem à quo est valida, & tunc eius delatio appellationi operatur abdicationem iurisdictionis, quando pars non opponit: at secus ea opponente, vt per Afflic. super constitut. regn. tit. de defensis imposit. nu. 8. fol. 63. & in vsib. feud. tit. quæ sint regalia. in verbo, & bona committentium crimen. nu. 125. fol. mihi 225. & prosequuntur Modern. in repet. l. vnicæ. C. si de moment. possess. limit. 13. num. 4.

Montisfalisci

Montisfalisci hæreditatis. Veneris. 24. Febru. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Statutum nullum tanquàm non ligans non præsumitur vsu receptum, nec in eo quisque potest se fundare.*
2 *Negatiua, in qua consistit fundamentum intentionis, probanda est.*
3 *Statutum nullum allegans non habet intentionem fundatam.*
Et eò magis, vt testator non censeatur se conformare cum eius dispositione. nu. 4. Fallit, vt nu. seq.
5 *Testator disponens in casu, in quo disponit statutum, in eo censetur se conformare, & non vltra, cum nu. seq.*
6 *Statutum dicitur ius commune ipsius ciuitatis, cum quo testator præsumitur se conformare.*
7 *Præsumptio, quòd testator censeatur se conformare cum dispositione statuti non semper procedit, & facile euitatur.*
Immo non procedit in verbis conditionalibus testatoris: secus tamen in dispositiuis. nu. 8.
9 *Opinatio testatoris, qui dicatur opinasse statutum valere, est probanda.*
10 *Probatio super non vsu statuti, vel eius contrario vsu, debet esse concludens in eisdem terminis statuti.*
11 *Negatiua super nullitate, vel non vsu statuti est difficilis probationis.*

DECISIO DCCLXXV.

QVoad primam partem dubij, Domini dixerunt, statutum, de quo agitur, data eius nullitate nõ præsumi vsu receptum. & moti sunt Domini.
1 Quia † si statutum est nullum, non ligat, & consequẽter qui allegat statutum nullum, nõ habet intentionem fundatam. ratio enim, cur statutum præsumatur vsu receptum, est, quia ligat, & is qui allegat statutum, habet intentionem fundatam in verbis illius. Vnde qui dicit, non obstat statutum, quia non est in vsu, debet hoc pro-
2 bare, cùm † in tali negatiua consistat fundamentum intentionis eius. Dec. consil. 649. nu. 9. Gozad. consil. 16. in fi. Crescen. decis. 79.

3 Et allegans † statutum nullum non habet intentionẽ fundatam, quia illa dispositio non arctat: & si vult dicere, quòd arctat, quia vsus eam comprobaret, hoc tanq̃ fundamentum suæ intentionis probare debet. prout resolutum fuit coram Illustr. Cardinali Lancellotto in cã Leodien. negationis possessionis. 16. Nouembris. 1571.
4 Et † hoc tantò magis dicendum est ad effectum, vt testator non censeatur se conformare cum dispositione statu-
5 ti: quando † enim testator disponit in casu, in quo disponit statutum, in eo censetur se conformare, & non vltra, vt per Aym. consi. 250. nu. 4. versicu. secundo particulariter respondeo.

6 Nam † statutum dicitur ius commune ipsius ciuitatis, cum quo præsumitur testatorem voluisse se conformare, quia illud est sibi notum, & secundum illud vixit, vt dicunt Doct. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. vbi Alex. nu. 8. & 9. late Rip. nu. 75. cum plurib. seq. & præsertim. nu. 79. Zanch. latissime. nu. 1119.
7 Et quia secundum Corn. consi. 91. nu. j. lib. j. nõ † semper procedit hæc præsumptio, & de facili ab ea recedit, quod idem dicit Decian. consil. 60. nu. 28. & 29. lib. 3. bene Aym. consi. 250. nu. 2. Zanc. in d. §. cum ita. nu. 1158.
8 Vltra † quod non defuerũt aliqui volentes, regulam hanc procedere in verbis depositiuis testatoris, non autẽ in conditionalib. Rimin. consi. 224. nu. 49. & 82. libro 2. Decian. consi. 12. num. 31. lib. j.

In hoc tamen Domini non fecerunt fundamentum. Si itaque statutum, de quo agitur, est nullum, & consequenter nihil disponit, & non est verum, quòd sit ius ciuile illius ciuitatis, cessat illa præsumptio, quæ alias (vt dic-
9 tum est) est leuis. Et licèt † qñ testator opinatus fuisset statutum valere, attenderetur hæc opinio, vt per Zanc. vbi supra numero 1160. nihilominus opinatio ista probanda esset.

Quantum ad secundam partem dubij, Domini dixerunt, quòd si intraret præsumptio vsus statuti, & ageretur de probando non vsum siue contrarium vsum, probatio, quæ affertur pro parte Gabriellæ, non satisfaciebat, nisi repeterentur testes, vt declararent, an illi casus, & lites, de quibus loquuntur, fuerint super successione
10 ab intestato, quia † hoc non probato, probatio non cõcludit, vt per Corn. consil. 125. col. secunda, lib. 4. & fuit tentum in vna Pecusin. bonorum de Vbaldis 18. Martij, 1583. coram R.P.D. Aldobrandino, præsertim, quia primus ad septimum dicit ignorare, an Ioannes, & Falisci fecerint testamẽtum, & licèt super primo deponat, quòd euenerint multi casus, in quibus filiæ excluserunt patruos in successione fratrum earum, non tamen dicit patres decessisse ab intestato.
11 Et † hæc negatiua est difficilis probationis, vt dicit Corn. vbi supra.

Et licèt super secundo dicat, non obstante statuto, & sic virtualiter loquatur ab intestato, tamen non concludit, nisi testis repetatur pro declaratione sui dicti. & secundus super primo dicit ignorare, an statutũ sit in vsu, vel ne: & licèt dicat, quòd quando aliquis mortuus est, successerunt filiæ, & non fratres, non tamen dicit, quòd decesserit ab intestato, & eodem modo respondetur ad tertium.

Et quamuis quartus super primo dicat, *quando sono succeßi simili casi gli figliuoli hanno hauuta la robba*, allegat casum cuiusdam Romandioli, nec exprimit, an decesserit testatus, vel intestatus.

Piscien. deuolutionis bonorum. Lunæ, 5. Martij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Confessio auctoris nocet tam vniuersali quam singulari successori.*
2 *Libri auctorum regulariter non probant.*
Declara, nisi adminiculis adiuuentur, cum nu. 3.
Idque magis, quando agitur de declarando aliquo facto. nu mero 4.

DECISIO DCCLXXVI.

DOmini dixerunt, quòd si Præpositus posset coadiuuare probationem istam, bonum esset: sin minus, tenuerunt constare ex omnibus simul iunctis de bono iure ecclesiæ, & consequenter de eius dominio in bonis, de quibus agitur. Moti sunt autem principaliter ex confessione Petri Franciſci auctoris Marci
1 Antonij, de qua in concordia, quæ † confessio nocet nedum vniuersali, sed etiam singulari successori. Rui. consilio 50. nume. tertio, lib. primo, consil. 53. nume. 18. lib. 2. & consi. 128. nu. 16. eo. lib. 2.

Non obst. quòd ista confessio non sit clara, tum quia narratur prætensio Iuliani præpositi, qui prætendebat, Petrum Franciscum possidere bona ista vti bona præposituræ, tum etiam ex eo, quia verba illa, ex causa emphyteusis

tensis vel alias &c. sunt dubia. Nam pro responsione dictum fuit, quòd licèt in cõcordia narretur prætensio Prepositi, non tamen in eo narratur, quòd Petrus Frãciscus prætendebat, sententiam ad eius fauorem latam sup canonizatione regressus ob non solutionem pensionis trã siuisse in iudicatum: idque etiam apparet, quia in dispositiua concordiæ partes se inuicem quietant, & Petrus Franciscus vult, vt Præpositus cedat ei omnia iura sibi competentia super terris, de quibus agitur, etiam si fuissent præposituræ ex causa permutationis etiam inualidæ. Et vlterius se obligat ad defendendum Petrum Franciscum, & eius hæredes, & successores à quibuscunque personis, collegio, & vniuersitate, & præsertim ab opera montis Pisciæ & hospitali altus passus.

Et pro verificatione huius confessionis possunt secũdum Dominos deseruire testes saltem de auditu, & libri
2 Iuliani, & Guidi Præpositorum, qui † libri licet regulariter non probent ex allegatis in discursu, tamen in casu isto videntur probare, tum quia si verificantur in solutionibus canonis ibi annotatis, ergo & in alijs.

Tum & tertiò, quia fuerunt authenticati iusta formam statuti Pisciæ, quòd licèt det facultatem Prætori adhibendi fidem, & sic non arctet, nihilominus hæc authenticatio aliquid plus operatur.

Tum & quartò, quia comprobantur ex inuentarijs, &
3 libris tutorum Marci Antonij: quo fit, vt quamuis prædicti libri Præpositorum non probent, † tamen acceden tibus alijs adminiculis, & verisimilitudinibus, probant. Aym.cons.434.nu.23.lib.3.

4 Et † præmissa eò magis procedunt, quia hic non agitur, nisi de declaranda, & verificanda cõfessione, de qua in concordia, ad tradita per Dec.cons.146.num.14. ver. & hoc in proposito.

Burgen.expensarum.Mercurij.14.Martij.1584.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ factæ per prædecessorem debentur eius hæredibus, non autem successori.*
2 *Pœnæ condemnationum, quæ ex forma statuti pro portione debentur potestati qui condemnauit, si exigantur à successore, trahuntur retro ad beneficium prædecessoris, sicut finis ad principium.*
3 *Res iudicata trahitur retrò ad sententiam.*
4 *Expensæ factæ per prædecessorem licèt sint in vtilitatem ecclesiæ, tamen habentur pro eius credito.*

DECISIO DCCLXXVII.

FVit tentum, capitulum non teneri reficere moder no Archiepiscopo expensas factas per Cardinalẽ de Mendoza eius prædecessorem in lite habita cũ eodem capitulo super exemptione iurisdictionis, sed illas deberi hæredibus Cardinalis, quia cùm Cardinalis obtinuerit sententiam, quæ postea transiuit in iudicatũ,
1 huiusmodi † expensæ debebantur Cardinali, & hodie debentur eius hæredibus, non autem successori, prout in his terminis decisum fuit in vna Pisan. liquidationis fructuum coram bo.me.Oradin.20. Nouembris, 1570. per doctrinam Ang.in l.possessor.§.redactæ.ff.de pet.hęred. vbi vult, † quòd si statutum disponat, quòd Potestas
2 debeat habere quartam partem pœnarum quas redigi fecerit in communi, si Potestas condemnauerit super pœnis, licèt illas nõ exegerit, sed successor eius, quarta pars debetur prædecessori, qui condemnauit, quia ipse fuit potissima causa exactionis, quæ trahitur retro, sicut finis trahitur ad principium, quando necessariam consequentiam habet ab eo. l.3.§.Seio.ff.de minor. & Ang. sequuntur Soc.cons.151.num.14.lib.1.Dec.cons.654.in fi. & in auth. si quis in aliquo. num.5.versicu. & declarando. & ibi Alciat. sub numero sexto, versicu. attenditur. C. de eden. Cephal.cons.136. sub numero octauo, versicu.3. libro primo.

Non obst. quòd sententia non transiuit in iudicatum tempore Cardinalis, sed tempore successoris.

Quia res iudicata non prouenit ex diligentia successoris, sed ex negligentia capituli: & sat est Cardinalem habuisse sententiam, licèt eius tempore non transierit
3 in iudicatum, quia † Cardinalis obtinendo sententiam fuit potissima causa rei iudicatæ, quæ trahitur retro.

Non ob. quòd istæ expensæ fuerunt factæ pro vtilitate ecclesiæ.

4 Quia † quomodocunque sit, sat est hoc esse creditum Cardinalis, quod habetur pro exacto, postquàm ab eo factæ fuerunt diligentiæ, & obtenta sententia eum condemnatione expensarum.

Aquilan. Prioratus. Veneris, 16. Martij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Abbas potest remouere priorem manualem etiam sine causa. ex communi. & nu.4.*
Fallit, nisi subsit malitia. nu.2.
Vel præsumptio alicuius odij. nu.4.
5 *Consuetudo non vsus non inducitur in actibus meræ facultatis.*

DECISIO DCCLXXVIII.

DVbitaui in causa Aquilan. prioratus, an frater Ascanius possit amoueri à prioratu ad nutum superioris. Domini 16. Martij, 1584. informante tantum hospitali sancti Spiritus cõcluserunt, sine difficultate fratrem Ascanium posse à prioratu ad nutum superioris amoueri, tam inspecto iure communi, quàm etiam inspectis priuilegijs. Nam de iure communi apud
1 Citramontanos communiter tenetur, Abbatem † posse remouere priorem manualẽ etiam sine causa, quia Abbas quãdo tales administrationes committit, exprimit, quòd nuda volũtate etiam sine causa possit illos ad clau strum reuocare, ita tenet Io.And.in ca.cum singula. sub nu.2. de præb.lib.6. & post eum ibi Gem.col.2. prope fi. versicu. sed non recipitur. But.nume.5. Anchar. sub nume.4. Franc.num.5. ver. sed apud Italos. Dec. in ca. ad nostram. numero 7. versicu. sed in Italia. de confirmat. vtil. vel inutil.

2 Et hæc † reuocatio potest fieri sine causa, dummodo absit malitia, vt per Card. in clem.j.§. præmissa. nu.4. ad
3 fin. versi. ego puto. de supplen. neglig. prælat. vel † dummodo non subsit præsumptio alicuius odij, vt post But. tenet Imo. in d.cle.j. sub nu.44. ver.d. Ant.credit. & Frãc. in d.c.cum singula. num.1. circa med. vers. sed Imola.

4 Et † quod Abbas cessante malitia posset tales priorates, & administrationes ad nutum reuocari, firmat Silu. de benefic. par.3.q.68. in fi. & fuit tentum in illa Burgen. amotionis magistri capellæ 11. Decembris, 1581. coram R.P.D.Blanchetto.

Quo verò ad priuilegia concessa Hospitali sancti Spiritus, illa sunt clarissima, quòd superior potest amouere sine causa.

Non obstat si exemplo fieret ius in consuetudine, ꝙ beneficium manuale non solet reuocari.

Quia

Quia cùm hoc sit in facultate Abbatis, si non est vsus
5 tali facultate, consuetudo non inducitur, cùm † in actibus meræ facultatis consuetudo non inducatur, prout in specie tradit Abb. in d.ca.ad nostram. nume.11. & ibi Dec.nu.6.ver.vlt. Abbas concludit. Rebuf. de pacif. possess. nume.335.

Callaguritan. beneficij de Dordoniz. Veneris, 16. Martij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Commissio appellationis obtenta à sententia ordinarij non appellata, nullam tribuit iurisdictionem.*
2 *Sententia nulla dicitur ex defectu citationis.*
3 *Appellatio interposita per vnum ex consortibus litis suffragatur alijs.*
4 *Iudicium ne dum secunda instantia potest incipere à procuratore.*
5 *Protestatio in iudicialibus debet repeti in quolibet actu.*
6 *Consentire in iurisdictionem duobus dicitur modis, vel per litis contestationem, vel oppositionem dilatoriarum ex communi.*
7 *Assessoris consilio omnia gesta præsumuntur.*
8 *Causa instructa præsumitur, vbi est in statu, in quo poterat ferri sententia.*

DECISIO DCCLXXIX.

COntra sententiam Cantoris de victoria in secunda instantia latam pro parte Didaci plures opponebantur nullitates.

Prima ex defectu iurisdictionis, quia cùm Petrus, & Franciscus non appellassent à sententia ordinarij, com-
1 missio † appellationis pro parte ipsorum obuẽta, & Cantori de Victoria directa, non tribuebat ei iurisdictionẽ.

2 Secunda ex defectu citationis, quia † fuit citatus pater Didaci, qui pater in beneficialibus non habet mandatum.

Tertia, quia Cantor de Victoria pronũciauit sine voto assessoris, sine quo non poterat pronunciare, quia pater Didaci protestatus fuit, vt eius filius personaliter citaretur, deinde allegauit litis pendentiam in Rota, & declinauit iurisdictionem, & iudex iuxta formam commissionis assumpserat assessorem.

Quarta, quia sententia Cantoris fuit lata contra sententiam ordinarij, quæ fecerat transitum in iudicatum.

His tamen non obstantibus, Domini dixerunt, sentẽtiam Cantoris non esse attentatam neque nullam, & ideo non reuocandam.

Prima nullitas tollitur ex facto, quia Franciscus à sententia ordinarij illicò appellauit, vt in processu fol. 271.
3 quæ † appellatio sustragatur etiam Petro litis consorti. l.j. & 2.C. si vnus ex plurib. appel. c. pe. de appel. Thom. de Tan. decisio. 22.

Secunda tollitur etiam ex facto, quia fuerunt citati pater Didaci, & Didacus de Aequinõ, vt in processu fol. 291. qui ambo erant procuratores Didaci, prout de eorum mandato constat in processu, fol. 48.

4 Et † iudicium ne dum secunda instantia potest incipere à procuratore. Cassad. decis.j. de dilat. Achil. decis.14. de citat. Nec placebat responsio, quòd isti procuratores essent reuocati, eo quia principalis accesserat ad curiam.

Quia inter modos reuocandi procuratores non reperitur accessus principalis ad curiam.

Quantum ad tertiam nullitatem pro parte Petri, & Francisci: Respondetur, patrem Didaci post declinationem iurisdictionis consensisse in iurisdictionẽ, quia tanquàm procurator substituit Ioannem de Ochoa simpliciter, vt in mandato, de quo in processu fol. 303. & in
5 hoc actu non fuit repetita illa protestatio: & † tamen in iudicialibus debet in quolibet actu repeti. Mohedan. decis. 44. Sed ex illo solo actu substitutionis non videtur consensum in iurisdictionem, quia Bartol. in l. si conuenerit. num. 3. ff. de iurisd. om. iud. & communiter Doct. ibi
6 volunt, dici † consensum in iurisdictionem duobus modis, vel per litis contestationem, vel per oppositionem exceptionum dilatoriarum. Vnde per petitionem copiæ libelli, vel dationem cautionis de iudicio sisti, non dicitur consensum in iurisdictionem, vt per Bar. in d.l. si conuenerit. sub nu.2.

Quoad assessorem, vltra quòd se subscripsit sententiæ
7 Cantoris, vt in processu fol. 385. præsumuntur † omnia gesta de consilio illius, vt per Dec. cons.8. nu.2.

Quòd causa esset instructa tempore auocationis, apparet ex eo, quòd erat productus processus primæ instã-
8 tiæ, & † erat in statu, in quo poterat ferri sententia, quod sufficit. Crescen. decis.113. cum alijs allegatis.

Quarta nullitas cessat, quia à sententia ordinarij pro parte Francisci fuit illicò appellarum, cuius appellatio prodest etiam Petro litis consorti, vt supra dictum fuit.

Montis Falisci hæreditatis. Die 19. Martij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Populi immediatè subiecti sedi apostolicæ de consuetudine non possunt statuta condere, sine superioris auctoritate.*
Fallit in alijs populis nu.3.
2 *Statutum factum à populo subdito in terris ecclesiæ indiget confirmatione: in alijs locis seruatur opi. Innoc.*
3 *Ciuitates & populi qui sese regunt, possunt facere statuta sine auctoritate superioris. ex communi.*
Fallit in populis immediatè subiectis ecclesiæ Romanæ.
4 *Statuta facta à populis immediatè subiectis ecclesiæ Romanæ sine superioris licentia, sunt iuri communi contraria: secus in alijs populis, secundum opinio. Innoc.*
5 *Confirmatio statuti facta sine clausula, ex certa scientia, dicitur esse in forma communi, & generalis, & conditionalis, quatenus statuta sint iusta, & rationabilia. & quære. nu. seq.*
6 *Confirmatio generalis, & in forma communi non trahitur ad statuta illicita, & inhonesta.*
7 *Statutum excludens fœminas stantibus etiam remotissimis agnatis, reputatur de iure communi iniustum, & inhonestum.*
8 *Statutum excludens filias propter masculos est odio cum odio irrationabili.*
9 *Statutum allegans, quod aliàs non valet, nisi fuerit confirmatum, debet clarè de ipsa confirmatione docere, ostendendo statutum præcedere ipsam confirmationem.*
10 *Confirmationes generales, & in forma communi duas habent limitationes, seu conditiones.*
11 *Legatus de latere non potest condere statuta iuri communi contraria. ex communi.*
12 *Qualitas in fine eiusdem orationis posita, & quæ regitur ab eodem verbo, ad omnia refertur, & æqualiter determinat.*

DECISIO DCCLXXX.

DVbitaui 19. Martij, 1584. an statutum Montisfalisci in actis productum esset validum? Et Domini duas distinxerunt difficultates.

Prima

Prima fuit, an statutum præmissum valeat sine confirmatione.

Secunda, quid stantibus confirmationibus, de quib. in præsuppositis.

Quoad primam Domini dixerunt, populos sedi apo
1 stolicæ immediatè subiectos ex hactenus obseruata † cõ suetudine non posse statuta condere, vt per Bal. in l. omnes populi. sub nu. 6. versi. & hæc opinio. ff. de iust. & iur. vbi inquit, in terris ecclesię tenaciter obseruari eam opinionem, quòd in condendis statutis superioris auctoritas requiratur: & propterea si tota prouincia Marchiæ faceret statutum, non admitteretur per ecclesiam, nisi esset approbatum, refert, & sequitur ibi Caccialup. nu. 10. ver. dicit etiam. hoc idem firmat Corn. cons. 163. nume. 2. prope fi. ver. ad primum autem respondetur, lib. j. vbi post Bal. inquit, in terris ecclesiæ seruari opinionem Compostel. in c. cum omnes. de constit. quòd scilicet sta
2 tutum † factum à populo subdito indiget confirmatione, alias non adstringit: in alijs vero locis seruari opin. Innoc. tenentis contrarium. & clarius idem Bal. consilio 3
407. præsupponendum est. num. 2. in fi. lib. 2. dicens, cõmunem opin. quòd † ciuitates, & populi, qui se se regũt, possunt facere statuta sine auctoritate superioris, nõ habere locum in terris ecclesię Romanæ immediatè subiectis, quia omnis eorum status, & statuta à superiore de
4 pendent, nisi à Præside prouinciæ confirmentur: nõ † valent etiam, cùm sint contraria iuri communi, & ita resolutum fuit in illa Auximan. Molendini coram R. P. Domino Robuster. & res caret difficultate, stante Ægidiana lib. 2. c. 36. quæ fuit extensa per Paulum tertium ad totum statum ecclesiasticum.

Quoad secundam difficultatem Domini tenuerunt, confirmationes Sixti Quarti, & Pauli Secũdi esse in forma communi, cum in eis deficiat clausula, ex certa sciẽ
5 tia, & esse † confirmationes generales, & conditionales, quatenus statuta sint iusta, & rationabilia. Dec. in rub. de confirmat. vtil. vel inutil. nu. 2. & ibi Bero. nu. 9. & 10.

Et in dubio confirmatio præsumitur in forma communi. Rip. lib. j. respons. c. 22. nu. 18. ver. secundo respondetur. Vnde huiusmodi confirmationes non suffragantur, triplici ratione.

6 Prima ratio est, quia † cõfirmatio generalis, & in forma communi non trahitur ad statuta illicita, & inhonesta. Bar. in l. j. nu. j. versi. generali. C. de Monopol. Caccialup. in l. omnes populi. nu. 12. ff. de iust. & iur. Ias. consilio 122. col. 3. ver. nec etiam ob. lib. 4. Dec. cons. 17. nume. 2. post med. ver. nam in generali confirmatione. Corn. consil. 278. nu. 2. lib. j. bene Alex. cons. 59. lib. j. late Paris. cõs. 19. nu. 14. lib. j. cons. 33. nu. 53. lib. 3. & cons. 106. num. 6.
7 & 7. lib. 3. Soc. iun. cons. 32. nu. 43. lib. 3. Vnde † cũ hoc statutum excludat fœminas stantibus etiam remotissimis agnatis, ex quo vocat proximiores in gradu consanguinitatis, reputatur de iure communi iniustum, & in
8 honestum. l. maximum vitium. C. de liber. præter. Et † statutum excludens filias propter masculos esse odiosum odio irrationabili, late deducit Corn. cons. 97. sub nu. 4. & 5. lib. 3. & fuit resolutum in illa Vrbeuetan. castrorum 21. Nouembris, 1583. coram R. P. D. Blanchetto. Idque tantò magis in casu nostro, quia in confirmationibus supradictis expresse dicitur, quatenus sint iusta, & rationabilia. Nec faciunt auctoritates in contrarium allegatæ. Quia procedunt, quando fœminæ excluduntur à descẽdentibus masculis, non quando à transuersalibus.

Secunda ratio est, quia non apparet, statutum, de quo agitur, fuisse conditum de tempore prędictarum confir
9 mationum, & † is qui allegat statutum, quod alias nõ valet, nisi fuerit confirmatum, debet clare de confirmatione docere, ostendendo statutum præcedere ipsam cõfirmationem.

Non obst. fides cancellarij, quia fides non facit fidem: & propterea bonum est videre, quomodo se habeat volumen statutorum, in quo dicitur esse insertum statutum prædictum.

10 Tertia ratio est, quia † omnes prædictæ confirmationes duas habent limitationes.

Prima est, de qua supra, quatenus sint iusta, & rationabilia.

Secunda est, prout hactenus obseruata fuerunt. Papa igitur in istis confirmationibus habuit respectum ne dũ ad qualitatem statutorum, sed etiam ad eorum vsum. & ideo limitatè confirmauit eo modo, quo vsui recepta fuerunt; vt patet ex illis verbis, prout hactenus laudabiliter obseruata fuerunt, quæ verba non stant dispositiui, sed conditionaliter, ex quo (vt dictum est) confirmatio est in forma communi, & dictio illa, prout, significat, si eo modo. l. prout. ff. de sol. & denotat modum, & qualitatem. Alex. cons. 179. nu. 9. lib. 5.

Quantum ad confirmationem bo. me. Cardinalis san
11 cti Angeli, omisso, an potuerit valere, eo quia † legatus de latere non potest condere statuta iuri communi contraria, Doct. in c. fi. de of. leg. Roman. cons. 2. sub nume. 2. Corn. cons. 121. nu. 5. lib. 3. Soc. cons. 60. nu. j. lib. 2. Ias. in d. l. omnes populi. in prima lect. nu. 30. Boer. in tracta. de potesta. leg. de later. nu. 44. ver. licet enim. Gãbar. eo. trac. lib. 8. rub. 2. nu. 14. vbi de communi dictum fuit, quòd tota illa confirmatio refertur ad statuta hactenus obser-
12 uata, tanquàm qualitas, † quæ est in eadem oratione, & regitur ab eodem verbo, & est in fine. l. talis scriptura. de leg. primo, Dec. in c. secundo requiris. de appel. late Netuzan. cons. 72. num. 15.

Vnde qui se fundat in hac confirmatione, debet docere de illo vsu, & nihilominus adsunt multa indicia in contrarium.

Romanensis extinctionis census. Veneris, 14. Aprilis. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata facta per modum memorialis iunctis alijs adminiculis, an probet.*
Quòd sic. cum nu. seq. & nu. 8.
Contrarium tamen vide numero 10. cum sequen. vbi distingue.
2 *Annotatio nil aliud est, quàm priuata scriptura sine testibus causa memoriæ.*
3 *Annotatio priuata iuncta alijs adminiculis probat.*
4 *Annotatio priuata facta ad fauorem annotantis, an probet, ita quòd dispositio l. instrumenta. C. de probatio. procedat in hoc casu.*
Quod non. nu. 10. cum seq.
5 *Annotatio facta à creditore sine testibus de aliquo debito absente debitore, non valet sine alijs adminiculis, & num. 7. & 8.*
6 *Creditor si scribat sibi deberi, non sufficit, nisi iuuetur alijs adminiculis.*
9 *Scriptura priuata ad fauorem scribentis per se non facit fidem.*
11 *Dispositio l. instrumenta. C. de prob. loquitur de priuata scriptura debitoris contra quem agitur. & de iure pleno intellectu. nu. 14.*
Sed l. exemplo. C. eod. loquitur de priuata scriptura creditoris agentis.

Scripturæ

12 *Scripturæ priuatæ non debet plus credi, quàm viuæ voci ipsius scribentis.*
13 *Voci mortuæ non est plus credendum, quàm viuæ.*
15 *Scriptura priuata nullam fidem facit ad fauorem scribentis, etiam si sit fiscus, vel ecclesia.*
Immo, nec adminiculum quidem, siue gradum probationis. nume. 16.
Et eò magis, quando est facta lite pendente. nu. 17.

DECISIO DCCLXXXI.

1 DVbitaui particulariter in hac causa, an scriptura priuata Prosperi facta per modum memorialis, in qua † continebatur qualiter ipse soluerat Petro Paulo Arditio pretium officij notariatus Rotæ tãquam scripturarum, faceret aliquem gradũ probationis ad fauorem ipsius Prosperi, ita vt iunctis alijs adminiculis, & coniecturis sufficienter probaret.

Et difficultas consistebat in eo, an l. instrumẽta. C. de probat. quæ loquitur de priuata scriptura facta per modum memorialis, cùm loquatur de priuata adnotatio-
4 ne, quæ † nil aliud est, quàm priuata scriptura sine testibus causa memoriæ, secundum Azon. in d. l. instrumenta. in fi. glo. ibi in verbo, domestica. Odofre. numero primo, in fi. Ioan. Faber. & Salyce. post princip. versicu. dicit ergo. quæ l. instrumenta. vult, † quòd priuata annotatio si alijs adminiculis adiuuetur probet: difficultas in-
4 quam in eo versatur, an l. instrumenta. procedat † in priuata adnotatione facta ad fauorem annotantis.

Et pro affirmatiua multæ fuerunt adductæ auctoritates, nempe Odofred. in d. l. instrumenta. nume. primo, in fi. Vbi † adnotationem, de qua ibi, exemplificat in scriptura priuata facta sine testibus continentem talem mihi debere tantum absente eo, contra quem scriptura fie-
6 bat, hoc idem clare firmat Azo, dicens, quòd † si creditor scribat sibi deberi, nõ sufficit sõlum, sed necesse est, quòd alijs iuuetur adminiculis, hoc idem videtur sentire gl. in verbo, instrumenta. in fi. ibi, siue ab alio, & istud idem ibidem expresse tenet Zuccard. sub nume. quarto,
7 dum dicit, † adnotationem, de qua loquitur tex. fieri sine omni solemnitate, puta, cùm scribo, Titium mihi debere centum, & subdit, hanc scripturam priuatam nihil probare, nisi alia adminicula accedant.

8 Et † quòd scriptura priuata faciat fidem ad fauorẽ scribẽtis, si alijs adminiculis adiuuetur, firmat expresse post Nicol. de Mattar. Ioan. And. ad Spec. ti. de instrum. edit. §. nunc dicendum restat. in addi. magna, circa med. ver. si vero quæratur. & clare hoc idem tenet Alber. in l. ratio-
9 nes. nu. 6. ver. si autem scriptura. C. de prob. dicens, † scripturam priuatam ad fauorem scribentis per se non facere fidem per l. exemplo. C. de proba. & per l. inter cartulas. C. de conuen. fisc. debit. lib. 10. sed cum alijs adminiculis fidem facere.

Contrarium tamen Domini tenuerunt, quòd scilicet
10 prædicta priuata † scriptura Prosperi nullum gradum probationis, nullamque pœnitus fidem faciat ad eius fauorem, & hanc opi. tenuit Bal. in d. l. instrumenta. sub nu
11 me. j. dum vult, † quòd de quarta scriptura priuata, videlicet, creditoris scribentis talem esse suum debitorem non loquitur d. l. instrumenta, sed d. l. exemplo. & Bal. sequitur Saly. in d. l. exemplo. vbi etiam Paul. de Castro in princ. versic. & vt differt, hoc idem firmat, dicens, d. l. instrumenta. loqui de scriptura priuata debitoris, contra quem agitur, & d. l. exemplo. loquitur de scriptura priuata creditoris agentis. Et probatur hæc opinio.

Primò per tex. in d. l. exemplo. & in d. l. inter cartulas. ponderando prout infra.

12 Secundò, quia † priuatæ scripturę non debet plus credi, quàm viuæ voci ipsius scribentis, cui in sui fauorem in nihilo creditur. Bar. in l. admonendi. nu. 24. versi. nam priuatæ. ff. de iureiuran.

13 Et † voci mortuæ non esse plus credendum, quàm viuæ, inquit Imo. in l. nuda. nume. 14. ff. de dona. per tex. in §. si vero tale aliquid. in Auth. de instrum. caut. sequitur Rom. in d. l. admonendi. nu. 56. ver. 3. Alex. nu. 34. Ias. in repet. nu. 133. circa med. Franc. Curt. nu. 127. post med. ver. ratio dicti est.

14 Tertiò, quia d. l. instrumenta. † præsupponit priuatam annotationem esse adminiculum, & aliquam fidem facere, prout colligitur tum ex illis verbis, si non alijs quoq; adminiculis, ponderando dictionem, alijs, quæ est implicatiua similium, & sic implicat priuatam annotationẽ esse adminiculum: tum ex illis verbis, sola non sufficiũt: illud enim verbum, non sufficiunt, præsupponit, priuatam scripturam ibi facere adminiculum siue aliquem gradum probationis,

Vnde si d. l. instrumenta, loquitur de priuata scriptura, quæ sit adminiculum, & facit aliquem gradum probationis, non potest loqui de priuata scriptura creditoris, siue eius, qui ad fauorem proprium scribit, quæ pro eo nullatenus probat, vt inquit Bal. in d. l. rationes. sub
15 nu. j. & † nullam fidem facit pro eo, nec pro eius successore, etiam si sit fiscus, vel ecclesia, secundum eundẽ Bal. in d. l. admonendi. sub nu. 4. versi. si ex propria. quem ibi sequitur Castren. nu. 43. prope fi. Alex. num. 37. Ias. in repet. nu. 120. ver. si tamen. Franc. Curt. nu. 124. prope fin.

16 Et † quòd scriptura priuata ad fauorem scribẽtis nullum faciat adminiculum, siue gradum probationis, colligitur ex d. l. exemplo. ibi, pernicioſum est, vt ei scripturę credatur. & ex d. l. inter cartulas. ibi, iniquum esse prospeximus. item ibi, occasionis huiusmodi calumniam. item ibi, vanitate reiecta. Si enim scriptura priuata faceret adminiculum, vel aliquem gradum probationis ad fauorem scribentis, vtique d. l. exemplo, & dicta l. inter cartulas. non tam acriter eam reprobarent, dicendo eam esse pernicioſam, iniquam, calumnioſam, & vanam.

17 Et † tantò magis Domini in hanc sententiam iuerunt, quòd scriptura priuata, de qua agitur, fuit facta lite pendente. Rip. in d. l. admonendi. num. 123. & conti net aliqua multum inuerisimilia, prout est illud de loco loci, & etiam illud de mense, in quo fuerunt numeratæ pecuniæ.

SVMMARIVM.

Bononien. de Borgoganinis. Lunæ, 16. Aprilis. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Relictum quodcunque conditionale in vltima voluntate non transmittitur.*
Et eò magis, vbi agitur de transmittendo ad hæredem extraneum, etiam stantibus coniecturis. nu. 2.
Licet aliqui in coniecturis dissentiant. nu. 3.
Limita tamen, vt numero 4. cum sequen. & numero 17. 24. & 27.
3 *Transmissio hæreditatis conditionalis, an possit fieri ex coniecturis ad extraneos, & nu. seq. quod non.*
4 *Mens testatoris ex coniecturis colligitur.*
5 *Coniecturæ, vt hæreditas conditionalis transmittatur ad extraneos, debent elici ex his, quæ scripta sunt in testamento, ex communi, & multum vrgentes.*
6 *Legatum vsusfructus non substinetur, nisi transmissio fieret.*

7 *Testator eos censetur vocasse, quos nominauit, non alios. ex communi.*

§ *Testator vnum ex pluribus nepotib. natis substituens, censetur alios, quos sciebat, excluisse.*

9 *Coniectura transmissionis sumitur, quando potest coniecturari, testatorem voluisse prouidere illis, ad quos intendimus relictum conditionale debere transmitti.*

10 *Transmissio oritur aut ex dispositione legis, aut ex coniecturis voluntatis testatoris.*

11 *Transmissio quibus casibus cessat ex coniecturata mente testatoris.*

12 *Instituti tantum persona quibus casibus censeatur à testatore contemplata.*

13 *Transmissio dicitur fieri per testatorem ad hæredes in vna substitutione nominatos ex illa coniectura, quæ desumitur ex alia substitutione.*

14 *Voluntas testatoris ita attenditur in non transmissione, sicut in transmissione.*

15 *Transmissio vt fiat, mens testatoris præsumitur esse, quando alium minus dilectum prætulit magis dilecto.*

16 *Transmissio non fit, quando si fieret, sequeretur absurdum, vt minus dilectus præferatur magis dilecto.*

18 *Dispositio l. Seius saturninus. ff. ad Treb. quomodo intelligatur. cum nu. 19.*

19 *Fideicommissum de quo in l. Seius saturninus. ff. ad Trebel. intelligitur esse in diem, non autem conditionale.*

20 *Fideicommissum sufficit esse purificatum, licèt non agnitum ad hoc, vt transmittatur.*

21 *Hæreditas non adita regulariter non transmittitur.*

22 *Fideicommissum vniuersale difficilius transmittitur, quàm particulare.*

23 *Transmissio legatorum fit vti de adeunda hæreditate, non vti de adita.*

25 *Conditio prouenies ex necessitate legis non impedit transmissionem: secus in ea, quæ prouenit ex dispositione testatoris.*

26 *Transmissio sicut coniecturis inducitur, ita coniecturis tollitur.*

DECISIO DCCLXXXII.

CAmillus Borgogninus Bononien. in testamento, quod condidit de anno 1557. instituit vniuersales hæredes omnes, & quoscunque filios masculos nascituros ex Æmilia filia sua, quos voluit nominati de familia ipsius testatoris, & si nulli filij masculi ex Æmilia nascerentur, vel interim donec nascantur, instituit hæredes vniuersales Cęsarem de Nappis pro dimidia, & pro altera dimidia Petronium, & Ludouicum fratres de Borgogninis, & ipsorum hæredes respectiue liberos masculos: decessit testator 30. Augusti. 1585. Cęsar de Nappis, 17. Ianuarij, 1588. demum Æmilia nullis relictis filijs.

Vnde inter alia, de quib. in hac causa contingit dubitari, fuit vltimo loco dubitatum circa dimidiã hæreditatis relictæ Cęsari, nunquid ipse eam transmiserit ad Iulium eius fratrem, pendente adhuc conditione natiuitatis filiorum Æmiliæ, vel potius accreuerit alteri dimidiæ hæreditatis fratribus de Borgogninis relictæ.

Et præsuppositis testamento dicti Camilli, & nõnullis resolutionibus in hac causa factis, dubitaui 16. Aprilis, 1584. an in casu, de quo agitur, adsint tales coniecturæ, vt Cęsar potuerit transmittere.

Et licèt in alijs positionib. huius causæ, videlicet, 15. Aprilis, 1580. & magis in specie 10. Iunij eiusdem anni, hoc idem dubium propositum fuerit, & ob varietatem Dominorum resolutio capi non potuerit, nihilominus in hac vltima positione Domini fuerunt concordes pro negatiua, quòd Cęsar non potuerit trãsmittere: est enim
1 tritissima iuris regula, quòd † relictum quodcunque cõditionale in vltima voluntate non transmittitur. l. vnica. §. sinautem. C. de cad. tol. l. si ex pluribus. in fi. ff. de suis & legit. l. rationes. in fi. ff. de acquiren. hæreditate, cum alijs cumulatis per Gabriel. de hæred. instit. conclus. secunda, numero 1. & 2.

Quæ regula tantò magis potest procedere in hoc ca-
2 su, in quo agitur de transmittendo hæreditatem, † siue relictum ad hæredem extraneum, quo casu Corn. consi. 180. nu. 2. in fi. lib. 4. voluit, transmissionem etiam statibus coniecturis non fieri. sequitur Iaco. de Nigr. in l. j. nume. 62. circa fi. de leg. j. & idem sentit Dec. cons. 417. nume. 4. versi. sed respondetur, eosque citat Gabriel. d. conclus. 2. nu. 17.

3 Et † licèt aliqui in hoc dissentiant, volentes, trãsmissionem, ex coniecturis posse ad extraneos fieri, vt per Paris. consi. 25. nu. 8. lib. 2. & bene Aym. in repe. l. cum filio. par. 2. nu. 356. de leg. j. Zanch. in l. hęredes mei. §. cum ita. sub nu. 214. ff. ad Treb. nihilominus, quando transmissio fit in extraneos, coniecturę debent esse vrgentiores, cùm difficilius inducatur transmissio ad fauorem extraneorum, quàm liberorum, vt per Aym. vbi supra.

Ad hanc reg. pro parte Iulij Nappi tres videntur afferri limitationes.

4 Prima est, † ℘ regula non procedit, quando ex coniecturis constat de contraria mente testatoris. l. in conditionib. §. ex scriptura. ff. de cond. & demon. Bal. in l. vnic. nu. 10. C. de his qui ante aper. tab. quam limitationẽ passim Doct. sequuntur, quos late cumulat Gabriel. d. conclu. 2. nu. 15. quæ limitatio procedit duob. concurrentibus. primò, vt † coniecturę eliciantur ex his, quæ scripta
5 sunt in testamento, prout sentit Bal. in d. l. vnica, nu. 10. in fi. & firmãt Doct. congesti per Gabriel. d. conclu. 2. nu. 19. vbi de communi, de qua etiam testatur Soc. iun. cons. 141. nu. 22. in fi. lib. 2. Secundò, vt coniecturæ sint multũ vrgentes, & quasi concludentes, vt per Rip. in d. §. cùm ita. nu. 34. & 64.

Duæ autem coniecturæ in casu isto pro parte Iulij deducuntur.

Prima colligitur ex illis verbis testamenti, & interim donec nascantur, ex quib. verbis apparet, testatorẽ, quantum in se fuit, voluisse facere hæredem interim Cęsarẽ, & per consequens voluisse illi dari totum id, quod potest, ergo constat de mente testatoris, qui non transmissibile potuit facere transmissibile. item idẽ apparet, testatorẽ, quantum in se fuit, voluisse, vt conditio suspenderet, & sic intrat tex. in l. Seius Saturninus. ff. ad Trebel.

Secunda cõiectura desumitur ex eo, ℘ cũ testator voluerit vxorem suam esse vsufructuariam omniũ bonorũ
6 dum viueret, legatum † istud vsusfructus non substinet, nisi transmissio fieret. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cadu. tol. Iaſ. in l. extraneum. nu. 5. C. de hæred. instit.

Primam coniecturam Domini plurimi fecissent, si nil in contrarium haberemus: sed eam non habuerunt in consideratione, ex quo in contrarium habemus testatorem vocasse descendentes masculos Cęsaris, & sic constat de expressa mente testatoris circa eos, quos voluerit vocare, vnius enim inclusio est alterius exclusio. l. cùm prætor. ff. de iudic. & ista visa fuit Dominis efficacissima coniectura, præsertim, cùm Iulius esset natus, & esset frater Cęsaris.

Et nihilominus de eo testator nullam penitus men-
7 tionem fecit, quod † in similibus terminis à Doct. multum consideratur, vt per Soc. in l. cùm auus. numero 38. & 66. ff. de conditio. & demonstratio. Socin. iunior consil.

consil. 100. nu. 10. lib. j. Roman. consil. 370. sub nume. 3. cum sequen. cuius opinionem sequuntur complures relati ibi per Addit. in verbo, censeo. vbi in fine attestatur de magis communi, quicquid in contrariũ dixerit Rui. consil. 77. nume. decimoquarto, lib. 2. & magis in specie facit dictum Pau. de Cast. in l. cùm acutissimi. num. 6. C.
8 de fideicommiss. vbi vult, † quòd si testator ex pluribus nepotibus natis vnum substituit, censetur alios, quos se habere sciebat, excluisse. per reg. l. cùm prætor. de iudic. quod dictum post Ioan. Baptistã de sancto Seuer. in l. generaliter. §. cùm autem. C. de instit. & substitut. refert, & sequitur Soc. in d. l. cùm auus. nume. 78. post princip. versicu. sexto regula. Et licèt Corn. in d. l. cùm acutissimi. num. 4. circa med. ver. Paulus de Castro etiam dicit. pugnet hoc dictum, tamen postea cum eo videtur transire, inclinando pro nepote substituto, quem inquit pro se habere testatoris verba, & mentem expressam: idque tantò magis in casu nostro, in quo manifestissima est testatoris prædilectio, cùm instituerit Borgogninos, & nõ Iulium, de quo nunquàm mentionem aliquam, nec pure, nec conditionaliter fecit, maximè, quia testator de duobus Borgogninis fratrib. ambos vocauerit, de duobus autem fratribus de Nappis vocauit solum Cęsarẽ,
9 nulla facta mentione de Iulio. Coniectura † enim transmissionis sumitur, quando potest coniecturari, testatorem voluisse prouidere illis, ad quos intendimus, relictũ conditionale debere transmitti, & Docto. de hac re tractantes si recte intueantur, ita loquuntur. & ita dicit Socin. consil. 6. num. 12. lib. 3. Dec. consil. 25. sub nume. primo. Ita tollitur responsio Rimin. iun. consil. 244. nume.
10 298. cum seq. dicit † enim, quòd transmissio est prouisio legis, nõ hominis, & ideo testator denegauit auxiliũ suum, non auxilium legis.

Nec responsio nullius est momenti, quia nos agimus de transmissione, quæ oritur ex coniectura voluntatis testatoris, quæ transmissio longe differt ab ea, quæ oritur ex dispositione legis ex potentia suitatis, & ex iure deliberandi, de qua transmissione late Antonius Gomes. in tract. vlti. volunta. ti. de transmiss. hæred. Tantum autem abest in casu isto, vt adsit aliqua coniectura, ex qua possit colligi, testatorem voluisse Iulio prouidere, vt immo omnia contrarium suadere videantur.

In primis enim, quando testator instituit filios Æmiliæ ex secundo matrimonio nascituros, eosque voluit nominari de familia ipsius testatoris, & in euentum, ℘ nollent suscipere nomen dictæ familiæ, voluit hæreditatem deuenire ad alios, vt infra instituẽdos, & sic ad eos,
11 quos nomine proprio nominauit, quo † casu cessat trãsmissio. Gabriel. de hæred. instit. conclus. secunda, numero octauo, post Alexan. consil. 173. nume. sexto, & septimo, libro quinto.

Deinde, quando testator instituit Cęsarem, nõ solum illum nomine proprio substituit, quo casu cessat transmissio, Menoch. consil. 200. nume. 96. 97. & 98. Sed etiã alias qualitates addidit, nempe, ciuem & notarium Bo-
12 nonien. ex † quibus qualitatibus apparet, testatorẽ personam Cęsaris duntaxat respexisse. Dec. post alios consilio 513. numero primo, Paris. consil. 53. num. vndecimo, libro tertio, Rolan. consil. 97. numero 21. libro quarto, quod excludit transmissionem. Menoch. consil. 200. nume. 98. post med.

Non obst. quòd ista videantur respicere substitutionẽ factam in alio casu, qui non euenit, quia quemadmodũ quando testator fecit mentionem de hæredibus in vna
13 substitutione, ad eos fit † transmissio ex illa coniectura, quæ desumitur ex alia substitutione. Rui. consi. 156. sub nu. 5. lib. 2. ita quoque in isto, cùm testator in alia substitutione se restrinxit ad infrascriptos, & sic ad nominatim expressos per supradicta.

Ex ista coniectura desumpta ex alia substitutione de-
14 bet impediri transmissio. voluntas † enim testatoris ita attenditur in non transmissione, sicut in transmissione. l. in conditionibus. ff. de cond. & demon. Bal. in l. si pater. nume. decimonono, C. de institut. & substitut. Aym. consil. 426. num. 12.

Non ob. quòd ista respiciant vocationem expressam,
15 non autem transmissionẽ, quia † sicut præsumitur, mentem testatoris esse, vt fiat transmissio, quando alius minus dilectus præfertur magis dilecto. Iaſ. consil. 52. col. fina. ver. quarta coniectura. libro tertio, Rui. consil. 178. nume. 5. & 6. libro secundo, Soc. iun. consil. 14. nume. 9. prope fi. ver. pari modo. libro quarto, Aym. in l. cum filio. par. secunda, num. 349. ff. de leg. j. Zanch. in d. §. cum ita, nume. 333. cum alijs de quibus per Gabriel. d. conclu. 2.
16 nume. 22. Ita † quoque è contra debemus dicere nõ fieri transmissionem, quando, si fieret, sequeretur absurdũ, vt minus dilectus præferretur magis dilecto, prout contingeret in hoc casu, vt idem operetur oppositum in opposito, quod operatur propositũ in proposito: non enim dubitari potest, quin Borgognini fuerint prædilecti Iulio, de quo nulla est facta mentio, etiam quòd esset cognitus testatori tempore testamenti, maxime, quia (vt dictum est) testator expresse vocauit descendentes hære-
17 dum, videlicet Cęsaris, & Borgoninorum. Vnde † cùm Cęsar reliquerit hæredem Iulium fratrem, qui est hęres extraneus, ad eum non fit transmissio, vt post Bal. tradit Gabriel. d. conclus. 2. nu. 28.

Non obst. ℘ in casu isto non habemus prædilectionẽ, quia sufficit, ℘ testator in toto testamento semper prædilexerit Borgogninos, ex quo eos hęredes instituit, & in aliquib. casib. substituit, de Iulio autem tunc testatori bene cognito nullam fecit mentionem.

Non ob. l. Seius saturninus. ff. ad Treb.

18 Quia † aut ibi conditio respicit fauorem fideicommissarij, & tũc si moriatur ante euẽtum conditionis, nõ extinguitur fideicommissum, sed fit transmissio ad eius hæredes, prout intelligunt Crot. in l. j. nu. 38. ver. j. quaudo. & ibi Iac. de Nigr. nu. 62. ver. in duob. tamen casib. de leg. j. Fab. in d. §. cùm ita. nu. 33. in fi. Aut (quod verius est) fideicommissum ibi non est conditionale (nam ibi hæres extraneus fuit rogatus restituere filio testatoris, cũ ad annos sexdecim pueniſſet) & tũc filius decedẽs añ istã ætatem transmittit ad hæredes, quia illa verba, cùm ad annos sexdecim peruenisset, non continent diem incertum, & sic conditionem, vt inquit tex. ibi, in fine.

Quoniam dies fideicommissi viuo filio cessit, & testator tutelam magis hæredi fiduciario permisisse videtur, quàm incertum diem fideicommissi constituisse, & fideicommissum hæreditatis relictum filio post certã ætatem. Et quod in casu d. l. Seius saturninus. intelligatur
19 † esse in diem, & non conditionale, voluit post Barto. Ange. & Imo. in l. si mater. in princip. ff. de vulga. & pupilla. Alexan. in d. l. Seius saturninus. nume. tertio, Ruin. consilio 166. nume. decimo, in princip. lib. tertio, Aym. in l. cum filio. par. secunda, numero 350. in fi. de lega. primo, Zanch. in dicto §. cum ita. numero 325. versi. tu autem dicas. Et fuit dictum in hac eadem causa. 17. Octobris. 1578. quando fuit reprobatus intellectus illorum verborum, & interim donec nascantur, iuxta terminos d. l. Seius saturninus.

Non ob. quòd testator instituerit Cęsarem per verba directa. Quia tm̃ abest, vt hoc faciliter transmissionẽ, vt potius eam difficultet, nã facilius trãsmittitur fideicõ-
20 missum, q̃ hæreditas: sufficit †. n. fideicommissum esse

purificatum, licèt non sit agnitum. Rip. in d.§. cum ita,
21 num. 57. ver. amplia secundo. Hæreditas † autem nisi sit
adita, regulariter non transmittitur. l. emancipata. C. qui
admit. & de ratione differentiæ contendunt Doct. in d.l.
22 cùm filio. de leg. j. Et hinc † est, quòd difficilius transmit
titur fideicommissum vniuersale, quàm particulare, qa
vniuersale magis assimilatur hereditati. Corn. cons. 180.
sub nu. 2. lib. 4. Et hæc quoad primam coniecturam.

Ad secundam coniecturam, quòd nisi fiat trãsmissio,
non potest subsitineri legatum vsusfructus relictum vxo-
ri testatoris, fuit responsum, quod legata non debẽtur,
23 nisi ab adita hæreditate, & si fieret † trãsmissio, fieret vti
de adeunda, & non vti de adita. l. vnic. C. de his qui ante
aper. tab. vbi Doct. & sic nil suffragaretur.

Non obst. quòd non sit facta mentio de Iulio gratia
frequentioris vsus, quia institutio Borgogninorum tol-
lit hanc responsionem.

Secunda limitatio, q̃ adfertur pro parte Iulij ad reg.
quòd fideicommissum conditionale non transmittatur,
24 est, quòd † regula non procedit, quando sumus in cõdi
tione, quæ tacite inest, & ex legis dispositione inducit.
l. conditiones quæ extrinsecus. ff. de condi. & dem. Zanc.
in d.§. cùm ita. nu. 315. Hæc limitatio non applicatur, qa
intelligitur de illis conditionibus, quæ extra testamentũ
veniunt, & quæ ad validitatem legati ex dispositione le-
gis inducuntur, vtputa, quia lex noluit valere legatum,
nisi hæreditas adeatur: secus est in illis conditionib. quæ
ex voluntate testatoris oriuntur, vt per Bar. in d.l. condi-
tiones, quæ extrinsecus, & apparet ex l. j. vbi Docto. C. de
pact. & in specie declarat Crot. in l. nemo potest. nu. 85.
25 de lega. j. vbi vult, quòd † conditio, quæ proficiscitur ex
necessitate, iuxta d.l. conditiones, quæ extrinsecus. trans-
missionem non impediat: conditio verò quæ ex dispõsi-
tione testatoris oritur, transmissionem impediat, & alle-
gat Bar. in l. si legatum. in prin. ff. de adim. leg.

Non obst. quòd testator Cęsarem pure instituerit, qa
iam visum est, quòd secundum mentem testatoris non
aderat hæc pura institutio, & in omnem euentum coni-
ecturæ superius adductæ pro Borgogninis sunt vrgen-
26 tiores: sicut † enim coniecturis inducitur transmissio,
ita coniecturis tollitur, cùm hæc sit regula, quando agi-
tur de his quę coniecturis inducuntur. Soc. iunior consi
lio 110. num. 10. lib. j. & in specie Menoch. consilio 200.
numero 128.

Tertia affertur limitatio, vt regula nõ procedat, quan
27 do adest † impedimentum iuris. Anch. consil. 220. nu-
me. quinto.

Sed ista non facit ad propositum, quia Anch. loqui-
tur, quando iam delata hæreditate quis impeditur adire
secundum terminos secundæ regulæ traditæ à Bart. in l.
ventre. q. fina. ff. de acquir. hæredita. Sed Anchar. non lo-
quitur, immo excipit casum, quando impedimentum
est in ipsa delatione hæreditatis, & in dubio standum
est reg. quòd hæreditas, & fideicommissum conditione
le non transmittitur, vt per Menoch. dicto consilio 200.
numero 112.

Penestrin. hæreditatis. Vener. 27. Aprilis. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructus dotis spectat ad maritum, proprietas autem ad filium.*
2 *Pater in pecunia aduentitia filij non habet vsumfructum, nisi altero de duobus modis, vel quòd ipsa pecunia inue sliatur, vel quòd pater caueat, licèt de cautione aliqui dissentiant.*
3 *Pater tenetur conseruare pecuniam aduentitiam filio saltem eandem in genere si non in eadem specie.*

DECISIO DCCLXXXIII.

DOmini recesserunt à resolutione facta sub die vltima Aprilis, 1582. continente, quod constaret de perditione 3000. scutorum, quę D. Iulius soluerat D. Marchionissæ Mortarię matri, & tutrici Do. Iuliæ, & quòd ideo D. Vincentius iunior filius, & hæres eiusdem Do. Iuliæ restituendus esset in integrum aduer sus solutionem dictorum 3000. scutorum. Ratio autẽ, ob quam Domini à prædicta resolutione recesserunt,
1 fuit, quia licèt † vsusfructus 17000. scutorum, quę Do. Marchionissa dedit in dotem D. Iulię, spectat ad patrem Do. Vincentij, tamen proprietas pertinet ad ipsum Do. Vincentium, quæ proprietas plus valet, quàm dicta 3000. scuta.

Non obst. quòd dicta 17000. scuta fuerunt à marito consumpta, & ideo pupillus nullam habet eorum proprietatem. Quia pro respõsione dicitur, quòd siue tenea
2 mus opi. Rui. consi. 142. nu. j. lib. j. volentis, † patrem in pecunia aduẽtitia filij non habere vsumfructum, nisi altero de duobus modis, vel quòd ipsa pecunia inuestiatur in bonis immobilibus, vel quòd pater caueat, iuxta §. constituitur. Institu. de vsufruct. quæ cautio secundum Ruin. patri non est remissa. Siue teneamus opin. Pinel. in l. prima, par. secunda, num. 40. & 41. C. de bon. mater. qui sub numero 41. prope fin. tenet, patrem non debere cauere: quamcũque sequamur opinionem, sat est, quòd
3 pater † in pecunia aduentitia filij non habet, nisi vsum-fructum, & quòd tenetur conseruare filio non eandem pecuniam in specie, sed tantundem in genere. l. secunda, ff. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consum. Pinel. vbi sup. nume. 41. post med. ver. ideoque. Quo fit, vt pupillus habeat proprietatem, nõ illorum met 17000. scutorum, sed tan tundem in genere.

Nec ob. quòd de facili possit contingere, vt pater pupilli decedat non soluendo, & sic actio pupilli reddatur inanis. Quia isti sunt tristes euentus, qui non habentur in cõsideratione, vltra quod pupillus poterit agere tũc.

Vlixbonen. administrat. capellæ. Lunæ, vltima Aprilis. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius non potest cognoscere de confirmatione superioris, nec per viam declarationis.*
Limita, nisi confirmatio esset subreptitia, & de ea clare constaret. num. 2.
3 *Gesta omnia post appellationem sunt attendenda.*

DECISIO DCCLXXXIIII.

FVit conclusum, sententiam de partibus esse reuocã dam, quia cùm Prior habeat pro se sententiam cõ firmatam auctoritate sedis apostolicæ cum causę cognitione, sequitur, vt sententia ordinarij contra eũ lata, sit nulla, quia † ordinarius cognoscere non potuit
1 stante confirmatione apostolica. cap. primo, & secundo, vbi Docto. omnes. de confirm. vtil. vel inutil. Immo non solum non potest inferior de confirmatione Principis cognoscere, sed nec etiam super ea aliquid declarare, vt inquit Bal. in capitu. ea quæ, numero primo, de sent. & re iud. sequitur Dec. in capitu. secundo, nume. secundo, ad fin. versicu. & in proposito. de confirma. vtil. vel inuti.

Bero.

2 Bero. in c. j. num. 13. ver. ego de tali. eo. titu. Et licèt † ordi
narius possit cognoscere de confirmatione, quando est
subreptitia, d.c. 2. tamen hoc est verum, quando est cer-
3 tum, quòd est subreptitia, vt dicit tex. Cùm † autem fue-
rit appellatum, & post appellationem multa gesta, illa
omnia sunt attendenda. capitu. non solum. de appella. li-
bro sexto.

Non obst. dum dicitur, quòd non potest intrare im-
memorabilis sine titulo apostolico, quia hic adest titu-
lus apostolicus, cùm adsit sententia confirmata aucto-
ritate apostolica.

Oriolen. iuris sedendi in choro. Lunæ, vltima Aprilis. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, & eius executio facta post inhibitionem rotalem venit secundum stylum tanquàm attentata reuocanda.*
2 *Inhibitio rotalis non debet se extendere vltra id, quod in commissione continetur: nisi commissio habeat clausulam, quam & quas, &c.*
3 *Attentare non dicitur qui continuat, seu petit manutentionem.*
4 *Clausula, sine præiudicio iurium, dicitur esse reseruatiua.*
5 *Probatio probationem excludere non debet, nec dicitur.*
6 *Executio sententiæ facta pendente appellatione, seu termino ad appellandum, est nulla.*

DECISIO DCCLXXXV.

FVit conclusum, sententiam latã ab ordinario Orio len. ad fauorem capituli contra Sacristã super spo-
lio iuris sedendi in choro, ac eiusdem sententiæ
1 executionem fuisse attentatam, & reuocandam, quia † cũ
sententia, & eius executio fuerit post inhibitionem ro-
talem, venit secundum stylum tanquàm attentata reuo-
canda. Achil. deci. 7. de attenta.

Non ob. deducta pro parte capituli. Et in primis non
2 ob. quòd † inhibitio rotalis non afficit, ex quo commis-
sio, cuius vigore emanata fuit, nõ comprehendebat hãc
causam iuris sedendi, sed causam iuris assistendi. Paris.
cons. vltimo, in fin. verbis, lib. 4.

Nam respondetur, quòd commissio habet clausulã,
quam & quas &c. & de super præmissis rebuśque alijs
in actis deductis, & deducendis, & pars, quæ obtinuit cõ
missionem, tunc deduxit hoc ius sedendi, quando obti-
nuit inhiberi in hac causa, & iudex debuit abstinere, nec
velle cognoscere de viribus inhibitionis, vt dicit Achil.
d. decisio. 7.

Vltra quòd ius sedendi potest forte habere aliquã cõ-
nexitatem cum iure assistendi, cùm Sacrista tanquàm
secunda dignitas prætenderet debere assistere, & sedere
in præeminentiori loco.

Secundò non ob. quòd Sacrista renunciauit huic in-
hibitioni, quæ fuit obtenta 15. Septembris, 1582. & ni-
hilominus secunda Octobris eiusdem anni Sacrista pe-
tijt coram ordinario manutentionem.

Quia fuit responsum, quòd tempore petitionis manu
tentionis poterat esse, immo necesse erat, quòd Frãciscus
inhibitionem non recepisset, & ignoraret, an esset con-
cessa, & petendo manutentionem non attentabat, quia
3 † qui continuat, non attentat. ad glo. mag. in fi. commu-
niter approbatam in c. non solum. de appella. lib. 6. Paris.
d. cons. vlt. nu. 14. lib. 4. Et Sacrista vrbanius egit adeun-
do iudicem. Vnde quando vidit mutari iudiciũ, & quòd
capitulum cępit agere spolio, tunc obtinuit inhiberi.

Tertiò non ob. quòd notoriè constat de non iure Sa-
cristæ ob statutum, & ob probationem factam.

Quia fuit responsum, quòd statutum loquitur, quan-
do hæc ecclesia erat collegiata, & ideo debet intelligi
rebus sic stantibus.

4 Et † quãuis apoca sit facta, sine præiudicio iuriũ &c.
tamen hæc clausula est præseruatiua. l. si quis legauerit.
de leg. j. Oldra. cons. 214. Aym. cons. 127. nu. 7.

5 Quo verò ad probationem, probatio † probationem
non excludit, vltra quòd videtur etiam respicere tempus
ante erectionem huius ecclesiæ in cathedralem.

6 Quoad † executionem, cùm illa sit facta pendente ap-
pellatione, & pẽdente termino ad appellandũ, est nulla.

Cortonen. parochialis. Veneris. 4. Maij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Execrabilitas seu incompatibilitas ex duabus inducitur parochialibus.*
2 *Constitutio, execrabilis, de præben. procedit quando ambæ parochiales possidentur in titulum, vel commendam.*
3 *Ecclesia possessa vti membrum non inducit incompatibilitatem.*
4 *Dispositio clem. si vna. de reb. eccl. non alie. quo casu cessat. Item ca. eum qui. de præb. in 6. procedit, vbi sine titulo, & quando de hoc constat. nu. 5.*

DECISIO DCCLXXXVI.

DOmini dixerunt non constare de execrabilitate, tum quia non sumus in duab. parochialib. put
1 loquitur † constitutio, execrabilis, Io. 22. de pb.
Tum quia non est probatum, ecclesiã sancti Blasij esse
parochialem: & licèt dicatur in vnione, q̃ fuit parochia-
lis, id tamen non concludit quoad execrabilitatem. Tũ
2 etiam & tertiò, quia † constitutio, execrabilis, procedit,
quando ambæ parochiales possidẽtur in titulum, vel cõ-
mendam: ecclesia autem sancti Blasij possessa fuit vti mẽ
3 brum Archipresbyteratus, quod † non inducit incompa
tibilitatem. c. super eo. & ibi gl. in verbo, non obtinet, &
Anch. nu. 2. de præb. lib. 6. Host. in c. extirpandæ. col. 3. in
prin. ver. sed quid. & ibi But. in fin. alib. verbis. de pręb. Re
buf. in prax. in form. nouæ prouis. in verbo, cum annexis.
& ideo de ea non est facienda mentio. Doct. in d.c. super
eo. Fely. in c. in nostra. in 10. coroll. de rescrip.

Non obst. quòd vnio sit nulla, tum quia hoc respicit
petitorium, tum etiam quia cùm vnio non sit facta capi
tulo, sed dignitati ipsius Archipresbyteratus, cessat di-
4 spositio † clem. si vna. de rebus eccles. non alienan.
5 Non obst. ca. eum qui. de præben. in 6. quia † proce-
dit, vbi sine titulo, & quando de hoc constat, sed hic non
constat.

Pampilonen. sepulturæ. Vener. 4. Maij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Possessio & ius prohibendi ne alij sepelliantur, quæritur ex illatione cadaueris.*
2 *Decedens non electa sepultura debet in ea ecclesia sepelliri, in qua sepultura maiorum suorum existit.*
3 *Ius prohibendi, & quasi possessio, ne alij sepelliantur in aliquo sepulcro, est quæsita, quando corpus est sepultum.*
4 *Sepulchrum proprium quis habere non potest quoad proprietatem: secus tamen quoad vsum.*

5 *Ius inferendi cadauer infertur ex iure prohibendi, ne alij ibi sepelliantur.*

DECISIO DCCLXXXVII.

DOmini quoad secundam partem dubij dixerũt, attentata esse clara, & ideo sententias super eis latas esse confirmandas.

Quo verò ad primam partem dubij, licèt res nõ videatur transire sine difficultate, quia non est probatus alius actus possessorius, nisi recitatio respõsoriorum super sepultura, de qua agitur, qui actus nõ videtur possessorius, nihilominus Domini dixerunt, sententiam latam per ordinarium Pampilonen. super manutentione, posse con-
1 firmari, quia † & possessio, & ius prohibendi, ne alij se-
2 pelliantur, quæritur ex illatione cadaueris: decedens †. non electa sepultura debet in ea ecclesia sepelliri, in qua sepultura maiorum suorum existit. c. is qui. de sepul. li. 6.

3 Et quando aliquod † corpus est sepultum in aliquo sepulcro, est quæsita quasi possessio, & ius prohibendi, ne alij sepelliantur, vt per Host. in c. abolendæ. prope fin.
4 versic. sed numquid. de sepult. vbi vult, † quòd licèt qs non possit proprium habere sepulcrum quoad proprietatem, potest tamen habere quoad vsum, vt scilicet ipse, & sui ibi sepelliantur, adeo quòd eis inuitis alius ibi sepelliri non poterit. & Hostien. sequuntur ibi Ioan. And. in fi. ver. quærit hic Bur. num. 3. Card. nu. 2. Abb. nu. 5.

5 Ex † quo iure prohibendi, ne alij ibi sepelliantur, infertur ad ius inferendi illuc cadauera, prout resolutum fuit in vna Burgen. Sanctæ Doctoꝝ theæ coram R. P. D. Aldobrandino 13. Februarij. 1579. Actus autem gesti per Ioannem, & Margaritam in sepultura, de qua agitur, inseruiunt ad probandum ibi maiores suos sepultos fuisse.

Et quamuis duo testes æconomicorum, nempe quartus, & vndecimus dicãt iuxta 10. quòd fecerint celebrare officia super istis sepulturis, tamen solus vndecimus clarè deponit de celebratione officiorum super dictis sepulturis, & sic non concludit quoad sepulturam, de qua agitur, quia indefinita in teste non æquipollet vniuersali. Sed quando etiam essent duo testes, plures sunt testes Ioannis, & Margaritæ, & ideo præferendi, maximè, quia habemus nonum testem qui deponit, ꝙ erat scriptum, quòd erat sepultura istorum, & alijs ostendit cum ligone sepulturam.

Roman. extinctionis census. Lunæ, 7. Maij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Sciens aliquem facere actum sibi præiudicialem, & non reclamans videtur consensisse.*
Declara tamen & limita, vt nu. 6.
Fallit, nisi sciebat ius suum saluum esse. nu. 4. & 8.
2 *Solutio præsumitur ex diuturnitate temporis, ex quo creditor non censetur tandiu tacuisse si ei debitum solutum non fuisset.*
Declara, vt nu. 12.
3 *Scientia & taciturnitas ratione coniunctionis inducit consensum.*
Limita, nisi scientia superuenisset post actum, quæ non inducit aliquam approbationem. nu. seq.
5 *Improbare dicitur, quod non approbatur.*
6 *Venditionem sciens rei suæ ab alio factam, & non contradicens censetur ei consentire, pretium illius recipiendo, alias non.*
7 *Vasallus si vendit feudum sciente, & non contradicente domino, talis scientia sine contradictione habetur pro consensu, si dominus non errauerit, sed ex certa scientia tacuerit.*
Contrarium tamen tenetur. nu. seq.
8 *Dominus sciens ius suum sibi fore integrum, non præiudicat eius scientia, & taciturnitas.*
9 *Consentire aliud est, & aliud licentiam concedere.*
10 *Consensus vbi requiritur, sufficit tacitus.*
Licentia autem vbi requiritur, non sufficit tacitus consensus.
11 *Consentiens alienationi rei suæ nõ sibi præiudicat in pretio.*
12 *Tarditas sola creditoris in petendo creditum non sufficit ad præsumendam solutionem.*
13 *Debitor non solum debet probare solutionem respectu creditoris, sed etiã respectu alterius habẽtis causam ab eo.*
14 *Soluta quandoque petũtur citra malitiam ex ignorantia.*
15 *Patientia, & taciturnitas sola non sufficit ad inducendum tacitum consensum, nisi etiam adsit traditio.*

DECISIO DCCLXXXVIII.

DVbitaui in causa Roman. extinctionis census, an adessent tales præsumptiones, & coniecturæ, q̃ sufficerẽt in casu, de quo agitur. Pro parte Do. Mercurij ad docendum de bono iure Prosperi, & p̃ consequẽs ad ostendendum eum restituisse Petro Paulo pecunias per eum erogatas in emptionem officij notariatus, tres potissimum afferuntur coniecturæ.

Prima deducitur ex eo, quòd cùm Petrus Paulus sciuerit Prosperum vendidisse officium Petro de Litris, &
1 † nunquàm reclamauerit, videtur consensisse. Afflict. in c. j. nu. 45. cum seq. de prohibi. feu. alien. per Lotar.

Secunda coniectura est, quòd Petrus Paulus à tempore locationis officij citra nunq̃ petijt affictũ, ex qua tarditate petendi affictum præsumitur illud solutum, quia
2 ex † diuturnitate temporis præsumitur solutio, cũ nõ sit verisimile, creditorẽ tamdiu cessasse à petitione sui crediti, vel tamdiu tacuisse, si ei debitum solutum non fuisset. Cum. consi. 91. nu. 4. Alex. consi. 115. nu. 4. versic. puto igitur, lib. 7. Pau. de Cast. consi 58. nu. 4. ver. non autem, lib. 2. Corn. consil. 277. nu. 3. circa med. vers. & ideo non est absonum, lib. 4. Calcan. consi. 23. nume. 5. circa med. ver. non enim est verisimile. Dec. consi. 596. num. 9. in fi. Parisi. consi. 137. nu. 12. lib. 4. Cephal. consil. 240. num. 9. lib. 2. late Sim. de Præt. consi. 68. nume. primo, cum plurib. sequen.

Tertia coniectura desumitur ex affinitate, quæ erat
3 inter Prosperum, & Petrum Paulum, quia † ratione coniunctionis scientia, & taciturnitas inducit cõsensum, vt per Ias. in l. quæ dotis. nu. 72. cum seq. ff. sol. matrim.

Istas tamen coniecturas dixerunt Domini non esse tales, vt sufficiant in casu, de quo agitur. Et ad

Primam respondent, quòd licèt Petrus Paulus sciuerit venditionem dicti officij, & nunquàm contradixe-
4 rit, non propterea censetur consensisse, quia † sciebat ius suum saluum esse. l. sicut. §. non videtur. ff. quibus modis pign. vel hypot. soluat. maximè, quòd Prosper in instrumento recognitionis bonæ fidei promisit non vendere officium sine expressa licentia Petri Pauli, & illa scientia Petri Pauli superueniens post venditionem officij non
5 inducit aliquam approbationem, & † non approbare est improbare. Barto. in l. quo enim, §. rem haberi. ff. rem rat.
6 habe. Dec. consil. 98. in fi. & † tunc Dominus sciens venditionẽ rei suæ ab alio factam, & non contradicens, censetur ei consentire, quando pretium illius recipit, alias non. l. quidam ex parte. & ibi gl. & Doct. & maxime Saly. & Fulg. qui bene distinguit. ff. de euict. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 9. nu. 158.

Non

Non obst. tradita per Afflict. vbi supra. Quia, aut fit vis in glos. in d. cap. primo, in verbo, permissione. citata
7 per Afflict. volente, quòd si † vasallus vendit feudum sciente & non contradicente domino, talis scientia sine contradictione habetur pro consensu, dummodo dominus non errauerit, sed ex certa scientia tacuerit. quã glos. sequuntur plures relati per Tiraquel. vbi supra, nume. 115. & tunc potest dici hanc opinionem multos habere contradictores relatos per eundem Tiraq. ibidem,
8 num. 149. qui † mouentur ex ratione, quòd dominus sciat ius suum sibi fore integrum, prout etiam ipsamet glos. se declarat ibi, nisi forte sciat vbiq̃ ius suum durare. Sed quicquid sit, opinio glos. non applicatur casui nostro, vt mox dicetur.

Aut fit vis in distinctione Afflict. in d. cap. primo, nume. 46. versic. sed tu dic. cum alijs num. seq. quòd scilicet
9 aliud sit † consentire, aliud licentiam concedere, secundum And. de Isern. ibi in §. hac edictali. Quia (vt inquit
10 Afflict.) vbi requiritur † consensus, sufficit tacitus: sed vbi requiritur licentia, nõ sufficit tacitus consensus, sed oportet eam verbis concedi.

Et tunc dicitur, hanc distinctionem Afflic. de directo facere in contrarium, ex quo in casu nostro in venditione officij requirebatur expressa licentia Petri Pauli, & sic nõ sufficiebat eius tacitus consensus resultans ex scientia & patientia: immo si vbi requiritur simplex licentia, non sufficit tacitus consensus, multò minus sufficiet, vbi requiritur expressa, prout in casu nostro. Et propterea opin. glos. in d. c. j. & aliorum eam sequentium, quando etiam esset vera, non potest applicari casui nostro.

Præterea in omnem euentum etiam si Petrus Paulus expresse consensisset venditioni officij, nihilominus pre-
11 cium ei restitui debet, quia † consentiens alienationi rei suæ non sibi præiudicat in precio. l. si fundum per fideicommissum. & ibi Doct. maximè Ias. nu. 8. ff. de leg. j. l. mater. & ibi Doct. C. de rei vendic.

Non obst. secunda coniectura, tum quia sola tarditas
12 † creditoris in petendo creditum non sufficit ad præsumendam solutionem, aliàs præscriptio esset frustratoria, & debitor † non solum debet probare solutionem
13 respectu creditoris, sed etiam respectu alterius habentis causam ab eo, vt per Aret. in l. cùm à matre, in 2. not. C. de rei vendic.

Tum quia Prosper potuit soluisse affictus ab anno 1552. vsque ad mortem Arditij, & postea Ioan. Hieronymus hæres Arditij ignarus petierit, qa (vt inquit Corn. consi. 277. num. 3. circa med. versic. & quamquam citra
14 malitiam, lib. 4.) quandoque † soluta petuntur citra malitiam ex ignorantia, quia debitum solutum fuit creditori, qui postea decessit, & eius hæres ignarus petit, & tantò magis, quòd communiter apoca receptionis penes debitorem remanet.

Tum etiam & tertiò, quia præsumptio solutionis affictus prouenientes ex tarditate illum petendi non relenat in casu isto, immo potius facit in contrarium, quia si præsumitur solutio affictus, ergo durauit locatio, & per consequens Prosper non fuit effectus dominus officij per restitutionem precij.

Non obst. tertia coniectura, tum quia Petrus Paulus non fuit præsens venditioni officij, sed illam sciuit postea & non cõtradixit, tum etiam quia tex. in l. si seruus communis. ff. de donat. inter vir. & vxor. ex quo colligitur, quòd præsentia, scientia & taciturnitas ratione coniunctionis inducit cõsensum, procedit in terminis suis, quando scilicet quis patitur rem suam tradi, & sic quan-
15 do † cum patientia & taciturnitate concurrit etiam traditio rei, prout declarat Bald. in l. cum proponas. paulò ante fin. C. de pact. quem sequitur Tiraq. loco de quo supra, numero 152. Et de traditione officij in casu nostro non constat.

Tum & tertiò, quia etiam si Petrus Paulus consensisset, non tamen sibi præiudicauit quoad precium, vt supra dictum fuit.

Et præmissa eò magis procedunt, quia si Prosper soluisset precium officij, voluisset quietantiam, sicut Petrus Paulus voluit recognitionem bonæ fidei.

Tirasonen. Iurispresentan. Lunæ, secunda Maij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Reputatio communis quid operetur.*
2 *Consuetudo dat fidem scripturæ non authenticæ.*
Declara tamen, vt num. 3.

DECISIO DCCLXXXIX.

DOmini non reiecerunt iura, de quibus agitur, sed voluntilla coniungere vna cum alijs probationibus capituli, & (si fieri posset) bonum esset coadiuuare iura prædicta. Quibus informantes pro capitulo triplici fundamento conantur fidem astruere.

1 Primò ratione communis reputationis, † eo quia isti libri communiter reputantur pro libris continentibus collationes & institutiones. ad Bart. in extrauag. qui sint rebelles. glos. vlt. Gemin. consi. 15. sub nume. 18. Aym. de antiq. tempor. par. j. §. vidimus, num. 37.

Hoc fundamentum non applicatur, quia testes de hac communi reputatione nil dicunt.

2 Secundò, ratione consuetudinis, † quæ dat fidẽ scripturæ non authenticæ. c. cum dilectus, de fide instrum. vbi Doct. omnes.

Hoc quoque fundamentum patitur difficultatem, quia in hac materia duæ reperiuntur opiniones. vna Felyn. in d. c. cùm dilectus, num. 36. quòd scilicet hæc con-
3 suetudo † debeat esse immemorabilis. Altera Aret. consil. 44. num. primo, versic. secunda conclusio, quem sequitur Purpur. in l. admonendi, num. 200. ff. de iureiur. videlicet, quòd de iure canonico hæc cõsuetudo sit contra ius, & ideo requiritur spatium 40. annorum, quod tempus nullus testis percutit.

Tertiò, ratione obseruantiæ, quæ si probaretur, fundamentum esset bonum, sed de ea non constat.

Verum si capitulum aliunde fundat intentionem suam, possent reliqua videri, quia forte hæc iura poterunt pro aliquo adminiculo deseruire.

Montisfalisci hæreditatis. Lunæ, 14. Maij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Neptis ex fratre an faciat cessare conditionem substitutionis. Quod non, duobus concurrentibus.*
2 *Testator præsumitur se conformare cum dispositione statuti.*
Declara & limita, vt ibi in fi.
3 *Statutum non excludit filiam in successione patris propter patruum.*

DECISIO DCCXC.

HOratius Flauius de anno 1563. condidit testamentum, in quo exclusis filiabus, quas dotauit, instituit hæredes vniuersales presbyterũ Ioannem

nem

nem Anthiocum & Curtium eius filios, quos inuicem substituit in hæc verba. & si quis ex dictis suis filijs moreretur sine filijs legitimis & naturalibus, quòd vnus succedat alteri.

Mortuo testatore decessit Anthiocus sine filijs masculis superstite Gabriella filia legitima & naturali, & dictis Ioan. presbytero & Curtio. Dubitaui 14. Martij, 1582.

1 an † in casu, de quo agitur, neptis ex fratre faciat cessare conditionem substitutionis? Fuit resolutum pro negatiua, ex duabus coniecturis, nempe, ex coniectura exclu-

2 sionis filiarum testatoris, & † ex coniectura præsumptæ voluntatis testatoris cum dispositione statuti, quæ secunda coniectura si deficeret, Domini dixerunt, solam coniecturam exclusionis filiarum nõ sufficere, prout latius in resolutione. Propositi iterũ idem dub. 14. Maij, 1584. sola Gabriella informante, & Domini dixerunt, per existentiam Gabriellæ defecisse conditionem substitutionis, quia etiam si statutum quoad descendentes esset validum & rationabile, tamen si ad descẽdentes est restringendum, hoc casu cessat illa præsumptio, quòd testator censeatur se conformare cum dispositione statuti, quia

3 † statutum non excludit filiam à successione patris propter patruum, prout in proprijs terminis tenet Soc. cõsil. 55. num. 1. lib. 3. Ruin. cons. 141. num. 8. lib. 3. Curt. iun. cons. 49. num. 10. bene Aym. cons. 250. num. 4. versic. secundo principaliter. Soc. iun. cons. 158. nu. 50. lib. 2. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita, numero 1165. ff. ad Trebellia.

Cremonen. pensionis. 18. Maij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Regula Cancellariæ 24. quibus casibus non procedat. & nume. 4. 7. 12. & 14.*
2 *Dictio, nec non, resoluitur pro, &.*
3 *Fraus considerari non potest, quando sit resignatio in manibus Papæ.*
5 *Resignationes in fauorem dicuntur etiam simplices resignationes.*
6 *Verba, vel aliàs dimitti, interpretantur vel ab alio.*
8 *Commenda non tribuit titulum.*
9 *Prouisionis appellatione comprehẽditur omnis modus prouidendi, etiam commendæ.*
10 *Dictio, quæcunque, includit ea quæ impropriè sunt, tollit 6 interpretationem restrictiuam, & comprehendit ea quę alias non comprehenderentur.*
11 *Commendæ nostri temporis sunt irreuocabiles.*
13 *Papa multitudine negociorum impeditus, non potest retinere memoria supplicationes per eum signatas.*
15 *Ius quæsitum non dicitur tolli per supplicationem seu resignationem non registratam.*
16 *Consensus in resignatione quando retrotrahatur.*
17 *Dispositio in materia correctoria loquens de actu vero non comprehendit actum fictum. & Decisio. 794. numero 3.*

DECISIO DCCXCI.

DVbitaui in causa Cremonen. pensionis 18. Maij, 1584. an regula Cancellariæ 24. intret in casu, & ad effectum, de quo agitur? Pro parte Equitis ad euadendum hanc reg. plura deducebantur.

1 Primò dicebatur, eam non procedere in † resignationibus factis in manibus Papæ, sed solum in resignationibus factis in manibus inferiorum ordinariorum.

Hoc fundamentum Dominis non placuit, quia etiã in resignationibus factis in manibus Papæ tam verba, quàm ratio regulæ verificatur. Quoad verba patet, quia istæ sunt resignationes, sicut aliæ. Quoad rationem non est dubium, quòd etiam in istis potest cadere fraus, imò magis quàm in resignationibus factis in manibus inferiorum collatorum, quia resignationes in manibus inferiorum fiunt simpliciter absq; vlla reseruatione, in manibus verò Papæ cum multis reseruationibus fieri possunt, & consequenter minus timendum est, ne fraudulenter quis simpliciter resignet, quam ne resignet cum aliqua sua vtilitate, præsertim ponderando, quòd tota ista regula regitur ab vnico verbo, voluit, decreuit, & ordinauit, & sic qualitates, de quibus in prima parte regulæ, quæ expresse de Papa loquitur, referuntur etiam ad secundam partem, de qua agitur, præsertim ob dictionẽ

2 illam, nec non, quæ † resoluitur in, &, glos. in clem. j. in verbo, nec non. de offic. deleg. ad Bart. in l. Seiæ. §. Cato. ff. de fund. instruc. latè Neuiz. qui alios cumulat cons. 72. num. 14. & huius sententiæ est Glossator in d. reg. maximè ponderando dictionem, vbique.

3 Non obst. quòd non possit considerari † fraus, quando simpliciter fit resignatio in manibus Papæ: quia hoc est de raro contingentibus, vltra quòd forsan cessabit dispositio d. reg. quando cessat fraus, vt dicit Glossat. in fine d. regulæ.

Secundò dicitur, hanc reg. non comprehendere resignationem in fauorem, quia loquitur solum de resignationibus factis simpliciter & ex causa permutationis.

4 Hoc fundamentum pariter Dominis non placuit. Quia etiam reg. de infirmis, olim ita loquebatur, vt est videre apud Sarnen. Et nihilominus comprehendebat

5 resignationes in fauorem, quæ † dicuntur simplices resignationes, vt apparet ex decis. Ioan. Pau. 37. ponderan-

6 do illa verba, vel aliàs dimitti, quæ † non pollunt aliter interpretari, quàm vel ab alio dimitti. l. j. §. scire. & ibi glos. in verbo, aliàs. ff. de aqua quot. & æstiua. Bart. in l. j. num. 12. ff. de condit. & demonst. & sic hæc verba comprehendunt omnem modum dimittendi beneficia. & ex hoc cessat fundamentum factum, quòd dispositio loquens de casu simplici non trahitur ad conditionalem, quia Papa vlterius processit.

Non ob. quòd quando Papa vult comprehendere resignationes in fauorem, id exprimat. Quia satis est in hac regula adesse verba æquipollentia, & ita etiam tenet Glossat. in d. reg. quem Domini putarunt in hoc bene locutum fuisse.

7 Tertiò dicitur, reg. istam non † comprehendere commendam.

Hoc etiam fundamentum minus placuit, quia licèt

8 † commenda non tribuat titulum. c. nemo. vbi Doct. de elect. lib. 6. Alciat. cons. 24. num. 3. Bertran. cons. 235. nume. primo, cum seq. lib. 3. par. j. nihilominus hæc regula procedit vlterius annullando nedum collationes, sed ét

9 prouisiones, quæ † dictio est latissima, & comprehendit omnem modum prouidendi. glos. in clem. fin. in verbo, prouisioni, de elect. Gemin. & Franc. in cap. primo, de elect. lib. 6. & signanter, quòd comprehendat commendam, tradit Gemin. in d. c. nemo, num. 7. & ibi Franc. nume. 5. prope fin. de elect. lib. 6.

Idq; tantò magis, quia additum fuit, & dispositiones. Card. in clem. j. num. 2. de supplen. neglig. prælat. præsertim ponderando illam dictionem vniuersalem, quæcun

10 que, quæ † includit ea, quæ impropriè sunt. Dec. consil. 599. num. 2. & 3. & tollit interpretationem restrictiuam. Alex. cons. 118. num. 5. comprehenditque ea, quę aliàs non comprehenderentur. Dec. vbi supra. Ruin. consil. 18. num. 19. lib. 2.

Maximè

11 Maximè † in commendis nostri temporis, quæ sunt irreuocabiles, ex quo fiunt ad vtilitatem personæ, & nõ ecclesiæ. Sarn. in reg. de publican. q. 4. Et pro comprobatione possunt adduci omnes rationes, quas late deducit Sarn. in reg. de triennal. q. 5.

12 Quartò dicitur cessare reg. eo quia cessat † fraus, ex quo Ginisius ignorabat se promouendum.

Hoc fundamentum plures ex Dominis dixerunt posse tolli ex facto, viso processu, quem Ginisius circũfert: vltra quòd non excluditur fraudis præsumptio ex eo, q

13 supplicatio sit manu Papę signata, quia † Papa multitudine negociorum impeditus hæc memoria retinere non potest. cap. ex parte. & ibi Doct. præsertim Card. nume. 7. Anan. num. 2. & Anch. num. 2. de offic. deleg. Sarn. in cap primo, num. 135. de constit. lib. 6. Immo aliqui ex Dominis tenebãt intrare regulam, etiam quòd resignãs ignoraret se promouendum, quasi regula sit præseruatiua beneficiorum, quæ vacant per promotionem.

14 Quintò & vltimò dicitur, reg. procedere, † quando vere resignatio est perfecta intra tempora vacationis & promotionis: hæc autem non est talis, quia prouisio fuit 8. Aprilis, missa verò supplicationis resignationis fuit 17. eiusdem mensis.

Huic fundamento pro parte Ginisij respondetur, q consensus retrotrahitur, & q si in regula non comprehenderetur resignatio, cuius missa sit post promotionẽ, esset aperta via fraudibus. Hanc difficultatem Domini reseruarunt particulariter videndum, licèt circa eam alí qui ex Dominis distinguerẽt, quòd aut supplicatio missa est ad registrum ita, vt nil aliud desit, nisi præstatio cõsensus, & tunc credebant hunc casum in regula comprehendi ex idẽtitate rationis. Aut supplicatio non est missa ad registrum, & tunc existimabant, reg. non intrare,

15 quia resignatio nullo modo est perfecta: & hinc † est, q nisi sit registrata, non dicitur tolli ius quæsitum, sicut dicitur tolli postquàm est registrata. Sarnen. in reg. de iur. quæsit. non tollen. q. 2. in fi.

Vndè cùm tunc supplicatio leuari possit, si Papæ intentio non fuisset, vt sortiretur effectum, prouidisset de beneficijs, & in isto casu videtur cessare ratio fraudis, quia nemo se huic periculo subijceret.

16 Non ob. quòd consensus retrotrahatur, quia † reg. intelligitur de resignatione verè facta intra tempora vacationis, & promotionis, non de ea, quæ per quandam fictionem censetur facta, in qua militat diuersa ratio. Et

17 regulariter, vbi sumus in materia correctoria, † dispositio loquens de actu vero non comprehendit actum fictum, quia actus fictus impropriè dicitur talis. l. 3. §. hæc verba, & ibi Barto. & Pau. de Cast. de nego. gest. Iaſ. in l. si is qui pro emptore. nu. 170. cum seq. ff. de vsucapio.

Imolen. Iurispatronatus. Veneris, 28. Maij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Fama sola in antiquis non probat iuspatronatus, nisi, quando concurrit longissima possessio.*
Immo requiruntur etiam indicia. num. 4.
2 *Iuspatronatus in antiquis probatur per indicia & per famam, cum antiquissima possessione.*
3 *Possessio antiquissima habetur pro titulo.*
5 *Præsentandi quasi possessio, ex quibus & quot actibus probetur. cum num. seq.*
6 *Confessio voluntaria non nocet.*
Limita tamen, nisi concurrant adminicula. num. 7.
8 *Consensus præstitus præsentationi videtur constituere patronum in quasi possessione etiam iuris præsentandi.*
9 *Patronus consentiens prouisioni per resignationem, an sit in quasi possessione præsentandi in vacatione per obitũ.*
10 *Patronatus mentio debet fieri in renouatione bullæ.*
11 *Iurepatronatus probato, in dubio præsumitur ex dotatione & fundatione.*

DECISIO DCCXCII.

1 QVia Rota tenet, quòd sola † fama in antiquis nõ probat iuspatronatus, nisi quando concurrit longissima possessio, prout testatur Put. decis. 67. incip. In eadem fuit decisum, in fi. lib. primo, Achil. decisio. 162. incip. in vna Lucan. Canonicatus, in fi. alias supra, de iurepatron. per doctr. Bal. in l. cùm super. C. de

2 rei vendic. vbi vult, † iuspatronatus in antiquis probari per inditia, & per famam: deinde subdit multum valere

3 antiquissimam possessionem, quæ † habetur pro titulo, l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æstiu. & sic

4 Bal. sentit † non sufficere solam famam, sed requiri vlterius inditia, & inter ea multum valere antiquissimã possessionem. & Bal. sequitur Cassad. decis. 2. nume. quarto, de probat. Dec. consil. 117. ad fi. versicu. & ista conclusio. Roch. de iure patron. in verbo, ipse, vel is à quo, num. 82. in fi. fol. 197.

Idcirco fuit particulariter dubitatum 28. Maj. 1584. an sufficienter constet de quasi possessione præsentandi illorum de Pennatijs in casu, & ad effectum, de quo agitur? In quo dubio informantes pro Pennatijs ad docen-

5 dum de eorum † quasi possessione præsentandi plures deducebant præsentationes. Quarum.

Prima fuit facta de anno 1442. à Georgio filio Damij de persona D. Venturæ, q̃ præsentatio fuit a Vicario admissa. Sed hæc præsentatio secundũ Dños non suffragatur ob malã fidẽ ipsius Georgij, q̃ colligitur tũ ex eo, quòd in ista præsentatione enunciauit se hæredem Antonij testatoris mediante persona Damij, & tamen hæres vniuersalis Antonij fuit capella, prout liquet ex instrumento transactionis de anno 1463. Tum etiam ex eo, quòd refert dispositionem testamenti Antonij aliter quàm se haberet: dicit enim, ipsum mandasse capellam congruenter dotari, & nihilominus ex dicto instrumento transactionis constat, capellam fuisse ab eo hæredem vniuersalem institutam.

Secunda præsentatio de persona Iacobi della Bordella, qui in petitione taxationis missarum de anno 1467. fassus fuit se fuisse electum in rectorem dictæ capellæ per patronos & habentes potestatem & ius eligendi.

6 Sed hæc † confessio cùm sit voluntaria, non nocet ecclesiæ. Bart. in l. certum. §. sed an & ipsos, nu. 4. ff. de confess. Corn. cons. 343. num. 5. lib. primo. & cons. 19. nume. 6. lib. 2. Abb. in c. fin. num. 43. & ibi Felyn. num. 11. de præscript. Bene verum est, quòd hæc conclusio solet

7 solet limitari, nisi † concurrant adminicula, vt per Bald. in auth. hoc ius porrectum, num. 8. & ibi Salyc. in fi. versic. ego non recederem. C. de sacrosan. eccles.

Et pro adminiculis possunt considerari tam verisimilitudo (cùm enim Iacobus della Bordella litigasset cũ Pennatijs, verisimiliter non dixisset postea se fuisse ab eis præsentatum, sicut dixit) quàm etiam consensus Rubei quondam Georgij de Pennatijs præstitus in permutatione facta à Iacobo della Bordella de anno 1484. qui

8 † actus videtur constituisse Pennatios in quasi possessione omnium, & sic etiam iuris præsentandi, vt per Feder. de Sen. cons. 234. col. vlt. versic. vnde cùm appareat. quę sequitur Rocch. de iurepat. in verbo, competens. q. 15. num. 39. licèt contrarium teneat Lambert. lib. 2. parte j. q. 3. artic. 20. fol. 27. Sed primam opinionem videtur se-

qui

qui Mohedan. decis. 344. incip. fuit etiam resolutum,
9 quamuis ipse tracter, an † patronus, qui consensit prouisioni per resignationem, sit in possessione præsentandi in vacatione per obitum, qui termini sunt diuersi. Verũ deducendo pro adminiculo consensum istum patroni adhibitum in permutatione, videtur aliquid facere, maximè iunctis dictis testium deponentium de auditu, q; Iacobus della Bordella fuit à Pennatijs præsentatus.

Tertia præsentatio fuit de persona Vincẽtij della Bordella, quæ non probatur, cùm testes deponant de auditu, & cùm non habeamus initium, quando scilicet iste Vincentius prouisus fuerit, ignoramus, an simus in antiquis, etiam respectu testium: tantò magis, quia idẽ Vincentius deanno 1525. obtinuit simpliciter ab episcopo renouationem bullæ, nulla facta mentione patrona-
10 tus, & † tamen erat facienda, ex quo de nouo debebat sibi dari titulus, ad ea quæ scribit Aret. consil. 128. numero primo. cum qua renouatione possedit vsque ad annum 1441.

Quarta præsentatio fuit 15. Iulij, 1541. de persona D. Simonis, quæ præsentatio est turbida, quia idem Vincentius, qui illam admisit, eadem die contulit capellam istam Antonio de Gerardis Secretario Cardinalis Rodulsi, & licèt D. Simon aliquo tempore possederit, tamẽ reperitur terminus obtentus ad sententiã contra ipsum ad instãtiam Antonij Mariæ Paparonij, qui fuerat prouisus per obitum Ascanij Veterani, & ipsemet D. Simon vocauit se priuatum, & possedit etiam D. Petrus Gentiles de Veranno, nec apparet quomodo.

Vnde concluſum fuit non constare de tali quasi possessione istorum de Pennatijs, vt vnita cum fama possit probare iuspatronatus, de quo agitur, quia Rota, vt inquit Put. seruat, quòd fama, ad quam reducitur probatio, quam habent Pennatij, requirit legitimam quasi possessionem præsentandi, etiam si admittamus probari præsentationem Iacobi della Bordella, tamen postea nec continuatio, nec interruptio cõcludenter probatur.

Præterea non placuit motiuum, quòd in prima præsentatione D. Venturæ consensus episcopi habeat vim reseruationis iurispatronatus, quia si non fuit relictum ab Antonio testatore, vtique esset ex priuilegio, quia si-
11 ne causa non reseruabatur: licèt enim † probato iurepatronatus præsumatur in dubio ex dotatione & fundatione, Cassad. decis. 7. num. 7. de iurepat. Simonet. de iurepatron. q. 8. tamen cessat hæc præsumptio, quia cùm ordinarius reseruauerit sine causa, non potest esse nisi ex priuilegio.

Rauennaten. casalis. Veneris, prima Iunij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ecclesiasticus non habet iurisdictionem inter laicos, nisi extet consuetudo in contrarium.*
2 *Stylus deciſorius debet formiter probari.*
3 *Iudices deputati ad ius reddendum non possunt condere ius contra legem.*
4 *Consuetudo, non autem stylus requiritur ad derogandum iuri.*

DECISIO DCCXCIII.

DOmini dixerunt, sententiam Vicarij Rauennaten. infirmandam esse tanquam nullam & iniustam. Nullam ex defectu iurisdictionis, quia iu-
1 dex † ecclesiasticus inter laicos iurisdictionem non habet. c. licèt ex suscepto. c. ex tenore, de foro compet. cum simil. nisi (prout prætenditur) doceatur, partes prorogasse iurisdictionem, vel extare consuetudinem, vigore cuius ordinarius sit capax causarum prophanarum: interim tamen regula est pro nullitate.

De iniustitia constat, quia Vicarius non poterat de iure in iudicio Saluiani interdicti præfigere terminũ Francisco ad reluendum terras, in quarum possessione Luparelli vigore Saluiani interdicti immissi fuerãt, prout decisum fuit in illa Roman. donationis 50000. 4. Iulij, 1577. coram R. P. D. Decano. cuius decisionis copia datur, ex qua patet responsio ijs, quæ pro Luparellis deducuntur.

Non obst. quòd in illa decisione circumscripta fuit obseruantia siue stylus in contrarium, & quod iste stylus in casu, de quo agitur, probatur.

2 Quia † responsum fuit, tum quòd stylus huiusmodi cùm sit deciſorius, debuit formiter probari. Soci. consil. 59. num. 28. lib. 4.

Et attestationes aduocatorum non suffragantur, & ex sententijs hæc probatio nõ clare colligitur: tum etiam, quia cùm iste stylus sit contra ius, non potuit introduci
3 à iudicibus deputatis ad ius reddendum, qui † legem contra ius condere non possunt, vt bene deducit Alex. consil. 36. num. 10. lib. 2. sequitur Dec. ad rub. extra de consuetud. num. 2. prope fin. versic. breuiter. resoluendo. Aymon. de antiq. tempo. parte 4. §. transeo, num. 36. versic. ideo magistratus. & ideo hoc casu non sufficit stylus, sed
4 requiritur † consuetudo, & sic probari debent tot & tales actus, vt deuenerint ad notitiam populi vel maioris partis ipsius, ita vt dici possit constare de tacito eius consensu, per quem sit iuri derogatum, vt per Alex. d. consil. 36. num. 11. Aym. d. num. 36. circa med. versic. secundo intellige.

Cremonen. pensionis. Lunæ, 4. Iunij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Notitia Papæ præsumitur ex notitia officialium.*
2 *Supplicatione signata gratia non dicitur simpliciter perfecta, quin à Papa, vel eius officialibus possit cassari, vel lacerari.*
3 *Actus verus in materia correctoria non comprehendit actum fictum.*
4 *Consensus potest præstari post obitum, quando est porrecta supplicatio viuente resignante.*
5 *Fraus regulæ non dicitur fieri, licèt resignatio non comprehenderetur in regula, cuius supplicatio missa sit ad registrum post promotionem.*

DECISIO DCCXCIIII.

FVit resolutum, reg. 24. in casu, de quo agitur, non intrare. Aliqui ex Dominis mouebantur ex eo, q; ex qualitatibus & circumstantijs facti constabat de notitia officialium circa resignationem, de qua agi-
1 tur, & quòd ex eorum notitia † præsumebatur notitia Papæ, qua stante dicebant, reg. cessare. Aliqui verò mouebantur ex eo, quòd regula intelligitur, quando resignatio est perfecta intra tempora vacationis & promotionis: hæc autem, de qua agitur, non est talis, quia prouisio fuit 8. Aprilis. missa verò supplicationis resignationis fuit 17. eiusdem mensis.

Non obst. quòd signata supplicatione gratia dicatur perfecta, quia nõ est simpliciter perfecta: expectat enim
2 præstationem consensus, & alia, & † satis est quod non est perfecta taliter, vt non sit in manu Papæ & officialium illam non admittere, cassare, vel lacerare, vt per Sarnen. ad reg. de iur. quæsit. non tollen. q. 20. in fi.

Non ob. quòd consensus retrotrahatur, quia id procedit per viam fictionis, & regula intelligitur de resignatione vere facta intra tempora vacationis, & promotionis, non de resignatione, quæ per quandam fictionem
3 censetur facta, in qua militat diuersa ratio. & † regulariter, quãdo sumus in materia correctoria, dispositio loquens de actu vero non comprehendit actum fictum, quia actus fictus improprie dicitur talis. l. 3. §. hæc verba, & ibi Barto. & Pau. de Cast. ff. de nego. gest. Iaſ. in l. si is qui pro emptore. num. 170. cum seq. de vsucapio.

Non ob. quòd consensus possit præstari post obitum.
4 Cassad. decisio. prima, de renunciat. quia † intelligitur, quando est porrecta supplicatio viuente resignante: hic autem non constat porrectam fuisse supplicationem ante promotionem.

Non obst. quòd si in regula non comprehenderetur resignatio, cuius supplicatio missa sit ad registrum, post promotionem fieret fraus regulæ.

5 Quia † negatur hanc fraudẽ fieri, cùm in isto casu, nec verba, nec ratio regulæ militet. Verba non, quia regula loquitur de prouisionibus factis intra tempora vacationis, & promotionis: hæc autem non est talis. Ratio minus, quia Papæ non tollitur facultas conferendi, quia resignatio non erat realiter perfecta. Vnde cùm Papa, & officiales postea effectuauerint hanc resignationem mittẽdo supplicationem ad registrum post promotionem, apparet manifestè, mentem Papæ fuisse, vt resignatio ita effectuaretur, ex quo non solum non contulit beneficium, sed passus fuit resignationem iam cẽptam effectuari, & gratiam semel factam sortiri effectum.

Non ob. quòd D. Datarius ignoret promotiones Episcoporum, tum quia hoc non est verisimile, cùm in datatia adsint quotidie impetrantes, & inhientes beneficijs, qui promotiones Episcoporum bene sciunt. Tum etiam quia promouendi, vt plurimum præconizantur, & fiunt processus, adeo quòd res transit in notitiam multorum.

Vrbeuetan. legati. Lunæ, 28. Maij, & Veneris, 8. Iunij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum ab initio nullum tractu temporis non reconualescit. nu. 9.*
2 *Fictio non habet locum, vbi extremum, ad quod, non est habile.*
3 *Defectus in causa efficiente non reconualescit, impedimento etiam sublato.*
4 *Testamenta captiuorum reconualescunt fictione postliminij, vel legis Corneliæ.*
5 *Regula Catoniana non trahitur ad leges nouas.*
6 *Regula Catoniana non procedit in hæreditatibus.*
7 *Testamentum banniti conditum tempore banni, si restituatur in integrum, non reconualescit.*
Fallit, nisi fiat indulgentia, & restitutio ob pacem vniuersalem. nu. 8.
9 *Testamentum primum factum tempore habili, reconualescit remoto obstaculo, quod superuenit, non autem secundum factum tempore inhabili.*
Intellige tamen & declara, vt nu. 10. & 16.
11 *Testator non censetur recedere à prima voluntate solemniter facta, nisi quatenus secunda teneat.*
12 *Testamentum secundum restringitur, & limitatur secundum causam cassationis primi testamenti.*
13 *Clausula, cassans, habet tacitam conditionem si secundum testamentum valeat.*
14 *Testamentum primum, vt sit cassum, opus est, vt ex secundo testamento saltem possit adiri hæreditas.*
15 *Voluntas, quæ ex actu nullo declaratur, quænam esse debeat.*
17 *Opinio magis, quàm veritas attenditur, quando agitur de interpretanda voluntate testatoris.*
18 *Testator reuocans primum testamentum conditionaliter si secundum valeret, non censetur mutare voluntatem, nisi quatenus secundum testamentum valeret.*
19 *Testamentum eius, qui se dedit in arrogationem irritatur, nisi postea noua voluntate approbetur.*
20 *Bal. in l. serui. numero 6. C. de legat. reprobatur à Pau. de Cast.*
21 *Dispositio l. si iure. de legat. tertio, loquitur in fideicommisso.*
22 *Reuocatio legatorum vbi expressa non adest, non censetur habere effectum, nisi quatenus testamentum valeat: secus si sit expressa, quæ etiam in testamento minus solemni habet effectum. & nu. seq.*
23 *Testamentum primum solemne non reuocatur per secundum non solemne quoad institutionem hæredis: secus quoad legata, quæ sola voluntate reuocantur.*

DECISIO DCCXCV.

DVbitaui in Vrbeuetan. legati 28. Maij, & 8. Iunij, an ex duobus testamentis Capitanei Gualterij reconualescat primum, vel secundum, vel potius neutrum. Domini 28. Maij, propter difficultatẽ materiæ nihil firmarunt, sed 8. Iunij concluserunt, secun-
1 dum testamentum non reconualescere, quia † cùm factum fuerit tempore banni, & sic tempore, quo testator effectus erat seruus pœnæ, non reconualescit. l. eius qui. & ibi Bar. Aret. & bene Paul. de Cast. ff. de testamen. §. fi. Inst. quibus non est permiss. facer. testam. Et ratio potest esse duplex.

2 Prima, quia † fictio non potest intrare, ex quo extremum, ad quod, non est habile.

Secunda, quia cùm defectus sit in principio, hoc est in causa efficiente, licèt postea impedimentum cesset,
3 † non reconualescit. Bald. in l. seruis. numero tertio, C. de legat.

Et prima ratio inhabilitatis extremi, ad quod, comprobatur, quia videmus † testamenta personarum similium bannitis reconualescere fictione, vel postliminij, vel legis Corneliæ. l. si quis filio. §. quatenus. ff. de iniust. rupt. & irrit. fact. testam.

Et hoc plurimum refert, quia si proueniret hæc impotentia à regula Catoniana prohibente valere legata, & dispositiones, quę si tempore testamenti extaret, seque retur, quòd mens testatoris non posset sortiri effectum, etiam si impedimentum postea cessaret, tunc res maio-
5 rem haberet difficultatem, quia † cùm regula Catoniana non trahatur ad leges nouas. l. fina. & ibi Barto. sub nume. 3. ff. de reg. Caton. idem Barto. in l. prima, numero 8. post med. ver. sed forte. ff. eodem titu. Iaſ. in d. l. seruis. nume. 3. inhabilitas prouenies ex istis bannis, quando cessaret, conualidaretur testamentum. Sed † quia regula Ca
6 toniana non procedit in hæreditatibus. l. 3. & ibi declarat Barto. circa med. ver. veritas est. ff. eodem titu. de reg. Caton. necessario sequitur, hoc prouenire ab alijs cõstitutionibus, & sic à fictione legis Corneliæ, vel postliminij, vt supra dixi.

7 Et signanter, quòd † testamentum banniti conditum tempore banni si restituatur in integrum, non reconualescat,

lescat, tradit Curt.iun.cons.100.num.5.& 6. Crot.consil.282. numero 44. in fine, 45.46.47. & 48. lib. tertio. Simon. de Præt. de interpreta. vltim. volunt. folio 85. numero 6.

Non obst.Bal.cons.243. quidam nobilis.lib.j.& in dicto §.quatenus. Quia † dictum suum potest procedere, quando sit indulgentia, & restitutio ob pacem vniuersalem. ad allegata per Boss.de restitutio. quæ fiunt à Princ. finit. bel. & in specie ita declarat Simon de Pret. vbi supra.

Stante quod secundum testamentum non reconualescat,Domini viderunt,an recóualescat primum, & firmarunt reg. pro affirmatiua † quòd primum reconualescat.l.si quis filio. §.quatenus. & ibi Doct.omnes. ff.de iniust.rup.& irrit.fact.testam.Modern.Perusin.de restit. in integ.q.45.artic.2.num.12.& 13.& quòd reconualescat ipso iure,Doct.in dicto §.quatenus. Mod.vbi supra, sub num.15.

Non obst. quòd primum testamentum, quando est facta voluntaria mutatio voluntatis, non reconualescat ipso iure, † sed est necessaria declaratio voluntatis.l.qui ex liberis. §.testamento. ff.de bonorum possessio.secundum tabul. Doctores omnes in dicto §. quatenus. post Bart.ibi.

Quia respondetur,hoc non deseruire: nam non aliúde colligitur mutatio voluntatis, nisi ex eo, quòd testator tempore banni aliud cõdidit testamentum cum expressa clausula,cassans,&c. Sed † testator nõ cẽsetur recedere à prima voluntate solemniter facta, nisi quatenus secunda teneat.l.si iure,de leg.3. ibi, sed vix id obtinere potest,fortassis ideo, quòd ita demum à priore testamẽto recedere velim, si posterius valiturum sit: attenditur enim causa cassationis primi testamenti, quæ causa nulla alia est, nisi vt valeat secundum testamentum.

Vnde † secundum hanc causam secundum testamentum restringitur & limitatur.l.cãcellauerat.ff.de his quę in testam.delen.& bene declarat Bart.in d.l.si iure,nu.4. quem sequitur Bertran. cons.281.num.2. lib.2. par.j. & cons.151.sub num.5.lib.3.par.j. Ruin.cons.16.num.21. lib.2.cum alijs allegatis per Couar.in rub.de testam.par te 2.sub num.11.in fi.5.conclus.

Nam † ista clausula,cassans,&c.habet tacitam conditionem, si secundum testamentum valeat. Pau.de Cast. in l.sancimus,in fi.C.de testam.sequitur Bertran.d.consil.151.num.5.in med.versic.& vt dicit, lib.3. parte prima. Cassan.cons.7.num.60. Ias.cons.8.num.4.lib.3. Est enim † opus, vt ex secundo testamento si non adeatur, saltem possit adiri hæreditas. Ang.in l.sed si sub conditione.§ fin. versic.in glos.magna,in fine. & ibi Imo.sub num.21.ff.de hæred.instituen.Bertran.dicto consil.151. numero 5.

Si igitur testator mutauit primum testamentum conditionaliter si secundum valeret, & secundum non valet, non potest dici, quòd constet de mutatione voluntatis in istum euentum.

Non obst. quòd ex actu nullo declaratur voluntas. Quia † vltra responsiones informantium,respondetur, quòd debemus capere voluntatem, prout supra declaratur, quòd scilicet testator tunc demum voluit cassare primum testamentum,si secundum valeret:sed secundũ non valet,ergo noluit cassare primum.

Non obst.quòd in casu isto primum testamentum nõ potest reconualescere, ex quo non constat de aliqua voluntate testatoris volentis primum valere:cùm enim primum testamentum fuerit per secundum sponte reuocatum, non requirebatur aliqua declaratio voluntatis testatoris.Quia hic non agitur de tollendo primum testamentum solemne,quod iam per legem erat sublatũ: sed † agitur solum de declaranda voluntate testatoris, quòd primum non valeret, per decis.Put.94. incip.etiã superius dixi,lib.2.& decis.263.incip.in vna Abulen.eo. lib.secundo.

Siquidem respondetur, hic agi de cõiecturanda mente testatoris, an scilicet voluerit reuocare primum testamentum,& quomodo. Nam † præsupponendum est,ꝙ quando agitur de interpretanda voluntate testatoris, magis attenditur eius opinio quàm veritas, ex quo dispositio testatoris pendet à sola eius voluntate. l.seruo manumisso.vbi Ias.in 2.not.ff.de cond.indeb.Aym.consil.88.num.15.

Hoc stante dicitur,quòd testator tempore banni habebat primum testamentum pro valido,& se pro testabili.quod apparet ex eo,quòd condidit secundum testamentum,& cassauit primum,quod quidem nõ fecisset, nisi putasset se testamenti factionem habere. Cùm itaq; testator putaret se testamenti factionem habere, & reuocauerit † primum testamentum conditionaliter si secundum valeret.d.l.si iure,de leg.3. cum alijs de quibus supra,ergo non mutauit voluntatem,nisi quatenus secũdum testamentum valeret. secundum non valuit, ergo non adest mutatio voluntatis.& propterea non applicãtur decis.Put. quia illæ procedunt in alia materia, non in ista reuocationis testamenti, in qua habemus iura clara.

Non obst.Bal.cons.43. lib.4. Quia ibi inter vnum & aliud testamẽtum intercedebat decennium, & ideo intrabat l.sancimus.C. de testam.

Non obst.l.qui ex liberis.§.testamento,ff.de bon.poss. secund.rabul. Quia (vt ibi bene declarat Bart.) §.ille ponit primò dictum, deinde ponit limitationem eius dicti.Tertiò ponit aliud dictum,quod videtur simile primo.Quartò,assignat differentias inter primum & secundum dictum, & in summa elicitur ex illo rex.quòd testamentum † eius, qui se dedit in arrogationem, irritatur, nisi postea noua voluntate approbetur. & ratio assignatur à Bart.& Doct.in d.§.quatenus. quia sponte se dedit in arrogationem,& sic mutauit voluntatem, & ista mutatio voluntatis fuit absoluta, non conditionalis, vt in casu nostro.

Deinde ex illo tex.colligitur, quòd primum testamentum tollitur per secundum,nisi postea secundum incidatur, quia tunc primum reconualescit ad effectum exceptionis solummodo.& sic patet,nihil eorum quæ in illo tex.disponuntur,applicari casui nostro: & quãmuis vna præsumptio tollat aliam,id tamen non facit,quia (vt diximus) reuocatio primi testamenti habet istam conditionem,si secundum teneat.

Non obst.doctr.Bal.in l.serui, num.6.C.de lega. Quia † illa reprobatur à Pau.de Cast.in l.si filiusfamilias, nume.2.in fi. de testam.

Non obst.quòd hic tractatur de reuocando legatum, non hæredis institutionem.

Quia † tex.in d.l.si iure. loquitur in fideicommisso, vt bene declarat Bart. ibi in prima oppos. Si enim haberemus in secundo testamento expressam reuocationem legati,tunc esset reuocatum,quamuis secundum testamẽtum non esset solemne: sed † vbi non adest expressa reuocatio, tunc legata quoque non censentur reuocata,nisi quatenus secundum testamentum valeat.Pau.de Cast. & Alex.in d.l.plane, in princ. & ibi Ias.num.4. ff. de legat.primo. licèt valde obstare videatur l.militis.§.veteranus. ff. de milita. testamen. tamen Doctores ita intelligunt.

Licèt primum testamentum solemne non reuocetur per

per secundum non solemne, hoc † tamen intelligitur quoad institutionem hæredis,non quoad legata,quia illa sola voluntate reuocantur.l.ex parte.ff.de adim.legat. iuncta l.militis codicillis. ff.de milit.testam. ita Crot.in l.reconiuncti,num.65.versic. hinc est.ff.de legat.3. Sed eum reprobat Mantic.de coniectur.lib.12.tit.2. nu.22. in fine.dicens eum loqui contra d.l.si iure.ff.de leg.3.

Salamantin. iurisdictionis. Mercurij, 13. Iunij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habens in loco exempto in certis casibus iurisdictionem, potest constituere officialem, & suam iurisdictionem exercere: secus si solum habet iurisdictionem in personas.cum num.2.ex communi.*
3 *Inhibitio non est concedenda nisi ei,cuius interest.*
4 *Dispositio l.loci corpus.§.si fundus.ff.si seruit.vend. procedit in materia seruitutis indiuiduæ.*

DECISIO DCCXCVI.

1 LIcèt communis sit distinctio Ioan. And. in c.cùm episcopus, num.1. in fine, & num.2. de offic.ordin. lib.6. distinguentis, quòd † aut episcopus in certis casibus habet iurisdictionem in loco exempto, & tunc potest constituere officialem, & suam iurisdictionem exercere.clem.attendentes, de statu monac. clem. quia contingit, de relig. domib. & ita procedit dictum Ioan.Monac.in d.c.cùm episcopus, num.13. versic.sed
2 pone. Aut † episcopus habet iurisdictionem solum in personas,& tunc non potest in loco exempto officialem deputare,& suam iurisdictionem exercere. cap.j. de priuileg. lib.6. clemen.j. de testam. & hanc distinctionem Ioan.And. sequuntur in d.cap. cùm episcopus. Gemin. num.10. Anchar.num.2. Franc.num.3.in fine. & Butr num.7. Soci.in d.cap.recepimus, num.76. versic.quod. limita,de priuileg. Nihilominus in casu nostro non potest dici, episcopum Salamantin.in quatuor casibus sibi in bulla Sixti Quarti reseruatis habere iurisdictionem solum in personas exemptas, cùm habeat etiam in loca exempta, quia cùm ipse esset ordinarius in tota diœcesi,& consequenter in oppido de Medina del campo, & in eius territorio,existentibus in diœcesi Salamantin. cùmque respectu dicti oppidi, eiusque territorij per prescriptionem,seu consuetudinem postea à Sixto Quarto confirmatam, fuerit episcopo Salamantin. adempta iurisdictio generaliter in omnibus casibus, exceptis quatuor, de quibus in bulla eiusdem Sixti Quarti, censetur in illis quatuor casibus remansisse episcopo Salamantino iurisdictio integra, & illæsa nedum in personas,sed etiam in loca,sicuti habebat prius tanquàm ordinarius,prout decisum fuit 14.Iunij,1581.

Vnde stante hac decisione,& concordia inita de mense Ianuarij, 1583. inter episcopum Salamantin. & Abbatem de Medina del Campo, & stante, quòd inhibitio fuerit obtenta ad instantiam Abbatis prædecessoris
3 Moderni, Domini † non videbant, quomodo inhibitio posset suffragari capitulo maioris,& vniuersitati de Medina, cùm nihil ipsorum interfit. Nec applicatur casui nostro l.loci corpus.§.si fundus.ff.si seruit.vendic.Quia
4 † tibi versamur in materia seruitutis indiuiduæ, licèt nec populus nec clerus habent iurisdictionem,nec sunt consortes in ea,sed episcopus habet in ipsos iurisdictionem. Ideo Domini dixerunt non esse retardandam moderationem inhibitionis à solo Abbate obtentæ.

Romanensis extinctionis census. Veneris, 15. Iunij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Coniecturæ, quibus scriptura priuata cõtinens solutionem ad fauorem scribentis, potest fidem facere.*
2 *Fideiubens censetur approbare & consentire contractui, cui accedit.*
3 *Statuto stante, quòd filius non possit se obligare sine expressa licentia patris, sufficit si pater fideiubeat pro filio.*
4 *Præsentia & taciturnitas tendens ad decipiendum sibi præiudicat, sicut actus positiuus.*
5 *Consentiens venditioni rei suæ non sibi præiudicat in precio.*
6 *Consensus præstitus super eo quod principaliter agitur, censetur præstitus super consecutiuis & accessorijs ad illud.*
7 *Confessio geminata in instrumentis etiam per verba enunciatiua probat contra actorem & eius successores etiam singulares.*
8 *Dominium ex confessione probatur, licèt non transferatur.*
9 *Consentiens venditioni rei suæ non obligatur,licèt sibi præiudicet.*
10 *Nouatio non inducitur nisi expressè.*
Fallit,nisi pacta sint incompatibilia.
11 *Clausula, omnia & singula, refertur etiam ad enunciata.*
12 *Licentia vel consensus vbi simpliciter requiritur, sufficit tacitus resultans ex fideiussione: secus vbi expressè requireretur.*

DECISIO DCCXCVII.

FVerat resolutum in hac causa 13. Aprilis, 1584. quòd scriptura priuata Prosperi facta per modum memorialis, in qua continebatur, qualiter idem Prosper soluerat Petro Paulo Arditio precium officij notariatus Rotæ, tam respectu tituli quàm scripturarum, nullum gradum probationis faciebat ad fauorem ipsius Prosperi. Fuerat etiam resolutum in eadem causa quarta Maij, eiusdem anni.quòd non aderant tales coniecturæ, quæ sufficerent ad probandum id, quod in dicto memoriali continetur, nempe solutionem precij dicti officij tam quoad titulum quàm quoad scripturas.Fuerunt postea pro parte Mercurij noviter reperta & producta quædam instrumenta, ex quibus prætendebat recedendum esse à resolutione vltimo loco facta.Ideo 15.Iunij,eiusdem anni dubitaui, stantibus dictis instrumentis & præsuppositis aliàs deductis, & resolutionibus in hac causa factis, an à dicta vltima resolutione recedendum esset.

1 Domini tenuerunt esse recedendum, quia † cùm Prosper 16.Aprilis, 1552. & 16.Martij, 1554. acceperit pecunias ad societatem super dicto officio, asserens esse suum,& deinde Thomas Ciaffonus, qui emerat dictum officium à Petro de Lintres, cui Prosper prius vendiderat, similiter acceperit pecunias ad societatem super dicto officio 28.Martij, 1568. asserens etiam esse suũ,& semper in omnibus istis societatibus Petrus Paulus Arditius fideiusserit,& cõsequenter promiserit,societates hmõi esse bene contractas, & vera esse quæ in instrumentis illarũ dicebatur, sequitur, vt Arditius fassus

fuerit, dictum officium ad se non pertinere, & nouatam vel extinctam esse obligationem, quæ fuerat contracta ex instrumento recognitionis bonæ fidei, quam Prosper 12. Ianuarij, 1552. fecerat ad fauorem Arditij. Fideiu-
2 bens enim censetur † approbare & consentire contractui, cui accedit. l. exceptione. & ibi Alber. & Bal. in fine, licet non determinet. C. de euict. Ioan. Andr. ad Specul. tit. de actore, num. 43. litera, M. Bald. ad eundem Specul. tit. de reo. in fi. addit. versic. sed quid si statutum dicat.
3 vbi vult, † quòd stante statuto, quòd filius non possit se obligare sine expressa licentia patris, quòd satisfit statuto, si pater fideiubeat pro filio, quod idem firmat idem Bald. in sua margarita, in verbo, statuto, in fine. Fulgos. consil. 67. num. 3. prope finem, versic. ipse autem fideiussor. Alexan. in l. si quis hæres. §. vltimo, num. 4. ff. de acquiren. hæred. Soc. consil. 80. num. 13. in fine, lib. quarto. Marsil. consil. 9. numero 45. Tiraquel. de legib. connub. glos. 7. numero 25. & numero 29. versicu. & idem in dicto casu. & de retract. lignag. §. primo, glos. nona, numero 268.

Et priores societates initæ per Prosperum tantò magis habitæ sunt in consideratione, quia si ipse in eis dixit dictum officium esse suum, & Arditius id approbauit, hoc est penitus incompatibile cum recognitione bonæ fidei, in qua dicebatur, quòd Prosper non habebat nisi nudum nomen: Et est multum verisimile, quòd Prosper dictum precium soluerit, aliàs si non soluisset, sequeretur, quòd Arditius sese, aeeos, cum quibus contrahebat, decipere voluisset.
4 Et hinc est, quòd † quis sibi præiudicat non solum per actum positiuũ, sed etiam per solam scientiam & patientiam continentem deceptionem: verbi gratia, si hæres præsente & tacẽte fideicommissario vendat rẽ subiectam fideicommisso, asserendo eam esse liberam, talis præsentia & taciturnitas fideicommissarij sibi præiudicat, quia tendit ad decipiendum. l. si fine. C. ad Velleian. Salyc. in dicta l. cum proponas, la prima, prope fin. & ibi Ias. num. 11. ad fin. versic. tu limita. C. de pact. Rom. consil. 457. in fine. Alberic. in l. fideiussor. §. primo, circa medium. ff. de pignor. Bald. in l. Titia cum testamento. §. Lucio, versic. vnde dic. ff. de leg. 2. & in l. quoties, la prima, sub numero tertio. C. de fideicommiss. Tiraquel. de retract. lignag. §. primo, glos. 9. numero 154. versiculo, nisi tamen.

Non obstant in contrarium adducta. Et
5 In primis non obst. quòd consentiens † vẽditioni rei suæ non sibi præiudicat in precio. l. mater. C. de rei vendica. Quia non applicatur casui isto, in quo emanauit confessio Arditij, quòd dictum officium erat Prosperi antequam Prosper illud venderet Petro de Lintres. Arditius enim confessus fuit 16. Aprilis, 1552. & 17. Martij, 1554. Prosper autem vendit dictum officium Petro de Lintres 23. Martij, 1563. Et sic hæc confessio Arditij fuit facta, dum Prosper habebat dictum officium. Vnde necesse est dicere, quòd Arditius de nouo vendiderit dictum officium Prospero, fidemque habuerit de precio, quod per lapsum 16. annorum, & vltra ex dispositione statuti Vrbis præsumitur solutum.

Secundò non obst. si dicatur, consensum Arditij nõ potuisse præiudicare, nisi ad effectum illarum societatum. Tum † quia consensus præstitus super eo quod
6 principaliter agitur, censetur præstitus super consecutiis & accessorijs ad illud. l. si pupillorum. §. si pupillus. ff. de reb. eorum. vbi Bald. Soc. consil. 80. num. 21. in fine. & num. 22. lib. 4.

Tum quia fundamentum fit in confessione Arditij,
7 præsertim ita geminata, quæ † confessio geminata in instrumentis etiam per verba enunciatiua sicut præiudicat & probat contra actorem, ita etiam contra eius successores nedum vniuersales, sed etiam singulares, & habentes causam ab eo. Aym. consil. 29. num. 1. Soc. consil. 11. num. 1. circa med. consil. 13. sub num. 5. & 6. & consil. 82. num. 4. vbi alios citat, lib. 3. Et licèt † ex confes-
8 sione non transferatur dominium, tamẽ probatur. Bar. in l. cùm falsa, num. 4. 7. & 8. C. de iur. & fact. ignor. Rui. consil. 128. num. 18. lib. 2.

Tertiò non obst. quòd † consentiens venditioni rei
9 suæ licèt sibi præiudicet, non tamen ipse obligatur. Ias. in l. quoties, num. 3. C. de fideicom. Soc. iun. consil. 52. nume. 8. versic. vel secundo, & num. 9. lib. 4.

Quia hoc non facit ad propositum: satis est enim, Arditium sibi præiudicasse, cùm nedum consenserit alienationi rei suæ, sed etiam remiserit recognitionem
10 bonæ fidei. Et licèt † nouatio non inducatur, nisi expresse fiat. l. fin. C. de nouat. tamen inducitur, quando pacta sunt incompatibilia. Doct. in l. pacta nouissima. C. de pact. prout in hoc casu, in quo incompatibilis est illa recognitio bonæ fidei cum confessione Arditij.

Quartò non obst. si dicatur, quòd in instrumẽtis priorum societatum enũciatiue dicitur dictum officium esse Prosperi, & quòd Arditius in fideiussionibus non fuit confessus dictum officium esse Prosperi, sed accessit omnibus & singulis contentis in dictis societatibus, quia verba enunciatiua præiudicant & probant, vt supra di-
11 ctum est, & † clausula, omnia & singula, refertur etiam ad enunciata. Alexan. consil. 12. num. 2. lib. 3. Ruin. consil. 137. num. 6. lib. 3. & consil. 103. num. 11. lib. 4. Pariscõsil. 97. num. 91. lib. 3.

Quintò non obst. quòd omnis consensus, qui in Arditio considerari posset, esset tacitus, qui non sufficit in casu nostro, in quo requiritur expressa licentia, vt cantat instrumentum bonæ fidei, prout expresse declarat Aret. in l. is qui hæres. §. neque filius, colum. prima, versic. sed aduerte. ff. de acquir. hæred. vbi vult, quòd quan-
12 do † requiritur simpliciter licentia vel consensus, tunc sufficit tacitus resultans ex fideiussione: sed vbi requiritur licentia vel consensus expressus, tunc non sufficit tacitus, sed requiritur licentia vel consensus præstitus per verba, & ita inquit determinasse Bald. ad Specul. tit. de reo. in fine addit. refert Tiraquel. de legibus connub. glos. 7. num. 31.

Quia pro responsione dicitur, id non facere ad rem: si enim Arditius 16. Aprilis, 1552. & sic post recognitionem bonæ fidei, quæ fuit 12. Ianuarij, eiusdem anni, confessus fuit dictum officium esse Prosperi, oportuit, Arditium illud de nouo vendidisse Prospero, vt supra dictum est, & sic frustra agitur de expressa licentia Arditij in alienando dictũ officium, quæ expressa licentia tunc fuisset necessaria, si Arditius non vendidisset de nouo dictum officium Prospero, post recognitionem bonæ fidei.

Quòd verò dicitur, quòd Arditius non sibi præiudicauit in medietate scripturarum dicti officij, fuit reseruatum particulariter videndum.

Tirasonensis Iuris præsentandi. Lunæ, 18. Iunij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus seu præsentandi subiacet decreto Conc. Trid. sess. 25. cap. 9.*
2 *Ius præsentandi, & an aliquis sit Rector ecclesiæ, est de incidentibus ad ius patronatus.*

Sententia

3 *Sententia debet interpretari ex actis.*
4 *Beneficium debet esse perpetuum.*
5 *Vicarios perpetuos præsentare ad quem pertineat.*

DECISIO DCCXCVIII.

DVbitaui in causa Tirasonen. Iurispatronatus, an sententia vltimo loco lata ad fauorem capituli Tirasonen. sit confirmanda, vel potius reuocanda? Pro parte capituli de Borgia prætendebatur reuocanda tanquàm nulla & iniusta: nulla ex defectu iurisdictionis, iniusta ex pluribus capitibus.

Primò, quia sententia declarat, quòd Vicaria collegiatæ Beatæ Mariæ habet annexum canonicatum, & de hac annexione non constat.

Secundò, quia declarat, quòd Vicaria parochialium ecclesiarum sanctorũ Bartholomæi, & Michaelis habet annexas portiones, de qua etiam annexione nõ constat.

Tertiò, quia declarat Vicarias perpetuas, de qua perpetuitate non constat.

Quartò, quia declarat decanum, canonicos & capitulum Tirasonen. esse rectores dictarum ecclesiarum parochialium, & tamen de hoc nullibi constat.

Quintò, quia declarat ad eosdem decanum, canonicos, & capitulum Tirasonen. solum & insolidum pertinere iuspatronatus & præsentandi ad Vicarias prædictas, & nihilominus illæ cadunt sub reseruationibus.

Sextò, quia non cõstat de isto iurepatronatus, & præsentãdi pertinere ad capitulum Tirasonen. & quatenus
3 de eo constaret, illud † subiacere decreto sacrosancti Concil. Triden. sess. 25. cap. 9.

His tamen non obstantibus, Domini concluserunt, sententiam, de qua agitur, esse confirmandam, quam dixerunt esse validam nec ei obesse defectum iurisdictionis: nam in commissione præsentata R. P. D. meo Robusterio narratur prætensio capituli Tirasonen. prætẽdentis iuspatronatus ad se pertinere, & committitur causa appellationis cum clausula, quam & quas, &c. de & super præmissis rebusq; alijs in actis causæ deductis & deducendis, vnà cum omnibus & singulis incidẽtibus, &c. In commissione autem præsentata R. P. D. meo Seraphino dicitur, & super asserto iure præsentandi rebusque alijs, &c. vnà cum toto negocio principali, vnà cum omnibus & singulis suis incidentibus, annexis, & connexis. Vnde negari non potest, quin articulus; an decanus, canonici, & capitulum Tirasonen. sint rectores dictarum ecclesiarum parochialium, & an habeant ius præsentan-
2 di ad dictas Vicarias, sit † de incidentibus huius causæ. Ægid. decis. 619. & decis. 640. Casiad. decis. 9. num. 15. de cau. poss. & propriet.

Præterea Domini dixerunt, sententiam istam esse iustam, nec posse de iniustitia redargui ex superius deductis pro parte capituli Borgiæ. Et ad

Primum & secundum responderunt, quòd sententia non pronunciauit dispositiuè, nisi super iure præsentandi ad Vicarias. & quòd non canonizat annexionem, sed solum narrat, quòd lis est super iure præsentandi ad Vicarias habentes canonicatum & portiones annexas, nõ quod lis sit super ipsa annexione. Et dum postea pronũciat ad capitulum Tirasonen. pertinere ius præsentandi ad Vicarias ecclesiarũ parochialiũ & annexarũ, intelligitur de ijs quæ sunt verè annexa, & quæ probãtur anne-
xa: nõ enim sententia relatiuè dicit, & prædictorum annexorum, sed simpliciter dicit, & annexorum, & senten-
3 tia † debet interpretari ex actis. l. si quis ad exhibẽdum. & ibi Bart. ff. de except. rei iudic. l. auo. §. si iudex. & ibi glos. in verbo, ex testamento. & ibi Bart. num. 1. ff. de senten. & re iudic.

Ad tertium, quòd non constet de præsentatione Vicariorum, fuit responsum, ex sola serie facti apparere illas esse perpetuas: cùm enim ab inferiore à Papa conferantur, siue coram eo Vicarij præsententur, & ab eo
4 fiat institutio, præsumuntur perpetuæ, quia † beneficium debet esse perpetuum. glos. in cap. j. in verbo, perpetuis. & ibi Gemin, num. 3. Franc. in 3. notab. de capel. monac. lib. 6.

Ad quartum, quòd in sententia capitulum Tirasonen. declaretur rector, fuit responsum, sententiam iustificari ex laudo confirmato à Clemente Sexto.

Ad quintum, quòd in sententia declaretur iuspatronatus pertinere solum ad capitulum Tirasonen. fuit responsum id esse verum: & licèt Vicariæ cadant sub reseruationibus, tamen in sententia contrarium non dicitur.

Ad sextum, quòd non probetur iuspatronatus pertinere ad capitulum Tirasonen. fuit responsum probari ex laudo confirmato à Clemente Sexto, & iustificari ex obseruantia tanti temporis, vt fuit resolutum coram D. meo Seraphino.

Non obst. Concil. Triden. quia in his personis, in quibus non præsumitur vsurpatio, nil immutatur. Vnde cùm ad sit confessio ipsiusmet capituli de Borgia per acceptationem laudi, & cùm fuerit tandiu obseruatum, cessat difficultas.

Non obst. quòd non constat istud iuspatronatus esse ex fundatione & dotatione.

Quia satis de hoc constat ex dicto laudo, ex quo apparet, capitulum Tirasonen. dedisse certam partem decimarum dictarum ecclesiarum parochialium, quarum est rector. Et insuper singulis annis Vicario sanctæ Mariæ soluere certam summam. Vltra quòd res ipsa hoc
5 suadet: si enim capitulum Tirasonen. est rector dictarum ecclesiarum parochialium, ad † ipsum pertinet præsentare Vicarios. cap. primo, de capel. monac. lib. 6. cap. de monachis, de præben. clemen. prima, de iurepatronat.

Et sententia non dicit, quòd sit de iurepatronatus, sed quòd ipsi sunt rectores & tanquàm rectores habent præsentare, licèt supra narretur iuspatronatus.

Toletan. præeminentiarum. Veneris, 22. Iunij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Fructus, & emolumenta omnia per vnionem sunt quæsita monasterio, seu collegiatæ, quibus facta est vnio. ex communi.*
Et eò magis, vbi non sunt propriè distributiones. numero 2.
3 *Consuetudo in specie probanda est, non in genere.*

DECISIO DCCXCIX.

DVbitaui 22. Iunij, 1584. an Vicarij perpetui, & litis consortes sint tales, vt debeant participare de emolumentis ad mensam capitularẽ pertinentibus? Domini dubium istud in duas distinxerunt difficultates.

Prima fuit, num quid prædictis Vicarijs, & litis consortibus debeatur participatio in massa grossa inspecto iure communi.

Secunda, quid inspecta consuetudine.

1 Quoad primam affirmatiuè cõclusum fuit, quia †per vnionem omnia emolumenta sunt quæsita monasterio & collegiatæ, quibus facta est vnio Innoc. in c. pastoralis, num. 1. de priuileg. & ibi Doct. & maxime Abb. num. 7. Soc. num. 14. qui de communi. Pet. de Vbal. de vnio. c. 2. num. primo, & num. 22. Ferret. cons. 242. sub numero 5.

2 Maximè, † quòd hi fructus mensæ capitularis non sunt propriè distributiones quotidianæ, sed sunt grossa capituli, quo casu facilius debentur. latè Paris. cons. 32. nu. 8. cum pluribus seq. lib. 4.

Quoad secundam difficultatem de consuetudine testes beneficiatorum eam non bene probant in casu, de quo agitur, quando beneficia sunt vnita: & tamen con-

3 suetudo † probanda est, non generaliter in casu, de quo tractatur. Oldrad. consil. 237. Aym. consil. 96. numero 4. cum simil.

Vrbeuetan. legati. Lunæ, 25. Iunij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum per aditionem instituti in re certa confirmatur, ita quòd eo decedente, antequam hæres vniuersalis repudiet, transmittitur hæreditas vniuersalis ad eius hæredes.*
2 *Institutus in re certa potest conficere inuentarium, sicut adire potest.*
3 *Ratio, quæ militat iuxta tex. in l. fin. C. de iure deliber. in hærede instituto ex parte, militat etiam in instituto in re certa.*
4 *Institutus in re certa vt efficiatur hæres vniuersalis, requiritur expressa repudiatio vniuersaliter instituti. ex communi.*
Contrarium tamen, vt sufficiat tacita repudiatio, vide nume. 6. cum seq.
5 *Hæredi absenti debet à iudice præfigi terminus vnius anni, ac etiam longior ad adeundam hæreditatem.*
6 *Instituto in re certa dicitur delata hæreditas vniuersalis sub tacita conditione, si hæres vniuersalis repudiabit.*
7 *Aditio sicut de facili præsumitur, quando hæreditas est lucrosa, ita repudiatio, quando est damnosa.*
8 *Aditio præsumitur solemniter facta ex cursu tanti temporis.*
9 *Aditio hæreditatis ab instituto in re certa non potest fieri sine præcedente repudiatione hæredis vniuersalis.*
10 *Solemnitas facile præsumitur, vbi constat de substantia actus.*
11 *Præsumptio repudiationis ex diuturnitate temporis cessat, quando ea nihil commune habet cum aditione.*
12 *Scientia in absente non præsumitur.*
Fallit, vt nu. seq.
13 *Abbas præsumitur scire factum alienum tendens ad commodum suum.*
14 *Notitiam in absente præsumere, magnum rigorem sapit, & est speciale.*
15 *Scientia non præsumitur in hærede instituto absente.*
16 *Repudiatio tanquàm solemnitas necessaria aditionis, non potest ex cursu longissimi temporis præsumi, nisi concurrat scientia, & patientia eorum qui ex actu læduntur.*
17 *Præsumptionum plurium concursus in eodem subiecto dari non potest.*
18 *Inuentarium solemniter confectum habet præsumptionem pro se ad probationem eorum, quæ in ipso continentur.*
19 *Inuentarium si sit factum ab vno ex pluribus cohæredibus, & alij repudiauerint portiones suas, non debet itetum confici pro portionibus accrescentibus. & quare. num. sequen.*
20 *Fraudis suspicio cessat, vbi ex primo inuentario veritas rerum satis apparet.*
21 *Præsumptio sufficiens ad deferendum iusiurandum, & adminiculatiua saltem probatio oritur ex publico inuentarij instrumento.*
Quod ampliatur etiam si inuentarium deficiat auctoritate inuentarij.
22 *Iudex & non tutor auctoritatem probationis inuentario accommodat.*
23 *Debita, de quibus instrumenta non apparent, non possunt describi in inuentario.*
24 *Inuentarium probat debitum testatoris in eo descriptum in præiudicium hæredis describentis, non autem aliorum.*

DECISIO DCCC.

FVit conclusum, inuẽtarium esse legitime factum, probare debita testatoris, & alienationes factas pro illis soluendis esse validas, & sententias esse reuocandas ex deductis in discursu, iunctis decisionibus in hac causa factis.

Et fuerunt nonnulla adita. In primis fundamentum

1 illud, quòd † hæres institutus in re certa potest adire, & per eius additionem testamentum adeò confirmatur, vt non possit amplius deficere, & si decedat antequàm hæres vniuersalis repudiet, transmittit ius accrescendi, ita vt hæreditas, hærede vniuersali quandocunque repudiante, accrescet hæredi hæredis in re certa instituti, vt post Barto. Salyce. & Butr. firmat Alexan. in l. quoties. nume. quinto, post med. versicu. si vero antequàm hæres. Cor. nume. septimo, & Ias. pariter nume. 7. vbi de communi. C. de hæred. instit. idem Ias. in l. extraneum. ad fin. vbi de magis communi. C. eodem titu. Alex. consil. 58.

2 nu. 4. lib. 3. Sicut igitur † hæres in re certa potest adire, ita etiam poterit conficere inuentarium, donec alius co hæres vniuersalis deliberet: nam tale inuentarium est vtile hęreditati, & cùm non reperiatur prohibitum, nul la subest ratio, ob quam possit dici nullum.

Præterea fuit consideratum, quòd d. l. fina. C. de iure deliberan. dicit, siue hæreditas ex asse siue ex parte delata sit, &

3 † eadem militat ratio in hærede instituto in re certa, quæ est in hærede ex parte, qui potest conficere inuentarium totius hæreditatis, & si alia portio sibi accrescit per repudiationem cohæredis, non tenetur conficere nouum inuentarium, ex allegatis in discursu.

Accedit, quòd Imperator in dicta l. fina. voluit prouidere formidolosis, qui tenebãtur adire hæreditatem, ne debitis illaquearentur, quæ ratio militat etiam in hærede in re certa instituto.

Vltimò silentium tanti temporis magnam præstat coniecturam, vera fuisse omnia, quæ dicuntur pro parte Fidi, & litis consortium, præsertim, stante duplici huius hæreditatis discussione, ex qua apparet, illam non fuisse lucrosam.

In eadem Vrbeuetan. legati.

Discursus de quo fit mentio in Decis. præcedenti, in principio.

PLures possunt hic considerati difficultates.

Prima, an inuentarium, de quo agitur, fuerit factum à legitima persona, quæ difficultas pendet ab eo, an Altomilia esset hæres vniuersalis.

Pro

Pro negatiua dicitur, quòd Altomilia fuit instituta hæres in re certa, nempe in flor. mille: vniuersales verò hæredes fuerunt instituti Christophorus & Aloysius filij Francisci pro vna parte, & hospitale sancti Spritus de Vrbe pro alia parte.

Nec constat, quòd hospitale ante confectionem inuẽtarij, & additionem Altomiliæ repudiauerit hæreditatẽ, quæ repudiatio requirebatur, vt Altomiliæ hęredi in re

4 certa hæreditas accresceret, & † consequẽter efficeretur hæres vniuersalis, gl. Bar. Ang. & Imo. in l. ex facto, la 2. ff. de hæred. instit. Doct. in l. quoties. C. eod. cum alijs cõgestis per Costam in c. si pater, in j. parte, in verbo, in re certa, nu. 13. fol. 294. de testam. vbi post Alex. Com. Ias. & alios testatur de communi.

Nec etiam cõstat, quòd iudex præfixerit hospitali terminum aliquem ad adeundam hæreditatem, ita vt eo

5 elapso à iure adeundi esset excluſum. Hæredi † enim absenti debet à iudice præfigi terminus vnius anni, ac etiam longiori ad adeundam hæreditatem. vt per Alex. cons. 4. num. 6. versic. & ad abundantem cautelam, lib. secundo. Ioan. Dilect. de arte testan. tit. 11. cautel. septima, numero 3.

In contrarium, quòd præsumatur repudiatio hospitalis hæredis vniuersalis, & quod Altomilia hæres in re certa mediante repudiatione hospitalis effecta fuerit hæres vniuersalis, multa suadere videntur.

Primò, quia Altomilia in principio inuentarij asserit se scire hæreditatem ad se delatam, & tamen nõ potuit scire hæreditatem sibi delatam, nisi mediante repudia-

6 tione hæredis vniuersalis, quia † hæredi instituto in re certa dicitur delata hæreditas vniuersalis sub tacita conditione, si hæres vniuersalis repudiabit, ita Alexan. in l. quoties, num. 5. ad fin. versic. sed potest subsistineri; & ibi Ias. num. 3. versic. Alex. respondet. C. de hæred. instit. idem Alex. cons. 58. num. 4. prope fin. lib. 3. Imo. in l. prima. §. si ex fundo, sub numero 34. ff. de hæred. instituen. Et tantò magis in casu nostro, in quo Franciscus Fidus, qui vti frater & procurator Altomiliæ petijt notarium ad conficiendũ inuentarium, erat Iuris Doctor.

Secundò, pro hac præsumpta repudiatione facit, q̃ in ista hæreditate deductis deducendis fuit aliàs visum & calculatum iure medio, nil aliud repertum fuisse, nisi domum siue palazzetum & centum flor. super poderet-

10. quæ domus & flor. centum fuerunt prius consignati in extinctionem legati Dominici patris testatoris. Item fuit alia discussio huius hæreditatis.

Apparet igitur saltem præsumptiuè, hæreditatem istã fuisse damnosam, & vix potuisse sufficere pro solutione æris alieni testatoris. Vnde de facili presumitur repudia-

7 tio: sicut † enim quando hæreditas est lucrosa, de facili præsumitur aditio hæreditatis, quia ad eam acquirendam procedit affectio animi, ex quo solo certum est hęreditatem adiri. ita Bald. consil. 298. num. 2. versic. item quando, lib. 5. hoc idem voluit Corn. consil. 310. numero 4. in fine, lib. 3. Crauet. consil. 33. num. 12. ad finem. ita è conuerso, quando hæreditas est damnosa, de facili potest præsumi repudiatio, vt contrariorum sit eadem disciplina.

Tertiò cogitandum est, an dici possit, quòd cùm inter additionem hæreditatis, & motam litem interuenerint

8 vltra 40. anni, quòd † ex cursu tanti temporis præsumatur aditio solemniter facta. l. si filius. C. de petit. hæred. l. qui in aliena, in princ. ff. de acquir. hæred. & vtrobique Doct. Ang. cons. 318. sub num. 3. Mantic. de coniectur. lib. 12. tit. 12. num. 20.

Et cùm vere constet de substantia actus, videlicet de aditione hæreditatis, videtur præsumenda repudiatio hæredis vniuersalis tanquàm solemnitas necessaria adi-

9 tionis, cùm † non possit fieri aditio, nisi præcedente repudiatione, per ea quæ tradit Alex. cons. 50. nu. 6. versic. sed posito, & num. 7. vbi firmat, quòd constito vere de

10 substantia actus, facile præsumitur † solemnitas, cùm ad positionem consequentis necessario dari debeat positio antecedentis. prout in casu nostro, in quo ad positionem aditionis hæreditatis necessario dari debet repudiatio hæredis vniuersalis, & maximè, quòd in casu nostro non potest dici, quòd repudiatio hæredis vniuersalis nihil commune habeat cum aditione hæreditatis,

11 quo † casu cessat præsumptio ex diuturnitate temporis, vt post Bald. tradit Alexand. dicto consilio 50. numero decimo.

Sed hæc præsumptio repudiationis patitur eam difficultatem, q̃ non constat de scientia hospitalis se fuisse

12 institutum hæredem vniuersalem, quæ † scientia non præsumitur, maximè in absente, prout in casu nostro, in quo non constat, hospitale habuisse in loco testamenti aliquem commissarium. Et licet Card. in clem. j. §. fin. in 7. notab. de concess. præben. & Marant. in l. is potest, num. 229. ff. de acquiren. hæred. velint per rex. in d. §. fin.

13 quòd † absens præsumatur scire factum alienum tendens ad commodum suum, nihilominus Anchar. in dicta clem. j. num. 13. inquit, ibi esse magnum rigorem,

14 præsumere notitiam in absente, & in † illo casu esse speciale, nec extendendum ad alios casus, prout etiam voluit glos. pen. ibi, & Imo. num. 18. & Vital. §. secus, nu. 21.

15 Et quòd † in hærede instituto absente non præsumatur scientia, tradit Bart. in d. l. is potest, numero 16. ad fin. & numero 17.

16 Nec ista † repudiatio tanquàm solemnitas necessaria aditionis Altomiliæ potest ex cursu longissimi temporis præsumi, nisi concurrat scientia & patientia eorum, qui ex actu læduntur, vt per Gabriel. de præsumpt. conclus. j. num. 59. Et præsumere Altomiliam notificasse hospitali eius institutionem, & qualitatem hæreditatis, &

17 hospitali repudiasse, esset † dare concursum pluriũ præsumptionum. contra l. primam. C. de dot. promiss.

Secunda difficultas est, dato quòd Altomilia non fuerit hæres vniuersalis, an nihilominus inuentarium ab ea factum probet contenta in eo. Et pro affirmatiua in primis cogitandum est, an dici possit, quòd hic non agitur, an hæres in re certa teneatur facere inuentarium, prout tenetur facere vniuersalis hæres, si velit non teneri vltra vires hæreditarias, & consequi alia beneficia inuentarij: sed hic agitur de probatione præsumptiua inuentarij, an scilicet pro eo præsumatur, donec contrarium probetur: & hoc casu si inuentarium factum ab eo, qui nõ tenebatur illud cõficere, fuerit factum cum omnibus suis

18 solemnitatibus, videtur præsumptiue probare, quia † fides & probatio inuentarij non pendet à qualitate persone, quæ teneatur illud conficere, sed prouenit ex solẽnitate scripturæ ipsius inuentarij, & pp interuentum creditorum, legatariorũ, tabellionũ, & aliarum personarũ, prout tenent Doct. citati in decis. facta 20. Octob. 1582.

Secundò, pro hac opin. videtur facere dictum Bal. in l. filium quem habentem, num. 41. C. famil. erciscun. vbi

19 si vnus ex pluribus cohæredibus fecerit † inuentarium, & alij repudiauerint portiones suas, non tenetur facere nouum inuentarium pro portionibus accrescẽtibus. &

20 inter alia mouetur ea ratione, q̃ † omnis fraudis suspicio cessat, cùm ex primo inuentario veritas rerum satis appareat, quæ scilicet res erant in hæreditate. & Bald. sequitur Aret. in l. cum hæreditate, ad fin. ff. de acq. hæred. Phanut. de inuent. par. 2. num. 57. Rolan. de confect. inuent. fol. 146. versic. pone duo.

Tertiò dicitur, quòd in omnem euentum negari non
potest, quin ex publico documento huius inuentarij, si
non plena, saltem adminiculatiua oriatur probatio ita,
vt iunctis alijs adminiculis, & coniecturis sufficiens pro-
batio ex eo inducatur, prout in terminis inuentarij be-
ne deducit Fulg. viden. cons. 161. col. j. versic. primo qui-
21 dem. vbi firmat, † ex publico documento inuentarij in-
surgere præsumptionem sufficientem ad deferendum
iusiurandum, & oriri, si non plenam, saltem adminicu-
laram probationem ita, vt cum teste probet. & hoc pro-
cedere etiam si inuentarium deficiat auctoritate inuen-
tarij ex eo, quòd tutrix non rite tutelam assumpserit. im-
mo. in versic. quamquam. arbitratur verum, non minus
auctoritatis inuentarium accipere, eo quòd sit à contu-
22 tore confectum, quia † non tutor, sed potius iudex au-
ctoritatis probationem inuētario accommodat. vt not.
in l. cum chirographis. ff. de admin. tutor. Et ratio quæ
est in tutore, locum habet etiam in non tutore, cùm nō
sit verisimile, quemquam pati in inuentario publice con
fecto aliquid falsi scribi. & non numquam in sui præiu-
dicium, cū teneatur eius, quod inscribi passus fuit, post
finitam tutelam idoneam reddere rationem. Et hæc di-
cta Fulgos. multum applicantur casui nostro, vt per
se patet.

Tertia difficultas est, an stante summario iurium pro-
bentur debita testatoris in inuentario descripta, &c. Pri-
mum & secundum debitum probantur, prout in decis.
13. Octobris, 1581. Supereſt tertium debitum cum Car
dinali Hyureg. in quo videtur subesse aliqua difficultas.
quia licèt probetur, Petrum habuisse gabellam passagij
ex dictis testium, de quibus in summario, num. 9. ex ver
bis enunciatiuis instrumenti, summario, num. 8. & cla-
rius ex instrumento vltimo producto: nihilominus de
quantitate debiti 100. scutorum nullibi constat, nisi ex
23 inuentario. Contra † quod duo opponuntur: vnum, q
in inuentario non possunt describi debita, de quibus
instrumenta non appareant. Bar. in l. tutor qui reperto-
rium, num. 10. versic. secundo, & num. seq. ff. de admin.
tutor. sequuntur Anchar. in clem. quia contingit, nu. 23.
quæst. 9. versic. secundo confert, de relig. domib. Salyc. in
l. tutores, quæst. 7. prope fin. C. de adminiſt. tutor. Cępol.
in l. si fugitiui, num. 77. & sequen. C. de seru. fugit. Vital.
de clausul. num. 77. in fi. fol. mihi 127. Mayner. in l. quæ
tula, num. 56. versic. quamuis, & 57. & 58. de regul. iur.
Porcellin. de inuentar. cap. 3. num. 2. Licèt in inuentario
hæredis contrarium de iure verius esse deducat Montic.
fol. 17. num. 6. & 7.

24 Alterum, quod opponitur, est, quòd † inuentarium
probat debitum testatoris in eo descriptum in præiudi
cium hæredis describentis, non autem in præiudicium
aliorum creditorum hæreditariorum, & legatariorum,
& fideicommissariorum, prout declarat Montic. fol. mi
hi 53. num. 49. Capic. decis. 107. num. 11. & 12. Phanut.
de inuent. par. 3. num. 10. ex doctrina Bart. in d. l. tutor
qui repertorium, num. 16. quem sequuntur Anchar. Sa-
lyc. Vital. & Mayner. in locis supra citatis. Rolan. de con-
fect. inuen. fol. 89. num. 8. & 9.

Sed quicquid sit, omissa discussione veritatis harum
oppositionum, videtur probari dictum debitum ex plu
ribus adminiculis simul iunctis.

Toletan. quintæ partis fructuum. Mercurij,
27. Iunij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Agens contra diffamantem remedio l. diffamari. C. de inge-*
& manu. debet docere de suo interesse, & sic de posses-
sione & iure suo.
2 *Possidens beneficium si vult alteri imponi silentium vel*
declarari nullum ius ei competere, non debet audiri nisi
doceat se ius habere in beneficio, sicut in rei vendicatio-
ne non auditur, qui docet se habuisse possessionem, nisi do
ceat etiam se esse dominum vel quasi.
3 *Probatio plena non requiritur ad docendum de suo in-*
teresse, sed sufficit apparens tantum.
Declara procedere in tertio, non autem in principali. nu-
mero 4.

DECISIO DCCCI.

CVm Ioannes Perez obtinuerit committi causam
super iactationibus, & molestationibus contra
Petrum Gutter. occasione reseruationis quintæ
partis fructuum, & sic cùm simus in materia l. diffa-
1 mari. C. de ingen. & manumiss. debet † Ioannes Perez
ad hoc vt agere possit, docere de suo interesse, vt in ter-
minis d. l. diffamari. tradit Aret. consil. 68. numero 6. circa
medium, versic. item non est dubium. Gabriel. de
actio. conclus. 6. numero 37. in fine. Et consequenter de-
bet docere de possessione. Bal. in l. tertia, numero secun-
do, versic. nota quod aut reus petit. C. qui bon. cedere
poss. Boer. decis. 255. numero 10. Gabriel. dicta conclu-
sio. 6. numero 38. Et debet docere de iure. Innocen. in
cap. Abbate, numero primo, in fine, versic. & hac præ-
dicta ratione, de verborum signif. vbi vult, quòd is, qui
2 † possidet beneficium, si velit alteri imponi silētium, vel
declarari, nullum ius ei competere, non debet audiri, ni-
si doceat se ius habere in beneficio: sicut in rei vendica-
tione non auditur, qui docet se habuisse possessionem,
nisi doceat etiam se esse dominum, vel quasi. & Inno-
cen. sequitur Pau. de Cast. in l. si contendat, numero se-
cundo. ff. de fideiussor. Felyn. in cap. olim, numero 9. post
principium, versiculo, vnde dicit, de rescript. Marsil.
singul. 280. Gabriel. dicta conclus. 6. num. 32.

De possessione autem non docuit, nisi per literas mis-
siuas de partibus sui procuratoris, cui non creditur. l. in
omnibus. C. de testib.

De iure autem minus docuit, quia sua prouisio est
conditionalis, cùm in ea sit apposita clausula de con-
sensu Cardinalis, quatenus sit locus indulto: & li-
cèt in actis constet de consensu, non tamen constat
de indulto.

3 Non obst. quòd † ad docendum de interesse, non re-
quiritur plena probatio, sed sufficit apparens tantum.
Doct. in cap. veniens, il secondo. & præsertim Abb. nu-
mero 9. & Felyn. numero 13. vbi de communi, de testi-
bus. Couar. pract. quæst. cap. 16. numero primo, ante fi-
nem, versiculo, ita tamen intelligenda. vbi etiam de
communi.

4 Quia † id procedit in tertio, non autem in ipso prin
cipali. Vnde Domini concluserunt, Ioan. Perez agen-
ti remedio l. diffamari. obstare non ius, & non possessio-
nem, & intrare exceptionem, tua non interest.

Pennen. & Adrien. beneficiorum. Mercurij,
4. Iulij. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo est dandum ei, qui habet an-*
teriorem possessionem.
2 *Confessio qualificata debet aut in totum acceptari, aut in to*
tum impugnari.

Fallit,

Fallit, nisi præsumptio iuris sit contra confitentem. nu-
mero 3.
4 *Possessio de iure præsumitur iusta, & legitima, & non vi-*
tiosa.
5 *Possessio instrumentalis alio in possessione existente non*
suffragatur.
6 *Immissio in possessionem facta auctore prætore idem ope-*
ratur, quod violenta expulsio, per quam perditur tam
naturalis quam ciuilis possessio.
7 *Iudex immittens aliquem in possessionem iuridicè potest*
priuare possidentem omni possessione.
8 *Citatio requiritur in decreto immissionis in possessionem.*
9 *Locatio regulariter non probat possessionem.*
10 *Confessioni non statur in præiudicium tertij.*

DECISIO DCCCII.

DOmini tenuerunt, dandum esse mandatum de
manutenendo Io. Dominico, & non Iacobo, qa
constat de anteriori possessione Ioā. Dominici
ex impetratione Iacobi, vbi narratur Ioā. Dominicus in-
1 trusus, & sic constat ex confessione partis, &† ideo Ioan.
Dominicus venit manutenendus. Bar. in l. si duo. sub nu
me. 4. ff. vti possid.

Non obst. quòd Iacobus narrando Ioan. Dominicum
2 intrusum, confitetur eius possessionem vitiosam, &† con
fessio qualificata debet aut in totum acceptari, aut in to
tum impugnari. Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. ff. de
liber. lega.

3 Quia † id non procedit, quando præsumptio iuris est
contra confitentem, vt per Barto. ibi. Sed is, qui fatetur,
possessionem alterius esse vitiosam, habet præsumptio-
4 nem iuris contra se, quia † possessio de iure præsumitur
iusta, & legitima, & non vitiosa. argumen. l. meritò. ff. pro
Soc. & ita in specie declarat Aym. consi. 150. nu. 5.

Non ob. quòd Iacobus fuit immissus in possessionem
vigore decreti Episcopi Pennens. & Adrien.

5 Quia † illa possessio fuit instrumentalis, quæ alio exi
stente in possessione non suffragatur.

Non ob. quòd fuit capta auctoritate iudicis quo casu
6 non requiritur expulsio: idem enim operatur † immis-
sio in possessionem facta auctore prætore, quod opera-
tur violēta expulsio, per quam perditur omnis possessio
tam naturalis, quàm ciuilis, vt inquit Ange. in l. qui vni-
uersas. §. item cùm prætor. in fi. ff. de acquir. possessio. Po
7 test † enim iudex iuridice immittens aliquem in posses-
sionem, priuare possidentem omni possessione, vt tradit
idem Ange. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. num.
secundo, in fi. quem sequitur ibi Imol. ante nume. secun
dum, versi. in tex. ibi, occupauerit. Roman. nume. tertio,
versicu. secundo, Alexan. nume. secundo, in fi. Ias. nume-
ro 20. Claud. de Seisel. nume. tertio, ff. eodem titu. de ac-
quiren. possess. & hoc idem voluit Compostellan. in capi.
transmissam. colum. pen. in fi. versicu. de possessione alte-
rius, & ibi Ioan. And. col. pen. circa med. versi. ideo dixit.
But. numero decimoseptimo, in fi. versic. & hoc verum.
Card. quæst. quinta, versic. dicit etiam. Henric. Boich. sub
nume. quarto, & quinto, de electio. in capitu. cum aliqui
bus. nume. decimo, prope fi. versicu. quinimmo plus sen-
tiunt. de sent. & re iudic. Ferret. consil. quinto, nume. 9. in
fi. lib. primo.

Quia pro responsione dicitur, præmissa procedere,
quando iudex procedit iuridice, hoc est rite, & recte, &
quando eius sententia est iusta, & valida. vnde in casu
isto videndum est, an decretum Episcopi Pennen. &
Adrien. fuerit validum, quod pendet ab eo, an Ioan. Do-
minicus vere fuerit citatus, prout eum vocatum fuisse
8 in decreto enunciatur, quæ † citatio erat necessaria tum
ex dispositione iuris communis, capitu. licèt Episcopus.
de præben. lib. secundo. Tum ex forma literarum apostо
licarum gratiæ Iacobi, in quibus expresse dicitur, voca-
to Io. dominico.

Præterea possessio Iacobi fuit capta per procuratorē,
de cuius mandato non constat.

9 Non obst. locatio. Quia † illa regulariter non probat
possessionem. c. inter dilectos. de fide instrum.

10 Non ob. perceptio mercedis. Quia † illa est sola con-
fessio de recepto, cui non statur in præiudicium tertij. l.
Seia mancipia. in prin. ff. ad Trebellian. bene Rui. consil.
147. nu. 13. lib. j.

Maximè, quia tam locatio, quàm confessio facta est à
procuratore, de eius mandato non constat. Et ideo vi-
dendus esset processus de partibus.

Piscien. siue nullius iurisdictionis. Lunæ,
Octobris. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Fama sufficit ad probandum pertinentiam collationis ad*
inferiorem.
Declara, vt nu. seq.
3 *Ordinarius habet intentionem fundatam de iure communi*
super his, quæ spectant ad eius iurisdictionem.
4 *Præscriptio formata, aut immemorabilis, requiritur ad ac-*
quirendam pertinentiam collationis ad alium, quàm or-
dinarium.
5 *Negatiua, quòd non extat memoria in contrarium, non*
est res, de qua instrumentum, vel scriptura confici
possit.
6 *Fundamentum in verbis enunciatiuis instrumenti fieri non*
potest.
7 *Scientia, & patientia ordinariorum in præscriptione iuris*
conferendi requiritur.
8 *Libri computorum non probant ad fauorem creditoris.*

DECISIO DCCCIII.

1 LIcèt ad probandum pertinentiam † collationis ad
inferiorem, sufficiat fama, Rot. decisio. 3. de pro-
bat. in nou. Cassad. decisio. prima, in prin. eodem
titu. Dec. in capitu. primo, numero decimoquarto, de ap
2 pellat. hoc † tamen procedit, quando non directo agi-
tur, nec pronunciandum est super collatione, nec proui-
sus ab ordinario est in causa. Ægid. decisio. 570. Cassad.
d. decisio. prima, sub numero primo, & secundo.

3 Nam contra † ordinarium habentem fundatam in-
tentionem de iure communi, capitu. omnes basilicę. 16.
quæst. septima, ista non sufficiunt. Sed requiritur, aut prę
4 scriptio † formata, & consequenter titulus, bona fides,
& cursus 40. annorum, aut præscriptio immemorabi-
lis, prout in terminis iuris conferendi firmat Ægid. con
sil. 20. nu. 5. cum plurib. seq. alias col. 3. versi. secundo re-
quiritur. colum. tertia, circa med. & col. 17. in princ. ver.
circa quintum. sequitur Aym. consil. 134. nume. 14. cum
pluribus sequen.

Vnde in hac causa cum præsupposito, quòd Do. Præ-
positus Piscię sit ordinarius in hoc loco, & fundatam
habeat intentionem de iure communi, Domini dixe-
runt non constare de bono iure D. equitis Bandini, nisi
doceret, ecclesiam parochialem sancti Laurentij in Ca-
stro Collis iurisdictionis Præpositi, ad quam prætendit
ius instituendi, esse membrum suæ commendæ, quo ca-
su vigore priuilegiorum Pij Quarti, haberet ius insti-
tuendi.

tuendi. Ideo autem non constat de bono iure Bandini, quia non probat, nec quadragenariam cum titulo, nec immemorabilem, tum quia nulli testes sunt examinati, & regulariter immemorabilis per scripturas non probatur, cùm ista† negatiua, quòd non extat memoria in contrarium, non sit res, de qua instrumentum, vel scriptura confici possit. Ioan. And. in capitu. primo, in fine, de præscrip. lib. sexto, quem ibi sequuntur Gemin. col. quarta, prope fi. versicu. in eadem glo. Anchar. numero 9. Franc. nume. decimoquinto, versicu. per instrumenta autem. Alexan. consil. decimosexto, nume. decimoseptimo, lib. quinto, Balb. de præscrip. secunda par. tertię par. principip. quæst. 6. num. 25. Aym. de antiq. tempor. par. 4. §. materia ista. num. trigesimonono, Gabriel. de præscrip. conclus. j. nu. 81. Nat. consi. 639. nu. 103. & seq. lib. 3. Rebuf. de decim. q. 13. nu. 97.

Tum quia instrumẽtum institutionis de anno 1461.
6 est vnicum, & ideo super † eius enunciatiuis non potest fieri fundamentum. Aym. de antiq. tempo. par. prima, §. ampliatur. num. 14.

Tum & tertiò, quia non probatur, instrumentũ istud habuisse effectum, cùm non appareat, Baptistam de Fuizano à commendatore institutum accepisse possessionem, nec soluisse centum librarum septem pro institutione, vt intret consi. Calder. 12.

7 Tum etiam, & quartò, quia non cõstat de scientia, † & patientia ordinariorum, quæ in præscriptione iuris conferendi requiritur. bene Aym. dicto consilio 134. nume. decimooctauo.

Non obstant libri ecclesiæ cõtinentes ab anno 1442. vsque ad annum 1486. solutiones centum librarum septem pro institutione rectoris.

8 Quia† non probant ad fauorem ecclesiæ. Aym. de antiq. tempor. par. prima, §. quid in lib. nume. 1. 2. & 3.

Maximè, si in eis referatur conuentio inter vniuersitatem castri collis, & commendatarium, vt ad vniuersitatem ius præsentandi, ad ecclesiam, & commendatarium confirmatio præsentationis spectaret.

Non obst. vltimæ institutiones, quia sunt modernæ, cùm incipiant ab anno 1554.

Romanensis supplementi legitimæ. Veneris, 26. Octobris. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Pluralitas conditionum comprehensa sub vnica substitutione seu determinatione facta per nomen collectiuum, resoluitur ex mente testatoris in singularitates ita, vt vno decedente sine filijs substitutus admittatur. & quare. nu. 2. & 8. & hæc dicitur esse regula, nu. 4.*

Fallit, nisi supersit persona, quæ ex verisimili mente testatoris excludit substitutum. nume. 3. & hæc propriè dicitur fallentia, non autem regula. nu. 4.

Distingue tamen plenius plures casus. numero 6. 7. & sequen.

4 *Regula non dicitur esse, sed fallentia, quòd substitutus excludatur, si adsit persona, quæ sit in anteriori, vel pari gradu cum superstite.*

Regula verò hæc est, vt conditio facta pluribus per nomen collectiuum purificetur ad fauorem substituti etiam vno decedente sine filijs ex mente testatoris, non autem verborum rigore.

Distingue tamen, & declara, vt nu. 6. cum seq.

5 *Substitutus pluribus per nomen collectiuum, vt admittatur etiam vno decedente sine filijs, non est contra, sed præter significationem verborum.*

7 *Dispositio §. cùm ita. in l. hæredes mei. ff. ad Trebel. in quibus terminis procedat. & quare.*

8 *Testator quando duos instituit, eosq; inuicem substituit, & si ambo decesserint sine filijs, substituit Titium, hæc substitutio de persona Titij dicitur facta vltimo morienti.*

9 *Testator censetur grauasse vltimum qui successit primo, vt etiam partem restituat.*

10 *Testator si filiabus amborum institutorum præposuit masculum, multò magis prætulit filiabus vnius ex illis.*

DECISIO DCCCIIII.

DVbitaui die 5. Nouembris, 1584. In causa Rom. supplementi legitimæ, an per mortem Dom. Æmilij Alterij factus sit locus fideicommisso, seu substitutioni factæ per D. Martium Alterium ad fauorem D. Hieronymi Alterij.

Nam sciendum est in facto, quòd Dom. Martius 24. Aprilis, 1562. suum condidit testamentum, in quo hæredes vniuersales instituit Dom. Æmilium fratrem, & M. Antonium nepotem ex fratre pro æquali portione.

Et substituit his verbis videlicet: Quibus Æmilio, & Marco Antonio, & eorum cuilibet substituit eorum cuiuslibet filios masculos legitimos, & naturales, & moriẽte dicto Marco Antonio sine filijs legitimis, & naturalibus masculis, substituit sibi Do. Æmilium, & eius filios masculos legitimos, & naturales: & similiter decedente D. Æmilio sine filijs legitimis, & naturalibus masculis, eidem substituit M. Antonium, & ipsius filios masculos legitimos, & naturales.

Et decedentibus ambobus dictis Æmilio, & M. Antonio sine filijs legitimis, & naturalibus masculis, ei substituit Do. Hieronymum patruum testatoris, & ipsius Hieronymi filios masculos legitimos, & naturales. Obijt D. Marcus Antonius superstite sibi Octauio eius filio legitimo, & naturali, qui similiter obijt in infantili ætate ante mortem dicti Æmilij, & deinde obijt dictus Æmilius nullis relictis filijs masculis, sed tantum filia fœmina, quæ prætendit non fuisse factum locum fideicommisso ad fauorem Do. Hieronymi. Ideo dedi dubium, de quo supra, quod Domini resoluerunt affirmatiuè, nempe factum esse locum fideicommisso ad fauorem Domini Hieronymi.

Nam votando causam secundum communes, & rece
1 ptas conclusiones dixerunt, quòd† substitutio fideicommissaria facta pluribus per nomen collectiuum, si vterque, si ambo, si omnes decesserint sine liberis, quamuis secundum proprietatem verborum requiratur obitus sine filijs vtriusque, siue amborum, siue omnium, & ꝙ conditio debeat verificari in vtroque, siue ambobus, siue omnibus, nihilominus secundum præsumptam mentem testatoris pluralitates resoluuntur in singularitates, & vno decedente sine filijs admittitur substitutus.

2 Et ratio est, quia† si testator voluit per vltimo morientem sine filijs totum habere, censendum est etiam eum voluisse habere partem. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia.

3 Hęc† tamen regula fallit, quando supereſt persona, quę ex verisimili mente testatoris excludit substitutum. l. pe. C. de impuber.

Et ita post Bar. in d. §. cùm ita. in fine, tradunt communiter Doct. ibi, & in d. l. pe.

Et hanc esse communem opinionem testantur Alexand. numero 9. versicu. sed aduerte, & ibi Dec. numero sexto, Rip. in dicto §. cùm ita. numero 143. & ante numerũ 145. vbi inquit, durum esse à communi recedere. & ibi Ruin. numero 121. & 122. Socin. iun. numero 97. Bologner.

logner. numero 259. 260. & sub nume. 263. & Zanch. sub nume. 107. & Torniel. sub numero 136. bene Aym. consil. 109.

4 Non† est ergo regula prout exemplo dicitur, quòd substitutus excludatur si adsit persona, quæ sit in anteriori, vel pari gradu cum superstite: sed regula est, quòd licèt rigor verborum requirat existentiam conditionis in vtroque, siue in ambobus, mens tamen præsumpta testatoris aliud suadet. Et† ista interpretatio non est con-
5 tra, sed præter significationem verborum, vt per Torniel. in dicto §. cùm ita. nu. 137.

Et quamuis Angel. consil. 80. nume. quinto, versicu. super eo. & consil. 109. nume. primo, versicu. secundo continetur. Dec. consil. 594. nume. secundo & tertio, Socin. iun. consil. 158. num. 51. 52. & 54. libro secundo, videantur constituere regulam in contrarium, tamen communis opinio est, vt supra deductum fuit, qua stante Doct. distinguunt duos casus principales.

Primus casus est, quando purificatur conditio in pri-
6 mo moriente, & † tunc, aut adest substitutio reciproca expressa, vt in d. §. cùm ita, & tunc substitutus non succedit: aut non adest substitutio reciproca expressa, & tunc, aut hæredes instituti sunt de liberis, & tunc, quia adest persona verisimiliter magis dilecta, substitutus excluditur, & proprie intrat tex. in d. l. pen. aut hæredes instituti sunt extranei, & tunc iste casus maiorem habet difficultatem, tamen communis est, vt supra diximus.

Secundus casus principalis est, quando conditio defi-
7 cit in primo, & purificatur in vltimo moriente, & † in istis terminis procedit d. §. cùm ita. sub numero 157. & per Modern. de coniectu. lib. vndecimo, titu. quinto, sub numero 29.

8 Et ratio huius conclusionis est, quia† quando testator duos instituit, eosque inuicem substituit, & si ambo decesserint sine filijs, substituit Titium, hæc substitutio de persona Titij dicitur facta vltimo morienti, quia primo morienti est substitutus cohæres. Vult ergo testator, quòd si vltimus decedat sine filijs, substitutus totam habeat hæreditatem: ergo præsumitur etiam voluisse, qđ habeat partem, si deficit conditio in primo moriente, & cessat reciproca, vt proprie inquit tex. in dicto §. cùm ita. ibi, absurdum esse respondi cessante prima substitutione partis nepti petitionem denegari, quam totum habere voluit auus, si nouissimus fratris quoque portionem susceperisset.

9 Vnde† si quando vltimus successit primo, testator voluit grauasse vltimum, vt restituat totum, ergo multò magis eum cẽsetur grauasse, vt restituat partem, Alexan. in d. l. penul. numero 9. Aym. dicto consil. 109. sub numero primo, Ruin. d. §. cum ita. numero 122. & ibi bene Torniel. nume. decimo, cum sequen. Bologner. numero 58. & 59. qui licèt velit, quòd in terminis illius §. qui sunt ijdem cum casu nostro, pluralitas non resoluatur in singularitatem, quia fit violentia verbis, tamen dicit, quòd præsumitur testatorem fecisse aliam substitutionem in persona vltimo morientis sine filijs.

Et quando hoc esset verum, quod repugnat interpretationi omnium Doct. sat est, quòd hic etiam præsumitur, testatorem fecisse aliam substitutionem in persona vltimo morientis, quia casus noster est idem cum casu d. §. cùm ita. voluit enim testator in casu isto vltimo morientem restituere totum Hieronymo, ergo voluit etiam restituere partẽ, si primo morienti non successit.

His stantibus deberet filia Æmilij, siue eius nomine monasterium turris Speculorum docere, quòd subsit persona, quæ ex verisimili mente testatoris debet excludere substitutum, quam personam subesse nullatenus Dominis videbatur, nam vtebantur eodem argumento quo vtitur I. C. in dicto §. cum ita. videlicet à maiori. si
10 † enim testator filiabus amborum institutorum prępo suit Hieronimum, multò magis prætulit filiabus vnius ex illis.

Non potest ergo dici, quòd supersit persona, quæ ex verisimili mente testatoris excludat substitutum: immo apparet manifeste, quòd testator eum prætulit: si enim conditio impleta fuisset in persona primi morientis, certum est, quòd substitutus excluderet filiam Æmilij.

Potentin. quartæ. Lunæ, 5. Nouembris. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio, vt operetur rescissionem transactionis, debet opponi à partibus, & peti res in ea contentæ. & nu. 3.*

2 *Dispositio l. si diuersa. C. de transact. loquitur conditionaliter in illis verbis, refusa pecunia.*

3 *Refusio pecuniæ seu restitutio de qua in l. si diuersa. C. de transact. vt operetur rescissionem transactionis, non debet offerri, sed peti à partibus.*

4 *Successor ex contractu prædecessoris non tenetur, nisi nomine ecclesiæ, & seruata iuris solemnitate contraxerit.*

DECISIO DCCCV.

QVoad primam partem dubij conclusum, Episcopum Potentin. teneri ad restitutionem fructuum quartæ perceptorum vigore transactionis inter eum, antecessorem, & clerum Pincerni initæ.

Nec obstare, quòd Episcopus non tenebatur, nisi prius restitutis sibi terris, & decimis à clero in transactione habitis, iuxta l. si diuersa. C. de transact.

1 Quia† oportet, Episcopum oppponere de restitutione earundem terrarum, & decimarum easque petere.

Nec rursus obstare, quòd clerus absque oppositione, & petitione Episcopi tenebatur prius restituere recepta ad hoc, vt posset agere ad rescissionem transactionis, &
2 ad restitutionem fructuum quartæ, cùm † text. in dicta l. si diuersa. dicat, refusa pecunia, & sic loquitur conditionaliter, prout ponderat ibi Iaſ. nu. j. in fi.

3 Quia† illa refusio pecuniæ intelligitur volente eo, cui est refundenda, & sic non est offerenda, sed fieri debet ad petitionem partis, prout tenet ibi Curt. sen. numero tertio, post med. versicu. posset responderi, dicens, illa verba, refusa pecunia, referri ad illa verba subsequẽtia, causam ex integro agi, quasi velit textus, quòd postquàm petierit pecuniã, & refusa fuerit, poterit causam de nouo agere, & sic secundum eum pecunia refundenda debet peti.

Quoad secundam partem dubij conclusum, Episcopum teneri ad restitutionem fructuum à se duntaxat perceptorum, nõ autem ad restitutionem eorum, quos
4 eius prædecessor percepit, cùm † successor non teneatur, nisi quando prædecessor nomine ecclesię, & vtiliter, & seruata debita solemnitate iuris contraxit. capitu. primo, de solutio. Rot. decisio. prima, in princip. versicu. si vero. de locat. in nou.

Et nisi ad conuersa in vtilitatem ecclesiæ. Rot. decis. quadragesimaprima, de proba. in antiq. Alciat. consi. 14. nume. sexto.

Dixerunt etiam Domini, Episcopum non teneri ad restitutionem fructuum à se perceptorum, nisi quatenus excedunt fructus bonorum, quæ clero in transactione

factione dedit, & pro rata compensationem fieri debere, dubium non esse.

Romanensis extinctionis census. Mercurij, 7. Nouembris. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Confessionis natura est, vt minus præiudicet, & semper interpretetur in fauorem confitentis.*
2 *Res empta ex pecunijs alienis efficitur ementis. Fallit nisi nomen emptoris fuerit simulate appositum. numero 3.*
4 *Simulatio probatur per confessionem veritatis, & per recognitionem bonæfidei.*
5 *Simulatio tripliciter probatur, scilicet à priori, posteriori, & vtroque simul.*
6 *Indefinita in confitente non æquipollet vniuersali.*
7 *Renunciatio est stricti iuris, in qua non veniunt, nisi expressa.*
8 *Principali sublato non intelligitur sublatum accessorium, licèt concesso principali intelligatur etiam concessum accessorium.*

DECISIO DCCCVI.

DOmini recesserunt à resolutione vltimo loco facta stante instrumento societatis anni 1550. de nouo producto, quia ex eo apparet, quòd mens Arditij erat accedere in societatibus, quæ super officio notariatus Rotæ, de quo agitur, contrahebantur, nec propterea intendebat iuri suo renunciare: licèt enim fateretur dictum officium esse Prosperi, tamen intelligebat de illo nudo titulo, qui penes eum residebat, & qui per eius obitum vacabat.

Vnde redditur æquiuoca probatio Mercurij, cùm eo modo Arditius accesserit post recognitionem bonæfidei, sicut prius. Quemadmodum igitur certum est, quòd prius non intendebat sibi præiudicare, ita etiam dicendum est postea, præsertim ad effectum euitandi renun-
1 ciationem iuris sui, maximè, quia id conuenit. cùm † natura confessionis sit, vt minus præiudicet, & semper interpretetur in fauorem confitentis. l. si quis intentione ambigua. ff. de re iudic. Vnde Rota alias interpretata fuit possessionem pro nuda detentione facti. Mohed. decis. trigesima septima.

Non ob. quòd sit maxima ratio diuersitatis inter instrumentum societatis anni 1550. & instrumenta societatum annorum 1552. & 1554. quia hæc celebrata fuerunt post recognitionem bonæ fidei, & cõfessionem Prosperi, quòd dictum officium pertinebat ad Arditiũ, & quòd ipse nudum tantum nomen habebat: illud verò celebratum fuit antea, & sic tempore, quo dominium dicti officij erat penes Prosperũ. Quamuis enim esset emptum pecunijs proprijs Arditij, tamen, cùm fuerit emptum in persona Prosperi, fuit ei dominium quæsitum,
2 licèt teneretur ad restitutionẽ pecuniæ: res † enim empta ex pecunijs alienis efficitur ementis. l. prima, & ibi Bal. Ange. Saly. & Pau. de Cast. C. si quis alter. vel sibi. Docto. in l. si vt proponis. C. de rei vend. & in cap. inquirendum. de pecul cleric. Martin. Laud. consi. 33. nu. 3.

Si quidem pro responsione dicitur, quòd res empta
3 ex pecunia aliena non efficitur ementis, quando † nomen emptoris fuit simulatè appositum. Bald. in l. 3. in prin. C. si quis alter. vel sibi. Pau. de Cast. in l. multum. nume. 3. C. eod. titu.

Nomen autem Prosperi in casu nostro fuisse simulatum, patet ex eo, quòd ipse postea recognoscendo bonã
4 fidem fassus est dictum officium pertinere ad Arditiũ, & se nudum tantum nomen habere: nam † per confessionem veritatis, & per recognitionem bonæ fidei probatur simulatio. Bal. in d. l. multum. num. secundo, versi.
5 sed quomodo probatur, vbi inquit, simulationem † tripliciter probari, videlicet, à priori, vel à posteriori, vel ab vtroque simul, & subdit simulationem probari secundo modo, scilicet, à posteriori, quando emptor post contractum confessus est sic se habere veritatem, recognoscendo bonam fidem. & Bal. sequitur ibi Salyce. colum. secunda, in med. versicu. sed tunc quæro qualiter. & Paul. de Cast. nume. 3. versicu. sed quæ sunt istæ coniecturæ.

Quoad secundam partem dubij, Domini tenuerunt, Arditium ex eo, quòd confessus fuit, dictum officium esse Prosperi, non sibi præiudicasse in medietate scripturarum dicti officij, tum ob naturã confessionis, quæ est, vt interpretetur ad fauorem confitentis, & vt minus ei
6 præiudicet, & † in qua indeffinita non æquipollet vniuersali. Corn. consil. 103. sub nu. 3. lib. j.

7 Tum etiam ob naturam renunciationis, quæ † est stricti iuris, in qua non veniunt, nisi expressa. Calder. consilio 5. in fi. de præb. Dec. consi. 379. nu. 3.

Nec placebat Dominis, quòd scripturæ sint accessoriæ ad officium, & quòd secundum motum proprium Iulij Tertij sint inseparabiles à titulo, & quòd ideo confessio Arditij super officio trahatur ad scripturas.

Quia responsum fuit, quòd sunt accessoriæ, & inseparabiles à titulo respectu exercitij. & ita loquitur motus proprius Iulij Tertij, non autem respectu dominij, cuius respectu scripturæ diuersam omnino naturam habent à titulo: nam scripturæ possunt esse vnius, titulus alterius: scripturæ transeunt ad hæredes, titulus non.

Vnde sumus in accessorio, quod sine principali con-
8 sistere potest, quo casu † quamuis concesso principali videatur etiam concessum accessorium, tamen sublato principali non erit accessorium sublatum, prout post Lap. limitat Franc. in regu. accessorium. numero tertio, versicu. quod tamen limita. de reg. iur. lib. 6. Cagnol. in l. cùm principali. num. decimoquinto, post med. versi. vel nisi. ff. eo. titu.

Zamoren. fructuum. Lunæ, 12. Nouembris. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ex lapsu fatalium dicitur transiisse in rem iudicatam.*
2 *Possessio impeditur per litis pendentiam super spolio.*
3 *Clausula, statum & merita causæ, quid operetur.*
4 *Iudex non condemnando videtur absoluisse.*
5 *Officium iudicis mercenarium dicitur inseruire actioni.*
6 *Fructus, qui peti possunt iure actionis, & officio iudicis, si iudex omittat condemnationem, possunt nihilominus postea peti.*
7 *Mentio de re iudicata notoriè iniusta, & nulla non est facienda.*
8 *Fructus in iudicio reintegrandæ debentur iure actionis, extantes rei vendicatione, consumpti condictione sine causa.*

DECISIO DCCCVII.

QVoad primum dubiũ cõclusum fuit absq; difficultate, sententiam † ordinarij transiuisse in
1 rem iudicatam propter lapsum fatalium. Sententia enim lata fuit 13. Decembris, 1569. Et ab inde citra

citra non reperiuntur, nisi duę prorogationes fatalium. Vnde computato etiam biennio clare constat de lapsu fatalium.

Quoad secundum dubium, an stante re iudicata fructus, de quibus agitur, debeantur Tirso? Quòd non debeantur, pro parte confratrum tria deducuntur.

Primò, quòd subrogatio Tirsi fructus non comprehendit.

Secundò, quòd subrogatio est subreptitia, tum quia non fuit facta mentio rei iudicatæ, tum quia falsò narratum fuit, quòd lis penderet.

His tamen non obstantibus contrarium Domini concorditer concluserunt.

Et primum nõ obstat, quia in subrogatione narratur spolium Ioannis, & Tyrsus subrogatur quoad possessio-
2 nem, & spolium, & lis † pendebat expresse super spolio. Ægid. decisio. 366. Put. decis. 226. libro 2. & decis. 159. & 361. lib. tertio.

Secundum non ob. quia quantum ad illud, quòd falsò narrata fuit litis pendentia, dicitur, quòd re vera lis pendebat, quia Ioannes agebat spolio, quod nõ erat purgatum, prout Rota pluries resoluit, nec fuit restitutus ad possessionem, cùm pluries resolutũ fuerit, illas obla-
3 tiones confratrum non satisfeciſſe, & † clausula, statum & merita causæ, omnem tollit difficultatem. Achil. decisio. 8. de commissio.

Quo verò ad illud, quòd non fuit facta mentio rei iudicatæ, dicitur, quòd res iudicata non aderat, quia quoad fructus perceptos ante spolium, quos Ioannes præteri debat sibi deberi in absentia, ex quo deseruiuit per substituturn, causa fuit remissa ad curiam.

Quo verò ad fructus perceptos post spolium non potest dici adesse rem iudicatam, cùm super illis iudex non pronunciauerit, nec condemnãdo, nec absoluendo.

4 Et quamuis † non condemnando videatur absoluisse. l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. id tamen non prouenit ex eo, quòd iudex pronunciauerit, sed ex eo, quòd cùm fructus petantur officio iudicis mercenario deseruiente actioni, non possunt terminato negotio princi-
5 pali peti, quia nulla adest actio, cùm † officium iudicis posset inseruire. & ita loquitur Innocen. in capitu. grauis. versicu. item si agitur. de restitutione spoliatorum. Bald. in l. cum propria. numero quarto, C. si quis alter. vel sibi.

6 Vnde † quando sumus in casibus, in quibus fructus, & iure actionis, & officio iudicis peti possunt, si iudex omittat condemnationem, possunt nihilominus postea peti. Ægid. d. c. grauis. nu. 39. ver. horum occasione. & ibi Abb. nume. 20.

Præterea etiam si adesset res iudicata, in omnem euẽ
7 tum erat notoriè iniusta, & consequenter nulla, quo † casu mentio de re iudicata facienda non erat. Fely. in capi.
8 super literis. nu. 15. de rescrip. In iudicio autem † reintegrandæ fructus debentur iure actionis, extantes rei vendicatione, consumpti condictione sine causa. ita Host. in c. olim. il 2. in verbo, fructibus. de restitut. spoliato. Collectar. d. c. grauis. nu. 3. & ibi Ægid. nu. 19. versic. quinto principaliter quæro, & sic sumus in casu, in quo fructus debentur iure actionis.

Romanen. hæreditatis de Cauaragij s. Mercur. 21. Nouembris. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Spurij nomen comprehendit tam conceptos ex damnato coitu, quàm ex non damnato.*
2 *Spurius in dubio præsumitur natus ex non damnato coitu. & num. 4.*
3 *Delictum, quod est minus præsumendum est, quãdo ex duobus delictis vnum præsumi debet.*
4 *Filius in dubio spurius præsumitur ad differentiam prope priè naturalis.*
5 *Stuprum commissum cum plebeia non est punibile.*
6 *Verbum, vulgaris, interpretatur plebeia.*
7 *Stuprum commissum cum mulieribus vilis conditionis non est punibile.*
8 *Coitus cum muliere impudica licèt non sit publica meretrix, non est punibilis.*
9 *Coitus cum muliere, vt sit punibilis, iura in ea requirunt honestatem vitæ.*
10 *Stuprum licèt committatur, non sequitur consequentia, vt sit punibile, nisi committatur cum muliere honestè viuente.*
11 *Stuprum in vidua commissum puniri non solet. Immo in regnis Hispaniæ de generali consuetudine est abolita pœna stupri in ea commissi.*
12 *Stuprum commissum cum muliere, quæ statim post illud commissum se publicè exhibuit, non punitur, & quare.*

DECISIO DCCCVIII.

QVoad primam partem dubij conclusum fuit, Marcellum præsumi spurium, & non naturalem ex ratione, & auctoritatibus deductis in discursu.

Quo verò ad secundam partem Domini dixerunt, Marcellum, etiam si sit spurius, potuisse succedere Imperiæ matri, & consequenter sententiam Rotalem confirmandam esse.

Et ratio Dominorum duplex fuit.

1 Prima, quia cùm hoc † nomen, spurij comprehendat tam conceptos ex damnato coitu, quàm ex non damnato, l. vulgò concepti. ff. de stat. homin. Ludouic. de Sard. de natural. liber. par. secunda, §. de spuriorum appellatione. Ioan. Igne. in l. prima, §. domini. 3. nume. quadragesimoprimo, in fi. ff. ad Syllanian. Siluester Aldobrand. in §. si aduersus. numero tertio, Institut. de nup. late Paleott. de not. & spur. capitu. decimosexto, num. quarto, & quin
2 to, in † dubio quis præsumendus est magis natus ex non damnato coitu, quàm ex damnato: quia quando ex duobus delictis, vel prohibitis vnum necessario præsumi de-
3 bet, tunc † in dubio præsumendum est illud delictum, vel prohibitum, quod est minus, ad l. si præses. ff. de pœn. Bal. in l. fina. numero decimotertio, prope fin. ff. de ædil. edic. Aret. consi. trigesimoprimo, numero sexto, versicu. ad secundum dicimus. Ruin. consil. 199. numero tertio, libro secundo, & consil. primo, num. tertio, ver. & quamuis. lib. quinto, Alciat. de præsump. reg. 3. præsump. 6. Gabriel. de crimin. conclus. secunda, nume. sexto, Aym. consil. 681. nu. 9. lib. 4. & consi. 6. nu. 69. lib. j. Rolan. consil. j. nu. 36. & 37. lib. 3.

Non ob. Doct. dicentes, quem præsumi spurium.

4 Quia † loquuntur ad differentiam filij simpliciter vere, & propriè naturalis, non autem ad differentiã spurij concepti ex damnato, vel non damnato coitu.

Nullus enim Doct. dicit, spurium præsumi in dubio conceptum ex damnato coitu.

Secunda ratio fuit, quòd Imperia tempore cõceptionis Marcelli non erat virgo, cùm plures antea peperierit filios, vt constat ex testibus: & quamuis etiam fuisset vi-
5 dua, tamen cùm † esset plebeia, stuprum cum ea commissum non erat punibile. l. si vxor. ff. ad l. Iul. de adulte.

ibi,

ibi, sed & in ea vxore potest maritus adulterium vindicare, quæ vulgaris fuerit, quamuis si vidua esset, impune in eum stuprum committeretur.

6 Nam illud † verbum, vulgaris, interpretatur plebeia. secundum Bude. in adnot. in pandect. ad d.l. si vxor. pag. mihi 57. ver. quod autem. sequitur Alciat. lib. secundo parerg. c. 40.

7 Et quòd † stuprum commissum cum mulieribus vilis conditionis non sit punibile, no. Barto. in d.l. si vxor. in finalibus verb. & ibi Angel. in §. sed & in ea. in vltimis verbis, Bald. consil. 206. nume. j. vers. & si dicatur. libro tertio, Gozadin. consilio vigesimoprimo, nume. quinto, versicu. præterea. Aym. consil. 166. nume. sexto, Couar. in epich. par. secunda, capitu. 8. §. quinto, num. decimoseptimo, prope fin. ver. nam commissum.

Vnde cùm text. in d.l. si vxor. vers. sed & in ea sit clarus, non est habendum in consideratione, quod dicit Mathesil. de succes. ab intesta. secundo membro primi artic. sub num. septimo, contra Barto. in l. fi. num. 4. ff. de his quibus, vt indig. quem plures sequuntur, de quibus in discursu.

8 Et quòd † coitus cum muliere impudica, quæ non sit publica meretrix (plures tamen licèt secrete admittit) non sit punibilis propter inhonestam vitam. Paul. Ghirlan. de pœn. omnifar. coit. §. septimo videndum est. nu. 5. ver. quarto etiam fallit.

9 Quia † adhuc, vt accessus ad mulierem sit punibilis, iura requirunt, vt honestè viuat. l. inter liberos. l. stuprū. ff. de adulter. §. item lex Iulia. Insti. de public. iudic. vt ibi per eum. quem refert, & sequitur Addit. ad Mathesil. sing. 99. nu. 7. ver. idem erit. & nu. 8.

Non ob. quòd stuprum committatur etiam cum mulieribus inhoneste viuentibus. l. stuprum. ff. de ritu nup. l. stuprum. ff. de adulter.

10 Quia † non tenet consequentia, committitur stuprū, ergo est punibile, prout in specie respondent ad d.l. stuprum. de ritu nupt. Ghirland. & addit. ad Mathesil. vbi supra. Tunc enim stuprum est punibile, quando committitur cum muliere honestè viuente.

Et quòd detur stuprum non punibile, probat text. in dicta l. si vxor. ibi, impune in eam stuprum committi-
11 tur. Idque tantò magis in vidua, † pro cuius stupro neminem vidisse puniri inquit Clar. §. stuprum. versic. cæterum pro stupro. & pœna stupri in vidua commissi in regnis Hispaniæ de generali consuetudine abolitam esse testatur Anton. Gom. super ll. taur. 8. nu. 14.

Non ob. quòd Imperia tempore, quo concepit Marcellum, non erat inhonestæ vitæ.

Quia testes plura dicunt, quæ hoc suadent. & quando etiam non fuisset, tamen quia incontinenti subsecuta fuit eius inhonestas, quam pars non negat, hoc sufficit, cùm inde eius animus corruptus deprehendatur, per ea quæ tradit Iacob. de Beluis. in pract. crimin. tit. de lenonib. nume. duodecimo, versic. nam eadem ratione.
12 vbi inquit, quem † excusari à pœna stupri commissi cū muliere, quæ statim post commissum stuprum se publicè exhibuit, quia animum corruptum videbatur habere, per iura ibi per eum allegata. sequitur addit. ad Mathesil. sing. 99. nu. 6. ver. limita etiam &c.

Burgen. expensarum. Lunæ, 19. Nouembris. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ inexactæ transeunt ad successorem, sicut pecuniæ redactæ ex fructibus ecclesiæ.*

2 *Prælatus translatus potest petere fructus sibi debitos ratione beneficiorum, quæ ante translationem obtinebat.*

3 *Capitulum dare non potest de iure ad cameram spectante.*

DECISIO DCCCIX.

DOmini recesserunt à resolutione vltimo loco facta sub die 14. Martij præteriti.

Quia quamuis vera sit opinio, quam Rota tenuit in illa Pisanen. liquidationis fructuum coram Oradino 20. Nouembris, 1570. non tamen applicatur ca sui nostro: nam ibi tempore rei iudicatæ viuebat Cardi
1 nalis Pisanus, cui fructus, de quibus agebatur, debebantur: hic verò Cardinalis Mendozza tempore rei iudicatæ mortuus erat.

Vnde si pecuniæ, de quibus agitur, exactæ fuissent, pertinerent ad successorem, cùm sint pecuniæ ecclesiæ redactæ ex fructib. ecclesiæ, ergo † etiam in exactæ tran
1 seunt ad successorem. capitu. relatum. il secondo, de testamen. c. inquirendum. & c. fi. de pecul. cleric. Doct. in cap. præsenti. de of. ordin. lib. 6.

Et magna est differentia inter prælatum viuum, & defunctum, prout patet exemplo prælati translati, qui
2 † potest petere fructus sibi debitos ratione beneficiorum, quæ ante translationem obtinebat. Rot. decisio. vnica, de translat. episc. in antiq. Ægid. in capitu. si quis. numero decimo, versicu. vltimo quæro. vigesimaprima, quæstio. prima, Pauin. de offic. & pot. capitu. sede vacan. par. secunda, quæst. octaua, nume. vigesimooctauo, Nic. de Vbald. de succes. ab intesta. cleric. §. finita. numero vndecimo, versicu. sed circa hoc quæro. licèt in hoc dissentire videantur Ancharan. consil. centesimoquinquagesimooctauo, nume. primo, versicu. primo namque. Card. consil. 110. nu. j. & 2.

Non obst. illa diligentia Cardinalis Mendozza in obtinenda sententia.

Quia nil aliud potest operari, nisi vt illi fructus habeantur pro collectis: non tamen potest facere, vt sint consumpti. Vnde si pecuniæ istæ re vera extarent, perti-
3 nerent ad successorem, vel ad cameram, † de cuius iure capitulum dare non potest. Put. decisio. 4. de excep. nisi Cardinalis Mendozza habuisset facultatem testandi, & testatus fuisset.

Potentin. quartæ. Lunæ, 26. Nouembris. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Transactio potest de communi partium consensu rescindi, & annullari sine aliquo actu retrosimili. ex communi.*

2 *Agens ad rescissionem transactionis non tenetur offerre accepta vigore transactionis.*

3 *Transactio rescindi potest, etiam quòd pars non restituat accepta.*

4 *Agens ex contractu debet prius implere pro parte sua, aliàs repellitur.*

5 *Contractum rescindere volens debet prius restituere, quod accepit.*

6 *Iudicium in contractu valet absque oblatione parte non opponente. ex magis communi.*

Immo etiam si pars ante sententiam opponat, & persistat in eadem oppositione, & iudex non obstante tali oppositione procedat ad vlteriora, tenet processus si pars non appellat. nu. 8.

7 *Oblatio sufficit lite pendente ante sententiam.*

Agens

9 *Agens ad rescissionem transactionis non tenetur offerre restitutionem eius, quod habuit virtute ipsius transactionis.*

Fallit, nisi pars opponat. nu. 10. & 11.

DECISIO DCCCX.

DVbitaui in causa Potentin. quartæ, an clerus veniens contra transactionem teneretur, Episcopo non opponente, offerre restitutionem eorū, quæ habuit vigore eiusdem transactionis?

Et concluſum fuit, oblationem non fuisse necessariam, nisi parte opponente. Moti sunt Domini ex pluribus.

1 Primò, quia potest communi cōsensu † à transactione recedi, nec requiritur actus retrosimilis, vt per Curt. sen. in l. si diuersa, numero secundo & tertio, & ibi Curt. iun. nume. 1. & 2. vbi testatur de communi. C. de transa. per quas auctoritates Gabriel. de transact. conclusio. pri-
2 ma, nume. 51. signanter dicit, quòd † agens ad rescissionem transactionis non tenetur offerre accepta vigore transactionis.

Secundò per text. in l. qui Romæ. §. Seia hæres. ff. de verborum obliga. vbi procedit iudicium † rescissionis
3 transactionis, etiam quòd pars non restituat accepta. & ibi Ias. num. 19.

Tertiò ex dictis ab Anchar. consil. trigesimoquarto. nume. vndecimo, vbi vult, quòd quemadmodum, quan-
4 do agitur † ex contractu, is, qui agit, debet prius implere pro parte sua, aliàs repellitur. l. Iulianus. §. offerri. ff. de
5 actio. empti. ita etiam in † distractu, qui vult rescindere contractum, debet prius restituere, quod recepit, vt idem operetur propositum in proposito, quod oppositum in oppositō. & Anchar. sequitur Nat. consil. 361. nume. primo.

6 Sed † in contractu valet iudicium absque oblatione parte non opponente. Roman. in l. filiæ licet. sub numero octauo, & ibi Alexan. nume. tertio, versicu. sed ista. Ias. nume. primo, Rimin. num. secundo, C. de collatio. idem Ias. in l. iurisgentium. in princ. nume. secundo, ff. de pact. Dec. consil. 298. num. primo, Bertrand. consil. 154. nume ro 14. lib. secundo, par. prima, Fel. in c. in tantum. num. 4. ver. vt intelligas. de simon. Afflic. decisio. 220. numero 4. ver. & pro hoc. Grammat. decis. 66. nume. 23. Nat. consilio 477. nume. 3. cum alijs cumulatis per Tiraq. de retract. Lignag. §. primo, gl. 17. nu. 4. Ex quibus patet, hanc esse magis communem sententiam.

7 Et sufficit † oblatio lite pendente ante sententiam, vt per Pau. de Cast. consil. 166. ad fi. lib. primo, per l. si rem. §. fina. ff. de pignor. actio. Tiraq. de retract. Lignag. §. primo, glo. 18. nu. 13. Put. decisio. mihi 140. incipien. eadem die fuit resolutum. lib. 2. & fuit tentum in vna Tirasonē. decimarum 8. Octobris. 1576. coram R.P. D. Robuster.

8 Immo † etiam si pars ante sententiam opponat, & persistat in eadem oppositione, & iudex non obstante tali exceptione procedat ad vlteriora, tenet processus, si pars non appellat, prout fuit tentum in eadem Tirasonen. decimarum. Ergo eadem ratione in distractu, & per consequens in rescissione transactionis debet valere iudicium sine oblatione parte non opponente.

9 Et quòd † agens ad rescissionem transactionis non debeat offerre restitutionem eius, quod habuit virtute ipsius transactionis, tenet Afflict. dicta decisio. 220. numero quinto, versic. & ideo debuit. Grammat. decis. 66. nu. 23. & fuit resolutum in eadem causa Tirasonen. decimarum 4. Februarij. 1577.

Non ob. quod dicit Afflict. d. decis. 220. nu. 4.

10 Quia † intelligitur parte opponēte, prout expresse dicit numero quinto, versicu. & ideo debuit, & ita etiam debent intelligi Paris. consil. nonagesimosexto, numero 112. libro primo, & Chisanen. decisio. centesimanonagesimasecunda, incip. si quis velit venire, cùm ambo citent decis. Afflict.

Non ob. decis. Put. 353. num. 6. lib. j.

11 Quia illud, quod dicit ibi Put. quòd is, qui recepit † aliquid in transactione, debet prius restituere, quod recepit, & postea recedere à transactione, intelligitur, parte opponente.

Roman. literarum cambij. Die 10. Decembris. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Literas recipiens simpliciter, & sine contradictione non censetur consentire, & approbare contenta in illis, ad eaq; se obligare. & nu. 4.*

Contraria tamen est magis communis. numero 9. cum seq. & nu. 17. & 33. concurrente scientia. & nu. 23. vsque ad num. 30.

Limita hanc communem non procedere ad effectum obligandi procuratorem ad suscipiendum iudicium, & defendendum suum principalem. nu. 44.

2 *Pater quare non contradicendo videatur consentire in mutuo facto filio iuxta l. si filiusfamilias. la seconda. ff. ad Macedonia.*

3 *Præsentia, & taciturnitas patris, quod operata fuisset ab initio, idem operatur eius scientia superueniens ex post facto cum taciturnitate: secus tamen in extraneo.*

5 *Recipiens literas simpliciter sine protestatione, & sciens contenta in illis, videtur tunc consentire, quando mandatum in eis contentum cōcernit iudicialia. & scribens cauet pro eo, ad quem scribit: secus tamen si concernit extraiudicialia. & quare.*

Amplia in quacunque epistola missa ad obligandum. numero 7.

6 *Consentire non videtur per simplicem receptionem literarum, nisi interueniant omnia requisita, de quibus in clemen. 1. de procur.*

8 *Recipiens literas mandati, & sciens cōtenta in eis, tunc demum præsumitur consentire, si cautio debito modo interueniat, aliàs deficit præsumptio consensus.*

10 *Mercatores accipientes literas, & non contradicentes, eo ipso dicuntur ratificasse.*

11 *Literæ cambij eo ipso, quòd sunt lectæ, & receptæ, dicuntur approbatę, nisi in contrarium protestatum fuerit. ex communi. nu. 23. & nu. 30.*

12 *Campsores acceptantes literas cambij non possunt postea solutioni contradicere, etiam si mercator, qui literas scripsit, decoxerit.*

Declara tamen, vt ibi.

13 *Recipiens scienter epistolam sibi directam, in qua sibi mandatur, vt soluat certam pecuniam pro mandante, videtur in dubio recepisse animo suscipiendi mandatum, & ad hoc cogi poterit.*

14 *Mercator recipiens literas cambij, & eis lectis ponens eas in filcia, & non contradicens, videtur acceptasse illas, & se obligasse ad contenta in eis.*

15 *Campsores prudentes, quando recipiunt literas cambii, & nolunt eas approbare, scribunt in dorso literarum se illas recepisse, & non acceptasse, quæ scriptura probat.*

16 *Scriptura, quæ dependet ab animo, & sola voluntate scribentis, plene probat pro eo.*

18 *Actus facti magis ostendit voluntatem alicuius quàm actus verbi. & nu. 21.*
19 *Consensus ex factis colligitur.*
Immo facto ipso quis multis casibus consentit.
Immo etiam plus est facto, quàm verbis consentire. nu. 20. & sequen.
21 *Voluntas magis ostenditur factis, quàm verbis.*
22 *Consensus inducitur ex taciturnitate, cum qua concurrit actus positiuus. ex communi.*
23 *Intellectus l. si filiusfamilias. la seconda, ff. ad Macedonia. traditus à Pau. de Cast. reprobatur, & verus assignatur. num. 25.*
Item reprobatur alius intellectus traditus à Bal. in ea. l. numero 26.
24 *Dispositio l. si tamen sciente. ff. ad Macedon. quo casu loquatur.*
25 *Pater absens non videtur consentire mutuo accepto per filium, nisi receptis literis.*
27 *Consensus & ratihabitio non inducitur ex notificatione, sed ex receptione literarum.*
28 *Cautio vltra receptionem literarum debito modo facta, de qua in clem. 1. de procu. quos operetur effectus.*
29 *Procurator expresse acceptans mandatum non compellitur illud precise exercere, quando non est præstita cautio, sed solum tenetur ad damna, & interesse.*
31 *Literas cambij dimittens penes campsorem acceptat eum debitorem, & è contra campsor acceptat dimittentem in creditorem.*
32 *Nouatio tacitè facta videtur ex permutatione debitoris, & loci.*
33 *Literas simpliciter recipiens, vt obligetur, debet etiam scire contenta in eis.*
34 *Literas apertas recipiens præsumitur scire contenta in eis.*
Idem si penes se retinuisset saltem per vnum diem. numero 35.
36 *Verbum, continuo, intelligitur arbitrio iudicis. & numero 40.*
37 *Consensus, qui nititur legis præsumptioni, debet esse verisimilis.*
38 *Mercator literas calculi de datis, & acceptis retinens non præsumitur se obligare.*
39 *Literas dominus recipiens ab eius procuratore sibi significante se centum alicui donasse eius nomine, non censetur sibi præiudicasse.*
40 *Verbum, continuo, de quo in l. filiusfamilias. la 2. ff. ad Macedo. refertur ad contradictionem.*
41 *Literas recipiens non statim obligatur, quin ex aliquo interuallo possit contra protestari.*
42 *Subscriptio quæ fit à mercatoribus ad literas receptas per hæc verba, Vista à di &c. quid operetur. cum numero sequen.*

DECISIO DCCCXI.

DVbitaui 10. Decembris, 1584. In causa Roman. literarum cambij inter D. Dominicum Tuscũ, & Ludouicum, & Horatium Aquilanos mercatores, an Aquilani sint obligati de iure communi ad soluendum Do. Dominico summam contentam in literis cambij, de quibus agitur, circumscriptis pro nunc quibuscunque probationibus factis, & fiendis de stylo, & consuetudine mercatorum.

Et præsupposito in facto, quòd D Dominicus in banco Aquilanorum in vrbe præsentauerit Ludouico complementum habenti die Iouis 3. Nouembris, 1583. literas cambij (vt vocant, *à vso*) scutorum mille, directas Aquilanis, & apertas more similium literarum, & transmissas ex ciuitate Bononiæ per Iosephum Gandulphum bancarium Bononien. Et quòd Ludouicus receperit, & legerit dictas literas, easque dederit Cęsari Venturino iuueni banci, qui illas recepit, & retinuit, & regiſtrauit in libro aliarum literarum cambij eorundem Aquilanorum. Et quòd die sabati 5. Nouembris, 1583. quo die D. Dominicus redijt pro suis literis cambij, Horatius pariter complementum habens dederit eidem Dominico dictas literas cambij scriptas à tergo manu ipsius Horatij sub his verbis, *Vista à dì 5. Nouembre*, 1583. prout latius in præsuppositis de consensu partium firmatis.

Proposito igitur in Rota dubio, de quo supra, deducta per informantes fuerunt in tres principales difficultates distincta.

Prima fuit, quæ sit communior opinio in illo articulo, an recipiens literas simpliciter, & sine contradictione censeatur consentire, & approbare contenta in illis, ad eaque se obligare.

Secunda, an affirmatiua sit de iure vera, & attendẽda.

Tertia, an applicetur casui nostro.

1 Quoad primam difficultatem † pro negatiua citantur Pau. de Cast. in l. interdum. numero 3. circa med. ff. rem rat. habe. vbi vult, quòd in casu l. si filiusfamilias. 2.
2 ff. ad Macedon. ideo † pater non contradicendo videtur consentire, quia si filio mutuum factum fuisset, patre ꝑsente, & tacente, vtiq; pater fuisset obligatus tanquàm consentiens, & non haberet locum Macedonianũ, quod est odiosum. l. sed & Iulianus. §. interdum. ff. ad Macedo-
3 nia. Vnde † quod ab initio operata fuisset præsentia, & taciturnitas patris, operatur eius scientia superueniens ex post facto cum taciturnitate: at secus in extraneo, & alio casu diuerso, prout latius per Pau. de Cast. vbi supra, quem sequuntur Rip. in capitu. cum Marc. Ferrarien. numero 131. & ibi Dec. nume. vigesimotertio, post med. versicu. adde tamen. & nume. sequen. de conſtitut. late Crot. in l. non solum. §. morte. num. 95. & 96. ff. de nou. ope. nuncia.

4 Citatur etiam pro † negatiua Bald. in l. prima, col. 2. circa med. versicu. si vero non est coniuncta persona. ff. mandat. quem sequitur addit. ad consil. Alexan. 78. sub numero primo, in fi. addit. libro primo. Nam Bal. distin-
5 guit mandatum, quod continetur in literis: aut † enim concernit iudicialia, & scribens debito modo cauet pro eo, ad quem scribit, & tunc recipiens literas simpliciter sine protestatione, & sciens contenta in illis, videtur consentire, & ita inquit procedere clem. primam, de procurat. Aut mandatum contentum in literis concernit extraiudicialia, vt negotia, & tunc recipiens literas non videtur consentire per solam receptionem literarum, si aliud non appareat, quia non videtur se obligare, iuxta materiam l. inuitus. C. de procurat. l. filiusfamilias. §. inuitus. ff. eod. cum simil. & ratio diuersitatis secundum Bal. est, quia plus interuenit in iudicialibus, quàm extraiudicialibus: & ideo † de mente dictæ clem. potest di
6 ci, quòd per receptionem literarum non videatur quis consentire, cùm non interueniant omnia requisita dictę
7 clemen. & subdit Bal. idem † intelligi de quacunque epistola missa ad obligandum, quòd eam recipiens non obligatur per solam receptionem, nec videtur consentire prout latius deducit Bal. vbi supra.

Demum pro negatiua citantur Doct. in d. clemen. prima, Cardina. ibi post Zenzellin. nume. primo, ver. ex hoc. Imol. numero 15. circa fin. versic. quid si dominus. & Vi-
8 tal. nu. 50. qui Doct. volunt, quòd † recipiens literas mãdati, & sciens contenta in eis, tunc demum præsumatur consentire, si interueniat cautio debito modo, alias si ea non

non interueniat, vel non sit debito modo præstita, deficit præsumptio consensus, & non procedit dicta clemen. alioqui verba illa, debito modo cauit, frustratorie ponerentur.

9 Contrariam tamen opinionem, quòd † recipiens literas missiuas simpliciter, & sine contradictione videatur consentire, & approbare cõtenta in illis, & ad ea se obligare, firmarunt Domini sine difficultate esse magis communem, quam tenuerunt Barto. Bal. Salyc. Fulgo. & Paul. de Cast. in dicta l. si filiusfamilias. Barto. in l. Titius. in fi. & ita Bal. in med. versicu. sed quæro. & Fulgos. nume. tertio, ff. de constit. pecun. Barto. in l. cum tabernam. §. primo, in fi. ff. de pignor. & in l. quo enim. §. primo, prope fi. versicu. quandoque superuenit. ff. rem ratam haber. Bal. in l. fina. nume. quarto, ff. ad senatusconsult. Macedonia. Abb. in d. clemen. prima, nume. tertio, & in capitu. non iuste. nume. septimo, circa fin. de procurat. & consil. decimooctauo, sub nume. quinto, lib. secundo, Alexan. consil. 78. num. primo, lib. primo, Barbat. consil. decimoquinto, nume. 9. circa med. lib. secundo, Corn. consil. 319. numero quinto, post med. versicu. nec est verum. lib. 3. Iacobin. de sancto Georg. in l. emptor. §. Lucius Titius. nume. quarto, ff. de pact. Iaſon. in l. admonendi. numero 142. ff. de iureiuran. in l. quæ dotis. nume. 92. ff. solut. matrimon. & consil. quadragesimoseptimo, nume. secundo, versic. modo succedit. lib. primo, Felyn. in d. cap. cùm M. Ferrarien. & melius in cap. secundo, nume. 20. & ibi Dec. sub num. decimoquinto, de fide instrumen. idem Dec. consil. 632. num. decimosexto, Gozadin. consil. 23. nume. sexto, Calcan. consil. decimonono, num. 6. circa fin. Marsil. in rub. C. de probat. nume. 246. & sing. 344. Curt. iun. consilio 132. num. quinto, in fi. Marsil. sing. 22. Cassad. decisio. 3. sub nume. secundo, de rescrip. Paris. consil. 47. num. decimoquinto, consil. 91. nume. 3. consil. 112. numero 45. & consil. 127. numero 32. lib. primo, Zuccard. in rub. C. de pact. nume. 67. Gabriel. de præsump. conclus. secunda, Gabriel. Saray. alios citans in addit. ad Mathesil. vbi supra Couar. in cap. Ioannes. sub num. 4. de testamen. Menoch. de arbit. cas. 21. Rimin. iun. in rub. Inst. quibus alien. licvel non. nume. 190. Burs. consil. 39. numero 14. & 15. Strach. de assecur. glo. vndecima, nume. 47. vbi alios allegat, & multi alij infra citandi idem tenent.

Et hanc esse communem testantur Alex. d. §. morte. nume. 27. ad fin. Rip. in d. l. admonendi. nume. 138. Dec. d. c. cum M. Ferrarien. num. 23. in fi. Gabriel. d. conclus. 2. sub num. 15. Zuccard. in d. rub. C. de pact. sub num. 72. Rimin. iun. & Burs. vbi supra.

10 Et in terminis, quòd † mercatores, qui acceptant literas, eo ipso ratificant, quòd non contradicunt, inquit Bal. in l. si absentis. nume. sexto, versicu. tu dic. C. si certa. & in individuo de literis cambij tradit Ange. in d. l. si filiusfamilias. in fin. vbi no. illam legam pro literis cam-
11 bij, quæ † quotidie mittũtur mercatoribus, quæ eo ipso quòd sunt lectæ, & receptę, videntur approbatæ, nisi in contrarium protestatum fuerit. & Ange. refert & sequitur Corset. in suis singul. in verbo, taciturnitas. nume. 2. bene Salyc. in d. l. si filiusfamilias. num. primo, vbi no. il-
12 lum tex. contra † campsores acceptantes literas cambij, vt non possint postea solutioni contradicere, etiã si mercator, q. literas scripsit, decoxerit: quod putat verũ, si penes cãpsorẽ literæ sint dimissæ, & ab eo retentæ, & Salycę. refert, & sequitur Coras. in d. l. admonendi. numero septuagesimotertio, versicu. vnde melius. Vital. in dicta clemen. prima, num. 69. vbi inquit, quòd si Titius rece-
13 pit † scienter epistolam sibi directam, in qua sibi mandatur, vt soluat certam pecuniam pro mandante, videtur in dubio recepisse animo suscipiendi mandatum, & ad hoc cogi poterit, bene Veronen. cautel. 9. nume. j. di-
14 cens, quòd mercator † recipiens literas cambij, & eis lectis ponẽs eas inter alias, puta in filcia, & non contradicens, videtur acceptasse illas, & se obligasse ad contenta in eis, & non poterit eum postea pœnitere, & per consequens non poterit recusare contenta in illis. Alexan. in additio. ad Barto. in dicta l. cum tabernam. §. primo, numero quarto, in verbo, ex hac lege. Soc. iun. consi. centesimouigesimoprimo, nume. trigesimoprimo, lib. secundo, Paris. consil. quinto, numero 206. lib. quarto, decis. Ianuen. 135. sub numero secundo, And. ab Exio de pac. nu. quinquagesimosecundo, vbi circa fi. ver. inquit, ideo
15 prudentes † campsores quando recipiunt literas cambij, & nolunt eas approbare, scribunt in dorso literarum se illas recepisse, & non acceptasse: talis enim scriptura
16 † in dependentibus ab animo, & sola voluntate scribentis plene probat. l. Nesennius. vbi Bar. ff. de neg. gest. cum alijs ibi adductis.

Nec obstat auctores in contrarium citati.

Quia non tenent contra communem, immo eam sequuntur, excepto Bal. & Paul. de Cast. qui fuerunt sibi contrarij, cùm in dicta l. filiusfamilias. transfuerint cum communi. Rip. in dicta l. admonendi. nume. centesimotrigesimooctauo, transit cum communi. & in dicto capitu. cùm Marc. Ferrarien. nume. centesimotrigesimoprimo, non impugnat cõem, sed dicit eam non probari in dicta l. filiusfamilias. sequendo intellectum Pau. de Cast. Dec. in dicto capitu. cum Mar. Ferrarien. numero vigesimoquarto, expresse † approbat communem concurren
17 te scientia. per d. clemen. primam. de procura. Crot. in d. §. morte. numero 100. in fine, sequitur communem ea
18 ratione, quòd † actus facti magis ostendit voluntatem alicuius, quàm actus verbi. Doct. in d. clemen. j. non sunt contra communem, sed loquuntur in alijs terminis, & ad alium effectum, vt mox dicetur.

Quoad secundam difficultatem, an communis opinio sit de iure vera, & attendenda, Domini affirmatiue concluserunt. Moti ex pluribus.

19 Primò ex illa generali regula, quòd † ex factis consensus colligitur. l. de quibus. & ibi glos. in verbo, factis. ff. de legibus. l. recusari. & ibi glo. in verbo, re. ff. de acquiren. hæredita.

Et in multis casibus quis facto ipso consentit, vt inquit glo. fina. in fine, in dicta clemen. prima, & ibi Laud. & post eum Card. nume. decimonono. versicu. inducit tamen. & ibi Imol. nume. vigesimooctauo, in fine, & nume. vigesimonono, circa med. versicu. item quia sępè.

20 Immo † plus est facto committere, quàm verbis. capitu. dilecti. vbi glo. in verbo, facto, plura ad id iura cumulat. extra de appella. l. Paulus. ff. rem ratam haber. l. si tamen. §. ei qui seruum. ff. de ædil. edict. Rot. decisio. decimaquinta, de offic. delegat. in non. Paul. de Cast. in d. l. de quibus. numero 9. Anchar. consil. 302. nume. tertio, Roman. consilio 291. nume. quarto, Tiraquel. de retrac. conuentio. ad fin. ti. numero 75. circa med. Grammat. consil. ciuil. 150. nume. 24. consi. crim. 13. num. 3. & consil. 31. num. 35.

21 Et † ex hac ratione, quòd actus facti magis ostendat voluntatem alicuius, quàm actus verbi, tuetur communem opi. Crot. in d. §. morte. num. 100. in fi. Vnde ex illo facto receptionis literarum cambij absque contradictione colligitur consensus recipientis nõ minus, quàm ex verbis.

Secundò ex illa communi cõclusione, quæ passim in
22 ore Doc. versatur, † ex taciturnitate, cũ qua concurrit actus positiuus, inducitur cõsensus, vt per Doc. in l. quæ dotis. ff. sol. mat. & in c. nonne. de præsum. & in d. c. cùm

Marc. Ferrarien. & alibi passim. Vnde recipiens literas cambij, & non contradicens, sed tacens, censetur consentire, quia cum eius taciturnitate concurrit actus positiuus receptoris.

Tertiò communis probatur ex d.l.si filiusfamilias.

Nec ob. intellectus Paul. de Cast. in d.l. interdum. sub numero 3.

23 Quia † illum reprobat Alexan. in d.§. morte. numero 27. post med. ostendens, text. in l. sed & Iulianus. §. interdum. ff. ad Macedoni. allegatum à Pau. de Cast. non probare eius intentionem, prout etiam reprobat Hormanotus Det. in d.§. morte. numero septuagesimosexto, prope fin. versicu. non obst. text. dicens, illum tex. non probare, quia ibi ille pater incepit soluere, & ex hoc consensus elicitur. reprobant etiam intellectum Pau. de Cast. Alcia. & Rub. Alex. in locis infra citandis.

Et quamuis Rip. in d.cap. cùm M. Ferrarien. numero 131. & ibi Dec. numero vigesimotertio, post med. versi. adde tamen. & nume. sequen. & Crot. in d.§. morte, numero 95. & 96. tueantur opin. Pau. de Cast. per tex. in l. si
24 tamen sciente. ff. ad Macedonia. nihilominus † ille text. loquitur, quando pater tempore, quo fiebat mutuum, erat præsens, & poterat contradicere, & non contradixit, & ita illum tex. intelligit Rub. Alexan. in dicto §. morte. numero 262. prope fi. versicu. item ad tex. & Alciat. in l. detestatio. numero 50. versicu. quod autem sola. At
25 † secus, quando pater est absens, quia tunc non videtur consentire, nisi receptis literis. & ita procedit tex. in d.l. si filiusfamilias. prout declarat Alciat. in dicto versiculo, quod autem.

Nec obst. ratio odij S. C. Macedon. quia, prout bene considerat Alcia. d. num. 50. regulare est in patre, vt ipse ex contractu filij obligari non debeat, nec odium aliquod adest.

26 Minus † obst. intellectus Bal. datus ad l. si filiusfamilias. in l. prima, prope finem versicu. non ob. l. si filius. ff. manda. quòd scilicet ille tex. loquitur in eo, qui gesserat actum nomine alterius, & ei actum notificauerat, quo casu videtur consentire, & habere ratũ, si non protestetur. quem intellectum sequitur addit. ad consi. Alexan. consil. septuagesimooctauo, sub nume. j. in fi. addit. libro primo.

27 Quia pro responsione dicitur, † quòd consensus, & ratihabitio non inducitur ex notificatione, sed ex receptione literarum.

Quartò, quando etiam tex. in d.l. si filiusfamilias. circa probationem communis opin. pateretur difficultatẽ, tamen illa probatur in dicta clem. prima. de procura.

Nec ob. quòd ibi vltra receptionem literarum requi-
28 ritur etiam cautio debito modo facta, quia † cautio requiritur ad effectum obligandi procuratorem ad suscipiendum iudicium, & defendendum suum principalem, alias sine cautione procurator recipiens literas mãdati, & sciens contenta in eis, censetur consentire: immo ista sola receptio facta simpliciter, & scienter idem operatur, quod expressus consensus, vt inquit Vital. in dicta clem. j. num. 55.

29 Et ideo † procurator expresse acceptans mandatum non compellitur precise illud exercere, quando non est præstita cautio, sed solum tenetur ad damna, & interesse, vt inquit glos. in l. sed & hæ personæ. §. prætor. in verbo, accipere iudicium. ff. de procurat. quam ibi sequuntur omnes, & Pau. de Cast. appellat eam meliorem glo. quæ sit in illa materia. & Ang. numero sexto, dicit illam optime loqui in qualibet sui parte. & eam sequitur Vital. in dicta clemen. prima, numero trigesimoquarto, & 40.

30 Quintò communis opin. in specie literarum cambij probatur ex duplici ratione assignata per Saly. in d.l. si filiusfamilias. sub nu. j. quem sequitur Coras. in d.l. admonendi. nu. 73. ver. vnde melius.

31 Prima ratio est, quia † dimittens literas cambij penes campsorem acceptat eum debitorem. l. inter causam. §. abesse. ff. ad Maced. & è contra campsor acceptat dimittentem in creditorem.

32 Secunda ratio, quia † videtur tacite facta nouatio, cùm sit facta permutatio debitoris, & loci. l. inter omnes. ff. de nouat.

Quoad tertiam difficultatem, an communis opinio applicetur casui nostro, Domini affirmatiuè resoluerunt.

33 Quia † licèt vltra receptionem literarum factam simpliciter, hoc est sine contradictione, requiratur etiã in persona recipientis scientia contentorum in ipsis literis, vt in d.clementi. prima, ibi, scienter receptis, & ibi glo. in verbo, scienter. quam ibidem Doct. sequuntur, & in specie tradit Rip. in dicto capitu. cum M. Ferrarien. nume. 132. versicu. primo requiritur. & ibi Dec. numero vigesimoquarto, Felyn. in capitu. secundo, sub num. 20. de fide instrumen. Hormanot. Det. in dicto §. morte. nume. septuagesimosexto, in fi. nihilominus in casu nostro non potest dubitari de scientia mercatoris recipientis
34 literas cambij, de quibus agitur, tum quia † recepit illas apertas, quo casu præsumitur scientia, vt post Laud. tradit Anch. in d. clemen. prima, nume. quarto, versi. sed dices. & ibi Imo. in fi.

Tum etiam, quia illas penes sẽ retinuit saltem per
35 vnum diem, ex † qua retentione præsumitur habuisse plenam notitiam tenoris ipsarum literarum, vt inquit Ancharan. & Imol. vbi supra, & sequitur Gabriel. de præsump. conclus. secunda, nume. duodecimo, Felyn. in d. capitu. secundo, nume. 20. versicu. præsumitur. Ange. Aret. in §. cæterum. nume. 5. versi. vel dicas. Inst. quod cum eo. Tum & tertiò, quia fuerunt lectæ, & adnotatæ in alio libro literarum cambij.

Vnde cùm habeamus receptionem literarum sine cõtradictione, scientiam contentorum in illis, retentionẽ, & adnotationem in alio libro, non videtur dubitandum de applicatione communis opinionis.

Non obstant in contrarium allegata.

In primis non ob. declaratio Alciat. in d.l. detestatio.
36 numero 50. versicu. illud fateor. declarantis. † verbum, continuo, de quo in dicta l. filiusfamilias. intelligendum esse arbitrio iudicis ita, vt recipiens literas habeat tem-
37 pus legendi, cogitandi, peritiores consulendi, quia † cõsensus, qui præsumptione legis nititur, debet esse verisimilis; hoc idem voluit Rub. Alexan. in dicto §. morte. numero 262. in fin. Menoch. de arbitr. cas. 20. 21. in fin. Anchar. regien. q. 48. nuu. 6.

Nam respondetur multipliciter. In primis doctrinã Alciat. debere intelligi secundum exempla, per eum adducta, quorum primum est literarum, in quibus continetur calculus rationis de datis, & acceptis, & vltimo loco ponitur, quòd debet restitui certa summa: nam
38 † hoc casu licet mercator huiusmodi literas visas retineat, non videtur se obligare, immo potius videtur eas retinere, vt videat, an ibi relata sint vera, prout per text. in l. si seruus. ff. de conditio. & demonstratio. limitat Veronen. cautel. 9. nume. primo, post med. versi. hoc tamen. sequitur Ias. in dicta l. admonendi. numero centesimoquadragesimosecundo, ante med. Rip. in d.c. cum M. Ferrarien. num. 132. versic. secundo intellige. Gabriel. de præsump. conclu. 2. nu. 15.

39 Secundum exemplum est, quòd † si procurator scripsisset

scripsisset domino se eius nomine centum Titio donasse, quòd etiã si dominus literas recepit, non propterea sibi præiudicauit, quia posset perscrutari, an donatio esset rectè facta, vel ne, iuxta consil. Cum. 177. sequitur Rip. in d.capitu. cum M. Ferrarien. nu. 132. ver. tertio declara. Gabriel. d. conclus. 2. nu. 9.

Vnde declaratio Alciat. non applicatur, cùm in literis cambij, de quibus agitur, non contineatur calculus rõnis, vel quid simile, ita vt fuerit necessaria aliqua perscrutatio, siue discussio. Et licèt Alc. loquatur exemplificatiuè, & exempla non restringat regulam, tñ eam declarant. & ideo doctrina Alc. posset etiam exemplificari in his, qui alijs successerunt, vel qui debitum antiquum habent, secundum Menoch. d. cas. 21. sub nume. 4. versicu. quod vsu.

Secundò respondetur, quòd Aquilani in casu nostro, nec incontinenti, nec ex interuallo protestati sunt, siue
40 contradixerunt. Nam † verbum, continuo, in d.l. filiusfamilias. refertur ad contestationem contrarię voluntatis, & sic ad contradictionem: & verbum, continuo, intelligitur arbitrio iudicis, ne via fraudibus aperiatur ita, vt quis ex receptione literarum non ita incontinenti obli-
41 getur, quin † ex aliquo interuallo possit contra protestari, vt inquit Rub. Alex. in d.§. morte. nume. 262. in fi. Nec potest accipi pro contradictione, vel protestatione illa
42 subscriptio facta sub illis verbis, *Vista à di &c.* quia † ista subscriptio, circunscripto stylo mercatorum, qui nunc circũscribitur, nil aliud significat, nisi, quòd literæ cambij fuerint visæ, hoc est lectæ, & per consequens habita notitia contentorum in illis. Vnde ista subscriptio non solum non inducit contradictionem, nec etiam suspensionem, siue deliberationem, sed deducit notitiam contentorum in literis, quæ notitia vltra receptionem literarum requiritur, vt supra diximus.

Tertiò respondetur, quòd cùm d. Dominicus recepisset literas cambij, satis verisimile est, quòd etiam Aquilani recepissent literas, quas vocant, auisi, & ideo potuissent, quando receperunt dictas literas cãbij, dicere, nos non habemus literas auisi, vel dixissent quid simile, & ideo petijssent tempus ad deliberandum. Vnde illa subscriptio, *Vista à di &c.* facit potius pro domino Domi-
43 nico, quia † vltra quòd operatur notitiam, vt supra deduximus, est maioris momẽti, quàm sit subscriptio, de qua loquitur Alex. consi. 147. nu. 12. & 13. lib. 2.

Secundò non ob. q̃ communis opinio sit inapplicabilis literis cambij, quæ præsentantur, & restituuntur.

Quia restituuntur post acceptationem, vel recusationem. Vnde ex restitutione non infertur, quin retinendo non acceptentur, & tantò magis, quòd presentatio fit ad effectum, vt acceptentur.

Tertiò non ob. quòd retentio potest fieri ex alia causa, quàm acceptationis, videlicet, animo deliberandi. Quia semper diceretur retentionem fieri animo deliberandi, & destrueretur communis conclusio. Posset autẽ obiectum procedere, quando natura negotij, vt inquit Alciat. discussionem requirit, quæ cessat in casu isto.

Quartò non ob. quòd communis opinio non procedit, quando quis ex receptione literarum posset recipere damnum, & præiudicium, vt per Card. in clem. 1. sub nume. j. Imol. nu. 15. in fi. & Vital. nu. 50.

Quia si hoc esset verum, falsa esset communis opi-
nio, cùm ex obligatione possit quis pati damnum, & prę iudicium, & nihilominus Docto. dicunt, quòd recipiens
44 literas cambij obligatur, & † obiectum procedit ad effectum obligandi procuratorem ad suscipiendum iudicium, & defendendum suum principalem, vt supra deduximus, &c.

Roman. hæreditatis de Caranagijs.

SVMMARIVM.

1 *Spurij, & naturales nati ex coitu non damnato, & punibili succedunt matri non illustri vna cum legitimis, & naturalibus: matri verò illustri naturales tantum succedunt cum legitimis, & naturalibus, exclusis spurijs. cum nume. seq.*
2 *Naturales filij succedunt matri illustri vnà cum legitimis, & naturalibus exclusis spurijs: secus in matre non illustri, cui indistinctè omnes filij succedunt, nisi sint nati ex damnato, & punibili coitu.*
3 *Coitus damnatus, & punibilis quis dicatur. & nu. 4.*
5 *Filius in dubio non præsumitur legitimus. & nu. 8.*
6 *Naturalis, & non spurius in dubio quis præsumitur. Contrarium tamen vide nu. seq.*
8 *Legitimitas non præsumitur tanquàm dependens à matrimonio, quod non præsumitur, nisi probetur.*
9 *Concubinatus nõ præsumitur, tanquàm consistens in facto.*
10 *Naturalitas adducta pro fundamento intentionis debet probari.*
11 *Coitus ex concubinatu, vel quasi non est damnabilis neque punibilis.*
12 *Filius natus ex soluto, & soluta non retenta domi in schemate concubinæ, est spurius, non tamen ex coitu damnato, & punibili.*
13 *Coitus cum concubina alterius, quæ nomen honestæ mulieris perdidit, non est punibilis.*
14 *Coitus cum concubina alterius, quæ stat in concubinatu reprobato, potest impune haberi, sicut cum publica meretrice.*
15 *Coitus cum muliere non nupta non retinente nomen honestæ mulieris, est habendus prout de coitu cum meretrice.*
16 *Mulier soluta inhonestè viuens non potest facere aliquem legis laqueis innodari.*
17 *Stuprum committitur in qualibet muliere libera, excepta concubinia.*
Idq; intelligitur etiam in mulieribus, quæ turpiter viuerent, vulgoq; quæstum facerent.
18 *Coitus omnis, præter vxorium, est damnatus, & punibilis de iure diuino quoad pœnam spiritualem.*
19 *Pœna sola temporalis excludit spurios à successione.*
20 *Coitum esse illicitum, & reprobatum vtroque iure, & successibilem esse, non sunt contraria, & possunt stare simul.*
21 *Filius natus ex concubina succedit etiam patri.*
22 *Coitus reprobatus à canone, non intelligitur reprobatus de iure ciuili quoad successionem.*
23 *Natus ex soluto, & soluta naturalis appellatur de iure canonico, omisso rigore iuris ciuilis.*
Intellige quoad effectum legitimationis, non in successionibus, in quibus standum est iuri ciuili. nu. 24.

Discursus supra allegatus Decis. 808. in eadem causa.

COnfirmatio vel infirmatio sententiæ latæ ad fauorem Marcelli, in qua declaratur eum esse hæredẽ Imperiæ matris, videtur pendere ab eo, an Marcellus potuerit succedere mri. Potuisse aũt succedere duplici ex capite prætendere põt, vel ex eo q̃ est naturalis, & non spurius, vel ex eo q̃ quamuis esset spurius, est tamen natus ex coitu non damnato, & non punibili. Et pro intelligentia materiæ nonnullæ iuris conclusiones præmittendæ sunt. Prima conclusio est, quòd ma-
1 tri † non illustri succedunt nedum naturales, sed etiam

spurij nati ex coitu non damnato, & non punibili, etiã si extarent legitimi, & naturales.l. prima, §. sed & vulgò. ff. ad senatusconsul. Tertul. & offic. l. hac parte. & l. Modestinus. ff. vnde cogna. §. nouissimè. & ibi glo. in verbo, hæreditatem. & in verbo, admitti. & ibi Ange. Are. nume. 6. Instit. de S. C. Orfician. glo. fina. in l. si qua illustris. C. eodem titu. Azo in sum. ad S. C. orfic. numero primo, versi. ergo vulgò quæriti. Ange. §. fina. num. 18. in Auth. quibus mod. natur. effic. sui. Mathesil. de success. ab intesta. secundo membro, art. j. nume. secundo, Nicol. de Vbald. de succes. ab intesta. par. j. num. 43. vers. an autem isti filij. Lud. de Sard. de legitimat. par. 3. §. de successio. spur. q. 3. vbi de commun. Caccialup. d. l. si qua illustris. num. 73. & ibi Cagnol. nume. 44. vbi de communi. Nat. consil. 421. nume. 5. lib. 2. Rolan. consil. 74. numero 24. lib. j. Couar. in epich. par. secunda, cap. 8. §. 5. num. 15. in prin. versic. licet alias. bene Anto. Gomes. in l. Taur. in ll. 9. 10. 12. nume. 9.

2 Matri † autem illustri naturales succedunt indistincte, siue extent legitimi, & naturales, siue non: spurij vero existentibus legitimis, & naturalibus non succedũt, tex. clarus. in d. l. si qua illustris. non existentibus legitimis, & naturalibus succedunt, vt in d. l. à contrario sensu. & ibi Corn. col. 2. ante med. versi. in coitu autem accusabili. & ibi Caccialup. sub nu. 73. & Cagnol. nu. 20. & 21. Mathesil. Ang. Aret. & Lud. Sard. vbi supra.

3 Secunda conclusio est, quòd † tunc dicitur coitus dãnatus, & punibilis, ita vt nati ex eo nequeant matri succedere, quando imponitur aliqua pœna temporalis ab aliqua constitutione iuris ciuilis, puta pœna adulterij, vel incestus, vel stupri. §. item lex Iulia. Inst. de public. iudic.

4 §. fi. in Auth. quib. mod. natu. effic. sui. Et † idem quando non imponitur pœna ordinaria adulterij, vel incestus, vel stupri, sed imponitur pœna extraordinaria. ita Mathesil. de succes. ab intesta. secundo membro primi artic. num. 7. sequuntur Ange. Are. in d. §. nouissime. nume. 8. Caccialup. d. l. si qua illustris. num. 43. & ibi Cagnol. nume. 11. Soc. consil. 148. num. 6. in princ. versic. ad hoc autem. lib. j. Paleot. de not. & spur. cap. 16. nume. 5. & 6. Couar. vbi sup. nu. 15. post prin. ver. refert tamen.

5 Tertia conclusio est, quòd † filius in dubio non præsumitur legitimus, quia legitimitas pendet à matrimonio, quod non præsumitur, cum sit quid facti. Bar. consi. 42. nume. secundo, Corn. consil. 68. nume. tertio, lib. primo, Ias. in l. post dotem. nume. quarto, ff. solut. matrimo. bene Dec. in l. si emancipati. nume. tertio, post princ. versicu. prædictis non obstantib. C. de colla. vbi etiam ante nume. quartũ, respondet ad rationem Veronen. contrarium tenentis cautel. 118. nume. secundo, Alciat. de præsumpt. reg. tertia, præsumpt. prima, nume. vndecimo, & duodecimo, vbi ad rationem Veronen. aliam adfert responsionem. idem Alciat. consil. 268. nume. quarto, versicu. quarto facit. Menoch. consil. 60. nume. decimotertio, lib. primo; Natt. consil. 421. nume. 9. libro secundo, Cephal. consil. 82. numero 64. & 65. lib. j. & tenuit Rota in vna Panormitan. illegitimitatis coram D. de Grassis de anno 1575.

Quoad primum caput, quòd Marcellus sit naturalis,

6 probatur eius naturalitas præsumptiuè, quia † in dubio quis præsumitur naturalis, & non spurius. ita Bal. consilio 448. num. quarto, libro primo, sequuntur Aym. consilio centesimotrigesimooctauo, nume. primo, & consilio centesimosexagesimosexto, nume. primo, & numero tertio, in fine, Boss. titu. de coitu damnat. & punib. numero septuagesimoseptimo, Alciat. consi. 58. num. decimotertio, in fi. lib. 9.

7 Contrarium, † quòd potius quis præsumatur spurius quàm naturalis, tenet Alciat. de præsumpt. regula secunda, præsumpt. 5. numero tertio, cum sequen. & numero octauo, & late consil. 268. per tot. sequitur Menoch. consil. 60. nume. duodecimo, & decimotertio, & nume. 31. versicu. non obstant. & nume. 32. 33. & 34. Bursat. consil. sexagesimosecundo, num. septimo, Cephal. consil. octuagesimosecundo, nume. sexagesimoquinto, libro primo, Nat. consil. 421. numero 9. & 10. vbi respondet ad consi. Bal. 448. num. quarto, lib. j. declarando illud procedere, quando probatio est ambigua propter contrarietatem testium. Paleot. de not. & spur. capitu. 20. num. 7. in fine, & numero 8.

Et hæc posterior opinio videtur satis probari ex eo,

8 quòd sicut † legitimitas non præsumitur ea ratione, quia matrimonium, à quo legitimitas oritur, non præsumitur, cùm sit quid facti, vt supra in tertia concluſ. ita quoque eadem ratione non debet præsumi naturalitas,

9 quia inducitur ex concubinatu, qui † non præsumitur, cùm consistat in facto, & ita arguit Alciat. d. consil. 268. nume. quarto, versicu. quarto facit. & nume. 5. Menoch. dicto consil. 60. nume. decimotertio, Nat. d. consil. 421. nume. nono.

Et hoc maxime procedit in casu nostro, in quo Mar-

10 cellus est actor, qui † pro fundamento intentionis suæ debet probare se esse naturalem. Bertrand. con. 135. nume. primo, & secundo, li. secundo, par. prima, & in actore non audet contrarium firmare Aym. d. consil. 166. nume. 4. in fine.

Quoad secundum caput, quòd Marcellus non sit natus ex coitu damnato, & punibili, facit doctr. Barto. in l. fina. numero quarto, ff. de his quibus, vt indig. vbi vult,

11 † quòd coitus ex concubinatu, quando quis habet plures concubinas, vel vnam tantum, sed non veram, quia non retinet eam ex indubitato affectu, non est damnabilis, neque punibilis, & talis spurius succedit matri non illustri. late Alexan. consil. 174. numero quinto, lib. quin

12 to, firmans filium † natum ex soluto, & soluta non retenta domi in schemate concubinę non esse naturalem, sed spurium, non tamen ex coitu damnato, & punibili, & esse successibilem matri. Soc. consil. 148. nume. 6. prope fi. versicu. accedat, quæ ponit. Dec. consil. 306. numero secundo, Paleot. de not. & spur. cap. quadragesimoprimo, num. j. in fi.

In facto autem videtur solum probari, quòd Franciscus Hispanus pater Marcelli retinebat Imperiam, non vti concubinam, sed consuetudinis causa, vt probat tertius testis super secundo ibi, Franciscus tenebat Imperiam ad eius postam, dando ei omnia necessaria.

Sed contra doctr. Barto. in d. l. fina. numero quarto, tenet Mathesil. de successio. ab intesta. secundo membro primi articu. sub numero septimo, Ange. Aret. d. §. nouissime. numero octauo, Dec. consil. centesimosexto, numero sexto, ante med. versicu. & hoc etiam tenet. Caccialup. dicta l. si qua illustris. nume. quadragesimotertio, & superius. nume. decimonono, circa med. versicu. tu dubita. vbi saluat opin. Barto. quando istæ mulieres essent nimis viles, & frequenter cum aliquibus se commiscerent.

Verum pro opin. Barto. facit, quod scribit idem Barto. in l. si vxor. in principio. ff. de adulter. vbi vult per il-

13 lum textum, quòd coitus † cum concubina alterius, quę nomen matronæ, hoc est honestæ mulieris perdidit, nõ est punibilis, sicut cum alia meretrice, & idem notat

14 Ange. sub nu. 2. dicens, † quòd ad concubinam alterius si stat in concubinatu reprobato, põt impune haberi ac cessus, sicut põt haberi ad eã q̃ vulgariter, & more meretricis viuit. & bene Alex. cons. 13. nu. 5. li. 7. vbi inquit, q̃

15 de coitu † non violento habito cum muliere nõ nupta,

quæ

quæ non retineat nomen honestæ mulieris, iudicatur, prout de coitu habito cum meretrice, adeo quòd de iure non est punibilis. per tex. in dicta l. si vxor. Ang. Aret. in §. item lex Iulia, numero 2. in fine. Instit. de public. iu-

16 dic. vbi not. ex illo tex. quòd † quælibet mulier soluta, quæ non honestè viuit, non potest facere aliquem legis laqueis innodari. latè Rolan. referens prædictos consil. 74. num. 15. 16. & 17. lib. j. & fusè Paris. cons. 160. nume. 3. 4. & 5. lib. 4.

In contrarium videtur multum vrgere tex. in l. stu-

17 prum. ff. de adulter. vbi stuprum † committit, qui liberam mulierem consuetudinis causa, nõ matrimonij reti net, excepta concubina. & in l. stuprum. ff. de rit. nupt. vbi stuprum intelligitur etiam in his mulieribus, quæ turpiter viuerent, vulgoque quæstum facerent, etiam si non palam.

Non obstaret autem si diceretur, quòd omnis coitus præter vxorium est damnatus, & punibilis de iure diuino, & canonico. cap. nemo, cap. meretrices. 32. q. 4.

18 quia † id procedit quoad pœnam spiritualem, non au-

19 tem quoad pœnam temporalem, quæ † sola excludit spurios à successione, prout declarat Mathesil. de successi. ab intesta. secundo memb. primi artic. numero 7. in fine. Angel. Aret. dicto §. nouissimè, numero 8. ad fin. Soci. consil. 148. numero 6. lib. primo. Gozad. consil. 21. numero 5. in fine. Paleot. de not. & spur. capit. 42. numero 10. & 11. Bart. in l. secunda, numero 2. ff. de concubin. bene Bero. in cap. in præsentia, num. 252. versic. secundo respondè, de probat.

20 Præterea stant simul ista, quòd coitus † sit illicitus & reprobatus nedum secundum canones, sed etiam secundum leges ciuiles, & tamen natis ex tali coitu ius ciuile deferat nedum maternam, sed etiam paternam successionem: nam coitus cõcubinarius est damnatus nedum à canone, sed etiam à lege ciuili. §. illud. in Auth. quibus mod. natur. effic. sui.

21 Et † tamen non est dubium, quòd filius natus ex concubina succedit non solum matri, sed etiam patri. auth. licet. C. de natur. liber.

Vnde cùm lex ciuilis deferat successionem natis ex coitu non accusabili & non punibili secundum leges

22 seculares, non † refert, talem coitum reprobari & damnari à canone, prout declarat Hostien. in cap. lator, colum. prima, versiculo, notauit tamen. quem sequitur ibi Ioan. And. colum. secunda, circa medium, versic. & possest hoc habere locum. Butr. numero 9. versic. quidam tamen. & Præposit. numero 10. in fine, & num. sequen. qui fil. sint legit. Abb. in cap. tanta, numero 12. versic. naturales tantum. eod. tit. Soci. dicto consil. 148. num. 6. versic. præterea stat. Paleot. de not. & spur. cap. 42. numero 11. in fine.

23 Minus etiam obstat si diceretur, quòd ius † canonicum omnem natum ex soluto, & soluta naturalem appellat, quicquid rigor iuris ciuilis dicter. ita Bald. consil. 206. ad finem, lib. tertio. per tex. in cap. innotuit, de electio. idem Bald. consil. 129. sub numero 3. lib. secundo. sequuntur Ias. consil. 51. sub numero primo, versic. confirmo, lib. tertio. Bero. consil. 165. numero 4. versicu. istud confirmo, & numero 10. prope finem, versic. & ad propositum, & num. sequen. lib. secundo. Alciat. de præsumpt. reg. secunda, præsumpt. quinta, numero 3. in fine. Aym. consil. 166. nume. 8. versic. sed ad istud respondeo. Rimin. iun. cons. 187. num. 2. cum pluribus sequen. & num. 105. lib. 2.

24 Quia † Bald. non loquitur ad effectum successionis, sed ad effectum legitimationis: nam in successionibus standum est iuri ciuili, cùm ius canonicum non disponat expresse contrarium, vt firmat Abb. in cap. tanta, numero 12. in fine, qui filij sint legit. per tex. in cap. per venerabilem, in fine, eodem titulo. Rip. qui de communi in l. si vnquam, numero 78. C. de reuocan. donatio. Paleot. qui etiam de communi, de not. & spur. cap. 42. in fine.

Roman. notariatus. Lunæ, 15. Octobris. 1584.

SVMMARIVM.

1 *Notarius delinquens in officio non priuatur illo ipso iure.*
2 *Rogationes factæ per notarium ante priuationem officij, valent & tenent.*
3 *Dispositio l. si aliquid. C. de susceptor. & archa. lib. 10. quomodo intelligatur.*
4 *Notarius condemnatus de falso non potest de cætero officium notariatus exercere.*
5 *Officialis quilibet delinquens in officio, nunquam ad idem officium amplius reuertitur.*
6 *Susceptores qui olim dicebantur.*
7 *Arcarij olim qui dicebantur.*
8 *Officium susceptorum annuum erat.*
9 *Intellectus l. iudices. C. de dignitat. lib. 12. quo casu procedat.*
10 *Dispositio tex. in Authen. de arm. in fine. quomodo intelligatur.*
11 *Verba futuri temporis denotant canonem ferendæ sententiæ.*
12 *Verbum, cadat, est ferendæ sententiæ. ex communi.*
13 *Sententia condemnatoria delicti in officio commissi sufficit ad priuandum notarium officio propter delictum in eo commissum.*
14 *Notarius condemnatus pro quocunque delicto extra officium commisso potest instrumenta conficere, ita intelligendo Ias. in l. si quis ex argentarijs. §. cogentur, num. 15. ff. de eden.*
15 *Notarius condemnatus de falso dicitur argui de fide rupta & de periurio.*
16 *Mandatum conficiendi instrumenta per condemnationem falsi dicitur funditus reuocatum.*
17 *Notarius condemnatus de delicto in officio commisso, priuatur eodem officio, & non potest instrumẽta conficere: secus in delicto extra officium commisso.*
18 *Notarius condemnatus de falso extra officium commisso potest illud exercere, & instrumenta per eum confecta valent.*
19 *Notarius condemnatus ex delicto in officio commisso non priuatur titulo & proprietate officij, sed solum illius exercitio.*
20 *Authoritas conficiendi instrumenta dicitur esse res Principis, circa quam notarius non potest disponere.*
Declara tamen, vt ibi per totum numerum.
21 *Crimen barattariæ cõmittens incidit in pœnam l. Iuliæ repetundarum, & confiscationis bonorum. sed contra. num. 24.*
22 *Crimen barattariæ & concussionis æquiparantur crimini læsæ maiestatis.*
23 *Pœna criminis repetundarum est arbitraria.*
24 *Pœna criminis concussionis seu barattariæ est arbitraria.*
25 *Pœne plures si imponantur pro vno delicto, debet vna eligi.*
26 *Lex vna non tollit alteram quoad originem, secus quoad executionem.*
27 *Militiæ olim quænam dicebantur.*

Officialis

28 *Officialis delinquens in officio priuatur eodem, perdit salarium & sua bona illi applicantur. & num. seq.*
30 *Dispositio l. ordinariorum. C. de cohortal. lib. 12. quomodo intelligatur. cum num. seq.*
31 *Primipilus olim quis dicebatur.*

DECISIO DCCCXII.

CAusam Roman. notariatus 15. Octobris, 1584. proposui iterum super illismet difficultatibus, super quibus proposita & resoluta fuit 27. Ianuarij, eiusdem anni. Quarum difficultatum.

Prima fuit, an notarius priuetur officio ipso iure ob delictum in eo commissum.

Secunda, an ad inducēdam huiusmodi priuationem requiratur sententia priuatoria officij, vel sufficiat sententia condemnatoria delicti in officio commissi.

Tertia, an talis notarius priuetur solum exercitio officij, vel etiam titulo & proprietate.

Circa primam difficultatem Domini steterūt in decisis, quòd † notarius delinquens in officio non priuetur illo ipso iure, quia hoc nulla lege cauetur, vt bene deducit Capic. d. decis. 121. nu. 23. versic. in casu nostro. Si enim priuaretur ipso iure, sequeretur, quòd rogationes † ab eo ante priuationem factæ non tenerent, & nihilominus valent, vt dicunt Doct. communiter citati in resolutione, ac etiam Pau. de Cast. in l. & militibus, nu. 4. ad fin. C. de testam. milit. & cons. 180. num. 3. circa medium, lib. j.

Nec est verum, Capic. male loquutum fuisse ex eo, q reperiantur leges apertè hoc dicentes, quia nulla ex legibus citatis facit ad propositum. Nam

In primis citatur l. si aliquid. C. de suscept. & archar. lib. 12. quæ lex nihil facit. Tum † quia loquitur post latam sententiam, prout colligitur ex illo verbo, conuictus. & hoc sentiunt Bart. Ang. Ioan. de Plat. & Iaco. Reb. ibi, notantes ex illo tex. quòd † notarius condemnatus de falso non potest de cętero officium notariatus exercere. & sic præsupponunt, tex. loqui de officiali condemnato, & hoc expresè notat ibi Ioan. de Plat. in prin. dicens, quòd si † susceptor tributorum, vel eius notarius vel alius officialis in suo delinquat officio, & de hoc cōuictus & condemnatus existat, numquam ad idem officium amplius reuertitur.

Tum & secundò, quia tex. non dicit, quòd cadat ipso iure, nec vllum habet verbum denotans canonem latæ sententiæ.

Tum & tertiò, quia tex. non loquitur generaliter de omni officiali, sed de susceptoribus, prępositis, & archarijs, de quibus loquitur rubrica.

Susceptores † autem erant, qui præponebantur recipiendis annonis, & tributis vtriusque ærarij. l. cùm possessor, in fi. ff. de censib.

Præpositi erant, qui præficiebantur horreis, in quibus species fiscales præponebantur. l. secunda. C. eod. tit. de susceptor.

Arcarij † erant, qui præponebantur susciendis his, quæ arca Præfecti prætorio inferebantur. l. prima. C. de his qui ex public. rat. lib. 10. & l. fin. C. eod. tit. de suscept. prout hæc omnia bene declarat Iaco. Cuiac. in rub. eiusdem tit. de suscept.

Vnde non mirum, si in d. l. si aliquid. res cautè admodum agebatur, quia de interesse crumenæ fiscalis tractabatur. Et † ideo illud officium susceptorum annuum erat. Nam (vt inquit tex. in l. 4. eod. tit. de suscept.) neque eos, qui placuerint grauare, iusti est: neque eos, qui displicuerint tenere, prudentis. Integro igitur singuli anniuersario anno transcurso cogantur exponere, quibus titulis suscepta dispererint, vt facilius si quis in furto fuerit deprehensus, recentem queat redintegrare iacturam.

Secundò allegatur tex. in l. iudices. C. de dignit. lib. 12. qui tex. pariter non facit. Tum † quia non loquitur generaliter, sed de iudicibus damnatis repetūdarum, prout animaduertit ibi Cuiac. Tum quia loquitur lata sententia, ponderando ibi verbum, conuicti.

Tertiò adducitur tex. in Auth. de arm. in fi. qui † etiā non facit, tum quia loquitur de prępositis fabricensibus. Iustinianus enim volens omnes armis priuare, prohibuit, ne aliquis (nisi esset de publico deputatus) arma conficeret, nec illa alicui priuato venderet.

Tum quia in illo tex. non adsunt verba significantia canonem latæ sententiæ: nam tex. loquitur in futurum dicendo, ex negligentia non solum pecuniarias substinebunt pœnas, sed etiam in corpore supplicia patientur, & militia cadent. & verba † futuri temporis regulariter denotant canonem ferendæ sententiæ, non autem latæ. vt per Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, reuertatur, nu. 39. 40. & 41. Immo in specie quòd † verbum, cadat, sit ferendæ sententiæ, non latæ, tenent magis communiter Doct. prout patet ex cumulatis per Tiraq. in d. verbo, reuertatur, num. 186. cum duobus seq.

Quoad secundam difficultatem Domini pariter stabant in decisis, nempe, ad priuandum † notarium officio propter delictum in eo commissum, non requiri sententiam priuatoriam officij, sed sufficere sentētiam condemnatoriam delicti in officio commissi, siue sit delictum falsitatis, siue quodcunque aliud, dummodo sit commissum in officio.

Non ob. tradita per Ias. in l. si quis ex argentarijs. §. contingentur, num. 15. ff. de eden. vbi inquit, quòd † notarius condemnatus pro quocunque delicto, excepto crimine falsi, quamuis efficiatur infamis, potest tamen instrumenta conficere.

Quia Ias. debet intelligi de quocunque delicto commisso extra officiū: quod patet ex eo, quòd allegat Bart. licèt corruptè, in l. eadem. §. hac lege. ff. ad l. Iul. repetun. & in cons. incip. ser Ioannes, quod est cons. 174. & tamē Bart. vtrobique firmat, quòd notarius condemnatus de delicto cōmisso extra officium, licèt efficiatur infamis, potest tamen instrumenta conficere.

Non obst. replicatio, quòd licèt exempla non restringant regulam, eam tamen declarant, & faciunt, vt non comprehendantur dissimilia, & delictum falsi, & delictum concussionis sunt dissimilia propter diuersitatem rationum.

Quia † notarius damnatus de falso dicitur arguī de fide rupta, & de periurio, secundum Bald. in §. fin. Instit. de milit. testam. Franc. Mar. decis. 299. nu. 2. lib. 2. Et quia per condemnationem falsi dicitur funditus reuocatum mandatum † conficiendi instrumenta secundum eundem Bal. in l. 2. num. 2. C. de vendict. libert.

Quoniam hæc replicatio tollitur.

Tum quia Doct. in hac materia distinguunt, quòd, aut † notarius est condemnatus de delicto commisso in officio, & tunc priuatur officio, & non potest instrumēta conficere: aut est condemnatus de delicto commisso extra officium, & tunc secus. ita Angel. in d. §. cogentur, num. 1. & 2. Pau. de Cast. num. 3. versic. dic breuiter. Alex. num. 6. & 9. Iacob. num. 12. & 14. versic. si autem. Pau. de Cast. in l. quamuis. §. fin. num. 2. ff. de solut. & in l. & militibus, num. 4. & 5. Tiraq. de pœn. caus. 58. num. 6. versic. sexto licet, & num. 8. & Ang. in d. §. cogentur, num. 2. loquitur generaliter de notario damnato propter delictum

commissum in officio. & Tiraquel. vbi supra, loquitur etiam generaliter. Et sic Doct. in ista distinctione non fundant se in crimine falsitatis, vel alio simili, sed in eo, quòd notarius deliquit in officio.

Tum etiam, quia si Doct. facerent fundamentum in crimine falsitatis, sequeretur, quòd notarius condemnatus de falso commisso extra officium, puta, quia extraxerit cartas de aliquo libro, vel falsum testimonium dixerit, priuatur officio: quod tamen est falsum, quia notarius † condemnatus de falso commisso extra officium potest illud exercere, & instrumenta per eum confecta valent. vt per Bart. dicto consil. 134. num. 4. in fine. & numero 5. & l. 3. §. eadem, in princ. ff. ad l. Iul. repetund. sequuntur Abb. in cap. fraternitatis, numero 3. Soc. numero 6. ad finem, versic. aduerte tamen. Felyn. numero 6. de hæretic.

Quoad tertiam difficultatem Domini etiam in decisis steterunt, nempe, † notarium condemnatum ex delicto in officio commisso non priuari titulo, & proprietate officij, sed solum exercitio illius: nam veteres rogationes ante condemnationem factas potest explere, & emolumenta sunt sua, prout in decisione: sed si priuaretur titulo & proprietate officij, vtique illæ veteres rogationes confiscarentur, & ab alio notario explerentur, prout fit, notario mortuo. c. cum P. tabellio, de fide instrum.

Non obst. in contrarium adducta. Et

In primis, quòd penes notarium non datur aliqua proprietas siue titulus officij, cùm authoritas † conficiēdi instrumenta sit res Principis, nec potest circa eam notarius aliquid disponere, prout inquit Bal. in l. 2. sub nume. 2. C. de vindic. liber.

Quia hæc officia notariorum hodie à Principe constituuntur, illa vēduntur, & dominium eorum transfertur, prout est notorium in vrbe.

Secundò non obst. quòd in Auth. de armis, in fine, dicatur, quòd militia cadent. Quia non propterea dicitur, quòd arma iam fabricata amittantur, nec ibi apparet, quòd illa militia esset in bonis, & quod emeretur, immo erat quædam scola, vt inquit ibi Cuiac. in prin.

Tertiò non obst. quòd ementes talia officia deberent magis puniri. Quia de hac re agendum esset cum Principe, & sat est quòd huiusmodi officia efficiuntur patrimonialia, & vt auferantur, necessaria est confiscatio. Et dum replicatur, quòd non dicuntur amplius esse in bonis nostris, postquam ceciderunt in commissum.

Respondetur, quòd hoc est præsupponere id, de quo disputatur, quia de hoc quæritur, an ceciderit in commissum.

Quartò non ob. quòd pro delicto Francisci Burgi veniat imponenda pœna confiscationis bonorum, ex quo commisit † crimen barattariæ in causa criminali, & sic incidit in pœnam l. Iuliæ repetundarum, & in pœnam confiscationis bonorum, de qua in auth. sed nouo iure. C. de pœn. iudic. qui male iudic. Et † crimen barattarię & concussionis æquiparatur crimini læsæ maiestatis, quia imponitur pœna confiscationis bonorum & exilij, vt inquit Paris. de Put. de syndic. in verbo, corruptio. c. j. num. 1. fol. mihi 220. per dictam auth. sed nouo iure. & in verbo, barattaria, cap. j. num. 3. versic. & vbi furtum, fol. 185. sequitur Marsil. in l. lege Cornelia, numero 2. ff. ad l. Cornel. de sicar. Port. Imol. cons. 96. sub num. 42.

Siquidem pro responsione dicitur, quòd quantum ad crimen repetundarum, illud non punitur certa pœna, & specialiter pœna confiscationis bonorum, sed pœna † criminis repetundarum est arbitraria. l. lex Iulia. §. hodie. ff. ad l. Iul. repetund. Grammat. conf. crim. 35. nume. 9. & vot. 25. num. 8. Boer. decis. 153. num. 3. Boss. tit. de offic. corrupt. num. 7. circa med. versic. veruntamen. Menoch. de arbit. casu 342. num. 7. 8. & 12. & casu 343. num. 4. Quo fit, vt cùm iudex in casu nostro arbitratus fuerit pœnam triremium ad quadriennium, aliæ pœnæ non debeant attendi.

Et † quamuis committens delictum concussionis siue barattariæ veniat puniendus diuersis legibus, & consequenter diuersis pœnis, nihilominus est in electione iudicis, qua pœna voluerit delinquentem punire. l. quoties. ff. de actio. & oblig. Licèt enim plures † pœnæ pro vno delicto imponantur, non potest tamen nisi vna puniri. l. senatus. ff. de accusa. nec vna lex tollit aliam quoad originem, cùm delinquens omnibus legibus teneatur, sed † quoad executionem vna lex tollit alteram, prout declarat Bart. in d. l. senatus, in princ. & sequitur Boss. latè hanc materiam explicans d. tit. de offic. corrupt. numero 7. prope finem, versic. non quiescit tamen animus, num. 8. 9. & 10.

Quantum verò ad tex. in dicta auth. sed nouo iure. respondetur, illum tex. loqui in iudicibus male iudicantibus, & corruptis in causa criminali, quo casu imponitur pœna confiscationis bonorum.

Quintò non obst. quæ dicuntur de infamia. Quia nō reperitur iure cautum quem propter infamiam bonis suis priuari, sed solum personam inhabilitari.

Sextò non obst. statut. vrb. lib. 3. cap. 333. Quia non loquitur de officijs venalibus.

Septimò non obst. quòd antiquitus officia vendebantur. l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffic. testam. Quia † militiæ, de quibus loquitur ille tex. erant quidam redditus, qui ex liberalitate Principis plebi tantum Romanæ per tribus distribuebantur, qui vocabantur etiā tesseræ, prout bene declarat Alciat. in l. in quartam, nu. 40. ff. ad l. Falcid.

Vltimò non obst. tradita per Ioan. de Plat. in l. iudices, in fine. C. de anno. & tribut. lib. 10. vbi inquit, quòd † quando officialis ob delictum fraudulenter commissum priuatur officio, & cum infamia remouetur, tunc perdit salarium, & sua bona illi officio applicātur. idem Ioan. de Plat. in l. iudices, post princ. C. de dignit. lib. 12. dicens, † officiales in officio delinquentes remoueri ab officio, priuari salario, & eorum bona illi officio applicari, quod idem dicit in l. ordinariorū, ante med. C. de cohortal. lib. 12. & Ioan. de Plat. refert & sequitur Franc. Mar. decis. 648. num. 1. lib. j.

Quoniam pro † responsione dicitur, hanc opin. Ioan. de Plat. non probari ex d. l. ordinariorum. in qua sola nititur, cùm ibi agatur de explenda primipili functione.

Nam primipilus † erat annonæ militaris exhibitio, & cura, prout declarat Cuiac. in l. 3. C. eo. tit. de cohortal. & Alciat. in rub. C. de primipilo. lib. 12. versic. innominatus Græcus, qua primipili functione non expleta officiales, de quibus loquitur d. l. ordinariorum. non poterant mitti neque causaria, neque ignominiosa missione, nisi ex eorum bonis pastus primipili cōpleretur, prout declarat Cuiac. in d. l. ordinariorum, in fine. Et sic ille tex. non facit ad propositum: quod patet ex eo, quòd non solum officiales, de quibus ibi, debent ex eorum bonis pastum primipili complere, si mittātur ignominiosa missione, de qua loquitur tex. ibi, eos etiam qui pro sceleribus suis soluto militiæ cingulo addicuntur infamiæ, & quæ sequuntur. Sed etiam si mittantur missione causaria propter ægritudinem vel senectutem, de qua missione causaria loquitur tex. ibi, quòd si ante debitum locum, qui huic functioni habetur, obnoxius vel ægri corporis labem vel defectæ senectutis extrema ad impetrādam quietem crediderit prætendenda. & quæ sequūtur.

Roman.

Roman. extinctionis census. Die 18.& 20.Maij. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata nihil probat.*
Fallit,nisi pluribus iuuetur adminiculis.num.2.3.& 4.
Et quænam sint.num.7.cum seq.
5 *Annotatio priuata dicitur priuata scriptura facta sine testibus,& etiam absente eo contra quem fit.*
6 *Scriptura priuata quare non probet ad fauorem scribentis in casu l.exemplo.C.de probat.& tamen cum adminiculis probat in casu l.instrumenta.C.eod.*
7 *Verisimilitudines & coniecturæ operantes probationem scripturæ priuatæ,quænam sint.& num.8.10.& 13.*
9 *Liberalis nemo in necessitatibus existit.*
11 *Dolosus præsumitur veniens contra pactum.*
12 *Periurus dicitur,qui venit contra iuramentum in contractu appositum.*
13 *Mori in peccato nemo præsumitur velle.*
Idq; magis quando aliquid disponit pro exoneratione conscientiæ.num.14.
15 *Liber seu scriptura in aliquibus vera in omnibus præsumitur vera,& ita fuisse iudicatum.num.16.& de commini.num.17.& quare.ibid.*
18 *Partitæ plures quando sunt verificatæ,non est verisimile, vt in alijs contineant falsitatem.*
Ampliatur etiam si partitæ sint magni momenti. numero 19.

DECISIO DCCCXIII.

IN præsenti dubio Domini tres considerarunt difficultates.

Prima,an scriptura priuata in forma memorialis probet pro scribente, quando cum ea concurrunt verisimilitudines & coniecturæ.

Secunda,an in casu de quo agitur, cõcurrant tales verisimilitudines, & coniecturæ, ex quibus scriptura priuata Prosperi in modum memorialis scripta circa officium notariatus Rotæ,de quo agitur, probet pro eo.

Tertia,an augumentum precij dicti officij proueniẽs tam ex motu proprio fel.rec.Iulij Tertij,quam etiam ex cursu temporis pertineat ad pupillas de Arditijs, & ad quam summam illud ascendat.

Quoad primam difficultatem licèt regula sit pro Arditijs,quòd † scriptura priuata nihil probet,l.instrumẽta.l.rationes.l.exemplo. C.de probat.l. nuda. ff.de donatio.l.inter chartulas.C.de conuen.fis.debit. lib.10. Bal. ad rub.C.de fide instrumen.sub num.38. Aym.de antiq. tempor.parte prima.§. viso de verbis, num.6. nihilominus †,cessat hæc regula in casu isto, in quo plura concurrunt adminicula, de quibus infra. Priuata enim scriptura cum adminiculis probat. dicta l.instrumẽta.à contrario sensu.& not. ibi Odofr. ad fin.& Corn.in vltimis verbis, dicens, † priuatam scripturam cum alijs adminiculis facere fidem, sine quibus non fecisset..vt bene ibi Bal.infra,inquiens, † scripturam priuatam per se ipsam non sufficere ad probandum, sed ex cohærentibus adminiculis simul iunctis cum ea sumi fidem veri. idem Ias.consil.129. colum.vltima, versic. primo quia, lib.primo.Aymon vbi supra,num.7.in fine,& d.l.instrumenta, applicatur casui nostro, cùm loquatur etiam de priuata annotatione, quæ † dicitur priuata scriptura facta sine testibus, secundum glos.ibi in verbo, domestica. Salyc.post princ. versic.dicunt ergo bene Odofr. nume.1.in fine.exemplificãs annotationem in priuata scriptura facta sine testibus continente talem mihi debere tantum absente eo contra quem fiebat. Et sicut in l.exẽplo. C. de probat. scriptura † priuata non probat ad fauorem scribentis ea ratione, quia aliàs daretur occasio fabricandi falsum, secundum Bal.Salyc.& Corn.ibi, ita ex eadem ratione non creditur scripturis priuatis, de quibus in d.l.instrumenta. prout not.Corn.in d.l.exemplo,in prin.versic.& per hanc rationem.& nihilominus illis creditur concurrentibus adminiculis.

Quoad secundam difficultatem Domini affirmatiuè resoluerunt, plures considerantes verisimilitudines, & coniecturas.

7 Prima fuit, † venditio portionis ripæ, quam cũ Prosper vendiderit eodem tempore, quo in suo memoriali narrat se restituisse, Petro Paulo Arditio precium dicti officij, verisimiliter credendum est eum vendidisse causa restituendi dictum precium,cùm de alia causa nõ constet. Quòd autem venditio percutiat tempus expressum in memoriali Prosperi, patet, quia ipse in illo narrat se vendidisse portionem ripæ illinc ad duos menses in circa post celebratum instrumentum recognitionis bonæ fidei & locationis, quod instrumentum fuit factum 12. Ianuarij, 1552.& portio ripę fuit vendita 24.Maij,eiusdem anni 1552. cùm de eo tempore Prosper præstiterit consensum super resignatione dictæ portionis ad fauorem D.Alexandri de Vrsis,qui fuit admissus 26.eisdem mensis, prout constat ex fide notariorum collegiorum portionariorum ripæ.

8 Secunda coniectura † est indigentia pecuniarum Petri Pauli Arditij de tẽpore descripto in memoriali Prosperi, quę indigẽtia colligitur ex fidibus Alexandri Poggi,iuncta fide R.P.D.Fabij Amodei & clarius ex scriptura stipulata parte Ludouici Raydetti 15.Ianuarij, 1551. vbi Petrus Paulus Arditius imponit super quadam eius domo alium perpetuum censum 200. scutorum auri in auro, quem vẽdidit D.Cęsari Glorierio. & scuta 100. ad societatem officij, prout in fide nuper producta.

Vnde si Petrus Paulus ante annum 1555. acceperat pecunias ad societatem officij, videtur satis iustificata eius indigentia de anno 1552. qua stante est multum verisimile, eum exegisse à Prospero pecunias errogatas
9 in emptionem dicti officij. quia † nõ præsumitur quòd in indigentia & necessitate quis sit liberalis. l.rem legatam.ff.de alim.lega.not.in l.si vsusfructus.de iure dot.in terminis Afflic.decis.13.num.15.

10 Tertia coniectura † sumitur ex eo, quòd si Prosper precium dicti officij non restituisset, fuisset in dolo, incidisset in periurium, & cecidisset à commodo contractus, quia cùm in instrumento recognitionis bonæ fidei Prosper expresse conuenerit, ac promiserit Petro Paulo Arditio dictum officium nõ vendere, nec obligare, nec super eo contractum aliquem facere sine expressa licentia ipsius Petri Pauli, cùmque postea Prosper 23.Maij, 1563. vendiderit dictum officium Petro de Lintris sine aliqua licentia Petri Pauli,sequitur, quòd si dictum officium non spectaret ad Prosperum mediante restitu-
11 tione precij per eum antea facta,vtique fuisset in † dolo veniendo contra pactum.l. secunda.§.item queritur si quis.ff.de doli mali,& met.except. Aym.cons.193.nu.2.
12 & 3.& incurrisset † in periurium veniendo contra iuramentum appositum in dicto instrumento. & cecidisset à iure suo.iuxta l.si quis maior. C.de transact. Vnde ad ista omnia excludenda præsumendum est, Prosperum precium restituisse, & per consequens dominium dicti officij nactum fuisse.

13 Vltima coniectura † potest sumi ex morte Prosperi sequuta sine vlla retractatione eius, quod scripsit in memoriali,

moriali, de quo agitur: scriptura enim priuata magis probat mortuo scribente, quam eo viuente, quia non est verisimile, eum ita dimittisse, si vera non esset: aliàs moreretur cum peccato, cum quo nemo presumitur velle mori, vt post alios Aym.cons.8.num.52.& 61. latius cons.158.num.7. cons.225.num.4.versic.simile videmus.& cons.287.num.7. versic.tertio respondetur.& de antiq.tempor.parte prima,sect.4.limit.num.48.cum duobus sequen. Boer.decis.105. num.6. bene Riminal.
14 iun.cons.58.num.30.& 31.Et † tantò magis,quòd Prosper in litera missiua per eum scripta procuratori Petri de Lintris pro exoneratione conscientiæ suæ,& cum iuramento recensет idem factum, quod narratur in memoriali, de quo agitur.

15 Liber, † seu scriptura, quæ in aliquibus reperta est vera, in omnibus præsumitur vera. ita Gabriel.de præsumpt.conclus.quinta. vbi citat Pau.de Cast.cons.301. aliàs 302. numero quarto, versic. potissimè,lib.primo. Ias.in repet. l.admonendi, numero 128. versicu.quinto principaliter limita. ff. de iureiuran. Angel. in §. actionum, in 13.quæst. Instit.de actio. & in §.fin. versiculo,
16 quæro an credatur. Instit. de attilia. tut. vbi dicit † ita fuisse iudicatum. Cuman.in consil.136.colum.fin. versic.quinimò dato. Corn. consil.81. colum.fin. versic.& saltem videtur,lib.quarto.Paris.consil.90.colum.secunda,versic.sicut enim,lib.primo. Aymon.consil.158. colum.secunda. Alciat. de præsumpt. reg. prima, præsumptio.16. in fine, versic. & propterea in contingentia facti. Ruin.consil.18.colum.secunda, versic.præsertim fides,volum.quarto.Grammat.cons.ciuil.158.colum.prima.vbi dicit hanc decisionem Pauli esse nouam & men
17 ti tenendam. Et † hæc pars tanquam magis communis in practica est seruanda. Et ratio secundum Gabriel.vbi
18 supra, est, quia quando plures † partitæ sunt verificatæ, non est verisimile, vt in alijs libri contineant falsitatem, vt dicit Aymon.dicto consil.158.numero sexto. & Grammat.dicto consil.158. numero sexto. hæc Ga-
19 briel. vbi † ampliat etiam si partitæ sint maximi momenti. ita Com.consil.octauo, colum.fina. versic.& saltem, libro quarto. Ruin.consil.decimooctauo, numero secundo, libro quarto. Grammat. dicto numero 6. Et circa primum dictum Pau. de Cast. additur Alex. de Neuo consil.39. numero 3. Ferret.consil.150.num.10. & sequen. lib.primo.

Primæ Partis Decisionum Diuersorum Rotæ Romanæ, Finis.